BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXII
H
16
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

# FERDINANDI
DE
# VALENTIBUS
TREBIENSIS
Sacri Conſiſtorii, Fiſci, & R. C. Apoſtolicæ
ADVOCATI
# OPERA OMNIA
SELECTIORA.

Digitized by Google

Digitized by Google

# FERDINANDI
## DE
# VALENTIBUS
## TREBIENSIS

Sacri Conſiſtorii, Fiſci, & R. C. Apoſtolicæ

## ADVOCATI

# OPERA OMNIA
## SELECTIORA.

*TOMUS SECUNDUS*

PARS PRIOR

## VOTA PRO VERITATE

De Ultimis Voluntatibus.




ROMÆ MDCCXLV.

Sumptibus VENANTII MONALDINI Bibliopolæ in Via Curſus.

Ex Typographia JOANNIS BAPTISTÆ BERNABÒ, & JOSEPHI LAZZARINI.

*PRÆSIDUM FACULTATE, ET PRIVILEGIO SUMMI PONTIFICIS.*

Digitized by Google

Digitized by Google

*Eminentiſſimo, ac Reverendiſſimo Principi*

# NERIO CORSINI

## S.R.E. DIACONO CARDINALI
## SANCTI EUSTACHII.

### LUDOVICUS DE VALENTIBUS
FELICITATEM.

*Liberalis & ingenui viri officium poſtulat, ut beneficiorum ab ſe acceptorum memoriam non modo ante oculos ſemper habeat, ſed eorum quoque vim, numerum & magnitudinem ampliſſimis verbis prædicet, imo & literarum monumentis, ſi quo modo poſſit, poſteritati teſtetur. Ego equidem quoties* CLEMENTIS XII. *Pont. Max. patrui tui, immortalis memoriæ Principis, beneficentiam erga me liberaliter effuſam cogito, quoties tuam & gratiam & patrocinium mihi ſæpius, & amantiſſime impertitum mecum ipſe reputo, certe intelligo maximum mihi onus incumbere, cui ſatisfaciendo par nunquam eſſe valeam. Immortales proinde tanti Pontificis laudes, &* CORSINÆ GENTIS *gratiam & munificentiam celebrare, quandiu vivam, nunquam deſinam: ut nimirum omnes intelligant, me, ſi non in referenda,*

*at*

Digitized by Google

*at certe in habenda profitendaque gratia nemini ulli concedere. Cum autem mihi proprium nihil occurreret, quo me tibi,* Cardinalis amplissime, *beneficiorum tuorum memorem gratumque aliqua ex parte exhiberem, de alieno cenſu aliquid offerre ſatius duxi, quam diutius immemor, aut ingratus videri. Proinde ecce tibi* Tomus *ſecundus ex operibus ſelectioribus* Ferdinandi *de Valentibus patrui mei, jam olim Sac. Conſiſtorii, Fiſci & R. Cameræ Advocati, in quo ſane illuſtria plurima & gravia de ultimis voluntatibus continentur. Dubitare profecto non poſſum, quin munus ejuſmodi gratum tibi, acceptumque futurum ſit, cum certo ſciam, te operis ejuſdem auctorem non minoris unquam feciſſe, quam illum ſemper fecit, nempe plurimi,* Clemens XII., *qui haud raro in negotiis, ac non exigui momenti conſultationibus eum adhibere, ejuſque ſententiam exquirere operæ pretium habuit. Et ſane præclaris ejuſdem patrui mei meritis liberaliſſimi Pontificis erga me beneficentiam, tum etiam patrocinium tuum potiſſime referendum puto. Nam eo defuncto, tot me ſplendidis muneribus ornatum circunſpexi, ut ipſius patrui mei labores in me largiter a vobis, liberaliſſimeque compenſari minime dubitaverim. Eſto itaque volumen hoc ipſum auctoris perinde ac mei officii nunquam interituri teſtimonium. Quandoquidem ſi ſupremam illius voluntatem reſpicere, aut interpretari volueris, non tam meis, quam ejus manibus hoc tibi offerri facile intelliges. Nihil enim ille ſanctius, nihil antiquius habuit, quam erga* Corsinorum Gentem *adeo de ſe, ſuiſque optime meritam, gratum ſe, addictiſsimumque profiteri.*

FO-

# FORENSIS JURISPRUDENTIÆ STUDIOSIS

## *VENANTIUS MONALDINUS.*

AVOTIS pro veritate de genere contractuum, tamquam ab actis ex ignobiliori maſſa operis fundamentis ad majoris momenti illa de ultimis voluntatibus traducam vos ſinite, atque efferam. Et ſpectem licet ad compendium rem ponere, atque conferre, ut ad materias canonicas, atque beneficiarias primùm, tum ad ſummas illas fiſcales eruditiſſimis quæſtionibus Auctoris noſtri locupletatas, vos quàm citiſſimè proveham: duobus tamen plenis voluminibus veſtram expectationem morabor, ac rei veſtræ ſtudens continebo. Nihil enim in juris uſu frequentiùs occurrit, quàm de ultimis voluntatibus quæſtiones, nihilque Doctorum mentes involvit, ac in contraria agit magis, quàm teſtamentariæ diſpoſitiones. Sive enim id accidat, quod, cum plerique teſtantium tunc ſolùm, ubi animam agunt, ac in agone decertant, fortunas ſuas legent, præſentes abſentes ſint, neque ad eam actionem animum deflectere ſatis queant, ſive quod extremis illis momentis rebellent jam miniſtri ſpiritus, organaque, muſculique, ut, quæ mente concipiunt, lingua prompta habere, neque educere omnia poſſint: Certè hoc fit, ut teſtantes mentem ſuam confusè plerumque manifeſtent, ac indè uberrimus Forenſium Contraverſiarum fons erumpat. Non id igitur abs re veſtra futurum arbitror, ſi tot ac tantis, quæ de ultimis voluntatibus doctè ſcripta ad nos tranſmiſerunt, ea apponam, quæ tanto omnium conſenſu ac plauſu ex altiſſimo illo fundo Auctor noſter avulſit ac in apricum extulit; ut in tàm ſpiſſas tenebras incedentibus fax aliqua major vobis affulgeat, præcedatque. Quæ vobis ego meis monitis de tanto viro prædico, nollem ita putetis accomodata, ut in unam meam rem, utilitatemque omnia ſpectent. Non ea à me proferuntur, quæ vel ex annalium vetuſtate, vel ex incerta longinqua fama eruantur; Per ora hominum feruntur, ac in ſermone recenti verſantur adhuc, non eblanditis, ſed enucleatis ſuffragiis excitata eorum, qui ſtudiorum ſimilitudine æmulari illi magis, quàm ejus famæ ſtudere deberent. Communis iſte ſenſus, qui primùm Romæ invaluit, & in die auctus eſt, tanto ſucceſſu in celebriores Europæ Urbes ſe effudit, ac ad remotiores uſque Provincias pervaſit, ut ejus ſcripta, quocumque penetraverint, ſummo fuerint plauſu accepta, atque acclamata. Inter innumera, quæ feraciſſima illa mens edidit, pro veritate ſolùm vota, & ſelectiora illa quidem decerpſi, eâ mihi factâ lege, ut univerſo opere nulla ſcriptura, ut vocant, ſeu diſceptatio ſit mihi afferenda. Ex primo, & ex altero hoc, quod vobis ſiſto volumine, de mea fide, ac religione ſtatuere jam poteſtis, in quibus me illud præſtitiſſe objiciet nemo, ea omnia enim pro veritate luculenter adeo ſunt vota, ut cuicumque id palam fiat ex levi etiam cujuslibet voti lectione, ac illorum præſertim, in quibus auctori noſtro exciderit aliquando ex habitu *Principalis noſter*. Duobus igitur voluminibus rem totam complectar eo ordine, ut quod nunc vobis ſubjicio, fideicommiſſi materias quæſtioneſque maximâ parte, alterum, cui amborum indicem ſolitâ perſpicaciâ, ac diligentiâ, excerptum, lectumque adjiciam, legata, donationes, ſucceſſiones, & teſtamenta comprehendant, exhauriantque.

IM-

Digitized by Google

*IMPRIMATUR,*

Si videbitur Reverendiſſimo Patri Magiſtro Sacri Palatii Apoſtolici.

*F. M. de Rubeis Archiepiſcopus Tarſi Vicesgerens.*

# APPROBATIONES.

## I.

NOn minori ſoliditate doctrinæ, & ſermonis elegantiâ referta ſunt Vota hæc, quæ celeberrimus Auctor Ferdinandus de Valentibus Conſiſtorialis Aulæ, & Pontificii Fiſci Advocatus pro veritate ſcripſit ſuper Re Fideicommiſſaria, Ultimiſque Voluntatibus, quàm, quæ priori volumine de Contractibus continentur: pari ergo ratione cenſeo, quod publici Juris fiant, ut ad ſtudium, & utilitatem nedum univerſæ Curiæ noſtræ, verum etiam totius Orbis Juriſprudentum proficiant, quod in accceptiſſima iſtius Operis collectione unicè in votis eſt R.P.D. Ludovico de Valentibus ſtrenuo virtutum Patrui æmulatori: Datum ex ædibus Datariæ Apoſtolicæ Kalendis Februarii anno 1745.

*Xaverius Juſtinianus Smi D. N. Papæ Benedicti XIV. Sub-Datarius, Prælatus Domeſticus, ac Signaturæ Gratiæ Votans.*

## II.

IN lucem prodit, publicique Juris fit ſecundum Volumen *Votorum*, *quæ pro Veritate* ſcripſit in graviſſima materia fideicommiſſaria, ultimarumque voluntatum celeberrimus jam, & inſignidimus noſtræ Sacræ Conſiſtorialis Aulæ, ac Fiſci, & Rev. Cameræ Advocatus Ferdinandus de Valentibus à me, dum vixit, multis, multiſque titulis veneratus: De cujus ſecundi voluminis adprobatione requiſitus, illi primo Voluminí datæ hoc unum ſuperaddere debeo, quod plauſus, quo à Curia noſtra illud exceptum fuit, iſti quoque maximam conciliabit auctoritatem; Eâdem enim doctrinæ ſoliditate, orationis nitore, & legalium ponderationum præſtantiâ refertum legi. Ut ergo ad publicam utilitatem typis detur, & communia ſtudia Juriſconſultorum foveat, illiſque præſidio ſit, digniſſimum reputo. Datum ex ædibus meis hâc die 5. Februarii 1745.

*Joannes Aſcevolinus Sacræ Conſiſtorialis Aulæ Advocatus.*

## III.

INvidiam, ſi quæ fortè eſſe potuit, Primum, quod dudum prodiit, Volumen oppugnavit, proſtravitque inviċtiſſimè; Hoc verò ſecundum obruet, delebit, atque extinguet omnino. Primum fuit, obſiſteute licèt invidiâ, Romanæ Noſtræ Curiæ, ceteriſque acceptum; Secundum, deletâ, extinctâque invidiâ, erit acceptiſſimum. Haud ergo diutiùs in tenebris deliteſcat Opus adeo utile, adeo neceſſarium; ſed in lucem prodeat quàm citiſſimè, ut juſtam Auctori laudem, ut iſtius religionem, cultumque ſuum Sanctæ Sedi, ceteriſque Principibus, ut gratum animum digniſſimi Nepotis Patruo, ut ſplendidiſſimum veritatis lumen Judicibus, utque tandem Advocatis, Cauſarum Patronis, aliiſque in Foro verſantibus ſegetem exhibeat uberrimam.

*Bartholomæus Liverzani in Romana Curia Advocatus.*

*IMPRIMATUR.*

Fr. Aloyſius Nicolaus Ridolfi Ordinis Prædicatorum Sacri Palatii Apoſtolici Magiſter.

# INDEX ARGUMENTORUM

## Quæ in hoc Volumine continentur.

*Faventina Fideicommiſſi.*

VOTUM I.

Fideicommiſſum, ſeù alia quævis ſubſtitutio in caſu obitus Filiorum ſinè Filiis maſculis, ex *Conſil. Oldradi* 21., locum non obtinet, ubi illi cum maſculis deceſſerint. Conjecturæ, & argumenta ex quibus ab eodem *Oldradi* conſilio receditur, latè expenduntur. Conditio = *ſi ſinè Filiis maſculis* = quando in defectu Filiorum cum maſculis debeat favore Subſtituti, ejuſve Deſcendentium, extantibus licèt maſculis ex fœmina, purificata dici, itaut locum non habeat *Fulgoſii conſilium* 85.? *Angeli* Doctrina in *L. Quamdiu ff. de aquir. hered.*, quod, caducato uno gradu, ceteri ſequentes corruant, quando non procedat, oſtenditur. *pag.* 1.

*Avenionen. Fideicommiſſi.*

VOTUM II.

Fideicommiſſum quando, & ex quibus conjecturis probetur reſtitutorium inter omnes à primo herede deſcendentes? *Oldradi Conſilium* 21. an locum habeat nec ne, ubi Teſtator ad plures ſubſtitutionum gradus fuerit digreſſus? Agnationis contemplatio ex quibus arguatur, vel non? Maſculi ex fœminis quandonam ad Fideicommiſſum admittantur? Fœminæ quando excludantur per exiſtentiam Maſculorum etiam cognatorum, & quando admittantur unà cum Maſculis ſive agnatis, ſive cognatis? 14.

*Ariminen. Fideicommiſſi.*

VOTUM III.

Vocatis ad fideicommiſſum Deſcendentibus per lineam fœmininam de domo, & familia poſt deficientiam lineæ maſculinæ, quando vocati cenſendi ſint deſcendentes ex quacumque linea fœminina contentiva domus, & familiæ, & quando ſoli deſcendentes ex linea fœminina effectiva heredum inſtitutorum? 23.



*Cortonen. Fideicommiſſi.*

VOTUM IV.

Renunciatio ex cauſſa ingreſſus in Religionem ſi comprehendat Bona fideicommiſſi, ad Renunciantis favorem purificati, an Monaſterio, licèt capaci Bonorum, obſtare valeat, quominùs ex ipſius Renunciantis perſona, eo vivente, uſumfructum in iiſdem Bonis adquirat? Et ex quibus Bona ejuſmodi in dicta renunciatione debeant cenſeri comprehenſa? Renunciatio, licèt ſtipulata cum clauſula = *pro ſe*, *Heredibus*, *& Succeſſoribus* = heredem extraneum Renunciatarii non cenſetur comprehendere, ad effectum ſuccedendi in uſufructu ad vitam Renunciantis ſuper Bonis fideicommiſſi conditionalis, ſi eadem fuerunt à Teſtatore expreſſim alienari prohibita, cum voto perpetuæ illorum conſervationis in heredibus, ac ſubſtitutis. 30.

*Cortonen. Fideicommiſſi.*

VOTUM V.

Novo hìc examini ſubjectâ alterâ ex quæſtionibus in ſuperiore Voto pertractatis, reſolvitur, renunciationem, licèt conceptam cum clauſula = *pro ſe*, *heredibus*, *& ſucceſſoribus* =, haud prodeſſe heredi extraneo Renunciatarii, ut uſumfructum, ad vitam Renunciantis, valeat adquirere in Bonis fideicommiſſi, expreſſim alienari prohibitis, & perpetuò in familia conſervandis; Renunciatio quando abdicativa, & extinctiva, & quando tranſlativa cenſenda ſit? 44.

*Taurinen.*

VOTUM VI.

Ad primogenituram an, & quando ſub nomine Deſcendentium maſculorum Primogenitì veniant Maſculi ex linea nedum ipſius Primogeniti, ſed etiam aliorum de familia, & agnatione? Feudum quando ex pacto, & providentia, vel potiùs hereditarium cenſendum ſit? Feudum venit ſub generali Bonorum diſpoſitione. Capacitas ſuperveniens tem-

tempore purificatæ ſubſtitutionis, ſufficit ad ſucceſſionem obtinendam. Primogenituræ extenſio ad Filios Inſtituti ex diſpoſitione *in leg. cum Avus*, *& leg. cum acutiſſimi* an, & quando locum nequeat habere? 51.

*Ravennaten. Fideicommiſſi.*

VOTUM VII.

Ab *Oldradi conſilio* 21. receditur, quando Teſtator in voto habuit conſervandi Bona in ſua agnatione, & quando plures graduum, & perſonarum lineæ effectivæ, & lineæ contentivæ proximæ, & remotæ ſubſtitutiones ordinavit. Poſſeſſio à Legatario, vel Fideicommiſſario particulari propriâ authoritate capta quando, vel non, ſit manutenibilis? 58.

*Parmen. Fideicommiſſi.*

VOTUM VIII.

Filiorum, ac Deſcendentium *legitimorum*, & *naturalium* nomine, an, & quando filii naturales comprehendantur, latiſſimè diſcutitur, pluresque rejiciuntur conjecturæ, ex quibus eorum comprehenſio prætendi poſſit. Filii etiam naturales, etſi comprehenſi non dicantur in diſpoſitiva ſub nomine filiorum, & Deſcendentium *legitimorum*, & *naturalium*, attamen veniunt ſub nomine lineæ in parte conditionali adhibito, niſi hæc ad perſonas dumtaxat in diſpoſitiva expreſſas reſtricta ſit. Et ex quibus excludatur reſtrictio ejuſmodi? Sub nomine Legitimorum, & naturalium etiam Legitimati comprehenduntur. Archivium Romanæ Curiæ facultatem habet legitimandi etiam in Ditione ſubjecta mediato Dominio S. Sedis. Legitimatio ante purificatam ſubſtitutionem facta cum clauſula = *ſinè præjudicio venientium ab inteſtato* =, ſi ei repugnet voluntas Teſtatoris, nil prodeſt ſubſtituto. Rei, & poſſeſſoris favore in dubio judicandum eſt. 72.

*Bononien. Fideicommiſſorum, ſeù Succeſſionis.*

VOTUM IX.

Filiatio ex quibus probetur? Excluſio Patris ex defectu legitimorum natalium, filii ejus legitimi excluſionem operatur. Appellatione Legitimorum, & naturalium continentur Legitimati, etiam ad effectum ſuccedendi in fideicommiſſo pro Legitimis ordinato. Legitimati, licèt eis reſiſtat voluntas Teſtatoris, ad fideicommiſſum agnatitium admittuntur, deficientibus Agnatis legitimis, & naturalibus. Ex quibus autem fideicommiſſum agnatitium cenſeatur? Ejuſmodi Legitimatorum admiſſio quando ex conſuetudine Regionis locum habere dicenda ſit? 94.

*Bononien. ſuper Fideicommiſſo Ageſilai.*

VOTUM X.

Fideicommiſſum perpetuum, & abſolutum ex quibus inducatur? Ad fideicommiſſum collectivè vocati an & quando non per vulgarem, ſed per fideicommiſſariam vocati cenſeantur? Et quando reciproca dicatur inducta non diſcretivè in ſingulis lineis, ſed de una ad aliam lineam? Agnatio an, & quando cenſeatur contemplata? 109.

*Bononien. Fideicommiſſi Nicolai.*

VOTUM XI.

Fœminæ an, & quando appellatione Deſcendentium lineæ maſculinæ non comprehendantur? Diſpoſitio in *leg. cum Avus*, *& leg. cum acutiſſimi* an, & quando in Tranſverſali locum nequeat habere? Reciproca inter Maſculos an & quando inducta cenſeatur, & quando linearis, non verò diſcretivè in ſingulis gradibus intelligenda ſit? 130.

*Brunduſina Primogenituræ de Signorellis.*

VOTUM XII.

Vocatis ad primogenituram Deſcendentibus Filiarum Teſtatoris, aliarumque ex ipſo naſciturarum, an & quando non ſimultaneè earumdem Primogeniti, ſed unus dumtaxat cenſeatur admittendus? & quis, an nempè Primogenitus de linea jam admiſſa debeat præferri? Primogenitura inter Tranſverſales conſtituta, cum ſubſtitutione ejus proximioris heredi facta, an, & quando non ad propinquiorem gradu, ſed remotiorem, utroque tamen latere eidem heredi conjunctum deferenda ſit? Vocatio proximioris intelligenda eſt non ſecundùm ſanguinem, & gradum, ſed ſecundùm prærogativam lineæ à Teſtatore prædilectæ. Et ex quibus unius potiùs, quàm alteriùs lineæ prædilectio deſumatur? Repræſentatio intra lineam prædilectam locum habet perpetuò, etiam in Tranſverſalibus. 140.

*Ave-*

*Avenionen. Fideicommiſſi,*

VOTUM XIII.

Pro inducendo perpetuo inter filios, aliosque Deſcendentes Teſtatoris in conditione poſitos fideicommiſſo expenduntur conjecturæ legitimitatis,& maſculinitatis,indefinitæ vocationis filiorum, ac Deſcendentium, ſubſtitutionis Extraneorum in eorum defectum, reciprocæ ſubſtitutionis inter primos vocatos, prohibitæ alienationis heredibus, & eorum Deſcendentibus, ac digreſſus ad plures ſubſtitutionum gradus. Fideicommiſſario objici nequit Anteceſſorum negligentia, ac præſcriptio. Fideicommiſſi fructus bonâ fide conſumpti, reſtituendi non ſunt. 159.

*Avenionen. Fideicommiſſi.*

VOTUM XIV.

Primogeniturâ ſub conditione: ſi heres Teſtatori prædecederet,inſtitutâ,ſimulque præcepto heredi dato, ut Bona certi alicujus territorii conſervare teneatur in commodum illius ex Liberis maſculis, qui foret ejus heres, ità ut eadem Bona ſemper remaneant in domo, & agnatione Teſtatoris, ſucceſſio horum Bonorum ex fideicommiſſo defertur non ad filiam heredem ultimi poſſeſſoris, ſed ad Patruum, etiamſi primogenitura, deficiente conditione, ſub qua inſtituta fuit, evanuerit. 167.

*Carpentoracten. Fideicommiſſorum.*

VOTUM XV.

Filiorum nomine, an, & quando nepotes, ac etiam ulteriores Deſcendentes vocati cenſeantur? *Filiorum* nomen ad filios dumtaxat primi gradus reſtringitur; *Liberorum* verò ad omnes protenditur Deſcendentes. Verbum *Enfans* gallico idiomate idem valet, ac quod latinè *Liberi*. Fideicommiſſum perpetuum, & ſucceſſivum inter Deſcendentes ex quibus arguatur? Reſtitutionis gravamen vocationem ad fideicommiſſum infert. 177.

*Anconitana Fideicommiſſi.*

VOTUM XVI.

Pro receſſu à *Conſilio Oldradi* 21., etiam in diſpoſitione Aſcendentis, an, & quando non ſufficiant perpetui, & abſoluti fideicommiſſi conjecturæ deſumptæ ex agnationis contemplatione: digreſſu ad plures ſubſtitutionum gradus: dictione *quandocumque* clauſula *vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum*, ſæpiùſque repetita legitimitatis, & naturalitatis qualitate? Fideicommiſſum perpetuum, & abſolutum an, & quando inductum cenſeatur? 187.

*Melevitana Immiſſionis ſuper Bonis aggregatis Primogenituræ.*

VOTUM XVII.

Correſpectivas in contractibus ex quibus inducatur? Pactum reſolutivum donationi adjectum, an, & quando non ad certas dumtaxat perſonas, quæ expreſſæ fuerint, ſed potiùs ad ſubſtitutos omnes indiſtinctè extenſum cenſeatur? Dictio *quoad* an, & quando taxative, non demonſtrativè adpoſita dicenda ſit? 195.

*Melevitana Immiſſionis ſuper fructibus Bonorum aggregatorum Primogenituræ.*

VOTUM XVIII.

Fideicommiſſi particularis, ejuſdemque conſervatorii, ac pœnalis, nec non etiam obſcuri, ac dubii, fructus non ab illius purificatione, ſed à tempore contractæ à poſſeſſore malæ fidei debent reſtitui. Ex quibus autem obſcurum, ac dubium dicendum ſit? Mala fides pro reſtitutione fructuum non inducitur ex Judicio nullo, & invalido ob inſubſiſtentiam tituli, ſed ſolùm à die productionis novorum jurium, ex quibus poſſeſſor ſuccubuerit. 205.

*Florentina Succeſſionis.*

VOTUM XIX.

In fideicommiſſo aſcendentali condito cum ſubſtitutione, in defectu Maſculorum, primùm filiarum immediatè ab herede ortarum, reciprocâ inter illos ordinatâ, deindeque fœminarum ab eodem pariter herede per lineam rectam maſculinam immediatè deſcendentium, locum habere diſpoſitionem *leg. cum Avus, & l. cum acutiſſimi* ad favorem etiam filiorum ex ipſis heredis filia, In excluſionem extranei ſubſtituti, plurimis, quæ in contrarium adferri poſſent, argumentis rejectis, demonſtratur. 214.

*Placentina Fideicommiſſorum.*

VOTUM XX.

Tranſactio an ſubſiſtat nec ne ex quibus valeat expendi? Conditionis certas contrahendi nuptias inadimplementum an, & quando fideicommiſſi ſub eo onere relicti adquiſitionem nequeat impedire? Tranſactio extenſa intelligitur ad omnia jura antea in litem deducta; eorumque comprehenſio ex quibus etiam argumentis, & conjecturis poſſit deſumi? Diviſio ad componendas lites, æqualitatemque ſervandam ſuper mutuis inita prætenſionibus, vera tranſactio eſt. 224.

*Avenionen.*

VOTUM XXI.

Filii in conditione poſiti an, & quando vocati cenſeantur? Illorum vocatio deſumi poteſt ex conjecturis, & ex quibus? Fideicommiſſi remiſſio contra Ignorantem non inducitur. Pacta inter Contrahentes ad eorum favorem inita, aliorum favore extendi nequeunt, aut obligationem parere. 234.

*Bononien. Fideicommiſſi.*

VOTUM XXII.

Deſcendentium maſculorum appellatione an, & quando veniant nedum Maſculi ex Maſculis, ſed Maſculi etiam ex fœminis? Ordo ſucceſſivus inter plures collectivè vocatos an, & quando non per vulgarem, ſed per fideicommiſſariam intelligatur? Repræſentationis, ſeù etiam vulgaris anomalæ beneficio an, & quando remotior de una linea gradum caducatum ſubingrediens, proximiori de altera linea æqualis gradu fiat? 245.

*Urbanien. Fideicommiſſi.*

VOTUM XXIII.

Subſtitutio filiæ primogenitæ naſcituræ ex Deſcendentibus maſculis Teſtatoris in eorum defectu, abſque progreſſu ad ulteriores ſubſtitutionum gradus ordinata, oſtenditur per Primogenitæ prædeceſſum ultimo gravato, caducata non fuiſſe, ſed adhuc durare in Maſculis, etiam per duplex medium fœmininum, ab ipſa deſcendentibus = *Primogenitæ* = nomen ex quibus conjiciatur in ſua non naturali, ſed civili ſignificatione à Teſtatore acceptum? Maſculi ex fœminis, ſi qua in teſtamenti parte vocati ſint, ſemper cenſentur poſt Maſculos ex Maſculis admiſſi ad fideicommiſſum etiam agnatitium. 256.

*Lucana Fideicommiſſi.*

VOTUM XXIV.

Fideicommiſſum perpetuum & ſucceſſivum an, & quàndo inductum cenſeatur? Filiorum appellatione an, & quando omnes comprehendantur ulteriores Deſcendentes? Gravamen in Bonis heredis fideicommiſſo obnoxiis, à Teſtatore, ex falſa credulitate, quod libera in ſui perſona eſſent effecta, demandatum, non ſuſtinetur; minùſque heredi, ejuſque ſucceſſoribus, præſertim ex proprio jure venientibus obeſt hereditatis aditio. Ad fideicommiſſum perpetuum in defectu Secundogenitorum vocatorum, admiſſis Primogenitis, hi numquam veniunt, niſi, verificatâ illorum deficientiæ conditione. 261.

*Aſſiſien. Fideicommiſſi.*

VOTUM XXV.

Deſcendentium maſculorum nomine, ubi deſit agnationis contemplatio, etiam Maſculi ex fœminis, præſertim in ſubſidium, comprehenduntur; ſucceſſio autem ad eos, ſive paris, ſive imparis ſint gradus, in ſtirpes deferenda eſt. Fœminæ numquam veniunt nomine *Deſcendentium Maſculorum*, factiſque alienationibus, fideicommiſſum reintegrare tenentur, itemque fructus reſtituere, à die tamen motæ litis perceptos, quoties juſtâ excuſari valeant credulitate. Et quando hæc juſta reputanda ſit? 270.

*Anconitana Fideicommiſſi.*

VOTUM XXVI.

A fideicommiſſo condito pro perpetua Bonorum conſervatione in familia, cum onere Cognatis in defectu Agnatorum ſubſtitutis injuncto de ipſius familiæ nomine, & inſignibus aſſumendis, an, & ex quibus cenſeri debeant excluſi Agnati nomen, & inſignia alterius familiæ deferentes? Caducitatis pœna in caſu contraventionis ab herede incurritur, licèt non ſit expreſſa. Onus aſſumendi nomen, & inſignia Teſtatoris, an, & quando inferat agnationis contemplationem? 278.

*Maceraten.*

VOTUM XXVII.

Nominis, & inſignium aſſumptionis declaratio non requiritur, quando non eſt injuncta. A caducitate ob contraventionem excuſat juſta,

ſta, legitimaque cauſſa: & quando ex defectu interpellationis caducitas non incurratur? Caducato herede ob omiſſam nominis, & inſignium aſſumptionem, Subſtitutus cum eiſdem vinculis, & conditionibus, hereditatem adeundo, idem onus debet aſſumere. Summo Pontifici poteſtas eſt commutandi ſupremas Defunctorum voluntates. An autem, & quando cenſendus ſit ejuſmodi gratiam conceſſurus? Caducato herede, ejus filii, ſi non tamquam eidem ſubſtituti, ſuccedere tamen debent ultimo gravato ex ſubſtitutione proximiorum ipſi facta. Secundogenito ſubſtitutis omnibus ejus filiis, omnes æqualiter debent admitti, non illius dumtaxat Secundogenitus. Fœminarum excluſio non afficit earum filios maſculos. 287.

## *Anconitana Fideicommiſſi.*

### VOTUM XXVIII.

Fideicommiſſario pro fideicommiſſi recuperatione agenti, præſtitâ ab eo cautione aliis vocatis totum, vel partem reſtituendi, officere non poſſe exiſtentiam alteriùs proximioris gradu, quoties hic non de alia priùs vocata, ſed de eadem ipſius Actoris linea exiſtat, latè diſcuſſo articulo, reſolvitur; ſimulque oſtenditur, an, & quando una, & non plures dicantur conſtitutæ lineæ? Proximitatem itidem gravanti, & non gravato, ubi cum tertio poſſeſſore agitur, attendendam non eſſe; præſtitâque cautione ejuſmodi, minùs requiri præfixionem termini aliis vocatis, ut declarent, an velint agnoſcere nec ne? 302.

## *Fanen. Fideicommiſſi.*

### VOTUM XXIX.

Ad fideicommiſſum ſubſtitutis Liberis filiorum, atque etiam Liberis Liberorum, quando perpetuum, & progreſſivum ad omnes Liberorum Deſcendentes illud cenſeatur? Liberorum nomine omnes illorum Deſcendentes comprehenduntur, niſi aliter ſit de mente Teſtatoris. Hæc autem ex quibus eliciatur? Agnationis contemplatio tacita, ſive expreſſa ex quibus reſultare valeat? Ex prohibita in fideicommiſſo particulari Bonorum alienatione, eorumque volita conſervatione in domo, & familia, an, & quando inducatur omnium in illo comprehenſorum vocatio ad univerſale fideicommiſſum? A conſil. *Oldradi* 21. ex quibus recedatur? 311.

## *Romana, ſeù Fanen. ſucceſſionis.*

### VOTUM XXX.

Pro reciproco inducendo fideicommiſſo requiſita omnium vocatio; ſubſtitutio facta ultimo morienti; eaque in tota hereditate, an, & quando concurrere cenſeantur? Et ex quibus etiam conjecturis illud valeat reſultare? Quando itidem reciproca non diſcretivè in unaquaque linea, ſed de linea ad lineam dicatur conſtituta? Mors abſentis an, & quando, & ex quibus conjecturis, & præſumptionibus, ad ſucceſſionis effectum, poſſit probari? 316.

## *Faventina Fideicommiſſi.*

### VOTUM XXXI.

Donationis intuitu primi Matrimonii à Donatario contrahendi factæ cum pacto reverſivo, ſi intra 15. annos Liberos non ſuſciperet, nullis ab eo ſuſceptis Liberis ex primo Matrimonio, ante idem tempus diſſoluto, reverſioni locum factum eſſe, licèt ſecundum intra tale tempus Matrimonium iniverit, demonſtratur. Donatio ex quibus dicenda ſit primi dumtaxat Matrimonii contemplatione facta? Per diviſionem an, & quando præcedenti donationi conditionali renunciatum cenſeatur? 328.

## *Piſana.*

### VOTUM XXXII.

Subſtitutio fœminarum facta in caſu obitus *filiorum*, *& heredum* ſinè filiis, an per obitum ultimi ex heredibus inſtitutis cum filiis, juxtà *Conſilium Oldradi* 21. expiraverit nec ne, ex quibus valeat expendi? *Heredum* nomine an, & quando non primi dumtaxat gradus heredes, ſed etiam ulteriores veniant Deſcendentes? Et quando idem nomen *ſubſtantivè*, non *adjectivè* adpoſitum dicatur? 332.

## *Camerinen. Fideicommiſſi.*

### VOTUM XXXIII.

Diſpoſitio facta de propriis heredis Bonis, quando ſuſtineatur nec ne? Privationis pœnam incurrit heres gravamen in ſuis Bonis non acceptans, vel eidem contraveniens. Heres cum beneficio Inventarii, vel cum ejus jurium præſervatione, poteſt petere, ad æqualitatem redigi diſtributionem Bonorum inæqualiter à Teſtatore factam; an autem, & à quo tempore in reductione veniant fructus? 335.

Bo-

*Bononien. Fideicommiſsi de Canobiis.*

VOTUM XXXIV.

Fideicommiſſum, defectis ſœminarum filiis poſt extinctam lineam Maſculorum ſubſtitutis, ex activa dumtaxat, & non etiam paſſiva illorum vocatione expiraſſe; pluribus adductis, ex quibus activa vocatio ejuſmodi reſultare cenſenda ſit, nec non rejectis, quæ pro fideicommiſſi perpetuitate, ejuſque duratione inter eorumdem filiorum Deſcendentes, iſtorumque comprehenſinne ſub *filiorum* nomine adſerri poſſent, demonſtratur. 340.

*Peruſina Fideicommiſsi.*

VOTUM XXXV.

Subſtitutio in caſu obitus filiorum ſinè filiis demandata, ex *Conſil. Oldradi* 21. locum non habet, iis cum filiis obeuntibus. Filiorum appellatione veniunt nepotes, ulterioreſque Deſcendentes, concurrentibus conjecturis, & adminiculis; Quæ autem illà ſint? Dictio *in infinitum* quid importet? 354.

*Romana, ſeù Cæſenaten. Fideicommiſsi.*

VOTUM XXXVI.

Ad fideicommiſſum perpetuum inſtitutum pro Agnatis, quorum ultimo decedenti Teſtator ſubſtituit omnes fœminas ex iis progenitas *tunc ſuperviventes, in ſtirpes tamen, & non in capita*, impoſito iis, eorumque viris onere aſſumendi ſui cognominis, & ſtemmatis, ac deinceps eum eodem perpetui fideicommiſſi ordine, ac cujuſcumque alienationis prohibitione earum Liberos maſculos legitimos, & naturales, invitati cenſentur etiam filii nati ex fœmina ultimo Agnato præmortua. 356.

*Tyburtina Fideicommiſsi.*

VOTUM XXXVII.

*Filiorum* nomine *ex Statuto Urbis* 142., etiam in Tranſverſalibus, nepotes comprehenduntur, concurrente Teſtatoris voluntate. Hæc autem ex quibus dici poſſit reſultare? Vulgaris anomalæ, ſeù repræſentationis beneficio, vel etiam tranſmiſſionis jure an, & quando ulterior Subſtitutus in gradus caducati locum admittendus cenſeatur? Bona loco quantitatis in dotem aſſignata, eorumdem conventâ reſtitutione, ſpectant ad Mulierem. Fideicommiſſum in vita heredis purificatum, licèt non agnitum, ad illius heredem tranſmittitur. 363.

*Auximana Fideicommiſsi, & Donationis.*

VOTUM XXXVIII.

Fideicommiſſum perpetuum an, & quando cenſeatur Inductum ex alienationis prohibitione in eum finem à Teſtatore facta, ut Bona perpetuò in domo, & poſteritate maſculina ſerventur? Fideicommiſſum reciprocum lineare inter omnes Deſcendentes maſculos an, & ex quibus conjecturis dicatur à Teſtatore ordinatum, ita ut fœmina à Maſculo etiam alterius lineæ excludatur? Domus empta ab herede gravato, & alteri domui fideicommiſſariæ, ut ajunt, incorporata, ad heredem ſpectat fideicommiſſarium, reſuſo illius pretio heredi gravato. Melioramenta ab herede gravato facta in domo fideicommiſſo ſubjecta an, & quando ei ſint reficienda? Et quid de expenſis, & melioramentis in vineis factis? Teſtamentum non revocatur per poſteriorem Bonorum omnium donationem. Legata, & fideicommiſſa particularia an revocata cenſeantur per donationem rei legatæ, & quid, ſi non tota, ſed pars dumtaxat rei legatæ fuit donata? Bona in donatione univerſali ad effectum teſtandi reſervata, an ad heredem Donantis pertineant, vel potiùs ad Donatarium, & an eadem Bona ſuppoſita maneant vinculo fideicommiſſi præcedenter inſtituti, & quando? 373.

*Lucana Succeſsionis, ſeù Fideicommiſsi.*

VOTUM XXXIX.

Donatio, perpetui fideicommiſsi ordine, facta ad ſavorem *filiorum, nepotum, pronepotum, ac poſterorum maſculorum* à primis Donatariis per *directam lineam* deſcendentium, purificata oſtenditur favore Maſculi ab eiſdem Donatariis per medium ſoemininum procedentis, ad excluſionem ſœminæ venientis ex ſubſtitutione fœminarum in defectu *lineæ maſculinæ* demandata. *Lineæ maſculinæ* nomine quando *linea qualitatis* intelligatur? Maſculorum ex fœminis vocatio in ſuperiori parte diſpoſitiva, non adimitur ſolâ Maſcnlorum ex Maſculis mentione in prohibitiva, & conditionali parte. 383.


Lu-

*Lucana Fideicommiſſi, ſeù Primogenituræ.*

VOTUM XL.

Ad fideicommiſſum, perpetuæ primogenituræ ordine, conſtitutum favore filii, ejuſque Deſcendentium maſculorum, hiſque deficientibus, eodem ordine ad favorem illius *fœminarum*, ſub harum appellatione veniunt nedum filiæ illius immediatæ, ſed ulteriores etiam ab ultimo Maſculo deſcendentes; iſtarum autem comprehenſionis ſub dicto *fœminarum* nomine quænam etiam expendi valeant conjecturæ? Dictio *dictæ* quando non *taxativè*, ſed ſolùm *demonſtrativè* adpoſita cenſenda ſit? 390.

*Januen. Diſtributionis Multiplici.*

VOTUM XLI.

Ad annuas, & perpetuas fructuum diſtributiones non ſoli Maſculi, & Agnati, ſed quicumque Deſcendentes vocati cenſentur, non obſtante patrio ſtatuto fęminas propter Maſculos excludente, quando præſertim Teſtator Liberis, & fratribus carens, vocavit pauperes deſcendentes ab ipſius Patre (quorum non alii aderant, quàm deſcendentes ex ipſius Teſtatoris Sorore), iiſque non indigentibus, pauperes deſcendentes alterius fœminæ extraneæ, ac præterea in activâ fructuum diſtributione prætulit Maſculos fœminis, ac de fœminis vocatis mentionem fecit, itemque fœminæ, & earum Deſcendentes reperiuntur in lineâ jam ad Legatum admiſſâ. Heredum, & ſucceſſorum nomen quando heredes ſanguinis, vel etiam Bonorum ſignificet? 400.

*Bononien. Fideicommiſſi.*

VOTUM XLII.

Condito fideicommiſſo ad favorem filii, ejuſque *Deſcendentium Maſculorum* tum ex Maſculis, tum etiam ex fœminis, cum facultate ei tradita quocumque fideicommiſſi vinculo ligandi filios ſuos, diſcutiendus occurrit articulus, an per fideicommiſſum ſubinde à filio ordinatum confirmata cenſeri debeat Patris diſpoſitio? ductoque à poteſtate ad voluntatem argumento, negativè eadem quæſtio reſolvitur, oſtendendo, ad fideicommiſſum filii, etiam quoad paterna Bona, vocatos dicendos eſſe Maſculos dumtaxat ex Maſculis deſcendentes. Et ex quibus poteſtas, ac voluntas ejuſmodi valeat deſumi? 410.

*Reatina Fideicommiſſi.*

VOTUM XLIII.

Fideicommiſſum favore fratris, filiorumque ex certo Matrimonio ab eo naſciturorum, addito à Teſtatore voto perpetuæ Bonorum conſervationis *in ſuis Deſcendentibus*, perpetuum, & progreſſivum ad omnes illius Matrimonii filiorum Deſcendentes quando cenſendum ſit? iſtorumque comprehenſionis ſub nomine Deſcendentium ejuſdem Teſtatoris, excluſis etiam Deſcendentibus ex naturali ipſius filia, quænam conjecturæ, & argumenta valeant expendi? 419.

*Avenionen. Fideicommiſſi, & Donationis.*

VOTUM XLIV.

Donatio dimidiæ partis omnium Bonorum, ampliſſimis licèt verbis, & cum evictionis promiſſione filio à Parentibus uſumfructum ſibi reſervantibus facta ob certi Matrimonii cauſſam, ex veriori ſententiâ in filii Legitimam imputanda eſt, accedente præſertim declaratione Patris morti proximi in codicillis editâ; Non compenſatur tamen cum credito dotis maternæ, neque Bona donata efficit obnoxia ipſius dotis reſtitutioni, aut ſolutioni expenſarum ultimæ infirmitatis, & funeris Patris, nec alterius cujuſcumque æris alieni, ſive ante, ſive poſt donationem à Patre contracti: Comprehendit etiam Bona à Patre fideicommiſſo, vel primogenituræ anteà ſubjecta, adimitque facultatem Patri Donatori de iis poſteà diſponendi in quoſcumque pios uſus. Legitima, quotiens Bona donata in eam non imputantur, detrahenda eſt ex aliis Bonis, habitâ rerum donatarum ratione: In eam imputantur ſumptus à Patre facti pro apparatu nuptiarum filii. Renunciatio facta à filiâ in Parentum favorem diſtributivè intelligenda eſt, Bonorum mobilium, quæ Teſtator vendi, & æſtimari juſſit, conſumptionem heres gravatus allegare non poteſt: Reſtituendorum mobilium, & immobilium valor, itemque pecuniæ in dotem datæ, ex quonam tempore ſpectandus ſit? 431.

*Romana, ſeù Civitatis Ducalis prætenſæ Immiſſionis.*

VOTUM XLV.

Sub nomine filiorum in conditionali parte an, & quando veniant ulteriores Deſcendentes? Bo-

Bonorum conſervatione à Teſtatore volitâ in Maſculis *de domo ſua*, quando etiam Cognatos dicatur contemplaſſe? Ex præcedenti ſubſtitutione veniens, licèt ſimpliciter in conditione poſitus, ulteriorem excludit ſubſtitutum. Vocatis illis de *domo*, & *familia*, vocati non cenſentur, qui idem dumtaxat cognomen gerunt. 453.

*Avenionen.*

VOTUM XLVI.

Lucra à filio facta ex negociatione, ſive ex ſocietate cum Patre geſtâ, licèt ei, tamquam peculium adventitium, adquirantur, ſunt in hereditatem Patris conferenda, ſi is in teſtamento eorumdem collationem demandaverit. Pater an poſsit in ſuo teſtamento collationis onus imponere ſuper Bonis filii, poſitis ſub fideicommiſſo, & quomodo? Filia Legitimæ ſupplementum petere poteſt, tametſi Pater ei Legatum reliquerit, cum prohibitione aliud non petendi. In Legitimæ calculo computanda ſunt tàm lucra antedicta, quàm Bona poſita ſub fideicommiſſo filii, quæ, ex Teſtatoris præcepto, paterno accreverunt patrimonio. Et quid de fructibus eorumdem Bonorum fideicommiſſariorum, quæ Pater, adhuc vivens, præventivè filio reſtituit, an collationis ſubſint oneri, licèt ei tacitè donaſſe cenſeatur, & quando de iſtis etiam ratio habenda ſit quoad Legitimæ calculum? Legitimæ Uxoris inveſtimentum, eâ invitâ, fieri nequit, viro licèt decocto. 461.

FER-



# FERDINANDI DE VALENTIBUS

S. Conſiſtorii, Fiſci, & R. C. Apoſtolicæ Advocati

# DE ULTIMIS VOLUNTATIBUS

## *PARS PRIOR.*

*Faventina Fideicommiſſi.*

Fideicommiſſum, ſeù alia quævis ſubſtitutio in caſu obitus Filiorum ſinè Filiis maſculis, ex *Conſil. Oldradi* 21., locum non obtinet, ubi illi cum maſculis deceſſerint. Conjecturæ, & argumenta ex quibus ab eodem *Oldradi* conſilio receditur, latè expenduntur. Conditio, *ſi ſinè Filiis maſculis*, quando in defectu Filiorum cum maſculis debeat favore Subſtituti, ejuſve Deſcendentium, extantibus licèt maſculis ex fœmina, purificata dici, itaut locum non habeat *Fulgoſii conſilium* 85. *Angeli* Doctrina in *L. Quamdiu ff. de aquir. hered.*, quod, caducato uno gradu, ceteri ſequentes corruant, quando non procedat, oſtenditur.

### VOTUM PRIMUM.

1 *Fideicommiſſum, purificatâ conditione, ad Subſtitutos defertur.*

2 *Subſtitutio demandata in caſu defectus Filiorum ſinè Filiis maſculis, deficit, maſculis extantibus. Intellige, ut* num. 6. 7. & 43.

3 *Filiorum, & Deſcendentium maſculorum nomine veniunt etiam maſculi ex Fœminis, &* num. 144.

4 *Subſtitutio facta in caſu deficientiæ Filiorum Teſtatoris ſinè maſculis, evaneſcit quoad Filios Subſtituti, ob illius præmorientiam, &* num. 149. & 150.

5 *Teſtatoris mens debet inſpici, cum diſceptatur, an locus ſubſtitutioni factus ſit.*

6 *Subſtitutio demandata ſub conditione deficientiæ Filiorum ſinè maſculis, ceſſat tunc ſolùm, cum ad illorum dumtaxat obitum ſinè maſculis reſtricta eſt.*

7 *Atque ubi eadem Subſtitutio ita concepta eſt, ut pro ejus effectu neceſſe ſit, ipſos omnino mori ſinè maſculis.*

8 *Verba Teſtamenti* = Quando tutti i miei Figlioli mancaſſero in qualſivoglia tempo ſenza Figlioli maſchi &c. = *quodcumque tempus indefinitè reſpiciunt.*

9 *Et verificari poſſunt quocumque tempore Filii etiam Filiorum ſinè Filiis maſculis deficiant, &* num. 15. & 16.

10 *Pariterque caſum comprehendunt, quo Teſtatoris Filius obierit, relicto maſculo, qui poſtea ſinè maſculis deceſſerit.*

11 *Filiorum maſculorum deficientia verificatur tàm nullis relictis Filiis maſculis, quàm illis relictis, ac poſtea defectis.*

12 *Subſtitutio facta in caſu non exiſtentiæ maſculorum, ſi non ſit ad præciſum illum caſum reſtricta, locum habet etiam in caſu exiſtentiæ, ac poſtea deficientiæ illorum.*

13 *Præſertim, ſi facta verbis comprehendentibus quodcumque tempus.*

14 *Nec per eam Teſtator voluiſſe cenſetur, ut Subſtituti, ſolùm in caſu inexiſtentiæ maſculorum admitterentur, &* num. 15.

17 *Verba teſtamenti* = In qualſivoglia tempo mancaſſero ſenza Figli &c. = *compendioſam inducunt.*

18 *Compendioſa ſub ſe æquè continet vulgarem, ac fideicommiſſariam.*

19 *Verba teſtamenti* = In qualſivoglia tempo man-

mancaſſero ſenza Figlioli maſchi=, *ex mente Teſtatoris, indicant, conditionis effectum, quocumque caſu, ac tempore illius purificationis ſequi debere.*

20 *Præſertim, ſi id ſuadeat cauſſa tàm intrinſeca, quàm extrinſeca talis diſpoſitionis.*

21 *Subſtitutio ordine perpetuæ Primogenituræ, deficientibus Filiis maſculis Filiorum Teſtatoris, demandata cum declaratione, quod Bona ad Subſtitutos tranſire, in eiſque* ſemper *conſervari debeant, nequit dici reſtricta ad ſolum caſum obitus Filiorum ipſius Teſtatoris ſinè maſculis.*

22 *Sed locum habere debet, ſive iidem maſculi deficiant per non exiſtentiam, ſive per exiſtentiam, & poſtea deficientiam.*

*Præſertim, ſtante dictione* = ſempre = num. 23.

23 *Dictio* = ſempre = *ſuâpte naturâ quemcumque caſum, & tempus includit.*

24 *Teſtatoris voluntas ex Teſtamento etiam nullo valet deſumi.*

25 *Actus ſubſequens cenſetur geſtus in executionem præcedentis diſpoſitionis.*

26 *Diſpoſitio correlativè, & ſumulativè ad aliam facta, ab illa declaratur, &* n. 34. & 136.

27 *Teſtator ex Legato Sororibus facto pro quocumque caſu deficientis ejus lineæ maſculinæ, cenſetur Legatum alteri Sorori factum, pro eodem etiam caſu reliquiſſe, &* num. 31.

28 *Teſtatori magis dilecta præſumitur Soror nupta in Familia.*

29 *Teſtator non cenſetur Sororem à ſe magis dilectam minùs honorare voluiſſe.*

30 *Et contrarium videretur abſurdum.*

32 *Teſtator cenſendus non eſt minus in poſteriori Legato favore unius Sororis reliquiſſe, ac reliquit in ſuperiori favore aliarum.*

33 *Præſertim, ſi dilecta magis illa ſit.*

34 *Verba in Codicillis* = Mentre che in me, o miei Figlioli, o Deſcendenti maſchi pervenga, come mi afferma detto Signore &c. avermi teſtato = *prolata à Teſtatore quoad ulterius hereditatem aſſequendam, indicant, iſtius voluntati ſe Teſtatorem conformare voluiſſe.*

35 *Ac ejus diſpoſitionem factam in caſu obitus ſuorum Filiorum ſinè maſculis, non fuiſſe reſtrictam ad eorum obitum dumtaxat.*

36 *Sed extenſam ad defectum quorumcumque etiam ipſius Deſcendentium, &* n. 37. & 38.

39 *Diſpoſitio una, atque eadem non debet difformi jure quoad unam, & alteram ejus partem cenſeri.*

40 *Determinatio reſpiciens plura determinabilia, æqualiter omnia determinat.*

41 *Maximè, ſi facta in eadem diſpoſitione.*

42 Oldradi Conſil. 21., *quod, extantibus maſculis, ceſſet ſubſtitutio, iis deficientibus, facta, locum non habet, ſi ſubſtitutio non in caſu illorum dumtaxat obitus, ſed in quocumque caſu defectus omnium Deſcendentium maſculorum ſit ordinata.*

43 *In caſu ejuſdem* Conſilii *nullæ in contrarium aderant conjecturæ.*

44 *Subſtitutio in caſu obitus Filiorum ſinè maſculis, quod non ſit, juxta* Conſil. Oldrad. 21., *ad eorum dumtaxat obitum ſinè maſculis reſtricta, poteſt ex conjecturis argui. Et ex quibus &* à num. 45. ad 104.

45 *Subſtitutio in caſu obitus Filiorum ſinè maſculis, non cenſetur ad eum dumtaxat caſum reſtricta, ſtante agnationis contemplatione, etiam tacitâ, &* num. 47.

46 *Ac digreſſu ad plures ſubſtitutionum gradus.*

48 Agnationis *contemplatio, in ſubſtitutione facta in caſu obitus Filiorum ſine maſculis, ſi ſit expreſſa, ſubſtitutionem ampliat, etiam ultra caſum illorum obitus ſine maſculis.*

49 *Eamdemque reſervat etiam quando Filii cum Maſculis decedant.*

50 Agnationis *contemplatio tacitè conjicitur ex qualitate maſculinitatis ſemper volita, & repetita in omnibus Subſtitutis, ac in omni diſpoſitionis parte, &* n. 51.

52 *Teſtator, ex volita qualitate maſculinitatis, cenſetur agnationis conſervationem voluiſſe.*

53 *Junctâ præſertim commotatione* Domus, & Familiæ; *ac expreſsâ ratione conſervandæ agnationis, &* num. 54.

54 *Teſtator, expreſsè volitâ ab eo conſervatione agnationis, non cenſetur maſculos vocaſſe ex mera ſexus prædilectione.*

55 *Sed ex cauſſa agnationis, tamquam finali, & principali.*

56 Agnationis *contemplatio non excluditur, quamvis Teſtator primo loco Sororem vocaverit.*

*Præſertim, ſi Agnato nupta ſit,* num. 58.

57 *Soror Teſtatoris agnata illi eſt.*

59 Agnationis *expreſſa contemplatio reſultat ex facta ſubſtitutione proximiorum Agnatorum de Familia, deficientibus Maſculis ex linea Vocatorum.*

60 Agnationis *expreſſam contemplationem præſefert ſtrictiſſima alienationis prohibitio.*

61 *Præſertim, ſi facta etiam quoad commoditatem percipiendi fructus, &* num. 64.

62 Agnationis *contemplatio expreſſa conjicitur ex volita ſemper Bonorum conſervatione in Deſcendentibus maſculis per lineam maſculinam, & deindè in proximioribus Agnatis in infinitum, &* num. 63.

65 Agnationis *expreſſa contemplatio elicitur ex volita excluſione Religioſorum, & Fiſci.*

66 *Verba Codicillorum* = Perchè voglio &c., che li detti Beni, e commodità di pigliarne i frutti ſi conſervi nelli detti Chiamati per la conſervazione della Famiglia de Lunini = *expreſſam agnationis conſervationem præſeferunt, &* num 67. & 68.

*Licèt principaliter non ſint adjecta, ſed acceſſoriè ad excluſionem Religioſorum, & Fiſci,* num. 69.

*Et præcedens Fideicommiſſum declarant,* n. 70.

67 Familiæ *denominatio cum adjuncto cognominis ipſius Familiæ expreſſam indicat agnationis contemplationem.*

68 Agnatio *expreſsè contemplata cenſetur, ex volita conſervatione Bonorum in maſculis agna-*

*tis*

*tis pro* Familiæ *conſervatione, atque ſplendore.*

69 Domus, Familiæ, *&* Agnationis *mentio, ſi ſæpius in teſtamento habitâ ſit cum expreſſo voto conſervationis Bonorum, indubia redditur expreſſa agnationis contemplatio.*

70 *In codicillis expreſsè contemplata cenſetur agnatio ex illius expreſſa contemplatione in teſtamento.*

71 *Codicilli ſunt pars teſtamenti, ejuſque appendix, &* num. 77.

72 *In codicillis non cenſetur ſuam voluntatem Teſtator mutaſſe.*

73 *Niſi quoad expreſsè reformata, aut incompatibilia cum diſpoſitis in teſtamento, &* n. 74.

75 *Teſtamenti pars una alteram declarat.*

76 *Codicilli declarantur à teſtamento.*

78 *Verba* Domus, & Familia *agnationem deſignant, quando alibi de agnatione mentio facta eſt.*

79 *Procedit, licèt non* Domus, & Familiæ, *ſed agnationis conſervatio fuerit expreſſa.*

80 *Agnatio expreſsè contemplata cenſetur ex digreſſu ad plures ſubſtitutionum gradus.*

81 *Subſtitutio in caſu obitus Filiorum ſinè maſculis, ſtante digreſſu ad plurium Perſonarum gradus, dici nequit ad ſolum Filiorum obitum ſinè maſculis reſtricta, &* num. 116.

82 *Subſtitutio in caſu obitus Filiorum ſinè maſculis cenſeri nequit ad eum dumtaxat caſum reſtricta, ubi res eſt de fideicommiſſo particulari, perpetuo, reali, & primogeniali, &* num. 117. & 120.

83 *Fideicommiſſum particulare indicat majorem Teſtatoris affectionem erga res particulariter alienari probibitas.*

84 *In fideicommiſſo particulari vocatio cenſetur non tàm per vulgarem, quàm per fideicommiſſariam concepta.*

85 *Fideicommiſſum quod ſit perpetuum, reſultat ex clauſulis* = in perpetuum, ſemper, & in infinitum =, *aliiſque ſimilibus pluries adhibitis, &* num. 86. & 117.

87 *Fideicommiſſi perpetuitas importat perpetuam ejus reſtitutionem inter perſonas omnes contemplatas.*

88 *Dictio* = in infinitum =, *nec non alia* = in perpetuum =, *ac itidem alia* = ſemper = *important perpetuam fideicommiſſi reſtitutionem inter omnes Vocatos, &* num. 89. 90. & 117.

91 *Fideicommiſſum reale eſſe, elicitur ex Teſtatoris mente, atque ex ejus votis, & verbis principaliter ad Bona directis,* num. 92., *ut illa perpetuò conſerventur in Familia, & agnatione,* num. 93., *additâ alienationis prohibitione,* num. 95., & 118.

96 *Fideicommiſſi realitas non excluditur ex facta Vocatis ipſis probibitione alienationis, &* n. 97.

97 *Ad Fideicommiſſi realitatem arguendam, magis attenditur cauſſa, & ratio probibitionis, quàm iſtius verba.*

98 *Fideicommiſſi realitas gravamen inducit reale, atque perpetuum.*

99 *In Fideicommiſſo reali Bona ſunt perpetuæ reſtitutioni obnoxia.*

100 *Apud quemcumque reperiantur: abſque ulla temporis, caſuum, vel perſonarum diſtinctione* num. 100., *donec ad ultimum Subſtitutum perveniant,* num. 101.

102 *Subſtitutio in caſu obitus Filiorum ſinè maſculis, non cenſetur ad eum ſolùm caſum reſtricta, ſi ordine perpetuæ primogenituræ ſit ordinata, &* num. 103., *&* 117.

103 *Primogenituræ ordo in ſucceſſione præſcriptus, diſpoſitionem extendi poſtulat.*

104 *Subſtitutio in caſu obitus Filiorum abſque maſculis non cenſetur ad ſolum ejuſmodi caſum reſtricta, ſi indefinitam præſeferat alienationis probibitionem, datis Subſtitutis in caſu contraventionis, &* n. 118. & 119.

105 *Conjecturæ, ubi agitur, an ſubſtitutio facta in caſu obitus Filiorum ſinè maſculis, ſit nec ne ad ſolum illum caſum reſtricta, debent non ſeorſim, ſed unitim accipi.*

106 *Conjecturæ autem omnes pro perpetuitate ſubſtitutionis adducibiles pendere videntur ab illa conditione obitus Filiorum ſinè maſculis.*

*Concluſio tamen hæc ſupponit id, quod eſt in quæſtione,* num. 109.

107 *Agnationis conſervandæ votum, perpetuitas, & realitas diſpoſitionis in ſubſtitutione facta in caſu obitus Filiorum ſinè maſculis, eveniente caſu ejuſmodi obitus, non inducunt neceſſitatem admittendi Subſtitutum, ejuſque Deſcendentes.*

108 *Cum locum habere poſſint quoad alios Agnatos expreſsè vocatos.*

*Et quando id procedat?* num. 125., & 126.

110 *Conjecturis opus non eſt in claris.*

111 *Subſtitutio ubi eſt expreſſa, non requiritur tacita ex conjecturis elicita.*

112 *Subſtitutio tacita operatur, ubi deficit conditio, & onus reſtituendi non eſt expreſsè injunctum.*

113 *Subſtitutio tacita ſupplet defectum conditionis, & gravaminis ex præſumpta Teſtatoris mente.*

114 *Teſtatoris mens benè deſumitur ex conjecturis.*

115 *Teſtatoris mens rectè deſumitur ex eo, quod in ſimili alio caſu diſpoſuit.*

121 *Subſtitutio licèt ſit facta in caſu obitus Filiorum ſinè maſculis, Teſtator præſumitur optaſſe, atque ſperaſſe Filiorum obitum cum maſculis.*

122 *Hoc tamen eveniente, non cenſetur voluiſſe, ſubſtitutionem evaneſcere, quam omninò perpetuam ſtuduit efficere, &* num. 123.

123 *Teſtator nequit dici fruſtra ſollicitus fuiſſe de perpetua Bonorum conſervatione apud omnes ab eo vocatos, &* num. 124.

125 *Agnationis contemplatio, perpetuitas, ac realitas diſpoſitionis neceſſariò non inferunt gravamen reſtitutionis favore Subſtituti, ejuſve Deſcendentium, cum ſe habent in aliqua teſtamenti parte, ubi generaliter de omnibus Agnatis actum eſt.*

126 *Secùs, cum in parte, ubi peculiaris eſt habita illorum favore diſpoſitio, &* num. 127.

128 *Ordo à Teſtatore præſcriptus debet ſervari.*

129 *Agnatus de linea dilecta ceteros excludit, qui, eâ deſectâ, vocati ſunt.*

130 *Gravamen arguitur, ubi ceſſat libertatis favor.*

131 *Libertatis gratiâ faciliùs contra Fideicommiſſum reſpondetur.*

132 *Gravamen favore Deſcendentium arguitur, ubi concurrit Teſtatoris prædilectio.*

*Et ex quibus ea valeat evinci?* num. 133. 134. *&* 135.

134 *Proximioritas gradus poteſt ex Sorore Teſtatoris dimetiri.*

136 *Subſtitutio facta in caſu obitus Filiorum ſinè maſculis dicenda eſt, ſecuto etiam illorum obitu cum maſculis, locum habere, ſi hereditatem comprehendat aſſequendam à Subſtitutis poſt extinctam eorumdem Filiorum lineam maſculinam.*

137 *Proximiores, & magis dilectos à Teſtatore præferri, juſtum eſt.*

138 *Præſertim, ubi id ſit ex mente alterius, de cujus Bonis Teſtator ipſe diſponat.*

139 *Gravatis præjudicium non infertur, cum præferuntur Proximiores, & magis dilecti.*

140 *Idem, ſi aliis Agnatis præferantur.*

141 *In Fideicommiſſo onus reſtitutionis cenſeri debet appoſitum favore Proximiorum, ac magis dilectorum.*

142 *Proximiores, ac prædilecti, nequeunt à remotioribus, & minùs dilectis excludi.*

143 *Conditio* = ſi ſine Filiis maſculis = *nequit dici purificata, exiſtentibus maſculis ex fœmina.*

144 *Conditio* = ſi ſinè Filiis maſculis = *ubi diſpoſitio Filios tantùm comprehendat, diverſum operatur effectum, ac ubi directa eſt ad Deſcendentes etiam maſculos.*
Fulgoſii Conſ. 85. *agit de caſu ubi non ſolùm aderat conditio* = ſi ſinè Filiis maſculis = *ſed etiam Deſcendentes maſculi fuerant comprehenſi.* ibid.

145 *Conditio* = ſi ſinè Filiis maſculis = *ubi ſemper vocata eſt linea maſculina, & contemplata agnatio, operatur excluſionem maſculorum ex fœminis deſcendentium.*

146 Fulgoſii Conſ. 85. *locum ſibi non vindicat, cum ſemper vocata eſt linea maſculina, & contemplata agnatio.*

147 *Maſculi ex Fœminis nequeunt propriè dici de linea maſculina.*

148 *Neque agnationem rigorosè conſervant.*

150 *Caducato gradu intermedio, corruunt etiam ceteri, qui ſequuntur. Ex Doctrina* Angel. in L. Quandiu ff. de acquir. hered.

151 *Gradus ſubſequentes, in ſucceſſionibus, cenſentur facti, quatenus præcedens fuerit admiſſus.*

152 *Verbum* = ſubſtituit = *non eſt merè obliquum, ſed commune.*

153 *Et oſtendit, ſubſtitutionem non eſſe merè fideicommiſſariam.*

154 *Subſtitutio merè fideicommiſſaria non eſt, niſi reſtitutionis gravamen ſit nominatim injunctum.*
*Et verba ſubſtitutionis alium nequeant ſenſum habere, quàm merè fideicommiſſariæ.* ibid.

155 *Subſtitutio quoties non eſt explicata per verba obliqua, & præſeferentia præciſam adeundi neceſſitatem quoad primos Vocatos antequam ulterior Subſtitutus admittatur, toties in Fideicommiſſaria continetur vulgaris tacita, ſeu anomala.*

156 *Vulgaris tacitæ, ſeu anomalæ effectus eſt, ut Subſtituti loco Præmortuorum admittantur.*

157 *Vulgari tacitâ opus non eſt, dum habetur expreſſa.*

158 *Verba* = Alli quali Signori &c. volgarmente, e per Fideicommi lo ſoſtituiſco il ſuo Figlio &c. e ſucceſſivamente li Figlioli &c. = *vulgarem expreſſam præſeferunt.*

159 *Atque indicant, ulteriores Subſtitutos eſſe admittendos, nedum ſi eorum Parentes Fideicommiſſum adierint, verùm etiam ſi adire noluerint, aut nequiverint.*

160 *Fideicommiſſum ſi perpetuum ordinatum ſit, ac volita perpetua Bonorum conſervatio in familia, deficientia gradus intermedii non excludit admiſſionem ulteriorum Subſtitutorum.*

161 *Nec Teſtator cenſetur voluiſſe Filiis, & Deſcendentibus Subſtitutorum per vulgarem providere.*

162 *Subingreſſus Subſtitutorum in gradu caducato optimè confert perpetuationi Bonorum in familia a Teſtatore volitæ.*

163 *Præſertim in diſpoſitione ordinata per viam perpetuæ primogenituræ.*

CUm mihi in hac, quæ agitur Cauſa, rogato, ut pro veritate ſententiam meam dicere velim, num ſcilicet, per obitum Antonii jun. de Luninis abſque filiis maſculis, ſed relictâ ſolummodò unicâ filiâ fœminâ; tamquàm deficiente lineâ maſculinâ Antonii ſen., factus ſit locus Legato, ſive particulari fideicommiſſo in ſuis codicillis à præfato Antonio ſen. de Luninis ordinato favore Deſcendentium maſculorum Joſephi, & Aloyſiæ ejuſdem cognominis, & familiæ de Luninis: cum, inquam, mihi tradita, & communicata fuerit diſertiſſima quædam, & luculenta allegatio Juris, quæſtionem hanc doctè, ac elaboratè enucleans, atque definiens pro Deſcendentibus præfatis: video in illa præoccupatas partes mihi demandatas: quapropter, ne jam actum rursùs agendo, omnia, ex alieno labore, & diligentia uſurpaſſe viderer, libenter eam approbando, illique ſubſcribendo, calamum, manumque ab opere abſtinuiſſem, niſi aliter jam ſuſcepti muneris ratio, & enixum Requirentis votum poſtulaſſet, quibus propterea ſatisfacturus, ſi omiſero plura, latè, & doctè in dicta allegatione perpenſa, id egero, non quia vel tamquam ſuperflua, vel minus valida prætereunda eſſe cenſuerim; ſed quia brevitati ſtudens, omnium dumtaxat firmiſſimis Cauſæ hujus fundamentis inſiſtere conſtitui.

Locum itaque factum eſſe arbitror Legato, & Fi-

Digitized by Google

Fideicommiſſo particulari, de quo agitur, favore
Deſcendentium maſculorum Joſephi, & Aloy-
ſiæ: Etenim Antonius ſen. de Luminis Teſtator
in ſuis codicillis, ita diſpoſuit = *quando piaceſſe*
*à S. D. M., che tutti i miei figlioli maſchi in qual-*
*ſivoglia tempo mancaſſero ſenza figlioli maſchi le-*
*gitimi, e naturali, e di legitimo matrimonio, il*
*che Dio non voglia, in tal caſo per titolo di Lega-*
*to, e particolar Fideicommiſſo, al Sig. Gioſeppe*
*Lunini, & alla Signora Luiſa Lunini ſua moglie,*
*e mia ſorella, laſcio gl' infraſcritti Beni &c.* = ;
deindeque, enumeratis Bonis particulari fidei-
commiſſo ſubjectis, præfato Joſepho, & Aloyſiæ
ordine primogenituræ ſubſtituit omnes eorum
filios, & Deſcendentes maſculos in infinitum,
aliis adjectis ſubſtitutionibus, & ordinationibus,
de quibus in dictis codicillis: quamobrem, pu-
1 rificatâ conditione deficientiæ omnium Filiorum
maſculorum Teſtatoris ſinè filiis maſculis (quip-
pe ille, duos tantùm maſculos habuit; Augu-
ſtum nempè, & Joannem Baptiſtam; ex his au-
tem Jo: Baptiſta deceſſit, nullis prorsùs relictis
filiis, Auguſtus verò reliquit Antonium junio-
rem, ex quo ultimo loco defuncto, unica ſuper-
ſtes eſt filia fœmina, nomine Maria) ambigi
nequit, quin ob eventum, & purificationem
dictæ conditionis factus ſit locus Legato, & fi-
deicommiſſo particulari favore Deſcendentium
maſculorum Joſephi, & Aloyſiæ, ad *Text. in leg.*
*ſi poſt diem ff. quando dies legati cedat, & leg. quod*
*ſi alii ff. de adimend. legat., Rot. deciſ. 602. n. 5.*
*coram Dunozet. jun., deciſ. 236. num. 3. part. 19.*
*rec., in Bononien. Legatorum 15. Martii 1709.*
*§. Ratio coram bo. me. Molines, & in Ariminen.*
*Fideicommiſſi de Hippolitis 12. Aprilis 1717.*
*§. Quo enim coram bo. me. Foſcaro.*
2 Niſque turbat, ſi dicatur, conditionem defi-
cientiæ omnium filiorum maſculorum Teſtato-
ris ſinè filiis maſculis, ſub qua ordinatum fuit
dictum fideicommiſſum particulare, vel prorsùs
defeciſſe ob exiſtentiam Antonii jun. filii Augu-
ſti, alterius ex filiis Teſtatoris, juxta famigera-
tum *conſilium Oldradi* 21., vel nondum purifi-
3 catum dici poſſe, ob exiſtentiam Filiorum ma-
ſculorum D. Mariæ filiæ Antonii jun., qui no-
mine Filiorum, & Deſcendentium maſculorum
venire poſſunt, ad normam æquè celebris *conſi-*
4 *lii 85. Fulgoſii*: Vel demùm, poſitâ etiam pu-
rificatioue conditionis, nihilominus tamen Le-
gatum, & fideicommiſſum evanuiſſe, tamquam
caducum effectum, ob præmorientiam Joſephi,
& Aloyſiæ, à quibus eorum Filii, & Deſcen-
dentes maſculi illud capere debebant, ex *theori-*
*ca Angeli in leg. quandiù ff. de acquir. hereditat.*:
nulla quippè ex oppoſitis exceptionibus præfati
Joſephi, & Aloyſiæ Deſcendentibus obeſſe poſſe
5 mihi videtur, cum omnes, ſpectatâ tum mente
Teſtatoris, tum univerſæ diſpoſitionis contextu,
longè abeſſe comperiantur à caſu noſtro.
Remque ordiendo à prima, non eſt hic locus
6 *conſilio 21. Oldradi*, nam, licèt Auguſtus deceſſe-
rit, relicto Antonio filio: attamen Teſtator non
reſtrinxit conditionem ad tempus præciſum obi-
tus Filiorum ſuorum, ita quidem, ut pro illius
purificatione opus eſſet, Filios maſculos Teſtato- 7
ris omninò mori ſinè filiis maſculis, ut erat in
caſu *Oldradi*, ſed indeterminatè dixit = *quando*
*piaceſſe à S. D. M., che tutti i miei Figlioli ma-* 8
*ſchi mancaſſero in qualſivoglia tempo ſenza figlioli*
*maſchi &c.* = Quæ verba generaliter, & indefini-
tè reſpicientia quodcumque tempus, non ſolùm
verificari poterant tempore obitus Filiorum Te- 9
ſtatoris; verùm etiam quando alio quocumque
tempore filios, & Deſcendentes illorum abſque
filiis maſculis deficere contingeret: propterea que
comprehendunt etiam caſum, quo Filius Teſta- 10
toris obierit, relicto maſculo, qui poſtea, ſinè
maſculis defecerit: non minùs enim ſinè ma-
ſculis deficere dicitur ille, qui nullos reliquit ma- 11
ſculos, quàm qui reliquit, ſed poſtea defecerunt,
ad tradita per *Fuſar. de Subſtit. quæſt. 460. n. 50.*
*& ſeqq., Adden. ad dec. 320. part. 9. rec. n. 219.,*
*Rot. deciſ. 12. num. 9. & ſeqq. part. 10., & coram*
*Dunoz. jun. deciſ. 214. num. 13.*
Quamubrem communiter receptum eſt, quod
ſubſtitutio facta in caſu non exiſtentiæ alicujus 12
generis perſonarum, puta maſculorum, niſi ſit
apertè reſtricta ad illum præciſum caſum, locum
habeat etiam in caſu exiſtentiæ, & poſtea defi-
cientiæ illorum; præſertim, ſi facta apparet ver- 13
bis comprehendentibus quodcumque tempus,
juxta theoricam *Soccini in leg. Solemus n. 6. ff. de*
*condit., & demonſtrat.*, quam amplectitur in his
terminis *Rota deciſ. 110. num. 12. & ſeq. coram*
*Priolo, deciſ. 12. num. 71. & 72. coram Merlino,*
*deciſ. 233. num. 3. coram Carill., deciſ. 5. num. 2.,*
*& deciſ. 6. num. 5. apud Balducc. ad Ramon.,*
*deciſ. 203. num. 14. & 15., & ſeq. poſt Conſtantin.*
*ad Statut. Urb., in Romana Juriſpatronatus 14.*
*Decembris 1705. §. Ex quo ſubſtitutionum con-*
*textu coram Molines, in Maceraten. Fideicommiſſi*
*6. Maii 1709. §. Eo adamuſſim, & ſeqq. coram*
*Anſaldo, in Romana, ſeu Sarzanen. Fideicommiſſi*
*2. Julii 1714. §. Non obſtante theorica cor. Cer-*
*ro, & in confirmatoria 21. Novembris ejuſdem*
*anni §. Nullam coram Anſaldo*: Et rectè qui-
dem, nam per ſubſtitutionem tali modo conce- 14
ptam, & quocumque tempore factam, Teſtator
voluiſſe quidem cenſetur, quod Subſtituti non
admitterentur, donec maſculi extarent, at non
etiam, ut iidem admitterentur in eo dumtaxat
caſu, quo maſculi nullatenus extitiſſent, *Gabriel.*
*conſ. 117. num. 42. lib. 1., Rot. deciſ. 121. n. 12.*
*& ſeq. coram Priol., & in Romana Fideicommiſſi*
*11. Januarii 1706. §. Hinc fruſtranea cor. Muto.*
Jure itaque optimo in caſu noſtro dici debet,
Teſtatorem illis verbis = *quando piaceſſe à S. D.*
*M., che tutti i miei figlioli maſchi mancaſſero in*
*qualſivoglia tempo ſenza figlioli maſchi &c.* = non
tàm reſpexiſſe tempus obitus filiorum, quàm ca- 15
ſum deficientiæ omnium maſculorum, adeout,
quocumque tempore purificaretur conditio hu- 16
juſmodi illorum defectus, ſemper locus fieret
Legato, & fideicommiſſo particulari; ea enim
verba = *in qualſivoglia tempo mancaſſero ſenza fi-* 17
*glioli maſchi* = veluti inducentia compendioſam,
quæ ſub ſe æquè continet vulgarem, ac fideicom- 18
miſſariam, ex *Bartolo in leg. Centurio n. 2. & 32.*
*ff. de*

*ff. de vulgar. & pupillar.*, *Peregrin. de fideicom. artic.* 34. *num.*4. & 9., *Rocca diſput.*13. *num.*1., *Rota coram bo. me. Emerix jun. deciſ.*1071. *n.*2., *poſt Torr. de pact. fut. ſucceſſ. deciſ.*137. *n.*18., *in Ferrarien. Fideicommiſſi* 18. *Martii* 1707. *§. Ceterum coram Card. Priolo, in Bononien. Fideicommiſſi* 27. *Junii* 1708. *§. Prædicta coram Falconerio, & in Romana Immiſſionis* 12. *Martii* 1714. *§. Etenim coram eodem*, manifeſtè oſtendunt,
19 voluntatem Teſtatoris fuiſſe, ut conditio ſortiretur effectum, quocumque tempore, & caſu illius purificatio eveniret, *Cephal. conſ.*196. *n.*16. *& ſeqq.*, *Peregrin. de fideicom. art.*15. *num.*29., *Fuſar. de Subſtit. quæſt.* 480. *num.* 91., *Rot. deciſ.* 2. *num.* 4. *& ſeqq. part.* 9. *rec. tom.* 1., *& in Bononien. Immiſſionis de Guidiccinis* 10. *Februarii* 1721. *§. Etenim præmiſſo coram Fuſcaro*.

Eòque certius in caſu noſtro, perpensâ ratio-
20 ne, & causâ, tam intrinſecâ, quàm extrinſecâ, quâ conſtat Teſtatorem motum fuiſſe ad hujuſmodi fideicommiſſum particulare ordinandum. Ratio quippe intrinſeca ea eſt, quam in Codicillis legimus expreſſam, verbis illis = *perche la mia volontà è così, principalmente diſpongo, che detti*
21 *Beni paſſino, e ſi conſervino ſempre nella deſcendenza maſculina di detti Signori Giuſeppe, e Luiſa Lunini per ordine di primogenitura, e di Primogenito in Primogenito in infinito &c.* = Si ergo mens Teſtatoris fuit, ut Bona ſemper tranſirent ad Deſcendentes præfatos, & in illis conſervarentur; perſpicuum inde fit, quod ordinatio fideicommiſſi, ſinè quo tranſitus hujuſmodi, & conſervatio Bonorum in dd. Deſcendentibus haberi non poteſt, reſtricta dici nequit ad ſolum caſum obitus filiorum Teſtatoris ſinè maſculis,
22 ſed locum habere debet quocumque tempore, & caſu, quo ſive per non exiſtentiam, ſive per exiſtentiam, & poſtea deficientiam maſculos deficiſſe contingeret: alioquin enim minimè verificaretur, quod Bona prædicta ſemper tranſirent ad Deſcendentes maſculos Joſephi, & Aloyſiæ, & in illis conſervarentur, prout Teſtator voluit, & clariſſimè expreſſit verbis ſupra relatis, præci-
23 puè vero dictione illâ = *ſempre* = ſuâpte naturâ includente quemcumque caſum, & tempus, *leg.* 1. *ibique Gloſſa in verb. Semper ff. ſolut. matrim.*, *Reynoſ. obſerv.*68. *num.*30., *Molin. de Primogen. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 32. *& ſeqq.*, *Rota deciſ.* 128. *num.*3. *part.*2. *diverſ.*, *in Sutrina Immiſſionis* 28. *Novembris* 1707. *§. Ad conſtabiliendam cor. Molines*, & benè in *Romana Immiſſionis* 27. *Aprilis* 1722. *§. Secundum quæ coram Rovault de Gamaches*.

Magis verò, magiſque intrinſeca iſthæc ratio urget, quia coadjuvatur aliâ ratione, quæ, tametſi extrinſeca, prævalida tamen in caſu noſtro videtur. Sciendum namque eſt, quod Antonius Teſtator, poſtquam ſuum condiderat Teſtamentum, ſcriptus fuerat heres à Franciſco agnato ſuo ejuſdem familiæ de Luninis, ab eoque rogatus = *à ſoſtituire dopo la ſua linea maſculina nella Caſa di eſſo Signor Teſtatore il Sig. Giuſeppe Lunini ſuo agnato, e ſuoi Deſcendenti maſchi, dichiarando non eſſere intenzione di eſſo Signor Teſtatore di fare ſoſtituzione alcuna, ma ſolo di eſortare, e pregare detto ſuo Succeſſore à farla, come ſpera, che ſia per farla* =. Poſt hæc Antonius confecit Codicillos, in quibus, præſcripto ordine Primogenituræ, condidit Fideicommiſſum particulare, de quo agitur, favore Joſephi, & Aloyſiæ de Luninis, & illorum deſcendentiæ maſculinæ, aliorumque Proximiorum de domo, & familia de Luninis, cui quidem fideicommiſſo, præter quædam Bona ſua propria, unà cum dicta Franciſci domo, ſubjecit reliqua omnia ejuſdem Franciſci Bona in ipſum obventura per obitum illius, ſi prædecedere contingeret, tempore namque codicillorum adhuc ſuperſtes erat.

Licèt autem validitas teſtamenti præfati
Franciſci in dubium revocari poſſè dicatur, id 24
tamen minimè prohibet, quin ex eo deſumatur ejus voluntas, & votum, quod domus ſua poſt extinctam lineam maſculinam Antonii perveniret ad Joſephum de Luninis, ejuſque Deſcendentes maſculos, ad *Text. in leg. final. ff. de reb. cor.*, *Rocc. diſput. Jur. ſelect. cap.*42. *num.*44., *de Comitibus deciſ. Florent.* 8. *num.* 17. *& ſeqq.*, *Rot. coram Bichio deciſ.*382. *num.*28., *in rec. dec.*149. *num.*21. *part.*16., *ad ornat. Card. de Luc. de fideicom. deciſ.*76. *num.*4., *deciſ.*77. *num.*7. & 10., & *deciſ.* 78. *num.* 10., & *in Aven. Succeſſionis* 9. *Martii* 1708. *§. Et in univerſum coram Lancetta*.
Et quin diſpoſitio ab Antonio deinde facta in 25
ſuis codicillis, juxta Franciſci Vota, in obſequium, & executionem illius voluntatis expleta cenſeri debeat, ex nota regula, de qua apud *Rot. coram Merlino deciſ.* 854. *num.* 9., *coram Royas deciſ.*300. *n.*5., & *coram Dunozet. jun. deciſ.*706. *num.*9.; adeo quidem, ut, quemadmodum Franciſcus optaverat, Joſephum, ejuſque Deſcendentes maſculos ſubſtitui ab Antonio in caſu deficientiæ totius lineæ maſculinæ ejuſdem Antonii, ita quoque Antonius illos tali caſu ſubſtituere intellexerit, per illa ſuperiùs relata verba in codicillis expreſſa = *quando piaceſſe à S. D. M. che tutti i miei figlioli maſchi in qualſivoglia tempo*
*mancaſſero ſenza figlioli maſchi* &c. = diſpoſitio 26
enim facta correlativè, &, ut dicitur, conſecutivè, & famulativè ad aliam, rectè interpretationem recipit, & declaratur ab illa, in cujus ſequelam, & correlationem facta legitur, per ea, quæ ad rem dixit *Rota in Firmana Primogenituræ ſuper nominatione* 22. *Januarii* 1717. *§. Quibus omnibus, & §. Nec diverſimodè coram de Herrera Epiſcopo Seguntino, & ſupremo Conſilii Caſtellæ Præſide*, & priùs notarunt *Caſtald. conſult.* 147. *num.* 6., & *conſult.* 174. *num.* 19., *Rot. coram Dunoz. jun. deciſ.* 984. *num.* 12. & 13., *in rec. deciſ.* 269. *num.* 8. *part.* 5., & *in Balneoregien. Fideicommiſſi* 13. *Junii* 1712. *§. Quoniam coram Rmo Aldrovando*.

Quam porrò interpretationem, ſummopere coadjuvat alia perurgens animadverſio ducta ab iiſdem Codicillis, in quibus Antonius ordinavit d. particulare fideicommiſſum favore Joſephi, & Aloyſiæ Sororis ſuæ, eorumque deſcendentiæ maſculinæ; nam ante dicti fideicommiſſi inſtitutionem reliquerat aliis duabus Sororibus ſuis,

Lu-

Luciæ nempe, & Eleonoræ Legatum conſpicuæ
quantitatis, ſcutorum videlicet quatuorcentum
quinquaginta annuorum pro qualibet, in caſu de-
ficientiæ filiorum ſuorum maſculorum, & lineæ
27 maſculinæ; quare in hoc ipſomet caſu reliquiſſe
dici debet Legatum, & fideicommiſſum, de quo
agitur, Joſepho, & Aloyſiæ alteri Sorori, ne
alioquin iſta, quæ tamquam nupta in familia,
28 fuit à Teſtatore veriſimiliter magis dilecta, di-
catur deterioris conditionis eſſe, & aliis Sororibus
29 minus honorata, quippe, illis in caſu, qui evenit,
Legatum obtinentibus, ipſa nihil prorſus conſe-
30 queretur: Id autem cum à mente Teſtatoris adeo
aberret, ut, eâ perſpectâ, per abſurdum prorſus
videatur, ad firmata per *Rot. cor. Burat. dec.* 21.
*num.* 13. *& ſeq., in rec. deciſ.* 530. *num.* 9. *part.* 1.,
*in Romana Cappellaniæ ſuper jure nominandi* 31.
*Januarii* 1718. *§. Aberrare coram Herrera, &*
*in Romana, ſeu Forolivien. Fideicommiſſi* 6. *Maii*
1720. *§. Additoque verſ. Et denique coram Fo-*
*ſcaro;* fatendum propterea eſt, Teſtatorem illis
verbis = *che tutti i miei Figli maſchi in qualſivoglia*
*tempo mancaſſero ſenza figli maſchi*, = non tam
31 comprehendere, & exprimere voluiſſe obitum
Filiorum ſuorum ſinè maſculis, quàm defectum
univerſæ ſuæ deſcendentiæ maſculinæ, ducto ar-
gumento ab eo, quod in ſuperioribus Legatis
32 diſpoſuit favore aliarum Sororum, licèt veriſimi-
liter minus dilectarum; ex hoc enim rectam
deſumi interpretationem pro inducenda coæquali
vocatione in ſequenti legato, & fideicommiſſo
33 ordinato favore Aloyſiæ alterius Sororis prædi-
lectæ, ejuſque Deſcendentium maſculorum, no-
tat *Rota diverſ. deciſ.* 495. *num.* 2. *verſic. Quarta*
*ſit conjectura part.* 4., *coram Gregor. deciſ.* 315.
*num.* 8., *coram Card. Cerro deciſ.* 96. *num.* 9.
*&* 22., *& coram Royaſ. deciſ.* 90. *num.* 12.

Cujus tandem mentis, & voluntatis Antonii
aliud longe perſpicuum, ac penè demonſtrativum
præſtat argumentum declaratio, & expreſſio ab
ipſo facta in codicillis quoad domum, & Bona
Panicalis pertinentia ad Franciſcum Luninum;
cum enim hic tempore codicillorum adhuc
viveret, dubius idcirco Antonius, an idem in
diſpoſitione jam condita perſeveraturus eſſet nec
nè? Loquendo propterea de d. domo, & Bonis
Panicalis, adjecit illa verba = *mentre, che in mè,*
*o miei Figlioli, a Deſcendenti maſchi pervenga,*
*come mi afferma detto Signor Franceſco avermi*
*teſtato* = ex quibus ſanè verbis nedum confirma-
34 tur aſſumptum, quod Antonius in codicillis ſe
omnino conformare voluerit menti, & voluntati
Franciſci, verùm etiam evidens, & apertum
redditur, quod Bona Panicalis ſubjicere intelle-
xerit particulari fideicommiſſo favore Joſephi,
& Aloyſiæ, eorumque Deſcendentium maſculo-
rum in omni caſu, quo deficeret linea ſua maſcu-
35 lina; verba namque illa = *mentre che in mè, o*
*miei Figlioli, o Deſcendenti maſchi pervenga &c.* =
oſtendunt, diſpoſitionem minimè eſſe collatam,
atque reſtrictam ad tempus obitus filiorum dum-
taxat: evenire enim poterat, quod, non niſi
illis extinctis, ſucceſſio aperiretur favore nepo-
tum; & nihilominus tali caſu locum habere de-
bebat fideicommiſſum, quia verificabatur, Bona 36
perveniſſe ad Deſcendentes maſculos, ex quo
manifeſtum fit, conditionem defectus filiorum 37
ſinè maſculis ſuperiùs adjectam, inteligendam
eſſe de totali defectu deſcendentiæ maſculinæ
quandocumque eventuro, nequaquam verò coar-
ctari poſſe ad tempus obitus filiorum, quia, juxta
verba mox relata, diſpoſitio ſortiri debebat effe- 38
ctum; etiam poſtquam Bona perveniſſent ad
alios Deſcendentes maſculos Antonii, *Rot. coram*
*Mantica deciſ.* 375. *num.* 6., *in Faventina Fidei-*
*commiſſi, ſeu Primogenituræ* 14. *Decembris* 1705.
*§. Abſque eo quod coram Emo S. otto*, Id verò ſi
locum ſibi vindicat quoad domum, & Bona Pa-
nicalis, idem quoque affirmari debet de aliis Bo- 39
nis ſub eadem diſpoſitione, & fideicommiſſo
comprehenſis, ne aliis unum, & idem Legatum,
& fideicommiſſum, difformi jure cenſeatur, &
& reguletur, &, quod attinet unam partem, ab
una conditione, & caſu; quod verò attinet ad
aliam, à caſu, & conditione diverſa dependeat,
quod abſurdum eſſe notavit *Cephal. conſ.* 67.
*num.* 12 20. *& plurib. ſeqq.*, *& conſ.* 68. *num.* 6.
*lib.* 1., ubi etiam rectè obſervat, id repugnare
illi alteri Juris noſtris regulæ, quâ traditur, uni- 40
cam determinationem reſpicientem plura deter-
minabilia, illa æquo, & uniformi jure determi-
nare debere, maximè quando facta leguntur in 41
eadem diſpoſitione, & ſequitur *Rota in Romana*
*Canonum de Salviatis* 14. *Februarii* 1707. *§. Po-*
*ſito autem* 15., *& §. Fortius quia* 37. *coram*
*Molines*.

Ex quibus propterea omnibus cum plenè de-
monſtrata videri poſſit Teſtatoris voluntas or-
dinandi Legatum, & fideicommiſſum particulare,
de quo agitur, non ſolùm in caſu obitus filiorum
ſinè maſculis, ſed quocumque demum tempore, 42
& caſu omnes ejus Deſcendentes maſculos defi-
cere contingeret, in quibus terminis locum certè
ſibi non vindicat *Conſil.* 21. *Oldradi*, ut firmat
*Rota coram Merlin. deciſ.* 360. *num.* 6., *coram*
*Mantic. deciſ.* 375. *n.* 7., *in rec. deciſ.* 231. *n.* 4.
*part.* 2., *deciſ.* 2. *n.* 8. *par.* 9., *dec.* 104. *n.* 15. *part.*
16., *in Eugubina Fideicommiſſi* 19. *Januarii* 1714.
*§. Huc uſque coram Criſpo, & in Romana Im-*
*miſſionis* 19. *Februarii* 1 /20. *§. Non obſtat coram*
*Lancetta cum aliis ibi deductis*, ſuperfluum planè
eſſet inveſtigare conjecturas, ex quibus commu-
niter receditur à d. *conſilio*, in cujus caſu, nullæ 43
reverâ contrariæ concurrebant conjecturæ, ut
advertunt *Giovagnon. reſponſ.* 38. *num.* 2. *lib.* 1.,
*Spad. conſ.* 342. *num.* 14. *& ſeqq. lib.* 2., *Cyriac.*
*contr.* 96. *num.* 79., *Rocc. diſput. Jur. ſelect.*
*cap.* 16. *num.* 19., *Fattinell. reſp.* 46. *num.* 2.,
*Rot. coram ſan. me. Alexandro VIII. deciſ.* 113.
*num.* 3. 9. *&* 20., *coram Cerro deciſ.* 847. *num.* 5.,
*coram Emerix Jun. deciſ.* 203. *num.* 5., *in Ro-*
*mana Immiſſionis* 27. *Junii* 1708. *§. Animadver-*
*ſum, &* 26. *Aprilis* 1709. *§. Omiſſo coram Mo-*
*lines, & in Romana Locorum Montium* 4. *Junii*
1714. *§. Quoniam coram Anſaldo, & in Brun-*
*duſina Immiſſionis* 12. *Januarii* 1722. *§. Idque*
*adeo coram Cerro*: Nè tamen munere mihi injun-
cto indiligentiùs perfungi videar, earum aliquas,
& ſi

Digitized by Google

& ſi benè, & copioſè deductas in d. allegatione,
attingere non pigebit.
44 Præcipuæ autem conjecturæ, quæ ad rem no-
ſtram conſiderari ſolent, ſunt contemplatio agna-
tionis, & digreſſus ad plures gradus ſubſtitutio-
45 num: Utraque autem concurrit in præſenti hy-
potheſi; & quidem contemplatio agnationis ha-
betur nedum tacita, quæ alioquin ſufficeret ad
46 effectum, de quo agitur, *Rot. coram ſan. mem.
Alexandro VIII. deciſ.* 113. *num.* 18., *in Faven-
tina Fideicommiſſi, ſeu Primogenituræ* 14. *De-
cembris* 1705. *§. Elicitur coram Emo D. Card.
Scotto, & in Imolen. Fideicommiſſi* 10. *Maii* 1717.
*§. Quartò demum coram R. P. D. Corio*: verum
47 etiam non deſideratur expreſſa, quam certè tanti
roboris eſſe, ut vel ſola ſuadere poſſit receſſum
à Conſilio *Oldradi*, dixit *Rota deciſ.* 120. *nu.* 8.
*poſt Conſtant. ad Statut. Urb.*, *in Romana loco-
rum Montium* 4. *Junii* 1714. *§. Ex hac autem
coram Anſaldo, & in Urbanien. Fideicommiſſi*
13. *Februarii* 1716. *§. Addita etiam coram Cri-
48 ſpo*, ubi rationem affert his verbis = *cum hæc
agnationis ratio fideicommiſſum ampliet, & exten-
dat ad omnes perſonas, quæ ſub agnationis, ſive
naturalis, ſive artificialis ſpecie fuerunt conſide-
ratæ, nec illa, tamquam generalis, reſtrictionem
patitur ad caſum obitus heredis ſinè filiis, ſed fa-
49 vore Subſtituti ſucceſſionem reſervat, etiam quando
heres cum filiis decedit, & illi poſtea quandocum-
que poſſent deficere, juxta inconcuſſam ſententiam,
de qua &c.* =
50 Si tacita inveſtiganda ſit, hæc ſanè eruitur ex
qualitate maſculinitatis ſemper volita, & repetita
51 in omnibus Subſtitutis, & in omni parte diſpoſi-
tionis, per quam Teſtator nil ſanè aliud vo-
52 luiſſe cenſetur, quàm conſervationem agnationis,
ad tradita per *Rotam deciſ.* 28. *num.* 56. *coram
Arguelles*, *in rec. deciſ.* 326. *num.* 6. *parte* 14.,
*& in Faventina Fideicommiſſi, ſeu Primogenitu-
ræ* 14. *Decembris* 1705. *§. Tacita enim cor. Scot-
to*. Juncti præſertim denominatione, & conno-
53 tatione domus, & Familiæ, &, quod magis eſt,
expreſsâ ratione agnationis conſervandæ, ex qua
clarè patet, quod maſculorum vocatio referri
54 nequit ad meram ſexus prædilectionem, ſed ad
agnationem principaliter, & veluti cauſam fina-
55 lem diſpoſitionis à Teſtatore contemplatam, *Rot.
deciſ.* 385. *n.* 34. *& ſeq. part.* 9. *tom.* 2., *deciſ.* 162.
*num.* 7., *deciſ.* 220. *num.* 8., *& deciſ.* 374. *n.* 17.
*& ſeqq. part.* 11., *coram Bichio deciſ.* 206. *n.* 2.,
*coram Ubago deciſ.* 24. *num.* 4. *&* 22., *& in Me-
diolanen. Prioratus ſuper mixtura, & filiis fami-
lias* 15. *Junii* 1705. *§.* 1. *coram Card. Priolo*,
*confirmata* 29. *Januarii* 1706. *coram Caffarello*.
56 Idque locum ſibi vindicat, tametsì primo loco
ad hoc fideicommiſſum particulare, una cum Jo-
ſepho de Luninis invitata legatur etiam Aloyſia
57 ejus uxor, nam ipſa erat Soror Teſtatoris, &
propterea agnata, ac inſuper erat nupta agnato,
58 qualis erat Joſeph de Luninis, proindeque illius
vocatio agnationi minimè officit, per ea, quæ
in terminis etiam debilioribus firmavit *Rota in
Firmana Immiſſionis* 27. *Junii* 1708. *§. Nullate-
nus officiente coram Molines*, *in Romana locorum
Montium* 4. *Junii* 1714. *§. Abſque eo quod co-
ram Anſaldo, & in Urbanien. Fideicommiſſi* 13. *Fe-
bruarii* 1716. *§. Contemplationem coram Criſpo*;
& propiùs ad rem noſtram docuerunt *Curt. ſen.
conſ.* 49. *num.* 5., *Peregrin. conſ.* 50. *n.* 9. *lib.* 3.,
*Cravet. conſ.* 831. *num.* 3., *& conſ.* 877. *n.* 11.,
*Mandell. conſ.* 8. *num.* 6., *Curt. jun. conſ.* 1.
*n.* 38. *part.* 1., *Manti. de conject. lib.* 8. *tit.* 12.
*ſub num.* 10., *Paſchal. de virib. patr. poteſt.
part.* 4. *cap.* 9. *n.* 69., *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.* 352.
*num.* 12. *&* 42., *& quæſt.* 403. *num.* 12., *latè
bon. mem. Severol. in Vot. ſeu reſponſ.* 2. *impreſſ.
in Mantiſſ. ad ornat. Card. de Luc. de Statutar.
ſucceſſ. à num.* 301. *ad* 309.
Expreſſam verò agnationis contemplationem
præfefert tum ſubſtitutio proximiorum agnato- 59
rum de familia, ordinata, deficientibus maſcu-
lis ex linea Joſephi, & Aloyſiæ, ex qua rectè
arguitur, etiam in præcedentibus ſubſtitutioni-
bus Teſtatorem ſemper ad agnationem reſpexiſſe,
*Fontanell. deciſ.* 36. *num.* 5., *& in d. Faventina
Fideicommiſſi, ſeu Primogenituræ* 14. *Decembris*
1705. *§. Expreſſa coram Scotto*; tum & apertius
illam prodit ſtrictiſſima prohibitio alienationis, 60
comprehendens etiam commoditatem percipien- 61
di fructus, eâ adjectâ ratione = *Acciochè li detti
Beni, loro poſſeſſo, e commodità di pigliarne i
frutti in perpetuo, e di continuo ſtiano, e ſi con-
ſervino appreſſo li detti Signori Gioſeppe, e Luiſa
Lunini, e ſucceſſivamente nelli loro Deſcendenti
maſchi per linea maſculina, e di poi negl' altri più
proſſimi all' ultimo moriente, come ſopra, ſoſtituiti
per via di primogenitura, e di Primogenito in
Primogenito in infinito* =. Hæc enim ſemper vo-
lita, & vehementer optata conſervatio Bonorum 62
in Deſcendentibus maſculis per lineam maſculi-
nam Joſephi, & Aloyſiæ de Luninis: & deinde
in proximioribus agnatis ejuſdem Familiæ de
Luninis in infinitum, melius, & clariùs quàm
nos dicendo verbis, aut demonſtrando argumen-
tis explicare poſſimus, manifeſtat, Teſtatorem
cordi habuiſſe conſervationem agnationis, & 63
Familiæ de Luninis, & ob id exoptaſſe perpe-
tuam Bonorum conſervationem in maſculis præ-
dictis, ideoque omnem prorſus alienationis ſpe- 64
ciem extra illos prohibuiſſe, etiam quoad ſolam
commoditatem percipiendi fructus.
Quam quidem ſuam mentem æquè clarè idem
Teſtator expreſſit in ſucceſſiva excluſione Reli- 65
gioſorum, & Fiſci, ita perſpicuè loquendo =
*perchè voglio, e così diſpongo, che li detti Beni,* 66
*e commodità di pigliarne li frutti ſi conſervi nelli
detti chiamati per conſervazione della famiglia &c.
de' Signori Lunini, e ſuo ſplendore &c.* = quibus
ſanè verbis ad agnationem procul dubio relatis,
tum ſpectatâ denominatione familiæ cum adjun-
cto cognominis de Luninis, *Fuſar. de ſubſt. quæſt.* 67
351. *ſub n.* 37., *Rot. deciſ.* 232. *n.* 8. *part.* 19.
*rec.*, *in Firmana Fideicommiſſi* 17. *Martii* 1702.
*§. Solum verſ. Nomine autem Domus, &* 27. *Apri-
lis* 1703. *§. Quo enim coram Muto*, *in Spoletana
Hereditatum* 13. *Junii* 1704. *§. Teſtatricem in
fin. coram bon. mem. Omanna, & in Faventina
Fideicommiſſi, ſeu Primogenituræ* 14. *Decembris*
1705.

*1705. §. Expreſſa verò coram Scotto*; tum etiam
68 perpenſo voto, quod Bona permanerent in Ma-
ſculis agnatis pro conſervatione, & ſplendore
ejuſdem familiæ, *Rot. in Firmana Immiſſionis 27.*
*Junii 1708. §. Adſtipulatur coram Moliner, &*
*in Urbanien. Fideicommiſſi 13. Februarii 1716.*
*§. Contemplationem coram Criſpo*. His, inquam,
verbis, licèt adpoſitis non principaliter, & per
ſe, ſed acceſſoriè, & conſecutivè ad excluſionem
Religioſorum, & Fiſci; certum nihilominus eſt,
rectè declarari præcedens fideicommiſſum, &
demonſtrari voluntatem Teſtatoris conſulendi
agnationis conſervationi in quocumque caſu, ut
in ſpecie noſtra advertunt *Rodulphin. allegat. 8.*
*num. 10., Torr. de Primogen. part. 1. cap. 38.*
*§. 16. num. 442., Rot. coram Merlin. deciſ. 83.*
*num. 6., coram Cerro deciſ. 910. num. 13., in rec.*
*dec. 44. n. 5. part. 1., deciſ. 95. n. 15. part. 11.,*
*deciſ. 306. num. 20. & ſeqq. part. 12., in d. Fa-*
*ventina Fideicommiſſi, ſeu Primogenituræ coram*
*Card. Scotto loc. proximè citato, & in Romana*
*Primogenituræ de Bubalo 4. Junii 1717. §. Ex-*
*preſsè autem coram Lancetta*.

Verùm enim verò, ſi quæ adhuc ſupereſſet
difficultas, eam penitus tolleret teſtamentum
ipſum Antonii conditoris codicillorum, in quo,
præter vocationem ſemper directam ad Maſculos
ex Maſculis, & ad lineam maſculinam vocato-
69 rum, ſæpè ſæpius facta legitur mentio *Domus*,
*Familiæ, & Agnationis* de Luninis cum expreſſo
voto conſervandi Bona in illa pro augmento,
& ſplendore ejuſdem domus, familiæ, & agna-
tionis; ex quo ſicuti in dubium venire nequit,
quin agnatio expreſsè contemplata fuerit in te-
70 ſtamento, ad firmata *per Rot. in Imolen. Fidei-*
*commiſſi 10. Maii 1717. §. Quartò demum coram*
*R. P. D. Corio*; ita quoque dicendum eſt, illam
71 contemplatam cenſendam eſſe in codicillis, qui
ſunt pars teſtamenti, ejuſque appendix, *leg. 2.*
72 *in princ. ff. de Jur. Codicillor.*, & in quibus Te-
ſtator non cenſetur mutaſſe ſuam voluntatem,
73 niſi in iis, quæ expreſsè reformaſſet, aut quæ
incompatibilia videri poſſent cum diſpoſitis in
teſtamento, *ad Text. in leg. Alumnæ 3. §. Qui*
*filios ff. de adimend. legat. in fin., Palm. nep. alle-*
*gat. 389. n. 34. 38. & ſeqq., Peregrin. de Fideicom-*
*miſ. art. 16. n. 49., Altograd. jun. contr. 31. n. 30.,*
*Rota in Romana Canonum de Salviatis 14. Februa-*
*rii 1707. §. 16. & 19. & 9. Decembris ejuſdem anni*
*§. 5. & 35. coram Molinet*, proptereaque, cum in
noſtra hypotheſi nihil prorſus agnationi repu-
74 gnans diſpoſitum videatur in Legato, ſeu fidei-
commiſſo particulari in codicillis ordinato,
quinimo in iſtis, ut in teſtamento, eadem potiùs
omnino methodus tum quoad vocationem
Maſculorum ex Maſculis, & lineæ maſculinæ,
tum quoad votum conſervandi Bona ſemper in
Maſculis de familia ad incrementum, & decus
75 ejuſdem familiæ ſervata appareat, juſta idcirco
inde ſumitur interpretatio æquè in utroque caſu
contemplatæ agnationis; nam ſi una pars te-
76 ſtamenti declarat aliam, pari quoque jure teſta-
mentum declarare debet codicillos, qui ſunt
77 pars, & ſequela ejuſmodi teſtamenti, ex ſu-
pradictis, & tradit *Rota in d. Romana Canonum*
*de Salviatis 14. Februarii 1707., §. 41. coram*
*Molinet*. Quod autem agnatio deſignata dicatur
per verba quoque *Domus, & Familiæ*, quando 78
alibi de ipſa agnatione mentio facta legitur, &
loco conſervationis domus, & familiæ, ut in 79
hypotheſi, dictum, actumque fuit de conſervan-
da agnatione, tradit *Rota in Reatina Primogeni-*
*turæ de Nobilibus 26. Aprilis 1717., §. Quod*
*Joannes, & §. Conjecturæ tamen coram Criſpo*,
ubi concordantes.

Concurrit etiam digreſſus ad plures gradus
ſubſtitutionum, dum Teſtator Joſepho, & Aloy- 80
ſiæ ſubſtituit Filium primogenitum maſculum,
& ſucceſſivè Filios, & Deſcendentes maſculos
iſtius ordine Primogenituræ in infinitum; de-
ficiente verò lineâ, & deſcendentiâ maſculinâ
d. Primogeniti, vocavit Secundogenitum, ejuſ-
que lineam maſculinam, deindè tertium, & ſic
deinceps alios Filios, eorumque lineas maſculi-
nas, ſemper de Primogenito in Primogenitum;
quibus tandem omnibus ſubſtituit Proximiorem
de domo, & familia Lunini, ejuſque Filios ma-
ſculos in infinitum, retento, ut ſupra, eodem or-
dine primogenituræ. Vix igitur, ac nè vix qui-
dem figurari poteſt, quod Teſtator voluerit Fi-
deicommiſſum tanto ſtudio, in tot perſonis, &
gradibus ordinatum alligare conditioni, & caſui,
quem Teſtator ipſe ſperabat, & vehementer opta-
bat non eſſe eventurum, obitus videlicet Filio- 81
rum ſuorum ſinè Filiis maſculis, ut benè pro re-
ceſſu à *Conſilio Oldradi* conſiderant *Roſa conſult.*
*40. num. 6., & ſeqq., & num. 15., Rocc. diſput.*
*Jur. ſelect. cap. 16. num. 13., Molin. de Primogen.*
*Hiſpan. lib. 1. cap. 6. num. 18. & ſeqq., Peregrin.*
*de Fideic. art. 30. n. 14. Card. de Luc. de Fideicom.*
*diſc. 82. num. 11. §. Quarta, Rodulphin. alleg. 51.*
*n. 20., & ſeqq., Rot. coram Dunoz. Jun. dec. 487.*
*num. 16., coram Arguell. deciſ. 54. num. 1., coram*
*ſan. mem. Alexandro VIII. deciſ. 113. num. 9. &*
*ſeqq., in rec. deciſ. 385. num. 18. & ſeqq. part. 9.,*
*dec. 142. num. 16. & ſeq. par. 10., deciſ. 39. n. 14.,*
*& deciſ. 41. num. 5. & 6. inter impreſſ. ad ornat.*
*Card. de Luca de Fideicom. in Montiſſ., cum aliis*
*adductis in Eugubina Fideicommiſſi 19. Janua-*
*rii 1714. §. Quia coram Criſpo, & in eadem ſuper*
*Cautela Angeli 5. Aprilis 1715. §. Nec prædicta*
*coram Lancetta, & in Urbanien. Fideicommiſſi*
*13. Februarii 1706. §. Præter coram eodem Criſpo*.

His præterea accedit qualitas ipſa Fideicom-
miſſi, quod eſt particulare, perpetuum, reale, 82
& primogeniale; qualitas namque fideicom-
miſſi particularis indicat majorem Teſtatoris af- 83
fectionem erga rem nedum generaliter, ſed &
particulariter alienari prohibitam: ideoque facilè 84
ſuadet, vocationem conceptam eſſe non tàm per
vulgarem, quàm per fideicommiſſariam, benè
*Manſ. conſult. 103. num. 6. 7. & ſeqq., Rota in*
*Romana Locorum Montium 4. Junii 1714. §. Sed,*
*& particulari coram Anſaldo*, ubi alii, perpetui-
tas verò reſultans ex clauſulis = *in infinitum*, 85
*ſemper, & in perpetuum* = aliiſque ſimilibus à Te-
ſtatore pluries adhibitis, modò ad connotandum 86
tempus duraturæ ſucceſſionis, modò vero ad de-

ſignandam perennem Bonorum conſervationem
87 in familia, oſtendit, illum voluiſſe ſucceſſivam,
perpetuam, & illimitatam fideicommiſſi reſti-
tutionem inter omnes perſonas de familia voca-
tas, & contemplatas, ut ad rem animadvertit,
88 *Menoch. conſ. 348. num.16.*, ubi de dictione = *in
infinitum* =, & de dictione = *in perpetuum* =, *Pere-
grin. de Fideic. art.19. num.7.*, *Panimoll. dec.43.
annot.3. num. 108.*, *Rot decis. 98. num. 3. part.8.
rec.*, *in Faventina Fideicommiſſi, ſeu Primo-
genituræ 14. Decembris 1705. §. Deſcendit co-
89 ram Eño Scotto*, de alia dictione = *ſemper* = *Gio-
vagn. reſp.38. num.13. lib.1.*, *Rot. decis.278. n.4.
part.18.*, & promiſcuè de his omnibus, ac etiam
90 de aliis in d. *Firmana Immiſſionis 27.Junii 1708.
§. Urgentiùs autem coram Molines.*
91 Realitas quoque diſpoſitionis, quam probè Do-
ctores eliciunt ex mente Teſtatoris, ejuſque vo-
92 tis, & verbis principaliter directis ad Bona;
nempè, ut illa perpetuò conſerventur in perſonis
93 de familia, & agnatione vocatis, factâ hac de
cauſa, & ad hunc præciſum effectum ſtrictiſſimâ
94 prohibitione cujuſcumque alienationis, prout fa-
ctum legitur in caſu noſtro, & quæ prò arguen-
95 da d. realitate fideicommiſſi ponderant *Manſ.
conſult. 622. num. 14. tom. 7.*, *Rocc. diſput. Jur.
ſelect. cap.10. n. 12.*, *Cenſal. ad Peregrin. vot 30.
§. Octavò obſerva, & verſ. tertiò realis*, *Rot. poſt
Bonden. collect. legal. tom. 1. decis. 65. num. 7.*,
*in rec. decis.67. num.19. part.13*, *decis.166. nn 3.,
& 4. part.17.*, *decis.276. n. 39. part. 18.*, *in Præ-
neſtina Fideicommiſſi 23. Januarii 1713. §. Mira-
biliter coram Lancetta, & in Imolen. Fideicom-
miſſi 10. Maii 1717. §. In nihilum coram Corio*,
96 ubi etiam, quod parvi refert, prohibitionem alie-
nationis factam eſſe perſonis vocatis, quia ad
97 iſtum effectum magis attenditur cauſa, & ratio
prohibitionis, quàm ipſa verba prohibitionis, ex
notatis per *Oddum de prohibit. alienat. quæſt. 17.
num.71.*, *& quæſt.18. num.87.*
98 Hæc, inquam, realitas diſpoſitionis operatur, ut
gravamen quoque reale, & perpetuum cenſeri
99 debeat, ideoque Bona ipſa ſemper obnoxia ſint
fideicommiſſo, & reſtitutioni perpetuæ, apud
100 quemcumque reperiantur, abſque ulla temporis,
caſuum, vel perſonarum diſtinctione, donec ad
101 ultimum Subſtitutum perveniant, ut in terminis
pro receſſu à conſilio *Oldradi*, monuerunt *Surd.
conſ.67. num.18. & 20.*, *Fattinell. reſp. 46. n.4.*,
*Rota coram Burat. decis.797. num. 7.*, *coram Celſo
decis.357. num.3.*, *coram Cerro decis. 803. num.6.
& 7.*, *coram Merlin. dec. 83. num. 16. & 17.*, *&
dec.326. num.1. & ſeqq.*, *in rec. dec. 684. n. 11.
& 12. part. 18.*, *in Firmana Immiſſionis 27. Ju-
nii 1708. §. Animadverſum, & 26. Aprilis 1709.
§. Attento coram Molines*, *in Sutrina Immiſſionis
ſuper Fideicommiſſo 19. Aprilis 1709. §. Attento
præſertim coram eodem*, *in Romana, ſeu Nicien.
Fideicommiſſi 6. Martii 1713. §. Ulteriùs coram
Card. Falconerio, & in Urbanien. Fideicommiſſi
23. Februarii 1716. §. Conjecturæ ſiquidem coram
Rño Criſpo.*
Idemque demum poſtulat ordo primogenitu-
102 ræ in ſucceſſione hujus fideicommiſſi præſcri-
ptus, & ſæpè à Teſtatore inculcatus; is enim non
patitur, diſpoſitionem reſtringi ad unam perſo-
nam, vel caſum, ſed, quantum poſſibile eſt,
poſtulat, illam ex mente Teſtatoris effectum ſor-
tiri, & extendi, *Cyriac. contr. 95. num. 32. &* 103
*77.*, *Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 70.
num.15.*, *Rot. decis.41. num. 14. inter impreſſ. ad
ornat. Card. de Luc. de Fideicom. in Mantiſſ.*, *&
in Faventina Fideicommiſſi, ſeu Primogenituræ
14. Decembr. 1705. §. Ultra literam coram Scotto.*
Ut etiam generalem, & indefinitam prohibi- 104
tionem alienationis, ampliſſimâ ratione veſti-
tam, ac datis Subſtitutis in caſu contraventionis,
ut in noſtra hypotheſi, ſufficiens argumentum
præbere prò receſſu à Conſilio *Oldradi*, pluries,
plurieſque dixit *Rota*, & præſertim *decis. 113.
num. 16.*, *& decis. 183. num. 3. coram Alexan-
dro VIII.*, *decis.203. n. 12. coram bon. mem Eme-
rix jun.*, *in rec. decis. 185. num. 6. & 7. part. 7.*,
*decis.163. num.10. part.10.*, *in Romana Fideicom-
miſſi de Alveris 12. Januarii 1712. §. Quod etiam
coram Criſpo*, *in Romana Locorum Montium 4. Ju-
nii 1714. §. Non minoris coram bon. mem. Anſal-
do, & 22. Junii 1716. §. Minoris coram Lancetta,
& in dicta Imolen. Fideicommiſſi 10. Maii 1717.
§. Hinc de ſe coram Corio.*
Adverſus quas conjecturas non ſeorſim, ſed
unitim accipiendas, juxta monitum *Cephal. conſ.* 105
*251. num.87.*, *Card. de Luca de Fideicom. diſc.86.
num.4. verſ. conjecturæ*, *Rot. decis.185. num. 15.
part.7.*, *decis. 142. num. 40. part. 10.*, *decis. 444.
num.13. part.19.*, *& in d. Romana Locorum Mon-
tium coram bon. mem. Anſaldo §. Quibus demum*,
*& in d. Imolen. Fideicommiſſi §. Hæ autem*, præ-
ter generalem exceptionem, quod omnes pende-
re videantur ab illa conditione obitus filiorum 106
Teſtatoris ſinè filiis maſculis; id etiam fortè
objici poſſet, videlicet, nonnullas ex eiſdem,
votum nempè agnatitium, perpetuitatem, & 107
realitatem diſpoſitionis, aliaque hujus generis
obſtare quidem poſſe libertati Bonorum, de qui-
bus agitur, exiſtentibus adhuc perſonis contem-
platis; at indè minimè inferri, reſtitutionem ne-
ceſſariò faciendam eſſe Deſcendentibus Joſephi,
& Aloyſiæ, cum etiam in caſu, quo iſti ob de- 108
fectum conditionis non ſint ſucceſſuri, Bona ni-
hilominus obnoxia remaneant oneri reſtitutionis
favore aliorum Agnatorum, quos Antonius ex-
preſsè vocavit in ſuo teſtamento in hoc præciſo
caſu deficientiæ univerſæ ſuæ lineæ maſculinæ.
Verumtamen fruſtrà hæc opponi mihi vide-
bantur prò elidendis tum argumentis, tum con-
jecturis pro receſſu à Conſilio *Oldradi* ſuperiùs
expenſis; nam, quod attinet primam generalem
exceptionem, quâ diceretur, omnes adductas 109
conjecturas pendere à conditione obitus filiorum
Teſtatoris ſinè filiis maſculis, obvia eſt reſponſio,
quod nimirum illa petit principium, & ſupponit
id, quod eſt in quæſtione, ut egregiè animadver-
tit *Rota in Faventina Fideicommiſſi, ſeu Primo-
genituræ 14. Decembris 1705. §. Deſumitur coram
Scotto*: Si enim purificata eſſet conditio, vel
fideicommiſſum relictum fuiſſet etiam à filiis
maſculis filiorum Teſtatoris, jam nulla eſſet quæ-
ſtio

ſtio de Conſilio *Oldradi*, & de receſſu ab eo per
110 conjecturas, quibus opus non eſt in claris, *Fattinell. reſponſ.2. num. 52.*, Subſtituti namque ſuc-
111 cederent ex literali, & expreſſa ſubſtitutione tali
caſu ordinata, nec indigerent illâ tacitè elicitâ ex
112 conjecturis, quam proindè tacitam ſubſtitutio-
nem operari neceſſe eſt, conditione deficiente,
& eo caſu, quo onus reſtituendi expreſsè injun-
ctum non reperiatur Maſculis deſcendentibus à
113 filiis Teſtatoris, ſupplendo nimirum defectum
d. conditionis, atque gravaminis, ex præſumpta
mente ejuſdem Teſtatoris, quam benè deſumi
114 ex conjecturis elicitis ex eo, quod Teſtator ipſe
diſpoſuit, & ordinavit in alio caſu obitus filio-
115 rum ſuorum ſinè Maſculis, obſervat *Rot. dec. 120. nu. 13. poſt Conſtantin. ad Statut. Urb.*, *in Aſculana Fideicommiſſi 29. Martii 1693. §. Illa autem coram Card. Caprara*, *& in Faventina Fideicommiſſi, ſeu Primogenituræ 14. Decembris 1705. §. Deſumitur coram Emo Scotto*.

Et jure quidem optimo; abſurdum namque videtur, & maximè inveriſimile, quod Teſta-
116 tor tantoperè ſollicitus perpetuæ conſervationis
Bonorum, de quibus agitur, in Deſcendentibus
maſculis Joſephi, & Aloyſiæ, & deindè in aliis
Agnatis ſucceſſivè vocatis, ordinaverit ſuper illis
117 perpetuum particulare fideicommiſſum per viam
primogenituræ in infinitum deferendum cum longa, & benè ordinata ſubſtitutionum ſerie,
juxta ipſius Teſtatoris vota, in longiſſimum
118 tempus protrahenda, prohibitâ idcircò omnibus
Vocatis quacumque alienationis ſpecie, latiſſimè ſumpto vocabulo, datis etiam Subſtitutis in
119 caſu contraventionis, & expreſsâ quoque ratione
conſervationis familiæ, ejuſque ſplendoris: Et
nihilominus tantam curam, atque ſollicitudinem,
adeoque enixa ejus vota prò perpetua conſervatione Bonorum in Deſcendentibus præfatis, illicò
120 fruſtrari, & in irritum cedere poſſe voluerit, eve-
niente caſu obitus filiorum ſuorum cum maſcu-
121 lis, qui quidem caſus tamquam facilis, & obvius,
& ab ipſo Teſtatore ſperatus, & votis omnibus
exoptatus, inveriſimile prorsùs reddit, quod in
122 ordinatione præfatæ diſpoſitionis, quam tot modis, & cautelis perpetuam efficere ſtuduit, eamdem reſtrinxerit ad unicum dumtaxat caſum, & momentaneam conditionem; quod ſolum ſufficere pro conjectura recedendi à Conſilio *Oldradi*, optimè præ ceteris obſervat *Rota deciſ. 120. num. 13. & 23. poſt Conſtantin. ad Statut. Urb.*, *in d. Faventina Fideicommiſſi, ſeu Primogenituræ coram Emo Scotto §. Deſumitur*, *& in d. Romana Locorum Montium 4. Junii 1714. §. Concurrebat*, *& duob. ſeqq. coram Anſaldo*, *& 28. Novembris ejuſdem anni §. Quin obſtet coram Lancetta*.

Certiùs, quia alioquin fruſtrà Teſtator ſollici-
123 tus fuiſſe videretur de perpetua conſervatione hujuſmodi Bonorum in Deſcendentibus Joſephi, & Aloyſiæ, & in aliis Agnatis ſucceſſivè vocatis, ſi ea, ut dictum eſt, in caſu adeò obvio, & ab ipſo Teſtatore ſperato, ac vehementer optato, obitus videlicet filiorum ſuorum cum maſculis, ad alios tranſitura fuiſſent, ut pariter ad excluſionem Conſilii *Oldradi* conſiderat, *Spada conſ. 342. num. 13.*, *& per tot. lib. 2.*, *Surd. conſ. 67. num. 11. & ſeqq.*, *& num. 20.*, *Mareſcott. variar. reſol. lib. 2. cap. 45. nu. 11. & ſeqq.*, *Fachin. contr. Jur. lib. 13. cap. 25.*, *Mantica de conjectur. lib. 11. tit. 6. num. 6.*, *Menoch. lib. 4. præſumpt. 79. num. 9. & 10.*, *Card. de Luc. de Fideicomm. diſc. 85. n. 5. & 6.*, *Fattinell. reſponſ. 46. ſub nu. 3.*, ubi, quod
hæc ſola conjectura ſufficit, quia verè non eſt 124
conjectura, ſed certiſſima probatio, ut inquit *Zuccar. deciſ. Lucen. 86. num. 91. & ſeq.*, *& hæc fuit perpetua Sacræ Rotæ ſententia, ut coram Burat. deciſ. 797. num. 4.*, *coram Remboldo deciſ. 143. num. 6.*, *coram Merlin. deciſ. 83. num. 4. & ſeqq.*, *coram Carill. deciſ. 2. num. 1.*, *in rec. dec. 185. n. 4. & 6. part. 7.*, *deciſ. 142. num. 52. & 54. part. 10.*, *dec. 444. num. 2. & 5. part. 19. tom. 2.*, *& in Firmana Immiſſionis 27. Junii 1708. §. Eaque præ ceteris coram Molines*.

Hinc corruit etiam altera objectionis pars fundata in eo, quod reſtitutio Bonorum, de quibus agitur, adhuc facienda ſit aliis Agnatis ab Antonio vocatis in teſtamento: ideoque nec votum agnatitium, nec perpetuitas, & realitas diſpoſitionis neceſſariò inferant gravamen favore De-
ſcendentium Joſephi, & Aloyſiæ: diſcurſus 125
namque procederet, ſi conjecturæ, & argumenta prædicta deſumerentur à teſtamento, vel ab aliqua codicillorum parte, in qua Teſtator loquutus fuiſſet generaliter, & indiſtinctè de omnibus Agnatis: at minimè urget in hypotheſi, in qua tàm votum agnatitium, quàm perpetuitas, & realitas fideicommiſſi deſumitur à peculiari-
ter diſpoſitis in codicillis favore Joſephi, & Alo- 126
yſiæ, eorumque deſcendentiæ maſculinæ, & Agnatorum poſt illam vocatorum; undè, ſi quæ conjecturæ, aut argumenta pro receſſu à Conſilio *Oldradi* ab illis depromi valerent, prout erui poſſe latè demonſtratum eſt ſuperioribus locis, ea proculdubio ſuffragari debent Deſcendentibus Joſephi, & Aloyſiæ, & aliis in codicillis vocatis, quia in illis Teſtator minimè contemplatus fuit
familiam, & agnationem ſuam in genere, ac in 127
abſtracto, ſed priùs ſpecialiter reſpexit ad lineam Joſephi, & Aloyſiæ, & deindè ad alios Agnatos,
ideoque, ut ſervetur ordo à Teſtatore præſcriptus, 128
in concurſu Agnati de linea prædilecta, nequeunt
admitti alii, ſubſidiariè tantùm, & illâ deficien- 129
te, vocati, *Rocca diſput. Jur. ſelect. cap. 41. n. 2. & ſeqq.*, *Rota coram Emerix jun. dec. 1216. n. 14. & ſeq.*, *in rec. deciſ. 84. num. 16. & ſeqq. part. 5.*, *in Faventina Fideicommiſſi, ſeu Primogenituræ 14. Decembris 1705. §. Inſubſiſtens coram Scotto*, *& in Firmana Primogenituræ ſuper nominatione 22. Januarii 1717. §. Quam ſanè coram de Herrera*.

Quinimo tantum abeſt, quod excludi poſſit gravamen, & onus reſtituendi favore dd. Deſcendentium Joſephi, & Aloyſiæ ex eo quòd Bona adhuc libera non remanerent, ut potius indè re-
ſultet validum argumentum pro d. gravamine in- 130
ducendo, cum ceſſet favor libertatis, in cujus
gratiam faciliùs contra Fideicommiſſum reſpon- 131
deri ſolet, *clar. mem. Card. de Luca de Fideicom. diſc. 73. num. 8.*, *diſc. 91. n. 24.*, *& diſc. 247. n. 8.*, Ro-

Rota deciſ.20. num. 32. part. 19., & in Peruſina
Fideicommiſſi 30. Januarii 1711. §.final. coram
132 Criſpo: & ulterius favore dd. Deſcendentium,
concurrat prædilectio Teſtatoris; nam, præter
133 qualitatem agnatitiam, ſunt illi proximiores ce-
teris Agnatis, tamquam deſcendentes ab Aloyſia
134 Sorore ipſius Teſtatoris, à qua gradum metiri
poſſe, docent collecti in Florentina Succeſſionis ab
inteſtato de Ricaſolis, impreſs.in Mantiſ. ad Card.
de Luc. de ſtatut. ſucceſ. deciſ. 1. num. 12. & 81.,
ubi de ſententia magis communi, & num. 96.
& ſeqq. Quamobrem, attento hoc duplici vincu-
135 lo, agnationis nempe, & proximitatis, mirum
non eſt, ſi dicatur, illos tamquam veriſimiliter
prædilectos, ex Surd. conſ.308.num.2. & 9., Fabr.
de error. pragmat. decad. 28. error.8., Caſtill. con-
trov. Jur. lib.5. cap.129. num.4.& ſeqq., Card. de
Luc. de Fideic. diſc. 34. num.16., alter de Luc. de
linea legal. art.10. n.25., Palma nepos allegat.222.
n.53.,& allegat.224. n.21.,Torr. de majorat. par.1.
cap.38.n.468. & ſeqq. & 530., Rot. dec.218.n.17.
part.11., & deciſ. 233. part. 14. prælatos quoque
fuiſſe aliis Agnatis in hac Bonorum parte, in
136 qua comprehendebantur etiam Bona relicta à
Franciſco cum expreſſo voto, quod, poſt extin-
ctam lineam maſculinam Antonii, progredi de-
berent ad Joſephum de Luninis, ejuſque Deſcen-
dentes maſculos, ad Text. in leg. hæredes mei 57.
§. Peto ff. ad Trebell., Fuſar. conſ.19. num. 27. &
ſeqq., Manſ. conſult.108. num. 14. & plurib. ſeqq.
tom.9., Gratian. cap.999. num.2. & ſeqq., Roxas
de incompatibil. part.1. cap. 6. §. 22. num. 300. &
ſeqq., Rot. coram Dunoz. jun. deciſ. 739. num 3.,
coram Arguell. deciſ. 11. num.8., coram Peuting.
deciſ.326. num. 8. ad 20., in Mantiſs. ad Card. de
Luc.lib.10 deciſ.44. n.6. & 7., & lib.13., deciſ.45.
num.4., in Firmana Primogenituræ ſuper nomina-
tione 22. Januarii 1717. §. Nec diverſam coram
Herrera, & in Romana, ſeu Forolivien. Fidei-
commiſſi 6. Maii 1720. §. Additoque cor. Fuſcaro.

Præſertim, quia prælatio iſta reverâ nil aliud
importat, quàm ſimplicem mutationem ordinis
ſuccedendi in teſtamento præſcripti, cum enim
Antonius in illo, deficiente ſuâ lineâ maſculinâ,
invitaret alios Agnatos, & inter eos tertio loco
Joſephum, ejuſque Deſcendentes maſculos: in
codicillis nil aliud fecit, quàm inhærendo vo-
luntati Franciſci vocare ad illam partem Bono-
rum, de quibus agitur, primo loco Joſephum,
& deindè alios Agnatos; quæ quidem mutatio,
ceteroquin juſtiſſimâ ratione facta, tum ob ma-
137 jorem proximitatem, & prædilectionem De-
ſcendentium Joſephi, tum propter expreſſam
138 mentem, & voluntatem Franciſci, cum vice-
versâ nullius ſit momenti quoad Gravatos, qui
139 nihilominus reſtituere tenebantur aliis Agnatis,
quo verò ad iſtos levioris ſit præjudicii, dum
140 eorum ſubſtitutio non fuit omninò adempta, ſed
merè poſtpoſita, & ad ordinem Juris redacta,
nempe cum prælatione Proximiorum: hæc in-
quam mutatio quo magis veriſimilis, & menti
Juris, & Teſtatoris conſona eſt, eo magis ſua-
141 det, onus reſtituendi appoſitum cenſeri debere
favore Deſcendentium Joſephi, & Aloyſiæ, qui
alioquin excluderentur ab Agnatis remotioribus, 142
& minus dilectis, ut obſervat Palm. nep. alleg.
221. num 83., Altograd. contr.68. n.32. & ſeqq.,
Card. de Luc. de Fideicom. diſc. 25. num. 17.,
Mantic. de conject. lib. 8. tit. 8. num. 17., Rot.
Florent. apud Manſ. tom. 9. poſt conſult. 41. n. 4.
& 25., Rota noſtra in Aquipenden. ſeu Montis
Faliſci Fideicommiſſi 11. Maii 1705. §. Concur-
rentibus coram Card. Caprara, in Firmana Pri-
mogenituræ ſuper Tranſactione 26. Junii 1713.,
§. 19. verſ. Præſumendum itaque coram Criſpo,
& in Peruſina Fideicommiſſi 5. Junii 1716. §. fi-
nal. coram Cerro.

Abſoluto examine prioris exceptionis, duæ
modò ſuperſunt, quæ, tametſi leviores, præter-
mittendæ tamen non ſunt, ne quid intactum,
quod expendi poſtulet, relinquam. Earum pri-
ma dicebatur, quod, etſi conditio illa: ſi ſinè
Filiis maſculis, ſub qua ordinatum fuiſſe legitur
fideicommiſſum particulare, minimè defeciſſet
per exiſtentiam Filiorum maſculorum Auguſti,
adhuc tamen purificata nondum videri poſſet, 143
ob exiſtentiam Filiorum maſculorum D. Mariæ
per medium Antonii junioris deſcendentis ab
Auguſto filio Teſtatoris, cum ex celebri, & pro
regula communiter recepto conſilio Fulgoſii 85.,
ſub nomine Filiorum, & Deſcendentium maſcu- 144
lorum æque veniant maſculi ex maſculis, ac ma-
ſculi ex fœminis.

Sed exceptio iſthæc, nullo negocio refellitur:
omiſſo namque, quod in loco codicillorum,
de quo eſt quæſtio, mentio facta legitur ſolùm
de Filiis, non autem de Deſcendentibus maſcu-
lis, ut erat in caſu Fulgoſii, & in quibus terminis 145
ejuſcemodi quæſtiones diſceptantur: Satis eſt
dicere, quod Teſtator tàm in teſtamento,
quàm in codicillis ſemper vocavit lineam ma-
ſculinam, & Maſculos deſcendentes per illam, 146
habitâ quoque contemplatione agnationis, ut
latè probatum eſt ſuperioribus locis; inde enim 147
reſultat clariſſima limitatio d. Conſil. 85. Fulgoſii
pro omnimoda excluſione Maſculorum deſcen-
dentium ex fœminis, qui nec propriè dici poſ-
ſunt de linea maſculina, nec agnationem rigoroſè 148
conſervant, juxta notata in ſpecie per Menoch.
conſ. 250. num. 2. & 27. lib. 3., Peregrin. de Fi-
deicom. artic. 26. num. 29., Torr. de Primogen.
part. 2. quæſt. 5. num. 13. & ſeqq., Rota coram
Celſo deciſ. 341. num. 7., coram Cerro deciſ. 910.
num. 3. & 9., in rec. deciſ. 233. num. 6. part. 14.,
inter impreſſ. ad ornat. Card. de Luc. de Fideicom.
in Mantiſſ. deciſ. 1. num. 16. & 17., deciſ. 22.
num. 18. & 19., deciſ. 31. num. 4., & deciſ. 46.
num. 14., in Auximana Juriſpatronatus 27. Ju-
nii 1701., §. Hac ſolùm coram Anſalde, in Ro-
mana Fideicommiſſi de Maſſiolis 20. Junii 1702.
§. Vocatio cor. Scotto, in Peruſina Fideicommiſſi 11.
Decemb.1702. §. Non dictum, & §. Ultra literam
coram eodem, & 22. Junii 1703. §. Et quamvis
coram Card. Priolo, in Oppiden. Beneficii 7. Maii
1703. §. Tantum abeſt coram bon. mem. Muto,
in Faventina Fideicommiſſi, ſeu Primogenituræ
14. Decembris 1705. §. Quandoquidem, & duob.
ſeqq. coram Scotto, & in Interamnen. Fideicom-
miſſi

miſſi 11. Decembris 1705. §. Idcirco, & 5. Ju-
lii 1706. §. Nam ex quibus coram Molines.
Altera exceptio vertitur in eo, quod, etiam
purificatâ conditione, fideicommiſſum nihi-
149 lominus effectum fuerit caducum ob præmo-
rientiam Joſephi, & Aloyſiæ, qui gravati erant
reſtituere eorum Primogenito, & hic ſucceſſivè
ordine primogenituræ aliis Deſcendentibus ma-
150 ſculis in infinitum; ex doctrina namque Angeli
in leg. quandiu ff. de acquir hered., caducato gra-
du intermedio, corruunt etiam ceteri, qui ſe-
151 quuntur, tamquam facti in caſu, quo gradus
præcedens fuiſſet admiſſus, ſed hæc quoque po-
ſtrema difficultas facillimè diſſolvitur tum in-
ſpectâ littera diſpoſitionis, tum mente Diſpo-
nentis.
Litera quippè diſpoſitionis præſefert, ſubſti-
tutionem Joſephi, & Aloyſiæ factam eſſe per
152 verbum = ſubſtituit =, quod, cum non ſit merè
obliquum, ſed commune, Rocca diſput. Jur.
ſelect. cap. 13. num. 4., Rota poſt Torr. de pact.
futur. ſucceſſ. deciſ. 50. num. 12., coram Bich.
deciſ. 27. num. 3., & deciſ. 348. num. 4. & 5.,
in rec. deciſ. 653. num. fin. part. 18., inter collect.
per Palm. nepot. deciſ. 240. num. 7., in Vaſionen.
Fideicommiſſi 21. Martii 1708. §. Siquidem verſ.
nam ſublata coram Omanna, oſtendit, ſubſtitu-
153 tionem non eſſe merè fideicommiſſariam; talis
namque non dicitur, niſi gravamen injunctum
ſit nominatim, itaut alium ſenſum verba ſubſti-
154 tutionis habere non poſſint, quàm merè fidei-
commiſſariæ, ideoque non ſufficit, illa eſſe com-
munia, vel generalia, ex monito Peregrini de Fi-
deicom. art. 15. ſub n. 26., & aliorum apud Urceol.
conſul. forenſ. 82. ſub num. 19., Rota in Maceraten.
Fideicommiſſi 6. Maii 1709. §. Et ob id coram
Anſaldo.
Quoties autem ſubſtitutio, ut in caſu noſtro,
155 non eſt explicata per verba omnino, & ſemper
obliqua, & præſeferentia præciſam adeundi neceſ-
ſitatem cum reſtitutione de uno in alium quoad
antecedenter Vocatos, antequam ulterior Subſti-
tutus admittatur, toties in fideicommiſſaria con-
tinetur etiam vulgaris tacita, ſive verbis genera-
libus expreſſa, quæ appellatur anomala, ut, plenè
materiam explicando, docent Peregrin. de fidei-
com. art. 15. num. 22. & ſeqq., & præſertim ſub
num. 26., Baldne. in addit. ad conſ. 28., Ramon. ex
num. 27. & ſeqq., cum aliis congeſtis apud Urceol.
conſult. forenſ. 88. à num. 8. ad 22., Rot. deciſ. 548.
num. 7. & ſeqq. coram Bichio, in rec. deciſ. 12.
num. 13. & 14. part. 8., deciſ. 30. ex n. 19. & ſeqq.
part. 14., in d. Vaſionen. Fideicommiſſi 21. Martii
1708. §. Siquidem coram Omanna, & in Bononien.
Fideicommiſſi 27. Junii ejuſdem anni §. Non eſt
coram Falconerio: cujus effectus eſt, ut ulterio-
156 res Subſtituti admittantur loco illorum, quorum
gradus ob præmorientiam caduci effecti fuerunt,
juxtâ receptam theoricam Bartoli in leg. quandiu
num. 10. ff. de acquir. heredit., quam latè exornant
Peregrin. de Fideicom. d. art. 15. ex num. 14.,
Fuſar. de Subſtit. quæſt. 269. num. 1., Rodulphin.
allegat. 150. num. 5., Card. de Luca de Fideicom.
diſc. 32. num. 5., diſc. 42. num. 4., Rot. deciſ. 437.
num. 6. part. 19., in Romana, ſeu Ariminen. Fidei-
commiſſi 24. Martii 1710. §. Injuſtitiam, & in
ejus confirmatoria 15. Junii 1711. §. Unde cum
agatur coram Kaunitz, in Romana Immiſſionis 24.
Aprilis ejuſdem anni §. Verum coram Criſpo, in
Romana Fideicommiſſi de Alveris 27. Martii 1716.
§. Unde coram Anſaldo, & in Ariminen. Fidei-
commiſſi 21. Junii 1717. §. Neque iſtorum coram
de Herrera.
Præterea ceſſat omnis difficultas in hypotheſi,
quia opus non eſt hujuſmodi vulgari tacitâ, dum 157
habetur expreſſâ, clariſſimè quidem explicata
verbis illis = alli quali Signori Gioſeppe, e Luiſa
Lunini volgarmente, e per fideicommiſſo ſoſtituiſco 158
il ſuo Figlio Primogenito &c. e ſucceſſivamente li
Figlioli, e Deſcendenti maſchi &c. in infinito per
ordine di primogenitura &c. = Ex quo evidens, &
apertum redditur, Deſcendentes Joſephi, &
Aloyſiæ nedum ſubſtitutos eſſe in caſu, quo eo-
rum Parentes adiviſſent, ſed etiam in caſu, quo
illi noluiſſent, vel nequiviſſent Legatum, & fi-
deicommiſſum agnoſcere, prout evenit, & con-
ſequenter ex ipſis verbis tollitur prorſus objecta
caducatio, ut animadvertit Rota in d. Romana,
ſeu Ariminen. Fideicommiſſi 24. Martii 1710.
§. Injuſtitiam, & 15. Junii 1711. §. Ita ſuaden-
tibus coram Kaunitz, cum aliis relatis in Romana,
ſeu Forolivien. Fideicommiſſi 6. Maii 1720. §. Cum
autem coram Foſcaro.
Mentem verò Teſtatoris fuiſſe omninò con- 159
formem verbis, perſpicuè demonſtrat ipſa quali-
tas fideicommiſſi ab ipſo ordinati ad diuturnam,
atque perpetuam Bonorum conſervationem in
familia, & agnatione de Luninis: Certum nam-
que eſt, quod, dum Teſtator per medium ſub-
ſtitutionum à ſe ordinatarum deſideravit infi- 160
nitatem, & perpetuitatem ſuæ diſpoſitionis, ac
Bonorum conſervationem in familia, deficientia
gradus intermedii nequaquam officit admiſſioni
ulteriorum ſubſtitutorum, ut declarando ſenten-
tiam Angeli in d. leg. Quandiù ff. de acq. hered.
contrariam Bartolo, tradunt plures relati à Fuſar.
de ſubſtit. quæſt. 469. num. 37. & ſeqq., & firmavit
Rota in d. Maceraten. Fideicommiſſi 6. Maii 1709.
§. Et ob id coram Anſaldo, in Ferrarien. Succeſ-
ſionis ſuper Immiſſione 29. Novembris 1715. §. Sicut
etiam cor. Lancetta, & in d. Romana, ſeu Foroli-
vien. Fideicommiſſi 6. Maii 1720. §. Cum autem cor.
bo. me. Foſcaro: cum credendum non ſit, quod
noluerit per vulgarem providere filiis, & De- 161
ſcendentibus Subſtitutorum in gradu caducato
ſubintrare volentibus, quando hujuſmodi ſubin-
greſſus mirificè confert ad magis perpetuanda, &
conſervanda Bona in familia, & agnatione, 162
ex animadverſis per Rotam poſt Conſtantin. ad
Stat. Urb. deciſ. 120. n. 23., in Mantiſs. ad Card.
de Luca de Fideicom. deciſ. 39. num. 4., & dec. 41.
num. 5. & 6., de Comitibus deciſ. Senen. 26. n. 27.
& ſeqq. tom. 1., in Romana, ſeu Caſenaten. Fidei-
commiſſi 16. Maii 1704. §. Præter literam coram
Lancetta, & in d. Bononien. Fideicommiſſi 27. Ju-
nii 1708. §. Uniformis coram Falconerio. Præter- 163
tim verò, quando agitur de diſpoſitione ordinata
per viam primogenituræ perpetuæ.

Sub-

Submotâ igitur caducatione fideicommiſſi, & demonſtratâ purificatione conditionis, nullum ſupereſt dubium, quin ſucceſſio aperta dici debeat favore Deſcendentium maſculorum Joſephi, & Aloyſiæ de Luminis, prout ego Juris eſſe cenſeo, & in ſenſu veritatis reſpondeo.

## *Avenionen. Fideicommiſſi.*

Fideicommiſſum quando, & ex quibus conjecturis probetur reſtitutorium inter omnes à primo herede deſcendentes? *Oldradi Conſilium* 21. an locum habeat necne, ubi Teſtator ad plures ſubſtitutionum gradus fuerit digreſſus? Agnationis contemplatio ex quibus arguatur, vel non? Maſculi ex fœminis quandonam ad Fideicommiſſum admittantur? Fœminæ quando excludantur per exiſtentiam Maſculorum etiam cognatorum, & quando admittantur unà cum maſculis ſive agnatis, ſive cognatis?

## VOTUM II.

1 *Fideicommiſſum reſtitutorium inter omnes à primo herede deſcendentes inducitur etiam ex conjecturis, & præſumptionibus.*

2 *Teſtatoris voluntas eſt ex verbis etiam in teſtamento omiſſis adjuvanda.*

3 Deſcendentium *nomen eſt collectivum plurium graduum, & perſonarum in infinitum, &* n. ſeq.

4 *Proximior ab herede deſcendens dicitur vocatus.*

5 Deſcendentium *nomine venientes cenſentur vocati ordine ſucceſſivo, & reſpective gravati reſtituere.*

6 Deſcendentes *in conditione poſiti cenſentur gradatim vocati, & gravati uſque ad ultimum.*

*Contrarium procedit, quando conſiderata fuit ſola exiſtentia Deſcendentium, & non illorum defectus, & perſeverantia* num. 7.

8 Filiorum *appellatione, in conditionibus, veniunt Nepotes, & alii Deſcendentes.*

9 *Deſcendentes omnes in conditione poſiti, ſub fideicommiſſo comprehenduntur.*

10 *Pronomen* = ſuoi = *comprehendit omnes Deſcendentes, ſeu heredes ſanguinis.*

11 *Vocatio activa infertur ex gravamine.*

12 *Vocatio Nepotum, ceterorumque Deſcendentium deducitur ex verbis præſuppoſitivis.*

13 *Conditio,* = ſi ſine Filiis = *cenſetur repetita favore Subſtituti per ſpeciem gradualis fideicommiſſi inter omnes Deſcendentes uſque ad ultimum, quando Teſtator in inſtitutione uſus fuit verbis tractum temporis importantibus.*

14 *Fideicommiſſi perpetui vehemens conjectura eſt digreſſus ad plures ſubſtitutionum gradus, &* n. ſeqq., *& præſertim* n. 18. & 19.

16 *Fideicommiſſum in omnes Deſcendentes primi heredis progreſſivum cenſetur, quando Teſtator ejus progreſſivitatem cogitavit in Subſtitutis.*

17 *Subſtitutiones plures à conditione* = ſi ſinè Filiis = *dicuntur pendere, itaut* 21. Oldradi *conſilium non evertant.*

*Contrarium habetur* num. ſeq.

19 *Teſtator non præſumitur alligaſſe momentaneæ conditioni,* = ſi ſinè Filiis = *plures à ſe factas ſubſtitutiones.*

*Præſertim, ubi eæ factæ ſunt omnibus Deſcendentibus primi heredis* num. 20. & ſeq.

22 *Agnationis contemplatio arguitur ex nobilitate Teſtatoris.*

*Ex perpetuitate fideicommiſſi* num. 23.

*Ex vocatione priùs maſculorum, & deindè fœminarum* num. 24.

*Ex vocatione liberorum ex proprio corpore heredum naſciturorum* num. 25.

*Limita ut* num. 51.

25 *Clauſula* = ex proprio corpore = *heredum denotat procreationem maſculorum ex maſculis, & non ex fœminis.*

*Limita ut* num. 52.

26 *Fideicommiſſi progreſſivitas eruitur ex conjecturis ex teſtamento deductis.*

27 *Subſtituti ſatis eſt, ut ſuccedere poſſint, extinctâ lineâ priùs vocatâ.*

28 *Maſculi cognati veniunt in inſtitutione Deſcendentium, deficientibus præſertim agnatis, &* num. 30.

*Limita, quando Teſtator taxativè vocavit Maſculos agnatos* num. 29.

31 *Succeſſionis novus ordo non eſt conſtituendus præter à Teſtatore expreſſos, &* num. ſeq.

33 *Fœminæ ſunt rejiciendæ a fideicommiſſo, quod pro ſolis Maſculis ordinatum eſt.*

34 *Maſculus ex fœmina dicitur à Teſtatore vocatus.*

*Præſertim, quando de prælatione non contendit cum Maſculo agnato, ſed cum fœmina, ut ſub* eod. num. 34.

35 *Teſtator poteſt irregularem ſucceſſionum ordinem præſcribere.*

*Et ordo ita præſcriptus eſt ſervandus* num. 36.

37 *Fœminæ de linea vocata quando excludantur à Maſculo etiam ex fœmina, &* num. ſeq., *& quando ſecus?* num. 55.

39 *Qualitas aliqua moderatrix diſpoſitionis quoties capacitatem ſuccedendi tribuit, tunc nec linea, nec gradus curandus eſt.*

40 *Fœminæ ad ſucceſſionem Bonorum Feudalium non admittuntur cum Maſculis.*

41 *Fœminæ in pari gradu cum Maſculo excluduntur juxta conſuetudines, & ſtatuta.*

42 *Teſtator præſumitur ſe conformaſſe potiùs ſtatutis, & conſuetudinibus, quàm diſpoſitioni juris communis.*

43 *Fœminæ ſubſidiariè tantùm vocatæ cenſentur poſt Maſculos.*

*Procedit, licèt diſpoſitio concepta ſit nomine collectivo plurium perſonarum, & graduum* num. 44.

45 *Obſervantia multùm confert ad interpretandam Fideicommittentis diſpoſitionem.*

46 *Fœminæ veniunt appellatione* = ſuorum = *nomine* = liberorum = n. 47., *& nomine* = Deſcendentium = num. 48.

49 *Fe-*

49 *Fœmina cenſentur vocatæ, ſi non adſunt conjecturæ eas excludentes, ut eſſet votum conſervationis agnationis.*

50 *Agnatio non dicitur contemplata, quando Teſtator nullibi eam expreſſit.*

51 *Agnationis conjecturæ deductæ ex nobilitate Teſtatoris, perpetuitate fideicommiſſi, & ex vocatione priùs maſculorum, ſunt vagæ.*

53 *Agnatio excluditur ex indefinita vocatione Extraneorum.*

54 *Fœminarum excluſio repugnat fideicommiſſo perpetuo, & deſcenſivo.*

55 *Diſpoſitio in ingreſſu facta, non extenditur in progreſſu ad ſubſtitutionum gradus, in quibus eadem diſpoſitio non fuit repetita.*

56 *Qualitas maſculina in ingreſſu expreſſa, & in progreſſu omiſſa, non officit, quin tàm maſculi, quàm fœminæ dicantur ſimultaneè vocatæ.*

58 *Feuda Eccleſiaſtica ſunt impropria, & abuſiva.*

59 *Hinc tranſeunt ad fœminas, licèt de iis nulla fiat mentio in inveſtitura.*

60 *Fœminæ cum Maſculis admittuntur ad Feuda in Statu Avenionis.*

61 *Fœminarum ſimultanea cum Maſculis ſucceſſio admittitur de jure.*

62 *Fideicommittentis diſpoſitio, licèt abſurda, eſt exequenda.*

63 *Obſervantia ſolos maſculos ad ſucceſſionem admittens, non obeſt fœminis vocatis, niſi doceatur, quod eæ ſcientiam habuerunt fideicommiſſi, ejuſque purificationis ad earum favorem.*

64 *Obſervantia poteſt quidem fideicommiſſum dubium declarare, non verò illud clarum evertere.*

PArticulari examini ſubjectâ teſtamentariâ diſpoſitione Hieronymus de Molignan, qui in omnibus Bonis, & Feudis, quæ poſſidebat, univerſalem heredem ex aſſe ſibi ſcripſit nobilem Vincentium filium ſuum, & ſuos, caſu autem, quo in futurum contingeret, eumdem Vincentium, & ſuos decedere ſinè liberis, eidem, & ſuis, ac Deſcendetibus ſubſtituit majorem natu, & ſuos ceterorum maſculorum Filiorum ipſius Teſtatoris, quibus deficientibus ſinè liberis, invitavit ad ſucceſſionem nobilem Juliam de Molignan d. Teſtatoris filiam, & ſuos, quibus abſque liberis morientibus, vocavit Thereſiam alteram filiam, & ſuos, & his quoque ſublatis, eâdem verborum formâ, invitavit Franciſcum, & ſuos, & gradatim alias fœminas naſcituras ab eodem Teſtatore ſimiliter, & ſuos, & his etiam ſinè liberis fato cedentibus, ſubſtituit nobilem Magdalenam ipſius Teſtatoris uxorem, pro veritate conſultus fui.

Primò nempè, an ad dictum fideicommiſſum, quod ex Vincentio herede inſtituto delatum fuit ſucceſſivè in Stephanum Nepotem, Joſephum Pronepotem, & Joannem Abnepotem maſculos à Teſtatore deſcendentes, ex quorum ultimo ſuperſtes fuit Cecilia Mater Marchionis de Molignan uo lè ſoris Bonorum omnium, & Caſtrorum hereditariorum Hieronymi de Molignan, an, inquam, D. Marchio de Molignan, ejuſque Filii ſint ad prædicta Bona, & Caſtra vocati virtute mox relatæ teſtamentariæ diſpoſitionis Hieronymi?

Et ſecundò, an Filiæ fœminæ Ceciliæ Sorores D. Marchionis de Moliguan cum eo admitti debeant ad præſens fideicommiſſum?

Operi igitur mihi demandato manum admovendo, & ſermonem ordiendo à primo Dubio cenſeo, Marchionem de Molignan, ceteroſque alios à Teſtatore deſcendentes vocatos fore ad fideicommiſſum Hieronymi de Molignan, & in hanc ſeutentiam feror non ex generalibus conjecturis, & præſumptionibus, quæ qualeſcumque ſint, dummodò ex illis appareat, Teſtatorem ſenſiſſe, ut hereditas ſua reſtituatur, ſatis ſunt ad inducendum fideicommiſſum reſtitutorium in- 1
ter omnes à primo herede deſcendentes, ut reſcripſere *Imperatores Marcus, & Commodus in leg. cum proponebatur 66. ff. de legat. 2., leg. Fideicommiſſa 11. §. Hæc verba ff. de legat. 3., leg. ubi 19. §. Te rogo ff. ad Trebell., leg. legat. Cod. de legat., Cyriac. contr. forenſ. 96. num. 43. & ſeqq., Petr. de Fideicomm. quæſt. 5. num. 12. & 45., Rot. coram Bich. deciſ. 424. ſub num. 8., coram bon. me. Emerix jun. deciſ. 116. num. 6., & deciſ. 138. n. 9., Rot. in Romana Fideicommiſſi de Vincentinis 2. Aprilis 1696. §. final. coram clar. mem. Card. Caprara, cum aliis congeſtis in Romana Primogeniture de Fabiis 12. Decembris 1707. §. Quin vocatio coram bon. me. Omauna, in Romana Fideicommiſſi de Vareſiis 18 Junii 1708. §. Talis enim, & ſeqq. cor. R.mo Molines, & in Bononien. Fideicommiſſi de Urſis 10. Maii 1709. §. Oritur autem cor. R.mo Aldrovando.* Ita quidem ut ad voluntatem Te-
ſtatoris juvandam ſuppleantur etiam omiſſa teſta- 2
menti verba, quaſi plus dictum, & minùs ſcriptum fuerit, juxta *Text. in leg. unum ex Familia §. penult., & in §. final. ff. de legat. 2., Rota in Romana Hereditatis de Ruſpolis 13. Junii 1704. §. 3., in dicta Romona Fideicommiſſi de Vareſiis 18. Junii 1708. §. Talis enim in fin. coram R.mo Molines, in Aſculana Succeſſionis 9. Maii 1707. §. Obſtante coram R.mo Anſaldo Decano, in Aſſiſien. Immiſſionis 26. Junii 1708. & 17. Decembris ejuſdem anni §. Quinimmo Jura coram E.mo D. Card. de Polignac, confirmata 3. Februarii 1710. coram E.mo D. Card. Priolo, 16. Januarii, & 11. Maii 1711. coram bon. mem. Caffarello, & 15. Aprilis 1712. §. Quamvis enim cor. E.mo D. Card. Scotto.*

Sed, quod magis eſt, vocationem Marchionis de Molignan, aliorumque Deſcendentium deſumo ex clara teſtamenti litera: in eo enim facta legitur inſtitutio *Vincentii, & ſuorum*, ſeu, quod idem eſt, *Deſcendentium, & caſu, quo tàm Vincentius, quàm ſui Deſcendentes decederent ſinè liberis*, deventum fuit ad alias ſubſtitutiones ſuperiùs recen-
ſitas; Ideoque, cum nomen illud = *Deſcendentium* = 3
ſit collectivum plurium graduum, & perſonarum in infinitum, ad *Text. in §. 1. de hered. ab inteſtat. venien., leg. final. cod. de ſuis, & legitim., Adden. ad Bartol. in leg. Liberorum 220. num. 17. lit. H. ff. de verbor. ſignific., Socin. ſen. conſ. 51. ſub num. 11. lib. 4., Rot. Ferrarien. apud Giovagnon.*

*conſ.*

*conſ. 75. num. 60. lib.1., clar. mem. Card. de Luca
de Fideicom. diſc. 117. num 3., Rocca diſput. Jur.
ſelect. cap.12. num.23., Mantic. de conject. ultim.
vol. lib. 4. tit. 11. in princ., Odd. de Fideic. tit. de
probibit. alienat. quæſt. 15. num. 145., Peregrin.
eodem tract. art.30. num. 2., Torr. de Primogen.
part.1. cap.18. num.4., & var. quæſt. tom. 1. tit.2.
quæſt.16. n.18., Rot. coram Dunoz. jun. deciſ.748.
num. 23., dec.760. num. 2. verſ. præterea verbum
Deſcendentibus, coram Arguell. dec.62. num.31.,
coram Manzaned. dec.192. num. 1., in rec. deciſ.1.
num.46. & ſeqq. part.10.* ſub eo comprehendun-
4 tur omnes à Vincentio primo herede deſcenden-
tes, quamvis ab eo pluribus gradibus diſtent, ut
determinat *Text. in leg. cognoſcere 56. ff. de verbor.
ſignific., ibique Gloſſ. verb. Deſcendentes, Ripa in
leg. ex facto §. Si quis ita à num. 5. ad 8. ff. ad Tre-
bell., Faber. de error. pragmatic. decad.28. error.9.
num. 7. 8. & 9., Rota in Peruſina Fideicommiſſi
20. Februarii 1713. §. Extraneam, & 8. Aprilis
§. Suppeditavit coram Illmo D. Falconcrio Almæ
Urbis Gubernatore*, & per conſequens, cum Mar-
chio de Mulignan ſit proximior deſcendens à di-
cto Vincentio, jure, meritòque ipſe vocatus dici
debet, *Rota coram Priol. deciſ. 283. num. 1., in
Bolneoregien. Fideicommiſſi 13. Junii 1712. §. In-
dubitata coram Rmo Aldrovando, & in ejus con-
firmatoria 5. Februarii 1714. §. Validitate ſiqui-
dem coram Emo D. Card. Scotto*, & poſt eum
ulteriores Deſcendentes; quia perſonæ omnes,
5 & gradus ſub eo nomine *Deſcendentium* com-
prehenſi ordine ſucceſſivo vocati, & reſpectivè
etiam reſtituere gravati cenſentur, per *Text. in
leg. ſi plures 90. ff. de legat. 3., Mareſcott. var.
reſol. lib.1. cap. 45. num. 3. & ſeqq., Rota in Bo-
nonien. Fideicommiſſi de Boviis 20. Junii 1687.
§. In noſtra autem hypotheſi coram bon. mem. de
Hervault, in Fanen. Fideicommiſſi 22. Junii 1705.
§. Rursus in eadem coram bon. mem. Omanna, &
in Lucana Fideicommiſſi 14. Decemb. 1708. §. Aſ-
ſumptum coram bon. mem. Kaunitz.*

Et reverà omnes Deſcendentes à Vincentio
herede inſtituto fuiſſe vocatos, ac reſtituere gra-
vatos, patet etiam ex eo, quod, deficiente Vin-
centio, & Deſcendentibus ſinè filiis, ſubſtituit
alium filium Secundogenitum, quando autem
Teſtator in conditione poſuit Deſcendentes om-
nes, & in illorum defectu alium dedit Subſtitu-
tum, omnes prædicti Deſcendentes cenſeri de-
6 bent gradatim vocati, & ad invicem gravati uſque
ad ultimum, juxta theoricam *Soccini jun. conſ.
150. num.10. lib.3., Peregrin. conſ.54. ſub num.7.,
Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 441. num. 3., Rot. coram
Dunoz. jun. deciſ.418. num.4., coram Card. Cer-
ro deciſ.409. num.2., ad ornat. clar. mem. Card. de
Luc. dec.24. num.3. & 4., & deciſ.25. n.2. lib.10.,
in rec. deciſ. 163. num.5. part.16., deciſ. 222., &
deciſ.445., utrobique num.2. part.18., in Roma-
na, ſeu Firmana Fideicommiſſi de Burattis 15. Ju-
nii 1699 §. Secundò quando, & 20. Januarii 1708.
§. Nec ad ſuadendum coram Emo D. Card. Prio-
lo, & in Interamnen. Fideicommiſſi 2. Julii 1708.
§. Non obſtat coram Emo D. Card. Scotto.* Con-
trariis auctoritatibus procedentibus in caſu, quo
Teſtator ſolam exiſtentiam Deſcendentium ex-
preſſiſſet, at non etiam, quando illorum defectum, 7
ac perſeverantiam, & quidem non momenta-
neam præ oculis habuit, ut reſpondent, *Menoch.
conſ.220. num.42., & conſ.310. num. 36., Rimi-
nald. jun. conſ.244. num. 278., Gobb. conſult. 34.
num. 21., Rot. in Lucana Fideicommiſſi 14. De-
cembris 1708. § Et quod coram bon. mem. Kau-
nitz*, Ut etiam in difficiliori caſu, filiorum nem-
pè maſculorum indefinitè poſitorum in conditio-
ne, quod illorum appellatione comprehendantur
Nepotes, aliique ulteriores Deſcendentes, impe- 8
diantque fideicommiſſi tranſitum in ſubſtitutum,
probant *Giovagnon. conſ. 38. num.30. lib.1., Fu-
ſar. conſ.19. num.1., Mantic. de conject. ultim. vo-
lunt lib.11. tit. 8. num.20., Gabriel commun. con-
cluſ. concluſ. 1. de verbor. ſignific. n. 11, Manſ.
conſult. 463. n. 2. tom.9., clar. mem. Card. de Luc.
de Fideicom. diſc.75. num. 4. & ſeq., Rodulphin.
allegat.25. num.18., Rot. dec.485. num.3. part.4.
diverſor., coram Coccino dec. 467. num.1., coram
Celſo deciſ.335. num. 13., coram Dunoz. jun. dec.
487. num.1., & in rec. deciſ.199. num 35. part.8.*
Imo verò, etiamſi Deſcendentes omnes fideicom-
miſſo gravatos non eſſe diceremus, nihilominus
Bona non remanerent libera apud illos, aut apud
primum heredem decedentem cum filiis, ſed
adhuc illa reſtituenda ab illis forent Secundoge-
nito, aut aliis longâ ſerie poſt illum Subſtitutis;
proptereaque, cum excluſio oneris fideicommiſſi
progreſſivi in omnes Deſcendentes non eſſet pro-
futura nec primo heredi, nec ipſiſmet Deſcenden-
tibus, concors idcircò eſt Doctorum opinio,
quod Deſcendentes omnes in conditione poſiti, 9
ſub ordinatione fideicommiſſi comprehendantur,
ex notatis *à Deciano reſponſ.* 88. *num.54., Ruſtic.
conſ.2. num.35. de filiis in condition. poſit., Mart.
medic. deciſ. Senen.1. num.7., Torr. de majorat.
Ital. part. 3. deciſ. 57. num. 2. 25. & 47., Manſ.
conſult.41. num.25. tom.9., Rocca diſput. Jur. ſe-
lect. cap.27. num. final., clar. mem. Card. de Luca
de fideicom. diſc. 71. num. 13., Rot. deciſ. 1488.
num.9. coram Seraph.*

Nec eſt, cur dicatur, quod Secundogenitus
ſubſtitutus non fuerit omnibus Deſcendentibus
Vincentii; nam, cum ſubſtitutio Secundogeniti
majoris natu facta fuerit tam Vincentio, quàm
ſuis Deſcendentibus, ſi ſinè liberis decederent, ibi =
*Et caſu, quo contingeret, Vincentium, & ſuos de-
cedere ſinè liberis, ſubſtituit majorem natu &c.* =
hinc fit, quod, quemadmodum Vincentius heres
inſtitutus gravatus fuit reſtituere hereditatem Se-
cundogenito majori natu = *ſi ſinè Filiis* = morere-
tur; Ita Deſcendentes omnes, ſeu ſanguinis he- 10
redes, quos pronomen illud *ſuos* continet, *Spe-
culat. lib. 4. tit. de teſtam. §. 1. num. 31. verſ. dic
quod filii, Bald. conſ.267. num. 3. lib. 5., Soccin.
jun. conſ.158. num.10. & ſeqq. lib.2., Mantic. de
conject. lib.8. tit.14. num. 6., Peregrin. de Fidei-
com. art. 32. à num. 31. ad 40., Rot. coram Card.
Cerro deciſ.513. num.1. & ſeq.*, hoc eodem onere
gravati cenſeantur uſque ad ultimum, *clar. mem.
Card. de Luc. de Fideicomm. diſc 85. num.5., Ro-
dulphin. allegat.105. num.1., Rot. dec.24. num.3.
& 4.*

Digitized by Google

& 4. lib.10. tom. 3. ad ornat. clar. mem. Card. de
Luc., & in Avenionen. Primogenituræ 10. Ja-
nuarii 1701. §. Nec dubium coram clar. mem.
Card. Caprara, & per conſequens etiam vocati,
11 cum ex gravamine paſſivo rectè ad activam illo-
rum omnium vocationem inferatur, Rodulphin.
allegat.105. num. 15. & 19., Cyriac. contr. 346.
num.19., Peregrin. de Fideicom. artic.14. n.16.,
Marc. Medic. deciſ. ſen.1. num.54. & ſeqq., Rot.
in Mantiſs. ad clar. mem. Card. de Luc. de Fidei-
com. dec.19. num.16., deciſ.50. num.10., in Peru-
ſina Fideicommiſſi 22. Junii 1699. §. Verùm, &
fortiùs coram bon.mem. Pio, in Interamnen. Fidei-
commiſſi 2. Julii 1708. §. Neque, & ſeqq. coram
Eminentiſſimo D. Card. Scotto, & in Ariminen.
Fideicommiſſi Bandi de Bandis quoad Inveſti-
mentum 25. Januarii 1715. §. Ceterum coram
R. P. D. Cerro, & 15. Februarii 1717. §. Cer-
tiùs quia coram R. P. D. meo Rovault. de Gama-
ches, quippè nuda etiam verba præſuppoſitiva à
12 Teſtatore prolata ſufficiunt ad inducendam Ne-
potum, aliorumque Deſcendentium vocationem,
juxta Text. in leg. unum ex Familia §. final. ff. de
legat. 2., leg. Fideicommiſſa §. Hæc verba ff. de
legat.3., Roman. ſingular.154. num.2., Rot.deciſ.
640. num. 16. & ſeq. part. 1. diverſ., & in Man-
tiſ. ad clar. me. Card. de Luc. de Fideicom dec.20.
num.7. non omittendo, quod tam reſpectu Vin-
centii, quam reſpectu Deſcendentium Teſtator
uſus fuit verbis tractum ſucceſſivum importanti-
bus = Et caſu, quo in futurum contingeret, nobi-
lem Vincentium, & ſuos decedere ſinè Liberis, ſub-
ſtituit &c. = quæ ſanè verba præſeferentia ſucceſ-
ſivum, & indeterminatum tempus tanti va-
13 lent, ut ex illis conditio = ſi ſinè Filiis = favore
Secundogeniti ſubſtituti repetita cenſeatur per
ſpeciem gradualis fideicommiſſi inter omnes De-
ſcendentes uſque ad ultimum, Gratian. diſcept. fo-
renſ. cap. 774. num. 29. & ſeqq., Rodulphin. alle-
gat.105. num.13., Roſa conſult.59. num 78., Fu-
ſar. de ſubſtit. quæſt. 379. num. 35., Altograd.
contr.42. num. 48. lib.1., Manſ. conſult.69. art.12.
num.27. & ſeq., Panimoll. dec.43. annot.3. n.70.,
Rot. coram Cerro deciſ.513. num.12., in Romana
Fideicommiſſi 26. Novembris 1696. §. Et quidem
coram clar. mem. Card. Caprara, in Romana Suc-
ceſſionis 29. Januarii 1700. §. Etenim impreſſ. apud
Balducc. deciſ., & rer. judicat. deciſ. 51. num. 9.
tit.3., in Bononien. Fideicommiſſi de Roffenis 17.
Martii 1702. coram bon. mem. Omanus, in In-
teramnen. Fideicommiſſi 2. Julii 1708. §. Nequa-
quam coram Eminentiſſimo D. Cardin. Scotto, &
in Romana Fideicommiſſi R. P. D. Pauli de Alve-
ris 11. Maii 1714. §. Quandoquidem coram Re-
verendo Patre Domino Criſpo.

Accedit his, quod Teſtator diſpoſitionem non
ſiſtit in ſubſtitutione Secundogeniti facta Vincen-
tio, & ſuis Deſcendentibus, ſed progreſſus etiam
fuit ad vocationem Tertiogeniti, & ad quatuor
alias ſubſtitutiones pro filiabus fœminis, earum-
que Deſcendentibus ſub initium recenſitas, repe-
titâ in qualibet ex dictis ſubſtitutionibus conditio-
ne, ſi antecedenter vocati, ejuſque Deſcendenti-
tes ſinè liberis decederent; Ideoque cum adeſſe
dicatur digreſſus ad plures ſubſtitutionum gradus,
qui ſi ex prioribus ſubſtitutionibus reſultaret, 14
Giovagnon. conſ.82. n. 20. verſ. ſexto lib. 1., Rot.
in rec. dec.385. num.32. & 33. part.9., in Aſcu-
lana Fideicommiſſi 25. Junii 1694. §. Digreſſum
enim cor. Card. Caprara, impreſſ. ad ornat. Card.
de Luc. deciſ.38. lib. 10. tom.3., eædemque ſuffi-
cerent ad inducendum progreſſum locum facien-
tem repetitioni fideicommiſſi inter omnes grada- 15
tim vocatos, ut notant Cravetta conſ. 878. n.10.,
Caſanat. conſ. 15. num. 41., Peregrin. conſ. 139.
lib.5., Ruſtic. in tract. de filiis in condition. poſit.
lib.3. cap.1., Mantic. de conject. lib.2. tit.3. n.13.,
Mareſcot. variar. reſol. lib. 1. cap. 45. num. 10.,
Andreol. contr. 289. num.4., clar. mem Card. de
Luc. de Fideicom. diſc.82. num 11., Rocc. diſput.
Jur. ſelect. cap.16. num.10., Adden. ad dec. 632.
num.35. & ſeqq. part.4. tom.3., Panimoll. dec.43.
annot. 3. num. 46., Rot. coram Dunozzet. jun. de-
ciſ.487. num.7., coram Arguell. deciſ.54. n.19.,
in rec. deciſ.385. num.32. part.9., in Bononien. Fi-
deicommiſſi de Boviis 20. Junii 1687. §. Secundò
accedit coram Reverendiſſimo de Hervault, in
Aſculana Fideicommiſſi 29. Martii 1693. §. Ac-
cedit, & 25. Junii 1694. §. Concurrit coram clar.
mem. Card. Caprara, in Romana Fideicommiſſi 1.
Julii 1699. §. Altera verò coram bon. mem. Pio,
in Bononien. Fideicommiſſi de Griffonibus 4. Junii
1704. §. Et demum cor. bon. mem. Omanus, quo-
nam colore, & quâ juſtâ ratione dici poterit,
quod Teſtator cogitans de fideicommiſſi progreſ-
ſu per tot perſonas diverſorum graduum, & li-
nearum abhorruerit ab ejuſdem duratione, &
progreſſu in linea primo loco honorata, & prædi- 16
lecta, maximè quia ſic conſulebatur omnibus à ſe
ipſo, & à ſuo primo herede deſcendentibus,
Becc. conſ. 221. num. 11. & 22. lib.2., Bertazzol.
conſ.33. num. 19., Mantic. de conject. lib. 8. tit.8.
num.1., Gratian. diſcept. forenſ. cap.687. num.8.
& ſeqq., Mart. de ſucceſſ. leg. part. 1. quæſt. 3.
art.2. num.42., Manſ. conſult. 41. num.8. tom.9.,
Palm. nep. alleg.168. num.12., Comuncul. dec.58.
num.4., Rota in Bononien Fideicommiſſi de Roffe-
nis 17. Martii 1702. §. Nec dubitari cum ſeqq.,
coram bon. mem. Muto, & in Romana, ſeu Faven.
Fideicommiſſi 20. Junii 1718. §. Parvique refert
coram R. P. D. meo Rovault de Gamaches.

Pro qua validiſſima conjectura elidenda, fru-
ſtrà objicitur, quod d. ſeries ſubſtitutionum ut-
potè pendens à conditione illa obitus Vincentii
primi heredis ſinè filiis, per vulgarem reſolvatur in
activam dumtaxat vocationem plurium perſona-
rum, & graduum d. primo heredi ſinè filiis Sub-
ſtitutorum, abſque paſſivo gravamine de una in
aliam perſonam, & de uno in alium gradum, ad 17
normam famigerati conſ. Oldradi 21., quem ſe-
quuntur Pariſ. conſ. 14. num 10. lib. 2., Giova-
gnon. conſ.39. num.3. lib. 1., Bellon. jun. conſ. 35.
num. 11. & ſeqq., Caſanat. conſ.2. num. 43., Ga-
naver. conſ.1. num. 5. & ſeq., Altograd conſ.60.
num.2. lib.1., Torr. de majorat., & Primog. Ital.
lib.2. quæſt. 17. & ſeq., utrobique n.1., Peregrin.
de Fideicom. art. 15. num 3., Fuſar. de Subſtit.
quæſt.480. num.1., Caren. reſol.29. n.1., Reynoſ.

obſervat.64. n.18., Altograd. contr.33. ſub n.41.,
Camerat. reſponſ. deciſ. 49. art.3. num. 3. & 17.,
Panimoll. deciſ.43. art.3. num.3., Rot. coram Ca-
valer. deciſ. 404. num. 1., coram Celſ. deciſ. 335.
num.12., coram Cerro deciſ. 442. num. 1., coram
Burat. deciſ.820. num. 1., coram ſan. mem. Ale-
xandro VIII. deciſ.28. num. 12., in rec. dec. 258.
num. 11. & ſeq. part. 15., in Romana Fideicom-
miſſi 26. Junii 1690. §. Nec obſtat coram bo. me.
de Hervault, in Lauretana Fideicommiſſi 16. Mar-
tii 1702., & 13. Januarii 1703. per tot. coram
R. P. D. Lancetta, in Piſauren. Fideicommiſſi 21.
Junii 1704. §. Tranſeundo coram eodem, in Ty-
burtina Fideicommiſſi 2. Martii 1705. §. Ratio, &
8. Februaris 1706. §. Siquidem coram Reveren-
diſſimo Anſaldo Decano, & in Eugubina Fidei-
commiſſi 9. Maii 1707. §. Etenim coram R. P. D.
Lancetta.

Objectio namque iſta ſubmoveri ſatis poſſet re-
ſponſione illâ, quod involvat petitionem princi-
pii, & ſupponat id, quod eſt in quæſtione; Ideo-
que non efficiat, quin digreſſus ad plures gradus
ſubſtitutionum connumerari debeat inter conje-
18 cturas à Doctoribus expendi ſolitas pro fideicom-
miſſi prorogatione, benè Rota in Aſculana Fi-
deicommiſſi 25. Junii 1694. §. Illud autem coram
clar. mem. Card. Caprara, & ſanè, ſi quando Te-
ſtator primo heredi decedenti abſque filiis ſub-
ſtituit plures perſonas diverſorum graduum, &
linearum, non ſolùm activè illas vocaſſet, ſed
omnes de uno in alium paſſivè reſtituere epxreſsè
gravaſſet, quæſtio eſſet de re non dubia, & fidei-
commiſſum reſultaret ex aperta litera teſtamen-
ti, in quo unus alteri per fideicommiſſariam re-
ſtituere cogeretur; Ex mente itaque Doctorum
vis conjecturæ deſumptæ ex digreſſu ad plures gra-
dus ſubſtitutionum fundatur in illa nimis veri-
ſimili ratione, quod nempe perabſurdum ſit, &
menti Teſtatoris repugnet, ipſum tot caſuum ſe-
riem, & longum ordinem ſubſtitutionum per di-
ſpares gradus ordinatarum alligare voluiſſe mo-
mentaneæ conditioni, quæ in ipſo primordio ſuc-
19 ceſſionis ſtatim deficere poterat, ut huic obje-
ctioni occurrendo, de veriori opinione teſtantur,
Fuſar. conſ.24. n.19., Barz. deciſ. Bonon.6. n.42.,
clar. me. Card. de Luc. de Fideic. diſc. 83. n.11.,
Rot. ad ornat. ejuſdem deciſ.39. n.13. lib.1. tom.3.
inter recollect. à Conſtantin. ad Stat. Urb. dec.120.
num. 13., coram Arguell. deciſ.54. num.40., in
Faventina Primogenituræ, ſeu Fideicommiſſi 14.
Decembris 1705. §. Deſumitur tertia coram Emi-
nentiſſimo D. Card. Scotto, & in Romana Primo-
genituræ de Fabiis 12. Decembris 1707. §. Tertia
exoritur coram bon. me. Omanna.

At fortiùs urget illa alia ratio, quod nempe
relatæ ſubſtitutiones factæ non ſunt dumtaxat
Vincentio primo heredi morienti ſinè filiis, ſed
adjectæ noſcuntur etiam illius Deſcendentibus,
qui præcedenter poſiti fuerunt in conditione, in
quo ſanè caſu eædem alligatæ dici nequeunt con-
ditioni, ſi ſinè filiis, adpoſitæ primo heredi, proin-
dèque per illius obitum cum filiis jam ſequutum
20 nequaquam expiraverunt, juxta notata per Rot.
coram Card. Cerro dec. 409. n. 20., coram Priol.
deciſ.292. num. 10. & 11., coram Royas dec. 354.
num.5. & 6., in rec. dec.269. n.6. & ſeqq. part.5.,
in Avenionen., ſeu Vaſionen. Primogenituræ 10.
Januarii 1707. §. Quoniam objectum cor. Emi-
nentiſſimo D. Card. Priolo, & in ſæpius citata
Interamnen. Fideicommiſſi 2. Julii 1708. §. Et
hinc coram Eminentiſſimo Scotto. Et jure quidem,
meritòque, quia Teſtator ſubſtitutiones factas
Vincentio primo heredi, illiuſque Deſcendenti-
bus ſub ea conditione, ſi decederent ſinè filiis, or-
dinavit per orationes, & ſubſtitutiones penitùs
ſeparatas. Hoc namque caſu, cum non ſolum Vin-
centius primus heres cenſeatur gravatus heredita-
tem reſtituere ejus Deſcendentibus, ſed etiam
iſti onerentur favore ulteriorum Subſtitutorum,
adeſſe idcircò dicitur rigoroſus ille digreſſus ad
plures gradus ſubſtitutionum requiſitus pro indu- 21
cendo fideicommiſſo inter omnes Vocatos, & ex
quo receditur à Conſilio Oldradi, ut obſervant,
Gabriel. conſ.33. num.37. lib.2., Giovagnon. conſ.
82. num. 42., Cephal. conſ. 268. num. 14., Came-
rat. reſponſ.49. art.3. num.4., Tondut. reſol. civil.
part. 2. cap. 121. num. 12., Palm. nep. alleg. 47.
num.34., Panimoll. dec.43. annot. 3. n.5. & ſeq.,
Adden. ad deciſ.632. num.50. part.4. tom.3. rec.,
dec.80. num.23. part. 15., & in Avenionen. Pri-
mogenituræ, ſeu Concurſus 23. Januarii 1705.
§. His poſitis coram bon. mem. Muto.

Quæ cum ita ſint, opus non eſt verba facere de
tacita agnationis contemplatione, illam eliciendo
ſive ex nobili genere Teſtatoris cum conſenta-
neum maximè ſit ingenito voto cujuſque nobilis
Viri, ut propriam familiam, inque ea caſtra, &
feuda conſervare ſtudeat, ex congeſtis à Spada 22
conſ.137. num.6. tom.2., Fuſar. de Subſtit. quæſt.
675. num. 29. & ſeqq., Caſtill. contr. Jur. lib. 5.
contr. 85. num. 15., Rocc. diſput. Jur. ſelect.
cap.16. num.6., Rot. in rec. deciſ.339. num.12. &
ſeqq. part. 17., Rot. in Avenionen., ſeu Carpen-
ctoracten. Fideicommiſſi de Tertullis 2. Decembris
1705. §. Præſertim coram Rmo Molines; Sive
ex perpetuitate fideicommiſſi, ut communiter ar- 23
guunt Hond. conſ. 56. num. 18. lib. 2., Gabriel.
conſ. 116. num.14. lib. 2., Caren. reſol.128. n.30.,
Rudulphin. alleg. 173. n. 8., Rot. coram ſan. mem.
Gregor. XV. deciſ. 464. num. 18., coram Duran.
deciſ. 126. num. 32., inter impreſ. ad ornat. clar.
mem. Card. de Luca deciſ. 1. n. 14. & 15. lib.10.
tom.3., in rec. deciſ. 135. n.8., & deciſ. 185. n.25.
& ſeqq. part.9., ſive ex vocatione prius maſculo-
rum, & deindè fœminarum, juxtà notata per 24
Caſtill. contr. lib. 5. cap. 133. num. 21., Card. de
Luc. de Fideicom. diſc. 24. num. 18., Palm. nep.
alleg. 116. num.24., Manſ. conſult.77 num.8., Rot.
coram Arguell. deciſ.54. num. 16., in Romana
Fideicommiſſi 10. Januarii 1698. §. Prout etiam
coram R. P. D. Lancetta, in Spoletana Hæredi-
tatum 13. Junii 1704. §. Etenim coram bon. mem.
Omanna, & in Reatina Primogenituræ de No-
bilibus 26. Aprilis 1717. §. Minùs opitulari co-
ram R. P. D. Criſpo, ſive demum ex voca-
tione liberorum, qui ex proprio corpore heredum
inſtitutorum naſcerentur, quæ clauſula cum
connotet procreationem maſculorum immedia-
tam

tam à maſculis cum excluſione fœminarum, &
25 prælatione reſpectu maſculorum natorum ex fœ-
mina, eamdem agnationis contemplationem præ-
ſeferre plenè firmat *Guidopap. deciſ. 353. num. 3.
& per tot., quem ſequuntur Peregrin. de Fideic.
art. 28. ſub num. 34., verſ. quod dictum, Fuſar. de
Subſtit. quæſt. 321. num. 13. & ſeqq., Faber de
error. pragmat. Decad. 28. error. 9. num. 6. & 7.,
Rot. in rec. deciſ. 244. num. 6. & ſeqq. part. 12., &
deciſ. 1. num. 8. part. 13., latè Rot. in Peruſina Fi-
deicommiſſi 21. Martii 1710. §. Ipſe enim coram
R. P. D. Criſpo, 3. Junii 1711. §. Hujuſmodi co-
ram Illuſtriſſimo D. meo Falconerio Almæ Urbis
Gubernatore, & 20. Februarii 1713. §. Aſt verò
Domini & ſeqq. coram eodem.*

Hæc omnia, inquam, miſſa facimus, cum etiam
ſinè voto conſervandæ agnationis, benè ex aliis
teſtamenti locis conjiciatur, Teſtatorem ordina-
re voluiſſe fideicommiſſum progreſſivum inter
26 omnes à primo herede deſcendentes in conditio-
ne poſitos, ut, ceteris omiſſis, admonet *Rot. in cita-
ta Interamnen. Fideicommiſſi 2. Julii 1708. §. Quæ
quidem conjectura coram Emo D. Card. Scotto.*

Nilque turbat, quod, admiſsâ prorogatione fi-
deicommiſſi inter omnes Deſcendentes Vincentii,
fruſtrâ Teſtator ad ſucceſſionem invitaſſet Secun-
dogenitum, alioſque ſubſtitutos, quia hi in hu-
manis tandiu eſſe nequiviſſent; iſtiuſmodi enim
argumentum nimis probat, evinceret enim num-
quam Diſponentes conſulere voluiſſe deſcenden-
tiæ heredis inſtituti, & fideicommiſſa diu dura-
tura ordinaſſe, cum plerumque nominatim ſub-
ſtituti ſupereſſe non ſoleant perſonis priùs vocatis;
27 quamobrem ſatis eſt, quod iidem ſuccedere poſ-
ſint, ſi citò extinguatur linea prius vocata, ut
notat *Rocca diſput. Jur. ſelect. cap. 28. num. 8. &
ſeq., Rota coram Merlino deciſ. 206. num. 20. verſ.
non obſtat.*

Minùſque officit, quod Marchio de Molignan
non ſit de genere Vocatorum, eò quod, cum ſit
filius ex fœmina deſcendente à Vincentio primo
herede, numerari nequeat nec inter Agnatos à Te-
ſtatore prædilectos, nec inter Deſcendentes à filia-
bus Teſtatoris deinceps ſubſtitutos.

Etenim pro illius vocatione ſatis eſt, quod ſit ex
linea prædilecta Vincentii; ſi enim Teſtator, jux-
ta notata ſuperioribus locis, omnes ejuſdem lineæ
Deſcendentes ad ſuam hereditatem invitavit, &
Maſculi omnes jam defecerunt, omni dubio pro-
cul vocatus dici debet etiam Marchio de Moli-
gnan; quia in inſtitutione Deſcendentium com-
28 prehenduntur etiam Maſculi cognati, præſertim
poſtquam deſierunt Maſculi omnes agnati, *Cephal.
conſ. 60. num. 36., Altograd. conſ. 66. n. 77. lib. 2.,
Molin. de Primogen. Hiſpan. lib. 5. cap. 4. num. 33.
& ſeqq., clar. mem. Card. de Luc. de Fideicom.
diſc. 25. num. 8. & ſeq., Manſ. conſult. 198. num. 9.,
conſult. 199. num. 1., Rot. in Bononien. Fideicom-
miſſi de Ghiſleriis impreſſ. apud Balduc. ad Ramon.
deciſ. 12. num. 34. & ſeq., in Balneoregien. Fidei-
commiſſi 6. Februarii. 1708. §. Et licèt coram Emo
Scotto*, quando Teſtator ſolis Maſculis agnatis
29 taxativè non proſpexit, *Bellon. jun. conſ. 73. n. 9.,
Torr. de Primogen. part. 1. cap. 25. num. 282.,
Rot. coram bon. mem. Emerix jun. deciſ. 1262.
num. 4. & ſeqq., & in Avenionen., ſeu Vaſionen.
Fideicommiſſi de Tertullis 2. Decembris 1705.
§. In caſu autem coram Rmo Molines*; Quamo-
brem, cum Teſtator noſter diſpoſitionem ſuam
non reſtrinxerit ad Maſculos ex Maſculis deſcen-
dentibus à Vincentio herede inſtituto, & jam de-
fecerint tàm Maſculi agnati Vincentii, quàm ce-
teri alii aliarum linearum, fideicommiſſum dela-
tum ſanè fuit ad Marchionem de Molignan per
medium fœminæ ab ultimo Maſculo de linea 30
Vincentii deſcendentem, *Rot. in Romana Fidei-
commiſſi de Palazzolis 18. Aprilis 1704. §. Puri-
ficatio autem, & 4. Julii ejuſdem anni §. Quo verò
& ſeqq. coram bon. mem. Muto.*

Hæc quoad primum Dubium; quod verò atti-
net ad ſecundum, quo quæritur, an fœminæ tum
Ceciliæ, tum hodierni Marchionis de Molignan
conſuccedere debeant in fideicommiſſo contro-
verſo, reſpondendum eſſe videretur: negativè, eò
quod Teſtator, nonniſi duos ſimplices ordines,
ſeu capita ſucceſſionum ordinavit, unum nempe
favore Vincentii Primogeniti, ejuſque Deſcen-
dentium, ſeu liberorum cum graduali ſubſtitu-
tione Majoris natu, & ſucceſſivè Secundogeniti,
& aliorum, ſecundum verò per poſterius favore
ſuarum filiarum, conſtituendus proindè non eſt 31
tertius ordo ſucceſſionis, quo fœminæ in ſucceſ-
ſione conſocientur cum Maſculis, ut docuerunt
*Peregrin. conſ. 76. n. 2. lib. 6., Caren. reſolut. 128.
num. 14. verb. prælatio verò, Roſa conſult. 69. n. 171.
verſ. hoc autem in fin., Rocc. diſput. Jur. ſelect.
cap. 190. num. 34., Manſ. conſult. 355. ſub n. 44.,
verſ. ſed potiſſimum, & num. 60. & 62., Rot. Flo-
rent. penes Balduc. in collect. deciſ. & rer. judi-
cat. tit. 3. deciſ. 38. num. 2., Rot. in rec. deciſ. 183.
num. 18. & ſeq. part. 10.* Ex hac enim ſede data
fœminis rectè conjicitur, Teſtatorem in priori
diſpoſitione facta de Liberis, & Deſcendentibus
Vincentii, de Liberis, & Deſcendentibus maſculis
dumtaxat intellexiſſe; nam aliàs, ſi etiam fœmi-
næ in d. priori ſubſtitutione comprehenſæ fuiſſent,
dicerentur ſibimet ipſis ſubſtitutæ, & ſubverte- 32
retur ordo diſpoſitus à Teſtatore, *Altograd. conſ.
89. num. 7. 14. & 32. lib. 2., Card. de Luc. de Fi-
deicomm. diſc. 41. ſub num. 8., Rota coram Dunoz.
jun. deciſ. 984. num. 4., in Bononien. Fideicommiſſi
de Benariis impreſſ. apud Torr. de majorat. deciſ.
41. num. 5., in Romana Fideicommiſſi inter impreſſ.
ad ornat. clar. mem. Card. de Luc. de Fideicom.
deciſ. 19. num. 8., in Bononien. Primogenituræ de
Cultellis 12. Martii 1717. §. Idque Ulterius, &
16. Junii 1717. §. Vocatio verò Deſcendentium
maſculorum coram R. P. D. Cerro*; cum itaque
Marchio de Molignan ſit de Liberis deſcendenti-
bus Vincentii heredis inſtituti, & in eo concur-
rat qualitas maſculinitatis; hæc, ſicuti eſt ratio
illius incluſionis, atque vocationis, ſic etiam eſt
ratio excluſionis ejus Amitarum, & aliarum qua-
rumcumque fœminarum, utpotè carentium qua- 33
litate maſculinitatis, ut egregiè ratiocinatur
*Faber. de error. pragm. tom. 1. decad. 28. error. 8.
num. 12., Pegas in ſuo tract. de Majorat. part. 2.
cap. 8. per tot., Rot. in Balneoregien. Fideicom-
miſſi*

miſſi 12. Junii 1712. §. Nilque turbat coram
Rmo Aldrovando.

Neque verò qualitas iſta maſculinitatis, ex qua
proficiſcitur ratio includendi D. Marchionem de
Molignan, atque excludendi ejus Amitas, aliaſ-
que fœminas, inefficax reddita dici poteſt eo ſub
obtentu, quod ipſe, licèt ſit maſculus, nihilomi-
nus deſcendat per medium fœmininum; nam
34 Maſculus etiam progenitus à fœmina Teſtatoris
vocationem habet, ad Text. expreſſ. in §. Si quis
igitur Auth. de hered. ab inteſt. venien. ibi = Sive
ex Maſculorum genere, ſive ex fœminarum de-
ſcendentium = & eſt celebre conſil. Fulgoſ. 85., ut
docuerunt Mantic. de Conject. ult. volunt. lib. 8.
tit. final. num. 3. ad med., Mart. de Succeſſ. legal.
part. 1. quæſt. 1. art. 5. num. 21., Balducc. ad Ramon.
conſ. 17. num. 2., Torr. var. Jur. quæſt. tom. 2.
tit. 2. de Subſtit., & Fideic. quæſt. 23. num. 3. &
ſeqq., & tom. 3. tit. 2., & in Miſcell. part. 2. quæſt. 5.
num. 51. & 64., præſertim, quando de prælatione
non contendit cum Maſculo agnato, ſed cum
fœmina, Rot. in Avenionen., ſeu Carpentoractem.
Fideicommiſſi de Tertullis 2. Decembris 1705.
§. Nam iterum coram Rmo Molinet.

Ut etiam non eſt, cur obtendatur prærogativa
lineæ ultimi Poſſeſſoris, ex qua ſunt Amitæ, &
Filiæ Marchionis de Molignan; quippè Teſtator
35 in hac priori ſubſtitutionum claſſe irregularem
ordinem præſcripſiſſe, ſatis declaraſſe videtur,
vocando priùs maſculos, & Majorem natu, ut
obſervat Pegas reſol. foren. cap. 11. num. 1. in fin.
part. 1. Ideoque tunquam lex ſervanda omnino
36 erit hæc forma, & modus ſuccedendi ab eo præ-
ſcriptus, quamvis deroget naturæ primogenituræ,
& ordini Juris, idem Pegas in tract. de oblig. &
action. cap. 26. num. 21. & 43. reſol. foren. tom. 3.
in tract. de Major. tom. 1. cap. 1. num. 52. cap. 2.
num. 80. & 96. & num. 121. eâ ratione, quia iſto
caſu linea durat quidem naturaliter, & in ſub-
ſtantia in fœminis, non verò civiliter, & in qua-
litate volita à Teſtatore, & idcirco Maſculus ex-
cludit ſemper fœminas in linea ultimi Poſſeſſoris,
37 cum eædem dicantur vel de genere non vocato,
Roſa conſult. 69. num. 65., & meliùs num. 69. &
ſeqq., clar. mem Card. de Luc. de Fideicom. diſc.
102. num. 11., verſ. ſi ergo, egregiè Rocc. diſput.
Jur. ſelect. cap. 15. num. 5. 10 & 24., Rot. coram
fan. mem. Alex. VIII. deciſ. 177. num. 28. &
ſeqq., ad ornat. clar. mem. Card. de Luc. de Fideic.
deciſ. 38. n. 14., in rec. deciſ. 570. n. 10. part. 19.,
in Bononien. Fideicomm. de Urſis 26. Martii 1708.
§. Verum, & §. Quia hujuſmodi coram Rmo Mo-
linet, confirmata 17. Maii 1709. §. Quibus ita
conſtabilitis coram Rmo Aldrovando, & in Raven-
naten. Fideicommiſſi Julii de Abbioris 7. Apri-
lis 1710. §. Et ſane, & ſeq. coram R.P.D. Criſpo,
vel earum vocatio ſuſpenſa dicenda ſit, donec ex-
tant Maſculi eiſdem prælati, ut diſtinguendo inter
abſolutam, & limitatam fœminarum excluſio-
38 nem, tradit Pegas cap. 17. num. 75. de Majorat.,
& priùs dixerat cap. 10. num. 775. & ſeqq., quo-
ties enim qualitas aliqua veluti moderatrix, &
39 arbitra diſpoſitionis tribuit capacitatem ſucceden-
di, tunc nec de linea, nec de gradu curari debet,

Manſ. conſult. 93. num. 33. & 44., ſed poſthabitâ
lineâ ſubſtantiæ, quærenda eſt linea qualitatis,
Surd. conſ. 349. n. 1. & ſeq., & conſ. 407. n. 35.,
Roſa conſult. 69. num. 68. & ſeq., & n. 157., Torr.
variar. Jur. quæſt. tom. 1. tit. 2. quæſt. 1. num. 34.,
& quæſt. 12. num. 17., & quæſt. 16. num. 19., &
quæſt. 30. num. 13., deciſ. Sicul. apud clar. mem.
Card. de Luc. de Feud. art. 2. num. 328., Balducc.
in collect. deciſ. & rer. Judic. tit. 3. deciſ. 35.
num. 3., & apud Torr. de Succeſſ. in Primog. Ital.
deciſ. 24. num. 33. & ſeqq., apud eumdem de pact.
futur. ſucceſ. deciſ. 209. num. 17. & ſeq., & in
rec. deciſ. 414. part. 18.

Ulteriùs prælationem Maſculorum præſefert
duplex alia animadverſio, quarum prima eſt qua-
litas Bonorum ſub d. fideicommiſſo cadentium,
quæ veluti feudalia non admittunt fœminas ad 40
conſucceſſionem cum Maſculis, Caſtrenſ. conſ.
343. num. 3. circa med. lib. 1., Menoch. conſ. 117.
num. 19. & ſeq., & conſ. 220. num. 27., Bellon.
jun. conſ. 2. num. 21. & ſeqq., Surd conſ. 564. n. 3.
tom. 4., Rodulphin. allegat. 45. num. 12., altera ve-
rò eſt commune hominum votum juxtâ conſue-
tudines, & ſtatuta excludendi fœminas in pari 41
gradu cum Maſculo, ut animadvertit clar. mem.
Card. de Luc. de ſtatut. Succeſſion. §. 2. num. 49.
& ſeqq. quibus conſuetudinibus, & ſtatutis cum
præſumatur, quod Teſtator ſuum teſtamentum
conformare voluerit; potius quàm illud condere 42
ad normam Juris communis per dd. Statuta cor-
recti, Fulgoſ. conſ. 34. num 4., Mantic. de conject.
ultim. volunt. lib. 6. tit. 7. ſub n. 4., Rota in Hortana
Immiſſionis 6. Junii 1710. §. Quoniam coram bon.
mem. Caffarello; Idcirco fœminæ ſubſidiariè tan-
tùm poſt Maſculos vocatæ cenſentur, adeout eo
ſolùm caſu ad ſucceſſionem admitti queant, quum
nempe tempore delatæ hereditatis Maſculi am- 43
plius non extent, ut egregiè notant Socin. in
leg. Gallus §. Quidam rectè col. 4. verſ. ſecunda
concluſio ff. de liber. & poſth. & conſ. 73. num. 13.
& 14., alter Soccin. jun. conſ. 63. n. 7, tametſi di-
ſpoſitio concepta legatur nomine collectivo plu- 44
rium perſonarum, & graduum, Peregrin. conſ. 53.
lib. 3. num. 4. & 5. de Fideicom. art. 27. num. 22.,
Angel. Matthæac. de legat., & Fideicomm. lib. 2.
cap. 12. num. 5., Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 311. ſub
num. 45., Altograd. contr. 34. num. 10., Nogue-
rol. allegat. 13. num. 27., Surd. deciſ. 84. num. 9.,
Capyc. latr. dec. 3. num. 15., & confirmavit ſubſe-
quuta obſervantia; quippè Marchio de Molignan
ſolus Bona fideicommiſſaria poſſidet; hanc au-
tem obſervantiam plurimùm valere pro interpre-
tanda Fideicommittentis diſpoſitione, tradit Rota 45
inter impreſſ. ad ornat., Card. de Luc. de Fidei-
com. diſc. 25. num. 8., & dec. 26. num. 5., & in Lu-
cana Beneficii 3. Junii 1701. §. Præcipuè, & ſeq.
coram bon. mem. Muto.

Quamquam verò plurimùm hæc urgere videan-
tur, attamen veriùs puto, fœminas tum Ceciliæ,
tum Marchionis de Molignan admittendas eſſe ad
conſucceſſionem in fideicommiſſo Hieronymi, de
quo agitur; Idem namque Teſtator vocavit pri-
mo loco Vincentium, = & ſuos de legitimo Matri-
monio procreatos liberum, ſeu liberos ex proprio
cor-

*corpore, ſeu propriis corporibus, & de legitimo Matrimonio, ſeu legitimis Matrimoniis procreatum, ſeu procreatos, & denique Deſcendentem, ſeu Deſcendentes* = Ex quibus porrò verbis apprimè reſultat, ſimul cum D. Marchione de Molignum admittendas quoque eſſe ejus Amitas, & Sorores, cum & iſtæ quoque veniant ſub nomine ſuorum heredum, Liberorum, & Deſcendentium Vin-
46 centii, in quos Teſtator Bona ſua tranſire voluit, ut de vocabulo = *ſuos* = probat *Text. in leg. Conſanguinitatis Jure cod. de legit. hered., Jaſon. in leg. Gallus §. Etiamſi Parente num. 13. ff. de liber., & poſth., Dec. conſ. 253. num. 4., Alex. conſ. 26. n. 5. lib. 5., Simon. de Pret. de interpret. ultim. volunt. fol. 293. num. 67., Peregrin. de Fideicom. artic. 32. num. 23., Fuſar. de Subſtit. quæſt. 338. num. 5., & quæſt. 342. num. 2., Rot. coram Buratto deciſ. 596. num. 4. & 5., in rec. dec. 165. num. 6. part. 8., & in Melevitana Fideicommiſſi 21. Februarii 1710. §. Ex quibus coram Eminentiſſimo D. Card. Priolo*, de vocabulo = *Liberi* = ſeu = *Li-*
47 *berorum* = promiſcuo in hac parte cum verbo filiorum, eſt *Text. expreſſus in leg. Cognoſcere 56. ff. de verb. ſignific.* ibi = *Liberorum appellatione continentur non tantùm qui ſunt in poteſtate &c., ſed omnes, qui &c. ſive virilis, ſive feminini ſexus ſunt* =, *leg. Liberorum 120. ff. eodem titul., leg. ſi ita ſcriptum 46. ff. de legat. 2., Giovagnon. conſ. 11. num. 17. & 19. lib. 2., Altograd. contr. 70. n. 25., Gratian. diſcept. forenſ. cap. 120. n. 25., Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 316. num. 1., Peregrin. de Fideicom. art. 22. num. 43., & art. 25. num. 27., Surd. dec. 66. n. 3. & 10., Rot. coram Coccino dec. 1826. num. 5., coram Ubald. dec. 10. num. 2., coram Dunoz. jun. dec. 73. num. 22., coram Priol. deciſ. 223. num. 11., in rec. deciſ. 316. num. 2. & 3. part. 1., deciſ. 514. num. 6. & 7. part. 5., deciſ. 50. n. 5. & 6. part. 8., dec. 324. n. 2. part. 17., deciſ. 67. num. 2., deciſ. 166. num. 274., & dec. 638., in omnibus n. 1. & ſeqq. part. 18., in Romana Fideicommiſſi de Palazzolis 18. Aprilis 1704. §. Purificatis coram bo. mem. Muto, & 5. Decembris ejuſdem anni §. Primo coram eodem, in Reatina Succeſſionis 3. Junii 1709. §. Decidendi ratio coram Eminentiſſimo Domino Cardinali Priolo, & in Melevitana Fideicommiſſi 21. Februarii 1710. §. Ac hujuſmodi co-*
48 *ram eodem*, & denique de vocabulo = *Deſcendentium* = dixerunt *Surd. conſ. 308. n. 7., & conſ. 316. num. 1., Menoch. de præſumpt. tit. 4. præſum. 84. num. 26., Mantic. de conject. ultim. volunt. lib. 8. tit. 11. num. 1. & ſeqq., Peregrin. de Fideicommiſſ. art. 20. num. 8., Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 325. n. 1., Cyriac. contr. 259. num. 56., Rot. in rec. dec. 318. num. 1. part. 2.*

Quando præſertim non concurrit pro fœmina-
49 rum excluſione ulla conjectura, nec votum conſervationis agnationis, ut proſequitur *Rota in citata Melevitana Fideicommiſſi 21. Februar. 1710. §. Pro ſufficienti*, quippe agnatio in præſenti à Teſtatore contemplata dici nequit, dum nullibi
50 eam expreſſit, *Rota cor. ſa. me. Gregorio XV. dec. 464. num. 12., coram Coccino dec. 1036. num. 20., coram Royas deciſ. 123. num. 3., coram Dunozzet jun. deciſ. 46. num. 10., in rec. deciſ. 518. num. 7. part. 4., deciſ. 257 num. 14. part. 11., & deciſ. 79. num. 7. part. 18.*; conjecturæ verò in ſuperioribus locis expenſæ pro adſtruendo tacito voto agnationis, qualitas nempe Teſtatoris nobilis, perpetuitas fideicommiſſi, vocatio priùs Maſculorum, & deindè fœminarum inefficaces planè ſunt, niſi efficaciora urgeant argumenta, ut dixi in 51
rationibus dubitandi, cum vel nimis vagæ ſint, vel ſexus prædilectionem tantùm importent; Ut videre eſt apud *Altograd. ſen. conſ. 66. num. 78. & ſeq. lib. 10., Altograd. jun. conſ. 40. num. 10., Caſtald. conſult. 117. n. 2. tom. 1., Rota coram Dunoz. jun. deciſ 503. num. 19., in rec. dec. 279. n. 20. part. 6., deciſ. 160. num. 15. part. 10., in Romana Jurisſpatronatus 3. Julii 1705. §. Tantò magis coram Reverendiſſimo Molines, in Bononien. Fideicommiſſi de Elephantutiis 25. Junii 1708. §. Et eò efficacius coram Reverendiſſimo D. Anſaldo Decano, & in Sutrina Immiſſionis ſuper Fideicommiſſo 19. Aprilis 1709. §. Minùſque coram Reverendiſſimo Molines*; Idemque dicendum eſt de clauſula = *ex proprio corpore* = quia cum vocati fuerint Liberi ex proprio corpore heredum procreati, ſinè ullo additamento maſculinitatis, hoc caſu d. clauſula non immediatam nativitatem Liberorum à Maſculis antecedenter vocatis expoſcit, ſed dumtaxat originem, & qualitatem deſcendentalem, quæ nil commune habet cum vo- 52
to agnatitio, ut, recedendo à deciſis, reſolutum fuit per *Rot. in citata Peruſina Fideicommiſſi 20. Februarii 1713. §. Aſt verò Dominus, & ſeq., & 8. Aprilis 1715. §. Nec dicta collectio pariter, & ſeqq. coram Illuſtriſſimo D. meo Falconerio, & 15. Junii 1716. §. Atque ſub eadem coram R. P. D. Cerro.*

Eòque minùs de hac, aliiſque conjecturis ratio ulla habenda eſt, quia longè magis urget, quod, ut mox probavimus, ſi ſub nomine = *ſuorum heredum Liberorum, & Deſcendentium* = Vincentii heredis inſtituti continentur fœminæ, & deſcendentes ex eis, & quidem ſinè onere renovandi artificialiter agnationem, iidemque certè non ſunt Agnati, ſed Extranei, utpote de aliena familia, & nihilominus præferuntur aliis ipſius Teſtatoris filiis in ſequentibus, & diſparatis ſubſtitutionibus vocatis, evidens, & apertum redditur, quod interversa prorſus remanent jura agnationis, cui nil magis repugnat, quàm indefinita vocatio Extraneorum, in excluſionem præ- 53
ſertim Agnatorum, *Palm. nep. alleg. 221. num. 66. & 67. tom. 3., Bonden. collect. legal. 34. num. 111. & ſeqq. t. 2., Torr. de Primog. Ital. cap. 37. n. 185. tom. 1., Peregr. de Fideicomm. art. 25. num. 25., Larrea deciſ. Granaten, 34. num. 39., Rot. apud Balducc. ad Ramon. deciſ. 11. num. 9. tom. 1. ad ornat. clar. mem. Card. de Luc. de Fideic. deciſ. 12. num. 10. & 11. lib. 10. tom. 3., optimè in Peruſina Fideicommiſſi 20. Februarii 1713. §. Quam longè coram Illuſtriſſimo D. meo Falconerio, & in confirmatoria coram R. P. D. Cerre 5. Junii 1716. §. Limitatio itaque.*

Nec officit, quod Teſtator ordinatè priùs diſpoſuerit favore Maſculorum, & deindè favore ſuarum filiarum, quia hic ſermo non eſt de fi-
lia-

Digitized by Google

liabus ipſius Teſtatoris, quæ certè in prioribus
ſubſtitutionibus Maſculorum, eorumque Libero-
rum, & Deſcendentium comprehenſæ dici ne-
queunt, ut in objectionibus dicebamus, ſed agi-
tur de fœminis à primo herede inſtituto deſcen-
dentibus, quibus, cum Teſtator nullum locum aſ-
ſignaverit, eò magis cenſeri debent neceſſariò vo-
catæ appellatione Deſcendentium, & Liberorum
ipſius heredis inſtituti, alioquin enim eſſent per-
54 petuò excluſæ, quod in fideicommiſſo perpetuo,
& deſcenſivo abſurdum foret, per ea, quæ tra-
dunt *Rodulphin. alleg. 22. num. 12., Mantic. de
conject. ultim. volunt. lib. 8. tit. 8. n. 16., Fuſar.
de ſubſtit. quæſt. 320. n. 44. & ſeqq., Rota in rec.
deciſ. 345. num. 19. & 20. part. 16., deciſ. 339. n. 4.
part. 17., in Romana, ſeu Interamnen. Fideicom-
miſſi 14. Maii 1714. §. Præſertim coram Reveren-
diſſimo Domino Anſaldo Decano, 1. Aprilis 1715.
§. Præterea coram R. P. D. Cerro, & in Peru-
ſina Fideicommiſſi 5. Junii 1716. §. Quod ſi porrò
verſ. tum etiam coram eodem.*

Minúſque ex prælatione data maſculo, Vin-
centio nempe heredi inſtituto, & ordine primo-
geniali à Teſtatore volito, conſtituta dici poteſt
linea qualitatis in ceteris primogenituræ Succeſ-
ſoribus, cujus vigore fœminæ, quamvis de linea
ſubſtantiæ, ad ſucceſſionem, nonniſi in ſubſidium,
adſpirare queant, veluti deſtitutæ qualitate ma-
ſculinitatis à Teſtatore contemplata; nam Te-
ſtator cogitavit quidem de Maſculo, & Majori
natu in ingreſſu omnium ſubſtitutionum, dum
vocavit Majorem natu ceterorum filiorum ſuo-
rum, quatenus Vincentius heres inſtitutus ſinè
liberis decederet; at non etiam in progreſſu; in
eo enim vocationem non reſtrinxit ad Majorem
natu, ſed ampliavit ad Liberum, ſeu Liberos, &
ſic Deſcendentes omnes. In hac autem exorbi-
tanti materia, & ubi agitur de excluſione fœmi-
næ ex linea jam admiſſa, ſi regulariter diſpoſitio
55 facta in ingreſſu, & ordo in eo præſcriptus exten-
di non valet in progreſſu ad alios ſubſtitutionum
gradus, in quibus eadem diſpoſitio, & ordo re-
petitus non legitur, *ad Text. in leg. quæ conditio
ff. de condit., & demonſtr.*, & in propoſito pro-
bant *Valenz. conſ. 97. num. 95., Vela diſſert. 49.
num. 69., Torr. de Primog. Ital. part. 2. quæſt. 23.
num. 10. & ſeqq., Palm. nep. alleg. 49. num. 3.,
Larr. deciſ. Granaten. 53. num. 26., Rot. coram
Cerro deciſ. 95. num. 5. & 6., coram Royas dec. 72.
num. 9. & ſeqq., & dec. 90. n. 5., in rec. dec. 581.
num. 4. part. 5., deciſ. 249. num. 9. & ſeqq. part. 7.,
deciſ. 55. n. 4. & 7., & deciſ. 165. num. 10. part. 8.,
deciſ. 170. num. 5. & 10. part. 14., dec. 638. num. 5.
& 6. part. 18., dec. 132. num. 3. part. 19., in Ave-
nionen., ſeu Carpentoracten. Fideicommiſſi de
Tertullis 27. Februarii 1704. §. Etenim coram
R. P. D. Lancetta, & 2. Decembris 1705. §. In
caſu coram Reverendiſſimo Molines, in Ave-
nionen. Primogenituræ, ſeu concurſus 23. Ja-
nuarii 1705. §. Cum enim coram bon. mem. Mu-
to, in Aſten. Prioratus ſuper pertinentia 20. Ja-
nuarii 1708. §. Non obſtat coram R. P. D. Lan-
cetta, & in Peruſina Fideicommiſſi 26. Junii
1709. §. Prout nec relevat coram Reverendiſſimo
Molines*; potiori Jure id affirmandum eſt in caſu
noſtro, quia, cum Teſtator in ingreſſu unicum
ſibi ſelegerit Succeſſorem, in progreſſu verò om-
nes illius Liberos, & Deſcendentes vocaverit ibi =
*ad ſuos, & ad Liberum, ſeu Liberos, & Deſcen-
dentem, ſeu Deſcendentes* = hæc ipſa perſonarum
diverſitas in progreſſu fideicommiſſi vocatarum,
quæ in ingreſſu vocatæ minime fuerunt, apertè
innuit, qualitatem maſculinam, & unicitatem 56
Succeſſoris fuiſſe in progreſſu fideicommiſſi con-
ſultò omiſſam, inque eo omnes paris gradus ſive
Maſculos, ſive fœminas ſimultaneè vocatas cen-
ſeri, *Peregrin. de Fideicom. art. 25. num. 33., Fu-
ſar. de ſubſtit. quæſt. 403. num. 34., Caſtill. contr.
Jur. lib. 1. cap. 4. n. 94. & ſeq., Giovagn. reſp. 11.
num. 45. lib. 2., Rot. coram Royas deciſ. 72. n. 17.,
coram Pamphil. dec. 313. num. 9., coram Rembold.
dec. 475. num. 5., coram Dunoz. jun. dec. 46. n. 16.,
coram Cerro dec. 96. n. 20., coram Priol. dec. 176.
num. 16. & ſeqq., in rec. deciſ. 249. num. 8. part. 7.,
deciſ. 165. num. 9. part. 8., dec. 370. n. 16. part. 13.,
deciſ. 307. num. 18. part. 16., dec. 67. n. 16., dec. 166.
num. 10., & dec. 636. à num. 5. part. 18., dec. 482.
num. 22. part. 19., in Aquipenden., ſeu Montis
Faliſci 17. Maii 1705. §. Nec ad excluſionem co-
ram clar. mem. Card. Capraræ, & in Melevitana
Fideicommiſſi 21. Februarii 1710. §. Prout in fin.,
& 13. Junii ejuſdem anni §. final. coram Eminen-
tiſſimo D. Card. Priolo*; atque etiam, quia diſpar
plerumque urgere ſolet affectio Teſtatoris erga
perſonam invitatam primo loco ad ſucceſſionem,
quæ fortè impedire potuit in ulterioribus gradi- 57
bus minus dilectis repetitionem maſculinitatis,
& ordinis primogenialis in ingreſſu voliti, ex de-
ductis *à Soccin. jun. conſ. 100. num. 20. & ſeqq.
lib. 1., conſ. 158. num. 4. lib. 2., conſ. 13. n. 26. lib. 3.,
Peregrin. de Fideicom. art. 25. num. 33., Rota in
Bononien. Primogenituræ de Cultellis 15. Februa-
rii 1715. §. final. coram Illmo D. meo Falconerio.*

Non abſimili ratione reſpondetur argumento
ducto à qualitate Bonorum feudalium, & ju-
riſdictionalium, quorum natura minimè reſiſtit
fœmininum conſucceſſioni; illa enim, veluti feu-
da impropria, & abuſiva, qualia cenſentur feu- 58
da Eccleſiaſtica, quia Eccleſia pro ſui tuitione
non indiget armis, aut militari ſervitio, *Bardel-
lon. conſ. 93. num. 37. & 48., Gobb. conſult. 82.
num. 23., Rot. deciſ. 14. num. 53. poſt Antonell. de
Jur. & onerib. Clericor.*, tranſitoria ſunt ad Ma-
ſculos æquè, ac ad fœminas, tametſi de fœmi-
nis in Inveſtitura nulla mentio fiat, juxta diſpoſi- 59
tionem literalis *Textus in cap. ſi cui militi id
ſtatuentis his verbis = ſi cui militi certum ſervi-
tium datum fuerit, iſque, relictâ ex Deſcendente
fœminâ, deceſſerit, quæ id ſervitium juxta feudi
conditionem non minùs decenter præſtare poſſit,
quàm Maſculus, etſi in Inveſtitura minimè cau-
tum ſit, ut fœminæ ad id adſpirare valeant, eam
tamen admitti rectum putamus, quinimò hoc caſu
ſimul, cum Maſculo in feudo eam ſuccedere quidam
putant, quod multò magis dignum obſervantiâ exi-
ſtimamus, cum feudum ſic datum ſit, ut nullum pro eo
ſervitium fiat = lib. 2. feud. tit. 104. de caſ., quib.
fœmin. in feud. ſucced., Gratian. diſcept. forenſ.
cap. 736.*

*cap.736. num.72., Torr. de majorat., & Primog.*
*Ital. part.2. quæſt.57. num. 45., Peregrin. deciſ.*
*Patavin.150. num. 41., Dexart. deciſ. Sardin.*
*27. num.15., Rota coram Seraphin. deciſ. 1105.*
*num.3., & 10., in rec. deciſ. 94., & deciſ. 237.*
*utrobique num.1., & ſeq. part.12., cum aliis rela-*
*tis in Romana ſeù Veliterna Succeſſionis coram*
*Emo D. meo Card. de la Tremoille impreſſ. apud*
*Antonell. de Jurib., & onerib. Cleric. dict. de-*
*ciſ.46.nu.20., confirmata 11. Maii 1699. §. Quam-*
*obrem*, & de feudis Status Avenionis, & Comi-
60 tatus Venaiſſini, quod conſucceſſionem fœmi-
narum cum Maſculis admittant, ſcripſerunt *Ber-*
*trand. conſ. 237. num. 1. vol.6., Lodovic. Bell.*
*conſ.3. num.64., & conſ.4.num.1., & 18., Ton-*
*dut. de prævent. judicial. part.1. cap.14. num.5.,*
*& quæſt. civil.39. num.3., & 9. tom.1.*
Præſumpta verò conformatio Fideicommit-
tentis cum ſtatutis fęminas, non niſi per poſteriùs
admittentibus; prorſus excluditur in præſenti,
quia nullum affertur patrium ſtatutum, quod
fœminas excludat in ſtatu Avenionenſi, nec af-
ferri poteſt, dum, ut mihi ſupponitur, non adeſt,
ideoque, ſublato ſtatuto, ſervandus ordo *in leg.*
*maximum vitium Cod. de liber. præterit., & in*
61 *§. Auth. de hered. ab inteſtat. venien.* conſtitu-
tus, quo admittitur ſimultanea cum Maſculis
fœminarum ſucceſſio, juxtà plenè deducta *in Ro-*
*mana Fideicommiſſi de Paluzzolis* 18. *Aprilis §.*
*Purificatio 4. Julii 1704., & 5. Decembris*
*ejuſdem anni §. 1. coram bon. mem. Muto, in Rea-*
*tina ſucceſſionis 3. Junii 1709. §. Decidendi ra-*
*tio coram Emo D. Card. Priolo, & in Melevita-*
*na Fideicommiſſi 21. Februarii 1710. §. Ac hu-*
*juſmodi coram eodem;* nec curandum eſt, quod,
admiſſis fœminis, dicta Bona feudalia in fruſta
ſcinderentur, quia diviſio iſthęc non repugnat, nec
allodialitati dictorum feudorum, cum plerum-
que à pluribus Condominis poſſideantur, mi-
nuſque adverſatur naturæ fideicommiſſariæ diſ-
poſitionis, quæ exequenda ſemper eſt, quam-
62 vis quoquomodo abſurda dici poſſet, ut, ceteris
omiſſis, dictum fuit per *Rotam in Carpentora-*
*ften. Fideicommiſſi 26. Junii 1709. §. Pro remo-*
*tione coram bon. mem. Caſſarello.*
Denique ſpernenda prorſus eſt contraria ob-
ſervantia, eò quod nempè fœminæ ejuſdem gra-
dus cum Marchione de Molignar paſſæ fuerunt,
eumdem dumtaxat ſuccedere in controverſis Bo-
nis, nec unquam pro conſucceſſione inſteterint;
quoniam docendum eſſet, quod eædem ſcien-
63 tiam habuiſſent dicti fideicommiſſi, ejuſque pu-
rificationis ad earum favorem, ut ad rem reſ-
pondit *Rot. in Romana Fideicommiſſi de Palazzo-*
*lis* 18. *Aprilis 1704. §. Abſque eo quod, & 5. De-*
*cembris ejuſdem anni §. finali coram bon. mem. Mu-*
*to;* Immo verò, quatenus probaretur, minime of-
ficeret, quia obſervantia poteſt quidem declarare
dubium fideicommiſſum, at non etiam illud ever-
64 tere, quando, ut in caſu noſtro, clarum eſt prò
fœminarum etiam comprehenſione, ex cumulatis
per *Rudulphin. alleg. 140. num. 6., Rocc. diſput.*
*Jur. ſelect. cap.190. nu.29., Rota coram bon. mem.*
*Emerix Jun. deciſ.1343. num.12., in Melevitana*
*Fideicommiſſi 21. Februarii 1710. §. Vis nulla*
*coram Emo D. Card. Priolo, & in confirmatoria*
*12. Decembris ejuſdem anni §. Conſtito ex his co-*
*ram eodem, & 24. Martii 1711. §. Litera Teſta-*
*menti coram R. P. D. Criſpo in Lucana Fideicom-*
*miſſi 12. Junii ejuſdem anni §. His omnibus co-*
*ram eodem.*

## *Ariminen. Fideicommiſſi.*

Vocatis ad Fideicommiſſum Deſcendentibus per lineam fœmininam de domo, & familia poſt deficientiam lineæ maſculinæ, quando vocati cenſendi ſint Deſcendentes ex quacumque linea fœminina contentiva domus, & familiæ, & quando ſoli Deſcendentes ex linea fœminina effectiva heredum inſtitutorum?

## VOTUM III.

1 *Fideicommiſſi perpetuitas à Teſtatore exoptata, quantum fieri poteſt, conſervanda eſt.*
2 *Agnationem artificialem conſervare poſſunt Deſcendentes ex fœminis.*
3 *Fideicommiſſi perpetuitas excluderetur, ſi ad illud vocati eſſent ſoli Deſcendentes ex fœminis heredum.*
4 *Vocatis Deſcendentibus ex fœminis, veniunt Deſcendentes ex quacumque fœmina.*
5 *Linea fœminina inchoatur à fœmina.*
6 *Linea ſemper durat, donec ſuperſunt perſonæ à primo ſtipite deſcendentes.*
7 *Deſcendens ab Auctrice lineæ fœmininæ dicitur de linea fœminina.*
8 *Lineam contentivam, & non effectivam vocaſſe cenſetur Teſtator filios non habens.*
9 *Deſcendentes à Patre, vel Avo Diſponentis dicuntur de linea contentiva proxima, &* num. ſeq.
11 *Lineâ contentivâ in genere vocatâ, veniunt omnes de ipſa linea, nullâ factâ diſtinctione particularium linearum.*
12 *Appellatione* domus, *vel* familiæ *comprehenduntur omnes à communi ſtipite deſcendentes, præſertim ubi Teſtator pluries* familiæ *cognomen expreſſit* num. 13.
14 *Nomina* domus, *vel* Caſata, Familia, *&* agnatio *ſunt ſynonima.*
15 *Teſtatoris voluntas eſt ſervanda.*
16 *Vocationem ſuam debet concludenter probare, qui Bona fideicommiſſi jure vindicare contendit. Et probatio æquivoca, & dubia non ſufficit* num. 17.
18 *Fideicommiſſum, cum ſit onus, & vinculum, in dubio, ſemper excludendum eſt*, & nu. 19.
20 *Teſtatoris voluntas deſumitur ex toto diſpoſitionis contextu.*
21 *Linea fœminina vocata poſt deficientiam lineæ maſculinæ, reſtringenda eſt ad lineam fœmininam provenientem ex ſolis heredibus primò inſtitutis.*
22 *Dictio* ipſius *reſtringit vocationem ad Deſcendentes dumtaxat ex linea Tranſverſalium herede inſtituta.*

23 *Ver-*

23 *Verba intelligenda ſunt juxta mentem Teſtatoris.*

24 *Verba generalia ſunt reſtringenda.*

25 *Teſtatoris voluntas arguitur ex veriſimilitudine.*

26 *Teſtator veriſimiliter præſumitur vocaſſe Deſcendentes ex ſola linea fœminina heredum inſtitutorum.*

27 *Teſtator excluſiſſe cenſetur eos, quorum nullam mentionem fecit, & nu.* 21.

28 *Linea contentiva proxima heres inſtituta à Teſtatore prole carente, jure effectiva cenſenda eſt.*

29 *Textus in vulgata* l. Cum actus, & in l. Cum acutiſſimi *explicatur.*

30 *Teſtator cenſetur vocationem reſtrinxiſſe ad Deſcendentes eorum, quos inſtituit, in excluſionem eorum, quos non agnovit, & præteriit.*

31 *Teſtatoris amor erga ſolos nepotes eruitur ex eorum vocatione, & præteritione neptis.*

*Et amor iſte tranſmittitur etiam ad Deſcendentes eorum* nu. 32.

33 *Deſcendentes à perſona non dilecta cenſentur excluſi.*

34 *Fideicommiſſum ad certos gradus, & perſonas reſtrictum, nequit extendi ad alias, concurrente identitate, vel majoritate rationis.*

35 *Teſtatoris voluntas ſatis eſt, ut effectum habuerit in gradibus expreſſis.*


36 *Fideicommiſſum non eſt extendendum ad Tranſverſales remotiores, & à Teſtatore non cognitos.*

37 *Fideicommiſſi perpetuitas à Teſtatore exoptata, verificari poteſt in Deſcendentibus lineæ vocatæ.*

38 *Dictiones* = perpetuò =, & in infinitum = *nequeunt inducere fideicommiſſum in perſonas non vocatas.*

39 *Fideicommiſſi perpetuitas poteſt verificari in vita unius hominis.*

40 *Deſcendentes per lineam femininam heredum inſtitutorum cenſentur vocati excluſi, quando conſtat de fideicommiſſi reſtrictione.*




Anselmus de Grandis in ſupremo teſtamento univerſalem ſibi ſcripſit heredem Com: Philippum ex Sylvio fratre ſuo nepotem, cui ſinè filiis decedenti ſubſtituit Com: Carolum alterum ex eodem Sylvio nepotem; ſi autem idem Comes Philippus, cum filiis deceſſiſſet, eos omnes, eorumque Deſcendentes ſubſtituit, expreſsè declarans velle, ut univerſa ſua Bona obnoxia eſſent perpetuo fideicommiſſo prò domo de Grandis, extinctâ verò lineâ maſculinâ Com: Philippi, ſubſtituit Com: Carolum, ejuſque Deſcendentes in infinitum; deficientibus autem omnibus Deſcendentibus per lineam maſculinam de domo de Grandis, vocávit Deſcendentes per lineam fœmininam ipſius domus de Grandis. Teſtamenti verba ſunt hæc = *nominò di ſua bocca propria l' Illuſtriſſimo Signor Conte Filippo* de Grandis *ſuo nipote figlio del quondam Illuſtriſſimo Signor Conte Silvio* de Grandis *fratello germano di eſſo Signor Teſtatore ſuo erede univerſale, iſtituì, e volſe, che ſia con piena ragione, e morendo ſenza figliuoli legitimi, e naturali, ſoſtituì il Signor Conte Carlo fratello di eſſi Signori Conti Filippo, e ſuoi figliuoli, ed in caſo, che il detto Signor Conte Filippo moriſſe con figliuoli, all'ora ſoſtituì tutti li ſuoi figliuoli, dichiarando eſpreſſamente, che vuole, che la ſua Eredità, e Beni ſiano ſottopoſti a Fideicommiſſo perpetuo per la Caſa* de Grandis; *Volendo, che tutta la ſua Eredità, ſenza diminuzione di quota alcuna, Trebellianica, e Falcidia, vada d' Erede in Erede nominato, e mancando eſſi, vada ſempre alli più proſſimi Parenti di Caſa* de Grandis, *dichiarando, che non poſſa eſſer luogo alla ſucceſſione per li Deſcendenti del Signor Conte Carlo, e di eſſo Signor Conte Carlo, ſe non mancherà il detto Signor Conte Filippo, e ſuoi Deſcendenti, uſque in infinitum per linea maſcolina, e mancando tutti i Deſcendenti di Caſa* de Grandis *per linea maſcolina, all' ora, ed in quel caſo chiamò li Deſcendenti per linea feminina di eſſa Caſa* de Grandis, *cioè li più proſſimi all' ultimo Defonto di Caſa* de Grandis, *per linea maſcolina col medeſimo peſo di Fideicommiſſo perpetuo, dichiarando eſſo Signor Teſtatore, che vuole, che tutti li ſuoi Beni in perpetuo ſi conſervino in Caſa* de Grandis, *per onore, e riputazione della ſua famiglia, volendo, & eſpreſſamente commandando, che in caſo, che in detta Eredità ſuccedano Deſcendenti di eſſo Signor Teſtatore per linea feminina, quelli tali, che*

*che ſuccederanno all'eredità, ſiano tenuti pigliare il nome, e l'arma di Caſa* de Grandis =

Per obitum Comitis Philippi primi heredis inſtituti abſque filiis purificata fuit ſucceſſio favore Comitis Caroli, qui duos dumtaxat filios, Borgiam nempe, & Candidam Juniorem ſuſcepit. Cum autem, prædefuncto jam Borgia fratre ſinè filiis, nuper deceſſerit etiam Candida prædicta ſinè filiis tàm maſculis, quàm fœminis, factus proinde eſt locus quæſtioni, an fideicommiſſum ab Anſelmo conditum expiraverit, an verò duret adhuc favore Deſcendentium Candidæ ſenioris tamquam comprehenſorum ſub vocatione Deſcendentium per lineam fœmininam domus de Grandis, rogatus, quid in hac facti ſpecie ſentiam pro veritate, animadverto, plura poſſe fundamenta pro duratione fideicommiſſi cumulari.

Et primò quidem urgere plurimum videtur enixa, ac ſæpius geminata, toticſque inculcata voluntas Teſtatoris exoptantis progreſſivitatem, perpetuitatemque fideicommiſſi, cujus propte-
1 rea conſervationi, quo magis fieri poteſt, conſulendum eſſe, monet Juriſconſultus *in Leg. Cogi 16. in princip. ff. ad Sen. Conſ. Trebell.* = ibi = *In ambiguo tamen magis de ſucceſſione ſenſum dico, ne intercidat fideicommiſſum* = *clar. me. Card. de Luca de Feud. diſc. 79. num. 8., Rota decif. 66. nu. 9. part. 1. rec., & coram Coccin. decif. 1874. num. 8., & coram Merlino decif. 17. num. 17., & in Mantiſs. ad dict. Card. de Luc. ſuper conflict. leg. & ration. decif. 30. nu. 21.* certius verò, quia poſt factam ſubſtitutionem Deſcendentium per lineam fœmininam repetiit fideicommiſſi perpetuitatem, injuncto etiam onere aſſumendi cognomen, & arma domus de Grandis, quibus quidem aſſumendis, ac renovandæ artificiali, civilique Teſtatoris agnationi non minùs apti ſunt deſcen-
2 dentes ex fœminis heredum inſtitutorum, quàm deſcendentes ex Candida Seniore, *Altograd. ſen. conſ. 66. num. 64., & ſeqq. lib. 2., Balducc. ad Ramon. conſ. 16. num. 106., Rota in Bononien. de Ghiſellis ad ornat. clar. mem. Card. de Luca de Fideicomm. decif. 11. num. 11., dec. 12. num. 21., decif. 13. n. 10., in Bononien. Fideicommiſſi de Ballattinis impreſſ. ibidem decif. 14. num. 6. & 19., & in Romana tranſactionis in Mantiſs. ad eundem clar. mem. Card. de Luc. de donat. decif. 33. num. 15.* eòque magis, quia alioquin fideicommiſſi perpetuitas, quæ fuit unicus, ac primarius finis Teſtatoris, obtineri minimè poſſet, ſi vocatio
3 reſtricta diceretur ad lineam fœmininam à Deſcendentibus dumtaxat heredum Inſtitutorum efformandam, ex connotatis per *Bero. conſ. 77. à num. 16. & ſeqq. lib. 1., Gratian. diſcept. 648. num. 14. & ſeqq., Torr. de ſucceſſ. in Primog. Ital. part. 1. cap. 37. num. 137., Seſſ. decif. Aragon. 412. num. 23., Rota coram Merlin. decif. 864. n. 8. 9. & 10.*

Accedunt his verba, ex quibus luculentum veritatis teſtimonium elici, tradunt *Bald. in Leg. generaliter 13. in prim. notab. Cod. de non numerat. pecun., Rota Lucen. apud Palm. Nep. decif. 369. num. 1.* *Quorſum enim nomina* (ut ex ſententia *Tuberonis* reſpondet *Celſus Juriſconſultus in Leg. Labeo 7. verſ. id Tubero ff. de ſuppellectil. legat.*) *quorſum nomina, niſi ut demonſtrent voluntatem dicentis?* = nam, cum Teſtator in ſubſtitutione, de qua agitur, vocaverit *Deſcendentes per lineam fœmininam*, procul dubio fideicommiſſum extendere voluiſſe videtur favore etiam 4
Deſcendentium à Candida ſeniore ejus nepte:
Etenim, ſi linea fœminina inchoatur à fœmina, 5
ex traditis per *Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 346. n. 24., Roxas de incompatib. part. 1. cap. 6. num. 329., Mierez de majorat. Hiſpan. par. 2. quæſt. 6. n. 64., clar. me. Card. de Luca de Fideicom. diſc. 27. n. 8., & diſc. 28. num. 10., & de Jurepatron. diſc. 30. num. 7., Rodulphin. alleg. 37. n. 16., Carol. Anton. de Luca de linea legal. art. 16. num. 2., Torr. de Primog. Ital. part. 1. cap. 39. §. 12. num. 16., & cap. 40. num. 154., & part. 2. quæſt. 54. n. 27., Rot. in rec. decif. 233. num. 3. part. 14., & in Ravennaten. fideicommiſſi Julii Camilli de Abbioſis 7. Aprilis 1710. §. Maximè quia in fin. coram R. P. D. Criſpo, in Faventina Juriſpatronatus 12. Maii 1710. §. Evidenti & coram R. P. D. Anſaldo, & in Bononien. fideicommiſſi de Boniniis 8. Maii 1711. §. Et ratio eſt coram eodem*, ſi deſcendere per lineam dicitur ille, qui eſt in aliqua parte lineæ, ut ait *Caſtrenſ. in L. Maritus num. 4. & ſeqq. Cod. de Procurator., Rocca diſput. Jur. ſelect. cap. 26. num. 15.* Si denique linea numquam
deficere dicitur, quoûſque ſuperſunt perſonæ à 6
primo ſtipite deſcendentes, ut late tradit *Carol. Anton. de Luca in tract. de linea legal. art. 1. per tot., & præcipuè num. 7., Rota decif. 1. num. 48. part. 10. rec., & in Mantiſs. ad clar. me. Card. de Luca de ſervit. dec. 10. la 2. num. 41.*, profectò evidens, & aperta videri poteſt vocatio Deſcendentium à prædicta Candida, utpotè qui per
lineam fœmininam ab eadem Candida eſſormatam deſcendunt, & adhuc lineam fœmininam 7
conſervant, *Curt. jun. conſ. 177. n. 5. & 6., Decian. conſ. 127. num. 11. & 12. lib. 3., Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 407. n. 10., clar. mem Card. de Luca de Fideicomm. diſc. 27. num. 8., Rota decif. 233. num. 5. part. 14. rec.*

Neque verò in noſtra hypoteſi ſubſtineri Jure poſſe videtur, Teſtatorem reſtringere voluiſſe vocationem ad lineam fœmininam ex effectiva familia deſcendentem: nam, cum Anſelmus Teſtator propriâ ſobole careret, efformare minimè potuit lineam effectivam ſuæ familiæ, ſed convertens ſe neceſſariò ad Tranſverſales, efformaſſe dicitur lineam contentivam, per ea, quæ 8
firmat *clar. me. Card. de Luca de Fideicomm. diſc. 53. num. 12., Sybil. de gradib. cognat. part. 3. cap. 3. quæſt. 4. pag. 130. col. 2., Rota in Arminen. Fideicommiſſi in Mantiſ. ad eundem clar. mem. Card. de Luca de Fideicomm. dec. 11. n. 15., decif. 13. antè num. 7., & decif. 14. antè num. 5.*, prout etiam multò minus locum ſibi vindicat in hoc caſu vulgaris diſtinctio inter lineam contentivam proximam, & remotam, quia tàm Philippus, & Carolus primi heredes inſtituti, quàm Candida ſenior reperiebantur in linea contentiva proxima, qualis dicitur illa, quæ à Patre, vel Avo
Diſponentis deſcendit, *Altograd. ſen. conſ. 46. n. 1.* 9

& conſ.79. num.56. lib2., Cyriac. contr.281. n.72.
& ſeq., Robleſ. de repræſent. lib.2. cap.30. n.42.,
Carol. Anton. de Luca de linea legal. art. 15.
num.31., Rocc. diſput. Jur. ſelect. cap.2. num.7.,
Manſ. conſult. 368. num. 4. in fine verſ. ſed non
ideò cum ſeqq., Altograd. jun. contr.38. num. 64.

Quamobrem, ſi Teſtator vocando Deſcenden-
tes per lineam fœmininam ſentire de alia linea
non potuit, niſi de collaterali, ſive contentiva,
ſequitur, vocatos etiam fuiſſe Deſcendentes Can-
didæ ſenioris, ob eam rationem, quod vocatio li-
neæ collateralis, ſive contentivæ intelligitur de
10 illa, ſub qua, inſpecto communi ſtipite, continetur
Diſponens, & ſub qua Candida quoque, ejuſque
Deſcendentes comprehendebantur, ut patet ex
arbore præinſerta, ad tradita per Soccin. in leg.
Gallus 29. §. Nunc de lege num. 3. ff. de liber.,
& Poſth., Pariſ. conſ.51. num. 5. & ſeqq. lib.2.,
Ruin. conſ.98. num.1. lib. 1., & conſ. 153. n.10.
verſ. ergò pari ratione lib. 2., Menoch. conſ. 233.
num.16., Fuſar. conſ. 107. num. 6., & de ſubſtit.
quæſt.348. num.4., Peregrin. conſ.57. num. 8., &
conſ.62. num.4. lib.5., & de Fideicommiſ. art.22.
num.25. & ſeq., Altograd. ſen. conſ. 79. num. 56.
& ſeqq. lib.2., Altograd. jun. contr. 38. num.63.,
Andreol. contr. 338. n. 5. & ſeqq., Rocca diſput.
Jur. ſelect. cap. 2. n. 2., Sybill. de gradib. cognat.
part.3. cap. 3. quæſt. 4. pag. 130. circa med., Rota
coram Merlino deciſ.669. num.29. & ſeqq., & co-
ram Card. Celſo deciſ.341. nu.2. Immò vero, vo-
catâ lineâ collaterali, ſive contentivâ in genere
abſque ullo adjuncto ſtipitis, qui deſignet origi-
nem, nulla prorsùs habetur ratio linearum parti-
11 cularium, ſed totius familiæ, tamquam unius
corporis, teſte clar. me. Card. de Luca de Fidei-
com. diſc.106. num. 13. & 14., & de Jurepatron.
diſc.54. num.7. & 8.

Quæ denique omnia eò validiùs confirmantur,
ſi ſpectemus poſtrema ſubſtitutionis verba = De-
ſcendentes per lineam fœmininam domus de Gran-
dis = ; Sub hac quippè domus appellatione cum ex-
preſſione cognominis venire domum, ſeu fami-
liam contentivam in genere complectentem om-
12 nes, quot quot ſunt, qui à communi, licèt ulterio-
ri ſtipite deſcendunt, concorditer firmant Soccin.
jun. conſ.97. n.62. lib.2., Cephal conſ.510. n.2.,
Valenſ. conſ. 40. num. 37. lib.1., Ruin. conſ. 153.
num. 10. lib.2., Altograd. ſen. conſ. 46. num. 21.
& 23., conſ.47. num.83., & conſ.95. n.78. lib.2.,
Peregrin. conſ. 149. num. 21. & ſeq. lib.5., & de
Fideicom. art.22. num. 26. & 27., Fuſar. de ſub-
ſtit. quæſt. 351. num. 1. & 9. verſ. ego in paris,
& num. 37. & 38., Ciarlin. contr. 23. n. 2. & 3.
lib.1., Palm. nep. inter deciſ. ab ipſo collect. deciſ.
274. num.9. prætertim verò, quia non ſemel, ſed
bis, ac pluries facta eſt expreſſio cognominis fa-
miliæ, quæ geminatio præſeferre videtur magis
13 enixam Teſtatoris voluntatem comprehendendi
univerſos à communi ſtipite deſcendentes, ut be-
nè ad rem tradit Palm. nep. loco proximè citato
num.10. ; atque hæc ſententia retinenda eſt, ta-
metſi diverſi forent Columnelli, Peregr. conſ.47.
n. 11. verſ. retenta autem, & n. 12. & 13. lib.5.,
Altograd. ſen. conſ.46. num.22. propè finem lib.2.

Parvique refert, nonnullas ex auctoritatibus ſu-
pra allegatis loqui in terminis Familiæ, vel
Agnationis, quia Domus, vel Caſata, Familia,
& Agnatio ſunt ſynonima, ita quidem, ut, quod 14
uni convenit, aliis etiam propriè convenire dicen-
dum ſit, Rovit. conſ. 27. n. 12., Simon. de Pret.
de interpret. ult. volunt. lib. 3. ſolut. 11. num. 25.
ſol.289., Molin. de Primogen. Hiſpan. lib. 3. cap.
4. num.10. & ſeqq., Marta de ſucceſſ. legal. part.4.
quæſt. 21. art. 5. num. 4. & ſeq., Rota Florentina
apud Fuſar. conſ.169. num.4.

Cum itaque ex his omnibus, plenè demonſtra-
tum videri poſſit, quod voluntas, & verba Te-
ſtatoris comprehendunt etiam deſcendentes à
Candida ſeniore, utpotè à linea fœminina do-
mus de Grandis provenientes, nihil proponitur,
cur fideicommiſſum ab Anſelmo de Grandis or-
dinatum, expiraſſe dici debeat in Candida juniore
poſtremo loco defuncta contra omnes Juris noſtri
regulas, quibus traditur, Teſtatoris voluntatem 15
præcisè, religiosèque ſervandam eſſe, Leg.1. Cod.
de Sacroſ. Eccleſ., leg.4. Cod. de neceſſ. ſerv. hered.
inſtit., Auth. de nuptiis §. Diſponat., & Auth.
de hered., & falcid. §. Si verò expreſſim, Sami-
niat. contr. 113. num. 54., Torr. de Primog. Ital.
part.2. quæſt. 1. num. 7., & apud ipſum Rota Lu-
cana deciſ. 33. num. 6. & 7. part. 3., Rota in rec.
dec.80. num.1. part 19., & à verborum proprie-
tate minimè eſſe recedendum, juxta Textum in
l.1. §. Is, qui navem 19. ff. de exercit. action., leg.3.
§. Hæc verba ff. de negot. geſt., l. non aliter 69. ff.
de legat.3., leg. qui liberis 8. §. Hæc verba ff. de
vulgar., & pupillar.

Hæc ſunt momenta rationum, quæ Deſcen-
dentibus Candidæ ſenioris favere, & fideicom-
miſſi durationem adſtruere, ac conſtabilire poſſe
videntur: verumtamen ſummoperè urgent etiam
alia graviſſima argumenta ſuadentia, fideicom-
miſſum, de quo agitur, reſtrictum eſſe ad lineam
fœmininam efformandam à feminis dumtaxat he-
redum inſtitutorum, ita ut, iis abſque prole defun-
ctis, fideicommiſſum expiraſſe, ac ulteriorem
progreſſum habere nequiviſſe, ſit dicendum.

Et ſanè, ſi juxta immotas juris noſtri regulas in
fideicommiſſaria tractatione conſtitutas, qui Bona
aliqua fideicommiſſi jure vindicare contendit, 16
vocationem ſuam, ſuæque vocationis conditio-
nem extitiſſe, concludenter probare debet, Al-
tograd. conſ.79. num.2. lib. 2., Peregrin. de fidei-
com. art.43. num.60., Fuſar. de ſubſtit. quæſt.614.,
& ſeq. ferè per tot., Saminiat. contr. 125. n. 24.,
Rota apud Urceol. in 2. appendic. ad conſult. 47.
in fine, & in rec. deciſ. 527. num. 13. part. 13.,
ità quidem, ut æquivoca, ac quoquo modo du- 17
bia probatio minimè ſufficiens reputetur, Hon-
ded. conſ.98. num. 12. lib. 1., Altograd. ſen.
conſ. 48. num. 19., & 20. lib. 1., & conſ. 79.
num.3. lib.2., Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 615. n. 5.,
Andreol. contr. 338. n.2., Saminiat. contr. 125.
num.24. ſatis hoc eſſe poſſe videretur pro exclu-
dendis à fideicommiſſo, de quo agitur, Deſcen-
dentibus Candidæ ſenioris: quippè qui liquidis,
atque evidentiſſimis probationibus vocationem
ſuam non oſtendunt, ut proindè, cum res ſit du-
bia,

Digitized by Google

bia, reſpondendum omninò eſſe videatur pro excluſione fideicommiſſi, quod cum onus ſit,
18 & vinculum contrà naturalem libertatem, ad *Text. in leg. Coheredi §. Cum filiæ*, ubi Doctores *ff. de vulgar.*, *& pupillar. leg. ab eo Cod. de Fideicom.*, in dubio non præſumitur, quinimò
19 omnis capienda eſt interpretatio ad ipſius excluſionem, ut perſona honorata minùs gravata cenſeatur, juxta *Textum, in leg. Si ità relictum 43. §. finali, L. unum ex familia 69. §. Si rem ſuam ff. de legat. 2., leg. Nummis 75. ff. de legat. 3., Bartol. in leg. Cum Avus in fine ff. de condit. & demonſtr., latè Surd. conſ. 294. in fine, Saminiat. contr. 53. num. 66., Rota in Romana Fideicommiſſi de Palazzolis* 18. *Aprilis* 1704. *§. Prima conjectura, & ſeqq., & §. Hinc nihil, confirmata 5. Julii ejuſdem anni. §. Tantoque, & ſeqq. & §. Minus, & 5. Decembris ejuſdem pariter anni §. Conjecturæ autem coram bon. mem. Muta, & in Avenionen. Primogenituræ, ſeù Concurſus 23. Januarii 1705. §. Maximè quia coram eodem.*

At verò dubias eſſe, atque æquivocas contrarias probationes, & fideicommiſſum Anſelmi de Grandis extendi minimè poſſe ad Deſcendentes Candidæ ſenioris, innui videtur ex toto teſtamentariæ diſpoſitionis contextu, quem pro elicienda
20 Teſtatoris voluntate unicè attendendum eſſe, monent *Torr. de Primog. Ital. quæſt. 33. num. 64. part. 2., Palm. nep. int. deciſion. ab ipſo recollectas deciſ. 191. num. 3., Rota coram ſan. mem. Gregor. XV. dec. 315. num. 9., & coram Dunoz. jun. deciſ. 827. num. 10., & in rec. deciſ. 21. num. 16., & ſeqq. part. 5., deciſ. 313. num. 14. part. 10., & deciſ. 139. num. 6. part. 19.*: Hoc itaque maturè, ac diligenter expenſo, haud obſcurè apparet, Teſtatorem, vocando *Deſcendentes per lineam fœmininam domus de Grandis*, ſenſiſſe de Deſcendentibus tantum per lineam fœmininam Philippi, & Caroli heredum inſtitutorum; cum enim plurics, plurieſque Teſtator mentionem fecerit *Domus de Grandis*, eam, quamvis alioquin latiſſimè pateat, ex auctoritatibus in contrarium deductis, ſemper tamen uſurpaſſe videtur reſtrictivè ad domum dd. Philippi, & Caroli; poſt primam ſiquidem Com. Philippi ſubſtitutionem nominavit domum de Grandis coarctando ipſam ad Deſcendentes ejuſdem Philippi, ibi = *Soſtituì tutti li ſuoi Figli, dichiarando eſpreſſamente, che vuole, che la ſua eredità, e Beni ſiano ſottopoſti à fideicommiſſo perpetuo per la caſa de Grandis* = & infra = *li più proſſimi di caſa de Grandis* =, relativè ad Deſcendentes tàm Philippi, quàm Caroli; prout etiam in eadem relatione, ac reſtrictiva ſignificatione domum de Grandis accepiſſe videtur in fine ſubſtitutionis utriuſque Nepotis inſtituti, ac reſpectivè ſubſtituti, ibi = *E mancando tutti è Deſcendenti di caſa de Grandis per linea maſcolina* =; Si ergo Teſtator loquens de linea maſculina domus de Grandis, ſemper ſe reſtrinxit ad domum Philippi, & Caroli, ad eamdem pariter domum ſeſe
21 reſtrinxiſſe dicendus eſt, quando lineam fœmininam ipſius domus de Grandis vocavit, ut egregiè tradunt *Soccin. jun. conſ. 4. n. 21. lib. 3., Peregrin. conſ. 36. n. 12. lib. 2., Cyriac. contr. 281. n. 72., & ſeq., Fuſar. conſ. 169. n. 39.* ibi = *Quam tamen propriè verificari non poſſe, quia Teſtator Deſcendentes non habebat, placuit Rotæ, quod poſſet convenienter reſpondere nomen agnationis ad agnationem effectivam, & Deſcendentes illorum Tranſverſalium, quos ſupra Teſtator inſtituerat, & ſubſtituerat* = *Rota coram Puteo dec. 175. lib. 2., & poſt Fuſar. conſ. 170. num. 13.* ibi = *Præterea ſecundò idem deducitur, quia in inſtitutione vocavit Antonium, & Hieronymum de Naris filios quondam Sabbæ Nari, & ex eadem familia de Naris exiſtentes ſuccedere voluit modo, quo ſupra, Et idem tertiò apparet ex verbis ſupra relatis* ibi = *Volens, & mandans idem Teſtator Caſale, & duos cenſus perpetuò remanere in eadem familia de Naris, & ſic conſtare videtur, Teſtatorem fuiſſe contemplatum familiam Sabbæ de Naris, de qua erat Franciſcus, Hieronymus, & Antonius* =, *& in rec. dec. 300. num. 21. in fine part. 1.*, ibi = *Et non eſt novum, quod generalis mentio agnationis, & Caſatæ reſtringatur ad deſcendentiam, & lineam expreſſam* =.

Fortius verò hæc urgent, inſpecto pronomine illo *ipſius* adpoſito cognomini domus de Grandis, ibi = *Li Deſcendenti per linea feminina di eſſa caſa de Grandis* =; illud enim vel aliud illi ſimile utpotè relativum, ac repetitivum ſubſtantiæ, & identitatis domus, quam ſupra nominavit, reſtringit vocationem ad familiam contentivam proximam, Nepotum nempè Teſtatoris ſupra vocatorum, & ad deſcendentes dumtaxat
ex illa, ut in propoſito firmant *Peregrin. conſ. 57.* 22
*num. 8. lib. 5., Fuſar. conſ. 169. num. 63.*, ibi = *In eis diſputabatur, an clauſula illa poſt vocationem unius lineæ Tranſverſalium Teſtatoris adjecta, quoniam voluit, omnia Bona ſua in perpetuum pervenire debere ad Proximiores deſcendentes Maſculos de Caſata, & agnatione ipſius Teſtatoris, quæ neceſſariò ad Agnatos tranſverſales referebatur, ex quo Teſtator Deſcendentes non habebat, poſſet reſtringi ad unam lineam tantum Tranſverſalium, quam Teſtator inſtituerat, quæ reſtrictio procul dubio non poterat fieri, niſi ex voluntate Defuncti contra vim, & proprietatem verborum, quæ omnes Tranſverſales de agnatione pariter denotabant, & non magis unam lineam, quàm aliam, unde Rota, quia credidit, concurrere conjecturam voluntatis, ex illis verbis* = *ipſius Teſtatoris* =, *tenuit, reſtrictionem procedere* = *Altograd. conſ. 79. n. 17. lib. 2., Vivian. de Jurepatron. lib. 4. cap. 9. n. 10., clar. mem. Card. de Luc. de Fideicom. diſc. 51. num. 5., Cavalcan. deciſ. 5. num 31. in fine, & num. 40., Rota poſt Fuſar. conſ. 170. num. 13. in fin.* ibi = *Et ſic conſtare videtur, Teſtatorem fuiſſe contemplatum familiam Sabbæ de Naris, de qua erat Franciſcus, Hieronymus, & Antonius; ponderando illud verbum* = *Eadem* =, *quod eſt relativum ſubſtantiæ identitatis, & in rec. deciſ. 300. num. 21. circa med. part. 1.* ibi = *Et ad hoc ponderabatur, quod in dicta ratione adeſt dictio* = *ipſius* = ibi = *ad proximiores Deſcendentes de Caſata, & agnatione ipſius Teſtatoris, quæ dictio* = *ipſius* = *eſt* per-

perſonaliſſima, & ex eo videbatur, quod poſſet reſtringere convenienter illam clauſulam ad perſonas ſuperiùs nominatas, & deſcendentes ab illis, de quibus Teſtator facit expreſſam mentionem =.

Nilque turbat ampliſſima, latiſſimaque ſigni-
23 ficatio verborum = domne de Grandis = quia, cum verba ſint intelligenda ſecundùm mentem, voluntatemque proferentis, ad Text. in leg. Non omnis 19. in princip. ff. ſi cert. petat., leg. 3. §. Si quis hoc interdicto 4. ff. de itiner., actuque privat., leg. Scire oportet 13. §. Aliud ff. de excuſ. Tutor., leg. Neratius 191. ff. de reg. Jur., ità ut verba intentioni, non intentio verbis debeat inſervire, per Text. in leg. In teſtamento 27., & leg. Pater Severinam 101. in princip., ibi = voluntatem potiùs, quàm verba conſiderari =, & §. Conditionum verba ff. de condit. & demonſtrat., leg. 3. §. Conditio 9. ff. de adimen. legat., tametſi recedendum eſſet à verborum proprietate, Simon. de Pret. de interpret. ult. volunt. fol. 154. n. 264., & ſeqq., Rodulphin. alleg. 84. num. 8., Magon. dec. Lucen. 63. num. 11., & ſeqq., Sanfelic. deciſ. 202. num. 20., Rota Florentina apud Palm. Nep. dec. 263. num. 91., & 92., & Rota Jaunen. in una Jaunen. Primogenituræ 7. Maii 1711. num. 88. coram D. Auditore Bichio; Jure, meri-
24 tòque verba illa, quantumvis generalia, reſtringenda ſint juxta Defuncti voluntatem, Ruin. conſ. 20. num. 2. lib. 1., Dec. conſ. 291. num. 6. verſ. non obſtant., clar. mem. Card. de Luc. de Fideicom. diſc. 140. num. 4., Rota coram Coccino dec. 2164. num. 3., & in Ravennaten. Fideicommiſſi Julii Camilli de Abbioſis 7. Aprilis 1710. §. Multò magis coram R. P. D. Criſpo, & accipienda ſint in eam ſignificationem, in quam Teſtator eadem accepit in aliâ parte teſtamenti, per Text. in leg. Heres meus 100. §. 1. ff. de legat. 3., leg. Si ex pluribus 89. ff. de ſolut., Bartol. in leg. Centurio num. 27. ff. de vulgar., & pupillar., Mantic. de conject. ult. volunt. lib. 3. tit. 9. per tot., Peregrin. de Fideicomm. art. 11. num. 7., Miercz. de Majorat. Hiſpan. initio part. 2. num. 19. circa finem, Manſ. conſult. 103. num. 6. verſ. conſuetudo autem lib. 9., Torr. de Majorat. Ital. part. 1. cap. 39. §. 2. num. 31., Calderon. reſolut. 97. num. 114., Rota Florentin. apud Palm. Nepot. deciſ. 263. num. 50., & de verbo lineæ fœmininæ ipſemet Palma Nep. alleg. 99. num. 45., & ſeqq.

Et ſanè, ſi veriſimilitudo in interpretanda Te-
25 ſtatoris voluntate præcipuè ſemper ſpectanda eſt, per Text. in leg. in obſcuris ff. de regal. Jur., Altograd. ſen. conſ. 89. num. 79. lib. 2., Decian. conſ. 76. num. 27., & 28. lib. 3., Mantic. de conjectur. lib. 6. tit. 11. num. 13., Andreol. contr. 343. n. 16., Caſtill. quotidian. Jur. controv. lib. 5. cap. 78. per tot., Saminiat. contr. 117. num. 67., ſi ex veriſimili Teſtatoris voluntate ſunt etiam ſupplenda verba, ex Textu in leg. Titius §. Lucius ubi Doctores ff. de liber., & poſthum., Fuſar. de Subſtit. quæſt. 284. num. 3., & 4., Andreol. contr. 312. num. 32., Altograd. jun. contr. 35. num. 12., & ſeqq., Saminiat. contr. 121. num. 87., Rota Florent. apud Palm. Nepot. deciſ. 354. num. 35., procul dubio veriſimilis mens Teſtatoris favet quidem De-
ſcendentibus per lineam fœmininam Nepotum
inſtitutorum, at non etiam juvat Deſcendentes 26
Candidæ neptis præteritæ, Bardellon. conſ. 16. num. 20. lib. 1., Torniol. conſ. 115. num. 50., optimè Saminiat. contr. 109. num. 11., Rota coram Lunoz. jun. dec. 50. num. 16., quos quidem Teſtator ſi ad fideicommiſſum à ſe conditum admitti voluiſſet, facilè id ei fuiſſet exprimere,
cumque id non fecerit, de iis non ſenſiſſe cenſe- 27
tur, Joan. de Anan. conſ. 22., Ancharan. conſ. 120., Menoch. conſ. 85. num. 111., & conſ. 86. num. 35., & 47., & conſ. 220. num. 144., benè, ac latè Altograd. ſen. conſ. 79. num. 4. & 5. lib. 2., Mantic. de conjectur. ult. volunt. lib. 6. tit. 13. n. 8. verſ. ſed hoc argumentum, Actolin. reſol. 120. n. 27., Gobb. conſult. deciſ. 9. num. 45., Rota deciſ. 30. nu. 10. part. 14., & priùs ad rem noſtram deciſ. 300. num. 21. prope fin. part. 1., ibi = Et ſi de iſtis remotioribus cogitaſſet Teſtator, feciſſet mentionem =.

Iſtiuſmodi verò diſpoſitionem ad Deſcendentes dumtaxat per lineam fœmininam heredum inſtitutorum Teſtator non ſinè juſtâ ratione reſtrinxiſſe dicendus eſt: nam, licèt heredes inſtituti non eſſent ipſius Deſcendentes, ejuſdemque reſpectu non daretur, niſi linea contentiva; nihilominus Tranſverſales iſti loco Deſcendentium
à Teſtatore conſiderantur, & Familia contentiva 28
inſtituta jure potius familiæ effectivæ cenſetur, per ea, quæ animadverterunt Bartol. in leg. peto §. Fratre num. 1. ff. de legat. 2., Peregrin. conſ. 57. num. 8. & 9. lib. 5., Altograd. ſen. conſ. 46. num. 21. verſ. nec non etiam, & conſ. 95. num. 82. verſ. vel procedit lib. 2., Fuſar. conſ. 169. num 53. ibi = Ceterùm cum Rota ponderata etiam vi reſtrictiva dicti nominis poſſeſſivi = Sua = denominantis dominium, & proprietatem, judicaverit, Teſtatorem pro familia ſua de Nuris intellexiſſe non de univerſa ſua agnatione, ſed de familia Sabbæ, cujus filios inſtituerat in illis bonis, quia, etſi de illa non eſſet, ſuam tamen fortè credidit effeciſſe per d. inſtitutionem = & infra = Pronomen poſſeſſivum = Sua = habet vim reſtringendi vocationem familiæ ſuæ ad Deſcendentes unius Tranſverſalis, quæ per electionem Teſtatoris ſua dici poteſt = clar. me. Card. de Luca de Fideicomm. diſc. 25. num. 17. ibi = Contentiva proxima conſtituta in Fratribus, vel Fratrum Nepotibus jure effectivæ potiùs cenſenda eſt, cum ab iis, qui ſunt cælibes, fratres, vel fratrum filii magis diligantur, quàm uxorati ipſos filios, ac nepotes directos ament = diſc. 50. num. 7. in fine, & diſc. 146. num 11. ibi = Cum verſamur in Teſtatore propriam prolem non habente, in quo verificabilis non eſt linea, ſeu familia effectiva, hinc proindè diſponendo cum nepotibus ex fratribus, iſtos loco Deſcendentium, ac tamquam de linea effectiva habuit = Rocc. diſput. Jur. ſelect. cap. 2. nu.
10., ita quidem, ut in hoc caſu locum ſibi vin- 29
dicet diſpoſitio Textus in vulgata leg. cum Avus ff. de condit., & demonſtr., & leg. cum acutiſſimi Cod. de Fideicommiſſ., ex traditis per Bardellon. conſ. 16. num. 20. cum ſeq. lib. 1., Weſembec. conſ. 94. num. 20., & ſeq., Noguerol. alleg. 9. num. 59., clar. mem. Card. de Luc. de Fideicomm. d. diſc. 25. num. 17. in fine, & diſc. 146. num. 10.; prout reve-

veré Teſtatorem loco ſuorum Deſcendentium
habuiſſe heredes inſtitutos, eorumque Deſcen-
dentes, compertum redditur expreſſis illis, di-
ſcretiſque verbis = *In caſo, che in detta eredità ſuc-
cedano Deſcendenti di eſſo Signor Teſtatore per li-
nea feminina* = ex quibus profectò ſequitur, rectæ
rationis dictamini conſentaneum prorſus eſſe,
Teſtatorem coarctaſſe vocationem ad Deſcen-
dentes eorum, quos inſtituendo, ſubſtituendo-
que, loco filiorum allexit, ad excluſionem eorum,
quos, & quorum authores neglexit, præteriit,
30 ac tamquam ſuos minimè agnovit, ut optimè
advertit *Altograd. ſen. conſ. 79. num. 17. in fine
lib. 2.* ibi = *Et maximè, cum circumſcriptá etiam
omni aliá expreſſione, familiæ Teſtatoris appellatio-
ne veniat ſolùm illa, quam Teſtator ut ſuam agno-
vit, contemplatus eſt, & ad cujus commoditatem
reſpexit, dum honoravit* =, *clar. mem. Card. de
Luca de Fideicomm. diſc. 50. num. 11., & 15.
§. Undè concludendo* ibi = *Reſpondi, vanum eſſe
prætendere iſtorum comprehenſionem ſub hujuſmo-
di diſpoſitione, potiſſimè quia diſpoſitionis conte-
xtus probabat, dd. Erectores loquutos eſſe de fami-
lia Capiſuccu Romana deſcendente ab aliis tunc vi-
ventibus, quorum aliquos ipſi nominarunt* = &
egregiè *Rota deciſ. 360. num. 31. part. 1. rec.* ibi =
*Et conſequenter alios Agnatos non conſideravit Te-
ſtator, quam Deſcendentes ex illo Fratre, & Ne-
pote inſtitutis* =, & infra = *Et cum hujuſmodi
Agnati in principio non videantur contemplati à
Teſtatore, ità ut non videantur excluſi, nec vocati
poſt alios, ſequitur dicendum, ut ſucceſſiva vocatio
eos non comprehendat, ſed locum habeat tantùm
inter illos, qui ab initio vocati fuerunt* = & *deciſ.
15. n. 22. part. 7.* ibi = *Nullumque eſt diſcrimen,
quod quis vocaverit ſuos Deſcendentes, vel alicujus
Tertii, ſemper enim vocatio eſt reſtricta ad tales
Deſcendentes, & ſic ad familiam effectivam, &
propterea cenſentur excluſi, qui non ſunt deſcen-
dentes, ſed ſunt in familia contentiva* = *repetit.
apud Merlin. deciſ. 669. num. pariter 21.*

Teſtator enim vocavit Philippum dumtaxat,
& Carolum, Caudidam autem Seniorem nep-
tem ſuam, etſi benè cognitam, præteriit, nullo-
que pacto conſideravit; quod ſanè factum oſten-
31 dit amorem, quo erga nepotes tantummodò fe-
rebatur, ad *Text. in leg. quoties ff. de uſufruct., l.
Lucius, & leg. ultim. ff. de hered. inſtit., Caſa-
nat. conſ. 47. num. 31., Mart. conſ. 168. num. 21.,
Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 168. num. 15., Saminiat.
contr. 109. num. 9., Rota deciſ. 16. num. 1. part. 2.
diverſ., & in rec. deciſ. 255. num. 20. part. 8., &
deciſ. 103. num. 63. part. 15.*, qui certe amor in-
fluit etiam, ac tranſmittitur in Deſcendentes pri-
32 morum heredum inſtitutorum, juxta *Textum in
leg. Cum Avus ff. de condit., & demonſtr., leg. Cum
acutiſſimi Cod. de Fideicomm., Decian. conſ. 98.
num. 12. lib. 3., Venturin. conſ. 48. num. 37., Pe-
regrin. de Fideicomm. art. 27. num. 15., Fuſar. de
ſubſtit quæſt. 184. num. 17., & 30., Menoch. de
præſumpt. lib. 4. præſumpt. 16. num. 8., Gratian.
diſcept. forenſ. 621. num. 8., Saminiat. contr. 103.
num. 36.* oftenditurque, ut Deſcendentes à Perſo-
33 na non dilecta nullo numero habeantur, ac non
comprehenſi, ſed penitùs excluſi cenſeantur, ad
*Text. in leg. Lucius Titius ff. de legat. 2., Fuſar.
de ſubſtit. quæſt. 317. num. 2., & ſeqq., Cyriac.
contr. 8. num. 33., Mantic. de conject. lib. 11. tit.
12. num. 5., Torr. de pact. futur. ſucceſſ. lib. 2.
cap. 24. num. 2., Surd. deciſ. 41. num. 1. & ſeqq.,
Rota deciſ. 504. num. 10. part. 5., deciſ. 365. num. 4.
part. 11. rec., & in Mantiſſ. ad clar. mem. Card.
de Luca de Fideicom. deciſ. 63. num. 10.*

Verum enim verò, tametſi nulla diſcriminis
ratio afferri poſſe videretur inter Deſcendentes
ex Candida Seniore, nihilo tamen minus cum
ex ſupra firmatis, veriſimile admodum ſit, Teſta-
torem ſenſiſſe de Deſcendentibus per lineam fœ-
mininam heredum dumtaxat inſtitutorum, in
dubium venire nequit, quin ii tantummodò, ad ex-
cluſionem cæterorum omnium, ſuccedere debeant;
fideicommiſſum enim ad certas perſonas, certoſ-
que gradus reſtrictum, ac limitatum, extendi
nullo pacto poteſt, etiamſi concurrant identitas, 34
vel majoritas rationis, ad *Text. in leg. ſi fuerit,
ubi Caſtrenſ., & Socin. ff. de reb. dubiis, Al-
ciat. conſ. 96. num. 8., Menoch. conſ. 95. num. 91.
& ſeq., Surd. conſ. 67. num. 39., & conſ. 554.
num. 21. & 37., Mantic. de conjectur. lib. 7. tit. 5.
num. 11. verſ., & Fideicommiſſum, Molin. de
Primog. Hiſpan. lib. 1. cap. 4. num. 8., Gratian.
diſcept. 765. nu. 1., Peregrin. de Fideicom. art. 22.
nu. 58., Cyriac. contr. 174. nu. 10., & ſeqq., contr.
521. n. 116., & contr. 621. n. 27., & 28., Rota coram
Dunoz. Jun. deciſ. 562. nu. 19., coram Priolo, deciſ.
138. num. 10., & coram bo. me. mem. Emerix Jun.
deciſ. 628. num. 3. verſ. ſed potiùs*, & in noſtris
præciſis terminis *deciſ. 300. num. 20. part. 1. rec.,
& in Auximana, ſeu Camerinen. Fideicommiſſo-
rum 16. Junii 1710. §. Verùm etiam coram R. P.
D. meo Anſaldo*; ob eam nempè rationem,
quod ſatis eſt, Teſtatoris voluntatem ſortitam ef-
fectum ſuum fuiſſe in gradibus dumtaxat deſi- 35
gnatis; *Honded. conſ. 28. num. 35. lib. 1., Pere-
grin. de Fideicomm. artic. 14. num. 47., Cyriac.
contr. 142. num. 250., Galeot. contr. 35. num. 16.
lib. 1., Roſa conſult 42. num. 36., Rota dec. 558.
num. 7. part. 1. diverſ., & deciſ. 121. nu. 2. part. 2.,
& in rec. deciſ. 195. num. 6. part. 5., & coram Se-
raphin. deciſ. 885. nu. 3., & coram ſan. mem. A-
lex. VIII. deciſ. 57. num. 11., & in Mantiſſ. ad
clar. mem. Card de Luca de Fideicomm. deciſ. 57.
num. 11.*, præſertim verò quando, prout contin-
git in noſtra hypotheſi, agitur de extendendo fi-
deicommiſſo non favore deſcendentium à Te-
ſtatore, ſed favore Tranſverſalium remotiorum, 36
& Teſtatori penitùs incognitorum, ex notatis per
*Peregrin. conſ. 33. nu. 27. lib. 3., Mantic. de con-
ject. ult. volunt. lib. 11. tit. 2. num. 2., clar. mem.
Card. de Luca de Fideicomm. diſc. 92. num. 15.,
Rota coram Baratt. deciſ. 386. num. 2., & in rec.
deciſ. 486. num. 20. part. 1., & in Lucana Benefi-
cii in Mantiſſ. ad clar. mem. Card. de Luca ſuper
conflict. leg., & ration. deciſ. 22. nu. 5.*

Hæc igitur cum ita ſe habeant, pluribuſque
non levibus argumentis conſtabilita videri poſſit
reſtrictio fideicommiſſi, de quo agitur, ad De-
ſcendentes per lineam fœmininam heredum In-
ſtitu-

ſtitutorum, ſuperfluum profectò eſſet contrariis argumentis ſigillatim reſpondere, cum ea, ex hucuſque deductis, penitùs ſubmota remanſiſſe dicenda ſint; tantum enim abeſt, ut Teſtatoris voluntas Deſcendentibus Candidæ Senioris ſuffragetur, ſicut in contrarium ponderabatur, ut eadem illis prorsus reſiſtat, proindeque nullatenus officiunt verba, quæ ſubſunt, ac famulantur voluntati, prout latiùs hæc omnia ſupra comprobavimus: perpetuitas autem fideicommiſſi tanto ſtudio à Teſtatore volita, atque exoptata, ex ejuſdem voluntate verificari rectè poterat tàm in linea maſculina heredum inſtituto-
37 rum, quàm in eorumdem linea fœminina, quæ aptæ erant eſſe perpetuæ, ut huic objectioni præcisè in noſtris terminis reſpondit *Rota deciſ. 300. num. 28. part. 1.* ibi = *Ulteriùs ad verba = omninò = in perpetuum = continuò = reſpondebatur, non obſtare, cum ſufficiat, quod verificentur, durante illâ deſcendentiâ Cæſaris, & Annibalis* =, *deciſ. 15. num. 15. 16. 17. part. 7. rec.*, ibi = *Nec etiam obſtat dictio = perpetuò = &c.; intelligitur enim demandata conſervatio Bonorum perpetuò in familia effectiva, & deſcendentia, de qua Diſponens loquutus eſt in præcedenti vocatione, quæ apta eſt eſſe perpetua, & ſic operatur futuram durationem fideicommiſſi in caſu diſpoſito, non autem operatur fideicommiſſi multiplicationem* =, *& coram Card. Cerro deciſ. 906. num. 3., & in Romana Primogenituræ de Salviatis ſuper Jocalibus, & Tabulis pictis 22. Martii 1706. §. Non turbante, & §. Nam prò remotione coram Rmo Molines Decano, & in confirmatoria 28. Junii ejuſdem anni §. Non officiente coram eodem*: Dictiones enim = *perpetuò* = & *In infinitum* inducere nequeunt fideicommiſſum, ubi non eſt, cum non
38 egrediantur claſſem earum perſonarum, quæ ſint de genere vocato, *Altograd. ſen. conſ. 60. num. 122. lib. 1., Fuſar. conſ. 17. num. 10. verſ. ratio eſt, Caſtill. quotidian. controverſ. Jur. lib 2. cap. 22. num. 62., Carol. Anton. de Luca de linea legal. art. 13. num. 14., Torr. de ſucceſſ. in Primogen. Ital. part. 2. quæſt. 17. num. 17., & cap. 38. num. 22., & duobus ſeqq., Surd. deciſ. 9. num. 16., Boer deciſ. 158. num. 12., Rota coram Cavaler. deciſ. 454. num. 11., coram Peutinger. deciſ. 43. num. 10., & coram ſan. mem. Alex. VIII. deciſ. 116. num. 16., & in ſpecie deciſ. 486. num. 12. part. 1. rec.*; Immò verò juxtà ſubjectam materiam nedum verificari dici poſſunt in una fami-
39 lia, ſed etiam in vita unius hominis, ut inquiunt in propoſito *Roland. conſ. 84. num. 11. lib. 1., Surd. conſ. 123. num. 14. & 15., Fuſar. conſ. 4. num. 56., Rota dec. 15. nu. 18. part. 7. rec., & in dicta Romana Primogenituræ de Salviatis ſuper Jocalibus, & Tabulis pictis 22. Martii 1706. §. Non turbante coram Rmo Molines Decano.*

Ex quibus corruit etiam animadverſio illa, quæ à nonnullis in hac hypotheſi fieri ſolet, Deſcendentes videlicet per lineam fœmininam heredum Inſtitutorum vocatos fuiſſe prælativè quidem, non autem excluſivè poſtquam ipſi defeciſſent; Etenim, cum id petat principium, ſupponatque, quod eſt in quæſtione, confutatur ex fideicommiſſi reſtrictione ſupra per nos pluribus 40
argumentis oſtensâ, prout etiam refellitur in ſpecie per *Peregrin. conſ. 57. ex num. 8. uſque ad 12. per tot. lib. 5., Berett. conſ. 29. in princip., & col. 1. & 2. per tot., Roger. conſ. 37. num. 29. juncto num. 31. verſ. prætercà, Menoch. conſ. 233. num. 33., Fuſar. conſ. 57. num. 10. verſ. reſpondetur ſecundò num. 13., & 14. verſ. reſpondetur primo, & num. 15. & 16., Gargian. conſ. 23. nu. 34. cum pluribus ſeqq., Altograd. ſen. conſ. 79. num. 58.* ibi = *Nec dicatur fieri poſſe, ut Teſtator ſenſerit de proximiori prælativè, non autem excluſivè, dum Proximiores deficiant, quia huic objecto à Rota etiam conſiderato, ipſamet Rota egregiè ſatisfacit &c., In ſubſtitutionibus enim mentio facta non eſt, niſi de familia proximiore, de exiſtentibus autem in familia remotiore Teſtator nedum non meminit, aliquem ex iis honorando, ſed potiùs omnes eos, uti de diverſa, & ſeparata familia habuit: Ex his conſtat, non prælativè, ſed excluſivè quoad remotiorem de proximiore cum intellexiſſe* = *Cyriac. contr. 281. nu. 75. verſ. quod etſi, & verſ. ſecundo caſu, & num. 76. verſ. tertio, & ultimo. Grivell. deciſ. 22. num. 26. verſ. cur enim tacitè., Rota in rec. deciſ. 300. num. 19. 20. & 21. part. 1., & deciſ. 15. num. pariter 19. & ſeqq., & per tot. part. 7. rec.*

Quamquam verò, perpenſis momentis rationum, quæ ex mei ingenii tenuitate in utramque partem attuli, prævalere viſa fuerunt illa, quæ urgent pro expiratione fideicommiſſi; nihilominus non miror, duos alios Advocatos, ut audio, de eorum ſententia præventive in hac eadem Cauſa rogatos, in contrarias abiiſſe opiniones, prout etiam mirationem non faceret, ſi Judex prò duratione fideicommiſſi reſponderet, benigniori interpretatione ſavendo tum conſervationi nominis per artificialem illius renovationem in ſuis Cognatis à Teſtatore exoptatæ, tum etiam reliquiis lineæ cognatitiæ ſanguinis vinculo illi conjunctæ, eamdem admittendo, ad excluſionem eorum, in quibus prorsùs periret memoria Teſtatoris, ejuſque hereditas converteretur ad Extraneos: Cauſa enim dubia eſt, duaſque aleas habere videtur, quarum alteram rigor Juris, alteram verò præbet quædam magis benigna interpretatio, in quam proclives perſæpe Judices experimur.

## *Cortonen. Fideicommiſſi.*

Renunciatio ex cauſsa ingreſſus in Religionem ſi comprehendat Bona fideicommiſſi ad Renunciantis favorem purificati, an Monaſterio, licèt capaci Bonorum, obſtare valeat, quominus ex ipſius Renunciantis perſona, eo vivente, uſumfructum in iiſdem Bonis adquirat? Et ex quibus Bona ejuſmodi in dicta renunciatione debeant cenſeri comprehenſa? Renunciatio, licèt ſtipulata cum clauſula = *pro ſe, Heredibus, & Succeſſoribus* = heredem extraneum Renunciatarii non cenſetur comprehendere ad effectum ſuccedendi in uſufructu, ad vitam Renunciantis ſuper Bonis fidei-
com-

commiſſi conditionalis, ſi eadem fuerunt à Teſtatore expreſſim alienari prohibita cum voto perpetuæ illorum conſervationis in heredibus, ac ſubſtitutis.

## VOTUM IV.

1 *Religio Clericorum Regularium Theatinorum capax eſt Bonorum, ad effectum ſaltem vendendi.*

2 *Monaſterio capaci Bonorum* in communi *adquiritur hereditas Monacho delata.*

3 *Immò ea immediatè, ac rectâ viâ eidem Monaſterio delata dicitur.*

4 *Renunciatio qualibet ſtrictiſſimè interpretanda eſt*, & num. 25.

5 *In renunciatione aliud non dicitur deductum, quàm quod oculis corporeis expreſſum legitur*, & num. 25.

6 *Renunciatio non comprehendit Bona nominatim non expreſſa.*

7 *Renunciatio ex cauſſa ingreſſus in Religionem plures operatur peculiares effectus.*

8 *At non eſt apta comprehendere Bona, ſeu jura non expreſſa.*

9 *Præſumptio ſola reſultans ex cauſſa ingreſſus in Religionem non inducit generalem renunciationem ſucceſſionibus omnibus* = unde liberi = unde agnati = unde cognati =

10 *Renunciatio à Monacho facta, Monaſterio nihil nocet.*

11 *Renunciatio ingredientis Religionem idealiter tantùm diſtinguitur ab altera in ſeculo nubentis.*

12 *Cauſſa ingreſſus in Religionem non ſufficit pro excluſione Monaſterii.*

13 *Renunciationem hoc ipſo quod facta ſit ex cauſſa ingreſſus in Religionem, comprehendere jura omnia Renuncianti competentia, abſurdum eſt.*

14 *Sub renunciatione comprehenſa cenſeri nequeunt Bona obnoxia fideicommiſſo adhuc purificando*, & num. 24.

15 *Maximè, non probatâ in Renunciante ſcientiâ ejuſdem fideicommiſſi.*

16 *Ad validitatem renunciationis ſcientia ejus jurium in Renunciante requiritur.*

17 *Teſtamenti inſpectio ſufficit, ut Renuncians dicatur comprehendiſſe hereditatem, & fideicommiſſum in eo contentum.*

18 *Generica tamen non ſufficit, ſed requiritur ſpecifica.*

19 *Immò ſufficit ſcientia etiam conjecturalis.*

20 *Sed quæ ſit elicita, vel ex relatione ad teſtamentum, vel ex fideicommiſſi enunciatione, aut ſimilibus.*

21 *In Renunciante ſcientia fideicommiſſi regulariter non præſumitur.*

22 *Præſertim, ſi de Minore agatur.*

23 *Minor renuncians non præſumitur antiqui fideicommiſſi ſcientiam habuiſſe.*

26 *Monaſterio capaci Bonorum in communi immiſſio competit ex perſona Monachi in eo profeſſi.*

27 *Renunciatio ex quibus verbis cenſeri debeat comprehendere Bona etiam fideicommiſſaria, licet nominatim non expreſſa* ☞ num. 28. ad 43.

28 *Verba renunciationis ampla, atque effrænata reſtrictionem nullam valent recipere*, & num. 43.

29 *Verba renunciationis* = E tutte le altre ragioni, azioni in qualſivoglia modo, ed in qualunque tempo competenti, e da competerſi *nequeunt reſtringi ad Bona duntaxat indifferentia, & præſentia.*

30 *Sed etiam indifferentia, & jura fideicommiſſi conditionalis complectuntur*, & nu. 32. *Procedit, licèt ſpecialis ejus mentio non ſit facta*, ibid. n. 30.

31 *Verba* = quomodolibet, qualitercumque, quomodocumque, vel ex quavis cauſa = *ejus naturæ ſunt, ut nil excipiant, atque omnia comprehendant.*

32 *In renunciatione, per verba futuri temporis, jura etiam de futuro comprehenduntur.*

33 *Renunciatio facta aliis etiam ſucceſſionibus quomodolibet devolvendis verificari nequit, niſi in juribus diverſis ab enunciatis.*

34 *Sub tali autem verborum amplitudine fideicommiſſum etiam continetur*, & num. 35. & 36.

35 *Dictio* = aliis = *nota ſimilitudinis dicitur.*

36 *Includit tamen diverſa ab expreſſis.*

37 *Renunciationem ad certas ſucceſſiones non reſtringit facta illarum enumeratio.* *Generalibus præſertim verbis adhibitis*, n. 39.

38 *In renunciationibus enumeratio certarum ſucceſſionum ſolet fieri de Notariorum ſtylo.*

40 *In renunciationibus ſequenda verborum potiùs amplitudo eſt, quàm hæc ſuperflua remaneant.*

41 *Verbum nullum, immò ne ſillaba quidem, in contractibus, inconſultò cenſetur poſita.*

42 *Renunciatio, quoties id exigat generalis ſermonis ratio, debet extendi ad illa etiam, quæ ſub ipſa non venirent.*

44 *Renunciatio quòd Bona etiam fideicommiſſaria, licèt non expreſſa, comprehendat, argui valet ex illius cauſſa, atque ex veriſimili Renunciantis mente, & quomodo* ☞ nu. 45. & ſeq.

45 *Renuncians ex cauſſa ingreſſus in Religionem cenſetur Bona etiam fideicommiſſaria, licet non expreſſa, voluiſſe comprehendere, & quare* ☞ num. 46. & ſeq.

46 *Renuncians ex cauſſa ingreſſus in Religionem cenſetur omnem terrenarum rerum curam abjeciſſe.*

47 *Terrena Bona non adjumento, ſed impedimento ſunt ad virtutem, ac perfectionem aſſequendam.*

48 *Religio PP. Theatinorum etſi non probibeatur Bona adquirere, ac poſſidere, ſponte tamen abſtinet ab illorum poſſeſſione.*

49 *Immò extremam profitetur paupertatem.*

50 *Iidemque PP. non quæritant oſtiatim eleemoſynam, ſed ex ſponte oblatis tantùm vitam agunt.*

51 *Re-*

51 *Renunciatio dicitur per viam irrevocabilis donationis inter vivos facta, ex verbis his in ejus diſpoſitiva prolatis* = cedè, renunciò, e irrevocabilmente trà i vivi donò in forma amplissima, e per titolo di pura donatione &c. =

52 *Verba autem hæc donationem præſeferunt, non conſecutivam, ſed æquè principalem.*

53 *In renunciatione facta per viam donationis inter vivos, comprehenditur fideicommiſſum, licèt non expreſſum.*

54 *Renunciatio generalis juramento munita complectitur etiam fideicommiſſum conditionale.*

55 *Renunciatio facta, ex cauſſa ingreſſus in Religionem quod fideicommiſſum non expreſsum, non comprehendat, procedit, ubi ad certa Bona, ex verbis, ac veriſimili Renunciantis mente appareat reſtricta.*

*Si ſecus, ad illud etiam extenditur*, ibid.

56 *Renunciatio ex cauſſa ingreſſus in Religionem ut fideicommiſſum comprehendat, ſat eſt ſcientia illius generica, & præſumpta.*

*Contrariæ Auctoritates explicantur*, nu.63. 64., & 65.

57 *In Renunciante ſcientia fideicommiſſi ſufficit, quod ſit generica, ac præſumpta.*

*Eaque arguitur ex renunciationis verbis amplis, ac generalibus*, ibid.

58 *In Renunciante ex cauſſa ingreſſus in Religionem nonnulli adfirmant, ſcientiam fideicommiſſi non requiri.*

59 *Et ratio, quia Bona temporalia commutat cum æternis.*

60 *Nec proinde oportet, ſollicitum eum eſſe de Bonis ejuſmodi temporalibus.*

61 *Idque in praxi etiam ſervatur.*

62 *Renuncians ex cauſſa ingreſſus in Religionem præſumitur, quod, habitâ etiam ſcientiâ fideicommiſſi, huic expreſsè renunciaſſet.*

63 *In contractu diviſionis læſiva poteſt eſſe remiſſio fideicommiſsi.*

*Hujus propterea certa ſcientia requiritur*, num. 65.

64 *In renunciatione ex cauſſa ingreſſus in Religionem nulla poteſt læſio conſiderari.*

66 *Licet Renuncians, modico accepto, opulentiſsimam hereditatem remiſerit.*

67 *Tranſactio ſuper controverſiis ex teſtamento pendentibus, ex cenſura* Textus in leg. de his ff. de tranſact., *iniri nequit, niſi cognitis, inſpectiſque Teſtamenti verbis.*

68 *Extenditur diſpoſitio ejuſdem* Textus *etiam ad renunciationes*,

69 *In renunciationibus ex cauſſa ingreſſus in Religionem ceſſat, juxta nonnullos, dicti* Textus *diſpoſitio.*

70 *In renunciationibus, ut ceſſet dicti* Textus *diſpoſitio, ſat eſt præſumpta, ac generica ſcientia fideicommiſsi.*

71 *Præſertim, ſi omni Legum auxilio renunciatum fuerit, & juramentum acceſſerit.*

*Amplia, ut* num.72., & 73.

72 *Renunciatio ex cauſſa ingreſſus in Religionem, ſi ampliſsimè concepta ſit, extenditur ad omnia jura, licèt cogitatum de iis non fuerit.*

*Contrariæ autem Auctoritates firmantes, in ejuſmodi renunciationibus fideicommiſſum non expreſſum non comprehendi, loquuntur, ubi non contineant verborum amplitudinem*, n.74.

73 *Renuncians verbis generalibus ſibi imputet, ſi non cogitavit, ſub iiſdem verbis omnia comprehendi.*

75 *Renunciatio Ingredientis Religionem ab altera Nubentis in ſeculo diſtinguitur, quòd hæc latiſſimè, illa ſtrictiſſimè interpretanda eſt.*

76 *Nec de una ad aliam argumentum valet.*

77 *Hacque diſtinctione contrariæ ſententiæ conciliantur.*

78 *Contra renunciationem ampliſſimam à Monacho emiſſam Monaſterium non juvatur ejus capacitate, ſaltem ad effectum vendendi.*

79 *Neque ex ipſius Monachi perſona valet ſuccedere.*

80 *Renunciatio, ex his verbis* = Ponendoli reſpettivamente nel luogo, e ragioni ſue = *translativa dicitur.*

81 *Accedente præſertim clauſulâ* Conſtituti.

82 *Renunciatio ex cauſſa ingreſſus in Religionem dici debet abſtentiva, realis, & abdicativa.*

83 *Renunciatio una, atque eadem realis poteſt eſſe, ac translativa.*

84 *Voluntas diverſa, reſpectu diverſorum, diverſos operatur effectus.*

85 *Renunciatio translativa, quoad effectus, compatibilis eſt cum renunciatione abſtentiva, atque abdicativa.*

86 *Per renunciationem translativam jus Renunciantis in Renunciatarium, ejuſque heredes transfertur.*

87 *Præſertim, ſi* = pro ſe, heredibus, & ſucceſſoribus = *renunciatio facta ſit.*

88 *Renunciatio cum clauſula* = pro ſe, heredibus, & ſucceſſoribus = *heredes etiam extraneos comprehendit.*

89 *Bona fideicommiſſaria alienari prohibita, nequeunt in Extraneos transferri.*

90 *Alienationis prohibitio non extenditur ad alienationem commoditatis fructuum & quando ſecus?* num.101., & num.125.

91 *Renunciatio Bonorum fideicommiſſariorum alienari prohibitorum effectum ſuum operatur quoad fructuum commoditatem.*

92 *Hæcque ad Renunciatarium, ejuſque heredes etiam extraneos tranſit, donec Renuncians vixerit.*

93 *Fideicommiſſi non conſervatorii, ſed reſtitutorii alienatio, ſi ſub pœna caducitatis non ſit prohibita, ſuſtinetur, etiam quoad proprietatem.*

*Intellige, vivente herede gravato*, ibid.

94 *Et ſolùm revocatur per ulteriores Deſcendentes, adveniente conditione, ſed vid.* nu. 115.

95 *Religioſus, quamdiù vivit, jura agnationis, & familiæ retinet.*

96 *Ex ejuſque perſona Monaſterium capax eſt ſucce-*

*cedendi in fideicommiſſis, etiam agnatitiis.* *Intellige ut* num. 118.

97 *Religioſi vitâ naturali durante, jura fideicommiſſi, etiam agnatitii transeunt in Renunciatarium, ejuſque heredes.*

98 *Fideicommiſſum, ob ejus volitam perpetuam conſervationem in heredibus, ac ſubſtitutis, nequit in Extraneos tranſire.*

99 *Renunciationis ſtipulatio cum clauſula* = Pro ſe, heredibus, & ſucceſſoribus = *operatur Extraneorum comprehenſionem quoad Bona tantùm indifferentia.*

100 *Quo verò ad Bona differentia illos comprehendere intelligitur, qui jus habeant ex teſtamento.*

101 *Voluntas à poteſtate metienda eſt.*

102 *Alienationis prohibitio habens pro cauſſa integram hereditatis conſervationem, extenditur etiam ad commoditatem fructuum.*

103 *Verba* = eredità intiera, ſenz' alcuna diminuzione = *præſeferunt omnimodam plenitudinem diminutioni contrariam.*

104 *Oſtenduntque, Teſtatorem voluiſſe Bonorum permanentiam apud vocatos tàm in proprietate, quàm in uſufructu.*

105 *Proprietas abſque fructibus inutilis, atque inepta remanet.*

106 *Ex Teſtatoris voluntate integra non dicitur conſervari hereditas, ſi commoditas fructuum penes Extraneos exiſtat.*

107 *Teſtatoris voluntas ne fraudetur, cenſenda eſt ab eo prohibita alienatio etiam commoditatis fructuum,* & num. 108.

109 *Renunciatio facta omnibus Bonis, ſucceſſionibus, juribus, & actionibus, ad ſolam fructuum commoditatem reſtricta dici nequit,* & n. 113.

110 *Ceſſio jurium perpetuorum adverſatur temporario commodo perceptionis fructuum.*

111 *Renunciatio reſtricta ad ſortem, trahi nequit ad fructuum commoditatem.*

112 *De qua Renuncians nec ſenſerit, nec ſit locutus.*

114 *Donatio facta pleno jure, redditur nulla in totum.*

115 *Caducitatis pœna, licèt non expreſſa, reſultat ex effrænata alienationis prohibitione, atque ex enixa perpetuæ conſervationis Bonorum voluntate.*

116 *Expreſſio, quod Bona perpetuò conſervari debeant in familia, æquivalet caducitatis pœnæ.*

117 *Caducitatis pœnâ ab herede gravato incursâ, ſuccedunt proximiores vocati, etiam illius morte non expectatâ.*

119 *Religioſus jura familiæ non retinet ex mente Teſtatoris, ubi agitur de fideicommiſſo agnatitio, ac perpetuò conſervari volito penes ſubſtitutos.*

120 *Religioſus Bona in familia non conſervat,* & num. 121.

121 *Conſervationi Bonorum in familia adverſatur etiam temporaria Monaſterii adquiſitio ad vitam Religioſi.*

122 *Religioſus, ex ejuſque perſona Monaſterium nequit, eo vivente, jus habere ad uſumfructum in Bonis perpetuò in familia conſervandis.*

123 *Religioſus, aut Monaſterium non ſuccedit ubi reſiſtit voluntas Teſtatoris.*

124 *Renunciatarius extraneus eò minùs ex perſona Monachi renunciantis poteſt ſuccedere, ſi nec ipſum poſſet ſuccedere Monaſterium.*

DIONYSIUS Rodulphi in ultimo teſtamento, cum quo deceſſit, duos æquis portionibus inſtituit heredes, Lucretiam nempe ſororem, cui ſubſtituit ejus filios, ac Deſcendentes maſculos per lineam maſculinam in infinitum, condito inter eoſdem perpetuo, reali, ac reciproco fideicommiſſo, & Coſmum ex Silvia altera ſorore nepotem, ejuſque pariter filios maſculos per lineam maſculinam in infinitum, cum reciproca pariter ſubſtitutione inter ipſos ordinata in caſu obitus alterius ſinè filiis maſculis legitimis, & naturalibus. Poſtmodum autem animo ſecum reputans evenire poſſe caſum, in quo alterutra ex dd. lineis maſculinis deficeret, his, quæ ſequuntur, verbis fideicommiſſum reciprocum lineare conſtituit = *E morendo detta Signora Lucrezia ſenza figli maſchi legitimi, e naturali, o vero con figli maſchi legitimi, e naturali, quali ſimilmente mancaſſero ſenza figli, a Deſcendenti maſchi legitimi, e naturali, allora in detto caſo all'ultimo Maſchio della detta linea della detta Signora Lucrezia, che così morirà, ſoſtituì volgarmente, pupillarmente per fideicommiſſo il ſopradetto Signor Coſimo Ridolfi, e ſuoi figli maſchi legitimi, e naturali, e loro Deſcendenti Maſchi per linea maſcolina in infinito uno dopo l'altro, ſecondo la prerogativa del grado &c.* =

Prædictis verò heredibus tàm inſtitutis, quàm ſubſtitutis Teſtator expreſſis, diſertiſque verbis prohibuit genus omne detractionum, quæ tum legitimæ, trebellianicæ, & falcidiæ, tum etiam alterius cujuſcunque quartæ, aut tertiæ jure, ac titulo deduci forte poſſet, eâ redditâ ratione = *Perche vuole, che la ſua eredità intiera, e ſenza alcuna diminuzione reſti, e ſi conſervi per li ſopradetti ſuoi Eredi, e ſucceſſori &c.* = quamobrem, utque univerſæ ſuæ hereditatis perpetuam conſervationem aſſequeretur, prohibuit etiam omne genus alienationis, latè ſumpto hoc vocabulo, ita quidem, ut non ſolum non poſſet tota, ſed nè minima quidem pars hereditatis ſuæ quoquo modo diſtrahi, prohibendo prætereа omnem actum, qui directè, vel indirectè ad alienationem totius, vel minimæ partis d. hereditatis tenderet, & deniquè excludendo Fiſcum ob eamdem pleniùs explicatam rationem verbis illis = *perchè vuole, e la ſua volontà è, che la ſua eredità intiera, e ſenza alcuna diminuzione in infinito ſi conſervi in detti ſuoi Eredi, e ſoſtituti, come ſopra chiamati, talmente che la preſente proibizione vuole, ed intende che nelli Deſcendenti maſchi legitimi, e naturali del detto Signor Coſimo, e nelli Deſcendenti maſchi parimente legitimi, e naturali di detta Signora Lucrezia ſua ſorella, come ſopra chiamati, induca un puro*

*ro, ſemplice, ed aſſoluto fideicommiſſo di tutti i ſuoi Beni, ed eredità intiera &c.* =

Juxta legem, ordinemque à Teſtatore præſcriptum in utraque linea, delata huc uſque fuit fideicommiſſaria hereditas ad Vocatos; verum, quum anno ſuperiore fato ceſſerit Silvius de Bonis ſupremus omuium Deſcendentium maſculorum in ſeculo degentium d. Lucretiæ primæ heredis inſtitutæ, ſuperſtite Patre Cajetano ejuſdem Silvii germano fratre Clerico Regulari Theatino, qui occaſione ingreſſus in Religionem ampliſſimam emiſit renunciationem, orta eſt triangularis controverſia inter D. Franciſcum Rodulphi deſcendentem Coſmi primi pariter heredis inſtituti, & inter P. Cajetanum Theatinum, ac heredes Silvii nuperrimè defuncti: Negat quippè P. Cajetanus, fideicommiſſum Dionyſii Rodulphi, de quo agitur, comprehenſum fuiſſe in renunciatione, ideoque ejuſdem fructus, vitâ ſuâ naturali durante, Monaſterio adjudicandos eſſe: vice autem verſâ heredes Silvii, comprehenſum fuiſſe contendunt, ſibique proindè ex perſona Renunciantis, & Renunciatarii debitum eſſe quoad fructuum commoditatem, quouſque vivet Religioſus: Dominus verò Franciſcus Rodulphi contendit, ob mortem Silvii purificatam fuiſſe ſui favore ſubſtitutionis conditionem, non curatâ ſuperexiſtentiâ P. Cajetani, & heredum Silvii petitione; In hac itaque quæſtione id, quod ipſe ſentiam, dicere pro veritate rogatus, expendam momenta rationum, quibus unuſquiſque juvari poſſe videtur, deindè ſententiam meam explicabo.

Rem ordiendo ab inſtantia P. Cajetani, hæc quidem primo rei obtutu ſummâ ratione, ac firmiſſimis Juris noſtri fundamentis niti videtur; nam, cum idem P. Cajetanus nomen dederit
1 Ordini Clericorum Regularium Theatinorum, qui juxta notiſſimas Inſtituti ſui Conſtitutiones, atque etiam juxta facultatem à *Sac. Tridentina Synodo* eidem impertitam *ſeſſ.25.de Regular.c.3.*, capax eſt Bonorum in communi, etſi non ad effectum retinendi, at certè ad effectum vendendi, per ea, quæ tradunt *del Bene Religioſus ejuſdem Ordinis in tract.de Immunit.tom.2.cap.17.dub.22.num.28.*, *Novar. in ſumm. Bullar. comment.6. n.19.*, *Corrad. in prax. diſpenſat. Apoſtol. lib.9. cap.1. num.13.*, ubi per extenſum refert preces porrectas à P. Generali Theatinorum, & Decretum Sac. Congregationis Concilii, *Scopp. ad Cod. Fabrian. lib.1. tit.3. explanat.31. n.13.*, *Capon. diſcept.157. num.2., & ſeqq., & num.6.*, *Pignatell. conſult.28. num.5. tom.10.*, *Panimoll.dec.60. annot.3. n.40.*, *R. P. D. Petra in ſuis comment. ad Conſtit. Apoſtol. tom.1. pag.101. n.41. & 42. tom.3. pag.31. n.9., & pag.360. num.5. & ſeqq., & tom.4. pag.183. num.12. & pluribus ſeqq.*, *Rota late in Romana Legati poſt Votum Bertacchin. 96.*, *& ad ornat. clar. me. Card. de Luca de Regular. deciſ.1.*, *& noviſſimè in Neapolitana prælationis 11.Maii 1708. §. Quandoquidem, & ſeqq., confirmata 10. Junii 1709. §. De illis coram Reverendiſſimo Molines*; Jure proindè, meritòque
2 ex P. Cajetani perſona debita dici poteſt Monaſterio Patrum Theatinorum temporaria ſucceſſio in controverſo fideicommiſſo, ad *Text. in leg. Deo nobis §. Hoc etiam, ibique Gloſſ. verb. Parentum Cod. de Epiſcop., & Cleric.*, *Gobb. conſult. dec.82. n.13.*, *Rota coram Dunoz. jun. dec.676. n.4., & in rec. dec.241. num.1. part.18.*, *& in Æſina, ſeu Maceraten. Dotis 26. Junii 1709. §. Præterquamquod coram Rmo Molines*. Imò verò
3 illa immediatè, ac rectâ viâ eidem Monaſterio delata dici debet, juxta communem Canoniſtarum ſententiam, ut, ex *Text. in Auth. ingreſſi, Cod. de Sacroſ. Eccleſ.*, *Can. ſi qua mulier 19. quæſt. ult.*, firmant, omiſſis antiquioribus, *Spad. conſ.139. n.18. lib.3.*, *Gratian. diſcept.363. n.16. & ſeqq.*, *Cyriac. contr.41. num.13.*, *Merlin de legit. lib.5. tit.3. quæſt.3. num.3.*, *Caren. reſol.88. num.2.*, *R. P. D. Petr. ad Conſtit. Apoſtol. tom.3. pag.33. num.21.*, *ubi innumeros congerit*, *Rota Lucana inter recollect. per Palm. nep. deciſ.102. num.24. & 25., & dec.317. num.34.*, *Rota Romana deciſ.128. num.13., & dec.333. n.2. part.2., dec.23. num.4. part.15., deciſ.153. n.2. part.16., dec.728. num.19. part.18.*, *cum aliis in Romana Succeſſionis 4.Febr.1711. §. Cum enim coram Reverendiſſimo Molines*.

Fruſtraque pro repellendo ab iſtiuſmodi ſucceſſione Monaſterio in medium affertur renunciatio à P. Cajetano facta ante ingreſſum in Religionem;
4 etenim juxta immotas Juris noſtri regulas renunciatio, qualiſcumque illa ſit, utpotè ſuâ naturâ læſiva, atque præjudicialis, rigidè ſemper, ſtrictiſſimèque eſt interpretanda, *Spad. conſ.316. num.8. lib.3.*, *Rota coram Duran. deciſ.268. num.7. & 10.*, *coram Dunoz. jun. dec.345. n.10. cum ſeqq.*, *cor. bo. mem. Emerix. jun. deciſ.539. num.3.*, *coram R. P. D. Anſaldo dec.12. num.2. & 3., & dec.57. num.6., & in rec. dec.232. n.3. & 4., & n.12. part.6., dec.253. n.11. part.14., dec.23. n.22. & ſeqq., & dec.272. n.4. part.15., & in Romana Renunciationis 6. Maii 1709. §. 1. coram Illmo Scotto almæ Urbis Gubernatore*, im-
5 mò verò, ſi in renunciationem nihil deductum dicitur, niſi quod oculis corporeis expreſſum legitur, ad tradita per *Surd. conſ.431. num.20. & 32.*, *Gabriel. comm. concl., concl.90. num.39. lib.1.*, *Rota poſt Gallerat. de renunc. dec.33. n.11. & ſeqq., & coram Merlin. dec.22. num.7. §. Præſertim quia, & dec.62. n.4., & in rec. deciſ.330. num.12. part.14., & dec.23. num.23. part.15.*, procul dubio Monaſterio nullo pacto obeſſe poterit prædicta renunciatio, in qua facta non legi-
6 tur mentio fideicommiſſi, prout de renunciatione aliqua Bona nominatim non comprehendente unanimiter tradiderunt *Jaſon. in leg.1. §. Veteres num.23.*, *ibidemque Alexan. num.8. & 9.*, *& Soccin. ſen. num.3. ff. de acquirend. heredit.*, *Covarr. in cap. quamvis part.3. §.3. num.2. de pact. in 6.*, *Pariſ. conſ.49. num.41. lib.3.*, *Molin. de ritu nupt. lib.3. quæſt.79. num.31.*, *Sanchez ſuper Decalog. lib.7. cap.7. num.6.*, *Tiraquell. de retract. Conſanguin. §.1. gloſſ.9. num.45.*, *Caſtill. de uſufruct. cap.2. n.63. & ſeqq.*, *Surd. dec.143. num.15. & 16.*, *Rota coram Merlin. deciſ.22. num.7., & deciſ.62. num.1., & in rec. deciſ.253. num.11.*

*num. 11. part. 14., & dec. 375. num. 11. part. 17.*
Neque vero illa, de qua agitur, apta dici po-
teſt comprehendendo etiam fideicommiſſo tam-
quam facta ex cauſa ingreſſus in Religionem;
7 nam, licèt dicta cauſa plures, & quidem ſingu-
lares operetur effectus, nihilominus ejus vis, &
efficacia tanta non eſt, ut ejus virtute ſub renun-
ciatione, tamquam per viam generalis abdicatio-
8 nis, ſeu refutationis comprehendant jura omnia,
hereditates, & Bona, quibus, verbis expreſſis,
renunciatum minimè legitur, ut in terminis re-
nunciationis ex cauſa ingreſſus in Religionem do-
cent *Bald. conſ. 437. num. 2. verſ. Item iſta lib. 1.,*
*Aretin. conſ. 161. num. 5., Engen. conſ. 83. n. 82.,*
*Rota poſt Merlin. de legit. deciſ. 47. num. 7., &*
*dec. 48. n. 5., & in rec. dec. 23. n. 22. part. 15., &*
*in Romana Succeſſionis 4. Febr. 1711. §. Multòque*
*minùs verſ. nimis enim, & §. Ac propterea cor. R̃mo*
*Molines*, ſola enim præſumptio reſultans ex cau-
9 ſa ingreſſus in Religionem inducere nequit exor-
bitantem illam generalitatem, quâ renunciatum
dici poſſit ſucceſſionibus omnibus = *Undè Liberi* =
*Undè Agnati* = *Undè Cognati* = alioquin nimis
10 gravi errore lapſi fuiſſent complures magni no-
minis Doctores docentes, renunciationem à
Monacho factam, Monaſterio minimè nocere, ut
ſunt *Paſſerin. in cap. quamvis pactum num. 49., &*
*latiùs num. 52. de pact. in 6., à Ponte conſ. 39. n. 1.*
*& per tot. lib 1., Lanar. conſ. 49. num. 1., Alto-*
*grad ſen. conſ. 43. n. 59. lib. 2., Cyriac. contr. 475.*
*num. 6. & ſeqq., Cancer var. reſol. part. 3. cap. 15.*
*num. 11. in fine, Anton. Gomez. ad Leg. Thaur. 22.*
*num. 11., Molin. de Primog. Hiſpan. cap. 3. n. 48.*
*lib. 2., alter Molin. de majorat. diſp. 579. n. 19.,*
*Franc. Rocc. reſp. 48. n. 8., Saminiat. contr. 100.*
*num. 4., clar. me. Card. de Luca de renunc. diſc. 4.*
*num. 15.* inquiens, quod hodiernis temporibus di-
11 ſtinctio inter utramque renunciationis ſpeciem eſt
idealis, & pro ſola leguleica ſimplicitate admit-
tenda eſt, & priùs *diſc. 2. num. 9. verſ. ſecus autem*
fruſtraque in tot *Deciſionibus*, quibus plena ſunt
volumina *Rotalium reſolutionum*, dictum fuiſ-
12 ſet, cauſam ingreſſus in Religionem non ſufficere
re pro excluſione Monaſterii, ut videre eſt *dec. 6.*
*poſt Tamburin. de Jur. Abbatiſſ., & poſt Merlin.*
*de legit. dec. 47. num. 11. & ſeqq., & dec. 48. n. 18.*
*per tot., & coram Merlin. dec. 62., deciſ. 869., &*
*dec. 894., & apud de Marin var. reſolut. lib. 2. re-*
*ſol. 190. num. 33., & penes Torr. de pact. futur.*
*ſucceſſ. dec. 63. num. 5., deciſ. 64. num. 6. & ſeqq.,*
*dec. 72. num. 9., & dec. 220. in princip., & coram*
*Dunoz. jun. deciſ. 346. num. 35., & dec. 641. n. 33.*
*& ſeqq., & in rec. dec. 543. num. 35. part. 5., dec.*
*330. num. 5. & ſeqq. part. 14., dec. 23. n. 4. part.*
*15., deciſ. 17 num. 11. & ſeqq., & dec. 470. n. 14.*
*& ſeqq. part. 19., & ad ornat. clar. me. Card. de*
*Luca de legat. deciſ. 20. num. 6.* & deniquè magis
ineptè, ſubtiliter examinando amplitudinem ver-
borum, & energiam clauſularum, Majores no-
ſtri, pluribus traditis diſtinctionibus, tot renun-
ciationum ſpecies induxiſſent, realium nempe,
perſonalium, mixtarum, extinctivarum, ab-
ſtentivarum, & ſimilium, his enim non egebant
pro ſtatuenda amplitudine renunciationis, ſed
unicâ regulâ quæſtiones omnes abſolvere potuiſ-
ſent, dicendo: agitur de renunciatione facta oc-
caſione ingreſſus in Religionem, ergò ſub ea 13
comprehenduntur jura omnia quoquo modo Re-
nuncianti competentia, quod nemo non videt
perabſurdum eſſe.
Confirmantur hæc omnia, inſpectâ naturâ, &
qualitate Bonorum, de quibus agitur, hæc enim, 14
utpote obnoxia fideicommiſſo nondum purifica-
to, ſed purificando, comprehenſa cenſeri non
poſſunt ſub renunciatione, ut tradiderunt *Bartol.*
*in leg. Codicillis §. Inſtituto num. 5. ff. de legat. 2.,*
*& in leg. qui Romæ 122. §. Duo fratres num. 17.*
*& 18. ff. de verbor. obligat., Alex. conſ. 16. n. 4.,*
*& conſ. 168. num. 6. lib. 2., Decian. reſp. 56. n. 6.*
*lib. 2., Riminald. jun. conſ. 276. num. 25., Galle-*
*rat. de renunc. lib. 1. cap. 2. n. 53., R. P. D. An-*
*ſald. in addit. ad deciſ. 57. num. 5, Torr. de pact.*
*futur. ſucceſſ. lib. 2. cap. 40. num. 8. & 9., & Rota*
*apud eumdem deciſ. 63. num. 7. & ſeqq., & in rec.*
*dec. 330. n. 10. & 12. part. 14., & dec. 330. n. 20.*
*& pluribus ſeqq., & num. 26. part. 15.*, maximè,
quia non probatur in Renunciante cognitio dicti 15
fideicommiſſi, prout ad validitatem renuncia-
tionis requiri, ducto argumento à Textu in *leg.* 16
*de his ff. de tranſact.*, tradunt *Ciarlin. contr. 5.*
*num. 65., Hodiern. contr. 15. num. 14., Gallerat.*
*de renunc. centur 2. renunc. 155. num 2., Miche-*
*lor. de fratrib. part. 3. cap. 41. num. 28. & ſeqq.,*
*Balducc. ad Ramon. conſ. 27. n. 61. & 66. tom. 1.,*
*Torr. de pact. futur. ſucceſſ. lib. 2. cap 40. num. 32.,*
*Calderon. reſol. 66. num. 14., & apud eumdem ibi-*
*dem Rota in Fanen. pecuniaria coram bo. me. Pio*
*§. Quod potiſſimum.*
Et quamvis ſinè inſpectione teſtamenti ſub- 17
jecti Renunciantis oculis ſufficiat illius cognitio
per oculos mentis immiſſa, hæc tamen non de-
bet eſſe generica, & vaga, ſed requiritur ſpecifi- 18
ca ſcientia jurium omnium, illi ſuper fideicom-
miſſo competentium, ut, *poſt Bartol. in d. leg. de*
*his num. 6. ff. de tranſact.*, tenent *Spad. conſ. 316.*
*num. 13. lib. 3., Redenaſch. conſ. 29. n. 78., Man-*
*tic. de tacit. lib. 2. art. 2. n. 3., Michelor. de fra-*
*tribus part. 3. cap. 41. num. 26., Balduce. ad Ra-*
*mon. conſ. 27. num. 58. & 61. tom. 1., Calderon. d.*
*reſol. 66. num. 15. & 16., Capyc. latr. dec. 2. n. 48.*
*& ſeqq., Rota coram Merlin. deciſ. 225. num. 4.,*
*coram Buratt. dec. 558. num. 9., coram Peutinger.*
*deciſ. 286. n. 12. & ſeq., coram Bich. dec. 6. n. 7.,*
*& dec. 119. num. 5. & 6., in rec. dec. 523. num. 14.*
*part. 4. tom. 3., deciſ. 735. n. 18. & ſeqq. part. 18.,*
*deciſ. 87. num. 2. & ſeqq., & dec. 142. num. 5., &*
*quatuor ſeqq. part. 19., cum aliis in d. Fanen. Pecu-*
*niaria 9. Januarii 1699. §. Quod potiſſimum circa*
*med. coram bon. mem. Pio*, vel juxta benigniorem
ſententiam ſufficit quidem ſcientia etiam conje- 19
cturalis, ſed ea tamen, quæ ſit elicita aut ex
relatione ad teſtamentum, aut ex enunciatione
ipſius fideicommiſſi, aut ex aliqua alia circum-
ſtantia, ex qua perſpici poſſit, Renunciantem ha- 20
buiſſe ſcientiam fideicommiſſi renunciati, *Vale-*
*ron. de tranſact. tit. 3. quæſt. 4. num. 16., Urceol.*
*eod. tract. quæſt. 47. num. 12. & ſeqq., Rota coram*
*Buratt. dec. 648. n. 4., cor. Dunoz. jun. dec. 255.,*

*& dec. 335. utrobique num. 3., & coram Merlino*
*deciſ. 226. num. 4., in Romana, ſeu Reatina Fi-*
*deicommiſſi de Vecchiarellis 2. Decembris 1697.*
*§. Hæc verò coram Emo D. Card. de la Tremoille.*
Quæ tamè ſcientia regulariter non præſumen-
21 da, *Bartol. in leg. ejus, qui in Provincia num. 29.*
*ff. ſi cert. petat., Redenaſch. conſ. 29. num. 76. &*
*ſeqq., Merlin. Pignatell. centur. 2. contr. 61. n. 16.,*
*Torr. de pact. futur. ſucceſſ. lib. 2. cap. 40. n. 34.,*
*Rota in Bononien. Fideicommiſſi 1. Martii 1697.*
*§. Convincitur, & 9. Decembris ejuſdem anni*
*§. Ignorantia coram Rmo Molines, & in d. Fanen.*
*pecuniaria 9. Januarii 1699. §. Quod potiſſimum*
*verſ. & propterea coram bo. me. Pio*, multò minus
22 præſumi poterit in noſtra hypotheſi, quia agitur
de renunciatione facta à Minore, quem inveriſi-
23 mile prorſus eſt habuiſſe ſcientiam hujus antiqui
fideicommiſſi, ut, ex *Text. in leg. cum de indebi-*
*to 25. verſ. ſin autem ff. de probat., & in l. 2. §. fi-*
*nali ff. de Jur. Fiſc.*, firmant *Cyriac. contr. 128.*
*num. 19., & contr. 474. num. 31., Torr. de pact.*
*futur. ſucceſſ. lib. 2. cap. 30. num. 5., & de Primog.*
*Ital. part. 2. quæſt. 48. n. 27., Calderon. reſol. 66.*
*num. 26. & ſeqq.* cum itaque tum ſubjecta mate-
24 ria, rei nempe fideicommiſſariæ non cadentis
ſub renunciatione, niſi nominatim ſit dictum, tum
renunciatio ipſa, quæ, utpotè ſtrictiſſimi Juris, ex
25 alibi firmatis, complectitur tantum Bona, quæ
oculis corporeis in ea expreſſa leguntur, confo-
vere juſtè videantur petitionem P. Cajetani, ni-
hil proponitur, cur immiſſio decernenda vi-
26 deatur favore Ven. Monaſterii PP. Theatinorum,
in quo d. Pater Cajetanus profeſſionem emiſit,
ut ex ejus perſona, quouſque naturaliter vixerit,
uti, frui poſſit fructuum commoditate.
Verum enim verò, licet hæc plurimùm urgere
videantur, nihilominus verius videtur, renun-
ciationem, de qua agitur, ad Bona etiam fidei-
27 commiſſaria eſſe porrigendam; idque facilè ſua-
deri poſſe videtur, ſive perpendatur tenor verbo-
rum, clauſularumque, quibus hujuſmodi renun-
ciatio concepta legitur, ſive inſpiciatur cauſa ipſa
renunciationis, quibus denique conſentanea eſt
etiam mens, & voluntas Renunciantis.
Porro, ſi intueamur verba, & clauſulas, hæ
quidem adeò amplæ, & effrænatæ eſſe videntur,
28 ut quamcumque penitus reſtrictionem excludant,
earum enim tenor ita ſe habet = *Tutti li beni avi-*
*ti, paterni, materni, fraterni, e tutti gli altri di*
*qualſivoglia ſorte all'iſteſſo Sig. Anton Bernardino*
*ancora per ragione di legitima, e trebellianica, ed*
*in qualſivoglia altro modo, titolo, cauſa, ragione,*
*e ſucceſſione ora, e per alcun tempo ſpettanti, ed*
*appartenenti, e che ſpettargli, e appartenergli po-*
*teſſero, ancorchè foſſero degni di ſpecial nota, e*
*nella generalità non ſi comprendeſſero &c.* = & In-
fra = *tutte le azioni, e ragioni, le quali abbia,*
*pretenda, ò mai in qualſivoglia tempo pretendere,*
*ed aver poteſſe contro l'eredità, ed eredi del ſopra-*
*detto Signor Gio: ſuo Padre, Signora Guglielma*
*ſua Madre, ſuoi Signori Fratelli, Sig. Decano Pao-*
*lo ſuo Zio paterno, e contro qualſivoglia altra Per-*
*ſona, e tutte le altre ragioni, ed azioni in qualſi-*
29 *voglia modo, ed in qualunque tempo all'iſteſſo com-*
*petenti, e da competerſi &c.* = quæ profectò gene-
ralitas, atque amplitudo verborum, & clauſu-
larum reſtringi nullo pacto poteſt ad Bona dum-
taxat indifferentia, & præſentia, ſeu Bona etiam
differentia, & jura fideicommiſſi conditionalis 30
in futurum purificandi complectitur, tametſi de
eo nulla ſpecialis mentio facta fuerit, per ea,
quæ unanimiter docent *Cravet. conſ. 24. num. 11.*
*verſ. ampliùs, & conſ. 294. num. 1. & ſeqq., Ruin.*
*conſ. 152. num. 8. lib. 2., Dec. conſ. 345. num. 3.,*
*Menoch. conſ. 87. num. 27., Roland. conſ. 27. n. 15.*
*& 18. lib. 4., Surd. conſ. 267. n. 5. verſ. ceterum*
*negotio generaliter examinato, & num. 23. & 24.,*
*& conſ. 308. num. 29. & 30., latè Altograd. ſen.*
*conſ. 56. n. 1. & ſeqq. lib. 1., Gabriel de Fideicom.*
*concl. 1. num. 4., Rub. in annot. ad dec. 523. n. 84.*
*& ſeqq. part. 4. tom. 3., Marzar. in Epitom. de fi-*
*deicom. part. 3. quæſt. 59. num. 10., Peregrin. in*
*eodem. tract. art. 52. n. 29., Gratian. diſcept. 568.*
*n. 27., Merlin. Pignatell. centur. 2. cap. 61. n. 3.*
*& 4., Actolin. reſol. 113. num. 7. & 8., Conciol.*
*alleg. 31. num. 45. & ſeqq., clar. me. Card. de Luc.*
*de renunc. diſc. 4. num. 6., & diſc. 5. n. 9., Torr.*
*de pact. futur. ſucceſſ. lib. 2. cap. 40. num. 12. 27. &*
*28., Amat. dec. March. 105. num. 51., Maſtrill.*
*deciſ. 65. n. 9. & 10., Rota coram Priol. dec. 154.*
*num. 6., & coram Card. Cerr. deciſ. 616. n. 5. cum*
*ſeqq., & in rec. dec. 714. part. 2., dec. 598. part. 3.*
*utrobique num. 1., dec. 161. n. 7. part. 10., deciſ. 21.*
*num. 4. part. 11., dec. 328. num. 17. part. 12., dec.*
*271. num. 2., & deciſ. 401. n. 11. & 12. part. 13.,*
*& dec. 653. n. 12. part. 19. tom. 2., & in Bononien.*
*uſusfructus, ſeu renunciationis ad ornat. clar. me.*
*Card. de Luca de legat. deciſ. 27. num. 3.*, & in
terminis illorum verborum = *quomodolibet, qua-* 31
*litercunque, quomodocunque, vel ex quavis cauſa* =
quæ cujus ſunt naturæ, ut nihil excipiant, & om-
nia comprehendant, tradunt *Crot. in leg. qui Ro-*
*mæ 122. §. Duo fratres num. 45. verſ. limitatur ff.*
*de verbor. oblig., Curt. jun. conſ. 49. num. 12.*, ubi
de communi, *Menoch. conſ. 87. num. 27., & conſ.*
*335. num. 20. & 21., Honded. conſ. 49. num. 14.*
*lib. 1., Surd. conſ. 308. num. 28. & ſeqq., Spad.*
*conſ. 50. num. 41. lib. 1., Altograd. ſen. conſ. 06.*
*n. 3. lib. 1., Peregrin. de Fideicom. art. 52. n. 32.*
*& 33., Torr. de pact. futur. ſucceſſ. lib. 2. cap. 40.*
*num. 13. 14. & 15. & num. 28., Rota deciſ. 141.*
*num. 6. & 7. part. 5., deciſ. 271. num. 3. part. 13.,*
*& ad ornat. clar. me. Card. de Luc. de legat. dec.*
*29. num. 10.*
Præſertim verò, quia prædicta verba habent
tractum ſucceſſivum, futurumque tempus reſpi-
ciunt, ideòque ad jura etiam futura extendun- 32
tur, per *Textum in leg. ſi ità ſcripſiſſet, ibique*
*D.D. ff. de legat. 2., Bartol. in leg. 1. num. 11. Cod.*
*de pact., Dec. conſ. 79. num. 3., Becc. conſ. 34.*
*num. 8., Surd. conſ. 318. num. 18., Spad. conſ.*
*316. num. 7. & 8. lib. 3., Gratian. diſcept. 568.*
*num. 23., Torr. de pact. futur ſucceſſ. lib. 2. cap.*
*40. num. 28., & ſeqq., Rota deciſ. 714. num. 1.*
*in fin. part. 2. rec.* eòque certiùs, quia poſt factam
numerationem certarum ſucceſſionum, avita- 33
rum videlicet, paternarum, maternarum, &
fraternarum P. Cajetanus renunciavit etiam aliis
ſuc-

Digitized by Google

ſucceſſionibus ipſi quomodolibet devolvendis,
hoc namque caſu, cum verba verificari nequeant,
niſi in juribus diverſis à jure competente ſuper
34 Bonis enunciatis, idcirco ſub amplitudine dd.
verborum neceſſariò etiam fideicommiſſum continetur,
ad *Textum in leg. ea tamen adjectio, ubi
DD. ff. de legat. 3., Caſtrenſ. conſ. 333. ſub nu. 2.
verſ. nam verba illa propè fin. lib 2., Surd. conſ.
303. num. 35. & ſeq., & conſ. 403. num. 22., Altograd.
ſen. conſ. 66. num. 9. lib. 1., Conciol. alleg.
31. num. 45. & ſeq., Rota deciſ. 149. num. 3.
part. 1. diverſ., & in rec. deciſ. 714. num. 1.
verſ. ſed quod ulterius, & num. 5. part. 2., deciſ.
598. num. 2. part. 3., dec. 401. num. 12. & ſeqq.
part. 13., deciſ. 15. num. 8. & 9. inter collect. per
Balducc. ad Ramon. tom. 3., in Cavallicen. Donationis
2. Julii 1710. §. Tandem coram R. P. D.
35 Lancetta*, dictio ſiquidem illa = *alias* = ſive = *aliis* =,
tametſi nota ſimilitudinis dicatur, includit tamen
36 diverſa ab expreſſis, ut ad rem notant
*Soccin. conſ. 300. num. 2. verſ. tertiò principaliter,
Natta conſ. 546. num. 2. & ſeqq., Menoch.
conſ. 335. num. 18. & ſeq., Marcabrun. conſ. 66.
num. 10. lib. 1., Rota deciſ. 714. num. 5. part. 2.*;
37 Neque enim ex eo, quod enumeratæ ſint certæ
ſucceſſiones, ad eas tantummodò reſtricta dici
debet renunciatio; talis quippè enumeratio, ut-
38 potè proveniens ex inutilibus Notariorum cautelis,
generalibus verbis concurrentibus, actus
amplitudinem minimè reſtringit, ut advertunt
39 *Gratian. diſcept. 568. num. 48., clar. mem. Card.
de Luc. de renunc. diſc. 4. num. 10., & Rota ad
ornatum ejuſdem tit. de legat. deciſ. 27. num. 5.*

Et juſta ſane ratione, quia, cum iſtiuſmodi re-
40 ſtrictio conciliari nullo pacto queat, cum toties
geminata, totieſque inculcata, ac repetita generalitate,
& univerſalitate verborum, rejicienda
prorſus erit quæcunque reſtrictio, ac ſequenda
amplitudo verborum, quæ inutilia ceteroquin,
41 ac ſupervacanea fuiſſent contra commune illud
effatum, quo traditur, nullum verbum, immò nè
ſyllabam quidem, in contractibus, ſinè effectu operandi
poſitam cenſendam eſſe, juxta *Text in leg.
ſi ſtipulatus fuerim 76. ff. de verbor. obligat. leg. 3.
in princip. ff. de Jurejurand., leg. final. ff. ne quid
in loco publ., leg. ſi tam anguſti 13. ff. de ſervit. leg.
ſi tibi 20. ff. ſi cert. petat., cap. ſi à Judice 10. de
appellat. in 6., Roland. a Vall. conſ. 61. num. 19.
lib. 3., Becc. conſ. 21. num. 25., & Rota Lucen.
inter recollect. per Palm. Nep. dec. 108. num. 25.*
ideòque paſſim admonemur, quod, quoties id
42 exigit ratio ſermonis generalis, atque univerſalis,
renunciatio extendenda ſit etiam ad ea, quæ
alioquin ſub illa non venirent, ut in terminis
renunciationis tradunt *Vaſq. de ſucceſſ. creat. lib. 3.
§. 21. num. 30., & 34., Gutterez. de Juram.
confirm. part. 1. cap. 19. num. 4., Catell. de donat.
contempl. matrimon. diſc. 2. ſpecial. 39. num. 11.,
Merlin. de legit. lib. 3. tit. 2. quæſt. 26. num. 19.,
Cyriac. contr. 662. num. 34. & ſeqq., Rota in rec.
deciſ. 564. num. 21., & ſeqq. part. 19.* verba quip-
43 pe adpoſita ampliandæ renunciationis causâ,
nullâ juris ratione reſtringi poſſe videntur, per
*Text. in leg. cum tale §. final. ff. de condit., &
demonſtr., leg. legata inutiliter ff. de adimend. legat.,
Rota coram Card. Cerro deciſ. 900. num. 9.
coram bon. mem. Emerix. jun. dec. 1271. num. 10.,
& ad ornat. clar. mem. Card. de Luca de Teſtamen.
deciſ. 56. num. 17.*

Hæc verò communiſſima Doctorum traditio
exterorum Tribunalium auctoritate recepta, & 44
oraculo etiam *Sacræ Rotæ* conſtantiſſimè confirmata
longè fortius urget, ſi ſpectemus cauſam
renunciationis, ac mentem, voluntatemque
Renunciantis: Enim verò renunciatio, de qua
agitur, non carnalium nuptiarum occaſione,
quales fieri ſolent à Mulieribus in ſeculo nubentibus,
ſed ex cauſa ingreſſus in Religionem facta 45
fuit à Religioſo, qui eo certè animo, ac voluntate
fuiſſe credendus eſt, ut fideicommiſſum, etſi
minimè nominatum, comprehendi ſub renunciatione
voluerit, prout benè conſiderant *Altograd.
d. conſ. 66. num. 4. lib. 1., Gratian. diſcept. 508
num. 50., clar. mem. Card. de Luc. de renunc. diſc.
4. num. 9., Torr. de pact. futur. ſu ceſſ. lib. 2. cap.
40. num. 16., Maſtrill. dec. 65. num. 12., Rota in
rec. dec. 614. num. 2. part. 2., dec. 1 1. part. 1. part.
5., & ad ornat. clar. mem. Card. de Luc. de legat.
diſc. 27. num. 6., & deciſ. 29. num. 10. in fine.* Qui
enim vitam Monaſticam, ſive Religioſam profitentur,
Bonorumque faciunt renunciationem, 46
eâ unicâ modò ratione cenſentur, abjiciendi ſcilicet
curam omnem rerum terrenarum, ut animo
ab illis penitus ſoluto, & vacuo cœleſtium contemplationi
in Religioſo receſſu impenſius vacare
poſſint, & comparare ſibi ea dumtaxat Bona,
de quibus apud *Matth. cap. 6. num. 20.*, & apud
*Luc. cap. 12. num. 33.* = *theſaurizantes ſibi ipſis
theſauros in Cœlo, ubi neque ærugo, neque tinea
demolitur, & ubi fures non effodiunt, neque furantur* =,
rectè ſiquidem agnoſcentes, terrena 47
Bona non adjumento, ſed impedimento eſſe ad
virtutem, perfectionemque aſſequendam, ſolemne
propoſitum, ac deliberatum eorum votum
ſeſe abdicandi terrenarum rerum ſtudio, curâ,
& uſu, ad majorem adhæſionem ſtatui religioſo
explicatum verbis illis B. *Petri* = *Ecce nos
relinquimus omnia, & ſequuti ſumus te* = & in humani
generis Reparatore demonſtratum apud
*Matth. cap. 19.* illis verbis = *Amen dico vobis, qui
ſequuti eſtis me, & reliquiſti omnia* =, & apud
*Luc. cap. 12.* = *Vendite, quæ poſſidetis* =, ob eam
rantque monito ſalutari B. *Gregorii Pont. Max.
homil. 32.*, ſic dicentis = *Quid enim ſunt terrena
omnia, niſi quædam corporis indumenta, qui enim
contra Diabolum ad certamen properat, veſtimenta
abjiciat, nè ſuccumbat* =, ut ad rem noſtram
benè advertit *Rota deciſ. 328. num. 18 part 12.,
& inter recollect. per Palm. Nep. deciſ. 272. §. Utique
ad noſtram theſim.*

Certius verò in caſu noſtro, quia renunciatio
facta eſt ex cauſa ingreſſus in Religionem Patrum
Theatinorum, qui, licèt nullâ conſtitutione pro- 48
hibeantur acquirere Bona, ac poſſidere, voluntariè
tamen hanc ſibi obligationem impoſuerunt,
ideòque abſtinent à Bonorum poſſeſſione, & ſemetipſos
ſponte reddunt incapaces, ut teſtantur
*Pelizar. in manual. regular. tract. 4. cap. 2. ſect. 1.
num. 2.*

num.2. verſ. addo extare tom.1., Rota coram Pen.
deciſ.698. in fin., & deciſ. 739. ex num. 7. uſque
in finem, latiſſimè Bonden. collect. legal. 8. 9. &
49 10. immò verò, ut ſartum tectum laudabile eorum
inſtitutum tueantur, extremam paupertatem
profitentur, ità quidem, ut nec eleemoſynam
50 oſtiatim quæritent, ſed ex ſponte oblatis dumtaxat
vitam agant, freti præcepto illo Chriſti Domini
= Nolite ſolliciti eſſe quid edatis, aut bibatis,
quia Pater veſter, ſcit quod his omnibus indigetis
=, ut teſtantur Aldan. in compend. canon.reſol.
lib. 1. tit.19. de Religion. num 52., Leoncill.
de pauper. part.1. quæſt.3. num.17., & part.2.privileg.249.num.23.,
Paſqualig.in addit.ad Franch.
contr. inter Epiſcop., & Regular. part.1. n.471.,
Barboſ. de Jur. Eccleſ. univerſal. lib. 1. cap. 41.
num.158., & in ſumm. deciſ. Apoſtol. litt.C. collect.
164. num.3., Bonden. collect. legal. 8. nu.4.,
Rot. coram Royas deciſ.327.num.12., & dec.356.
num.20., & 23.

Accedit pro adſtruenda, convincendaque comprehenſione
fideicommiſſi ſub renunciatione duplex
circumſtantia, quarum prima eſt, quod re-
51 nunciatio P. Cajetani proceſſit principaliter per
viam donationis irrevocabilis inter vivos, ibi =
Cedè, renunciò, e irrevocabilmente trà i vivi donò
in forma ampliſſima, e per titolo di pura, e perfetta
donazione = & infra = E queſta ceſſione, e donazione
=, quæ ſanè tum poſtrema, tum maximè
etiam ſuprema verba in parte diſpoſitiva
52 prolata, non acceſſoriam, aut conſequutivam,
ſed æquè principalem donationem præſeferunt,
Rota Lucen. inter recollect. per Palm. Nep deciſ.280.
num.6., & Sac. Rota apud eumd. alleg.
295.num.22., & poſt Gallerat. de renunc. deciſ.3.
num. 43. verſ. & parum refert, & poſt Torr. de
pact. futur. ſucceſſ. deciſ. 48. num. 2., & coram
Card. Cerro dec. 537., & dec. 616. utrobique
num.1., & in rec. deciſ.68. num.10. part.13., in
Anconitana, ſeu Senogallien. Primogenituræ inter
recollect. per Balducc. ad Ramon. dec.10. §. Nec
in præſenti tom. 3., & in Eugubina Immiſſionis
11. Maii 1711. §. Potiſſimè quia cum §. ſeq. coram
Rmo Kaunitz Epiſcopo Lebacen.; ſub iſtiuſ-
53 modi autem renunciatione, ſeu potius donatione
comprehendi fideicommiſſum, quamvis literaliter
non expreſſum, tradit Carol. Anton. de Luc.
in obſervat. ad Gratian. diſcept. 568. num. 7. in
princip., & §. Monialis, & aliis relatis, Rota
dec.68. num.6. & 7. part. 13. rec., altera non abſimilis
circumſtantia conſurgit ex eo, quod præſens
renunciatio juriſjurandi religione fuit confirmata;
Doctores enim in ſubjecta materia tantam
vim, atque virtutem tribuunt juramento,
54 ut renunciationem generalem illo munitam complecti
pro certo affirment, etiam fideicommiſſum
conditionale, Dec. conſ. 345. num. 4. & ſeqq.,
Curt.jun. conſ.49. num.15., Altograd.ſen. conſ.
66. num.13. lib.1., Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 594.
num.12., Peregrin. de fideicomm. art.52. num.11.
verſ. alium tradidit limitationem, Mancin. de
Juramen. part.4. effect. 241. num.4., Mantic. de
tacit. lib.26. tit.2. num.33., Rota deciſ.292. n.15.
part.6. rec.

Hæc igitur cum ita ſe habeant, totque firmiſſimis
fundamentis conſtabilita videatur comprehenſio
fideicommiſſi ſub renunciatione, ſuperfluum
eſt reſpondere ad contraria argumenta,
quæ primo loco pro P. Cajetano, & Monaſterio
PP. Theatinorum deduximus; nam, ſi, ut mox
firmavimus, amplitudo clauſularum, & verborum
tanta eſt, ut neceſſariò porrigatur etiam ad fi-
deicommiſſa, corruunt rationes omnes dubitan- 55
di ſub initium propoſitæ, utpotè locum ſibi vindicantes,
quoties ex verbis, & veriſimili mente Renunciantis
actus ad certa bona reſtrictus reperitur,
aliter verò res ſe habet, ſi tum ex mente, tum ex 56
verbis renunciatio ad Bona etiam fideicommiſſaria
extendenda ſit.

Quæ ut ſub illa comprehenſa cenſeantur, licèt
requiratur ſcientia fideicommiſſi; nihilominùs 57
certum eſt, quod ſufficit etiam ſola ſcientia fideicommiſſi
generica, & præſumpta, ſatiſque eſt
etiam, quod in genere fuerit cogitatum, aliquam
ſucceſſionem, ex diſpoſitione Majorum, ad ſe devolvi
potuiſſe, quæ ſanè præſumpta, ac generica
ſcientia in dubium venire nequit, quin eliciatur
ex clauſularum effrænata generalitate, ex firmatis
præcisè in noſtris terminis per Jaſon. in leg.
de his num.15. ff. de tranſact., Ruin. conſ. 156.
num.5. in fine verſ. ſed nos loquimur, & num.6.
lib.3., Roman. conſ.2. num. 3. in fine, Soccin.
jun. conſ.110.num.72. lib.1., Signorol. conſ. 189.
ſub num.5. verſ. ſed hic eſt advertendum, Menoch.
conſ.401. num.120. & ſeq., Rimineld. jun. conſ.
15. num.129., Surd. conſ. 267. num.6. & 7., &
conſ.562. num.61. in fine, & num.62., Spada
conſ.50. num.44. lib.1., Altograd.ſen. conſ. 66.
num.26. lib.1., Gallerat. de renunc. lib. 4. cap. 2.
num.44., Barry de ſucceſſ. ab inteſt. lib.11.tit.25.
num. 24., Neguſant jun. in Silv.reſpon.quæſt.10.
num.50., Gratian. diſcept. 346. num.14., & ſeq.
& diſcept. 568.num.44. & 46., ibique Carol.Anton.
de Luca num.8. verſ. quia quum verba, Cutell.
deciſ.5. num.39., Maſtrill. dec.65. num. 10.
in fine, Rota in rec. deciſ. 714. num.7. in fine
part.2. imò verò non deſunt auctoritates Docto- 58
rum affirmantium, certiorationem, & ſcientiam
fideicommiſſi minimè requiri in Renunciante ex
cauſa ingreſſus in Religionem, eâ videlicet ſatis
vivâ, ac convincenti ratione, quod quum illis 59
Renuncians Bona temporalia commutet cum
æternis, non oporteat proinde, eumdem ſollicitum
eſſe de hujuſmodi Bonis temporalibus, Al- 60
tograd. ſen. conſ.66. num. 28. lib. 1., Neguſanſ.
jun. quæſt. 10. num.22. & ſeq., Carol. Anton. de
Luca in obſervat. ad Gratian.diſcept.568. num.6.,
& ita obſervari in hujuſmodi renunciationibus, 61
teſtatur Ricc. var. reſol. in prax. renunc. Monial.
reſol. 352. num. 9.; urget enim vehemens præſumptio,
quod, etiamſi talis Renuncians certam
fideicommiſſi ſcientiam habuiſſet, nihilominùs 62
illi etiam expreſſe renunciaſſet, cum abdicare ſe
voluerit terrenis omnibus Bonis, quæ ipſum à
rerum Divinarum contemplatione avocare potuiſſent,
Neguſanſ. d. quæſt.10. n. 2., Altograd.
d. conſ.66.num.29., Gratian. diſcept.568. nu. 46.
& 50., & Rota deciſ.714. num.9. part.2. rec.

Quâ

Quâ etiam inſpectâ circumſtantiâ ingreſſus in
63 Religionem, inapplicabiles redduntur omnes ferè contrariæ auctoritates loquentes in terminis remiſſionis fideicommiſſi in contractu diviſionis, in qua quidem cadere inter Contrahentes poteſt
64 læſio, quæ tamen nulla conſideratur in renunciatione facta à Religioſo volente ſeſe Bonis omnibus exſpoliare, & perpetuam paupertatem profiteri, ut benè, contrarias auctoritates explicando, traduot *Fuſar. conſ. 95. num. 22. & ſeqq., Altograd. ſen. conſ. 66. num. 3., Neguſanſ. in Silv. reſp. quæſt. 10. num. 3., Vaſq. de ſucceſſ. creat. §. 18. lib. 2. num. 100. cum duob. ſeqq., Ricc. in prax. vor. reſol. reſol. 347. n. 2. verſ. imò redditus, & num. 4., Gratian. diſcept. 568. num. 50., & egregiè Rota deciſ. 714. num. 9. part. 2. rec.* ibi = *Quia prædicta, prout ferè omnia alia in contra-*
65 *rium adducta, ponderari ſolent à Doctoribus ad effectum excludendi præſumptionem remiſſionis fideicommiſſi inter Dividentes Bona fideicommiſſo ſubjecta, in quibus terminis omnes ferè exadversò citati loquuntur, & non militant in renunciatione facta verbis adeò amplis à Muliere volente à ſe Bona abdicare, & perpetuam paupertatem profiteri, quo caſu ad hoc ut dicatur renunciatum fideicommiſſo, non ſolùm ſufficiunt verba generalia, & quæ tempus futurum reſpiciunt, ut ſupra probavi, ſed ſolet etiam ex veriſimili mente Renunciantis fieri latior interpretatio, atque hinc in ſimilibus renunciationibus non conſideratur læſio, etiam quod Renuncians, modico accepto, ſpem*
66 *opulentiſſimæ hereditatis, nec non ingens patrimonium præſens remiſerit* =.

Ex quibus pariter ſublata remanet altera contraria animadverſio, quod ſcilicet in caſu noſtro ſervata non ſit cenſura *Textus in leg. de his ff. de Tranſact.* diſponentis, non poſſe tranſigi de con-
67 troverſiis, quæ ex teſtamento pendent = *niſi cognitis, inſpectiſque teſtamenti verbis* =, quem *Textum* ad renunciationem Noſtri extendunt, ut videre eſt apud DD. ſupra allegatos in *§. Confir-*
68 *mantur hæc omnia verſ. maximè quia*; nam, præterquam quod non deſunt magni nominis DD., qui *Textum in d. leg. de his ff. de tranſact.* locum
69 ſibi vindicare minimè poſſe contendant in hujuſmodi renunciationibus, in quibus ceſſat ratio: ne quis ignoranter decipiatur, nec conſiderari poteſt odium occultantium teſtamenta, aut votum captandæ mortis, ut firmant *Gulielm. de Cun., Jacob. de Raven., Rayner., & Caſtrenſ. præcipuè ſub num. 4. in d. leg. de his, Soccin. jun. conſ. 116. num. 65. cum pluribus ſeqq., & num. 72. lib. 1., Thob. Non. conſ. 41. num. 17., Becc. conſ. 108. num. 26., & 27., plenè Menoch. conſ. 323. n. 57., Altograd. d. conſ. 66. num. 32., Odd. de probib. alienat. fideicom. quæſt. 4. art. 10. num. 102., Cutell. dec. 5. num. 38. & 39.,* illud certum, immo-
70 tumque eſt, quod hujuſmodi renunciatio ampliſſimis, atque effrænatis verbis, & clauſulis concepta fuit, ex quibus genericam, & præſumptam ſcientiam promanare, ſupra fuit demonſtratum, quamobrem curandum non eſt de præciſa
71 obſervantia formæ d. *legis de his*, quum renunciatum fuerit omni legum auxilio, & acceſſerit juramentum, ut huic objectioni occurrendo, ex communi, & magis communi ſententia, firmant *Alexand. conſ. 11. num. 14. lib. 2., Ruin. conſ. 152. num. 10. verſ. & etiam lib. 2., & conſ. 156. nu. 7. lib. 3., Curt. jun. conſ. 49. num. 15., Decian. conſ. 91. num. 37. & ſeqq. lib. 5., Mart. conſ. 139. n. 9., Altograd. conſ. 00. num. 33. lib. 1., Mantic. de tacit. lib. 26. tit. 2. num. 25. & 31., Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 594. num. 12., Cutell. deciſ. 5. num. 40. & 41., Rota deciſ. 714. num. 7. part. 2. rec., & poſt Salgad. in labyr. credit. dec. 25. num. 18.*
quinimmò, quando renunciatio, prout in noſtra 72
ſpecie, fuit ampliſſimè concepta, extendendam eſſe ad omnia jura, etiamſi de his non fuerit cogitatum, ex *Textu in leg. pluribus ff. de acceptilat.*, firmant *gloſſ. in leg. Emptor §. Lucius verb. in ſua cauſa ff. de pact., Bartol. in leg. ſi de certa nu. 1., & Jaſon. num. 3. Cod. de tranſact., Bald. in leg. tres Fratres num. 3. ff. de pact., & in leg. ſub prætextu num. 2. verſ. tradit., Cod. de tranſact.*, ubi, *quod ſibi imputare debet qui non cogitavit, ſub* 73
*verbis generalibus omnia comprehendi* =. *Alexand. conſ. 42. num. 1. lib. 1., & conſ. 11. num. 12. lib. 2., Cravett. conſ. 63. num. 14., Rota dec. 714. nu. 3. part. 2. rec., & poſt Salgad. in labyr. credit. deciſ. 25. num. 19.* Si quæ autem auctoritates in contrarium allegantur, quæ in terminis renunciationis factæ ex cauſa ingreſſus in Religionem firmant, fideicommiſſum nominatim non expreſſum comprehendi ſub renunciatione non poſſe, 74
eas quidem, ſi ſingillatim percurrantur, perſpicuum fiet, loqui de renunciationibus nullâ verborum amplitudine, ac generalitate conceptis, quæ autem non agunt de renunciatione ex cauſa ingreſſus in Religionem, ſed de renunciatione ex cauſa carnalis Matrimonii, applicari nullo pacto poſſunt noſtræ hypotheſi, quia, quum hæc ſtrictiſſimè, illa verò latiſſimè contra Renuncian- 75
tem accipiatur, ut diſtinguendo firmat *Rota in Romana Legitimæ 17. Junii 1701. §. Quibus coram clar. mem. Card. Caprara, in Romana Immiſſionis 22. Junii 1707. §. Abſque eo quod coram R. P. D. Lancetta, & in Eugubina Immiſſionis 11. Maii 1711. §. finali coram Rmo Kaunitz*, ar- 76
gumentum nullum de una ſpecie ad aliam deduci poteſt, ità quidem, ut beneficio iſtiuſmodi diſtinctionis conciliari contrarias omnes ſenten- 77
tias, & auctoritates, dicat *Rota coram Bich. dec. 632. in fine, & in Romana Hereditatis de Lanuviis apud Palm. nep. alleg. 295. num. 25.*

Jam verò, demonſtrato, fideicommiſſum Dionyſii Rodulphi comprehenſum fuiſſe ſub renunciatione P. Cajetani, ſi non expreſſim, ac nominatim, ſaltem per verba æquipollentia, & comprehenſiva, fruſtra idem P. Cajetanus obtendit Monaſterii ſui capacitatem, ſaltem ad effectum 78
vendendi: capacitas quippe Monaſterii minimè prodeſt, ubi interceſſit ampliſſima Monachi renunciatio, cujus vigore Monaſterium excluditur ab ea ſucceſſione, ad quam, ſecluſâ renunciatio- 79
ne, ex perſona ſui Religioſi admitteretur, *Conciol. alleg. 32. num. 11. & 12., Bottiber. de ſu. eccſ. cap. 2., Theorem. 49. num. 1. & 2., Merlin. Pignatell. cent. lib. 1. cap. 5. num. 1. & ſeqq., Rocc-*
*di-*

diſput. Jur. ſelect. cap.56. num.6., Palm. nep. al-
leg. 293. num.16., Torr. var. Jur. quæſt. tom. 2.
tit.7. quæſt.6. num.24. & ſeqq., R.P.D. Petra ad
conſtit. Apoſtol. tom.3. pag. 375. num. . . ., Rota
coram Bich. dec.586. num. 2. & ſeqq., & in Ro-
mana Immiſſionis 22. Junii 1707. §. Pariterque
coram R.P.D. Lancetta, & in d. Eugubina Im-
miſſionis 11. Maii 1711. §. Traxit in hanc ſenten-
tiam coram R̃mo Kaunitz.

Expeditâ prima inſpectione reſpiciente P.Ca-
80 jetanum, & Ven. Monaſterium Patrum Thea-
tinorum, progredimur ad petitionem heredum,
& ſucceſſorum Silvii nuper defuncti. Profectò,
ſi intueamur verba, quibus P. Cajetanus renun-
cians uſus fuit, ea importare ceſſionem, ſeu re-
nunciationem traoslativam videntur, ibi = Po-
nendoli reſpettivamente nel luogo, e ragioni ſue =
81 addiditque præterea clauſulam = Conſtitati =, ex
quibus translativam renunciationem effici, tra-
dunt Urceol. conſult.98. num.57. & ſeq., & Ro-
ta apud eumdem conſult.5. prima append.num.8. &
9., & num.37. & 38., Paulut. differt. 84. num.
116. & 117., clar. mem. Card. de Luca de re-
nunc. diſc.7. num.5., Palm. Nep. inter deciſ. per
eumdem recollect. deciſ.317. num.9. & 10., R.P.
D. Auſald. in addit. ad deciſ.90. num.38., & 39.
juxta Roman. edition. Nilque turbat, quod re-
nunciatio facta ex cauſa ingreſſus io Religionem,
82 ex veriori, & communiori ſententia dici debeat
abſtentiva, realis, & abdicativa: neque enim
83 repugnat, quod hujuſmodi renunciatio, quæ
ſive reſpectu cæterorum Bonorum, ſive ad ef-
fectum irrevocabilitatis, realis eſt, abſtentiva,
atque abdicativa, reſpectu verò aliorum effe-
ctuum, ſive Bonorum ſit translativa; diverſa
84 ſiquidem voluntas reſpectu diverſorum diverſos
operatur effectus, ac proindè renunciatio trans-
85 lativa, quoad effectus compatibilis eſt cum renun-
ciatione abſtentiva, & abdicativa; Donad. de
renunc. tom.1. cap. final. num.28. cum ſeqq., Mon-
tan. contr.10. num. 5. verſ. quo ſit, clar. mem.
Card. de Luca de renunc. diſc.4. num.17., diſc. 6.
num. 13., Torr. var. jur. quæſt. tom.1. tit. 7. qu.
24. num.32. §. Non in facto, & nu. 33. & pri is
de pact. futur. ſucceſſ. lib.2: cap.10. nu.53., Pau-
lut. differt.84. num.116., & ſeqq. & antè, A-
ctulin. reſol.40. num.45. Palm. Nep. in ejus alleg.
inter deciſ. per ipſum recollect. deciſ.317. nu.18.,
& 19.

Firmatâ ex his, ac conſtitutâ naturâ, & quali-
tate renunciationis translativæ, ſequitur, quod jus
86 illud, quod habere potuiſſet P. Cajetanus, ſi Re-
ligionem non fuiſſet ingreſſus, translatum fue-
rit in Renunciatarium, ejuſque heredes, ac ſuc-
ceſſores, Surd. conſ. 244. num. 20., Mart. de
ſucceſſ. legal. part. 1. quæſt. 14. art. 1. num. 11.,
Bellon. de jur. accreſc. cap.7. quæſt.40. num. 2. &
ſeqq., clar. mem. Card. de Luca de renunc. diſc.
3. num.5., & diſc.6. num.14., R.P.D. Auſald.
in addit. ad deciſ.90. num. 35., Rota deciſ. 112.
num.9. poſt diſcept. Contrii, & deciſ. 55. num. 7.
poſt Oleum de ceſſ. jur., & poſt D. Advoc. Con-
ſtantin. ad Stat. Urb. deciſ. 103. num. 16. Eòque
87 certius, quia Renunciatarius ſtipulatus eſt re-
nunciationem = Pro ſe, heredibus, & ſucceſ-
ſoribus = cujus clauſulæ vigore renunciationis
effectus tranſit ad heredes quoſcumque, quan- 88
tumvis extraneos Renunciatarii, ut concorditer
affirmant Rovit. conſ.42. num. 11. lib. 1., Surd.
conſ.20. num. 13. in fin., Fab. in Cod. lib. 2. tit.
3. deſin. 22. verſ. ſed ſi ut plerumque, Mart. de
ſucceſſ. legal. part.1., quæſt.14. art. 1. num. 11.,
Capyc. latr. conſul. 76. num. 53., & conſult. 77.
num. 30. & ſeq., Gratian. diſcept. 568. num. 5.,
Caren. reſol.245. num.6., Pacion. alleg. civil.,
& canon.93. num.16. & ſeqq., Palm. Nep. alleg.
293. num.16., latè Mell. ad Caſtill. de aliment.
cap.36. §.9. num.17., & trib. ſeqq., & num.26.,
& poſt ipſum Rota deciſ.49. nu.5., & in rec. dec.
587. num.3. part.1., deciſ.328. num.11. part. 12.,
deciſ.458. num.10. part.13., deciſ.269. num. 4.,
& 5. part.17., & apud Palm. Nep. alleg. 294.
num.17., & alleg. 295. num. 17. & 18., in Ro-
mana legitimæ coram R. P. D. Auſald. deciſ. 90.
num.24., & duobus ſeqq., in Romana Immiſſionis
22. Maii 1711. §. Neque attendi cum trib. ſeqq.
coram R̃mo Kaunitz.

Nec officere poſſe videtur, quod agatur de Bo-
nis fideicommiſſariis, quæ quum alienari ex pro-
hibitione Teſtatoris nequeant, transferri proindè 89
non poſſunt in Extraneos, qualis eſt D. de Savi-
nis heres Renunciatarii. Etenim, cum prohibi-
tio, quamvis effrænata alienationis comprehen- 90
dere minimè ſoleat alienationem commoditatis
fructuum, ad tradita per Molin. de Primog. Hiſ-
pan. lib.1. cap.20. nu. 11., Salgad. in labyr. cre-
dit. part.3. cap. 3. num. 47. & ſeqq., & cap. 15.
nu.9. & ſeqq., clar. mem. Card. de Luca de Feud.
diſc.61. num.18., & de fideicomm. diſc.195. num.
6., Rota coram Merlin. deciſ. 21. num. 6. uſque
ad fin., coram Card. Cerr. deciſ.92. nu.9. ad 16.,
& deciſ. 144. num. 5., & coram bon. mem. Eme-
rix Jun. deciſ.89. num. 1., & deciſ. 1179. num.
13., in rec. deciſ.275. num.26. part.9., deciſ.77.
num.4. part.17., & in Romana, ſeù Ariminen.
Fideicommiſſi 24. Martii 1710. §. Neque prædictæ
cor. R̃mo Kaunitz Epiſcopo Labacen. evidens, &
apertum redditur, quod renunciatio Bonorum fi- 91
deicummiſſariorum expreſsè alienari prohibito-
rum effectum ſuum operatur quoad fructuum
commoditatem, quæ ex perſona Renunciantis, do-
nec ille vixerit, tranſit in Renunciatarium, illiuſque
heredes, etiam Extraneos, clar. mem. Card. de 92
Luca de renunc. diſc.4. num.20., & diſc. 5. num.
9., Saminiat. cont.99. num.58. & ſeqq., Olea de
ceſſ. jur. tit.3. quæſt.4. num. 47., Torr. var. jur.
quæſt. tom.1. fol.324. num.50., Milanen. deciſ 8.
num.283. lib.1. deciſ. Sicil. apud clar. mem. Card.
de Luc. de Feud. num.111., Rota deciſ.16. num.
19. inter recollect. per Balducc. ad Ramon. tom.
2., & poſt Torr. de pact. futur. ſucceſſ. deciſ.127.
num.8. apud Paulut. differt.84. deciſ.1. num.15.,
& duobus ſeqq., coram bon. mem. Emerix Jun.
deciſ.893. num.3., & per tot., in Firmana ma-
nutentionis 5. Decembris 1701. §. Nec dicatur,
confirmata 24. Martii 1702. coram E̅mo Card.
Priolo, & ita Florentiæ judicatum fuiſſe, te-
ſtatur Urceol. de Transact. quæſt.54. nu.63. in fine.

Audi-

Additur his, quod, cum non agitur de fidei-
commiſſo conſervatorio, cui in caſum alienatio-
93 nis adjecta ſit pœna caducitatis, ſed de ſimplici
fideicommiſſo reſtitutorio in caſum mortis, in hac ſpecie non ſolùm fructuum commoditatem, ſed proprietatem ipſam fideicommiſſi licet alienare, atque hujuſmodi alienatio, vivente herede gravato, ſubſtinetur, &, adveniente dum-
94 taxat fideicommiſſi conditione, per ulteriores vocatos revocatur, prout, ex *Textu in leg. ult. §. Sin autem Cod. Commun. de legat., leg. ſervo legato 72. §. Primo ff. de legat. 1.*, benè diſtinguit *Gloſſ. in leg. Cum Pater 79. §. Libertis verb. ne ita alienarent ff. de legat. 2.*, *Rota coram Bich. deciſ. 350. num. 8., & ſeqq., & ad ornat. clar. mem. Card. de Luca in Mantiſſ. deciſ. 35. num. 19., & 20. de fideicomm.*

Atque hæc omnia validiùs confirmantur ex eo, quod, tametſi evinci poſſet, Teſtatorem, ſtrictiſſimè prohibendo alienationem, reſpexiſſe conſervationem agnationis, tum Dominum de Bonis, tum etiam Dominum de Rodulphis, quos ad controverſum fideicommiſſum invitavit,
95 nihilominus hujuſmodi agnationis contemplatio
nullo numero habenda eſſet ad effectum excludendi P. Cajetanum, ſive Monaſterium; nam, cum Religioſus, quouſque naturaliter vivit, retineat jura agnationis, & familiæ, capax proin-
96 dè eſt ſuccedendi etiam in fideicommiſſis agna-
titiis, & ex ejus perſona Monaſterium, ut notant *Bald. in leg. 1. num. 5. Cod. de Summ. Trinit.*, *Barboſ. de Jur. Eccleſ. univerſ. lib. 3. cap. 31. num. 9.*, *Tondut. reſol. benef. part. 3. cap. 142. num. 2.*, *Argel. de acquir. poſſeſſ. quæſt. 8. art. 26. nu. 578., & art. 28. num. 734.*, *clar. mem. Card. de Luca de fideicommiſ. diſ. 63. num. 9.*, *Torr. de Primogen. Ital. part. 1. quæſt. 11. nu. 28. & ſeqq.*, *Rota apud eumdem de pact. futur. ſucceſſ. deciſ. 64. num. 31. & 32., & in rec. deciſ. 433. num. 22., & deciſ. 438. num. 8., & 9. part. 12., deciſ. 57. num. 9. part. 13., deciſ. 392. nu. 4., & ſeqq. part. 14., & deciſ. 21. num. 31. part. 15.*, *in Reatina manutentionis, ſeù fideicommiſſi 31. Martii 1702. §. Prout neque coram Illmo Scotta Almæ Urbis Guber.*, *in Romana Caſalis Aguzuni 19. Junii 1705. §. Nec rationis in fine, & §. ſeq. coram bon. mem. Omanna, & in Romana fideicommiſſorum 20. Junii 1707. §. Quod locum obtinet coram R. P. D Aldrovando*. Si ergo etiam in fideicommiſſo
97 agnatitio poterat, durante vitâ Religioſi, ſuc-
cedere Monaſterium, nemo non videt, quod jus illud tranſire etiam poterit in Ceſſionarium, ſivè Renunciatarium, ejuſque heredes, & ſucceſſores, *Argel. de acquir. poſſeſſ. quæſt. 6. art. 27. nu. 712.*, *Palm. Nep. alleg. 153. num. 76., & ſeq.*, *Martill. deciſ. 153. num. 27.*, *Rota coram Dunoz. Jun. deciſ. 707. num. 12.*, *in dicta Reatina manutentionis, ſeù fideicommiſſi 31. Martii 1702. §. Juſtitia coram Illmo Scotto, in Piſauren. fideicommiſſorum 27. Aprilis 1703. §. Exordiendo coram R.P.D. Lancetta, & in dicta Romana fideicommiſſorum 20. Junii 1707. §. Diſtinctè ſiquidem coram R.P.D. Aldrovando*.

Urgent hæc quidem prò herede Renunciatarii, ſed tamen firmiora eſſe mihi videntur fundamenta, & jura Fideicommiſſarii. Omitto enim examinare qualitatem, ac naturam renunciationis, utrum nempe tranſlativa ſit, an extinctiva, ab hujuſmodi enim indagine quæſtionem noſtram pendere non credo; nam, admiſſo etiam per modum ſuppoſiti, quod Renuncians
transferre voluerit jus ſuum non in Renunciata- 98
rium dumtaxat, ſed in ejus heredes, etiam extraneos; jura tamen fideicommiſſi, de quo agitur, transferre in Extraneos nequivit, quum enim Fideicommittens quamcumque ſpeciem alienationis ſtrictiſſimè, ac ſæpius prohibuerit ob eam rationem diſertiſſimis verbis explicatam = *Perchè vuole, e la ſua volontà è, che la ſua eredità intera, e ſenza alcuna diminuzione in infinito ſi conſervi in detti ſuoi Eredi, e ſoſtituiti, come ſopra, chiamati, talmente chè la preſente proibizione vuole, & intende, che nelli Deſcendenti maſchi legitimi, e naturali del detto Signor Coſimo, e nelli Deſcendenti Maſchi parimente legitimi, e naturali della detta Signora Lucrezia ſua Sorella, come ſopra, chiamati, induca un puro, e ſemplice, ed aſſoluto fideicommiſſo di tutti i ſuoi Beni, & eredità* = procul dubio citrâ evertionem tam claræ, & manifeſtæ voluntatis Teſtatoris non potuit P. Cajetanus transferre hujuſmodi fideicommiſſum in Extraneum, *ad Text. in leg. Peto §. Fratre herede ff. de legat. 2.*, *Cyriac. contr. 403. num. 11.*, *Olea de ceſſ. jur. tit. 3. quæſt. 3. num. 10. verſ. Extraneo*, *Urceol. conſult. 85. num. 19., & 20.*, *Rota coram Card. Cerro deciſ. 286. num 23., & coram Emerix jun. deciſ. 702. num. 1., & in rec. deciſ. 277. num. 3. part. 8.*, *in Fauen. Primogenituræ 7. Maii 1700. §. Non attentâ coram clar. me. Card. Caprara, confirmata 3. Junii 1701. coram Emo Card. de la Tremoille, & in Ferrarien. Primogenituræ 4. Februarii 1709. §. Quo verò, & §. Ex eiſdem coram Rmo Molines, & in confirmatoria 9. Decembris 1709. §. Verùm nec ceſſio cor. Emo Card. Priolo*.

Niique turbat ſtipulatio renunciationis facta = 99
*pro ſe, heredibus, & ſucceſſoribus* = ea enim non operatur, niſi in Bonis indifferentibus, quorum capaces ſunt etiam Extranei, at aliter res ſe ha-
bet quoad Bona differentia, quorum reſpectu 100
comprehenſi dumtaxat intelliguntur ſub ſtipulatione capaces, & ex Teſtatoris diſpoſitione vocati, teſte *Rovit. conſ. 44. num. 27. lib. 1.*, *Surd. conſ. 517. num. 17., & ſeq.*, *Bero conſ. 106. num. 23. lib. 1.*, *Altograd. conſ. 43. num. 55., & 56. lib. 2.*, *Cyriac. contr. 4. num. 25.*, *Peregrin. de fideicomm. art. 52. num. 74. verſ. primus eſt*, *Montan. contr. 9. num. 4.*, *Galeott. contr. 21. num. 23. lib. 2.*, *Adden. ad deciſ. 523. num 118. num. 3. part. 4. rec.*, *clar. mem. Card. de Luca de renunc. diſc. 5. num. 4., & de fideicomm. diſc. 12. nu. 11.*, *Saminiat. contr. 100. num. 7. 11., & 12.* ibi = *Eò magis, quia, quando etiam Paciſcentes in ſtipulatione facta = Pro heredibus, & ſucceſſoribus = cogitare potuiſſent de perſonis extraneis, & incapacibus ejuſdem fideicommiſſi, etiam volentes, facere non potuiſſent, cum nihil tàm certum,*

quàm quod non liceat Poſſeſſori mutare, reſtrin-
gere, aut ampliare formas, vocationes, conditio-
nes, ſeù gravamina à Fideicommittentibus præ-
ciſè impoſita, etiam de conſenſu viventium in præ-
judicium vocatorum; Si ergò non potuiſſent, etiam
volentes, numquam ſupponi poteſt, quod renun-
101 ciationis beneficium extendere voluerint ad perſo-
nas incapaces, metiendo voluntatem à poteſtate =
Rota coram Dunoz. Jun. deciſ.641.num.19., &
coram ſan. mem. Alex. VIII. deciſ. 10. num. 20.
& 22., & in rec. deciſ. 160. num. 5. 6., & 10.
part.10., deciſ.40. num.13. & ſeq., & deciſ. 143.
num.14., & ſeq. part.12., dec.401. num.16. part.
13., deciſ.23. num.20. part.15., deciſ.81. num.14.
part.16., & in Faventina Fideicommiſſi 17. Ju-
nii 1695. §. Neque urgebat coram bon. mem. Ur-
ſina ibi = ejus tamen eſt, quoties, ut in caſu, re-
nunciatio fuit concepta non quoad bona indifferen-
tia, in quibus veniunt ex Jure Renunciantis he-
redes Bonorum, ſed prò fideicommiſſo, in quo jus
habebant tacitum capaces, & vocati, quibus id-
circò renunciatio profuit, non obſtante clauſulâ =
prò ſe, heredibus, & ſucceſſoribus quibuſcum-
que = quia illa reſtringitur juxtà ſubjectam mate-
riam, & in Bonis liberis; in fideicommiſſariis
verò verificatur ſolùm de capacibus, & ſucceſſivè
vocatis =

Neque verò colore ullo ſubſtineri poſſe vide-
tur iſtiuſmodi renunciatio, ſaltem reſpectu com-
moditatis fructuum, tum quia nec potuit, tum
etiam quia noluit Renuncians reſtringere renun-
ciationem ad ſolam fructuum commoditatem.
102 Non quidem potuit, quia, quando ſtrictiſſimè
vetita fuit omnis alienatio, etiam latè ſumpto
vocabulo, & redditâ ratione, ut hereditas inte-
gra, & abſque ulla diminutione conſervetur in
infinitum penes ſubſtitutos, tunc interdicta cen-
ſetur etiam alienatio commoditatis fructuum, ut
plenè tradunt Knipſchilt. de fideicomm. famil.nob.
cap.16. num. 337., & ſeq., Franc. Palm. conſult.
100. num. 17., & ſeq., Torr. de Primog. Ital.
part.1. cap. 31. §. 2. num. 44. verſ. & ego pariter
obtinui, Rota poſt eumdem de pact. futur. ſucceſſ.
deciſ. 210. §. finali, & coram Emerix ſen. deciſ.
164. num.4., in Romana Fideicommiſſi 27. No-
vembris 1702. §. finali coram Illmo Scotto, con-
firmata 27. Aprilis 1703. §. finali coram eodem,
& in Ferrarien. Primogenituræ 9. Decemb. 1709.
§. Nec obſtante ibi = Diſpoſitio enim locum habere
non poſſet, ſi alienari liceret commoditas perci-
piendi fructus, quum plenè, & integrè penes ſub-
ſtitutum Bona non conſervarentur =, & §. Maximè
coram Emo Card. Priolo; verba enim illa, &
103 quidem iterata = eredità intiera, e ſenza alcuna
diminuzione = præſeferunt omnimodam plenitu-
dinem, quæ contraria eſt diminutioni, ſicque
apertè demonſtrant, Teſtatorem noluiſſe, ſejun-
104 gi à Bonis jus percipiendi fructus, ſed omninò
voluiſſe Bonorum permanentiam apud vocatos,
tàm in proprietate, quam in fructibus, juxta te-
xtum in leg. videamus in 2. §. In Fariana ff. de
uſur., leg. cum oportet Cod. de Bon. quæ liber., Surd.
conſ. 116. num. 73., Peregrin. de fideicommiſſ.
art. 3. num. 96. in fin. verſ. quod ſi Teſtator, &
egregiè in terminis R. P. D. Fattinell. reſp. 48.
num. 21.

Eòque magis retinenda eſt hujuſmodi ſenten-
tia in noſtra hypotheſi, quia alioquin facile elu-
di poſſet mens, & voluntas Teſtatoris enixè
exoptantis integram, nullaque ex parte diminu-
tam continuationem penes ſubſtitutos; nuda
quippè proprietas, durante ſeparatione uſusfru- 105
ctus cauſalis à jure formali, remanet titulus inu-
tilis, & nomen vacuum, ineptum proindè, ac
inefficax ad ſubſtinendam Teſtatoris volunta- 106
tem, leg. antiquitas 14. Cod. de uſufruct. §. Uſuſ-
fructus in fine Inſtit. eodem tit., Gabr. conſ.69., Jo:
Franc. à Ponte lectur. feudal. 7. num. 63. & 64.,
Manſ. conſult.474. num.13., Saminiat. contr.87.
num.29., optimè R.D.P. Fattinell. reſp.48. num.
19., Rota deciſ.397. num.10. part.12., & dec.
8. num.2., & 3. part. 15. Ubi autem fieri poteſt
fraus voluntati Teſtatoris alienationem prohi-
bentis, etiam commoditatis alienatio interdicta 107
cenſetur, Bald. in Auth. hoc Jus num.8. Cod. de
ſacroſ. Eccleſ., R.P.D. Fatinell. reſp.49. num.11.
Quis enim recto ſenſu præditus affirmare um- 108
quam poterit, impleri mentem, voluntatemque
Teſtatoris, ſi fructuum commoditas per 50. vel
60. annos, quibus Renuncians naturaliter vive-
re poteſt, exiſtat penes extraneum Renunciata-
rium, aut Renunciatarii heredem, & interim
vocati ad fideicommiſſum carentes fructibus Bo-
norum ægeſtate fortaſsè ſordeſcant, totoque hoc
medii temporis ſpatio, familiæ ſplendorem con-
ſervare nequeant, nec Uxorem ducere poſſint
ad ſuſcipiendos liberos pro familiæ propagatione,
prout Teſtator exoptavit? Fab. in Cod. lib.6. tit.
22. de fin. 25. in princip., Pariſ. conſ.22. nu.9.,
& duobus ſeqq. lib.3., Dec. conſ.259. num.2. verſ.
eò maxime & nu.3., Altograd. conſ. 96. num.18.,
& 32. lib.1., Caſtill. quotid. contr. Jur. lib. 3.
cap.12. num.54., Molin. de Primogen. Hiſpan.
lib.1. cap.13. num. 90., & ſeqq., R.P.D. Fattinell.
d. reſp.48. num.19., & reſp.49. num.18.

Neque etiam voluit Renuncians cedere fru-
ctuum dumtaxat commoditatem, ex litera enim,
& tenore renunciationis perſpicuum redditur,
quod P. Cajetanus renunciavit = omnia Bona, ſuc-
ceſſiones, Jura, & actiones =, ex quibus ſanè ver- 109
bis aperte excluditur reſtrictio ad ſolam fructuum
commoditatem, ut benè firmatum fuit in Ferra-
rien. Primogenituræ 16. Febraarii 1705. §. finali
coram R.P.D. Anſald. impreſs. apud Paulut. diſ-
ſert.28. deciſ.1. num.37., confirmata 4. Febr. 1709.
§. Nec demùm coram Rmo Molines ibi = dum Hie-
ronymus non ceſſit commoditatem fructuum ad tem-
pus, & ſuâ vitâ durante, ſed ceſſit omnia, &
quæcumque Jura, & actiones, quæ ad dictam
primogenituram ſibi, ſuiſque ſpectare poterant fa-
vore Herculis Trotti, & filiorum, ac Deſcen-
dentium, chimericum apparuit hanc realem, &
perpetuam fideicommiſſi diſtractionem, & ceſſio-
nem reſtringere, ac limitare ad ſimplicem ceſſio-
nem commoditatis fructuum, idemque firmatur
ſub §. Tertiò, & certiùs, & benè in confirma-
toria 9. Decembris 1709. §. Ultra poteſtatem, &
ſeqq. coram Emo D. Card. Priolo, in Ferrarien.
Ali-

Alimentorum, & Dotium ſuper conſumptione De-
tractionum 11. Martii 1712. §. Abſque eo quod
coram eodem, Jura enim perpetua, quæ ceſſit,
110 adverſantur temporario commodo perceptionis
fructuum, clar. mem. Card. de Luca de Penſ. diſc.
18. num. 15. §. Et demùm, & num. 16., Rota de-
ciſ. 135. num. 4., & ſeqq. part. 17., in Romana
fideicommiſſi 27. Novembris 1702. §. Etenim co-
ram Illmo Scotto, confirmata 27. Aprilis 1703.
§. Altera verò coram Emo Card. Priolo. Quam-
111 obrem hujuſmodi renunciatio reſtricta ad ſor-
tem, trahi nequit ad fructuum commoditatem,
ac proindè, cum ſors tranſire nequeat in ex-
traneos heredes Renunciatarii, in eoſdem pariter
112 tranſire non poteſt fructuum commoditas, de
qua Renuncians nec ſenſit, nec loquutus eſt, Be-
ro conſ. 139. num. 3., & pluribus ſeqq. lib. 1., egre-
giè, R.P.D. Fattinell. reſp. 49. num. 10. §. Ete-
nim, Rota deciſ. 135. num. 4., & ſeqq. part. 7.,
& optimè coram Card. Cerro deciſ. 665. num. 17.
ibi = Non poteſt ſubſtineri reſpectu commoditatis,
& perceptionis fructuum, quia verba renunciatio-
nis explicitè loquuntur de Bonis, & hereditate,
nullo Jure reſervato, quæ verba tangunt ſubſtan-
113 tiam Bonorum, nec ad ſolam commoditatem poſ-
ſunt reſtringi, & hoc caſu tanquam donatio facta
114 plena Jure, redditur nulla in totum. =

Neque hoc caſu negotium ullum faceſſere po-
teſt, quod caducitatis pœna in caſu alienationis
115 adjecta minimè reperiatur, ea enim, etſi nomi-
natim, & expreſsè adpoſita non fuit, reſultat ta-
men ex effrænata illa alienationis prohibitione,
& enixa, ac ſæpiùs iterata voluntate conſervan-
di ſemper, & in infinitum Bona penes ſubſtitu-
tos, Emanuel. Peguer. reſol. forenſ. part. 4. num.
39. & ſeqq., Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 556. nu. 15.,
& quæſt. 712. num. 12., & 13., plenè Rota de-
ciſ. 116. ex num. 3. ad plures ſeqq. part. 17., & in
Ferrarien. Primogenituræ 9. Decembris 1709. §.
Quin urgeat in med. coram Emo Card. Priolo.
116 Expreſſio enim cauſæ perpetuæ conſervationis
Bonorum in familia, præciſivè ab ipſa pœna ca-
ducitatis, eumdem præſtat effectum, ac cadu-
citas, & datio ſubſtituti, ità quidem, ut ſtatim,
117 non expectatâ morte Gravati ſic alienantis, pro-
ximiores vocati ſuccedant, ut hiſce verbis tra-
dit Rota in dict. Ferrarien. Primogenituræ 9.
Decembris 1709. §. Quin urgeat in fine cor. Emo
Card. Priolo.

Prout etiam non officit, quod poſtremo loco
de ſucceſſione Religioſi, & Monaſterii in fidei-
commiſſis agnatitiis opponebatur; etenim au-
ctoritates in contrarium laudatæ loquuntur in
terminis fideicommiſſi relicti ſimpliciter Agna-
tis, ut patet ex earumdem lectura, non verò in
terminis fideicommiſſi ordinati cum ſtrictiſſima
118 prohibitione ob expreſſam rationem, ut heredi-
tas integra, & abſque ulla diminutione in infi-
nitum permaneret apud ſubſtitutos; hoc nam-
que caſu verior, ac rationabilior ſententia vide-
tur, quod, nè durante quidem vitâ naturali Re-
ligioſi, Monaſterium ſuccedere poſſit; nam, li-
119 cet Religioſus retineat jura familiæ, ea tamen
non retinet juxta voluntatem Teſtatoris, cum-
que ex alibi firmatis ſucceſſio immediatè, ac 120
rectâ viâ ad Monaſterium deferatur, Bona dici
nequeunt permanere apud ſubſtitutos, quemad-
modum votis omnibus Teſtator exoptavit, juxta
ea, quæ concorditer, ac ſolidè firmant Dec. conſ.
258. num. 2., Pariſ. conſ. 22. num. 9., & 10. lib.
3., Menoch. conſ. 722. num. 32. 33., & 41., &
præſumpt. 83. nu. 45. lib. 4., latè, & egregiè Al-
tograd. ſen. in Cauſa ei à Senatu Lucenſi delega-
ta, ubi ità judicavit, ut videre eſt apud eum-
dem lib. 2. conſ. 96. nu. 16. ibi = Quare is, qui Mo-
naſterium eſt ingreſſus, repellitur ab hoc fideicom-
miſſo agnatitio, non quidem ſecundùm prædictos,
ob eam cauſam, quod deſinat eſſe agnatus, aut ſit
incapax, aut prò mortuo habeatur, ſed idcircò
excluditur, quia non eſt talis agnatus, per quem
poſſit, ut Teſtator voluit, familia conſervari, aut
per quem Bona in familia conſerventur, cum per
Monachum Bona in familia non conſerventur, quia 121
per eum ſtatim acquiritur Monaſterio &c. = & ple-
nè num. 18. 19., & 20. in fin. num. 27., & 32. §.
Sed ratio verſ. ex qua quidem ibi = ex qua quidem
acquiſitione fieret, ut, vitâ Monachi durante, il-
la eadem Bona non conſervarentur in familia, &
hoc medio tempore, ſupprimeretur decus, ſplen-
dor, & nomen ipſius familiæ contra Teſtatoris vo-
luntatem &c., & infra ibi = Nec relevat, quod
acquiſitio non ſit perpetua, ex quo, Monacho de-
functo, Bona tranſeunt ad ſubſtitutum de fami-
lia, quia ſatis adverſatur perpetuæ conſervationi
Bonorum in familia acquiſitio, quæ interim, du-
rante Monachi vitâ, fieret per Monaſterium &c. =
& num. 38. 39., & per tot., ubi hanc quæſtionem
luculentiſſimè examinat, Covarruv. var. reſolut.
lib. 1. cap. 19. num. 11., Fab. in Cod. lib. 6. tit. 22.
defin. 25. ibi = Nec enim voluntatem Teſtatoris
habere videri poteſt is, per cujus perſonam fieri
nequit, ut Bona in familia conſerventur. Quare
nec illud admittemus, ut rerum fideicommiſſa- 122
riarum uſumfructum, quamdiù vivet, habeat, eaſ-
dem res poſt mortem ſuam ei, qui ex familia pro-
ximior tum erit, reſtituturus: fieret enim contra
voluntatem, ſi non haberet interea plenam pro-
prietatem is, qui ex teſtamento ad fideicommiſſum
admittendus eſt =, Peregrin. de fideicomm. art. 28.
n. 81., & 82., Fuſar. de ſubſtit. qu. 430. n. 2., Mantic.
de conject. lib. 8. tit. 12. num. 27., & 28. & lib. 11.
tit. 7. num. 21., & Rota coram eodem deciſ. 32.
num. 2., Adden. ad Pen. deciſ. 698. num. 2., San-
chez in Decalog. lib. 7. cap. 15. num. 31., Layman.
theolog. moral. lib. 3. ſect. 5. tract. 5. cap. 9. num. 7.
pag. 220. & ſeq., Caſtropal. part. 3. tract. 16. diſ-
put. 3. punct. 4. §. 3. nu. 3. pag. 278., R.P.D. Fat-
tinel. reſp. 48. ex num. 17. uſque in fin., & reſp.
49. num. 6. & ſeqq., & num. 12., qui in utroque
reſponſo latè, doctèque materiam expendit, &
pro veritate reſpondit, Franch. deciſ. 29. à num.
3. ad fin., Rota in rec. deciſ. 135. num. 17. part. 7.
ibi = Reſultat excluſio Monaſterii, ſtante ratione
adducta à Teſtatore in teſtamento, ut Bona perpetuò
conſerventur inter perſonas inſtitutas, & ſubſtitu-
tas, eò quia præcipua ipſius intentia fuit, ut Bona
ſua perpetuò nedum conſerventur, ſed etiam per-
veniant ad Inſtitutos, & ſubſtitutos, ut in fami-

*lia Teſtatoris conſerventur, quo caſu, licèt Joannes ſit agnatus, & retineat Jura familiæ, tamen, cum ipſe ſit incapax retentionis Bonorum, eoque interim non conſervarentur in familia, ſed penes Monaſterium, non verificaretur enixa voluntas Teſtatoris, ut Bona perpetuò conſervarentur in familia, & inter perſonas vocatas* = & num. 19. ibi = *Atque ità omnia in contrariam deducta non applicantur huic caſui, cum loquantur, & procedant, quando ex verbis Teſtatoris contrarium non apparet; quando verò conſtat de enixa voluntate Teſtatoris, ut Bona perpetuò conſerventur in familia, & inter perſonas vocatas, tunc, neque vivente Monacho, poteſt Monaſterium retinere, quia interim, quando Bona ſunt penes Monaſterium, non conſervantur in familia &c.* = & latè *cor. Card. Celſo deciſ. 339. num. 3., & 4.* Et rectè quidem, quia, quando Teſtatoris voluntas aut expreſſe, aut etiam tacitè reſiſtit, tunc Religioſum, aut Monaſterium
123 ſuccedere minimè poſſe, tradunt *Bartol. in leg. Deo nobis num. 1. verſ. item ingreſſus Cod. de Epiſcop. & Cleric., Dec. conſ. 259. num. 2. verſ. ratio illa, quæ ſubjicitur, Guttierez canonic. quæſt. lib. 1. cap. 32. num. 29. in fine, Covarruv. var. reſol. lib. 1. cap. 19. num. 11. verſ. quia & idem, Altograd. conſ. 96. num. 36., & ſeqq., Mantic. de conject. lib. 8. tit. 12., num. 25., Caſtill. quotid. contr. tom. 6. cap. 162. num. 20., & ſeq., Caren. reſol. 153. num. 5., & 6., Rodulphin. alleg. 120. num. 1., & per tot, R.P.D. Petro ad Conſtit. Apoſtol. to. 3. pag. 356. num. 35., & pag. 369. num. 53.*

At verò, ſi à fideicommiſſo, de quo agitur, inſpectâ ejuſdem naturâ, & qualitate, ac ſpectatâ etiam voluntate Teſtatoris, excludendum eſſet Monaſterium, & Religioſus, quamvis jura familiæ retineat, quis non videt, quanto potiori jure excludi debeat aut Renunciatarius, aut
124 Renunciatarii heres prorſus extraneus? ut à fortiori arguunt *R. P. D. Fattinell. in ſæpè laudato reſponſo prò veritate edito 48. nu. 17. in fine*, ibi = *Si ergò incapax Monachus, quamvis agnatus, & de familia, & ex ejus perſona incapax Monaſterium, multò magis incapax erit Renunciatarius Teſtatori omninò extraneus* = & *reſp. 49. num. 18. in princip., R.P.D. Petra ad Conſtit. Apoſtolicas tom. 3. pag. 369. nu. 55. in fine, Rota coram Card. Cerro deciſ. 956. num. 10.* ibi = *Neque Renunciatariis in aliquo ſuffragatur dicta renunciatio, quia, ſtante ſtrictiſſimâ prohibitione alienationis non poſſunt Bona controverſa tranſire ad illos contra expreſſam voluntatem Teſtatoris, qui voluit, illa perpetuò ſtare, & manere penes Inſtitutos, & ſubſtitutos* = quibus minimè adverſantur auctoritates allegatæ in §. *Nec officere* in fine. Illæ enim locum ſibi vindicant eo dumtaxat caſu, quo Te-
125 ſtatoris voluntas non repugnat, quominùs fideicommiſſum permanere poſſit etiam apud Religioſum, ſive Monaſterium, ut cuique legenti patebit; at aliter res ſe habet, quando ex Teſtatoris mente, ac voluntate fideicommiſſum nequit à Religioſo, aut Monaſterio detineri, prout contingere in noſtra hypotheſi ſuperiùs abundè, ni fallor, demonſtratum eſt.

## *Cortonen. Fideicommiſſi.*

Novo hìc examini ſubjectâ alterâ ex quæſtionibus in ſuperiore Voto pertractatis, reſolvitur, renunciationem, licèt concertam cum clauſula = *pro ſe, heredibus, & ſucceſſoribus* = haud prodeſſe heredi extraneo Renunciatarii, ut uſumfructum, ad vitam Renunciantis, valeat adquirere in Bonis fideicommiſſi expreſſim alienari prohibitis, & perpetuò in familia conſervandis; Renunciatio quando abdicativa, & extinctiva, & quando tranſlativa cenſenda ſit?

## VOTUM V.

1 *Renunciatio tranſlativa favore Patris, Fratris, eorumque heredum, ac ſucceſſorum operatur tranſlationem in heredes etiam extraneos; intellige ut* num. 30., & 31.

2 *Renunciatio ex cauſſa ingreſſus in Religionem cenſenda eſt realis, abſtentiva, atque abdicativa.*

3 *Renunciatio una, atque eadem non repugnat, quod realis, abſtentiva, atque abdicativa ſit reſpectu Renunciantis, quo verò ad perſonas contemplatas tranſlativa*, & vid. num. 34., & 35.

4 *Renuncians ex cauſſa ingreſſus in Religionem abdicat ſeſe omnibus terrenis Bonis.*

*Et nec ipſe, nec Monaſterium ad Bona renunciata poteſt redire*, ibid.

5 *Renuncians ex cauſſa ingreſſus in Religionem non impeditur, quominus jura ſua in quempiam transferat effectum habitura, etiam in heredibus Renunciatarii.*

6 *Renunciatio favore venientium ab inteſtato, tranſlativa nequit dici.*

7 *Renunciatio facta Bonis, nonniſi ex perſona Patris ad Fratrem renunciatarium deferendis, tranſlativa dicitur.*

8 *Voluntas à poteſtate metienda eſt.*

9 *Fructuum commoditas poteſt in Extraneum transferri, licèt omnis alienatio fuerit prohibita.*

10 *Renunciatio tranſlativa Bonorum alienari prohibitorum intelligitur quoad commoditatem fructuum donec Renuncians vixerit.*

11 *Renunciatio tranſlativa, nonniſi in Bonis jam quæſitis, ac delatis verificari poteſt.*

12 *Renunciatio, quoad Bona in futurum devolvenda, abdicativa, atque extinctiva dicitur.*

13 *De renunciatione abdicativa, atque extinctiva agere cenſentur Partes voluiſſe, ſi res erat de ſimplici ſpe nondum radicata.*

14 *Procedit, licèt adhibitæ fuerint clauſulæ ceſſionem, & tranſlationem præſeferentes.*

15 *Clauſulæ ceſſionem, & tranſlationem præſeferentes, in renunciatione abdicativo, referri debent ad Bona jam quæſita, non ad quærenda.*

16 *Singula ſingulis, & congrua congruis referenda ſunt.*

17 *Iis*

17 *In eodem renunciationis Inſtrumento poteſt, ratione diverſorum Bonorum, duplex dari renunciationis ſpecies, extinctiva ſcilicet atque abdicativa*, & num. 18.

19 *Renunciatio quoad Bona fideicommiſſaria expreſſim alienari prohibita, ac in futurum devolvenda, abdicativa, atque extinctiva cenſenda eſt.*

20 *Per renunciationem nequit in Extraneum transferri fideicommiſſum expreſſim alienari prohibitum, & perpetuò in familia conſervandum.*

21 *Procedit, licèt facta ſit in perſonam non prohibitam.*

22 *Fideicommiſſum alienari prohibitum ubi in Extraneum translatum eſt, contraventum dicitur voluntati Teſtatoris.*

*Illudque à ſubſtitutis vindicari poteſt*, ibid.

23 *Renunciatio ſtipulata cum clauſula* = pro ſe, heredibus, & ſucceſſoribus =, *etiam Extraneos comprehendit.*

24 *Intellige, quoad Bona differentia.*

25 *At ſecus eſt quoad Bona indifferentia, atque expreſſim alienari prohibita, horum enim reſpectu intelligitur pro heredibus ſanguinis, ibid, &* num. 26., & ſeq.

*Procedit id, ſtante etiam conſenſu viventium, ſeu Patris acceptatione* num. 27., & 28.

26 *Poſteſtor nequit alterare, reſtringere, aut ampliare gravamina à Fideicommittente impoſita.*

29 *In renunciatione comprehenſa ea Bona non cenſentur, quorum comprehenſio Renunciatario non prodeſſet, ac Renuncianti caducitatem pareret.*

30 *Donari, vendi, ac transferri valet ſpes, ex* Text. in leg. ſpem Cod. de donat.

*Ex eodem tamen* Textu *non benè infertur, poſſe in Extraneum transferri ſpem Bonorum alienari prohibitorum*, ibid.

31 *Et* Card. de Luc. de renunc. diſc. 4. *contrarium ſuſtinens reprobatus fuit à* S. Rota, & num. 65.

*Alibi verò idem Auctor ab ea ſententia receſſiſſe videtur* num. 33., & 66.

32 *A Tribunalibus decreta quæ ſunt, non quæ ab Advocatis ad opportunitatem deducta fuerunt, debent ſpectari.*

34 *Renunciatio ſimul extinctiva, atque translativa quod non repugnet, procedit, cum ita accipitur, ut extinctiva dicatur quoad Bona quærenda, translativa verò quoad Bona jam quæſita.*

35 *Vel cum, quoad Bona etiam quærenda, translativa eo modo cenſeatur, ut Extraneis nequeat prodeſſe*, & num. 36.

37 *Renunciatio Bonorum maternorum Renuncianti jam delatorum facta favore Patris, translativa dicitur.*

38 *Renunciatio favore Patris facta de ipſius Patris hereditate, abdicativa cenſetur, atque extinctiva.*

39 *Translativa enim ejus juris, quod filius non habet, nequit eſſe.*

40 *Renunciatio Bonorum Avunculi Renuncianti deferendorum facta favore Fratris, abdicativa, atque extinctiva cenſenda eſt*, & num. 43.

41 *Renunciatio, quæ non ſit facta uni ex Coheredibus, aut immediatè ſucceſſuro, translativa dicitur.*

42 *Renunciatio nequit dici eximere Renunciantem à Bonis renunciatis, niſi translativa ſit.*

44 *Pater Bonis Filio quærendis independenter ab ejus perſona, gravamen nullum poteſt adjicere.*

45 *In renunciatione ampliſſimis verbis concepta comprehenditur fideicommiſſum, licèt non expreſſum.*

46 *Per renunciationem emiſſam ex cauſa ingreſſus in Religionem, uſusfructus fideicommiſſi nequit dici, ad vitam Renunciantis, translatus in heredes Renunciatarii*, & num. 47., & 55.

48 *Alienationis prohibitio facta, ut integra hereditas in familia conſervetur, cenſetur commoditatem etiam fructuum reſpicere.*

49 *Verba* = eredità intiera ſenz' alcuna diminuzione = *præſeferunt omnimodam plenitudinem diminutioni contrariam.*

50. *Bonaque cenſentur apud vocatos eſſe debere, tàm in proprietate, quàm in uſufructu.*

51 *Proprietas abſque fructibus remanet titulus inutilis, ac nomen vacuum.*

52 *Teſtatoris mandantis integram Bonorum in familia conſervationem fraudaretur voluntas, ſi à proprietate ſepararentur fructus.*

53 *Sique iſti apud Extraneum exiſterent.*

54 *Auctoritas inſignis Doctoris latè, ac doctè materiam expendentis plurimùm attendenda eſt.*

55 *Renunciatio facta omnibus Bonis, juribus, & actionibus, reſtricta non cenſetur ad ſolam fructuum commoditatem.*

56 *Verba* = omnia Bona, ſucceſſiones, jura, & actiones = *rei ſubſtantiam connotant.*

57. *Ceſſio jurium perpetuorum adverſatur temporario fructuum emolumento.*

58 *Renunciatio reſtricta ad ſortem fideicommiſſi, trahi nequit ad fructuum dumtaxat commoditatem*, & num. 61.

59 *Renunciatio non ſuſtinetur quoad commoditatem fructuum in Bonis alienari prohibitis, ſi de ea Renuncians nec ſenſerit, nec ſit locutus.*

60 *Donatio facta pleno jure, redditur nulla in totum.*

62 *Religioſus, quouſque vivit; jura agnationis, & familiæ retinet.*

63 *Renunciatio ex cauſa ingreſſus in Religionem eò minùs in Bonis fideicommiſſi ſuſtinetur quoad medietatem fructuum; ſi cum Extraneo, non cum Monaſterio agatur.*

66 *Renunciatio translativa nequit verificari, niſi de juribus ſubſtantiatis in perſona Renunciantis.*

67 *Res*

67 *Rei meæ quod mea amplius fieri poſſit, & per alium ad me transferri, repugnat.*

68 *Renunciatio Bonorum fideicommiſſi, quoad Renunciatarium illorum dominium, nil aliud præſefert, quam juris à Renunciante ſperati remiſſionem, ſeù extinctionem.*

69 *Renunciatio Bonorum alienari prohibitorum ſuſtinetur quoad commoditatem fructuum ad vitam Renunciantis, ſi ei à Teſtatore libera fructuum diſpoſitio relicta eſt.*

70 *Secus, ſi fuit prohibita.*

Etsi ex iis, quæ in præteritis ſcriptis abundè deduximus, ſatis conſtabilita videri poſſit petitio D. Franciſci Rodulphi, tamquam vocati ad fideicommiſſum à bo. me. Equite Dionyſio Rodulphi ordinatum; nihilominus tamen ea hodie in controverſiam adducitur à ſapientiſſimis Judicibus, qui in ſuis doctiſſimis dubitationibus inquiunt, nondum diem veniſſe, nec adhuc conditionem extitiſſe vocationis dicti Franciſci ob eam rationem, quod, cum adhuc in humanis agat P. Cajetanus Rodulphi, qui, antequam Ordini Theatinorum nomen daret, translativam fecit renunciationem ſavore Patris, Fratris, eorumque heredum, ac ſucceſſurum, illud idcircò jus, quod habere potuiſſet P. Cajetanus, ſi Religionem minimè fuiſſet ingreſſus; translatum fuerit in Renunciatarios, eorumque heredes, ac ſucceſſores quantumvis extraneos, quales eſt D. de Savellis heres Silvii Rodulphi poſtremo
1 loco defuncti, ex *Text. in leg. ſpem Cod. de Donat., clar. me. Card. de Luca de renunc. diſc. 4. n. 17., & diſc. 6. num. 18. verſ. pariter.*

Nilque referre arbitrantur, quod illa, de qua
2 agitur, renunciatio, utpotè facta ex cauſa ingreſſus in Religionem, cenſenda ſit realis, abdicativa, atque abſtentiva; neque enim pugnare dicuntur hæc inter ſe, quod nempe renunciatio ſit realis, abſtentiva, & abdicativa reſpectu Renun-
3 ciantis, eademque ſit etiam translativa reſpectu perſonarum in renunciatione contemplatarum, allegando *clar. mem. Card. de Luca de renunc. diſc. 1. num. 9., Bertachin. vot. 37. num. 5., Rota in Romana Hereditatis de Lannviis apud Palm. nep. alleg. 295. num. 9., & ſeqq., & ad ornat. clar. me. Card. de Luca de Fideicom. deciſ. 20. num. 11. & ſeq.*, eâ ſcilicèt ſatis clarâ, prævalidâque ratione,
4 quod Renuncians abdicat quidem ſeſe terrenis omnibus, itaut nec ipſe, nec ex ejus perſona Monaſterium poſſit ampliùs ad Bona renunciata re-
5 dire, ſed hoc tamen minimè impedit, quominùs jura ſua in quempiam transferat, eademque effectum in perſona Renunciatarii, ejuſque heredum ſortiantur, ex *Rota in dicta Romana Hereditatis de Lannviis penes Palmam.*

Eòque certiùs hæc procedere affirmant in noſtra hypotheſi, quia renunciatio facta non legitur
6 favore venientium ab inteſtato, quo caſu dubitari juſtè poſſet de qualitate translativa renunciationis, per ea, quæ ponderat *Rota Lucen. apud Palm. nep. alleg. 299. num. 24. & ſeqq.*, ſed reſpectu quorumdam Bonorum facta eſt favore Patris dumtaxat, tametſi adeſſet etiam Frater, qui ſaltem in Bonis maternis unà cum Patre ſucceſſiſſet, & reſpectu Bonorum Avunculi facta eſt ſavore
Fratris tantùm. Quamobrem, cum Renuncians 7
inteſtatæ ſucceſſionis ordinem interverterit, ita quidem, ut Silvius frater, qui ex teſtamentaria Fideicommittentis diſpoſitione in Fratris mortui, vel incapacis locum ſucceſſiſſet, nonniſi tamquam heres Patris, ſucceſſerit, fruſtra proinde D. Franciſcus Rodulphi vindicare contendit controverſa Bona tamquam fideicommiſſaria Dionyſii, dum à Silvio poſſidebantur, uti provenientia ab hereditate Patris, ex *Rota in Bononien. Fideicommiſſi de Ghiſellis 3. Julii 1687. coram clar. me. Card. Caccia apud Palm. nep. alleg. 297. num. 7. & ſeqq., & in ejus confirmatoria ibidem impreſſa alleg. 298., & poſt Torr. de pact. futur. ſucceſſ. dec. 223. num. 7.*

Hac autem translativæ renunciationis qualitate firmatâ, ac conſtitutâ, tametſi alienatio fuerit in caſu noſtro ampliſſimis verbis, effrænatiſque clauſulis prohibita, non idcircò purificatum
dici poſſe ajunt fideicommiſſum favore D. Fran- 8
ciſci Rodulphi ſubſtituti: etenim, cum juxta immotas Juris noſtri regulas uniuſcujuſque voluntas ex poteſtate metienda ſit, cumque commoditas
percipiendi fructus transferri poſſit in Extraneum, 9
quamvis alienatio omnis fuerit ſtrictiſſimè prohibita, translatio proindè facta cenſetur quoad
commoditatem percipiendi fructus, durante vitâ 10
Renunciantis, prout fieri poterat, teſte *clar. me. Card. de Luca de renunciat. diſc. 6. num. 18. verſ. pariter., Rota in Firmana Manutentionis 5. Decembris 1707. coram E.mo Card. Priolo, & poſt Torr. de pact. futur. ſucceſſ. dec. 127. num. 7.*

Satis hæc quidem primo rei obtutu urgere poſſe videntur: verumtamen, ſi rem attentiùs expendamus, iſtiuſmodi diſcurſus nullatenùs ſubſiſtere comperietur: & quidem accedendo propius ad ſingulas propoſitæ objectionis partes, dicimus, primam vel in facto non ſubſiſtere, vel in jure non officere. Quod attinet ad factum, cum duplicis generis Bona in renunciationem Partes deduxerint, materna nempe, quæ jam delata, & quæſita fuerant, & alia quæcumque Bona, quæ in futurum deferenda, ac devolvenda erant; hinc ſequitur, quod, ſi quæ translativa renunciatio adeſſe in caſu noſtro dici poteſt,
ea referri omninò debet ad Bona dumtaxat jam 11
delata, ac devoluta, cum talis renunciatio in iſtiuſmodi Bonis ſuâpte naturâ verificetur, ad tradita per *Giovagnon. reſp. 91. num. 18. & ſeq., lib. 1., Donad. de renunc. cap. 50. num. 28., Andreol. contr. 310. n. 13., Montan. contr. 10. n. 5., Bottiglier de ſucceſſ. ab inteſt. Theor. 49. n. 18., clar. me. Card. de Luca de renunc. diſc. 8. num. 6., diſc. 12. num. 8., Torr. de pact. futur. ſucceſſ. lib. 2. cap. 1. num. 43., Urceol. conſult. 93. n. 61., Calderon. reſol. 1. n. 20., Rota apud Manſ. conſult. 258. num. 40., & coram Bichio dec. 631. num. 10.*, reſpectu verò aliorum Bonorum in futurum devol-
vendorum celebrata dicenda eſt renunciatio 12
abdicativa, & extinctiva, quia, cum ageretur de conditione non certò extitura, ac de ſpe nondum radicata, præſumi nequit, Partes agere voluiſ-

13 luiſſe de renunciatione translativa, ſed egiſſe, cenſendum eſt de abdicativa tantummodo, & extinctiva, ut inquit *Bartol. in leg. Is poteſt* 18. *poſt num.* 13. *verſ. Tù dic. ff. de acquir. heredit.*, *Caſtrenſ. in l. ſi actionem* 24. *num.* 2. *Cod. de pact.*, *Aretin. conſ.* 91. *n.* 2. *verſ. his tamen uſque ad* 4., *Gallerat. de renunc. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 20., *Miſſin. de confiſc. quæſt.* 45. *n.* 77., *Malpheſ. ad conſuetud. Neapol. tit. de renunc. quæſt.* 6. *num.* 32., *Manſ. conſult.* 40. *num.* 143., *Torr. de pact. futur. ſucceſſ. lib.* 1. *cap.* 23. *num.* 23. *& ſeqq.*, *& var. Jur. quæſt. lib.* 1. *tit.* 2. *quæſt.* 24. *fol.* 321. *num.* 24.,
14 *& fol.* 323. *n.* 38., idque juſtum locum ſibi vindicat, tametſi inſtrumento renunciationis inſertæ legantur clauſulæ ceſſionem, & translationem
15 præſeferentes, quia hæ ſunt omninò referendæ ad Bona jam quæſita, non autem ad illa, quæ nondum delata, nec quæſita ſunt, ita præcipien-
16 te illâ juris noſtri regula, quâ edocemur, ſingula ſingulis, & congrua congruis eſſe referenda, quam in propoſito expendunt *Tiraquell. in leg.*, *ſi umquam verſ. Donatione largitus num.* 147. *verſ. ſed hac.*, *Corn. conſ.* 147. *col.* 2. *lib.* 1., *& conſ.* 206. *nol.* 8. *in fin. lib.* 3., *Odoard. conſ.* 132. *num.* 2. *verſ. & notentur.*, *Montan. contr.* 10. *num.* 5. *verſ. quo fit*, *Georg. alleg.* 29. *n.* 18., *Caren. reſol.* 69. *n.* 12., *Spadaz. Theatr. vidual. diſquiſ.* 67. *num.* 155., *Carol. Anton. de Luca ad Franch. dec.* 89. *num.* 8. *circ. med.*, *Manſ. conſult.* 296. *num.* 3., *Torr. var. jur. quæſt. lib.* 1. *tit.* 2. *quæſt.* 24., *& num.* 25. 28. 29. *&* 36., Neque enim repugnat, quod in eodem
17 renunciationis inſtrumento concurrere poſſit hæc Bonorum diverſitas, ac plures jungi queant renunciationum ſpecies, quarum una ſit extinctiva, alia translativa, teſte *Montan. contr.* 10. *num.* 5. *verſ. quo fit*, *clar. me. Card. de Luca de renunc. diſc.* 6. *num.* 13., *& optimè Torr. var. jur. quæſt. lib.* 1. *tit.* 2. *quæſt.* 24. *num.* 33. ubi, quod eadem re-
18 nunciatio utramque naturam reſpectivè habere poteſt, translativæ, & extinctivæ; primam ſcilicèt in Bonis, & juribus jam quæſitis, ac de præſenti competentibus, alteram verò in illis de futuro.

Fortiùs verò hæc urgent in caſu noſtro, quia, cum Bonis in futurum devolvendis accenſeren-
19 tur etiam Bona fideicommiſſaria ſtrictiſſimè alienari prohibita, dicendum procul dubio eſt, renunciationem, quod illa factam fuiſſe per viam abſtentionis, abdicationis, ac repudiationis, ut ita ſuo quiſque ordine ex teſtamento vocatus ſuccedere poſſet, non verò per viam ceſſionis, & translationis, cujus vigore contraventum dici poſſet voluntati Teſtatoris, quod in Renunciante delictum redolet, ut optimè conſiderat *Torr. var. Jur. quæſt. loco proximè citato num.* 47.

Minùs verò officeret in Jure translativa renunciatio, tametſi deviando à ſuperiùs relata D. D. traditione, illam ad Bona etiam futura porrigeremus. Etenim, cum Dionyſius Rodulphi Teſtator quamcumque alienationis ſpeciem ſæpè ſæpiùs ſtrictiſſimè prohibuerit, prohibitionique rationem illam adjecerit = *Perchè vuole, e la ſua volontà è, che la ſua eredità interamente, e ſenza alcuna diminuzione in infinito ſi conſervi in dd. ſuoi eredi, e ſoſtituiti, come ſopra, chiamati, talmente, che la preſente proibizione vuole, e intende, che nelli Deſcendenti maſchi parimente legitimi, e naturali di detta Signora Lucrezia ſua ſorella, come ſopra, chiamati, induca un puro, ed aſſoluto fideicommiſſo di tutti i ſuoi Beni, e* 20
*eredità intera &c.* = in dubium profectò venire nequit, quin P. Cajetanus vigore talis renunciationis nequiverit iſtiuſmodi fideicommiſſum in Extraneum transferre, ut, ex *Textu in lege Peto §. Fratre ff. de legat.* 2., communiter tradunt *Bartol. in leg. qui Romæ §. Duo fratres num.* 24. *ff. de verb. obligat.*, *& in leg. Gallus §. Et quid ſi parente num.* 4. *ff. de liber.*, *& Poſth.*, *Peregrin. de Fideicom. art.* 52. *num.* 73. *& ſeqq.*, *Cyriac. contr.* 403. *num.* 11., *Olea de ceſſ. Jur. tit.* 3. *quæſt.* 3. *num.* 10. *verſ. extraneo*, *& tit.* 3. *quæſt.* 4. *n.* 47., *Urceol. conſult.* 85. *n.* 19. *&* 20., *clar. me. Card. de Luca de renunc. diſc.* 5. *n.* 4., *Rota poſt Torr. de Primog. Ital. deciſ.* 45. *n.* 6. *&* 7., *coram Card. Cerro dec.* 285. *n.* 23., *& deciſ.* 356. *num.* 10. ibi = *Neque Renunciatariis in aliquo ſuffragatur dicta renunciatio, quia, ſtante ſtrictiſſima prohibitione alienationis, non poſſunt Bona controverſa tranſire ad illos contra expreſſam voluntatem Teſtatoris, qui voluit, illa perpetuò ſtare, & manere penes inſtitutos, & ſubſtitutos* =, *coram Emerix jun. deciſ.* 702. *num.* 1., *in rec. dec.* 277. *num.* . *part.* 18., *optimè poſt Torr. de pactis fut. ſucceſſ. dec.* 63. *num.* 6. *&* 7., *& dec.* 64. *num.* 22., *in Fanen. Primogenituræ* 7. *Maii* 1700. *§. Non attenta coram clar. me. Card. Coprara*, *confirmata* 3. *Junii* 1701. *coram Emo Card. dela Tremoille*, *in Ferrarien. Primogen.* 4. *Febr.* 1709. *§. Quo verò*, *& §. Ex eiſdem coram Rmo Molines Dec.*, *& in illius confirmatoria* 9. *Decembris ejuſdem anni §. Verùm nec ceſſio coram Emo Card. Priolo.* Atque hæc quidem ju-
ſtum locum ſibi vindicant, tametſi renunciatio 21
fideicommiſſi facta ſit in perſonam non prohibitam; etenim ſtatim ac ab ea in Extraneum Bona
devenerunt, contraventum dicitur menti, vo- 22
luntatique Teſtatoris, fitque locus Subſtitutis, qui extemplo Bona poſſunt vindicare, ut totidem ferè verbis reſpondit *Rota dec.* 457. *n.* 3. *part.* 13., *& dec.* 63. *num.* 1. *&* 5. *part.* 14. *rec.*

Parvique refert, quod in renunciatione adſit
ſtipulatio = *Pro ſe, heredibus, & ſucceſſoribus &c.* = 23
quorum nomine quilibet extraneus comprehen-
ſus cenſeri poſſit; talis quippè ſtipulatio opera- 24
retur quidem effectum ſuum in Bonis indifferentibus, modò aliqua adeſſent, quorum capaces ſunt etiam Extranei; at aliter res ſe habet quo-
ad Bona differentia, & ſpecialiter, ſtrictiſſimè- 25
que alienari prohibita, quorum reſpectu contemplati, ac comprehenſi intelliguntur in ſtipulatione capaces dumtaxat, & ex judicio Teſtatoris ad ſucceſſionem invitati, *Rovit. conſ.* 44. *n.* 27. *lib.* 1., *Bero conſ.* 106. *num.* 23. *lib.* 1., *Surd. conſ.* 517. *n.* 17. *& ſeq.*, *Altograd. ſen. conſ.* 43. *n.* 55. *&* 56. *lib.* 2., *Cyriac. contr.* 4. *num.* 45., *Peregrin. de Fideicom. art.* 52. *n.* 74. *verſ. primus eſt*, *Montan. contr.* 9. *num.* 4., *Capyc. Galeott. contr.* 21. *num.* 23. *lib.* 2., *Addon. ad dec.* 523. *n.* 118. *part.* 4. *rec.*

rec. tom. 3., clar. me. Card. de Luca de renunc.
diſc. 5. num. 4., & in Summ. num. 15., & num. 22.
ibi = ſive ubi ceſſet quidem prohibitio in Renuncia-
tario, cui nulla obeſt incapacitas, quæ tamen, eo
defecto, in herede, vel Succeſſore dignoſcatur,
tunc etenim, ne remotiori, vel extraneo locus ape-
riatur, limitatè ad perſonam capacem renuncia-
tionem factam eſſe cenſendam eſt =, & de Fideicom.
diſc. 12. num. 11., Saminiat. contr. 100. n. 7. 11.
& 12. ibi = eò magis, quia, quando etiam Paci-
ſcentes in ſtipulatione facta = pro heredibus, &
ſucceſſoribus = cogitare potuiſſent de perſonis ex-
traneis, & incapacibus ejuſdem fideicommiſſi,
etiam volentes, facere non potuiſſent, quum nihil
tàm certum, quàm quod non liceat Poſſeſſori alte-
26 rare, mutare, reſtringere, aut ampliare formas,
vocationes, conditiones, ſeu gravamina à Fidei-
committentibus præcisè impoſita etiam de conſenſu
27 viventium in præjudicium vocatorum; ſi ergò non
potuiſſent, etiam volentes, numquam ſupponi po-
teſt, quod renunciationis beneficium extendere vo-
luerint ad perſonas incapaces =, Caſtald. conſult. 298.
num. 9. lib. 2., Rota coram Dunoz. jun. deciſ. 641.
n. 19., cor. Bich. dec. 586. n. 18., coram Emerix.
jun. dec. 1256. num. 13., in rec. deciſ. 160. n. 5. 6.
& 10. part. 10., dec. 40. n. 13. & ſeq., & dec. 143.
num. 14. & ſeq. part. 12., deciſ. 401. n. 16. part. 13.
ibi = Adhuc etiam acceptante Patre pro heredi-
28 bus, non fuit in Extraneum translatum fideicom-
miſſum, cum acceptatio intelligatur tantùm pro
heredibus ſanguinis, ſicque capacibus, & à Teſta-
tore non excluſis =, dec. 330. num. 10. ibi = Nec po-
terant tranſmitti in Zambottum, nec in Clemen-
tinum (hi erant heredes Renunciatarii) qui non
erant de familia Teſtatoris, extra quam ſtrictiſſi-
me vetitum erat transferri = & num. 13. ibi = num-
29 quam cenſentur comprehenſa illa Bona, quæ ſi com-
prehenderentur, feciſſent incidere Renunciantem
in caducitatem, & Renunciatario non profuiſſent
tamquam extraneo, & incapaci illorum acquiſi-
tionis =, part. 14. dec. 23. num. 20. part. 15. ibi =
ideòque potentiùs quilibet ſcrupulus removeba-
tur ex eo, quod, etiamſi d. renunciatio naturam
veræ donationis eſſet adepta, ut prætenditur, ni-
hilominùs, cum reſpectu Bonorum fideicommiſſa-
riorum facta fuerit de re non tranſitoria ad Extra-
neos, certò certiùs eſt, ſtipulationem = Pro here-
dibus, & ſucceſſoribus = intelligendam eſſe de he-
redibus ſanguinis, & non extraneis, juxta theori-
cam Bartoli &c. =, in Romana Hereditatis 3. Ju-
lii 1684. §. Hoc idem coram Rmo D. Hervault,
& in Faventina Fideicommiſſi 17. Junii 1695.
§. Neque urgebat coram bon. mem. Urſino ibi =
Secùs tamen eſt, quoties, ut in caſu, renunciatio
fuit concepta non quoad Bona indifferentia, in
quibus veniunt ex jure Renunciantis heredes Bo-
norum, ſed pro fideicommiſſo, in quo jus habebant
tacitum capaces, & vocati, quibus idcirco renun-
ciatio profuit, non obſtante clauſulâ = Pro heredi-
bus, & ſucceſſoribus quibuſcumque = quia illa
reſtringitur juxta ſubjectam materiam, & in Bo-
nis liberis; in fideicommiſſariis verò ſolùm de ca-
pacibus, & de ſucceſſivè vocatis =.

Ex his autem duplex occurrit ad auctoritates in
contrarium allegatas æquè valida reſponſio, qua-
rum prima promanat ex facto, eò quod, cum,
ex ſupra deductis, juſtâ ratione affirmari poſſe vi-
deatur, translativæ renunciationis qualitatem re-
ferri minimè poſſe ad Bona, de quibus agitur,
applicari proinde nequeant prædictæ auctorita-
tes, quæ ceſſionem, translationemque ſuppo- 30
nunt. Altera deſumitur ex eo, quod Textus in leg.
ſpem, Cod. de donat. ait quidem, donari, vendi,
ac transferri poſſe ſpem, at non idcirco inquit,
ſpem rei cujuſpiam, ac Bonorum ſpecialiter alie-
nari prohibitorum transferri poſſe in Extraneum
quemcumque, ideòque talem ſpem juxta men-
tem, voluntatemque Defuncti transferendam
eſſe dicimus, Card. autem de Luc., qui contra-
rium tenere conatus eſt de renunciat. diſc. 4. ex-
adverſo allegatus, rejectus fuit à Sacra Rota, ut 31
videre eſt deciſ. 63., & dec. 64. poſt Torr. de pact.
futur. ſucceſſ., in quibus ejus ratiocinia refelluntur, 32
tur, quamobrem ex monito ejuſdem Auctoris in
tract. de Fideicomm. diſc. 86. num. 9., & diſc. 98.
num. 24., & paſſim alibi, ſpectandum eſt id, quod
Tribunalia decreverint, atque conſtituerint, non
verò quod in eadem Cauſa ad opportunitatem ſcri- 33
pſerint Advocati; in diſc. verò 6. num. 18. verſ. pa-
riter, & ſeqq., tantum abeſt, ut nobis advere-
tur, ut mirificè potius ſententiæ noſtræ favere
videatur, ut infra meliùs demonſtrabitur.

Atque hinc ſublata pariter remanet contraria
illa animadverſio, quod nempe abſurdum dici
nequeat, unam, eamdemque renunciationem
eſſe abdicativam, ſimulque translativam, quia 34
verum id quidem eſt, ſi rem ità interpretemur, ut
extinctiva renunciatio dicatur reſpectu Bonorum
in futurum quærendorum, translativa verò re-
ſpectu Bonorum jam quæſitorum, ac in præſens
competentium, ex Doctoribus ſupra relatis; 35
vel, ſi, admiſsâ renunciatione translativâ,
etiam quoad Bona futura, & quærenda, rem ita
temperemus, ut talis renunciatio extraneis he-
redibus prodeſſe nequeat. Auctoritates autem in
contrarium laudatæ vel non dicunt id, ad quod 36
allegantur, cum ex iis pleræque firment dumta-
xat, duplicem renunciationis cauſam eſſe poſſe,
finalem ſcilicet, & impulſivam, quod quidem
ad rem noſtram nihil pertinet: vel potiùs contra-
rium affirmant, prout Rota dec. 20. ad ornat.
clar. mem. Card. de Luc. de Fideicomm., ubi ex
num. 8. uſque ad 13. tradit, Bona arctiſſimam
habentia prohibitionem alienationis non poſſe in
Extraneos vigore renunciationis deferri, quod
ſi vigore translationis, quam contineret renun-
ciatio, prædicta Bona vel ad Extraneum trans-
ferri, vel etiam ordinem à Teſtatore præſcri-
ptum interverti contingeret, talem renunciatio-
nem remanere omninò nullam, & inefficacem.

Prout etiam ſubmota videri poſſet altera con-
trarii diſcurſus pars, quâ dicebatur, renuncia-
tionem in caſu noſtro eò facilius cenſendam eſſe
translativam, quia ejus vigore immutatus eſt
ordo venientium ab inteſtato; tali quippè di-
ſpoſitione magis, magiſque confirmatur, ceſſio-
nem, translationemque reſpicere dumtaxat par- 37
ticularia quadam Bona materna jam delata, &
acqui-

acquiſita, quorum reſpectu renunciatio facta fa-
vore Patris dici poterat translativa, cum reſpe-
38 ctu ipſius hereditatis paternæ diei nequeat, niſi
abdicativa, eò quod transferri jus aliquod non
39 poſſit in Patrem, quod ipſe jam non habeat, ut
inter utramque Bonorum ſpeciem diſtinguendo,
tradunt *Donat. Anton. de Marin. var. reſol. lib. 2. cap. 93. num. 14., Urceol. de tranſact. cap. 54. n. 6., Torr. de Primogen. Ital. part. 2. quæſt. 61. nu. 50.*;
vice autem verſà, cum favore Fratris renuncia-
verit Bona Avunculi, prout ipſi ex lege teſta-
mentaria poſt Patris obitum deferebantur, non
videtur ullo pacto intervertiſſe ordinem, qui
fuerat à Teſtatore præſcriptus. Quapropter re-
40 ſpectu iſtiuſmodi Bonorum non translativa, ſed
extinctiva, atque abdicativa renunciatio dicen-
da eſt; cum perindè ſit, ac ſi Renuncians vel
numquam in rerum natura extitiſſet, vel ſeſe de
medio tamquam mortuum ſuſtuliſſet, latè
*Amat. var. reſol. lib. 2. cap. 84. num. 14. 39. 43., & 52., Gallerat. de renunc. lib. 2. cap. 2. nu. 26., Salgad. labyr. credit. part. 2. cap. 14. num. 48., Capyc. Galeot. lib. 2. contr. 8. num. 20., Torr. de ſucceſſ. in Primog. Ital. part. 2. quæſt. 47. nu. 6.*;
renunciatio ſiquidem ità demum translativum
41 effectum operatur, ſi non ſit facta uni ex Cohe-
redibus, vel qui eſſet immediatè ſucceſſurus, ob
eam rationem, quod, dum voluit Renuncians
ſeſe eximere à Bonis renunciatis favore perſonæ
42 contemplatæ, effectum ſortiri nequiret renuncia-
tio abſque jurium translatione, *Gabr. conſ. 135. num. 1. lib. 2., Bellon. de Jur. accreſc. cap. 5. quæſt. 48. num. 21., & ſeqq., Gallerat. de renunc. lib. 1. cap. 2. num. 24., Torr. de Primog. Ital. part. 2. quæſt. 47. num. 3., & ſeq.*

Non eſt igitur, cur ex adverſò objiciatur,
quod Silvius ultimus maſculus ex linea Lucretiæ
poſſederit controverſa Bona non jure proprio,
ſed tamquam heres Patris, obnoxius idcircò fe-
rendis oneribus illis, quæ ipſi Pater apposuiſſet;
id enim nequaquam ſubſiſtit reſpectu Bonorum,
43 de quibus agitur, dum ipſa renunciata fuerunt
favore Fratris, qui ad ea proprio jure, & inde-
pendenter à perſona Patris vocabatur, ex quo
etiam, veluti ex neceſſario antecedenti, ſequitur,
44 nullum jus, nullumque gravamen apponi à Pa-
tre potuiſſe prædictis Bonis, ut obſervat *Peregrin. art. 38. num. 10. verſ. contrà verò in fine, Merlin. de legit. lib. 1. tit. 4. quæſt. 3. num. 39., Gallerat. de renunc. lib. 2. cap. 5. num. 23. verſ. Præterea intellige, Altimar. ad Rovit. conſ. 70. num. 21., Roſa conſult. 29. num. 16.*, neque his adverſan-
tur auctoritates exadverſò laudatæ, quia *Rota in*
45 *Bononien. Fideicommiſſi de Ghiſellis apud Palm. nep. alleg. 287. loco citato* nil aliud firmat,
quàm quod fideicommiſſum comprehenſum eſſe
intelligatur in renunciatione ampliſſimis verbis
concepta, tametſi nominatim, ac literaliter non
fuerit expreſſum, prout id ipſum deciſum fue-
rat in antecedenti *Deciſione edita 17. Maii 1686. coram R̃mo D. Hervault apud eumdem Palm. alleg. 296., & in ſubſequenti cor. clar. mem. Card. Caccia impreſſ. ibidem alleg. 298. num. 5., & duob. ſeqq.*, immò verò in hac ultima *Deciſione*
*ſub num. 8. & 9.* dicitur, quod uſusfructus Bono- 46
rum fideicommiſſariorum tranſmitti non potuit
in heredes, ac ſucceſſores Renunciatarii, etiam
durante vitâ Monialis, quia Bona juxta ſuam
ipſorum naturam remanſerant apud vocatum.

Deveniendo denique ad poſtremam contrariæ
objectionis partem, dicimus, colore nullo ſu-
ſtineri poſſe renunciationem, de qua agitur,
etiam reſpectu commoditatis fructuum, quouſ-
que vivat P. Cajetanus renuncians ob duplicem 47
æquè claram, efficacemque rationem, quia ni-
mirùm Renuncians non potuit, & quia etiam no-
luit renunciationem reſtringere ad ſolam fru-
ctuum commoditatem. Non quidem potuit,
quia, quoties interdictum eſt genus omne, &
ſpecies alienationis, etiam latè ſumpto hoc vo-
cabulo, redditaque fuit hujus prohibitionis ea ra- 48
tio, ut hereditas integra, & abſque ulla dimi-
nutione conſervetur in infinitum penes inſtitu-
tos, & ſubſtitutos, tunc vetita cenſetur etiam
alienatio commoditatis fructuum, ut benè fir-
mant *Knipſchild. de Fideicomm. famil. nobil. cap. 16. num. 377., & ſeqq., Franciſc. Palm. conſult. 100. num. 17. & ſeqq., Torr. de Primogen. Ital. part. cap. 31. §. 2. num. 43. verſ. & ego pariter obtinui, Rota poſt eumdem de pact. futur. ſucceſſ. dec. 210. §. finali, coram Emerix ſen. dec. 164. num. 4., in Romana Fideicommiſſi 27. Novembris 1702. §. finali coram Ill̃mo Scotto, confirmata 27. Aprilis 1703. §. finali coram eodem, & in Ferrarien. Primogenituræ 9. Decembris 1709. §. Nec obſtante* ibi = *Diſpoſitio enim locum habere non poſſet, ſi alienari liceret commoditatem percipiendi fructus, cum plenè, & integrè penes ſubſtitutum Bona non conſervarentur* =, & *§. Maximè coram Em̃o Card. Priolo*, quæ omnes *Deciſiones*
poſteriores ſunt illâ in *Firmana Manutentionis* in
dubitationibus allegata. Et rectè quidem, quia
verba illa, & quidem iterata = *Eredità intiera* = 49
*ſenza alcuna diminuzione* = præferunt omni-
modam plenitudinem, quæ contraria eſt dimi-
nutioni, ideòque perſpicuè patet, Teſtatorem 50
noluiſſe ſejungi, ac dividi à Bonis jus percipien-
di fructus, ſed Bonorum permanentiam omninò
voluiſſe apud vocatos tàm in proprietate, quàm
in fructibus, ad *Textum in leg. Videamus in 2. §. In Faviana ff. de uſur., leg. cum oportet, Cod. de Bon., quæ liber., Surd. conſ. 116. num. 73., Peregrin. de Fidecomm. art. 3. num. 96 in fine verſ. quod ſi Teſtator, & omninò videndus R.P.D. Fattinell. reſponſ. 48. num. 21.*

Certòque certiùs admittendum id eſt in caſu
noſtro, quia alioquin facilè eludi poſſet mens
Teſtatoris, fierique fraus voluntati ipſius omnia 51
ſua vota dirigentis ad integram, nullaque ex par-
te diminutam Bonorum conſervationem penes
vocatos; cum enim nuda proprietas, abſcedente
uſufructu cauſali à formali, dici poſſit titulus in-
utilis, ac nomen vacuum, ideoque ineptum, & 52
inefficax ad ſuſtinendam Teſtatoris voluntatem,
ut, aliis omiſſis, egregiè ponderat *R.P.D. Fattinell. d. reſponſ. 48. num. 19., Rota deciſ. 398. nu. 10 part. 12., & dec. 8. num. 2. & 3. part. 15.*
nemo non videt, apertè fraudari mentem, vo-

luntatemque Teſtatoris, ſi fructuum commoditas per quinquaginta, vel ſexaginta annos, qui-
53 bus Renuncians naturaliter vivere poteſt, exiſtat
penes extraneum Renunciatarium, aut Renunciatarii heredem, & interim vocati ad fideicommiſſum carentes fructibus Bonorum, ægeſtate fortaſſe ſordeſcant, totoque hoc medii temporis ſpatio familiæ ſplendorem conſervare nequeant; imò verò à nuptiis contrahendis abſtineant, ſinè quibus in irritum recidant neceſſe eſt vota omnia Teſtatoris perpetuam familiæ ſuæ propagationem enixè exoptantis, ut benè animadvertunt *Anton. Fab. in cod. lib.6. tit.22. defin.25. in princip.*, *Pariſ. conſ. 22. num. 9. & duobus ſeqq. lib.3.*, *Dec. conſ.259. num.2. verſ. eò maximè, & num.3.*, *Altograd. ſen. conſ.96. num.18., & 32. lib.1.*, *Caſtill. quotid. jur. contr. lib.3. cap.12. nu. 54.*, *Molin. de Primog. Hiſpan. lib.1. cap. 13. n. 90., & ſeqq.*, & *videndus R.P.D. Fattinell. reſponſ.48. num.19., & reſp.49. num.18.*, qui ſanè præclarus *Auctor* in Cauſæ, de qua agitur, de-
54 ciſione plurimi faciendus eſt, cum in utroque
reſponſo latè, doctèque materiam expendat, ac pro veritate reſpondeat. Non omittendo etiam, quod in ſpecie *dec.63.*, & *deciſ.64. poſt Torr. de pact. futur. ſucceſſ.* agebatur de ſola fructuum commoditate, donec viverent Moniales renunciantes, atque ea tamen denegata fuit à *Sacra Rota*, ut videre eſt ex ipſiſmet *Deciſionibus*, & ex *clar.mem. Card. de Luc. de renunc. diſc. 4. nn.20. & 21.*, qui in d. Cauſa ſuccubuit, prout ſuperiùs etiam innuimus.

Hæc, quod attinet ad poteſtatis defectum, quod verò reſpicit alterum voluntatis, iſte etiam perſpicuè concurrit in noſtra hypotheſi; ex lite-
55 ra namque, & tenore renunciationis evidens, &
apertum redditur, P. Cajetanum renunciaſſe = *omnia Bona, ſucceſſiones, jura, & actiones* =
56 ex quibus ſanè verbis ſubſtantiam rei connotanti-
bus apertè excluditur voluntas reſtringendi renunciationem ad ſolam fructuum commoditatem, ut optimè firmat *Rota in Ferrarien. Primogenituræ 15. Februarii 1705. §. finali coram R.P.D. Anſaldo impreſſ. apud Paulut. diſſert.28. dec. 1. num. 47., confirmata 4. Februarii 1709. §. Nec demum coram Rmo Molines* ibi = *Dum Hieronymus non ceſſit commoditatem fructuum ad tempus, & ſuâ vita durante, ſed ceſſit omnia, & quæcumque jura, & actiones, quæ ad d. primogenituram ſibi, ſuiſque ſpectare poterant favore Herculis Trotti, & Filiorum, & Deſcendentium, chimericum apparuit, hanc realem, & perpetuam fideicommiſſi distractionem, & ceſſionem reſtringere, ac limitare ad ſimplicem ceſſionem commoditatis fructuum* =, idemque firmatur in *illius confirmatoria 9. Decembris 1709. §. Ultra poteſtatem, & ſeqq. coram Emo Card. Priolo, & in Ferrarien. Alimentorum, & Dotium ſuper conſumptione detractionum 11. Martii 1712. §. Abſque eo quod coram eodem*; jura quippe perpetua, quæ P. Cajetanus ceſſit, adverſantur tem-
57 porario fructuum percipiendorum emolumento,
*clar. mem. Card. de Luca de penſion. diſc.18. num. 15. §. Et demum & num.6.*, *Rota deciſ.135. n.4., & ſeqq. part.7. rec.*, *in Romana Fideicommiſſi 27. Novembris 1702. §. Etenim coram Illmo Scotto, confirmata 27. Aprilis 1703. §. Altera verò cor. Emo Card. Priolo*: quamobrem iſtiuſmodi re- 58
nunciatio reſtricta ad ſubſtantiam, ſortemque fideicommiſſi, trahi nequit ad fructuum dumtaxat commoditatem; proindeque, ſicut ſors, ac 59
ſubſtantia fideicommiſſi tranſire nequit in extraneos Renunciatarii heredes, pari ratione tranſire nequit & fructuum commoditas, de qua Renuncians nec ſenſit, nec loquutus eſt, ut in puncto ratiocinantur *Bero conſ.139. num. 3., & pluribus ſeqq. lib. 1.*, *Mantic. de tacit. lib.12. tit. 25. num. 16.*, egregiè *R.P.D. Fattinell. d. ſæpiùs reſponſ. 49. num. 10. §. Etenim*, *Rota deciſ. 135. num.4., & ſeqq. part.7. rec.*, *coram Card. Cerro deciſ.665. num.17.* ibi = *Non poteſt ſuſtineri reſpectu commoditatis, & perceptionis fructuum, quia verba renunciationis explicitè loquuntur de Bonis, & hereditate, nullo jure reſervato, quæ verba tangunt ſubſtantiam, nec ad ſolam commoditatem poſſunt reſtringi, & hoc caſu tamquam donatio facta pleno jure redditur nulla in* 60
*totum* = & poſt *Torr. de pact. futur. ſucceſſ. deciſ. 64. num.30.*, ubi ponitur objectio, quod nempè ad heredem Renunciatarii, quantumvis extraneum ſpectare ſaltem debeat commoditas percipiendi fructus, durante vitâ Monialis renunciantis, & *num.33.* ita reſpondet = *Minùſque ſe-* 61
*cunda* (g. e. illatio) *quia conſtitit Dominis, renunciationem, non poſſe ſuſtineri quoad commoditatem, & perceptionem fructuum; nam ultra ſuperiùs firmata, conſiderabatur, renunciationem, uti factam pleno jure, non poſſe reſtringi ad ſolam commoditatem*=. *Mantic. &c.* =, & plures allegat *Rotæ deciſiones*, & infra = *Ex quibus optimè colligebatur, Zambottum, licèt de familia, non debere prætendere dd. Bona fideicommiſſaria, niſi ſuo loco, gradu, & tempore purificationis, neque heredem mediatum M. Antonii renunciatarii aliquid petere poſſe vigore dictæ renunciationis.* =

His denique omnibus additur, quod, cum hodie res non ſit cum Monacho, vel Monaſterio, ſed cum Domino de Savinis, longè faciliùs hujus excluſio recipienda eſt; Monachus quippè agnatus eſt, & quouſque naturaliter vivit, retinet ju- 62
ra agnationis, & familiæ, at Dominus de Savinis nec agnatus eſt, nec jura ſanguinis communia habet cum Teſtatore, ſed extràneus prorsus eſt, 63
& Teſtatori penitus ignotus, ut a fortiori arguit *R.P.D. Fattinell. reſponſ.48. num.17. in fine* ibi = *Si ergo incapax Monachus, quamvis agnatus, & de familia, & ex ejus perſona incapax Monaſterium, multò magis incapax erit Renunciatarius Teſtatori omninò extraneus* = & *reſponſ. 49. n.18. in princip.*

Hæc igitur cum ita ſe habeant, plenèque his omnibus demonſtratum videatur, renunciationem, de qua agitur, ſuſtineri nullo modo poſſe, etiam quoad ſolam commoditatem fructuum, fas nobis forſan eſſet affirmare, nullo numero habendas auctoritates in calce propoſitarum dubitationum allegatas contra communem, receptamque Doctorum, ac Tribunalium ſententiam lo-

loquentes; verumtamen eas aliter confutabimus, ſingillatim unamquamque expendendo.
64 Et primò quidem, quod attinet ad *clar. mem. Card. de Luca de renunc. diſc.6. num.* 18. *verſ. pariter*, ſatis eſſet reſpondere, quod, cum in hoc diſcurſu idem prorsùs dicat, quod antea dixerat ſub *diſc.* 4., curandum idcircò non eſt ejus ratiocinium, utpotè præventivè reprobatum à *Sacra Rota*, quæ nihil fecit deducta in *d. diſc.* 4., ut ex ſæpius citatis *deciſ. 63. & 64. poſt Torr. de pact. futur. ſucceſſ.*; verùm præterea dicimus, quod
65 Auctor iſte etiam in ſenſu veritatis inquit, nec diſpoſitionem *Textus in leg. ſpem. cod. de donat.*, nec translativam renunciationem locum ſibi vin-
66 dicare poſſe in eo caſu, quo ſucceſſio, & jura renunciata non ſubſtantiantur in perſona ipſius Renunciantis, ex cujus jure transferantur in Donatarium, ſeu Renunciatarium: Nam ſi Renunciatarius, prout contingit in caſu noſtro, ſit Bonorum Dominus cum onere reſtitutionis, & fideicommiſſi, renunciationem obtinere dicitur per quamdam ſpeciem liberationis ab eo vinculo, & onere tamquam per remotionem obſtacu-
67 li; atque hoc caſu cum non repugnet Juris noſtri regulis, atque principiis, quod res mea amplius mea fieri poſſit, atque ad me per alium transferatur, actus proinde renunciationis importare nequit, niſi remiſſionem, ſeù extinctionem ju-
68 ris ſperati per Renunciantem, ut optimè ratiocinatur in *d. diſc.6. num.*19.

*Deciſio* autem *in Firmana Manutentionis* 5. *Decembris* 1701. *coram Emo Card. Priolo* retorquetur potiùs, quia ibi poſt tertiam tantummodò
69 Cauſæ propoſitionem, & adſcitis quinti, & ſexti ſuffragiis, *Rota* ſuſtinet renunciationem quoad uſumfructum, durante vitâ Donantis, ſive Renunciantis, ex ea dumtaxat ratione, quod, tametſi Teſtator alienationem Bonorum ſtrictiſſimè heredibus ſuis prohibuiſſet, liberam tamen fructuum diſpoſitionem iiſdem reliquit, verbis illis = *reſtando in loro la libera diſpoſizione de' frutti* = quæ exſcripta leguntur ſub *§. Nec dicatur*,
70 *& per tot.* Ergo contrarium omninò reſpondendum erit in noſtra hypotheſi, in qua tantum abeſt, quod concurrat expreſſa iſthæc, & libera facultas diſponendi de fructibus, ut potiùs ex validis, legitimiſque conjecturis eliciatur clara mens, ac voluntas Teſtatoris interdicendi etiam temporariam fructuum diſpoſitionem, ut ſuperioribus locis probavimus. Prout non officit *Deciſio* 127. *num.*7., *&* 8. *poſt Torr. de pact. futur. ſucceſſ.*; quia ibi agitur de Bonis liberis dumtaxat, & quidem in nepotem Renunciantis, vigore renunciationis, transferendis, non verò de Bonis fideicommiſſariis, quorum reſpectu examen ſibi ſpecialiter reſervavit *Sacra Rota*, ut ipſa met profitetur in fine *Deciſionis*.

## *Taurinen.*

Ad primogenituram an, & quando ſub nomine Deſcendentium maſculorum Primogeniti veniant Maſculi ex linea nedum ipſius Primogeniti, ſed etiam aliorum de familia, & agnatione? Feudum quando ex pacto, & providentia, vel potius hereditarium cenſeudum ſit? Feudum venit ſub generali Bonorum diſpoſitione. Capacitas ſuperveniens tempore purificatæ ſubſtitutionis ſufficit ad ſucceſſionem obtinendam. Primogenituræ extenſio ad Filios Inſtituti ex diſpoſitione *in leg. cum Avus*, *& leg. cum acutiſſimi*, an, & quando locum nequeat habere?

## VOTUM VI.

1 *Primogenitura ad caſus, & perſonas expreſſas reſtringenda eſt.*

2 *Primogenitura in ultimo herede gravato expirare dicitur, ejuſque Bona efficiuntur libera.*

3 *Primogenitura, licèt ordinata favore agnationis, ultra perſonas expreſſas non extenditur.*

*Intellige, ſi modò agnatio non expreſſè, ſed tacitè dumtaxat contemplata ſit.* ibid.

*Vel ſi conſecutive tantum ad præcedentes ſubſtitutiones.* num.4.

4 *Primogenitura extenditur ad quoſcumque ſub generali ejus ratione comprehenſos.*

5 *Teſtator filios civiliter mortuos, quos in aliis diſpoſitionibus numquam nominavit, nec ad primogenituram cenſetur invitaſſe.*

6 *Mmuſque eorum filios, ſi nec de obitu vocatorum ſinè filiis cogitavit.*

7 *Primogenitura introducta eſt ad ſplendorem, decuſque familiarum conſervandum.*

8 *Primogenitura publicam reſpicere utilitatem dicitur.*

9 *Pro Primogenitura in dubio reſpondendum eſt.*

10 *Primogenituras perpetuas, non autem temporales, eſſe decet.*

11 *Ad primogenituram Teſtator vocaſſe cenſendus eſt non ſolùm deſcendentes ex Primogenitis, verùm etiam alios de ipſius familia.*

12 *Procedit, ſi e nullo deſignato ſucceſſore, ſive etiam vocatis Primogenitis, eorumque Deſcendentibus.*

13 *Amplia, ut id procedat etiam de primogenitura in perſonis alienæ familiæ conſtituta.*

14 *Primogenitura à Deſcendentibus familiæ effectivæ extendenda eſt ad Tranſverſales, alioſque de familia contentiva.*

15 *Primogenituræ inter Deſcendentes conſervandæ extenſio faciliùs admittenda eſt*, & num. 30.

16 *Primogenituræ inter Deſcendentes conſtitutæ extenſio, ex quibus deſumi valeat argumentis elicitis ex Teſtatoris mente?* & num. 16. & ſeq,

17 *Primogenitura conſervanda in Maſculis* de virili agnatione, *ad perſonas dumtaxat nominatas non reſtringitur.*

18 *Sed porrigitur ad omnes Maſculos de eadem agnatione.*

*Præſertim, ſi verba adſint perpetuitatem temporis importantia*, num. 20. 21. 22., & 30.

19 *Ad primogenituram ſub nomine Deſcendentium maſculorum veniunt Maſculi ex linea nedum Primogeniti, ſed aliorum etiam de familia*, & num. 28.

20 *Gravamen reale Bonis impoſitum, realem diſpoſitionem reddit.*

21 *Gravamen ubi eſt reale, primogenituram latiùs extendit.*

23 *Teſtator nequit dici, in defectu filii primogeniti abſque filiis, alterum filium, ejuſque Deſcendentes à primogenitura excludere voluiſſe.*

24 *Vocatio ad primogenituram, licèt non expreſſa, ſuppletur ex diſpoſitionis natura, atque ex mente Teſtatoris.*

25 *Maximè, cum de admiſſione Deſcendentium agitur.*

26 *Deſcendentium favore plus dictum, quàm ſcriptum cenſendum eſt.*

27 *Maſculorum omnium indefinita vocatio ad primogenituram Maſculos etiam comprehendit, qui de linea Primogeniti non ſint.*

29 *Diſpoſitio iis convenire debet, quibus ejuſdem verba conveniunt.*

30 *Primogenituræ extenſio favore Tranſverſalium difficiliùs admittitur.*

31 *Feudum hereditarium conſtituitur ex ſola heredum vocatione.*

32 *Feudum ex pacto, & providentia non dicitur, niſi pro ſe, & liberis, vel pro ſe, & Deſcendentibus conceſſum ſit.*

33 *Feudum eſſe hereditarium, arguitur etiam ex clauſulis, & ex quibus?* num. 35.

34 *Fœminæ regulariter à ſucceſſione feudali repelluntur.*

35 *Feudum hereditarium deprehenditur ex fœminarum vocatione.*

36 *Item ex clauſula* = ad habendum =.

37 *Maximè, ſubjunctâ aliâ clauſulâ* = & quidquid placuerit faciendum =.

*Hereditarium præterea eſt feudum emptitium*, num. 40.

*Præſertim reſpectu primi Adquirentis*, n. 41.

*Amplia, ut* num. 44.

38 *Clauſula* = ad habendum =, *nec non alia* = quidquid placuerit faciendum = *in feudo, facultatem tribuunt alienandi tàm per contractum, quàm per ultimam voluntatem.*

39 *Præſertim, ſi adpoſitæ in partibus diſpoſitivis.*

41 *De feudo emptitio Inveſtitus poteſt, ad inſtar allodii, diſponere.*

42 *Si præſertim ab ipſomet Principe emptum ſit.*

43 *Procedit id maximè in primo Adquirente*, & num. ſeq.

44 *Feudum, tametſi ex pacto, & providentia, reſpectu primi Adquirentis pro hereditario habetur*, & num. 48.

45 *In feudi conceſſione clauſulæ* = nobile, ligio, gentile, antico, avito, e paterno = *regulariter adponuntur in beneficium, non in gravamen Inveſtiti.*

*Et præjudicant dumtaxat Domino directo, non autem Vaſſallo.* ibid., & num. 46.

46 *Clauſulæ ejuſmodi regulariter ad preces Inveſtiti adponi ſolent in conceſſione feudi.*

47 *Inveſtitus, veriſimile non eſt, quod per ejuſmodi clauſulas facultatem diſponendi de feudo ſibi adimere voluerit.*

49 *Feudum hereditarium venit ſub generali Bonorum diſpoſitione.*

*Illiuſque diſtractio nequit ab Agnato revocari*, ibid.

50 *Subſtitutus, licèt incapax tempore teſtamenti, ſat eſt, quod capax ſit, quando purificatur ſubſtitutio*, & num. ſeq.

51 *Capacitas ſuperveniens tempore adquiſitionis, retrotrahitur in præjudicium alterius, cui ex incapacitate jus fuiſſet deferendum.*

*Procedit maximè in diſpoſitione ſucceſſiva*, num. 52.

52 *Conditione tractum ſucceſſivum habente, ſufficit, capacitatem quandocumque ſupervenire.*

53 *Quod ab initio non valuit, nequit tractu temporis convaleſcere.*

*In conditionibus regula hæc non procedit*, ibid.

54 *In ſubſtitutione conditionali ſufficit capacitas tempore habili ſuperveniens* & num. 60.

55 *Teſtatores non rarò Forenſes incapaces inſtituunt ſub conditione, quatenus capaces effecti fuerint.*

56 *Filiorum vocatio tacita ſubintellecta ex diſpoſitione* in leg. cum Avus, & leg. cum acutiſſimi, *locum non habet in teſtamento Tranſverſalis*, & num. 57.

58 *Secus, ſi ex conjecturis contemplati appareant.*

59 *Et quales ad hunc effectum conjecturæ requirantur?*

61 *Inſtitutio favore Fratris ex ſe non arguit ſubſtitutionem illius filiorum ad excluſionem nepotis expreſſim ſubſtituti.*

62 *Præſertim, ſi facta, iſto jam nato, non item illis.*

63 *Teſtatoris major dilectio in jam natos, quàm in non natos præſumitur.*

64 *Vocatio ex conjecturis tantùm elicita, dubia ſemper eſt.*

65 *Et contrariis elidi poteſt conjecturis.*

66 *Dubium quod eſt, tamquam dubium debet expendi.*

BONIFORTES Aſinari quatuor habens filios maſculos, ex quibus Leo ſecundogenitus profeſſionem jam emiſerat in Militari Ordine Hieroſolymitano; Petrus verò quartogenitus per ſuſceptionem habitus eidem Militiæ nomen dederat, die 6. menſis martii anni 1592. ſupremum condidit teſtamentum, in quo illis, quoad viverent, particulari inſtitutione reliquit certum annuum reditum, aliaſque res eorum ſtatui, & congruæ ſuſtentationi ſufficientes, illaſque eiſdem ſubminiſtrari voluit à Carolo filio primogenito, & Paulo Æmilio tertiogenito, quos heredes univerſales ſcripſit.

Cum autem poſſideret quamdam capſinam, ſeu maſſariam nuncupatam *del Gaveri*, eamdem ſubjecit particulari primogenituræ ordinatæ his verbis. = *Inſuper inſtituit, & nominavit heredem ſuum particularem Illmum D. Carolum alterum ex he-*

Digitized by Google

*heredibus ſuis univerſalibus infraſcriptis etiam ejus filium legitimum, & naturalem, & Primogenitum ratione primogenituræ in ipſius d. Teſtatoris capſina, ſeu maſſaria vulgariter nuncupata del Gaveri cum omnibus, & quibuſcumque ſuis ædificiis cujuslibet generis &c. Item una petia partim paſcui, & partim arativa jornatarum 60. in circa, & pro tanta, quanta eſt, ſita ſuper finibus d. loci Caſtagnolarum, cohærent Communitas, & prædia ipſius Teſtatoris, nunc noviter acquiſita per ipſum Dominum Carolum ab Illmo D. Aloyſio de pecunia propria ipſius D. Teſtatoris pro dimidia pretii, quod eſt ducatorum 1200., & pro altera dimidia ipſorum ducatorum 1200., de peculio caſtrenſi ipſius Domini Caroli, prout ſic ipſe D. Teſtator aſſeruit, ad habendum, tenendum, & in ſolidum per ipſum D. Carolum poſſidendum in perpetuum fideicommiſſum inalienabile, & jure fideicommiſſi inalienabilis ſemper, & perpetuò caſuri, & devolvendi in Primogenitum maſculum legitimum, & naturalem de virili agnatione ipſius D. Teſtatoris, & ſic ipſi Domino Carolo quandocumque decedenti ſubſtituit in ipſo fideicommiſſo ejuſdem D. Caroli filium maſculum, & Primogenitum legitimum, & naturalem, ſi extet, aliàs infraſcriptum Illmum Dominum Paulum Æmilium etiam ipſius Domini Teſtatoris filium legitimum, & naturalem, & ipſius Domini Caroli fratrem, &, eo præmortuo, ejuſdem Domini Pauli Æmilii Primogenitum maſculum legitimum, & naturalem, & ità gradatim, & ſucceſſivè Primogenitum maſculum legitimum, & naturalem de virili agnatione ipſius D. Teſtatoris, ut ſupra, uſque in infinitum, & hoc ſinè omni prorsùs detractione alicujus legitimæ, & trebellianicæ.* =

Poſt mortem Bonifortis cum deceſſiſſet ſinè filiis Carolus Primogenitus, primogenitura delata fuit ad Paulum Æmilium, qui die 13. menſis Januarii anni 1619. emit à Carolo Emanuele primo Duce Sabaudiæ medietatem feudi di *Caſtagnole delle Lanze* prò ſe, ſuis heredibus, & ſucceſſoribus maſculis, & fœminis ibi = *liberamente, ed in perpetuo diamo, vendiamo, cediamo, rimettiamo, e trasferiamo al ſudetto Colonnello Paolo Emilio Aſinarii per ſe, ſuoi eredi, e ſucceſſori maſchi, e femine in Feudo nobile, ligio, gentile, antico, avito, e paterno*, additis clauſulis, *ad aver, tener, poſseder, goder, e far quello, che loro piacerà, derogando antiquo decreto Ducali, quia in plerisque, ſotto il titolo, quod feudum cenſeatur eſse rectum, proprium, & ſimplex, non obſtantibus &c., ut ex Ducali diplomate, & Inveſtituris ſignatis lit. B. C. D.* =

Deindè verò decedens Paulus Æmilius ſinè filiis, die 10. menſis Januarii anni 1626. heredem univerſalem ſcripſit Petrum fratrem ſuum, eidemque ſubſtituendo Helenam Sororem nuptam Cæſari Lanzavecchia, & Joſephum Lanzavecchia illius filium, & ſuum reſpectivè nepotem =, *in tutti gli altri ſuoi Beni, mobili & immobili, ragioni, & azioni, hà, in confermazione dell' iſtituzione fattali dal detto fù Signor Padre di eſſo Signor Teſtatore, iſtituito, e di ſua propria bocca nominato ſuo Erede univerſale il Signor Pietro ſuo fratello, il quale confida, che avanti di venire a morte, e teſtando, ſi ricorderà della Signora Elena ſua Sorella, e del Signor Giuſeppe ſuo figlio, e nipote reſpettivamente, quale prega ad eſſer contento, eſſendone capaci dell' iſtituzione per abitare in alieno dominio, cioè nello Stato di Milano, d'iſtituirli ſuoi Eredi, come ſin' era lui in tal caſo li ſoſtituiſce ugualmente, volgarmente, e per fideicommiſſo, e caſo non fuſſero capaci, che poſſi iſtituire altri, che ſiano capaci, a ſuo beneplacito, e queſto detto Signor Teſtatore hà detto eſſere, e voler, che ſia la ſua volontà, e teſtamento* = ; reſiſtebat enim ſucceſſioni Helenæ, & Joſephi ejus filii degentium in Ditione Mediolanenſi lex eo tempore vigens in Principatu Pedemontano, nuncupata *Vbena*, prohibens Exterorum inſtitutionem ; quæ tamen lex anno 1633. abrogata fuit.

Petrus itaque quartogenitus, & reliquus filiorum omnium die 22. menſis Julii ejuſdem anni cum nondum profeſſionem emiſiſſet in Ordine Hieroſolymitano, depoſito militari habitu, contraxit Matrimonium, ex quo ſuſcepit Paulum Antonium, quem univerſalem heredem inſtituit, teſtamento condito die 15. menſis octobris anni 1638., eidemque pupillo Matrem ſubſtituit ; Is autem factus major, die 6. menſis martii anni 1666. vendidit bon. mem. Com. Catalano Alferi tum capſinam, tum etiam medietatem feudi *di Caſtagnola*, quæ venditio reſpectu dicti feudi nedum approbata fuit à DD. de Lanzavecchia, quia ſua jura ceſſerunt Emptori, ſed confirmata reperitur à Supremo Principe inveſtiente Com. Catalanum ad formam Inveſtiturarum ejus Authoribus conceſſarum.

Denique, cum deceſſerit Com. Paulus Antonius, ſuperſtite ex eo Joſepho Laurentio filio, hic abſtinuit à paterna hereditate ; verumtamen, tamquam vocatus ad primogenituram ordinatam à Boniforte Aſinari, vindicare contendit capſinam *del Gaveri*, atque uti comprehenſus in Inveſtitura, ex propria perſona ſe vocatum dicit ad d. medictatem feudi *di Caſtagnola* ; quamobrem plura mihi examinanda proponuntur.

Primò videlicet, an primogenitura à Boniforte conſtituta favore Caroli, & Pauli Æmilii, & eorum Deſcendentium maſculorum de virili agnatione, ita reſtricta cenſenda ſit ad illorum lineas, ut nullo pacto extendi poſſit ad Petrum, ejuſque Deſcendentes?

Secundò, an feudum *di Caſtagnole* ex pacto, & providentia, vel potiùs hereditarium, ſive alienabile in Extraneos cenſendum ſit?

Tertiò, an in generali ſubſtitutione à Paulo Æmilio primo feudi acquiſitore facta favore Joſephi Lanzavecchia, comprehenſa ſit medietas d. feudi, etiamſi expreſſa mentio de illo facta non fuerit?

Demum, an d. Joſepho, qui à Paulo Æmilio ſubſtitutus fuit Petro Fratri, obſtet tacita conditio: ſi ſinè liberis, ſubintellecta ex diſpoſitione famigeratæ *legis cum Avus, & legis cum acutiſſimi*?

Super quibus omnibus rogatus, ut ſententiam

meam

meam pro veritate dicere velim, rem ordiar à
primo Dubio, in quo D. Comiti Paulo Antonio
actori Jure primogenituræ vindicare contendenti
capſinam *del Gaveri*, primo rei obtutu obſtare vi-
dentur familiares in ſubjecta materia regulę, quod
nempè, quoties agitur de inſtitutione primoge-
nituræ directa ad certas perſonas, & lineas inci-
1 piendas à ſtipitibus nominatim ab illius Condi-
tore deſignatis, eadem reſtringenda ſit ad lineas
dumtaxat expreſsè vocatas, prohibitâ quacum-
que extenſione ad alias perſonas, ad tradita per
*Raudenſ. conſ. 15. num. 30. lib. 2., Ramon. conſ.
61. ex num. 3., Decian. conſ. 16. num. 20. & ſeq.,
& num. 54. lib. 4., Menoch. conſ. 97. num. 111.,
Mantica de conject. ult. volunt. lib. 8. tit. 12. num.
19., Manſ. conſult. 225. num. 19., Palm. Nep.
alleg. 47. num. 85. & ſeq., Rota in rec. deciſ. 172.
num. 7. part. 14.*; Quamobrem, cum in noſtro
caſu Bonifortes primogenituram nominatim or-
dinaverit favore Caroli, & Pauli Æmilii, eo-
rumque linearum, nec ulla ab eo facta fuerit
mentio Petri, mortui ſinè Liberis primogenitis
expreſsè à Teſtatore vocatis, primogenitura ex-
piraſſe dicitur, & Bona ab omni illius vinculo
libera effecta fuiſſe in perſona ultimi gravati,
2 *Gozzadin. conſ. 59. num. 4., Soccin. Jun. conſ. 1.
num. 15. lib. 1., & conſ. 108. num. 31. cum ſeq.
lib. 2., Pariſ. conſ. 44. num. 16. lib. 2., Bardel-
lon. conſ. 95. num. 40. verſ. ad primum enim reſpon.
detur, & nu. 43. lib. 1., Redenaſch. conſ. 17. nu-
6., & conſ. 34. num. 18., Menoch. conſ. 326. nu.
71. & ſeq., Riminald. conſ. 224. num. 27. lib. 2.,
Molin. de Primog. Hiſpan. lib. 1. cap. 5. num. 37.,
Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 389. nu. 3., Hodiern. contr.
33. nu. 3. lib. 1., Barbat. de fideicomm. part. 2., &
part. 4. num. 4., Carol. Anton. de Luca de linea
legal. art. 13. num. 3. & ſeqq., & nu. 17., Palm.
alleg. 48. num. 27., Torr. de majorat., & Primog.
Ital. part. 2. quæſt 38. num. 6.*

Hæc autem ſi procedunt, etiamſi agatur de
3 primogenitura ordinata favore agnationis, modò
tamen hæc non expreſsè, ſed tacitè dumtaxat
contemplata appareat, *Palm. alleg. 48. num. 5.*,
eademque non in proemio per viam principalis
4 diſpoſitionis, ſive generalis rationis, aptæ ex-
tendere primogenituram ad quaſcumque perſo-
nas ſub dicta generali ratione comprehenſas, ſed
conſecutivè ad præcedentes vocationes contém-
plata appareat, *Gratian. diſcept. 828. num. 5. &
ſeqq., Hodier. dict. contr. 33. num. 8. & ſeqq.,
Torr. de major., & Primogen. Ital. dict. quæſt. 38.
num. 23.*, quantò potiori jure locum ſibi vindi-
cabunt in caſu noſtro, in quo Bonifortes hujus
particularis primogenituræ Conditor non ſolum
illam expreſsè direxit ad Carolum Primogeni-
tum, & Paulum Æmilium tertiogenitum; ve-
rùm præterea Leonem ſecundogenitum, & Pe-
5 trum quartogenitum in rebus particularibus in-
ſtitutos, non ſolum numquam nominavit in pri-
mogenituræ ſucceſſione, ſed præterea eoſdem
omiſit, etiam in generali inſtitutione, atque ſub-
ſtitutione reciprocè inter Carolum, & Paulum
Æmilium facta; Et rectè quidem, nam Leo ob
profeſſionem emiſſam in Ordine Hieroſolymi-
tano prò mortuo habebatur, & Petrus ob tyro-
cinia in eadem militia poſita primogenituræ in-
capax efficiendus credebatur à Teſtatore, qui
non cogitans de triſti eventu, in quo Carolus, 6
& Paulus Æmilius deceſſiſſent ſinè liberis, nec
etiam cogitaſſe dici poteſt, quod ad primogeni-
turam hanc invitare voluerit filios eorum, quo-
rum alter jam civiliter mortuus, alter verò bre-
vi civiliter moriturus credebatur.

Verumtamen, licèt hæ rationes non parum ur-
gere videantur, nihilominùs libentius in con-
trariam feror ſententiam, cenſeoque, Petrum,
ejuſque Deſcendentes comprehenſos eſſe in pri-
mogenitura à Boniforte condita, motus tum ex
natura ſimilis diſpoſitionis, tum ex mente Te-
ſtatoris, tum denique ex verbis, quibus illa con-
cepta fuit.

Profectò, ſi intueamur naturam diſpoſitio-
nis, agitur de primogenitura, quæ, utpotè in-
troducta pro conſervando ſplendore, & decore 7
familiarum, *Soccin. ſen. conſ. 47. num. 6. lib. 3.,
Pariſ. conſ. 72. num. 81., Oldrad. conſ. 131. num.
12., Menoch. conſ. 204. nu. 18., Surd. conſ. 241.
nu. 14., conſ. 362. num. 4., conſ. 375. num. 25., Va-
lenz. conſ. 69. num. 18., Mierez. de majorat. part.
1. quæſt. 1. nu. 9., Molin. de Primogen. lib. 1. cap.
11 num. 20., Cyriac. contr. 312. num. 65., Rota
coram ſan. mem. Alex. VIII. deciſ. 182. num. 22.,
coram Card. Cerr. deciſ. 321. num. 17., & ſeqq.,
in rec. deciſ. 465. num. 8., & ſeqq. part. 13.* publi-
cam utilitatem reſpicere dicitur, *Torr. de majorat.
& Primogen. Ital. part. 1. cap. 8. num. 20., Sperell.* 8
*deciſ. 165. nu. 54. & ſeqq.*, idcircoque benignum,
non rigidum exoſcit interpretem, *R.P.D. An-
ſald. inter alleg. Palm. la 308. num. 1., & ſeqq.*,
inquiens, in dubio prò primogenitura reſpon- 9
dendum eſſe, ac per conſequens eas perpetuas,
non autem temporales eſſe, decet, *Pariſ. conſ.
72. num. 8., Berct. conſ. 134. num. 4., Surd. conſ.* 10
*241. num. 14. & 33., Menoch. conſ. 803. num. 1.
5. & 8., Valenz. conſ. 113. num. 65., Tiraquell.
de jur. primogen. quæſt. 71. num. 2., Molin. de
Primogen. hiſpan. lib. 1. cap. 1. ſub num. 16., Pe-
regrin. de fideicomm. art. 22. num. 51., Gratian.
diſcept. 771. num. 3., & ſeqq., & num. 11. 14.
& 42., Capyc. latr. conſult. 10. num. 53. & ſeqq.*,
ità quidem, ut Teſtator, qui aliquibus Bonis
primogenituram condere profeſſus fuit, ad eam 11
vocaſſe cenſendus ſit non ſolùm omnes deſcen-
dentes à Primogenitis expreſsè nominatis, ve-
rùm etiam alios de ipſius familia, & agnatione,
*Covaruv. var. reſol. lib. 3. cap. 5. num. 6., Raudenſ
de analog. lib. 1. cap. 15. nu. 268., Mantic. de con-
ject. ult. volunt. lib. 6. tit. 15. num. 20. verſ. item ſi
Teſtator, Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt.
69. num. 15., Add. ad Molin. de Primogen. hiſ-
pan. lib. 1. cap. 4. nu. 13., Gratian. diſcept. cap. 487.
num. 15., & cap. 771. num. 14. & 41., ſeſſ. deciſ.
37. num. 7., Cornuzzan. deciſ. 122. num. 29., alii-
que latè cumulati apud Torr. de Primogenit., &
majorat. Ital. quæſt. 38. nu. 1. 14., & ſeqq.* inquien.,
id procedere non ſolùm in caſu, quo ageretur de
primogenitura abſolutè inſtituta, nullo deſigna- 12
to ſucceſſore, ſed etiam, quando ad illam fuit
voca-

vocatus filius primogenitus, ejuſque Deſcen-
dentes, eò quòd, declaratâ voluntate Teſtato-
ris prò inſtitutione primogenituræ, ea omnia
cenſentur expreſſa, quæ conſectaria ſunt ad na-
turam ſimilium diſpoſitionum.

Ob quam rationem id procedit etiam in caſu,
13 quo Teſtator non in ſua, ſed in perſonis alienæ
familiæ primogenituram inſtituit, ut ex *Bartol.
in leg. Cognatis num. 5. ff. de reb. dub.*, *Alciat. in
leg. Pronunciatio §. Familiæ in verbo agnatorum
ad fin. ff. de verbor. ſignific.*, *tradit Molin. dict.
cap. 4. num. 23.*, *ibique Add. Caſtill. contr. Jur.
lib. 2. cap. 22. num. 39.*, *Thomaſ. tract. 9. de ſuc-
ceſſ. in majorat. tit. 8. num. 6. decad. 1.*, *Cornaz-
zan. deciſ. 122. num. 30.* ſi ferè omnes ſuperiùs
citati DD. ſentiant, primogenituram à Deſcen-
14 dentibus familiæ effectivæ Teſtatoris extenden-
dam eſſe ad Tranſverſales, alioſque de familia
contentiva, iſtiuſmodi extenſionem ſuadente
veriſimili illius mente deſumptâ ex qualitate diſ-
poſitionis id expoſcentis, *Surd. conſ. 241. num.
22. & ſeqq.*, *Valenz. conſ. 185. num. 16. & ſeqq.*,
*Gomèz ad leg. 40. Thaur. num. 64. verſ. & hoc ta-
li fundamento*, *Molin. dicto cap. 23.*, *ibique Ad-
den.*, *Caſtill. quotid. controverſ. lib. 6. cap. 143.
§. Unic. num. 2. circa finem*, *ſeſs. dict. deciſ. 37.
nu. 7.*, *Cornazzan. dict. deciſ. 122. nu. 29.*, quan-
tò potiori Jure juſtum locum ſibi vindicabunt in
noſtra hypotheſi, in qua non agitur de primo-
genituræ extenſione facienda inter perſonas fa-
15 miliæ diverſæ ab illa Teſtatoris, nec de ea à De-
ſcendentibus deferenda ad Tranſverſales, ſed de
eadem conſervanda inter Deſcendentes ipſius
Conditoris primogenituræ, quorum favore fa-
cilius admittitur quævis benignior interpretatio,
& primogenituræ prorogatio, ut benè notat,
pluribus relatis, *Fuſar. de ſubſtit. part. 1. quæſt.
458. num. 28.*, *Peregrin. de fideicommiſ. art. 13.
num. 72. verſ. Quibus addo*, *& conſ. 54. num. 8.,
& ſeqq. lib. 1.*, *& conſ. 33. nu. 7. lib. 3.*, *Palm. Nep.
alleg. 48. num. 13.*

Ex quibus licèt ſatis probata videri poſſit mens
Teſtatoris, nihilominus eadem confirmatur ex
16 eo, quod idem ſuper dicta capſina del *Gaveri*
primogenituram ordinaverit verbis illis = *ad ha-
bendum, tenendum, & in ſolidum per ipſum D.
Carolum poſſidendum in perpetuum fideicommiſſum
inalienabile, & Jure fideicommiſſi inalienabilis
ſemper, & perpetuò caſuri, & devolvendi in
Primogenitum maſculum legitimum, & natura-
lem de virili agnatione ipſius Teſtatoris, & ſic ipſi
D. Carolo quandocumque decedenti ſubſtituit &c.* =
plura autem ex his verbis conſurgunt argumen-
ta, quibus pateſit, Teſtatorem primogenituram
à ſe conditam nedum in linea Caroli, & Pauli
Æmilii expreſſim nominata, ſed etiam in illa
Petri conſervari voluiſſe.

Primum eſt illud elicitum ex contemplatione
17 agnationis, quæ, ſicuti reſultat ex eo, quod d.
capſinam perpetuò conſervari voluerit in Maſ-
culis = *de virili agnatione ipſius Teſtatoris* =, ad
tradita per *Mantic. de conject. lib. 8. tit. 12. nu. 2.*,
*Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 160. num. 1. & 4.*, *The-
ſaur. quæſt. for. lib. 2. quæſt. 12. num. 8.*, *Torr. de
majorat.*, *& Primogen. Ital. part. 1. cap. 38. num.
271.*, *& num. 441.*, *Venturin. conſ. 43. num. 3.*
ità etiam, efficit, ut primogenitura non reſtrin-
gatur ad perſonas dumtaxat nominatim vocatas, 18
ſed porrigatur ad omnes Maſculos legitimos, &
naturales de virili agnatione, quorum nomine
nedum Caroli, & Pauli Æmilii, ſed Petri etiam 19
Deſcendentes comprehenduntur, *Molin. de ma-
jorat.*, *& Primogen. Ital. dict. quæſt. 38. nu. 8.*

Præterea Teſtator non ſolum gravamen reale
injecit dictis Bonis, illa ſubjiciendo primogeni- 20
turæ *jure fideicommiſſi inalienabilis caſuri*, *& de-
volvendi*, quæ verba, utpote non in ſolam per-
ſonam, ſed in Bona etiam directa, ideoque red-
dentia diſpoſitionem realem, operantur, ut 21
primogenitura latius extendatur, *Altogr. contr.
72. num. 3. & 4.*, verum adjecit etiam verba per-
petuitatem importantia, ex quo ſequitur, quod,
tametſi deficiat expreſſa vocatio Petri, ejuſque
Deſcendentium; nihilominus iidem, non ex-
tante lineâ Caroli, & Pauli Æmilii, admitten-
di ſint, ità exigente voluntate Teſtatoris optan- 22
tis ſemper, & perpetuò bona devolvi in Primo-
genitum maſculum de ſua virili agnatione, ut
proſequitur *Altograd. dict. contr. 72. num. 6.*

Et ſanè quâ juſtâ ratione aſſimari umquam
poterit, quod Teſtator, qui tanto ſtudio primo-
genituram ordinavit favore Caroli, & Pauli Æ- 23
milii, quos tempore conditi teſtamenti Matri-
monium contracturos credebat, voluerit in ca-
ſu, quo iſti deficerent abſque filiis, excludere
Petrum, ejuſque Deſcendentes, permittendo,
quod in eorum præjudicium ab ultimo gravato
Bona in Extraneos diſtrahi poſſent, quandò, in-
ſpecto rerum ſtatu, in quo, tempore conditi
teſtamenti, Teſtator, ejuſque filii reperieban-
tur, expreſsè Petrum non vocavit, quia deſti-
natus reperiebatur militari Ordini, quem ſicuti
ipſe veriſimiliter non deſeruiſſet, ſi ejus fratres
Liberos ſuſcepiſſent, ità etiam Teſtator non omi-
ſiſſet illum expreſsè vocare ad primogenituram,
ſi prævidiſſet, quod, decedentibus ceteris ejus
filiis ſinè Liberis, in illis dumtaxat Petri fami-
lia ſua conſervari potuiſſet? Quamobrem, cum
Petrus, ejuſque Deſcendentes expreſsè excluſi 24
non legantur, ſed à Teſtatore omiſſa dumtaxat
fuerit expreſſa illorum vocatio, hæc omiſſio eiſ-
dem non officit, quoties expreſſa nominatio ſup-
pleta reperitur tum ex natura diſpoſitionis, tum
ex mente Teſtatoris reſultante ex contemplatio-
ne agnationis, ex qualitate oneris realis, & de-
mum ex perpetuitate diſpoſitionis, quæ fortiùs
urgent in caſu noſtro, quia, ut dictum eſt, non 25
agitur de extendenda diſpoſitione ad Primogeni-
tos de extranea familia, ſeù de genere Transver-
ſalium, ſed verſamur in Deſcendentibus, quos, 26
ſi deeſſent verba Teſtatoris, vocaret illa non le-
gis, ſed naturæ vox illorum favore clamans,
plus dictum, quàm ſcriptum cenſendum eſſe,
juxtà celebre *Papiniani effatum in leg. Cum A-
vus ſummoperè celebratum ab Imperatore in l. Cum
acutiſſimi*, *Ramon. conſ. 66. num. 18.*, *Alvarad.
de conjectur. ment. defuncti lib. 4. cap. 1. num. 6. &
ſeqq.*, *& paſſim apud alios*.

Sed

Sed in noſtra hypotheſi fortè nec deſunt ver-
ba, nam, poſtquam Teſtator, vocatis Primoge-
nitis maſculis legitimis, & naturalibus de ſua
virili agnatione, Carolo morienti ſinè filiis ſub-
ſtituerat Paulum Æmilium, ſive ejus Primoge-
nitum maſculum, & gradatim alios ejuſdem Pri-
mogenitos, ſubjecit illa verba = *Et ſucceſſivè
Primogenitum maſculum legitimum, & natura-
lem de virili agnatione ipſius D. Teſtatoris, ut ſu-
pra, uſque in infinitum* = his autem verbis non ob-
27 ſcure connotatile videtur caſum, in quo extarent
filii Petri, illos ſub iſta indefinita vocatione om-
nium Maſculorum de ſua virili agnatione ad pri-
mogenituram invitando; nam, ſi ille vocavit
Maſculos de virili agnatione non quidem relati-
ve ad perſonam Caroli, & Pauli Æmilii, ſed
28 relative ad ſuam perſonam, hinc ſequitur, quod,
cum ſub nomine Primogeniti maſculi legitimi,
& naturalis = *de virili agnatione ipſius D. Teſta-
toris* = venire etiam poſſint Primogeniti maſculi
ipſius Petri, iſti ad primogenituram vocati cen-
29 ſendi ſint, ex regula, quod iis, quibus conveniunt
verba diſpoſitionis, convenire debeat ipſa diſpoſi-
tio, ut in propoſito tradit *Altograd. Jun. dict.
contr. 72. num. 17.*, loquens in fortiori caſu, in
quo agebatur de primogenitura transferenda ad
Tranſverſales.

Quibus ſanè omnibus non adverſantur ea, quæ
pro ratione dubitandi in contrarium deducta fue-
runt, quia procedunt in caſu, in quo agatur de
diſpoſitione reſtricta favore certæ alterius de-
ſcendentiæ, & nulla extet conjectura ſuadens,
Teſtatorem diſpoſitionem ſuam extendere vo-
luiſſe ad alias perſonas, quæ licet nominatim ab
illo vocatæ non fuerint, attamen ex tacita ſal-
tem illius mente ſub tali diſpoſitione comprehen-
30 ſæ reperiuntur, prout contingit in caſu noſtro,
in quo agitur de primogenitura favore agnatio-
nis cum realitate, & perpetuitate oneris, & quod
magis eſt, agitur de eadem extendenda favore
Deſcendentium Teſtatoris, ut omnibus contra-
riis argumentis occurrendo, & re,a,is concor-
dantibus, latiſſimè tradunt *Altograd. dict. contr.
72.*, & *Torr. dict. quæſt. 38.*, in quorum hypo-
theſi agebatur de primogenitura extendenda ad
Tranſverſales, quorum favore difficilius extenſio
iſta admittitur, per ea, quæ tradit *Peregrin.
conſ. 33. num. 27. lib. 3.*, *Mantic. de conject. ultim.
volunt. lib. 11. tit. 2. num. 2. verſ. ſed ego conſidero,
& tit. 3. num. 18. in fine*, *Craſſ. in §. Fideicommiſ-
ſum quæſt. 14. num. ult.*, *Palm. Nep. allegat. 48.
num. 13.*

Expeditus à primo Dubio, progredior ad ſe-
cundum, in quo quæritur, an feudum *delle Ca-
ſtagnole* ſit ex pacto, & providentia, vel potiùs
hereditarium, ſive alienabile in Extraneos. Re-
ſolutio hujus articuli reſultat ex tenore inveſtitu-
ræ conceſſæ Paulo Æmilio Aſinari = *per ſe, ſuoi
eredi, e ſucceſſori maſchi, e femine in feudo no-
31 bile &c.* = Quoties enim in conceſſione feudi,
nullâ factâ mentione de filiis, aut Deſcendenti-
bus, vocantur heredes, ſolâ horum nuncupa-
tione feudum conſtitui hereditarium, & aliena-
bile, tradiderunt *Soccin. ſen. conſ. 257. num. 3.*,
*& 5. conſ. 266. nu. 36.*, *& ſeq. lib. 2.*, *Pariſ. conſ.
3. num. 8.*, *& 10. lib. 1.*, *Corn. conſ. 16. ſub nu. 5.
verſ. & hoc maximè dicendum eſt lib. 1.*, *Roland.
conſ. 55. num. 34. lib. 3.*, *Anguiſſol. conſ. 45. num.
9.*, *Rugger. conſ. 2. num. 60. lib. 2.*, *Cephal. conſ.
307. num. 37. 40. & ſeqq.*, *Bellon. conſ. 1. num.
81.*, *Perett. conſ. 81. num. 9.*, *clar. mem. Card. de
Luca de feud. diſc. 107. num. 14.*, *Marta conſ. 6.
num. 31.*, *Muta ad Conſtitut. Regn. cap. 28. num.
130. lib. 2.*, *Galeott. contr. 31. num. 31.*, *& ſeq.
lib. 1.*, *Manſ. conſult. 292. num. 10.*, *Palm. alleg.
94. num. 54.*, *Gobb. de permiſſ. feud. alienat. qu.
2. num. 35.*, ut enim excluſâ qualitate heredita-
riâ, feudum dici poſſit ex pacto, & providen- 32
tia, oportet, quod conceſſum fuerit pro ſe, &
liberis, vel pro ſe, & Deſcendentibus, *Becc.
conſ. 161. antè num. 4.*, *Aldobrandin. conſ. 3. num.
3.*, *Cephal. conſ. 234. num. 7.*, *Alb. conſ. 634.
num. 1.*, *Ab Anguill. conſ. 93. num. 3.*, *Roſentall.
de feud. cap. 5. concl. 4. num. 1.*, *Urſin. eodem tract.
part. 1. quæſt. 6. art. 2. ſub num. 3.*, *Gobb. de per-
miſſ. feud. alienat. quæſt. 2. num. 57. & ſeq.*, *Co-
cheran. decif. Pedemont. 162. num. 9.*

Quæ opinio certiùs procedit, quando, præter
ſolam nuncupationem, & vocationem heredum, 33
concurrunt aliæ clauſulæ ſuadentes, feudum eſſe
hereditarium, & alienabile, quæ procul dubio
non deſiderantur in caſu noſtro; nam ad feu-
dum, de quo agitur, expreſsè fœminæ vocan- 34
tur; quæ cum regulariter à ſucceſſione feudali
repellantur, rectè ex earum admiſſione argui-
tur qualitas hereditaria feudi, *Menoch. conſ. 65.* 35
*num. 59. verſ. conſtat ergò*, *Thomas de Marin. de
feud. tit. 18. inter tract. magn. tom. 10. part. 1. fol.
157.*, *& tit. 19. de feudo non habente propriam
naturam feudi num. 5. verſ. & ſimiliter fol. 157.*,
*Manſ. conſult. 291. num. 54.*, *Saminiat. contr. 12.
num. 71.*, *& ſeqq.*

Accedit his clauſula = *ad habendum* =, quam pa-
riter prò alienabilitate feudi conſiderant *Rub.* 36
*conſ. 77. num. 300. lib. 2.*, *Menoch. conſ. 133. nu.
5.*, *Intrigliol. de feud. centur. 1. quæſt. 50. num.
190.*, *Palm. alleg. 94. num. 51.*, *Cyriac. contr.
224. num. 19.*, *Girrb. de ſucceſſ. feudal. prælud.
4. num. 31.*, *Rodulphin. alleg. 48. nu. 10. & ſeqq.*,
*Bonden. collect. legal. 34. num. 9. lib. 1.*, *Boſcul.
reſponſ. 2. num. 64. 82.*, *& 142. apud Torr. de ma-
jorat.*, *& Primogenit. Ital. tom. 2. in calce*, *Rota
coram Buratt. decif. 87. num. 2. & ſeqq.*, *in rec.
decif. 111. num. 5.*, *& ſeqq. part. 13.*, *decif. 79. nu.
9*, *& ſeqq. part. 16.*, *in Mantuana Emphyteuſis
17. Junii 1698. §. Et licèt clauſula = ad haben-
dum = coram bon. me. Urſino* =. Certiùs verò dicta
clauſula feudum reddit hereditarium, & aliena- 37
bile, quandò non ſolùm eſt ampliſſimè exten-
ſa, ſed etiam additur eidem alia clauſula = *&
quidquid placuerit faciendum* = ibi = *Ad aver, te-
ner, poſſeder, goder, e far quello, che loro piace-
rà* =, ut tradunt *Roland. conſ. 34. num. 78. cum
ſeqq. lib. 4.*, *Soccin. ſen. conſ. 3. num. 24. lib. 3.*,
*Dec. conſ. 171. col. 2.*, *Curt. Jun. conſ. 4. num. 4.*,
*Laderch. conſ. 1. num. 8. cum ſeqq.*, *Menoch. conſ.
61. num. 1. lib. 1.*, *Cravett. conſ. 359. col. 3. verſ.
ſed dubitatur*, *Roſental. de feud. cap. 9. membr. 1.*,
*concluſ.*

*concluſ.42. num.5.*, *& in Gloſ. lit. C. melius al-*
*legat.x. num.3. & ſeqq.*, *clar. mem. Card. de Lu-*
*ca de feud. diſc.37. num 10. in fine*, *& diſc. 107.*
*num.17.*, *Cacheran. deciſ.164. nu.1.*, *& omnium*
*lutiſſinè Boſcul. dict. reſp. 2. ex num. 142. uſque*
*ad finem.*

Tantique valent eædem clauſulæ, ut tribuant
38 facultatem alienandi tam per contractus inter vi-
vos, quam per ultimam voluntatem, *Cyriac. contr.*
*324. num. 19.*, *Gobb. conſult. 10. n. 47. & n. 50.*
*& ſeq.*, *& in tract. de permiſſ. feud. alienat. quæſt.*
*5. num.60. & pluribus ſeqq.*, *& quæſt.6. num.75.*,
*Rodulphin. alleg. 48. num. 13. & ſeqq.* Præſertim
39 verò, quando illæ inſertæ leguntur parti diſpoſi-
tivæ; *Dec. conſ. 390. num. 8.*, *Cravett. conſ. 256.*
*num. 4.*, *& in fine*; *Albert. Brun. conſ. 38. n.1.*
*& ſeqq.*, *Laderch. conſ.1.*, *Spad. conſ. 182. n.13.*
*& ſeqq. lib.3.*, *Mareſcott. var. reſolut. lib. 3. cap.*
*2 n.4.*, *Fulgin. de Jure Emphyt. tit. de contract.*
*quæſt. 1. num. 11.*, *Pacion de locat.*, *& conduct.*
*cap.53. num.73.*, *Gobb. conſult. deciſ.91. num.6.*,
*Cacheran. deciſ. Pedemont. 164.*

At fortius urget qualitas ipſa feudi, quod eſt
40 emptitium. verſamur enim in feudo, juſto ſoluto
pretio, per Vaſſallum quæſito, quod improprium,
41 & hereditarium reputatur, & Inveſtitus, inſtar al-
lodii, de eo diſponere poteſt, *Bald. conſ.56. lib.3.*,
*Natt. conſ. 159. num. 14. & ſeqq.*, *& conſ. 206.*
*num.4.*, *conſ.216. num.2.*, *Albert. Brun. conſ.137.*
*verſ. quintò moveor lib. 2.*, *Bellon. conſ.1. n. 70.*,
*Surd. conſ.105. n. 10.*, *Burſatt. conſ. 4.*, *ex n.5.*,
*Hoſaſc. conſ. 38.*, *ex num 21. lib. 1.*, *Rocc. re-*
*ſponſ. 45. num. 15. lib.1.*, *meliùs in addit. ad Ca-*
*ſtill. de aliment. obſerv. 68. n.3. cum ſeqq.*, *Manſ.*
*conſult 291. n.45. & ſeqq.*, *Palm. alleg.94. n.58.*,
*Gobb. de permiſſ. feud.*, *& emphyt. alienat. quæſt.2.*
*num. 47. & ſeqq.*, *Theſaur. dec.146. num. 9.* do-
42 centes, procul dubio id procedere, quoties Vaſſallus
feudum emit ab ipſomet Principe; tunc enim,
etiam ſi inveſtitura pactionata legatur, illud alie-
nabile eſt in præjudicium Agnatorum.

Et denique, quod caput eſt, verſamur in pri-
43 mo feudi Acquiſitore, qualis fuit Paulus Æmi-
lius, qui idcircò quomodocumque de illo di-
ſponere poterat, *Alex. conſ. 30. num.12. lib. 1.*,
*Natta conſ.475. num. 12. & 14.*, *Corn. conſ.182.*
*num.4. lib.2.*, *Menoch. conſ. 504. num. 4.*, *Goza-*
*din. conſ.75. num.12.*, *Cravett. conſ.135. num.8.*,
*Curt. jun. de feud. part.4. num.132. verſ. quid er-*
*go concludemus*, *Thomas de Marin. eod. tract. lib.1.*
*tit. 3. de feud. ex pact.*, *& provid. num. 16.*, *Bero*
*conſ.65. num.2.*; id autem ſi procedit, etiamſi aga-
44 tur de feudo ex pacto, & providentià, quod re-
ſpectu primi Acquirentis titulo oneroſo habetur
pro hereditario, quantò potiori Jure juſtum lo-
cum ſibi vindicabit, quoties, prout in caſu no-
ſtro, agitur de feudo, quod veriùs videtur eſſe
hereditarium, *Veſembec. conſ.229. num.8. lib.5.*,
*Surd. conſ.305. n. 32. & ſeqq.*, *conſ. 351. n.24.*,
*Rovit. conſ.15. num.7. lib.1.*, *& conſ.39. num.37.*
*lib. 2.*, *Manent. conſ. 43. num. 49.*, *Bellon. jun.*
*conſ.55. num.8.*, *Schrader. de feud. part.6. cap.6.*
*num.15.*, *Capic. Latro. conſult. 79. num.70.*, *me-*
*liùs ad Caſtill. de aliment. obſerv.68. num.3.*, *clar.*
*me. Card. de Luca de feud. diſc.46. num.2.*, *Gobb.*
*de permiſſ. feud. alienat. quæſt.2. num. 8. & ſeqq.*,
*Samminiat. contr.12. num.117.*, *& contr.13. n.10.*,
*Rota coram Merlino dec.699. ex num.33.*

Parìque refert, quod idem feudum nuncupe-
tur = *nobile*, *ligio*, *gentile*, *antico*, *avito*, *e pa-* 45
*terno*=, quia ſimiles clauſulæ regulariter apponun-
tur in beneficium, non in gravamen Inveſtiti, &
præjudicant dumtaxat Domino directo ad impe-
diendam devolutionem, non autem Vaſſallo, 46
ad cujus preces apponi ſolent in Inveſtituris,
ideoque veriſimile non eſt ſibi ligare voluiſſe
manus, nè de eo diſponere poſſet, *clar. me. Card.* 47
*de Luca de feud. diſc.12. num.14. & ſeq.*, *idem in*
*conflict. legal.*, *& ration. obſerv. 216. ſupplem.*
*part.3.*, *& in Summ. num.36.*, *Boſcul. apud eund.*
*contr. feudal. art. 5. num. 15. & ſeq. poſt tract. de*
*feud.*, *Samminiat. contr. 12. num. 134. & ſeq.*, *&*
*contr.13. num.14. & ſeq.*

Ex his promanat reſolutio tertii Dubii; nam,
ſi feudum eſt hereditarium, ſi reſpectu primi Ac- 48
quirentis feudum, tametſi ex pacto, & provi-
dentia, pro hereditario habetur, procul dubio ve-
niet ſub generali diſpoſitione Bonorum, nec A-
gnatus revocare poterit alienationem, ſive illius 49
diſtractionem in alium factam, *Burſatt. conſ. 3.*
*num.3.*, *& conſ.89. num 32.*, *Surd. conſ.53. n.2.*,
*Cancer. var. reſolut. part. 3. cap. 15. num. 27. &*
*ſeq.*, *Surd. deciſ.11. num.11.*, *Frecc. de ſubfeud.*
*lib. 3. de different. inter pact.*, *& provident.*, *&*
*feud. hereditarium different.8.*

Nec officit, quod tempore, quo Paulus Æmi-
lius ſubſtituit Joſephum Lanzavecchia ſuum ex
Soróre nepotem, hic vigore Legis *Ubenæ* nun-
cupatæ incapax eſſet; nam ſufficit, eſſectum
fuiſſe capacem tempore purificatæ ſubſtitutionis, 50
licèt tempore teſtamenti incapax eſſet, ad *Text.*
*in leg. ultima*, *ibique Gloſſ. verſ. vel ſexto*, *ibique*
*Bartol. num. 2. verſ. eodem modo pone ff. de regul.*
*Catonian.*, *Caſtrenſ.*, *& alii in l. Cetera in prin-*
*cip. ff. de legat. 1.*, *Bertrand. in leg. hac edictali*
*§. Si verò plus n.17. Cod. de ſecund. nupt.*, *Alex.*
*conſ.29. num.5. lib.4.*, *Surd. conſ 569. num.3. &*
*ſeqq.*, ita quidem, ut capacitas ſuperveniens tem-
pore acquiſitionis retrotrahatur in præjudicium 51
alterius, cui ob talem incapacitatem jus deferen-
dum fuiſſet, ut, ex *Text. in leg. ſi cognatis 20. ff.*
*de reb. dub.*, tradunt *Caſtrenſ. conſ. 286. col. 2.*
*antè num.3.*, *& per tot. lib. 2.*, *Cuman. conſ. 83.*
*num.3.*, *Paſett. conſ.163. n.8. verſ. quinto*, *Rum.*
*conſ.139. n.23. lib.5.*, *Bertazzol. conſ. civil. 116.*
*num.11.*, *Raudenſ. conſ. 8. num. 23. lib. 2.*, *Me-*
*noch. conſ.165. num. 9. & 16.*, *conſ.188. num. 6.*
*& ſeq.*, *& conſ. 1089. per tot. num.14.*, referens,
plures diſpenſationes factas à Senatu Mediola-
nenſi habuiſſe effectum in præjudicium tertii, *&*
*conſ. 1140. num. 3. & ſeq.*, *Decian. conſ. 16. ex*
*n.57.*, *& conſ. 78. n.9. lib.4.*, *Cyriac. contr. 205.*
*num.90. & ſeqq.*, *Gratian. diſcept. 209. num. 15.*

Magis verò juſtà ratione hæc procedunt, quo-
ties verſamur in diſpoſitione ſucceſſiva, qualis 52
eſt noſtra, cum nepos vocatus fuerit poſt mor-
tem fratris, hæc enim conditio habet tractum
ſucceſſivum, & ſufficit, capacitatem quando-

cumque ſupervenire, ut, ex *Text. in leg. hæc con-*
*ditio 10. in princip. ff. de condit.*, *& demonſtr.*,
*leg. ſi quis heredem 7. Cod. de Inſtit.*, *& ſubſtit.*,
docent *Cravett. conſ. 511. n.16.*, *Decian. conſ. 16.*
*num. 108. in fine verſ. non obſtat lib. 4.*, *Sard.*
*conſ. 125. num. 20. verſ. reſponderi poteſt.*, *Cyriac.*
*d. contr. 205. num. 94. & ſeqq.*, *Mareſcott. var.*
*reſol. lib. 1. cap. 45. num. 7. per tot.*; regula enim
53 illa, quâ ſancitum eſt, tractu temporis non con-
valeſcere, quod ab initio non valuit, *Leg. placet*
*ff. de regul. Catonian.*, non pertinet ad conditio-
nales inſtitutiones, proindeque, cum ſubſtitutio
nepotis forenſis facta in caſu, quo eſſet capax,
54 ſit conditionalis, ſequitur, quod ſufficiat capaci-
tas tempore habili ſuperveniens, ut ex pluribus
Juris noſtri locis arguit *Sard. conſ. 549. num. 10.*
*& ſeq.*, prout non rarò contingit, Teſtatores in-
ſtituere Forenſes incapaces ſub conditione, qua-
55 tenùs effectû fuerint capaces, ad tradita per *Plot.*
*conſ. 19. num. 16.*, *Decian. conſ. 16. n. 95. lib. 4.*,
*Marchabrun. ab Angnill. conſ. 109. n. 27.*, *Rimi-*
*nald. jun. conſ. 3. n. 27. lib. 3.*, *Cyriac. contr. 205.*
*num. 131.*

Cum itaque ſubſtitutio Joſephi à Paulo Æmi-
lio facta Petro fratri ſuo, valida ſit, & ob capa-
56 citatem ſupervenientem effectum ſortiri potue-
rit quoad feudum = *di Caſtaguole* =, idem ex-
cluſus cenſeri nequit ex tacita, ſive ſuppletiva
vocatione filiorum, ex *cenſura Text. in leg. cum*
*Avus ff. de condit.*, *& demonſtrat.*, *& leg. um*
*acutiſſimi Cod. de Fideicomm.*, quia conjectura
57 pietatis à *Papiniano* evulgata *in d. leg. cum Avus*,
regulariter locum minimè habet in diſpoſitione
Tranſverſalis, ut conſiderat *Gloſſ. in leg. gene-*
*raliter §. Cum autem in verb. filios Cod. de Inſtit.*,
*& Subſtit.*, *& leg. cum acutiſſimi verbo Deinceps*
*litt. B. Cod. de Fideicom.*, *Cujac. ad d. leg. cum*
*Avus lib. 9. reſponſor. Papiniani tom. 1. operum*
*poſthum.*, *Gottofred. ad eamd. leg. cum Avus n. 1.*,
*ibique etiam Bartol. num. 2.*, *Faber. in Cod. lib. 6.*
*tit. 22. definit. 1. num. 11. in fine*, *Caſanatt. conſ.*
*23. num. 19.*, *Mantic. de conjectur. ult. volunt.*
*lib. 10. tit. 8. num. 1.*, *Graſſ. in §. Fideicommiſſum*
*quæſt. 24.*, *clar. me. Card. de Luca de Fideicom.*
*diſc. 115. num. 3.*, *Gratian. diſcept. 306. num. 18.*,
*Rota coram bon. mem. Emerix jun. dec. 813. num.*
*17.*, *& in Romana Hereditatis 14. Junii 1709.*
*§. Etenim coram R. P. D. Priola*; Et quamvis
dd. Legum diſpoſitio locum vindicare ſibi queat
58 in diſpoſitione etiam Tranſverſalis, quando ex
conjecturis deprehendi poteſt, Teſtatorem pro-
ſpicere voluiſſe filiis quoque, & Deſcendentibus
59 Inſtituti; attamen hoc caſu conjecturas vehemen-
tes eſſe oportet, & tales, ut, niſi suppleretur di-
cta conditio = *ſi ſinè filiis* =, aperta ſequerentur
60 abſurda, nec poſſet illius voluntas aliter adim-
pleri, *Altograd. conſ. 45. num. 48. lib. 1.*, *Marta*
*de ſucceſſ. legal. part. 1.*, *quæſt. 24. art. 5. num. 17.*
*verſ. tamen quandò.*, *Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 490.*
*num. 73. in fine*, *Rota in rec. dec. 170. num. 10. &*
*ſeqq. part. 17.*, *& dec. 102. num. 4.*, *& deciſ. 633.*
*part. 18.*, *& in dicta Romana Hereditatis §. Et*
*quamquam coram R. P. D. meo Priolo.*

Hujus vero generis conjecturæ nullæ elici poſ-
ſunt ex diſpoſitione teſtamentaria Pauli Æmilii,
qui, licèt fortè cælebs eſſet, & diſpoſuerit favore
fratris, non idcirco cenſendus eſt filios, qui iſti
adnaſci poterant, præferre voluiſſe Joſepho ne-
poti ex Sorore expreſsè ſubſtituto; amor enim 61
ergà fratrem, qui ſufficienter effectum ſuum ope-
ratus fuerat quo ad inſtitutionem, trahi non de-
bet ad alium effectum longè diverſum, ſubſtitu-
tionis nempe deſcendentium ab eo, qui mini-
mè contemplati fuerunt, ut benè ponderat *clar.*
*me. Card. de Luca in conflict. leg.*, *& ration. ob-*
*ſerv. 97.*, *Rota in d. Romana Hereditatis §. Hujuſ-*
*modi in fine*; Præſertim verò in concurſu nepo- 62
tis jam nati, atque Teſtatori cogniti, ergà quem
non ſolùm præſumenda eſt in Diſponente major
dilectio, quàm in non natos, & penitus incogni-
tos, ut docent *Alexander conſ. 37. col. finali* 63
*lib. 3.*, *Cravett. conſ. 173. num. 12.*, *Menoch. conſ.*
*37. num. 7.*, *Decian. reſponſ. 84. num. 22. lib. 2.*,
*Fuſar. conſ. 95. num. 8.*, *& conſ. 168. num. 6.*, *Dec.*
*conſ. 514. num. 1. & ſeqq.*, *Magon. dec. florent. 71.*
*num. 12. verſ. & quandò.*, *Mart. med. deciſ. Se-*
*nen. 1. num. 28.*, *Rota Lucana poſt Torr. de Majo-*
*rat.*, *& Primogenit. Ital. part. 3. dec. 25. num. 5.*,
*Rota Florentina apud eumdem deciſ. 57. num. 55.*,
ſed talis ſumma dilectio à Teſtatore declarata
fuit verbis præſeferentibus, quantum ipſe cuperet,
ut ſubſtitutio illius favore ab ipſo ordinata, effe-
ctum ſortiretur.

Licèt autem hæc ſit mea ſententia, nihilomi-
nùs admonere non omittam D. Requirentem,
quod ejus comprehenſio in Primogenitura Boni- 64
fortis, cum tacita ſit, utpotè elicita ex conjectu-
ris, dubia ſemper erit, utpotè quæ contrariis
conjecturis elidi poteſt, *Rota cor. Bich. dec. 612.* 65
*num. 15. & ſeq.*, *coram Card. Cerro, deciſ. 538.*
*num. 3. & ſeqq.*, *inter collect. apud Palm. dec. 88.*
*num. 7. & ſeqq.*; Quamobrem ſive in Judicio Jura
ſua experienda, ſive per concordiam res tranſi- 66
genda ei ſit, illa tamquam dubia expendat.

## *Ravennaten. Fideicommiſſi.*

Ab *Oldradi conſilio* 21. receditur, quando Teſtator in voto habuit conſervandi bona in ſua agnatione, & quando plures graduum, & perſonarum lineæ effectivæ, & lineæ contentivæ proximæ, & remotæ ſubſtitutiones ordinavit. Poſſeſſio à Legatario, vel Fideicommiſſario particulari propriâ auctoritate capta quando, vel non, ſit manutenibilis?

## VOTUM VII.

1 *Subſtitutio facta ſub conditione* = ſi ſinè liberis = *corruit*, *liberis exiſtentibus*, *juxta* 21. Oldradi conſil.

*Præſertim, quando Teſtator reſtrinxit gravamen ad primos heredes*, num. 2.

3 *Verba* = ejuſdem D. Teſtatoris filii, & heredes = *ſunt perſonalia*.

4 *Heredes ſubſtituti non veniunt ſub nomine primorum heredum.*

5 *Dictiones* = tunc, & eo caſu = *reſtringunt ſub-*
*ſti-*

ſtitutionem ad caſum = ſi ſine liberis =.
Fortius, ſi ſunt geminatæ, num. ſeq.
7 Conjecturæ leviores ſatis ſunt ad inducendum fideicommiſſum deſcendentale.
Non verò ad illud extendendum favore Tranſverſalium, num.8. 9. & 15.
9 Fideicommiſſi prorogationi de uno genere perſonarum ad aliud minùs prædilectum à Teſtatore, adverſantur omnes juris regulæ.
10 Conjecturæ pro prorogando fideicommiſſo debent eſſe univocæ, & concludentes.
Ita ut ex iis inferatur, Teſtatoris mentem fuiſſe in diſpoſitione deductam, num. 11.
Immò deduci debent non ex teſtamento, ſed ex verbis ipſis ſubſtitutionis, num. 12.
Quæ conjecturæ ſi requiruntur, licèt agatur de prorogando fideicommiſſo favore Deſcendentium, num. 13.
Cum Deſcendentium favor non prævaleat odio gravaminis num. 14.
Eò magis, quando prorogandum eſt fideicommiſſum favore Tranſverſalium, num.15., & ratio adducitur, ibid.
16 Subſtitutionis diverſa ſpecies nequit induci per fideicommiſſariam.
17 Bona tranſeunt libera ad nepotes per vulgarem activè vocatos ad portionem Parentum.
Ratio affertur, num. ſeq.
18 Vocatio activa favorem continet, paſſiva odium.
Præſertim quando agitur de inducendo gravamine favore Tranſverſalium, num. 19.
20 Agnationis contemplatio independenter à fideicommiſſo facta, vim habet illud extendendi ad caſus etiam non expreſſos.
Secus, quando facto fuit conſecutivè ad fideicommiſſum, num. 21.
Cum favor agnationis non valeat multiplicationem ſubſtitutionum inducere, num. 22.
Sufficit enim, ut effectum ſuum operetur juxta caſus expreſſos, num.23., & num.26.
24 Agnationis contemplationis conjectura pro extenſione fideicommiſſi ceſſat, conditione = ſi ſinè filiis = non purificatâ.
25 Agnationis conſervandæ ratio intelligenda eſt juxta terminos præcedentis ſubſtitutionis, & num. ſeq.
27 Alienationis prohibitio facta heredibus inſtitutis, & ſubſtitutis, quando non extendat fideicommiſſum ad perſonas ſub conditione = ſi ſinè filiis = vocatas, & num. ſeq.
29 Agnationis tacita contemplatio ex vocatione Maſculorum deſumpta, non poteſt inducere receſſum ab Oldradi conſilio.
30 Conjectura digreſſus ad plures ſubſtitutionum gradus pro receſſu ob Oldradi conſilio à nonnullis reprobatur.
Ab aliis reputatur levis, num.31.
Niſi agatur de prorogando fideicommiſſo favore perſonarum, quas Teſtator, purificatâ conditione = ſi ſinè filiis =, vocavit, num.32.
33 Conjectura digreſſus ad plures ſubſtitutionum gradus ut receſſum ſuadeat ab Oldradi conſ., oportet, ut ille activè factus ſit.
34 Digreſſus ad plures ſubſtitutionum gradus activè factus non eſt, quando ſubſtitutiones omnes pendent à conditione = ſi ſinè filiis. =
35 Ratio redditur.
36 Subſtitutiones plures à conditione = ſi ſinè filiis = pendentes, cenſentur unica ſubſtitutio.
Et omnes corruunt, ſi conditio = ſi ſinè filiis = non verificatur, num.37.
38 Subſtitutio reciproca non habet vim prorogandi fideicommiſſum, cum, nonniſi activam vocationem inter ulteriores in conditione poſitos inducat.
39 Teſtator cur in uno potiùs, quàm in altero caſu ita diſpoſuerit, non eſt quæ reddatur ratio.
40 Fideicommiſſi gravamen adjectum proximioribus, repetitum non cenſetur remotioribus.
41 Judicium certum in materia conjecturali ferri nequit.
Cum conjecturæ aliis conjecturis confligentur, num. ſeq.
Et conjectura una ab uno efficax, ab alio nullius momenti æſtimetur, num. 43.
44 Teſtatoris voluntas, non verborum qualitas ſpectanda eſt in fideicommiſſis.
45 Teſtatorem, ſi ex aliqua conjectura appareat noluiſſe, diſpoſitionem ſuam pendere à conditione obitus cum filiis, ejus voluntas prævalere debet verbis forſan obſcuris.
Cum magis ex ſola conjecturata mente Teſtatoris, quàm ex verbis ab Oldradi conſilio recedatur, num. ſeq.
47 Subſtitutio concepta verbis = quandocumque decedentibus ſinè filiis = nequit reſtringi ad momentaneam conditionem, quo heredes ſinè filiis decedant.
Præſertim, quando ipſi ſubſtitutioni adjectæ ſunt clauſulæ = in ſtirpes, & non in capita =, num. ſeq.
49 Teſtatoris votum conſervandi Bona in agnatione deſumitur ex vocatione Maſculorum, & fœminarum excluſione.
50 Conjectura ex voto conſervandi Bona in agnatione deducta, urgentiſſima dicitur pro fideicommiſſi progreſſivitate, & num.53.
Etiamſi tacitè eliciatur ex vocatione Maſculorum, num. ſeq.
Ratio adducitur, num.52.
Et efficacior redditur, quando Teſtator digreſſus fuit ad plures gradus ſubſtitutionum, num. 54.
55 Digreſſus ad plures ſubſtitutionum gradus adeſſe dicitur, quando vocati ſunt omnes Deſcendentes maſculi lineæ effectivæ, & lineæ tranſverſalis proximæ, & remotæ.
Et, concurrente digreſſu iſto, fideicommiſſum cenſetur repetitum inter omnes vocatos, num. ſeq., & ratio affertur, num. ſeq.
58 Digreſſus ad plures ſubſtitutionum gradus connumeratur intèr conjecturas fideicommiſſi progreſſivitatem ſuadentes, & de ratione, num. ſeq.
59 Teſtatoris voluntati repugnat, quod voluerit plures ſubſtitutionum gradus alligare conditioni, quæ in primordio ſucceſſionis deficere poterat.

60 *Subſtitutiones plures à conditione* = ſi ſinè filiis = *tunc pendere dici poſſunt, quando in una, eademque oratione factæ ſunt.*
*Secus verò, quando fuerunt factæ in ſeparata oratione, & verbo*, num. ſeq.
*Et tunc adeſſe dicitur rigoroſus ille digreſſus ad plures ſubſtitutionum gradus ſuadens receſſum* ab Oldradi conſilio, num. 62. & 63.

64 *Ex conjecturis receditur* ab Oldradi conſilio, *licèt filii primorum heredum non ſint gravati reſtituere ſubſtitutis*, & num. ſeqq.

65 *Teſtator gravans filios, cenſetur etiam gravaſſe nepotes.*

65 *Deſcendentium nomine comprehenduntur plures gradus, & perſonæ.*
*Et ſub eo nomine comprehenſæ, ordine ſucceſſivo vocatæ, ac reſtituere gravatæ cenſentur*, num. 67. & ſeq.

69 *Fideicommiſſi progreſſivitas arguitur etiam ex ſubſtitutione reciproca.*
*Et ex onere perpetuo heredibus inſtitutis, & ſubſtitutis impoſito*, num. 70.

71 *Conjecturæ præſertim unitim perpenſæ, evincunt fideicommiſſi perpetuitatem.*

72 *Argumenta, & conjecturæ, quæ ſatis ſunt pro inducenda vocatione filiorum ad portionem Patrui, ſufficiunt etiam pro receſſu ab* Oldradi conſilio.

73 *Vocatio paſſiva infertur ex vocatione activa, & receſſus à* conſilio Oldradi *inducitur.*

74 *Pro declaranda fideicommiſſi qualitate, & duratione multùm valet declaratio ab herede facta.*

75 *Conjecturæ, quæ meliùs demonſtrant Teſtatoris mentem, prævalere debent aliis.*

76 *Fideicommiſſum favore Deſcendentium conſtitutum dicitur, licèt iſtis deficientibus ſubſtituatur Tranſverſalis.*

77 *Confirmatio à re confirmata normam recipit.*

78 *Relatum, non referens attendendum eſt.*

79 *Manutentio à poſſeſſione metienda eſt.*

80 *Et debetur illi, qui primò poſſeſſionem cœpit.*
*Præſertim, quando fuit capta in adimplementum præcepti Teſtatoris*, num. ſeq.

82 *Poſſeſſio gravati ad heredes ejus non tranſit, ſed, eo mortuo, reſolvitur.*

83 *Heres gravatus nequit præjudicium inferre vocatis, quando in vita hereditatem reſtituit, quam, nonniſi poſt mortem, reſtituere deberet.*
*Nec poſſeſſionem manutenibilem transfert in eum, quem poſt obitum putat legitimum ſucceſſorem*, num. ſeq.

85 *Clauſula* = Conſtituti = *adjecta in renovatione Inveſtituræ conceſſa Patri, juvat etiam liberos.*
*Ejus virtus conſumpta in primis inveſtitis, inefficax remanet quoad alios*, num. ſeq.

87 *Manutentio in poſſeſſorio judicio non retardatur ex juſtitia, vel injuſtitia tituli.*
*Cum nemo ſuâ poſſeſſione debeat privari, donec diſcutiatur titulus*, num. ſeq.
*Niſi clarus ita ſit, ut abſorbeat poſſeſſorium*, num. 89.

90 *Bona emphyteutica in Civitate Ravennæ poſſunt in Extraneos transferri titulo alienationis, & etiam fideicommiſſo ſubjici.*

91 *Emphyteuſi conceſſâ duobus, non datur jus accreſcendi favore ſuperſtitis, deficiente uno ex coinveſtitis.*

92 *Teſtator poteſt heredem gravare legato, vel fideicommiſſo particulari in Bonis propriis ad menſuram emolumenti eidem relicti.*
*Ad differentiam caſus, quo gravamen à Teſtatore injunctum comprehenderet univerſa Bona Inſtituti*, num. ſeq.

94 *Heres, aditâ hereditate, tenetur ſuſtinere gravamen ſibi à Teſtatore in propriis Bonis injunctum, licèt emolumento non correſpondeat.*

95 *Manutentio eò fortiùs debetur illi, qui poſſeſſionem anteriorem bono jure fulcitam habet.*

96 *Legatarius de manu heredis poſſeſſionem legati debet accipere.*
*Limita, ut* num. 97. 98. & 100.

98 *Legatum acceptum è manibus Executoris Teſtamentarii receptum cenſetur ab ipſo Teſtatore.*

99 *Sacra Rota, juxta ejus praxim, & ſtylum ſolet poſſeſſorium unà cum petitorio diſcutere.*

100 *Fideicommiſſum clarum eſſe debet, ut poſſeſſio à Fideicommiſſario propriâ auctoritate capta ſit manutenibilis*, & num. 102.

101 *Fideicommiſſum, quod ex conjecturis elicitur, dubium eſt.*

NObilis vir Eques Stephanus Luparini in teſtamento condito anno 1590. poſt annuum legatum relictum ven. Societati Sanctiſſimi Corporis Chriſti in Eccleſia Villæ Sancti Marci de Gattinellis, & anniverſarium pro ſuffragio animæ ſuæ, quorum utrumque adimpleri mandavit *per infraſcriptos* (ſunt verba teſtamenti) *ejus heredes inſtitutos, ſeu ſubſtitutos, qui poſſidebunt turrim D. Teſtatoris poſitam in d. villa &c.*, & poſt dotes ſuis filiabus conſtitutas in quantitate ſcutorum mille, & quingentorum auri, heredes univerſales æquis portionibus ſibi ſcripſit Dominicum, & Antonium filios, ventremque prægnantem Ceciliæ uxoris ſuæ, ſi naſceretur maſculus; quorum alteri, ſive pluribus quandocumque decedenti, ſive decedentibus ſinè filiis legitimis, & naturalibus alios, ſive alterum ſuperſtitem reciprocè ſubſtituit his verbis = *In omnibus autem aliis ſuis Bonis mobilibus, immobilibus, tàm emphyteuticis, & livellariis, quàm allodialibus, & prophanis, juribuſque, & actionibus univerſis &c. ſibi heredes univerſales inſtituit, nominavit, & eſſe voluit pleno jure D. Dominicum, & Antonium ejuſdem D. Teſtatoris filios legitimos, & naturales, & ventrem prægnantem D. Ceciliæ ejus uxoris, ſi maſculum, ſeu maſculos pepererit æqualiter, & æquis portionibus, & uni, vel duobus eorum quandocumque decedenti, ſeù decedentibus ſinè filiis legitimis, & naturalibus ſubſtituit alios, ſeu alterum ſupervivientes, ſeu ſuperviventem* =

Sin autem contigiſſet, omnes dd. ejus filios, & heredes decedere ſinè filiis legitimis, & naturalibus, voluit hoc caſu, quod dotes in quantitate dum-

dumtaxat mille quingentorum ſcutorum auri relictæ filiabus ſuis augerentur ad ſcuta tria millia auri, his detractis, de reliqua hereditate ſua ita diſponendo = *Et ſi omnes ejuſdem D. Teſtatoris filii, & heredes, ut ſupra, inſtituti deceſſerint ſinè filiis legitimis, & naturalibus, ut ſupra, tunc, & eo caſu reliquit d. D. Teſtator eodem jure inſtitutionis, & dari juſſit per infraſcriptos ejus heredes ſubſtitutos ſupradd. ejus filiab. natis, & naſcituris, ut ſupra, ſupplementum uſque ad ſummam ſcutorum trium millium auri pro qualibet earum, ita quod quælibet ipſarum, computatis computandis, habeat ſcuta tria millia auri jure inſtitutionis, & pro earum dotibus, & reſiduum totius ejuſdem D. Teſtatoris hereditatis voluit, juſſit, & ordinavit d. D. Teſtator devenire ad Rev. D. Laurentium, Rev. D. Joſephum, & Decium D. Equitem Alexandrum de Chucchis, ſive de Luparinis ejus fratres, ſi vixerint, ſin autem ad eorum filios in ſtirpes, & non in capita* = .

Et denique providens caſui, quo non ſolùm linea effectiva ſuorum filiorum, ſed linea etiam contentiva proxima ſuorum fratrum penitus defeciſſet, vota ſua convertit ad Agnatos lineæ contentivæ magis remotæ verbis illis = *Etſi dd. ejus fratres, & eorum filii, & deſcendentes deceſſerint ſinè filiis legitimis, & naturalibus, tunc & eo caſu, lineâ finitâ, voluit, juſſit, & ordinavit, d. ejus hereditatem devenire ad Decium Equitem, Dominum Bartholomæum, & ad filios quondam Domini Vincentii de Chucchis, aliàs de Luparinis, ſi vixerint, ſin autem ad eorum Deſcendentes legitimos, & naturales in ſtirpes, & non in capita.* =

Evenit caſus à Teſtatore prævisus, quippe Dominicus, & Stephanus filius poſthumus Teſtatoris deceſſerunt ſinè filiis, Antonius verò, licèt deceſſiſſet, duobus relictis filiis maſculis, nihilominùs ex Philippo ſuperſtites fuerunt duæ dumtaxat filiæ, DD. nempe Clara, & Antonia, quas pro portione avitæ hereditatis ad ipſum ſpectante heredes inſtituit, ex Dominico verò jun. altero filio, Sacerdotali charactere, & Canonicatus dignitate inſignito nulli ſuperſtites eſſe potuerunt filii, quamobrem ipſe memor diſpoſitionis Equitis Stephani ſenioris ejus Avi, in ultimo ſuo teſtamento condito anno 1703., titulo legati, & æquis portionibus reliquit DD. Comitibus Damiano, Paulo, & Hieronymo de Luparinis deſcendentibus ab Equite Alexandro, & de linea contentiva proxima à præfato Equite Stephano vocata, prædium avitum exiſtens in villa ſancti Marci ornatum turri gentilitiâ, cujus ille meminerat in legatis ab ipſo factis, adimplendiſque ab heredibus inſtitutis, & ſubſtitutis d. turris poſſeſſoribus, ſuper quo ordinavit inter Legatarios perpetuum, & reciprocum lineare fideicommiſſum, expreſſâ ratione illâ, ut nempe obſequeretur, ſeſeque conformaret menti Stephani Avi, = *acciò abbia effetto il fidecommiſſo fatto, e laſciato dal quondam Signor Stefano mio Avo paterno, il qual fidecommiſſo approvo, e confermo in ogni modo migliore, e dato il caſo, che d. Signor Stefano mio Avo paterno non aveſſe diſpoſto nel modo, e forma, come ſopra, preſcritto, e colle ſoſtituzioni da me fatte ſopra d. Poſſeſſione, Beni, e ragioni, come ſopra, ceduti, e laſciati, in tal caſo voglio, ordino, e comando, che in tutto, e per tutto ſia adempito quanto hò ſopra diſpoſto, con ordinazioni, vocazioni, ſoſtituzioni, e diſpoſizioni eſpreſſe da me, come ſopra, e non altrimenti.* = In reliquis verò Bonis univerſales heredes inſtituit D. Claram, & Antoniam neptes ſuas.

Ut autem ſuprema hæc ſua voluntas faciliùs adimpleretur, & heredes ſuæ colore nullo moram injicere poſſent Legatariis, quominùs illicò conſequerentur avitum prædium, & gentilitiam turrim, quam in agnatione ſua conſervari optaverat: anno 1708. condidit codicillos, in quibus Executorem teſtamentarium conſtituit D. Archidiaconum Franciſcum Dini, eumdemque rogavit, = *che, ſeguita la di lui morte, aſſuma in ſe ſteſſo l'eredità del d. Signor Canonico codicillante, e prima detrarrè da eſſa la Poſſeſſione di San Marco, laſciata a detti Signori de Luparini, e il reſto poi de' Beni di qualſivoglia ſorte ne debba fare due parti, e conſegnare a ciaſcheduna di eſſe Signore Nepoti la ſua metà* =; immò verò anxius optans, ut vota ſua plenum exitum haberent, ſequenti anno, aliis conditis codicillis, pœnam caducitatis conſtituit adverſus dd. D. Claram, & Antoniam neptes, & heredes ſuas, ſi prædii legati promptâ conſequutione Legatarios prohiberent =, *Che ſe le ſudette Signore Chiara, e Antonia di lui eredi impediſſero la conſecuzione del Legato in detto ſuo teſtamento fatto a favore di dd. Signori Conti de Luparini per qualſivoglia loro ragione, e pretenſione, e per qualſivoglia altra cauſa anche non penſata, in tal caſo vuole, che le ſudette Signore Chiara, e Antonia non ſiano più ſue eredi, ma debbano ſuccedere in d. ſua eredità li dd. Signori Conti Paolo, Damiano, e Girolamo de Luparini.* =

Verum in irritum ceſſerunt vota Teſtatoris, eo namque vitâ functo, licèt DD. Comites Paulus, Damianus, & Hieronymus, non ſolum prædii legati poſſeſſionem adipiſci curarunt, tum vigore fideicommiſſi Equitis Stephani ſenioris, tum etiam ex quocumque alio titulo, & cauſa quomodolibet ipſis competente; & præterea D. Archidiaconus Dini Executor teſtamentarius in Dominum jam recognitus à Colonis d. prædii, juxta mentem Teſtatoris illius poſſeſſionem tradidiſſet Legatariis, qui renovationem inveſtituræ obtinuerant à Ven. Abbatia S. Mariæ in Portu Domina directa ejuſdem prædii; nihilominùs, cum præfatæ etiam Sorores poſſeſſionem conſeſſent, in ſummario manutentionis Judicio lis inter ipſas, & Legatarios ſuborta fuit coram A. C. Cerro, qui manutentionem decrevit præfatis Sororibus; quamobrem DD. Comites de Luparinis Cauſam in Sacro Auditorio proſequuturi tàm ſuper manutentione, quàm ſuper meritis, antequam illam inſtituant, judicium, ſententiamque meam ſuper pluribus requiſiverunt.

Primò videlicet, an fideicommiſſum anno 1590. ordinatum ab Equite Stephano ſen. Luparini expiraverit in perſonis DD. Philippi, & Canonici Dominici filiorum Antonii, ità quidem, ut

ut D. Philippus liberè potuerit de Bonis pro ſua medietate diſponere, prout in teſtamento diſpoſuit favore dd. DD. Claræ, & Antoniæ filiarum, ſeu potius ob mortem d. Philippi fideicommiſſum pro medietate ab illo poſſeſſum, conſolidatum fuerit in bon.mem. Canonico Dominico ſuperſtite, cum progreſſu tamen ad Collaterales lineæ contentivæ deſcendentes ab Equite Alexandro fratre Teſtatoris?

Secundò, an attentâ diſpoſitione d. Canonici Dominici factâ de d. prædio exiſtente in villa S. Marci favore DD. Com. Pauli, Damiani, & Hieronymi de Luparinis, per viam approbationis, & confirmationis fideicommiſſi ab Equite Stephano Avo, ut ſupra ordinati, præd. DD. Comites de Luparinis capere debeant d. prædium virtute d. fideicommiſſi, ſeu potius vigore diſpoſitionis, & legati d. Canonici Dominici?

Tertiò denique, an poſſeſſio ejuſdem prædii à DD. Comitibus de Luparinis Legatariis non de manu heredis, ſed propriâ auctoritate capta ſuſtineatur, vel ſaltem pro illa convalidanda ſuffragetur ſuperveniens ejuſdem traditio facta ab Executore teſtamentario inhærenti menti Teſtatoris, ſub pœna caducitatis præcipientis heredibus, ne quocumque colore, aut causâ prohiberent Legatarios prædium legatum illicò conſequi.

Rem igitur ordiendo ab examine primi Dubii, primo oculorum conjectu dicendum videtur, fideicommiſſum conditum ab Equite Stephano ſen. jam expiraſſe in perſonis Philippi, & Canonici Dominici filiorum Antonii, & reſpectivè nepotum Teſtatoris, ac per conſequens Philippum de ſua medietate liberè diſponere potuiſſe favore DD. Claræ, & Antoniæ ejus filiarum, nam, cum vocatio DD. Comitum Pauli, Damiani, & Hieronymi deſcendentium ab Equite Alexandro, ceteræque omnes ſubſtitutiones pendeant à caſu, & alligatæ legantur conditioni, videlicet ſi Antonius, & Dominicus ſen. filii Teſtatoris ſinè filiis maſculis deceſſiſſent, ibi = *Etſi omnes ejuſdem D. Teſtatoris filii, & heredes, ut ſupra, inſtituti deceſſerint ſinè filiis legitimis, & naturalibus, ut ſupra, tunc, & eo caſu reliquit,* = dicendum eſt, quod eædem pariſicatæ
1 dici nequeant in contrario caſu, & ſub contraria
conditione, in quo videlicet iidem heredes inſtituti nedum habuerunt filios, ſed, illis ſuperſtitibus, deceſſerunt, ad normam famigerati *conſ. Oldradi* 21., quem ſequuntur *Pariſ. conſ.* 14. *n.* 10. *lib.* 2., *Giovagnon. conſ.* 39. *num.* 3. *lib.* 1., *Bellon. jun. conſ.* 35. *num.* 11., *& ſeq.*, *Caſanat. conſ.* 2. *num.* 43., *Gammaer. conſ.* 1. *num.* 56., *& ſeq.*, *Altograd. conſ.* 60. *num.* 2. *lib.* 1., *Torr. de majorat.*, *& Primog. Ital. lib.* 2. *quæſt.* 17., *& quæſt.* 23. *utrobique num.* 1., *Peregrin. de Fideicom art.* 15. *num.* 3., *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.* 480. *num.* 1., *Caren. reſol.* 29. *num.* 1., *Reynoſ. obſerv.* 64. *num.* 18., *Altograd. contr.* 33. *ſub num.* 41., *Camerat. reſponſ. deciſ.* 49. *art.* 3. *num.* 3., *& num.* 17., *Panimoll. deciſ.* 43. *annot.* 3. *num.* 3., *Rot. coram Cavaler. deciſ.* 404. *num.* 1., *coram Celſ. dec.* 335. *num.* 12., *coram Cerro deciſ.* 442. *num.* 1., *coram Burat. deciſ.* 820. *num.* 1., *coram ſan. mem. Alex. VIII. deciſ.* 28. *num.* 12., *in rec. deciſ.* 258. *num.* 11., *& ſeqq. part.* 15., *in Romana Fideicommiſſi* 26. *Junii* 1690. *§. Nec obſtat coram Rmo D. Hervault Archiepiſcopo Turonen.*, *in Piſauren. Fideicommiſſi* 21. *Junii* 1704. *§. Tranſeundo coram R.P.D. Lancetta*, *in Tyburtina Fideicommiſſi* 2. *Martii* 1705. *§. Ratio*, *&* 8. *Februarii* 1706. *§. Siquidem coram R.P.D. Anſaldo*, *& in Eugubina Fideicommiſſi* 9. *Maii* 1707. *§. Etenim coram R.P.D. Lancetta.*

Quæ porro communis Doctorum traditio potiori jure locum ſibi vindicat in caſu noſtro ob duplicem rationem, alteram deſumptam ex verbis, alteram verò elicitam ex veriſimili mente Teſtatoris. Nam, ſi prorogationi fideicommiſſi nec umquam locus eſt, quoties Teſtator dictione aliquâ reſtrictivâ gravamen, & ſubſtitutionem in
caſu obitus ſinè filiis reſtrinxiſſe, dictamque 2
conditionem ad primos heredes inſtitutos retuliſſe, dici poteſt, *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.* 480. *n.* 3., *Palm. alleg.* 83. *num.* 35., *& ſeq.*, *alleg.* 84. *n.* 44. *& ſeq.*, *alleg.* 90. *num.* 9. *& ſeqq. num.* 48. *n.* 61. *verſ. duodecima num.* 74., *Caren. reſol.* 29. *ſub num.* 1. *&* 2., *Andreol. contr.* 289. *num.* 12., *Rot. coram Card. Cerro deciſ.* 712. *num.* 4., *deciſ.* 110. *num.* 7. *coram Priol.*, *deciſ.* 113. *num.* 1. *cor. Cavaler.*, *deciſ.* 459. *num.* 4. *part.* 13. *rec.*, *in Tyburtina Fideicommiſſi* 8. *Februarii* 1706. *§. Præcipue quoties coram R.P.D. meo Anſaldo.* In dubium venire nequibit, quin illa procul dubio rejicienda ſit in caſu noſtro, in quo apparet, Teſtatorem dictam ſubſtitutionem, conditionemque adjeciſſe primis heredibus decedentibus ſinè filiis, ut patet ex mox relatis verbis = *Etſi omnes ejuſdem D. Teſtatoris filii, & heredes, ut ſupra, inſtituti deceſſerint ſinè filiis &c., tunc & eo caſu &c.* =, ſi enim expreſsè de filiis ſuis loquutus
fuit, ut innuunt perſonalia illa verba = *ejuſdem* 3
*D. Teſtatoris filii, & heredes* =, quæ in propoſito conſiderant *Surd. conſ.* 554. *num.* 20. *lib.* 4., *Ruin. conſ.* 104. *num.* 12. *& ſeq. lib.* 2., *Soccin. jun. conſ.* 111. *ſub num.* 28. *vol.* 1., *Palm. nep alleg.* 19. *num.* 5., *&* 45. *& ſeqq.*, *Rodulphin. alleg.* 127. *num.* 9., *Menoch. de præſumpt. lib.* 4. *præſump.* 94. *num.* 3., *iterum Palm. nep. alleg.* 90. *num.* 13., *&* 14., *clar. mem. Card. de Luc. de Fideicomm. diſc.* 84. *num.* 4., *Rota in Piſauren. Fideicommiſſi* 12. *Februarii* 1685. *§. Nec adducta coram bon. mem. Albergato*; ſi præterea conditionem obitus ſinè filiis retulit ad heredes, & quidem inſtitutos, quo ſub nomine ad effectum excludendi purificationem conditionis venire ne-
queunt ulteriores heredes ſubſtituti, qui dici ne- 4
queunt heredes primo loco inſtituti, ut benè ad rem noſtram tradunt *Surd. d. conſ.* 554. *num.* 20. *lib.* 4., *Bellon. conſ.* 35. *num.* 23. *&* 26., *Caſanat. conſ.* 4. *num.* 82., 105., *&* 107., *Cravett. conſ.* 98. *num* 5., *Altograd. conſ.* 60. *num.* 117., *Buccafer. reſponſ.* 38. *num.* 41., *Peregrin. de Fideicommiſſis art.* 29. *num.* 36., *Morott. reſponſ.* 5. *num.* 6., *Palm. nep. alleg.* 90. *num.* 14., *& in dicta Piſauren. Fideicommiſſi* 12. *Februarii* 1685. *d. §. Nec adducta, & ſeq. coram bon. mem Alberga-*

*to;*

*to*; ſi denique adjecit dictiones illas taxativas =
*tunc & eo caſu* =, quonam pacto in dubium re-
vocari poterit, quin per obitum primorum here-
dum cum filiis evanuerit ſubſtitutio iſtiuſmodi
5 dictionibus taxativis reſtricta ad eum caſum, in
quo iidem decederent abſque filiis, *Palm. d. al-
leg.83. num.36., Rot. coram Card. Celſ. dec.335.
num.12., coram Card. Cerro deciſ. 712. num. 4.*,
eademque verba, dictiones, & clauſulæ reſtri-
ctivæ, fortiùs urgere videntur in caſu noſtro,
6 quia pluriès geminatæ reperiuntur, *Caren. reſol.
29. num.2., Palm. alleg.85. num.51., alleg.90. n.
11., & num. 61. verſ. duodecima conjectura, &
num.74.*

Altera verò ratio promanat ex veriſimili
mente Teſtatoris, quia non agitur de inducendo
fideicommiſſo favore Deſcendentium, quo caſu
7 leviores ſufficere conjecturas, tradiderunt *Fuſar.
de ſubſtit. quæſt. 480. num. 19., clar. mem. Card.
de Luc. de Fideicomm. diſc.86. num.4., Panimoll.
dec.43. annot.3. num.17., Rota coram Burat. de-
ciſ. 897. num. 8., ibique Add. in Bononien Fi-
deicommiſſi de Boviis 20. Junii 1687. §. Verbis
teſtamenti cor. R̃mo D. Hervavult Archiepiſcop.
Turonen., in Romana Fideicommiſſi 1. Julii 1699.
§. Neque purificatio coram bon.mem. Pio, in Fa-
nen. Fideicommiſſi 22. Junii 1705. §. Conjectura
8 autem coram bon.mem. Omanna*; ſed illud exten-
di contenditur favore Tranſverſalium, quod
longè magis adverſari Juris noſtri regulis, tradi-
derunt *Caren. d. reſol. 29. num. 6., Bonden. col-
lect. leg.lib.2., collect.11. num.11., & num.123.,
Rot. coram Dunoz. jun. dec.50. num.2.*, ob eam
rationem, quia, quoties quæſtio non eſt de indu-
cendo fideicommiſſo activo, vel paſſivo in ea-
dem deſcendentia jam admiſſa, & à Teſtatore
prædilecta, ſed agitur de faciendo tranſitu de
uno genere perſonarum prædilectarum in alte-
rum minùs dilectum, & per conſequens de indu-
9 cendo novo ſubſtitutionum ordine, ſive gra-
du, omnes regulæ reſiſtere videntur prorogatio-
ni fideicommiſſi, ut ratiocinantur *clar.mem.Card.
de Luc. de Fideicomm. diſc.83. ſub num.6. verſ. in
præcedenti, Torr. de Majorat., & Primog. Ital.
part.2. quæſt.17. num.23., & ſeq., Panimoll. de-
ciſ. 43. annot. 3. num.7., Rota coram Dunoz.jun.
dec.50. num.2.*

His autem retentis Doctorum traditionibus,
fruſtra recurritur ad conjecturas, ex quibus non
negatur recedi à conſilio *Oldradi*, ſed dicitur cer-
ti juris eſſe, quod, ut vigore conjecturarum fir-
metur perpetuitas, & prorogatio fideicommiſſi,
10 oportet, illas univocas, & omninò concludentes
eſſe, *Caren. reſol.29. num.5., Rodulphin. alleg.
161. num.2., Rot. coram Merlin. dec. 269. nu.3.,
cor. bon. mem. Emerix jun. dec.56. num.17., in
Lauretana Fideicommiſſi 6. Martii 1702. §. Sepo-
ſita coram R. P. D. Lancetta, in Eugubina Fidei-
commiſſi 9. Martii 1707. §. Etenim coram eodem*;
Ità quidem, ut ex eiſdem neceſſariò inferatur,
11 non ſolùm Teſtatoris mentem talem extitiſſe,
ſed prætereà fuiſſe in diſpoſitionem deductam,
*Camerat. reſp. deciſ.49. n.t.3. num.5., Panimoll.
dec. 43. annot. 3. num. 15., & ſeq., Rot. coram
Card. Cerro dec. 712. num. 8.*; quinimmò non
ſufficit, illas reſultare ex teſtamento, ſed deduci
debent ex verbis ipſis illius ſubſtitutionis, cujus 12
vigore agitur, quippè ſi aliundè deſumantur, fi-
deicommiſſi extenſionem non concludunt, *Re-
denaſch. conſ. 10. ſub num. 40. verſ. tunc demum,
Roſ. conſult. 46. num. 6., & ſeq., & num. 36.,
Balducc. ad Ramon. conſ. 9. num. 32., & ſeqq.,
Rot. coram Card. Cerro d. deciſ. 712. num. 12.*;
quæ porrò omnia ſi requiruntur etiam, quando
agitur de prorogando fideicommiſſo favore De- 13
ſcendentium, ut benè tradiderunt *Palm. alleg.83.
num.7., alleg.85. num.6., & ſeq., Torr. de Majo-
rat., & Primog. Ital. part.2. quæſt.17. num. 26.,
& ſeq., Rot. coram Coccin. dec. 152. num. 2. &
ſeq., coram Bich. dec.342. num.3., & ſeq., in rec.
dec.383. num.3. & ſeq. part.15., dec.349. num.23.
part.19., in Eugubina Fideicommiſſi 9. Maii 1707.
§. Et quamvis coram R. P. D. D. Lancetta*; ratio
enim excludendi gravamen odioſum prævalere
dicitur favori ipſorum etiam Deſcendentium, 14
qui ſe vocatos eſſe contendunt, *Palm. d. alleg. 85.
num.8., Rot. coram Card. Celſo dec.34. num.15.*,
multò magis concurrere oportebit, quando, ut
in noſtra hypotheſi, res eſt de inducendo grava- 15
mine paſſivo Deſcendentium Teſtatoris favore
lineæ tranſverſalis ejuſdem certè minùs dilectæ,
hunc enim tranſitum jura noſtra magis abhor-
rent, juxta deducta in fine *§. præcedentis*. Jure
igitur, meritòque cenſent Doctores, hoc caſu re-
quiri conjecturas omninò evincentes fideicom-
miſſi perpetuitatem.

Hujus autem generis dici minimè poſſe viden-
tur illæ, quæ in noſtra hypotheſi afferuntur, non
enim urget prima, quod videlicet filii primorum
heredum, & reſpectivè nepotes Teſtatoris in
conditione poſiti per fideicommiſſum diſpoſiti-
vè vocati fuerint tàm ad portionem proprii Pa-
rentis, ut de hac ipſa teſtamentaria diſpoſitione
latè firmavit *Rota coram bon. mem. Emerix Jun.
deciſ.251., & deciſ.279.*, eò quod expreſſa vo-
catio nepotum ad portionem Patruorum facta
intelligitur tantummodò per vulgarem, in caſu
ſcilicet, quo illorum Pater prædeceſſiſſet, ex quo
rectè induci nequit diverſa ſpecies ſubſtitutionis 16
per fideicommiſſariam, *Rodulphin. allegat. 59. nu.
9.* dans *concordantes, Rocc. diſput. Jur. ſelect. cap.
17. num.3. & ſeq., Rota coram Card. Cerro deciſ.
516. nu.2. & ſeq., in Romana ſeu Verulana fidei-
commiſſi 15. Junii 1682. §. Bona cor. bo. me. Rondi-
nino*; nepotes itaque Teſtatoris per vulgarem acti-
vè vocati tam ad Parentum, quàm ad Patruorum
portiones, reſtituere non gravantur ulterioribus
ſubſtitutis, quia eorum Parentes, & Patrui gra-
vati dicuntur in gratiam dumtaxat ſuorum filio-
rum, & nepotum, ad quos Bona ſinè ulterioris 17
fideicommiſſi onere deferuntur, *Ripa in leg. Cen-
turio num. 168. ff. de vulgar., & pupillar., Rede-
naſch. conſ.9. num.134., Altograd. conſ. 60. num.
44. lib. 1., Peregrin. de fideicomm. art. 17. num.
7, clar. mem. Card. de Luca eodem tract. diſc. 82.
num. 6., Andreol. contr. 289. num. 9., Urceol.
conſult.70. num.2., Palm. allegat. 19. num. 10.,
Rodulphin. alleg.6. num. 2., alleg. 9. num. 9., al-
leg.37.*

leg.37. num. 1., Rota deciſ. 491. num.3., & ſeq.
part.4. diverſ., in rec.deciſ.255. num.3.,deciſ.258.
num. 10. part.15., deciſ. 235. num. 6. part.16., in
Lauretana fideicommiſſi 6. Martii 1702. §. Abſ-
que eo quod coram R.P.D. Lancetta, in Triden-
tina Bonorum, ſeù Immiſſionis 11. Junii 1703. §.
Perpenſis, & ſeqq. coram bon. mem. Caſſarello,
& in eadem Tridentina Bonorum, ſeù Immiſſionis
ſuper ſucceſſione in Bonis Philippi, Jacobi, &
Iſabellæ 15. Martii 1706. §. à portione coram Il-
luſtriſſimo Scotto Almæ Urbis Gubernatore; nec
deeſt recta Juris ratio deſumpta ex differentia
inter vocationem activam, & paſſivam; pri-
ma namque favorem, ſecunda verò continet
18 odium in præjudicium Deſcendentium, Ga-
briel. conſ. 111. num. 15. lib. 1., Toudut. quæſt.
civil. 114. num. 5., & quæſt. 119. num. 3., ea-
19 demque ratio fortius urget, quando agitur de
inducendo paſſivo gravamine non favore ulterio-
rum Deſcendentium, ſed Tranſverſalium, Pani-
mol. dict. deciſ.43. annot.3. num.7.

Prout etiam juſta conjectura pro fideicommiſ-
ſi perpetuitate, ſive prorogatione induci nequit
ex eo, quod Teſtator proſpexerit conſervationi
Bonorum in agnatione, id eliciendo ex vocatio-
ne filiorum maſculorum dumtaxat, eorumdem-
que reciproca ſubſtitutione, excluſis ſemper fœ-
minis, quippè ratio iſta conſervandi Bona in
agnatione fideicommiſſum extendere poteſt ad
20 caſus non expreſſos, quoties illa independenter
à præcedenti fideicommiſſo explicatur per viam
rationis, principaliter informantis totam diſpo-
ſitionem, ſeu per modum cauſæ finalis prima-
riò, & abſolute à Teſtatore volitæ, at aliter
21 res ſe habet, quando, ut in caſu noſtro, dicta ratio
adjicitur conſecutivè, ſive relativè ad caſum
obitus Inſtituti ſinè filiis præcedenter expreſſum,
dictoque caſui cohæret, ad Text. in leg. Pater 36.
§. Fundum ff. de legat. 3., Caſanat. conſ.4. nu.53.,
Spad. conſ.257. nu.5. lib.3., Altograd. dict. conſ.
60. num.13. lib.1., Odd. de fideicomm. quæſt. 12.
num.175., Palm. alleg.90. num. 40., Saminiat.
contr.8. num.24., Rota coram Duran. deciſ.126.
num.6., coram Seraph. deciſ. 883. num.4., coram
Card. Cerro deciſ.221. num.23., deciſ.368. num.5.
poſt Card. Albit. de inconſt. in Jud. deciſ.26. nu.
7., in rec. deciſ.40. num.5., deciſ.47. num.2 part.1.,
deciſ.368. num. 7. part.5., deciſ.8. num.5. part. 7.
in Anconitana Fideicommiſſi 27. Junii 1685. §.
Fideicommiſſi exiſtentia coram bon. mem. Alber-
gato, in Romana, ſeù Reatina Fideicommiſſi de
Vincentinis 14. Martii 1701. §. Adhuc cor. Illmo
Scotto, & meliùs in dicta Engubina fideicommiſſi
9. Maii 1707. §. Non obſtat coram R. P. D. Lan-
cetta, favor enim agnationis tanti non valet, ut
operari queat multiplicationem ſubſtitutionum
22 ultrà caſus à Teſtatore expreſſos, Palm. alleg.234.
num.64. & ſeq., Rota coram Seraph. deciſ. 486.
num.17., & ſeq., in rec. deciſ.807. num. 13. part.
18., & ad ornat. clar. mem. Card. de Luca in
Mantiſ. tit. de fideicomm. deciſ. 21. num.49., ſed
ſatis eſt, quod effectum ſuum operetur juxta ca-
23 ſus ipſius diſpoſitionis, quatenus nempè primi
inſtituti decedentes ſinè filiis maſculis locum
faciant purificationi conditionis à Teſtatore in
noſtro caſu adjectæ ſubſtitutioni Equitis Alexan-
dri, & maſculorum ab eo deſcendentium, quæ
cum defecerit per obitum Antonii alterius ex
heredibus inſtitutis cum filiis cedet quævis conje-
ctura, quæ pro extenſione fideicommiſſi deſu- 24
mitur ex contemplatione agnationis, Bellon. Jun.
conſ.35. nu.18., Valenz. conſ.47. nu.25. & ſeqq.,
Altograd. conſ.124. lib. 1., Cenſal. ad Peregrin.
de fideicommiſ. fol. mihi 257. columu.2. antè med.,
Peregrin. de fideicommiſ. art.29. num.39., Acto-
lin. reſolut.62. num. 8. & ſeq., Palm. alleg. 234.
num.64. & ſeq., Torr. de Majorat., & Primog.
Ital. part.2. quæſt.23. num.30. & ſeqq., Rota co-
ram Buratt. deciſ. 820. num.2., in rec. deciſ. 667.
num. 11. part. 2., ubi, quod ratio conſervandæ
agnationis intelligenda eſt juxtà terminos præce-
dentis ſubſtitutionis, rejectâ extenſione de caſu 25
ad caſum, deciſ.195. num.7. part.5., deciſ.425. nu.
14. part. 9., ubi, quod contemplatio agnationis
non egreditur caſum à Teſtatore diſpoſitum, co- 26
ram Penting. deciſ.358. num.11., coram Card. Celſ.
deciſ.335. nu.18.

Quod confirmatur exemplo prohibitionis alie-
nationis factæ omnibus vocatis, quæ quoties
non eſt generaliter concepta cum nota aliqua
perpetuitatis, ſi heredes primo inſtituti decedant
cum filiis, ampliare nequit fideicommiſſum ad
alium caſum, & ad alias perſonas ſub contraria
conditione ſi ſine filiis vocatas, juxtà celebre conſ. 27
Decii 636. communiter à Doctoribus, & in no-
ſtra ſpecie approbatum à Surd. conſ.96. num. 10.
& ſeq., Fuſar. conſ.143. num.5. de ſubſtit. quæſt.
688. num.36., Urceol. conſult. forenſ.96. nu. 13.
& ſeqq., Manſ. conſult. 22. ſub num. 7. tom. 9.,
Rota coram Seraph. deciſ.482. num.3., deciſ. 883.
num.4., & ſeq., deciſ.1023. num.10., in rec. deciſ.
54. num.5., deciſ.100. num.7., deciſ.300. num.20.,
deciſ.316. num.6. part.1., deciſ.707. num.7. part.2.,
deciſ.24. num. . part.4. tom.2., deciſ. 632. num. 9.
part.4. tom 3., deciſ.368. num.7., part 15., deciſ. 5.
ſub num. 5. part.7., deciſ.807. ſub num. 9. part.18.,
in Lauretana Fideicommiſſi 6. Martii 1702. §. Se-
poſita, & 15. Januarii 1703. §. Minoris etiam
ponderis coram R.P.D. Lancetta, & in Cameri-
nen. Fideicommiſſi 16. Aprilis 1706. §. Quoniam
coram bon. mem. Omaanu, ne alioquin ſequatur,
quod tàm prohibitio alienationis, quàm ratio
conſervationis Bonorum in agnatione produ-
cant effectum includendi eas perſonas, quas in
ipſo actu diſponendi Teſtator vel excluſerat, vel
nullo pacto vocaverat, quod ferendum non eſſe, 28
docuerunt Alexand. conſ. 59. column. penult. &
ultim. lib.3., Dec. conſ. 291. colum. penult. verſ.
non obſtat, Peregr. de fideicomm. art. 14. ſub num.
22. verſ. ſed nec iſta argumentatio, Fuſar. de ſub-
ſtitut. quæſt.351. num.25., clar. mem. Card. de Lu-
ca de fideicomm. diſc.54. num. 5., Rodulphin. al-
leg.45. num.25., Surd. deciſ.239. num. 11.

Fortiùs verò hæc urgent in caſu noſtro, quia
non agitur de teſtamento, in quo Teſtator ex-
preſsè agnationem contemplatus fuiſſe legatur,
ſed talis contemplatio elicitur ex vocatione Maſ-
culorum, cum excluſione fœminarum, ex qua
deſu-

deſumi ſolùm poteſt tacita contemplatio agna-
tionis non apta ad inducendum receſſum à con-
ſilio *Oldradi*, & fideicommiſſi prorogationem
ad caſum à Teſtatore minimè expreſſum, nè ſe-
quatur multiplicatio præſumptionum, quod ſque
29 ex tacito inducatur aliud tacitum, *Rota in Fanen.
fideicommiſſi 4. Julii 1704. §. Et demùm cor. bon.
mem. Omanna*.

Minus urget digreſſus, ſive longa ſeries ſub-
30 ſtitutionum à Teſtatore ordinatarum, nam, omiſ-
ſo, quod iſtiuſmodi conjectura reprobatur à *Gio-
vagnon. conſ. 92. num. 22., Fuſar. de ſubſtit. quæſt.
480. num. 5., Palm. alleg. 83. num. 11., alleg. 85.
num. 21., alleg. 90. num. 43. & ſeq., Rota coram
Buratto deciſ. 820. num. 4., coram Card. Celſ. de-
ciſ. 335. num. 17., coram Card. Cerro deciſ. 712.
num. 6. & ſeq.*, ab aliis verò levis momenti re-
31 putatur, *Gabriel. conſ. 93. num. 37. lib. 2., Surd.
conſ. 448. num. 21., Andreol. contr. 409. nu. 17.*,
niſi fortè agitur de prorogando fideicommiſſo
intra illud genus perſonarum, ad quas Teſtator,
32 purificatâ conditione: ſi ſine filiis, pertranſiit, *Pe-
regrin. de fideicomm. art. 29. num. 27., Fuſar. de
ſubſtit quæſt. 480. num. 56., Cancer. variar. re-
ſolut. lib. 3. cap. 21. num. 91., Capyc. Galeot. contr.
25. num. 45. lib. 2., Rota coram Burat. deciſ. 85.,
& poſt Torr. de majorat., & Primog. Ital. part. 3.
deciſ. 18. num. 43., & ſeq.*

His, in quam, omiſſis, reſpondetur, quod, ut
ex dicto digreſſu ad plures ſubſtitutionum gradus
juſta inducatur conjectura prorogationis fidei-
33 commiſſi, oporteat, quod ille activè, & paſ-
ſivè tactus fuerit, *Palm. alleg. 90. num. 46., Torr. de
Majorat., & Primog. Ital. part. 2. quæſt. 17. nu.
35. & ſeqq., Panimolt. dict. deciſ. 43. annot. 3. nu.
51. & ſeqq., Rota coram Dunoz. Jun. deciſ. 50.
num. 3.*, Id verò dici non poteſt, quando ſequen-
tes ſubſtitutiones, quotquot ſunt pendent à condi-
34 tione obitus heredum ſine filiis, quæ evanuerit
per illorum obitum, relictis poſt ſe filiis, *Giova-
gnon. conſ. 82. num. 10. lib. 1., Bellon. Jun conſ.
35. num. 16., Altograd. conſ. 60. nu. 120. lib. 1.,
Caren. reſolut. 23. num. 12., Cyriac. contr. 251.
num. 12., Roſa conſult. 40. num. 1., Actolin. re-
ſolut. 2. num. 5., Saminiat. contr. 8. num. 15. &
ſeqq., Palm. alleg. 83. num. 11., & ſeq., alleg. 85.
num. 22., alleg. 90. num. 45. & ſeq., Rota coram
Burat. deciſ. 820. num. 4., coram Peuting. deciſ.
258. num. 12., coram Bich. deciſ. 297. num. 19., co-
ram Card. Celſ. deciſ. 335. num. 17., apud Torr.
de Majorat., & Primog. Ital. deciſ. 61. num. 8., in
rec. deciſ. 154. num. 20. part. 13., deciſ. 221. num. 3.
part. 14., deciſ. 80. num. 25. part. 15., & in ſæpius
citata Lauretana fideicommiſſi 16. Martii 1702.,
& 13. Januarii 1703. coram R. P. D. Lancetta*,
in quarum *Deciſionum* hypotheſi agebatur de
caſu longè difficiliori; Teſtator enim reciprocè
ſubſtituendo filios à ſe inſtitutos, eoſque gra-
vando ſub conditione: ſi ſinè filiis, declaraverat =
*che il preſente fideicommiſſo debba durare fino a
terza generazione*, = & nihilominus, quia *Sacra
Rota* animadvertit, adeſſe activam dumtaxat vo-
cationem = *a terza generazione*, = idcircò, uno ex
reciproce ſubſtitutis defuncto cum filiis, cenſuit,
fideicommiſſum ità ordinatum, atque continens
activam dumtaxat vocationem deſiiſſe in pri-
ma generatione ob defectum conditionis: ſi ſinè 35
filiis, ſub qua vocatæ fuerant aliæ generationes
uſque in tertium gradum, *Rota in Avenionen.
Primogenituræ, ſeù Concurſus 23. Januarii 1705.
§. Minus obeſſe coram bon. mem. Muto, in Tyburti-
na Fideicommiſſi 8. Februarii 1700. §. Siquidem
incipiendo coram R.P.D. Anſaldo*, ob eam ra-
tionem, quod, quando primis heredibus plures
ſubſtituuntur ſub dicta conditione, reverâ dici ne-
quit, adeſſe digreſſum, ſive plures ſubſtitutiones
inter ſe diſtinctas, ſed potius ſub unica ſubſtitu-
tione ab eadem conditione pendente plures di- 36
verſæ perſonæ activè vocatæ cenſentur, ut ex-
plicant *Bellon. Jun. conſ. 35. nu. 16. & ſeqq., Torr.
de Majorat., & Primog. Ital. part. 2. quæſt. 23.
num. 35. & ſeq., Rota coram Burat. deciſ. 820.
num. 4., in rec. deciſ. 425. num. 15. part. 9.*, & in
his præciſis terminis plurium ſubſtitutionum à
Teſtatore ordinatarum ſub conditione obitus in-
ſtituti, vel ſubſtituti ſinè filiis, ſecuto eorum-
dem obitu ſuperſtitibus filiis, prò reſolutione fidei- 37
commiſſi reſpondit *Oldrad. in ſuo famigerat. conſ.
21., ut notarunt Cephal. conſ. 268. num. 14.,
Camerat. reſp. 49. art. 3. num. 4., Tondut. reſolut.
civil. part. 2. cap. 121. num. 18., Palm. alleg. 83.
num. 11., alleg. 90. num. 46., alleg. 234. num. 51.,
clar. mem. Card. de Luca de fideicomm. diſc. 83. in
fin., Add. ad deciſ. 632. num. 50., & ſeqq. part. 4.
tom. 3.*

Similiter parvi refert alia conjectura reſultans
ex reciproca ordinata inter primos Inſtitutos,
quæ non inducit, niſi activam vocationem inter
ulteriores in conditione poſitos, quinimo ad alios 38
gradus non protenditur, *Rota coram Peuting. deciſ.
258. nu. 12., & ſeq., in dicta Lauretana Fideicom-
miſſi 6. Martii 1702. §. Prout nec alia coram R.P.
D. Lancetta*.

Et denique fruſtrâ prò inducenda prorogatio-
ne fideicommiſſi quæritur, cur Teſtator ſuos ex
Equite Alexandro fratre nepotes ſubſtituerit, de-
cedentibus ſuis filiis, & heredibus abſque filiis,
eoſdem verò excluſerit extantibus dd. heredum
filiis, qui deindè deceſſerint abſque filiis, nam
in fideicommiſſis quærenda non eſt ratio, cur Te-
ſtator in uno potiùs, quàm in altero caſu ità diſ- 39
poſuerit, *Rota deciſ. 638. num. 5. part. 18.* Quem-
admodum non valet illatio, quod, ſicuti Teſta-
tor gravavit filios ſuos ſibi proximiores, & ma-
gis dilectos, ſic etiam cenſeatur gravare voluiſſe
eorumdem filios decedentes ſinè filiis, novum
enim non eſt, quod fideicommiſſi gravamen uno
caſu adjectum proximioribus, repetitum non
cenſeatur reſpectu remotiorum, penes quos Bona 40
plenam libertatem aſſequuntur, *Gannauer. conſ. 1.
num. 6., Rodulph. alleg. 4. num. 8., alleg 5. nu. 2.
& ſeq., Altograd. conſ. 60. nu. 119. lib. 1., Peregrin.
de fideicomm. art. 29. nu. 34., Palm. alleg. 85. nu. 24.,
Rota in rec. deciſ. 235. num. 23. part. 16., & in
dicta Lauretana fideicommiſſi 6. Martii 1702. §.
Minus tertia coram R.P.D. Lancetta*.

Hæc ſunt præcipua argumenta, quæ prò indu-
cenda fideicommiſſi expiratione afferri poſſunt,

eadem verò, quamquam graviſſimi ſint, præter-
tim quia verſamur in materia mere conjecturali,
41 in qua certum judicium ferri nequit, tum quia
id, quod ex conjecturis elicitur, clarum dici ne-
42 quit, eò quod contrariis conjecturis elidi queat,
*Rota coram Bich. deciſ.612. num.15., & ſeq., co-
ram Card. Cerro deciſ.538. num. 3., & ſeqq., in
Firmana Prædii della Parapina 5. Decembris
1687. §. Minus urget coram bon. mem. Benincaſa,
in Piſauren. ſucceſſionis coram R̃mo D. Hervault
inter collect. apud Palm.deciſ.88.num.7. & ſeqq.*;
tum etiam, quia prò humanorum ingeniorum
varietate non raro accidit, quod conjectura ali-
43 quâ ab uno efficax, ab alio verò nullius roboris
æſtimetur, nihilominus in propoſita facti ſpecie,
ſi meam ſententiam prò veritate dicere debeam,
libentius feror in eam partem, quæ ſtat prò fi-
deicommiſſi duratione, ideoque potiora eſſe ar-
bitror Jura DD. Comitum Pauli, Damiani, &
Hieronymi, cenſens, eorum favore purificatam
eſſe ſubſtitutionem ab Equite Stephano ſen. or-
dinatam.

Moveor ex immota illa Juris noſtri regula,
quâ admonemur, fideicommiſſarias ſucceſſio-
nes præcipuè pendere ex mente, & voluntate
Teſtatoris, quam, poſthabitâ figurâ, & ſubtili-
tate verborum, inſpiciendam, ſervandamque
44 eſſe, Jura noſtra voluerunt, juxtà egregiam de-
ciſionem *Textus in leg. ubi 19. §. Te rogo ff. ad
Trebell.* ibi = *nec verba ſpectantur Senatus Con-
ſulti, ſed ſententia quibuſcumque verbis, dum
Teſtator ſenſerit, ut hereditas ſua reſtituatur, leg.
ia legatis Cod. de legat.*, ubi dicitur = *nihil enim
intereſt quis talem voluntatem uſus verborum ex-
ceperit, aut qui loquendi uſus effuderit, leg. unum
ex famil. 69. §. penult. ff. de legat.2.*, verbis illis =
*ſi omiſſa fideicommiſſi verba ſint, & cetera, quæ
leguntur cum his, quæ ſcribi debuerunt, congruant,
rectè datum, & minùs ſcriptum, exemplo inſtitutio-
nis Legatorum intelligitur, quàm ſententiam opti-
mus quoque Imperator Severus ſequutus eſt* = *Man-
tic. de conject. ultim. volunt. lib.7.tit.10. ſub num.
9. verſ. generaliter, Gratian diſcept. forenſ. 540.
num. 45., Rota in Aſſiſien. Immiſſionis 17. De-
cembris 1708. §. Quandoquidem coram Em̃e D.
Card. de Polignac, in Carpentoracten. fideicom-
miſſi 26. Junii 1709. §. Prò remotione coram bon.
mem. Caffarello*; Idcircoque in hac tractatione
Doctores, & Tribunalia ſtatuerunt, quod, ſi
legitima aliquâ conjecturâ perſpici poſſit, Te-
ſtatorem noluiſſe diſpoſitionem ſuam pendere à
momentanea conditione obitus primi heredis
cum filiis, ſed in his etiam gravamen reſtitutio-
nis prorogaſſe favore ſubſtitutorum, mens ejuſ-
45 dem prævalere debet verbis, quibus fortè obſcu-
rè, vel non quantum opus erat, voluntatem
ſuam explicaverit, *Rota in Faventina fideicommiſſi
ſeu Primogenituræ 14. Decembris 1705. §. Tot
autem coram Ill̃mo Scotto, & in Romana Primo-
genituræ de Fabiis 12. Decembris 1707. §. Quia
vocatio coram bon. mem. Omanna*; Magis enim,
46 quàm ex verbis, ex ſolâ conjecturatâ mente Te-
ſtatoris receditur à conſilio *Oldradi, Bonden. col-
lect. legal. 11. num. 122. lib.2., Panimoll. deciſ.
43. annot.3. nu.12., Rota coram ſan. mem. Alex.
VIII. deciſ. 113., & deciſ. 138., in rec. deciſ. 2.
num.2. part.17., in Bonon. Fideicommiſſi de Boviis
20. Junii 1687. §. Quia ab hujus coram R̃mo D.
Hervault, in Aſculana fideicommiſſi 25. Junii
1694. §. Receſſum enim coram clar. mem. Card.
Caprara, in Romana Fideicommiſſi 18. Martii
1695. §. Verùm coram clar. mem. Card. Thaurnſio,
in Firmana Prędii della Parapina 20. Junii 1697.
§. Et hinc ſubſiſtent coram bon. mem. Muto, & in
Fanen. Fideicommiſſi 22. Junii 1705. §. Teſta-
tor enim coram bon. mem. Omanna*.

Eam vero fuiſſe mentem Equitis Stephani Sen.
fideicommittentis, ut ad fideicommiſſum voca-
ti cenſerentur Deſcendentes omnes Equitis Ale-
xandri fratris ſui, quales ſunt DD. Comites Pau-
lus, Damianus, & Hieronymus de Luparinis,
etiam in caſu, quo ejus filii, & heredes inſtitu-
ti deceſſiſſent, relictis filiis, qui poſteà defece-
rint, nullis relictis liberis maſculis, ſatis perſpici
poſſe videtur ex tenore diſpoſitionis ſub initium
relato, Teſtator enim heredibus primò inſtitu-
tis, eorum uni vel duobus quandocumque dece-
dentibus ſine filiis legitimis, & naturalibus, cum
ſubſtituerit ſupervivententem, *& ſi omnes ejuſdem D.
Teſtatoris filii, & heredes, ut ſupra, inſtituti de-
ceſſerint ſinè filiis legitimis, & naturalibus, ut ſu-
pra*, ordinaverit, quod ejus Bona devenirent ad
Equitem Alexandrum, & ad omnes ejus filios,
& Deſcendentes, inter quos numerantur DD. Co-
mites de Luparinis, in dubium venire nequit,
quin diſpoſitio iſta concepta illo indeterminato
verbo = *quandocumque* = reſtringi nequeat ad mo- 47
mentaneam conditionem, & punctum illud tem-
poris, quo heredes ſinè filiis deceſſiſſent *Pani-
moll. deciſ. 43. annot.3. num. 70., Rota in Roma-
na ſucceſſionis 29. Januarii 1700. §. Etenim im-
preſſ. apud Balducc. in collect. decis, & rer. judic.
dec.51.n.9. & 3.*, maximè vero conſideratis clau-
ſulis illis = *in ſtirpes, & non in capita* = adjectis ſub- 48
ſtitutioni ipſi favore Alexandri, ejuſque Deſcen-
dentium ordinatæ, quas in propoſito expendit
*Rota deciſ.135. nu.4. part.8., in Bonon. Fideicom-
miſſi de Boviis 20. Junii 1677. §. Verbis teſta-
menti coram R̃mo D. Hervault, & in Fanen.
Fideicomm. 22. Junii 1705. §. Certiora autem
cum ſeqq. coram bon. mem. Omanna*.

Sed clarius, quàm ex verbis mens Teſtatoris
eluceſcit ex voto conſervandi Bona in agnatione
deſumpto tam ex Inſtitutione ſuorum filiorum
maſculorum dumtaxat, quàm etiam ex ſubſtitu-
tione filiorum pariter maſculorum duplicis lineæ
contentivæ, proximæ nempè, & remotæ, cum 49
perpetua filiarum ſuarum, & ceterarum fœmi-
narum excluſione, ut de hoc teſtamento firma-
vit *Rota coram bon. mem. Emerix Jun. deciſ.251.
num.12. & ſeq., & deciſ.279. num.3.*, cujus qui-
dem voti Teſtator compos fieri nequibat vigore
fideicommiſſi expiraturi in primis heredibus de-
cedentibus cum filiis, ſed id aſſequi ſolùm pote-
rat fideicommiſſo per omnes deſcendentes pro-
greſſuro, donec perveniret ad Collaterales, ad
quos delatis Bonis, eadem permanere diceban- 50
tur in ſua agnatione, quam conjecturam eſſe ur-
gen-

gentiſſimam ad arguendum ſucce:ſivum, & per-
petuum fideicommiſſum, notant Curt. Jun. conſ.
43. num.6., Menoch. conſ.173. num. 52., Fuſar.
de ſubſtit. quæſt.437. num.78., Mareſcot. var. re-
ſolut. lib.1. cap.45. num. 11. cumſeqq., latè Add.
ad deciſ. 632. num. 53., & ſeq. part. 4. tom. 3.,
Andreol. contr.389. num.2., Roccu diſput. Jur.
ſelect. cap.23. num.8. & ſeq., Panimoll. dict. de-
ciſ.43. dicta annot.3. num. 20., Rota coram Bich.
deciſ.622. num.17., & ſeqq., coram ſan.mem. A-
lex. VIII. deciſ.113. nu.18., & ſeqq., in rec. de-
ciſ.81.num.17. part.16., in Romana Donationis in-
ter collect. à D. Advoc. Conſtantin. ad Stat. Urb.
deciſ.120. num.8., in dict.Bononien. Fideicommiſſi
de Boviis 20. Junii 1687. §. Qui tamen cor. Rmo
d. Hervault, in Firmana Prædii della Parapinu
20. Junii 1697. §. Et hinc inſubſiſtens coram bon.
mem. Muto, in Bonon. Fideicommiſſi de Griſoni-
bus 4. Julii 1704. §. Cùm deeſt coram bon. mem.
Omanna, in Aſſiſien Immiſsionis 17. Decembris
1708. §. Et hanc reverà, & §. Denique coram
Emo Card. de Polignac. Quæ conjectura locum
ſibi vindicat, tametſi non ex verbis expreſſis,
ſed ex conjecturis dumtaxat eliciatur tacita vo-
luntas Teſtatoris conſervandi Bona in agnatione,
51 ut in ſpecie de ſimili conjectura elicita ex voca-
tione Maſculorum, & fœminarum excluſione,
tradunt Fuſar. de ſubſtitut. quæſt. 480. num. 20.,
Rocc. diſput. Jur. ſelect. cap.16. num.12., Pani-
moll. dict. deciſ.43. annot.3. num.22., Rota coram
ſan. mem. Alexand.VIII. deciſ.113. num.18., &
ſeq. in Faventina Fideicommiſsi, ſeù Primogeni-
turæ 13. Decembris 1705. §. Elicitur coram Illmo
Scotto, & in Romana Primogenituræ de Fabiis
12. Decembris 1707. §. Proſtxit ſecundu cor. bon.
mem. Omanna.

Fruſtraque objicitur, quod ratio iſthæc con-
ſervandi Bona in agnatione ſtet conſecutivè ad
præciſum caſum obitus primorum heredum inſti-
tutorum ſinè filiis, ideoque inepta ſit ad proro-
gandum fideicommiſſum; nam Doctores, qui ar-
gumentum perpetuitatis gravaminis deſumunt
ex conjecturâ iſtâ, moventur ratione illâ, nimi-
rum, quod perabſurdum ſit, omnique prorsùs à
ratione aberret, quod Teſtator, qui perpetuam
Bonorum ſuorum conſervationem exoptavit in
omnibus ſuis Deſcendentibus maſculis, &, his
deficientibus, excludendo fœminas, vocavit Ma-
ſculos agnatos tranſverſales, voluerit, ſimilem
diſpoſitionem pendere à momentaneâ conditio-
ne obitus primorum heredum ſinè filiis, quod
apertè repugnaret d. perpetuæ conſervationi ex-
preſsè ab ipſo volitæ, proindèque docent, illam
informare totam diſpoſitionem, & ſuâpte naturâ
complecti tempora, caſus, & perſonas omnes,
de quibus verificari poteſt progreſſus Bonorum in
ſuos Deſcendentes, iſtis deficientibus, cum tran-
52 ſitu ad Collaterales, ut declarando contraria,
quæ in rationibus dubitandi deducta fuerunt, tra-
dunt Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 480. num. 20., Fac-
chin. contr. Jur. lib.13. cap.25., Caren. reſol. 68.
num.26., Rot. coram Coccin. dec. 627. num. 13.,
coram Burat. deciſ.894. num.4., coram ſan. mem.
Alexand. VIII. deciſ. 138. num. 3., coram Card.
Celſ. deciſ.228. num.7., in Carpen. Hereditatis,
ſeu Fideicommiſſi 14. Martii 1687. §. Adſtipula-
tur coram Rmo Molines, & in Aſculana Fidei-
commiſſi 29. Maii 1693. §. Verùm etiam, & 25.
Junii 1693. coram clar. me. Card. Caprara.

Hæcque conjectura, quæ inexpugnabilis dici-
tur in mox citata Aſculana Fideicommiſſi 25. Ju- 53
nii §. Inter has autem, efficacior redditur, quan-
do Teſtator pro aſſequenda dd. Bonorum con-
ſervatione in agnatione ſua, digreſſus fuit ad plu- 54
res gradus ſubſtitutionum, Faber. in Cod. tit. 22.
definit. 3. num. 10., qui ſanè digreſſus non deeſt
in caſu noſtro, nam ille conſiderans caſum, quo
Maſculi deſcendentes lineæ ſuæ effectivæ defice-
re poſſent, non ſolùm ordinavit ſecundam ſub-
ſtitutionem favore Tranſverſalium lineæ con-
tentivæ proximæ, ſed iſtâ etiam lineâ deficiente,
ultimo loco ſubſtituit lineam contentivam remo-
tam, vocando Equitem Bartholomæum, & filios 55
q. Vincentii de Luparinis, eorumque Deſcen-
dentes in ſtirpes pariter, & non in capita, juxta
verba ſub initium relata ibi= Et, ſi dd. ejus fratres,
& eorum filii, & Deſcendentes deceſſerint ſinè
filiis legitimis, & naturalibus, tunc, & eo caſu,
lineâ finitâ, voluit, juſſit, & ordinavit, d. ejus here-
ditatem devenire ad Magn. Equitem Bartholo-
mæum, & ad filios q. D. Vincentii de Gnocchis
aliàs de Luparinis, ſi vixerint, ſin autem ad eorum
Deſcendentes legitimos, & naturales in ſtirpes,
& non in capita =, concurrente itaque digreſſu
iſto ad tot gradus ſubſtitutionum, locum fieri re- 56
petitioni fideicommiſſi inter omnes gradatim
vocatos, tradiderunt Cravet. conſ.878. num. 10.,
Caſanat. conſ. 15. num. 41., Peregrin. conſ. 139.
lib.5., Ruſtic. in tract. de filiis in condit. poſit. l.3.
cap 1., Mantic. de conject. lib. 2. tit. 3. num. 13.,
Mareſcot. var. reſol. lib.1. cap.45. num.10., An-
dreol. contr. 287. num 4., clar. me Card de Luc.
de fideic. diſc.82. num. 11., Rocc. diſput. Jur. ſe-
lect cap.16. num.10., Add. ad dec.632. num. 35.
& ſeqq. part. 4. tom.3., Panimol. dec. 43. annot.3.
num.46., Rot. coram Dunoz. jun. deciſ.487. n.7.,
coram Arguell. dec.54. num.19., in rec. dec. 385.
num.32. part.9., in Bononien. Fideicommiſſi de Bo-
viis 20. Junii 1687 §. Secundo accedit coram Re-
verendiſſimo d. Hervault., in Aſculana Fidei-
commiſſi 29. Martii 1693. §. Accedit, & 25. Ju-
nii 1694. §. Concurrit coram clar. me. Card. Ca-
prara, in Romana Fideicommiſſi 1. Julii 1699.
§. Altera verò coram bon. me. Pio, in Bononien.
Fideicommiſſi de Griſonibus 4. Junii 1704. §. Et
demum coram bo. me Omanna. Credibile nam-
que non eſt, quod Teſtator maximo apparatu tot
ſubſtitutionum ordinatarum reſpectu diverſarum
perſonarum, graduum, & linearum condere vo-
luerit fideicommiſſum expiraturum in ipſis pri- 57
mis Inſtitutis decedentibus cum filiis, clar. mem.
Card. de Luca de Fideic. diſc.82. n.11. §. Quarto,
Rot. coram Dunoz. jun. dec. 487. num.16., in A-
venionen. Primogenituræ 10. Januarii 1701. §. Se-
cunda coram clar. mem. Card. Caprara.

Pro qua validiſſima conjectura elidenda fru-
ſtrà objicitur, quod d. ſeries ſequentium ſubſti-
tutionum, utpotè pendens à conditione illa obitus

primorum heredum ſinè filiis, reſolvatur in acti-
vam dumtaxat vocationem plurium perſonarum,
& graduum, primis heredibus decedentibus ſinè
filiis ſubſtitutorum abſque paſſivo gravamine de
una in aliam perſonam, & de uno in alium gra-
dum. Objectio namque iſta ſubmoveri poſſet
ſolâ illâ reſponſione, quod involvet petitionem
principii, & ſupponat id, quod eſt in quæſtione,
ideoque non efficit, quin digreſſus ad plures gra-
58 dus ſubſtitutionum connumerari debeat inter con-
jecturas à Doctoribus expendi ſolitas pro fidei-
commiſſi prorogatione, benè *Rot. in d. Aſculana Fideicommiſſi 25. Junii 1694. §. Illum autem coram clar. me. Card. Caprara*. Et ſane, ſi quan-
do Teſtator primis heredibus decedentibus abſ-
que filiis ſubſtituit plures perſonas diverſorum
graduum, & linearum, non ſolùm activè illas vo-
caſſet, ſed omnes de uno in alium paſſivè reſti-
tuere expreſsè gravaſſet, quæſtio eſſet de re non
dubia, & fideicommiſſum reſultaret ex aperta
litera teſtamenti, in quo unus alteri per fidei-
commiſſariam reſtituere cogeretur; ex mente
itaque Doctorum vis conjecturæ deſumptæ ex
digreſſu ad plures gradus ſubſtitutionum, funda-
tur in illa nimis veriſimili ratione, quod nempe
penè abſurdum ſit, & menti Teſtatoris repugnet,
ipſum tot extinctum ſeriem, & longum ordinem
59 ſubſtitutionum per diſpares gradus ordinatarum
alligare voluiſſe momentaneæ conditioni, quæ
in ipſo primordio ſucceſſionis ſtatim deficere po-
terit, ut huic objectioni occurrendo, reſpondet
*Rot. dec. 120. num. 13. inter collect. à D. Advoc. Conſtantin. ad Stat. Urb., in d. Aſculana Fidei-commiſſi 2. Martii 1703. §. Illum autem coram clar. me. Card. Caprara, in Faventina Fideicom-miſſi ſeù Primogeniturae 4. Decembris 1705. §. De-ſumitur tertia coram Illmo Scotto, & in Roma-na Primogeniturae de Fabiis 12. Decembris 1707. §. Tertia exoritur coram bo. me. Omanna*.

A fortius urget illa alia reſponſio, quod vide-
licet contrarius diſcurſus procedere poſſet in caſu
ſimplici, in quo, primis heredibus deficientibus,
plures ſub conditione illa: ſi ſinè filiis ſubſtituan-
60 tur in una, eademque oratione ab eodem verbo
recta, hoc enim caſu locum ſibi vindicare poſſunt
auctoritates in ratione dubitandi allegatæ; at aliter
res ſe habet, quando ſequens ſubſtitutio non regi-
61 tur ab eodem verbo, ſed ſit in ſeparata oratione,
quæ ſtat principaliter, & per ſè, hoc namque caſu,
ſicuti heredes gravati cenſentur reſtituere primis
ſubſtitutis, ſic iſti onerantur favore ulteriorum
62 ſubſtitutorum, proindèque adeſſe dicitur rigoro-
ſus ille digreſſus ad plures gradus ſubſtitutionum,
ex quo receditur à conſilio *Oldradi*, ut notant
*Gabriel. conſ. 33. n. 37. lib. 2., Giovagnon. conſ. 82. num. 42., Cephal. conſ. 268. num. 14., Camerat. reſponſ. 49. art. 3. n. 4., Tondut. reſol. civil. part. 2. cap. 121. num. 12., Palm. alleg. 57. num. 34., Pa-nimol. dec. 43. annot. 3. num. 5. & ſeq., Add. ad dec. 632. num. 50. part. 4. tom. 3. rec., dec. 80. n. 23. part. 15., in Avenionen. Primogeniturae, ſeù Con-curſus 23. Januarii 1705. §. His poſitis coram bo. me. Muto*; profectò nos verſamur in hoc ſecundo
caſu, nam Teſtator poſt delatam ſucceſſionem ad
filios ſuos, iſtis deficientibus, vocavit deſcenden-
tes ab Equite Alexandro, aliiſque ejus Fratribus,
& deniquè, iſtis quoque deficientibus, ulteriorem
ſubſtitutionem condidit favore Equitis Bartho-
lomæi, & filiorum q. Vincentii de linea conten-
tiva ipſiuſmet Teſtatoris, idque fecit per ora-
tiones, ac ſubſtitutiones penitus ſeparatas, quæ
omnes ſuo ordine purificatæ erant poſt emolu-
mentum jam quæſitum, primò ſuis filiis, eorum-
que Deſcendentibus, ſecundò ſuis fratribus, &
Deſcendentibus ab eiſdem rogatis deniquè reſti-
tuere aliis vocatis ex linea contentiva Teſtatoris,
in quo conſiſtere verum, & rigoroſum digreſſum 63
ad plures gradus ſubſtitutionum, tradit *Panimoll. deciſ. 43. d. annot. 3. num. 55., Rot. in Piſauren. Hereditatis 3. Decembris 1691. §. At nullæ cor. Rño d. Hervault*.

Proindèque parvi refert, quod dictum paſſi-
vum gravamen injunctum non legatur filiis Do-
minici, & Antonii primo loco vocatorum; nam,
ut diximus in *§. Pro qua validiſſima conjectura*,
Teſtator poſtquam illos activè vocaverat, ſi eoſ-
dem paſſive gravaſſet, non ampliùs ageretur de
recedendo à Conſilio *Oldradi* per conjecturas,
quia ſucceſſivum, & perpetuum fideicommiſſum
literale eſſet, & gravamen expreſſis verbis in-
junctum reperiretur filiis etiam primorum here-
dum, quamobrem ex eo, quod tale gravamen
expreſsè illis injunctum non legatur, rectè recur-
ritur ad conjecturam elicitam ex eo, quod per 64
fideicommiſſum perpetuum, & ſucceſſivum gra-
vaverit aliorum ſubſtitutorum gradus, *clar. mem. Card. de Luc. de Fideic. diſc. 83. in fin.*

Quæ conjectura coadjuvatur tum ratione illâ,
quod, ſi Teſtator paſſivi fideicommiſſi onere gra-
vavit filios ſibi cognitos, magiſque dilectos, ut
Bona ſua per circuitum plurium ſubſtitutionum,
devenirent ad Agnatos tranſverſales lineæ con-
tentivæ tam proximæ, quàm remotæ, cur ſimili
onere gravaſſe non cenſebitur filios filiorum, ne-
potes nempe ſuos minùs ipſi proximos, minuſ- 65
que dilectos? ut ad rem noſtram ponderat *Rota inter collectas à D. Advoc. Conſtantin. deciſ. 120. num. 11. & ſeq. ad Stat. Urb., & per Balducc. in collect. dec., & rer. judic. tit. 3. de legat., & Fi-deic. diſc. 50. num. 29.* tum etiam ex eo, quod, ſi
Teſtator in ſecunda, & tertia Tranſverſalium
ſubſtitutione vocavit omnes eorum Deſcenden-
tes, quo nomine tamquam collectivo plurium 66
graduum, & perſonarum, *Add. ad Bartol. in leg. liberorum 220. num. 17. lit. H. ff. de verb. ſignif., Rot. Ferrarien. apud Giovagnon. conſ. 75. num. 68. lib. 1., clar. me. Card. de Luc. de Fideic. diſc. 117. num. 3. & ſeqq., Rot. coram Manzaned. deciſ. 192. num. 1., & in rec. dec. 1. num. 46. & ſeqq. part. 10.*,
perſonæ omnes, & gradus ſub eo comprehenſi,
ordine ſucceſſivo vocati, ac reſtituere gravati 67
cenſentur, per *Text. in leg. ſi plures 90. ff. de le-gat. 3., Rota in Fanen. Fideicommiſſi 22. Junii 1705. §. Rursùs in eadem coram bo. me. Omanna*,
quonam pacto ad normam Conſilii *Oldradi* lo-
cus eſſe poterit expirationi fideicommiſſi ſub ob-
tentu, quod paſſivum gravamen expreſsè repeti-
tum non fuerit filiis heredum primo loco vo-

catorum, quando ceteroquin ex contextu teſtamenti patet, à Teſtatore illud impoſitum fuiſſe tum primis heredibus inſtitutis, magiſque dilectis, tum ceteris omnibus deinceps vocatis per
68 nomina collectiva, comprehendentia plures gradus ſucceſſivo fideicommiſſo reſtituere gravatos, *Mareſcot. variar. reſol. lib. 1. cap. 45. num. 3. & ſeqq., Rot. in Bononien. Fideicommiſſi de Boviis 20. Junii 1687. §. In noſtra autem hypotheſi coram R̄mo d. Hervault.*

Omitto conjecturam deſumptam ex reciproca
69 ſubſtitutione ordinata inter filios Teſtatoris, quam cum aliis in propoſito conſiderat *Rota* in pluries citata *Bononien. Fideicommiſſi de Boviis 20. Junii 1687. §. Verbis Teſtamenti*, & alibi paſſim, nam longe magis urget illa reſultans tum ex annuo legato ſcuti unius auri à Teſtatore relicto pro lampade S̄mi Sacramenti in Eccleſia S. Marci de Gattinellis, tum etiam ex anniverſario pro ſuffragio animæ ſuæ ab heredibus inſtitutis, atque ſubſtitutis in perpetuum adimplendo, verbis illis = *Item eodem jure legati, & pro ſuffragio animæ ipſius reliquit Societati S̄mi Corporis Chriſti in Eccleſia S. Marci in Gattinellis unum ſcutum auri quotannis Priori d. Societatis pro illuminando S̄mum Sacramentum, dandum &c. per infraſcriptos ejus heredes inſtitutos, ſeù ſubſtitutos, qui poſſidebunt turrim d. Teſtatoris poſitam in d. villa. Item dictus D. Teſtator gravavit prædd. ejus heredes tàm inſtitutos, quàm ſubſtitutos ad faciendum in perpetuum celebrare unum anniverſarium in Eccleſia Divi Petri pro ſuffragio animæ ipſius Teſtatoris*, quæ porrò legata dum Teſtator perpetuò adimpleri voluit ab heredibus inſtitutis,
70 atque ſubſtitutis, procul dubio ſuppoſuit, inter eoſdem adeſſe perpetuum fideicommiſſum, *Rota in Firmana, ſeù Romana Fideicommiſſi de Burattis 15. Junii 1699. §. Perpetuitatem coram E̅mo D. Card. Priolo, in Aſſiſien. Immiſſionis 17. Decembris 1708. §. Accedit præterea, confirmata 26. Junii 1709. §. Verùm coram E̅mo D. Card. de Polignac, & 16. Januarii 1711. §. Demum, & 11. Maii ejuſdem anni coram bo. me. Caffarello* =.

Quamquam verò hæ omnes conjecturæ intrinſece deſumptæ tum ex verbis teſtamenti, tum ex voluntate Teſtatoris evincere videantur diſpoſitionem, & longam ſubſtitutionum ſeriem adeò diligenti ſtudio in tot diverſis caſibus, & favore tot perſonarum lineæ tum effectivæ, tum contentivæ, & quidem tàm proximæ, quàm remotæ Teſtatoris ordinatarum, pendere nequaquam poſſe à momentanea illa conditione: ſi ſine filiis, ſed neceſſariò ſecum inferre prorogationem gravaminis ad omnes vocatos, præſertim verò, ſi dd.
71 conjecturæ non ſingillatim, ſed unitim perpendantur, juxta notata apud *Panimoll. dec. 43. dicta annot. 3. num. 13., in Firmana Prædii della Parapina 10. Junii 1696. §. Et hinc coram bo. me. Muto*, nihilominus, ſi quæ adhuc dubietas ſupereſſet, illa penitùs ſubmota dici poſſe videretur alio duplici extrinſeco argumento, quorum primùm deſumitur ex Judicio *S. Rotæ*, quæ, maturè examinato teſtamento Equitis Stephani, ſemel, atque iterum reſpondit, filios primorum heredum ab illo in conditione poſitos, fuiſſe per fideicommiſſum vocatos ad portionem tàm proprii Parentis, quàm Patrui, ut patet ex luculentis *deciſionibus 251. & 279. editis à bo. me. Emerix jun.* Argumenta autem, & conjecturæ, quæ ſufficiunt pro inducenda vocatione filiorum ad portionem Patrui, ſufficere etiam reputantur pro receſſu à 72
conſilio *Oldradi*, per ea, quæ notavit *Rota in Tyburtina Fideicommiſſi 2. Martii 1705. §. Abſque eo quod coram R. P. D. Anſaldo, in Romana Fideicommiſſi de Vareſiis 18. Junii 1708. §. Profectò coram R̄mo Molines*, quinimmò, poſitâ tali activâ vocatione, quod facilius ex illa infertur ad 73
paſſivam, & inducatur receſſus à conſilio *Oldradi*, ait *Rota deciſ. 120. num. 17. inter collect. à D. Advoc. Conſtantino ad Stat. Urb., & apud Balducc. in collect. deciſ., & rer. judic. tit. 3. de legat., & Fideic. dec. 51. num. 8., in rec. dec. 18. num. 4. & ſeq., & num. 8. part. 8., in Bononien. Fideicommiſſi de Boviis 20. Junii 1687. §. Verbis Teſtamenti coram R̄mo D. Hervault.*

Alterum argumentum deſumitur ex facto D. Canonici Dominici ultimi gravati ex Deſcendentibus Teſtatoris, & authoris DD. Claræ, & Antoniæ, quas ex aſſe ſcripſit heredes, ille autem in ſuis ſupremis tabulis titulo legati reliquit DD. Comitibus Paulo, Damiano, & Hieronymo de Lunariis prædium cum turri in villa S. Marci, cujus meminit Eques Stephanus Senior in ſuo teſtamento, additâ declaratione = *acciò abbia effetto il fideicommiſſo fatto, e laſciato dal q. Signor Stefano mio Avo paterno, il quale fideicommiſſo approvo, e confermo in ogni modo migliore* = quæ ſane declaratio, licet inducere non poſſet fideicommiſſum Equitis Stephani, ſi idem non adeſſet, in dubium tamen venire nequit, quin 74
plurimùm valeat pro declaranda illius qualitate, & duratione, ut ad rem dixit *Rota in d. Faventina Fideicommiſſi, ſeù Primogenituræ 14. Decembris 1705. §. Et demùm coram Ill̄mo Scotto Almæ Urbis Gubernatore.*

Non immoror contrariis conjecturis pro excludenda duratione fideicommiſſi ſub initium allegatis, quia præcipuæ jam ſatis rejectæ videntur, atque etiam, quia in conflictu prævalent, & attendendæ ſunt illæ, ex quibus melius deprehen- 75
ditur voluntas Teſtatoris, pro qua quidem accipienda efficaciora videntur argumenta, quibus perpetuitatem fideicommiſſi probavimus, iſtis namque perpenſis, Doctores, & Tribunalia pro ejuſdem duratione paſſim reſpondentes, attendenda non eſſe cenſuerunt ea, quæ ſuperius in contrarium deducta fuerunt; dictarumque conjecturarum efficacia non eliditur ſub obtentu, quod agatur de fideicommiſſi prorogatione favore Tranſverſalium, quia diſpoſitio, de qua agitur, dicitur ordinata ab Aſcendente favore Deſcendentium, etiamſi, iſtis deficientibus, ſubſtituantur Tranſverſales, eò quod primariò agatur de illo inducendo favore Deſcendentium, & conſequentivè dumtaxat favore proximiorum, *Rot. in d. Aſculana* 76
*Fideicommiſſi 25. Junii 1694. §. Inallegabilem autem cor. clar. mem. Card. Caprara*: adeòque illius favore militant argumenta omnia, quæ

quæ in propoſito aſſeruntur pro inducenda perpetuitate fideicommiſſi accendentalis.

Hac itaque conſtabilitâ, cum per obitum Canonici Dominici jun. fideicommiſſum purificatum dici debeat favore Comitum Pauli, Damiani, & Hieronymi de Luparinis, etiam pro rata, ſive portione à Philippo fratre d. Canonici poſſeſſâ, & de qua ille tamquam de re ad ipſum liberè ſpectante diſpoſuerat favore DD. Claræ, & Antoniæ ſuarum filiarum, progredimur ad examen ſecundi Dubii, num ſcilicet dd. DD. Comites prædium exiſtens in villa S. Marci capere debeant ex fideicommiſſo Equitis Stephani ſenioris, vel ex diſpoſitione Canonici Dominici ſuperiùs relata, videturque reſpondendum, quod tale prædium, utpotè obnoxium fideicommiſſo Equitis Stephani, quod adhuc durare demonſtravimus, illius vigore capi debeat, certius, quia Canonicus Dominicus tale fideicommiſſum hac ex parte confirmavit, atque ad illud expreſſam habuit relationem, proindeque ipſius diſpo-
77 ſitio ab eodem, veluti à ſua forma, perficitur, *Rota coram Gregor. dec.347. num 1., coram Card. Celſ. dec.368. num.8., coram Priol. dec.439. n.7., coram bon. mem. Emerix jun. dec. 535., & deciſ. 824. utrobique num.16., coram R.P.D. Anſaldo dec.32. num.44., in rec. dec. 305. num.2. part.9., dec. 350. num. 10. part. 16., dec. 191. num. 12. part.19.*; relatum quippè adeò referenti ineſſe censetur cum omnibus ſuis qualitatibus, ut, ſi in-
78 ter ſe diſcordent, poſthabito referente, attendendum omninò ſit relatum, *Peregrin. de Fideicom. art.15. num.111., Rot. coram Gregor. dec.439., ibique Add. coram Card. Celſo dec.368. num. 8., in rec. dec. 73. num. 8. part. 18., in Romana Pecuniaria 24. Januarii 1687. §. Secundò quia coram clar. mem. Card. Caccia.*

Denique deveniendo ad tertium Dubium reſpiciens manutentionem quoad idem prædium, hæc injuſtè à *R. P. D. Cerro* conceſſa videbatur DD. Claræ, & Antoniæ, eò quod debita eſſet Dominis Comitibus de Luparinis; nam, ſi ſpe-
79 ctetur poſſeſſio, à qua metienda eſt manutentio, ad *Text. in §. Retinendæ inſtit. de Interdict., Rot. in Fanen. Manutentionis 22. Aprilis 1709. §. Cum enim coram bon. mem Caffarello*, cum illi præve-
80 nerint in ea capienda, in eadem manutenendi videntur in hoc ſummariiſſimo poſſeſſorio, *cap. licet cauſam de probat., Bartol. in leg. ſi duo n.4. ff. uti poſſidetis, Poſth. de Manut. obſerv. 71. nu.9., Rot. deciſ. 19. num.1., & ſeq. part. 2. diverſ., coram Bich. dec.309. num.1.*; certiùs in caſu noſtro, quia d. poſſeſſio anterior DD. Comitum coadjuvatur facto Executoris teſtamentarii, qui, juxta præceptum Teſtatoris, & pro illius voluntate adimplenda, aſſumptâ poſſeſſione prædii lega-
81 ti, illam dimiſit favore eorumdem DD Comitum, quæ ſola poſſeſſio ita acquiſita ſufficeret pro manutentione obtinenda, ut reſpondit *Rota deciſ.36. num.1., & ſeq. part.15. rec.*

Nec obſtat, quod DD. Clara, & Antonia ſint heredes Philippi eorum Patris, qui prædium, de quo agitur, pro indiviſo poſſidebat cum Canonico Dominico fratre; etenim tale prædium, tamquam ſuppoſitum fideicommiſſo Equitis Stephani ſen., illius vigore vindicatum fuerat à Tertiis poſſeſſoribus emptionis titulo illud poſſidentibus, quamobrem, cum ob prædeceſſum Philippi, excluſis iſtius filiabus, integre delatum fuiſſet ad Dominicum fratrem ſuperſtitem, ad firmata per *Rot. coram bon. mem. Emerix jun. in d. deciſ. 251., & deciſ. 279.*; eædem Sorores juvari ampliùs nequeunt poſſeſſione Philippi earum Patris, & authoris, poſſeſſio ſiquidem Gra-
vati, tamquam reſtricta ad ejus vitam, eo mor- 82
tuo, reſolvitur, ac finitur, ut in his terminis tradit *Pegaſ. reſol. forenſ. tom.1. cap.4. num.89., & ſeq., & num. 92. in fine*, idque adeò verum eſt, ut heredi gravato integrum minimè ſit præjudi-
care aliis vocatis, non ſolum in caſu, quo in vita 83
reſtitueret hereditatem, quam Teſtator poſt obitum reſtitui voluit, *Bartol., & DD. in leg. poſt mortem cod. de Fideicom., Alberic. in leg. ante diem, ubi etiam Jaſon. ff. ad Trebellian., Ludovic. Bell. conſ.277. num.2., & ſeqq., Surd. conſ. 264. num. 4. poſt med., Peregrin. de Fideicom. art. 2. num.51., Faſar. de ſubſtit. quæſt.602. n.4., Molin. de Primogen. Hiſpan. lib.2. cap.4. num.8., Olea de ceſſ. jur. tit.3. quæſt.4. num.47., Leo deciſ. Valentin.100. num.5. lib.1., Rota dec. 468., & deciſ.469., utrobique num.2. part.4. diverſ., in rec. dec. 263. num.2. part.1., in Romana Reintegrationis Fideicommiſſi de Columna 24. Martii 1702. §. Non etenim, & pluribus ſeqq. coram R. P. D. Anſaldo.* Sed nec etiam transferre poſſit poſſeſſionem manutenibilem in eum, quem
poſt obitum putat legitimum futurum poſſeſſo- 84
rem ad excluſionem alterius, qui ſucceſſionem ad ſe pertinere contendit, ut tradunt *Anton. de Padigl. in leg. poſt mortem num. 23. Cod. de Fideicomm., Paz. de Tenut. cap. 18. num. 3., Mierez. de Majorat. tom.2. part.3. quæſt.14. num. 19. in fine, Pereira dec 108. per tot.*, & magiſtraliter in *Deciſionibus* editis in *Romana Primogenituræ de Caſarinis*, videlicet *dec. 104., & 105.* impreſſ. inter additas *ad clar.mem. Card. de Luc. de Fideicommiſſis, & dec. 74., & 45. apud Torr. de Majorat., & Primogen. Ital.*

Longè verò minus præfatæ Dominæ Sorores juvari poſſunt clauſulâ = *Conſtituti* = adjectâ in renovatione inveſtituræ à Ven. Abbatia S. Mariæ in Portu Domina directa anno 1679. Philippo earum Patri, & Canonico Dominico Patruo
conceſſa, etiam pro liberis, quorum appellatio- 85
ne ipſæ comprehenduntur, *Rota coram Coccin. dec.294. num.9., dec. 480. num.3.*, virtus namque d. clauſulæ = *Conſtituti* =, utpotè conſumpta
in primis inveſtitis, inefficax remanſit quoad 86
alios, ut declarat *Aretin. in leg. quoad mea n.10. ad fin. ff. de acquirend. poſſeſſ., Corn. conſ. 173. num.26. verſ. nec etiam hodie lib 2., Guid. Pap. dec.112. per tot., coram Cavaler. dec.5. num.4., coram Card. Cerro, dec. 204. num.7., coram Priolo dec. 11. num. 13., coram bon. mem. Emerix jun. deciſ.1157. num.5., in rec. dec.237. num.12. part. 19.*; earumdem verò comprehenſio in inveſtitura rejicienda eſt ad petitorium, cum juſtitia, vel injuſtitia tituli poſſidendi inepta ſit ad retardandam

87 dam manutentionem in Judicio ſummariiſſimi
poſſeſſorii, *Poſth. de Manut. obſerv. 2. num. 9., addeu. ad Pamphil. dec. 79. num. 10., & Rot. in rec. dec. 232. num. 2. part. 16., & in his terminis reſpondit Rota coram Priolo d. dec. 11. num. 16.*;
88 æquum enim non eſt in iſtiuſmodi Judicio,
quempiam ſua poſſeſſione privari, donec diſcutiatur titulus, *Rota coram Gregor. dec. 370. n. 1., in Tarraconen. Inſignium ſuper manutentione 3. Julii 1702. §. Et in hanc ſententiam coram bo. me.*
89 *Caſarella*, modò ille adeò clarus non ſit, ut vi
ſuâ attrahat poſſeſſorium, *Rota coram Bich. deciſ. 396. num. 29., coram Dunoz. jun. deciſ. 798. num. 6., coram ſan. mem. Alexandro VIII. deciſ. 234. num. 32., coram bon. mem. Emerix jun. deciſ. 1296. num. 25., in rec. dec. 254. num. 22. part. 11.*

Qualis certè non eſt titulus deſumptus ex dicta renovatione inveſtituræ, quæ nullius roboris eſſe dignoſcitur: nam, ſi, ut firmavimus ſuperioribus locis, adhuc durat fideicommiſſum conditum ab Equite Stephano Sen., & ex alibi relatis *deciſionibus 251., & 279. bon. mem. Emerix Jun.* illi obnoxium eſt controverſum prædium, hinc ſequitur, quod, cum dictum fideicommiſſum ob mortem Can. Dominici ultimi gravati purificatum fuerit favore DD. Comitum de Lupariis, titulus deſumptus ex dicto fideicommiſſo prævalet illi promananti ex renovatione Inveſtituræ, & quòd Bona emphyteutica poſita in territorio Ravennæ, utpotè ex famigerata concordia inita inter univerſum illius Populum, & Clerum redacta ad inſtar allodialium, non ſolùm titulo alienationis transferri in Extraneis, ſed gravari etiam poſſunt fideicommiſſo in præjudicium comprehenſorum in inveſtitura, ut patet ex tenore dictæ
90 concordiæ = *inſerto ſtatuto Civitatis Ravennæ lib.*
*4. rubr. 14.*, verbis illis = *quod liceat Ravennatibus, qui Bona emphyteutica, ſeù livellaria detinent, ſeù habent, per pactum relinquere in teſtamento, vel aliâ ultimâ voluntate cuicumque voluerint, tàm propinquis, quàm extraneis, & etiam ad pias cauſas,* = &, relatis concordantibus, latiſſimè firmavit *Rota in Ravennaten. Emphyteuſis 12. Junii 1710. per tot. coram R. P. D. Anſaldo.*

Non omittendo etiam, quod agitur de emphyteuſi conceſſa duobus, Philippo videlicet, & Canonico Dominico, ſub modico quidem canone obulorum 12. in recognitionem directi dominii ſolvendo, quo caſu, cum, deficiente uno ex coin-
91 veſtitis non detur Jus accreſcendi favore ſuper-
ſtitis, *Bellon. de Jur. accreſc. cap. 6. quæſt. 38. nu. 161. & ſeq., Rota in Bononien. Fideicommiſſi de Urſis ſuper portione Annibalis 27. Junii 1710. §. Res porrò coram R. P. D. Aldrovando*, & noviſſimè = *in Cæſenaten. ſeù Cervien. Bonorum 19. Junii 1713. §. Procedendo, & ſeqq. coram R. P. D. Criſpo*, hinc ſequitur, quod præfatæ DD. Sorores ex vi earum comprehenſionis in inveſtitura conſequi nequiviſſent portionem prædii à Canonico Dominico poſſeſſam, ſed illam duntaxat delatam Philippo ipſarum Patri, à cujus tamen conſecutione, tametſi nullum ampliùs adeſſet fideicommiſſum Equitis Stephani, repellerentur ex diſpoſitione Dominici, qui, ut animadvertimus in *§. Ut autem ſupremum*, illud titulo legati reliquit præfatis Comitibus de Lupariis, pœnâ caducitatis impoſitâ ſuis heredibus, ſi quoquo colore, aut titulo Legatarios prædii legati poſſeſſionem illicò conſequi prohiberent, cui ſanè præcepto eædem parere omninò tenentur, quia certa eſt Teſtatoris poteſtas gravandi he-
redem per viam legati, vel fideicommiſſi par- 92
ticularis in Bonis propriis ad menſuram emolumenti eidem relicti, juxta *Textus apertos in leg. Imperator §. Si Centum, & §. Cum quidam, leg. Patri §. Titio fratri ff. de legat. 2., & leg. Cum quis decedens in princip. ff. de legat. 3., Rota in Romana, ſeù Verulana Fideicommiſſi 10. Maii 1690. §. Nec ad impediendam, & 21. Junii 1697. §. Poteſtas coram clar. mem. Card. Capraru, in Avenionen. Fideicommiſſi 25. Junii 1700. §. finali coram R. P. D. Anſaldo*, ad differentiam al-
terius caſus, quo gravamen à Teſtatore injun- 93
ctum comprehenderet univerſa Bona Inſtituti, *Rota in Illerden. hereditatis de Gomar. 4. Junii 1703. §. Diximus coram R. P. D. Anſaldo, & in dict. Avenionen. Fideicommiſſi 19. Januarii 1703. §. Parum refragante coram Illmo D. Scotto*. Certiùs in caſu noſtro ob aditionem hereditatis ex teſtamento Canonici factam à dictis Sororibus,
quo caſu gravamen illis impoſitum à Teſtatore, 94
ſuſtineretur, tametſi emolumentum minimè æquivaleret gravamini, ut proſequitur *Rota in dict. Illerden. hereditatis de Gomar 4. Junii 1703. §. Et alterum coram R. P. D. Anſaldo.* Quamobrem, cum anterior poſſeſſio D. D. Comitum de Lupariis coadjuvetur etiam bono jure reſultante tum ex fideicommiſſo Equ. Stephani, tum ex diſpoſitione Canonici Domini-
ci, potiori jure illis debita videtur manutentio, 95
ad tradita per *Gratian. diſcept. 402. num. 1., & diſcept. 910. nu. 5., Rota in rec. deciſ. 240. part. 19.*

Nec eſt, cur objiciatur, quod iidem, tamquam Legatarii, prædii legati poſſeſſionem accipere tenerentur de manu heredum, illamque idcircò
propriâ authoritate apprehendere nequiverint, 96
*Rota coram bon. mem. Emerix Jun. deciſ. 918. nu. 2.*, nam, ſive poſſeſſio à legatariis capta fuerit vigore antiqui fideicommiſſi, quod hoc caſu clarum dicendum eſſet, tamquam agnitum à Canonico Dominico, ſive capta extiterit ex novo titulo proficiſcente ex hujus teſtamento, manutenenda videtur, quia, inſpectâ voluntate, ac præcepto Teſtatoris, cujus virtute heredes jus nullum arrogare ſibi poterant ſuper prædio legato, Lega-
tariis licitum erat poſſeſſionem propriâ authori- 97
tate nanciſci, *Bald. in leg. quorum legator. Cod. de Edict. D. Adrian. tollend., Gratian. diſcept. 771. num. 49., Rota in rec. deciſ. 335. num. 11. part. 9.*, maximè verò in caſu noſtro, in quo poſſeſſio tum hereditatis, tum prædii à Teſtatore relicta fuerat penes Executorem teſtamentarium, ut iſte heredibus hereditatem, Legatariis verò legatum extraderet, prout utrumque ab illo adimpletum fuit; Legatarii igitur, ſi prædii legati poſſeſſionem receperunt miniſterio Executoris teſtamentarii, nullo egebant facto heredum, quod ſuperfluum fuiſſet, quia legatum acceptum

tum è manibus Execu'oris teſtamentarii recep-
98 tum cenſetur ab ipſo Teſtatore, *Rota in rec.deciſ. 152. num.14.part.17.*

Verumtamen, licèt hæc ſuffragari poſse videantur ad effectum manutentionis conſequendæ coram ſacræ *Rotæ* Auditorio, nihilominus, ne Cauſa protrahatur in diſputatione ſummariiſſimi poſſeſsorii, & quidem cum dubio felicis exitus, curandum eſse cenſerem, quod, juxta praxim, & ſtylum illius ſupremi Tribunalis, ſub unico vel
99 ſub duplici dubio cumuletur etiam petitorium; ita enim guſtatis meritis Cauſæ, facilius DD.Legatarii manutentionem conſequi poterunt. Moveor, quia in prima inſtantia ea denegata fuit à docto, & ſapienti Judice, qui hodie in eodem conſidet Tribunali, nec ſinè probabili ratione ita ille ſenſit, nam, ſi DD. Comites de Luparinis poſseſſionem ſe adeptos fuiſse dicant vigore fideicommiſſi Equitis Stephani Sen. & cùm, præter alia extrema requiſita prò ſuſtinenda poſseſſione propriâ authoritate capta à fideicommiſsario, ſive Legatario, qui alioquin illam omnino capere te-
100 neatur de manu heredis, oporteat, fideicommiſsum eſse omninò clarum, quale dici nequit illud præfati Equitis Stephani, quod non reſultat ex litera expreſsâ teſtamenti, ſed elicitur ex conjecturis dumtaxat, & ex ſubaudito intellectu, quo caſu fideicommiſsum numquam clarum dici poteſt ad
101 effectum, de quo agitur, *Rota deciſ.189.num.15., & num.17. part.7., in Avenionen., ſeù Vaſionen. Primogenituræ 16. Maii 1695. §. Adhuc Domini coram bon.mem. Muto, & 16. Januarii 1696. §. Non attenta, & ſeqq. coram clar. mem. Card. Caprara*, quas *deciſiones* laudat, & ſequitur eadem Sac. Rota *in Romana Domus ſeù Palatii ſuper fructibus 10.Decembris 1710. §.Sed iterum Domini coram R.P.D. meo Criſpo.*

Parvique refert, quod illud agnitum, & approbatum fuerit à Canonico Dominico authore DD. Sororum de Laparinis, cujus approbatio, ſi non tamquam titulus, ſaltem tamqum probatio facti ſuffragari dicenda ſit pro ſuſtinenda d. poſseſſione contra dd. DD.Sorores impugnare non valentes dictum & factum ſui Authoris, quia nemo non videt, plura adversùs eamdem confeſſionem objici poſſe, primò videlicet, quod eadem abſoluta non eſt, ſed aliquam dubitationem habet etiam reſpectu ipſius confitentis; ſecundò, quod DD. Comites agunt vigore fideicommiſſi Stephani pro conſequendis univerſis Bonis fideicommiſſo ſuo ab illo ſubjectis, declaratio verò, & diſpoſitio Canonici Dominici reſtricta eſt ad d. prædium dumtaxat; nam in aliis Bonis, tamquam liberè ad ipſum ſpectantibus heredes inſtituit neptes ſuas, quæ demum opponere poſſunt tùm inveſtituram, tum alias exceptiones, quarum vigore in d. prædii, & Bonorum poſſeſſione ſe tueri contendunt; hæc autem omnia nemo non videt præcludere viam manutentioni à Fideicommiſſario in hoc ſummariiſſimo poſſeſſorio petitæ, & quam ut ille conſequi poſſit, præter poſſeſſionem non vitioſam, docere debet
102 de fideicommiſſo omninò claro, quodque nullæ heredi gravato poſſibiles competant detractiones, juxtà notas in ſubjecta materia regulas.

### *Parmen. Fideicommiſſi.*

Filiorum, ac Deſcendentium *legitimorum*, & *naturalium* nomine, an, & quando filii naturales comprehendantur, latiſſimè diſcutitur, pluresque rejiciuntur conjecturæ, ex quibus eorum comprehenſio prætendi poſſit. Filii etiam naturales, etſi comprehenſi non dicantur in diſpoſitiva ſub nomine filiorum, & Deſcendentium *legitimorum*, & *naturalium*, attamen veniunt ſub nomine lineæ in parte conditionali adhibito, niſi hæc ad perſonas dumtaxat in diſpoſitiva expreſſas reſtricta ſit. Et ex quibus excludatur reſtrictio ejuſmodi. Sub nomine legitimorum, & naturalium etiam legitimati comprehenduntur. Archivum Romanæ Curiæ facultatem habet legitimandi etiam in Ditione ſubjecta mediato Dominio S.Sedis. Legitimatio ante purificatam ſubſtitutionem facta cum clauſula = *ſinè præjudicio venientium ab inteſtato* =, ſi ei repuguet voluntas Teſtatoris, nil prodeſt ſubſtituto. Rei, & poſſeſſoris favore in dubio judicandum eſt.

## VOTUM VIII.

1 *Actor fundamentum ſuæ intentionis debet probare*, & num.11.
*Reo præſertim contradicente*, num.12.
2 *Reo, ad repellendum Actorem, ſat eſt, quod ejus actionem dubium reddat.*
3 *Actore non probante, Reus abſolvitur.*
4 *Reo, ad repellendum Actorem, ſat eſt, quod ſe doceat in conditione poſitum, licet de ejus vocatione in parte diſpoſitiva non doceat.*
5 *Actoris ſubſtitutio impeditur ex eò ſolùm, quod de facto exiſtat perſona in conditione poſita, licet ſucceſſura non ſit*, & num. 15.
6 *Teſtatoris voluntas reſiſtere dicitur filiis naturalibus, & legitimatis, ſi in omnibus Deſcendentibus qualitatem legitimitatis exoptavit.*
7 *Filii naturales nullo pacto qualitatem legitimitatis habere dicuntur; Legitimati verò, per fictionem tantùm.*
8 *Actor contra filios legitimatos allegans reſiſtentiam voluntatis Defuncti, eam tenetur probare concludenter*, & num.41.
*Præſertim, ſi agat ad impediendam eorum ſucceſſionem*, num.10.
*Et maximè, ſi ad eos repellendos ab antiquiſſima fideicommiſſi poſſeſſione*, num.1 .
9 *Filiis legitimatis, etiamſi voluntas Teſtatoris non aſſiſtat, ſi tamen de illius reſiſtentia non doceatur, ſucceſſio debetur.*
14 *Filiis naturalibus, ac legitimatis ut dicatur reſiſtere voluntas Teſtatoris, debet id conſtare vel per expreſſam illius diſpoſitionem, vel per conjecturas, & præſumptiones deſumptas ex diſpoſitis ab eo in teſtamento,*

15 Quæ-

15 Quæſtio voluntatis dicitur quæſtio facti, non Juris.
Et quæſtio facti opus habet indiciis, ibid.
16 In quæſtione facti perrarò intentio Actoris probata dici poteſt.
17 Clarum dici nequit, quod ex conjecturis, & ſubauditis intellectibus reſultat.
Semper namque dubium remanet, ibid.
18 Actor ubi quæſtio facti verſatur, ſibique contraria reſiſtit Juris regula, efficaciores afferre debet conjecturas, & num. 44.
19 Regula verè illi favere dicitur, cui verba diſpoſitionis, & eorum ſignificatio conveniunt.
20 In quæſtionibus conjecturalibus ſemper ſibi invicem obviant contrariæ conjecturæ.
At illæ debent prævalere, quæ coadjuvantur Juris præſumptione.
Quæque favent Reo, ibid.
21 In quæſtionibus conjecturalibus probatio Actoris dubia, exceptione etiam dubiâ poteſt repelli.
22 Et, ſi non conſtet de jure Petitoris, non curatur de jure Poſſeſſoris.
Huicque ſat eſt, animum Judicis titubare, ibid.
23 Teſtatoris voluntatis reſiſtentia quoad filios naturales ex quibus valeat excludi? num. 24., & ſeq.
24 Filii etiam naturales vocati cenſentur, ſi vocatio ſit per verba naturalia, ſecus, ſi per verba civilia, & num. 66.
25 Hæcque diſtinctio à Doctoribus, & Sacra Rota eſt adprobata.
Quæ nam autem naturalia verba ſint? nu. 26., & 27.
26 Verba Filii, & Deſcendentes naturalia ſunt vocabula & num. 43., & 97.
27 Idem de verbis = filii, ac liberi =
28 Ac de verbo = Deſcendentes =
29 Verba cum poſſunt accipi tàm juxtà naturalem, quàm juxta civilem ſignificationem, intelligi non debent civiliter, ſed naturaliter.
Et ratio num. 30., & 31.
30 Mens hominis naturalis eſt, & facillimè ſequitur naturam.
31 Natura differentiam nullam agnoſcit filii naturalis, atque legitimi.
32 Filiorum, & Deſcendentium nomine filii etiam naturales comprehenduntur?
33 Atque etiam Libertinus.
34 Procedit & de fœmina tantummodo naturali.
35 Filiorum nomen propriùs naturalibus, quàm legitimis convenit; ratio num. 36.
36 Naturales filii à natura ſunt; legitimi à lege.
37 Filiorum nomen acceptum non naturaliter, ſed quoad civiles effectus, non comprehendit naturales.
Et Ulpiani ſententia lib. 9. ad Sabinum explicatur, ibid.
39 Filiorum, ac Liberorum appellatione an contineantur naturales? quæſtio voluntatis eſt.
Intellige, ubi non pro illis includendis agitur, num. 40.
Idque ex Ulpiani ſententia, ibid. explicata.
Itidemque ex ſententia Javoleni, pariter explicata num. 41., & 42.
40 Exceptio firmat regulam.
46 Teſtatoris honeſtas, atque nobilitas non eſt ſufficiens conjectura excluſionis filiorum naturalium.
47 Niſi agatur de Teſtatore in dignitate conſtituto, vel qui ejus conditione ceteros antecellat.
Et dubium eſt, an ſola ſufficiat magnatitia qualitas num. 48.
48 Clauſula = fortè = ſuàpte naturâ dubitativa eſt.
49 Conjectura excluſiva filiorum naturalium eſt, quæ oritur ex Signoria, juriſdictione, & poſſeſſione feudorum.
50 Pro illegitimis excludendis ſat non eſt nobilitas, quæcumque ſit, ubi adhibita leguntur verba naturalia.
51 Vel ſaltem illos perpetuò non arcet, ſed tantùm exiſtentibus legitimis.
52 Conjecturam excluſionis filiorum illegitimorum deſumpta ex quo Teſtator honeſta ſit perſona, nobilis, vel Clericus, fabulam ſapit.
53 Conjecturam excluſionis filiorum naturalium non præbet diſpoſitio ordinata per viam primogenituræ, vel majoratus.
54 Filii etiam naturales admittuntur in majoratibus, ubi verba apta ſunt illos comprehendere.
Atque ubi, vocatis Filiis, additum non fuit: legitimis, ibid.
55 Intellige, illos admitti, legitimis deficientibus, & num. 57.
56 Concluſio iſthæc in majoratibus Italiæ locum habet, in majoratibus tamen Hiſpaniæ non item, & num. 58.
57 Majoratus natura ipſa expoſcit incluſionem filiorum naturalium.
59 Majoratus Italiæ alio jure, quàm majoratus Hiſpaniæ cenſentur.
60 Filii naturales tunc in majoratibus Italiæ non admittuntur, cum nati ſunt ex coitu damnato.
Vel, cum eis reſiſtit voluntas Teſtatoris, num. 62.
Aut, ſi concurrant cum legitimis num. 64.
Intellige de legitimis in pari gradu num. 65.
61 Filii ſuſcepti ex coitu damnato majora obſtacula quoad effectus tum naturales, tum ſucceſſionis, in jure patiuntur, quàm ſimpliciter naturales.
63 Excipe, ſi agatur de ſucceſſione ad majoratum perpetuum.
66 Filii legitimi, ubi diſpoſitio apta eſt comprehendere legitimos æquè, ac illegitimos, in concurſu cum iſtis præferuntur, ſi in pari gradu ſint, & num. 99.
67 Non tamen, ſi in gradu remotiori; tunc enim excluduntur.
68 Conjectura excluſionis filiorum naturalium quomodo ex præſumpta repetitione qualitatis legitimitatis nequeat deſumi? num. 69. & ſeq.

69 Repetitio qualitatis legitimitatis de una ad aliam diverſam diſpoſitionem non admittitur, & num.152.

Eamque excludit diverſus loquendi modus, quo Teſtator uſus ſit, ibid. & num.98.

70 Teſtator, ſi, cum voluit, qualitatem legitimitatis, illam expreſſit, cum illam non expreſſit, cenſetur noluiſſe & num. 124., & 159.

Et quando ſecus? num.94. & ſeq., & nu.153.

71 Teſtator, quò magis expreſſit in aliis teſtamenti partibus qualitatem legitimitatis, eò magis cenſetur illam repetere noluiſſe, ubi non expreſſit.

72 Procedit maximè, ſi de perſonis, & gradibus diverſis agatur.

Et quando capitula ſunt ſeparata, habentque orationem per ſe perfectam, ibid.

73 Repetitio qualitatis legitimitatis de una diſpoſitione ad aliam, ubi diverſa ratio militat, non inducitur.

74 Repetitio qualitatis legitimitatis non benè infertur à perſonis magis dilectis ad minùs dilectas.

75 Itidemque nec à filiis poſsibiliter naſcituris à primo etiam herede ad ulteriores ſubſtitutos.

76 A fideicommiſſi primo ingreſſu ad illius progreſſum non benè arguitur.

77 Teſtator provectæ ætatis loquens de filiis poſsibiliter naſcituris cenſetur qualitatem legitimitatis demonſtrativè ſolum expreſſiſſe, & ratio, ibid.

78 Illegitimæ prolis non tanta in ulterioribus ſubſtitutis, quanta in proximiori gradu conjunctis abominatio militat.

79 Teſtator filios ex ſorore jam natos appellando legitimos, alios verò naſcituros nominando ſinè tali qualitate, cenſetur eam primis adjeciſſe demonſtrativè tantum, & num. 151.

80 Nec eam in ſecundis repetere voluiſſe, num. 81.

81 In fœminis major caſtitas exigitur.

Et magis in illis, quàm in maſculis horrendum eſt filios habere naturales, ibid.

82 Fœminæ ob natos ex eis filios naturales non ſolùm proprium honorem, ſed totius familiæ famam denigrare ſolent.

83 Ex fœmina nobili, & honeſtæ conditionis quod potuerint naſci alii filii, quàm legitimi, indecorum ſuſpicari eſt.

84 Teſtator, adjectâ in parte non diſpoſitiva, ſed conditionali quoad filios ſororis, qualitate legitimitatis, cenſeri poteſt hanc adjeciſſe ſolùm quoad filios primi gradus.

Idque ratione honeſtatis in Mulieribus ſupponendæ, ibid.

85 Honeſtatis ratio non, ſicut in filiis primi gradus, urget in ulterioribus fœminarum deſcendentibus.

86 Teſtator quoad filios Sororis ſuperſtitis ab ipſo non connotatos cum qualitate legitimitatis, hanc repetere noluiſſe cenſetur.

87 Verba = alterâ ipſarum decedente ſinè filiis &c., altera ſuperveniens decedat = ſuaptè naturâ unum tantùm ex duobus includunt.

88 Sororem ſuperſtitem Teſtatori cognitam excludi à naturali Deſcendente alterius Sororis prædefunctæ, abſonum eſt.

89 Legitimitatis qualitas, ſi adjecta non eſt quoad Deſcendentes unius lineæ, eò minùs argui poteſt ejus repetitio in alia linea.

90 Qualitas non afficiens omnes Deſcendentes illius lineæ, in qua fuit requiſita, eò minùs poteſt afficere Deſcendentes alterius lineæ prorsùs diſtinctæ.

Præſertim, quando concurrit diverſitas rationis, ibid.

91 Repetitio qualitatis legitimitatis facilè admittitur, quando inter diverſas perſonas agitur, vel in diverſo gradu exiſtentes.

Hæcque diſtinctio ſervatur à Sacra Rota, ibid.

92 In perſonis diverſis poteſt diverſa concurrere Teſtatoris affectio.

93 Repititio qualitatis legitimitatis inter perſonas diverſas excluditur ex veriſimili quacumque, ſeu probabili rationis diverſitate.

Immò neque ex rationis identitate poteſt admitti, ibid.

94 Repetitio qualitatis legitimitatis arguitur in perſonis minùs dilectis, ſi in perſonis magis dilectis eadem qualitas requiſita fuit.

Intellige, ſi diſpoſitio fuit concepta per verba civilia, non, ſi per verba naturalia, n. 95., & 97.

95 Verba = Familia = Domus = & alia hujuſmodi civilem intelligentiam ex auctoritate Doctorum, naturalem verò, nonniſi ex circumſtantiis, habere poſſunt.

96 Teſtamenti una pars alteram declarat.

97 Filii illegitimi nec etiam per poſterius admittuntur, ubi Teſtator per verba civilia expreſſerit legitimitatis qualitatem.

100 Repetitio qualitatis legitimitatis expreſſa in aliis teſtamenti partibus, locum habet, quando Teſtatar eam perpetuò qualitatem exoptavit.

101 Vel cum identitas rationis, vel Teſtatoris id ſuadet voluntas.

101 Clauſula = ut ſupra = relativa eſt, ac reſtringitur ad perſonas in præcedenti diſpoſitiva expreſſas, & num.149., & quando ſecus? à num.103. ad 109.

103 Clauſula = ut ſupra = non habens relationem ad qualitatem legitimitatis, nequit dici illius repetitionem præſeferre.

104 Idem, ſi ad extinctionem lineæ, vel ad qualitatem maſculinitatis referatur.

105 Vel, ſi ad perſonas non vocatas cum tali legitimitatis qualitate, aut ad diverſas perſonas, & num.106.

106 Clauſula = ut ſupra = non repetit qualitates præcedentes, quando mutantur perſonæ, & num. 149.

107 Relatio quandocumque nil operatur, quando ex ſe perfecta oratio eſt.

108 In Referente, ubi aliquæ ex qualitatibus in relato adjectis exprimuntur cum particula relati-

lativa, hæc ad illas dumtaxat refertur expreſſas qualitates.

109 Teſtator, ſi qualitatem maſculinitatis, licèt connotatam verbis relativis, expreſſit, qualitatem legitimitatis, quam non expreſſit, adhibitis licet iiſdem verbis, cenſetur noluiſſe, & num. 150., & 153.

110 Repetitio qualitatis legitimitatis, niſi in omnibus vocatis admittatur, ſequi poteſt abſurdum, quod naturales tantùm præferantur Legitimis.

111 Abſurdum tamen ceſſat, ſi res ſit inter legitimos, & illegitimos; hi namque, nonniſi deficientibus legitimis, vocati ietelliguntur.

112 Ceſſat itidem inter illegitimos unius lineæ prædilectæ, & priùs vocatæ, & legitimos alterius poſtea vocatæ; hi namque excluduntur ex præſumpta Teſtatoris voluntate.

113 Teſtator præferendo lineam prædilectam, omnes ex ea deſcendentes, etiam illegitimos cenſetur prætuliſſe.

114 Abſurdum nullum conſideratur in iis, quæ accidunt juxta voluntatem Teſtatoris.

115 Repetitio qualitatis legitimitatis valet argui ex facta Agnatorum ſubſtitutione.

Intellige, ſi inde agnatio noſcatur contemplata, non tamen, ſi ſecus num. 16., & 17.

116 Agnationem conſervant legitimi, non etiam naturales.

117 Agnationis contemplatio excluditur, ſi Agnatis prælati fuerunt Cognati.

Item, ſi Agnatorum vocatio non proceſſit ex voto agnationis conſervandæ, num. 19.

118 Cognati nullo pacto agnati dici poſſunt.

120 Agnationis contemplatio de una ad aliam ſubſtitutionem nequit inferri.

121 Teſtatores perſæpè agnationem contemplantur in una ſubſtitutione, non item in alia.

122 Agnatio in iis ſubſtitutionibus, in quibus contemplata non eſt, illegitimorum non inducit excluſionem.

123 Repetitio qualitatis legitimitatis non inducitur ex verbis = omnia ejus Bona tranſeant perpetuò in perſonas laicas, & aptas ad matrimonium. =

Ea enim adjecta ſolùm cenſetur ad excludendas perſonas Eccleſiaſticas, ibid.

125 Naturales etiam veniunt ſub nomine = lineæ.

Præſertim in parte conditionalis, num. 126.

126 In parte conditionali benigniùs vocabula accipienda ſunt.

Ut comprehendant eos etiam, qui in parte diſpoſitiva non ſunt vocati, ibid.

127 In parte conditionali non fit repetitio qualitatis alicujus reſtrictivæ.

128 Verbum linea in parte conditionali comprehendit perſonas etiam in diſpoſitiva non expreſſas.

129 Conditio extinctionis alicujus lineæ non dicitur purificata ob ſuperexiſtentiam naturalis, & num. 165:

130 Teſtator præſumitur, perſonas prædilectas ſubſtituto minùs dilecto præferre voluiſſe.

131 In conditionibus ſpectatur affectio naturalis.

132 In ſubſtitutionibus, ſeù diſpoſitionibus diſpoſitio, prout jacet, attenditur.

133 Teſtator in portione uni aſſignata cenſetur plus omnes ab eo deſcendentes dilexiſſe, quàm Subſtitutum, eumdemque filium ſuum.

134 Teſtatoris affectio naturalis æquè conſideratur favore Illegitimi.

135 Filii etiam naturales comprehenduntur ſub conditione ad excluſionem alterius filii legitimi Teſtatoris.

136 Filii etiam naturales veniunt ſub nomine filiorum, & deſcendentium in conditione poſitorum, & n. 138.

137 Iidemque efficiunt etiam, ut deficiat conditio.

139 Filii naturales ſucceſſionem continuant.

140 In diſpoſitione ordinata per viam primogenituræ regularis, ſpectatur præcipuè prærogativa lineæ.

Ita ut, unâ lineâ non evacuatâ, ad aliam non fiat tranſitus, ibid.

141 Procedit etiam favore Illegitimorum.

142 Conditio affirmativa à negativa differt; hæc enim omninò negat, atque omnium aufert differentiam, illa in uno etiam verificatur.

143 Conditio illa = extinctâ lineâ maſculinâ = dicitur negativa.

144 Conditio negativa nullius exiſtentiam requirit.

Et purificata non dicitur, niſi ob impoſſibilem in ea comprehenſorum exiſtentiam, ibid.

145 Conditio extinctionis lineæ, donec ex ea quiſpiam exiſtet, purificata dici nequit.

146 In parte diſpoſitiva vocatis legitimis dumtaxat, non inde infertur eorum dumtaxat vocatio in parte conditionali.

147 Pars conditionalis tunc legitimos dumtaxat in diſpoſitiva vocatos comprehendit, cum ad eos reſtricta eſt.

Secus, quando magis latè patet, continetque verba apta comprehendere, etiam illegitimos, ibid.

148 In parte conditionali exiſtens verbum linea comprehendit illegitimos in diſpoſitiva vel non comprehenſos, vel apertè non excluſos.

154 Repetitio regulariter non fit in parte conditionali.

155 Præſertim, ſi hæc ex mente Teſtatoris reſtricta non appareat ad qualitates in diſpoſitiva adjectas.

156 Repetitio qualitatis legitimitatis ut excludatur à parte conditionali, ſufficit probabilis quælibet diverſitatis ratio.

157 Hæc autem in quo valeat conſiſtere?

158 Subſtituti omnes, præter Aſcendentes, & Deſcendentes, dicuntur extranei in concurſu cum Deſcendentibus alterius lineæ priùs admiſſæ.

160 Subſtitutus ſub conditione extinctionis alicujus lineæ, niſi eam penitùs extinctam probet, non admittitur.

162 In conditionibus non attenditur, an ſupervivens ſit capax, vel non, ſed ſola illius exiſtentia, & an evenerit conditio.

163 *Conditionis defectus, non verò incapacitas ſuperviventis Subſtitutum excludit.*
*Præſertim, quando ſubſtitutio concepta eſt per verba* = tunc & eo caſu = num.164.

164 *Verba* = tunc & eo caſu = *ſubſtitutionem reſtringunt ad ſolum caſum expreſſum extinctionis lineæ.*

165 *Naturalis ex eo ſolùm, quod poſitus ſit ſub conditione, repellit Subſtitutum.*
*Et, licèt non vocatus, conditionem facit deficere.*

166 *Pars conditionalis quoad eum, qui eſt ſub conditione comprehenſus, pendere à diſpoſitiva non dicitur.*

167 *Pars diſpoſitiva quoad ſolum vocationis effectum ſpectanda eſt.*

168 *Legitimati comprehenduntur nedum ſub nomine* Filiorum, & Deſcendentium, *ſed etiam appellatione* Legitimorum, & Naturalium.

169 *Ad excluſionem etiam proprii filii Teſtatoris.*

170 *Et ſuccedunt in fideicommiſſis, & majoratibus ordinatis pro Legitimis, & Naturalibus, niſi nominatim excludantur.*

171 *Legitimati nil dicuntur à Legitimis differre.*

172 *Legitimati eò facilius dicuntur ſub nomine* Legitimorum, & Naturalium *comprehenſi in parte conditionali.*
*Ut ſcilicet deficere faciant conditionem*, ibid.

173 *Hæcque opinio ſequenda omninò eſt.*
*Præſertim, quando in conditione poſita fuit* linea, num.174.

174 *Legitimati nedum dicuntur de* linea, *ſed* de familia, & agnatione *Patris.*

175 *Præſertim ad impediendam purificationem fideicommiſſi favore Subſtituti.*

175 *Procedit etiam de Legitimatis ab Archivio Romanæ Curiæ.*

177 *Legitimationes factæ ab Archivio Romanæ Curiæ, ſemper validæ, & firmæ habendæ ſunt.*
*Tamquam roboratæ Summi Pontificis auctoritate*, ibid.

178 *Archivii Romani facultas quoad ejuſmodi legitimationes nequit ampliùs controverti.*

179 *Et valet etiam in Ditione ſubjecta mediatè Dominio S.Sedis.*

180 *Legitimationes factæ ab habentibus facultatem à Supremo Principe, eodem jure cenſentur, ac illa ab ipſo Principe factæ.*

181 *Et ab eo factæ dicuntur.*

182 *Legitimare in Territorio infeudato nec ipſe Princeps poteſt.*
*Si tamen hic legitimare valeat, poteſt etiam facultatem ab illo habens*, ibid.

183 *Inter legitimationem factam à Principe, ac aliam factam ab habente ab eo facultatem, non admittitur diſtinctio.*

184 *Archivium Romanæ Curiæ facultatem habet legitimandi, etiam in Statu infeudato.*

185 *Status infeudatus mediatè ſubjectus dicitur.*

186 *Clauſula* = ſ. p. venientium ab inteſtato = *præſervare dicitur jus Subſtituti, & quando ſecus?* num.192.

187 *Legitimatus etiam cum clauſula* = ſ. p. venientium ab inteſtato = *Subſtitutum excludit.*

188 *Ab hac ſententia variavit aliquando* Sacra Rota.

189 *Retinenda tamen eſt, cum aſſiſtit, vel non reſiſtit voluntas Teſtatoris, immò etiam cum eſt dubium, an reſiſtat, vel non?*

190 *Clauſula* = ſ. p. venientium ab inteſtato =, *in legitimatione facta ante purificatam ſubſtitutionem, nil operatur favore Subſtituti.*

191 *In legitimatione facta ante purificatam ſubſtitutionem, vel nullum, vel ſaltem leve eſt præjudicium Subſtituti.*
*Ideoque nec præſervatum remanet per clauſulam* = ſ. p. venientium ab inteſtato =, *ibid.*, *& ratio*, num.192.

192 *Clauſula* = ſ. p. venientium ab inteſtato =, *in legitimatione, intelligitur de præjudicio conſiderabili.*

193 *Clauſula* = ſ. p. venientium ab inteſtato = *officit Legitimato, ſi legitimationi mens Diſponentis non repugnet.*

194 *Legitimationi mens Diſponentis repugnare non dicitur, ſi uſus eſt verbis aptis comprehendere tàm naturales, quàm legitimatos.*

195 *In dubio reſpondendum eſt favore illius, qui ſe comprehenſum in diſpoſitione dicit.*
*Præſertim ſi Reus, & antiquus etiam poſſeſſor ſit*, num.197.

196 *In dubio non eſt à regulis, nec à verborum proprietate recedendum.*

198 *Obſervantia diuturna diſpoſitionem interpretatur.*

199 *Tacuiſſe quis præſumitur ob ſcientiam ſui mali juris.*

Ca-

Gaviranus de Savinis

Conſtantia nupta Livio de Bertis — Cæſar fideicommittens — Fortunata nupta Hilario de Benignis

(Conſtantia nupta Livio de Bertis): Laura — Lavinia nupta Valerio de Brunis

Lavinia nupta Valerio de Brunis
Livius
Joannes Actor 1670.
D. Comes Antonius Actor hodiernus.

Fortunata nupta Hilario de Benignis
Petrus Franciſcus
Paulus
Franciſcus legitimatus Reus conventus de anno 1670.
D. Comes Petrus Reus hodie conventus.

CÆSAR de Savinis prævidens ob extremam ætatem, sè prædeceſſurum ſinè filiis, hoc eveniente caſu, heredes univerſales pro virili inſtituit Conſtantiam, & Fortunatam Sorores ſuas, ordinato inter illarum liberos perpetuo reciproco fideicommiſſo, cui locum eſſe voluit, etiam ſi contingeret, deficere lineam alterutrius ex dd. heredibus à sè inſtitutis: Præcepit enim, quòd, deficientibus omnibus Deſcendentibus, & ſic extinctâ lineâ unius, in medietate hereditatis illi relictæ ſuccederent Deſcendentes alterius.

Ob mortem Teſtatoris ſinè filiis factus fuit locus inſtitutioni dd. ejus Sororum, quarum utraque Deſcendentes reliquit hodièdum ſuperſtites. Verùm, cum Paulus ex Petro Franciſco Fortunatæ nepos obiiſſet abſque filiis legitimis, & naturalibus, ſed relicto dumtaxat Franciſco filio ampliſſimè tamen legitimato per Archivium Romanæ Curiæ: Comes Joannes de Brunis Conſtantiæ pronepos, vigore d. reciproci fideicommiſſi à Teſtatore ordinati, vindicare tentavit illius medietatem ad præfatum Comitem Franciſcum delatam, eo ſub obtentu, quod ad idem vocarentur filii ſolummodò legitimi, & naturales, & qui tales eſſent non per fictionem, ſed quia per juſtas nuptias procreati; quapropter, cum ille talis non eſſet, defeciſſe diceretur linea Fortunatæ, ac per conſequens factus locus reciprocæ ordinatæ favore alterius lineæ proficiſcentis à Conſtantia.

Quinquaginta annorum ſpatio Cauſa ſiluit, quia Comes Joannes, qui perſonam gerebat Actoris, ex pluribus præclariſſimorum Juriſconſultorum Reſponſis perſpicere potuit validas exceptiones, quibus ejus actio, ſi in Judicio promoveretur, elidi potuiſſet, quæque idcircò penè deſperatam, vel ſaltem difficillimam fore victoriam portendebat.

At, cum recenter Cauſa hæc inſtaurata fuerit, rogatus ego à D. Com. Petro de Benignis filio Franciſci meam hac in re ſententiam dicere, crederem, rejiciendum eſſe D. Com. Antonium de Brunis: perpenſo namque toto teſtamenti contextu, ejuſque omnibus partibus ſeriò examinatis, ex eiſdem perſpicuum reddi videtur, in linea Fortunatæ, vel adhuc ſuperſtites eſſe perſonas ad d. fideicommiſſum vocatas, vel ad Actoris excluſionem in conditione poſitas, ideoque nondum factum eſſe locum purificationi reciprocæ à Teſtatore ſuo ordine conſtitutæ favore alterius lineæ derivatæ à Conſtantia. Et ſanè, cum D. Antonius 1 in hoc Judicio perſonam gerat Actoris, plenè ſuæ actionis, & intentionis fundamentum probare tenetur, ex certa Juris noſtri regula generaliter ſancita *in leg. ei incumbit 2., & leg. verius 21. ff. de probation., leg. Si de poſſeſſione 20., & leg. Actor. 23. Cod. eodem*, & in noſtris terminis recepta *per Spad. conſ. 363. n. 8. in fin. tom. 2., Barboſ. appellat. 119. num. 19. & 20., clar. mem. Card. de Luc. de Fideic. diſc. 222. num. 1., Balducc. ad Ramon. conſ. 16. num. 25. & ſeqq., Calderon. reſol. 97. num. 51., Rot. coram Coccin. dec. 2342. num. 57., & coram. Bich. dec. 101. num. 1. & 2.* ita quidem ut, Reo exempto ab onere cu- 2 juſvis probationis, ſatis ſit pro repellendo Actore dubiam reddidiſſe illius actionem, ejuſque probationes, ut diſponitur *in cap. In præſentia 8.*, ubi communiter ſcribentes *de probation., Bartol. in leg. ſi quis intentionem ff. de Judic., Bald. in leg. quoties §. Si quis ita ff. de hered. Inſtit., Surd. conſ. 173. num. 59., Tiraquell. de retract. lignager. §. 1. Gloſſ. 16. ſub num. 4., Rot. coram Priolo dec. 263. n. 13., & in rec. deciſ. 466. n. 18. part. 19.* ex eo omnium ſermone trito effato, quo traditur, Actore non probante, Reum eſſe abſolvendum, *Thabor. axiom. Jur. lib. 1. cap. 21.* 3 *axiom. 7.* Cum itaque D. Comes Petrus de Benignis ſit Reus, nullâ idcircò indigens probatione, nulloque earum onere adſtrictus, poſſeſſione ſuâ, quinquaginta annorum decurſu confirmata, deturbari nequibit, ſi exceptione aliquâ repellere valeat Actorem, & actionem ab illo intentatam dubiam reddere, *clar. me. Card. de Luca de Judic. diſc. 2. num. 17. & ſeqq.*

Ut certè illam elidere poſſe videtur, vel quia ipſe in parte diſpoſitiva docet, ſe fuiſſe vocatum ad medietatem fideicommiſſi delatam Fortunatæ, ejuſque Deſcendentibus, ut jam jam probabimus, ideoque Actor illam vendicare ab eo nequit, tamquam ad eamdem ex propria perſona vo-

4 vocato, vel quia ſaltem, quando etiam colore
aliquo ſuſtineri exadverſo poſſet, certò non con-
ſtare de Rei vocatione facta in parte diſpoſitiva,
ſatis eidem eſſet, quod poſitus reperiretur in
conditione ad excluſionem Actoris, ejus ſubſi-
diaria ſubſtitutio impeditur non ſolum ob exi-
ſtentiam perſonæ de genere vocato, ſed etiam
5 ex eo, quòd ſuperſtes ſit perſona ſimpliciter poſi-
ta in conditione; pro excludendo namque ſub-
ſtituto, ſufficit ſola ipſius exiſtentia de facto,
quamvis eadem ſucceſſura non ſit, *ex theorica*
*Salyceti in leg. 1. de condit. inſert.*, *Sacca reſp.*
*191. ſub num.4.*, *clar. mem. Card. de Luc. de Fi-*
*deicom. diſc. 40. n.8.*, *& diſc. 71. in fin.*, & ma-
giſtraliter deciſum fuit per Rotam *coram Carill.*
*deciſ.266. num.20.*, *in rec. dec.453. n.3. part.2.*,
*deciſ.151. num.2. part.3.*, *dec.194. n.3. part.14.*,
*deciſ.221. n.4. part.15.*, *deciſ.455. n.4. part.19.*,
*in Tyburtina Fideicommiſſi 8. Februarii 1706.*
*§. Siquidem & ſeqq. coram bon. me. Anſaldo*, *in*
*Æſina*, *ſeu Maceraten. Dotis 26. Junii 1709.*
*§. Siquidem coram bo. me. Molinae*, *& in Romana*
*prætenſæ Immiſſionis 13. Maii 1720. §. Ratio ita*
*decidendi coram R. P. D. Ravault. de Gamaches*.
Quod attinet primum, D. Comes de Brunis
Actor pro excludenda vocatione D. Comitis
Pauli de Benignis contendit, in diſpoſitiva ad
controverſum fideicommiſſum vocatos eſſe ſo-
los Deſcendentes legitimos, & naturales, tum
ex linea Conſtantiæ, tum etiam ex illa Fortu-
natæ, ideoque, non exiſtente in alterutra ex illa-
rum lineis perſonâ cum qualitate deſcendentiæ,
ſive filiationis, habente illam quoque legitimi-
tatis, defeciſſe dicantur perſonæ de genere vo-
cato, quæ impedire valeant purificationem ſub-
6 ſtitutionis reciprocæ ordinatæ favore illius li-
neæ, in qua tales Deſcendentes naturales, &
legitimi reperiantur: Patet itaque, fundamen-
tum intentionis D.Comitis de Brunis in eo con-
ſtitui, quòd nempe, cum Teſtator in omnibus
Deſcendentibus vocatis ad controverſum fidei-
commiſſum, efflagitarit qualitatem legitimitatis,
ejus voluntas reſiſtere dicatur tum filiis natura-
libus, tum etiam legitimitatis, utpotè quia pri-
7 mi nullo pacto, alii verò non per veritatem,
ſed per fictionem qualitatem legitimitatis ha-
bere dicuntur; hæc autem voluntatis reſiſtentia
ſecumferens poſitivam excluſionem ejuſcemodi
8 filiorum, cum ab Actore allegetur tamquam
cauſa ſuæ ſucceſſionis, ſive purificationis ſuæ
ſubſtitutionis, & quidem ad illum odioſum ef-
fectum privandi Reum eâ ſucceſſione, quæ
9 alioquin, etiam abſque aſſiſtentia voluntatis ei-
dem adeò eſſet debita, ut ipſi aſſiſtat regula ab
Actore limitanda, & quidem docendo de poſi-
tiva reſiſtentia voluntatis Teſtatoris, conclu-
10 denter propterea ab eodem probanda eſt, *Spad.*
*conſ.363. num. 8. in fin. lib.2.*, ac benè ad rem
noſtram ratiocinatur *clar. mem. Card. de Luc. de*
*de Fideic. in ſupplement. d. diſc.222. num.14.*, &
generaliter, quòd, quoties agitur de probando
aliquid, quod ſit fundamentum intentionis A-
ctoris, requiratur præciſa illius probatio, eſt
11 conſtans Rotæ opinio, de qua *per Adden. ad*
*Gregor. deciſ.53. num.4.*, *& in rec. deciſ.202. n.*
*pariter 4. part.5.*, *coram Manzaned. dec.682. ſub*
*n.1. & ſeq.*, *coram Dunoz. jun. deciſ.731. n.17.*,
*in Romana prætenſæ Immiſſionis 28. Aprilis 1702.*
*§. Hæc ſufficerent coram bon. mem. Mato*, *& in*
*Spoletana Fideicommiſſi 19. Novembris 1703.*
*§. Quoniam coram clar. me. Card. Caprara*; præ-
ſertim verò, quando id negatur à D. Comite
Petro de Benignis Reo, & legitimo Contradi- 12
ctore; *Rot. deciſ.379. num.22.*, *& deciſ.392. n.3.*
*verſ. tenetur hujuſmodi factum à Maria Felice ab-*
*ſolutè impugnatum concludenter probare*, *coram*
*Priolo*, atque (quod ſinè magis eſt) agitur de
auferenda eidem hereditate, ſive fideicommiſ-
ſo, in cujus vetuſtiſſima poſſeſſione à Patre in 13
ipſum tranſmiſſa, ac tamdiu continuata reperi-
tur, ut notarunt *Altograd. conſ.69. n.5. & 23.*,
*& conſ. 74. num. 47. & ſeqq. lib. 1.*, *Menoch. de*
*præſumpt. lib.6. præſumpt. 69. num.1. & 3.*, *Ma-*
*ſcard. de probat. concluſ. 1194. num. 6. & ſeqq.*,
*Pacian. de probat. lib.2. cap.20. num.53.*, *Rot. co-*
*ram Ludoviſ. deciſ. 364. num. 3.*, *Adden. ad*
*eamdem deciſ.138. lit. C.*
At verò, ut de hac reſiſtentia voluntatis Te-
ſtatoris conſtare dici queat, ſi eadem ab Actore
probanda eſt, vel per expreſſam illius diſpoſi-
tionem, vel de ea docendo per conjecturas, &
præſumptiones deſumptas ex iis, quæ ab eodem 14
diſpoſita ſunt in teſtamento, *Barboſa tract. var.*
*de appellat. verb. jur. ſignific. appell. 99. num. 21.*
*& ſeq.* profectò expreſſa iſthæc Teſtatoris vo-
luntas omninò deficit in caſu noſtro, ſed ſolum
quæri poteſt de tacita, ideoque præſens quæſtio,
utpotè voluntatis expreſſis verbis minimè de-
claratæ, ſed aliundè eiiciendæ, dicitur facti,
& non Juris, *ad Text. in leg. cum Pater 77. §. Vo-*
*lo prædia ff. de legat.2.*, & quidem facti inveſti- 15
gandi conjecturali indicio, quo ſuadeatur, Te-
ſtatorem naturales excludendo, de legitimis
dumtaxat filiorum nomen accepiſſe: in quarum
ſanè quæſtionum genere nemo non videt, per-
raró actionem, & intentionem Actoris conclu- 16
denter probatam, & pleneè fundatam dici poſſe,
ob certam illam Juris regulam, quâ edocemur,
clarum dici non poſſe id, quod ex conjecturis,
argumentis, & ſubauditis intellectibus elicitur; 17
dubium namque ſemper remanet, eo, quòd
contrariis argumentis elidi queat, ad tradita *per*
*Rot. coram Bichio dec.612. num. 15. & ſeqq.*, *co-*
*ram Card. Cerro dec.538.*, *& in Piſauren. Succeſ-*
*ſionis 11. Martii 1689. §. Primus enim*, *& §. Nec*
*refert coram bon. me. d'Hervault*, quæ refertur
inter collect. apud *Palm. dec.88. num. 7. & ſeqq.*
Certiùs, quando in iſtiuſmodi conjecturali
quæſtione Actori reſiſtit contraria regula Juris:
Hoc namque caſu longè efficaciores ab illo affe-
rendæ ſunt conjecturæ, quæ videlicet valeant
vincere præſumptionem ex ea reſultantem, Reo- 18
que faventem, *Rot dec.15. num.10. coram Cer-*
*ro*, *& dec.52. num.2. coram bo. me. Emerix jun.*,
*in Spoletana Fideicommiſſi 3. Decembris 1708.*
*§. Neque coram Reverendiſſimo Lancetta Dec.*,
*& in Romana Primogeniture de Capiſaechis 15.*
*Martii 1720. §. Eſſet itaque coram eodem*; Re-
gn-

gula autem, cum verè ſivere dicatur illi, cui
19 verba diſpoſitionis, & eorum ſignificatio conveniunt, *Doctores in leg. Hos accuſare §. Omnibus ff. de accuſation.*, *& in leg. 4. §. Toties ff. de damn. infect.*, *Caſtrenſ. conſ. 430. col. 3. lib. p.*, *Soccin. jun. conſ.77. nu.5. lib.3.*, *Venturin. conſ.37. n. 40. & ſeqq.*, *Tiraquell. in leg. ſi unquam verb. libertis num. 2. & ſeqq. Cod. de revoc. Donation.*, *Caſtill. de conject. ultim. vol. lib.5. cap.82. num.5. & ſeqq.*, *Rot. in rec. dec. 230. num. 2. verſ.*, *& ſicut part.3.*, &, ut demonſtrabimus, hæc certè congruunt Reo, indè ſequitur illud etiam, quòd ſi (prout ſemper contingit in conjecturalibus
20 tractationibus) ſibi invicem obvient contrariæ conjecturæ, in earum conflictu ſemper prævalere debeant illæ, quæ coadjuvantur à Juris regula, & præſumptione, quæque favent Reo, ut de primis docuit *Rota dec.28. num.8. poſt Urceol. de tranſact.*, *deciſ.29. n.7. coram Coccin.*, *dec.131. num. 43. coram Card. Cerra*, *& deciſ. 14. n. 22. inter impreſſ. ad ornat. clar. me. Card. de Luc. de legat. lib.11.*, *in rec. dec.754. num.11. part. 18.*, *& dec.199. num.12. part.19.*, & de ſecundis tradit *eadem Rota coram Seraphin. dec. 1073. n.11.*, *& alibi frequentiſſimè*; quapropter in ejuſcemodi Cauſis rectè conſtitutum eſt, quòd, ſi dubia præceſſerit Actoris probatio, dubiâ quoque poſ-
21 ſit exceptione repelli, quâ nimirum Reus impediat, ne illa Actoris ad perfectæ, ſeu concluſivæ probationis gradum perveniat, *Rot. in rec. deciſ. 158.*, *& deciſ. 170.*, *utrobique num.3. part. 10.*, adeo quidem, ut, ſi non conſtet de jure Petito-
22 ris, non curetur de jure Poſſeſſoris, cui ſatis eſt, dubiam reddendo intentionem Actoris, efficere, quod animus Judicis titubet, ut ajebat *Bald. conſ.79. num.7. lib. 2.*, *idem Bald.*, *aliique Scribentes in leg. ultim. Cod. de rei vindic.*, *& ſequitur Rot. deciſ 167. num.50. & ſeqq. part. 14. rec.*

Tantum verò abeſt, quod in caſu noſtro certò conſtare, & per concludentes probationes
23 conſtabilita dici queat reſiſtentia voluntatis Teſtatoris, excluſivæ nimirum filiorum naturalium, ut potiùs illorum vocatio, & comprehenſio reſultet ex verbis, quibus ille uſus eſt. Id autem facilè demonſtrari poſſe reor, ſi perpendamus elementarem illam regulam, quæ à Doctoribus traditur pro dignoſcendo, quandonam, non ſolum filii legitimi, & naturales dumtaxat, ſed naturales etiam vocati dici valeant?
24 Cenſent enim, quòd, ſi vocatio concepta fuerit per verba naturalia, tunc illa filios quoque naturales comprehendat, eiſdem excluſis in caſu dumtaxat, quo diſpoſitio verbis civilibus facta fuerit, juxta diſtinctionem originaliter traditam *à Bartolo in leg. Pronunciatio §. Familiæ ff. de verbor. ſignif.*, *Gratian. diſcept.218. nu.11.*, *& ſeqq.*, *Carol. Anton. de Luc. de linea legali lib. 1. art.24. num.25.*, *Pax. Jordan. lucubrat. tom. 2. lib.10. tit.26. num. 39. & ſeqq.*, *Garz. de Beneſic. part.7. cap.15. num. 36.*, *& ſeqq.*, *Lotter. de re beneſic. lib.2. quæſt.11. num.139.*, *& ſeqq.*, *Adden. ad Greg. deciſ. 443. num.23.*, *Adden. ad Pamphil deciſ.237. nu.11.*, *Palm. Nep. alleg.241., nu.8.*, *alleg.242.*, *& nu.4.*, *alleg.243. nu.3. verſ. & licet*, *Larrea deciſ. Granaten. 32. num.8.*, quam diſtinctionem communiter a Doctoribus traditam, frequenter etiam approbavit, & ſecuta eſt Sacra Rota, ut *in deciſ. 350. num. 2. poſt 2. volum. conſ. Farinacc.*, *coram Royas deciſ.254. nu. 8.*, *coram bon. mem. Emerix Jun. deciſ.867. nu.* 25
*3.*, *in rec. deciſ. 361. num.6.*, *& ſeq. part. 4. tom. 2.*, *deciſ.262. num.6. part.8.*, *deciſ. 241. num. 10. part.16.*, *in Comen. Cappellaniæ 18. Aprilis 1701. §. Fruſtraque*, *& 31. Martii 1702. §. Nec contrarium coram clar. mem. Card. de la Tremoille*, *& 4. Maii 1703. §. Minoris coram clar. me. Card. Priolo*, *confirmata 15. Martii 1704. coram bon. mem. Kaunitz. Epiſcopo Neopacten.*, *in Mediolanen. Cappellaniæ 23. Martii 1703. §. Neque obſtat*, *& 22. Junii ejuſdem anni §. Quod demum coram bon. me. Molines*, *& in Barchinonen. Beneficii 22. Februarii 1704. §. Sed Domini coram bon. mem. Caſſarello Almæ Urbis Gubernatore.*

Hac autem diſtinctione retentâ, juſtâ ratione ſuſtineri poteſt, bon. mem. Com. Franciſcum de Beniguis, licet naturalem, & ex Cæſare Sen. nepotem Petri Franciſci filii Fortunatæ in vocatione, de qua agitur, comprehenſum dici debere, quia Teſtator in illis Teſtamenti locis, ex quibus olim Franciſcus deſumebat, & D. Com.
Paulus Reus conventus hodie diſpoſitivam voca- 26
tionem elicit, uſus fuit verbis naturalibus, ſimpliciter vocando Petri Franciſci *filios*, *& deſcendentes*, quæ juxtà ipſorum ſignificationem naturalia ſunt vocabula, quia, nonniſi naturam ipſam, ſive naturalem naſcendi modum reſpiciunt,
ut de verbis *filiorum*, *& liberorum*, *ex Bartolo in* 27
*leg. Tutelas ff. de capit. diminut.*, *& in leg. pronunciatio ff. de verbor. ſignif.*, docuit *Peregrin. de fideicomm. art.22. num.80.*, *Paleot. de noth.*, *& Spur. cap.29. num.9.*, *Rota in Bononien. fideicommiſſi de Manzolis 22. Junii 1699. coram bon. me. Anſaldo, impreſſ. apud Balducc. in collect. deciſ. & rer. Judicat. tit.3. de legat.*, *& fideicomm. deciſ.10. num. 23.* ibi = *nam, ſecundùm naturæ leges jam quilibet quoquo modo illegitimus profluit à ſemine Patris ſui*, *& eſt verè*, *& intrinſecè filius* = Certius verò id dicendum eſt de verbo *deſcendentes*, quod naturale eſſe, nullum dubium eſt,
*per Text. in §. final. Inſtitut. de heredit. quæ ab* 28
*inteſt. defer.*, *Angel. in leg. Ex pacto §. Si quis rogatus ff. ad Trebell.*, *ubi etiam Alexand. num.25. verſ. Item procedunt*, *Barbat. in leg. Cum acutiſſimi num.132. cod. de fideicomm.*, *Mierez de Majorat. part.2. quæſt.6. num.86.*, *Roxas de incompat. part.1. cap.6. num.111.*, *Torr. de Primogen. part.1. cap.25. num.70.*, *ubi alii*, *Larrea deciſ. Granaten.32. num.6.*, & de utroque ſimul juncto, nempè filiorum, & Deſcendentium vocabulo, tradit *Rota dict. deciſ.350. num.2. poſt.2. vol. conſil. Farinacc.* ibi = *Cum ad iſtum Patronatum ſint vocati filii*, *& deſcendentes Nicolai*, *non per verba civilia*, *& legitimitatem importantia*, *ſed per verba naturalia* =

At verò, ſi verba, cum accipi poſſunt tàm
juxta naturalem, quàm juxta civilem ſignifica- 29
tionem, intelligi non debent civiliter, ſed naturaliter, ex juribus adductis *per Larr. dict. deciſ.32.*

*ciſ.32. num. 8. in fin.*; quippè Teſtator in natu-
rali ſenſu eadem uſurpaſſe præſumitur, *Mantic. de
conject. ultim. volunt. lib. 3. tit. 4. num. 15.*, *Cy-
riac. contr. 8. num. 44.*, *& num. 111.*, *Torr. de
primog. part. 1. cap. 11. nu. 8.*, *aliique apud Rotam
in Comen. Cappellaniæ 31. Martii 1702. §. Jam
verò conſtabilita coram clar. mem. Card. de la Tre-*
30 *moille*, eam aſſerens iſtiuſmodi præſumptionis
rationem, quia videlicet mens hominis natura-
lis eſt, & facillimè ſequitur naturam, quæ dif-
ferentiam nullam agnoſcebat filii naturalis, at-
que legitimi = *neque enim à principio, quando ſo-*
31 *la natura ſanciebat homines (antequàm ſcriptæ
provenirent leges) fuit quædam differentia natu-
ralis, atque legitimi, ſed antiquis temporibus an-
tiqui filii, mox ut procedebant, fiebant legitimi* = *ut
in authen. quibus modis naturales efficiantur legi-
timi §. Si quis ſanè verſ. licèt igitur*, quæ ſenten-
tia eiſdem ferè verbis repetita legitur *in Auth.
quibus modis natur. effic. ſui §. Naturæ ſiquidem,
& §. Si quis ergò verſ. non enim fuit in principio*,
& tradunt *Eugen. conſ. 53. num. 41. lib. 1.*, *Pegaſ.
de majorat. part. 2. cap. 20. nu. 263. fol. mihi 679.*,
*Larrea deciſ. Granaten. 32. num. 7.*, ambigi ſanè
nequibit, quin appellatione *filiorum*, *& deſcen-
dentium* veniant etiam naturales, ut reſpondit
32 Papinianus *in leg. Cum Pater 77. §. Volo ff. de le-
gat. 2.*, *& in leg. Lucius Titius 88. §. Damæ, &
Pamphilo in fin. eodem tit.*, *ubi Scevola lib. 3. reſ-
ponſ.* ſic ait = *quia creditur appellatione filiorum,
& naturales liberos, ideſt in ſervitute ſuſceptos
contineri* = *& leg. heredibus inſtitutis 77. §. Ti-
tius ff. ad Trebell.*, *& leg. final. ff. de jur. deliber.*
ubi *Javolenus* probavit contra *Labeonem Treba-*
33 *tii* ſententiam ajentis, quòd *filii appellatione li-
bertinus quoque contineretur*, *ibique Gloſſ. in
verb. verum*, *Angel. in leg. ex facto §. Si quis il 2.
num. 2. ff. ad Trebell.*, *Felin. in cap. In præſentia
num. 23. de probation.*, *Cephal. conſ. 656. nu. 38.*
ibi = *Sed dico etiam procedere in filia tantummodo*
34 *naturali, cum & ipſa quoque contineatur ſub ex-
preſſione filiorum à Teſtatore facta* =, *Caldaſ. Pe-
reyr. reſp. 1. num. 12. verſ. quinto ſuffragatur* ibi =
*ut verbum filius ita comprehendit legitimos, ſicut*
35 *naturales, imò proprias naturales, cum ſint à na-
tura, quàm legitimos, cum ſint à lege, unde no-
men acceperunt* =, *Peregrin. de fideicom. art. 22.
num. 81.*, *& art. 23. num. 37. & ſeqq.*, *Cyriac.
contr. 9. num. 5. & ſeqq.*, *Jovius de ſolemnit. in*
36 *contract. minor. Gloſſ. 22. §. 4. num. 61.*, *Barboſ.
appellat. 119. num. 19.*, ubi, quòd hæc ſententia
proculdubio receptior eſt, & verior, *Larr. deciſ.
Granaten. 32. num. 6.*, *& 8.*, *Rot. deciſ. 350. num.
2. poſt 2. vol. conſ. Farinac.*, *& in Barchinonen.
Beneficii 22. Februarii 1704. §. Sed Domini cor.
bon. mem. Caffarello.*

Fruſtrà autem vera, atque naturalis ſignifi-
catio iſtorum verborum, *filiorum* videlicet, ſive
*Deſcendentium* detorqueri, atque reſtringi con-
37 tenditur ad ſolos filios legitimos ex ſententia
*Ulpiani lib. 9. ad Sabinum relata in leg. filium eum
definimus 6. ff. de his, qui ſui, vel alien. Jur.
ſunt*, quia Juriſconſultus eo loci *Filii* nomen
non accepit naturaliter, ſed civiliter, & quoad
effectus civiles duntaxat, reſultantes nimirùm
ex fictione, ſive præſumptione Juris, juxta quam
nuptiæ filium demonſtrant, ejuſque favore pro-
bant filiationem, ut ibi adnotat *Gloſs.*, & benè
explicat *Bartol.*, *dict. legem* ità ſummans = *hæc eſt* 38
*notabilis lex, & hoc intendit: dicitur filius legi-
timus, qui ex viro, & Uxore, ad Matrimonium
contrahendum, & generandum habilibus, ſimul
cohabitantibus, conſtante Matrimonio, naſcitur* =
& notat *Peregrin. de fideicomm. art. 22. ſub num.
50. paulò poſt initium* ibi = *aut Teſtator loquutus
fuit de veris filiis, & non includuntur naturales
per caſum in dict. leg. final. ff. de jur. deliber.*, *quia
verus filius is eſt, quem nuptiæ demonſtrant, dict.
leg. filium definimus &c. aut loquutus fuit de filiis,
& liberis ſimpliciter, & hoc caſu ſubdit, tàm in
conditionali, quàm in diſpoſitiva naturales filios
contineri* = alioquin enim, ſepoſitis effectibus ci-
vilibus favore filii reſultantibus ex Matrimonio,
quis dixerit, Ulpiani ſententiam, & verba eò
protrahenda eſſe, ut ſub naturali ſignificatio-
ne nominis *filiorum* non comprehendi ſtatue-
rit naturales, quos nedum tot aliis Juris no-
ſtri locis, ſed à natura ipſa ſub illa comprehen-
di edocemur? Quis enim Titii filium appella-
ri debere negaverit eum, quem licèt non ex le-
gitimo, ex naturali tamen concubitu à Titio ge-
neratum, ſuſceptumque eſſe noverit?

Ut etiam nil turbat *Text. in leg. Ex facto 17.
§. Si quis rogatus il primo ff. ad Trebell.*, ubi idem
*Ulpianus* reſpondit, quod, an *filiorum*, ſive *li-* 39
*berorum* appellatione in fideicommiſſo contine-
antur naturales? voluntatis quæſtio eſt: nam
ex ejuſdem *Juriſconſulti* ſententia confirmari
potiùs videtur, ſub propria, & naturali ſigni-
ficatione dictorum verborum naturales quo-
que contineri, dum enim ait, voluntatis quæ-
ſtionem videri eſſe, de qualibus liberis Teſta-
tor ſenſerit, idque ex dignitate, & conditione
ejus, qui fideicommiſit, accipiendum eſſe, in-
dè veluti deſumendo exceptionem, in reliquis
regulam confirmaſſe videtur à Papiniano con-
ſtitutam, videlicet, quòd, quoties non reſiſtit 40
contraria voluntas Teſtatoris, eademque conji-
ci nequit ex indiciis ab ipſo conſideratis, il-
lius nimirùm dignitate, & conditione, ſub
propria, ac naturali dd. verborum ſignificatio-
ne naturales quoque comprehendantur, facti
enim, & voluntatis conjecturæ à *Juriſconſulto*
requiſitæ certè videntur, non prò includendis
filiis naturalibus, quibus aſſiſtunt verba, & re-
gula, ſed prò illis excludendis, ut perſpici po-
teſt ex *Bartolo*, qui *dict. §. Si quis rogatus* ità
ſummat = *filii naturales in ſervitute concepti, de-
ficere faciunt conditionem fideicommiſſi* = Et hæc
eſt regula, cujus limitatio ponitur ſubſequenti-
bus illis verbis = *alias ex dignitate, & conditione
perſonæ diverſimodè ſtatuetur* = & benè explican-
do Ulpiani ſententiam, notavit *Emanuel Coſta in
leg. Gallus §. Quid ſi tantum in 5. part. num. 59.
ff. de liber.*, *& poſth.* inquiens, *quòd Juriſcon-
ſultus, dum ibi dixit quoad naturales liberos quæ-
ſtionem voluntatis eſſe, non diſſentit à Papinia-
no, qui voluit, naturales efficere, ut deficiat con-
ditio,*

*ditio, cum & ipſe Ulpianus excipiendo caſum,*
*quando Teſtator poſitus eſt in dignitate, confirmet*
*regulam cum Papiniano, naturalem efficere, ut de-*
*ficiat conditio* =

Nec eſt, cur objiciatur, quod, quando dici-
tur, hanc eſse quæſtionem voluntatis *ex Javo-*
*leno in leg. ultim. ff. de jur. de liber.*, deſumatur
contraria regula, quod nempe, non proba-
tâ voluntate Teſtatoris prò admiſſione natura-
lium, regula ſit, quod illi non admittantur;
Omiſso enim, quòd cum *Beroo in Cap. In præ-*
*ſentia num.229. de probation.*, id forte procede-
41 re poſset ſecundum antiquam diſpoſitionem
*Digeſtorum* naturales abſolutè excludentem à
paterna ſucceſſione: aliter verò rem ſe habere
de jure noviſſimo ad eam illos admittente tàm
ex teſtamento, quàm ab inteſtato, quod pro-
bat etiam *Peregrin. conſ.54. num.2., & ſeq. lib.*
*2.* hoc, dicebam, omiſso, benè *Juriſconſulti*
ſententiam *in dict. leg. ultim. ff. de Jur. deliber.*
explicat *Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt.*
*78. nu.14.*, cujus verba exſcribere non pigebit =
*Tertiò adduci ſolet Text. in leg. ultim. ff. de Jur.*
*deliber. Javolenus ità reſpondit. Qui filium li-*
*bertinum habebat, heredem eum inſtituerat: de-*
*indè ità ſcripſerat. Si mihi filius nullus erit, qui*
*in ſuam tutelam veniat, tum Dama ſervus liber*
*eſto. Is filius pupillus libertinus erat. Quærеba-*
*tur, ſi Dama liber eſſet. Trebatius negat, quia*
*filii appellatione libertinus quoque contineretur:*
*Labeo contra: quia eo loco verum filium accipi*
*oportet: Trebatii ſententiam probo. Si tamen Te-*
*ſtatorem de hoc filio loquutum eſſe apparet* = Ha-
ctenus verba Juriſconſulti relata à *Menochio*, qui
deindè rem proſequitur his verbis = *hic conſtat,*
*Javolenum ità demum ſenſiſſe cum Trebatio, li-*
*bertinum, ſicque naturalem cenſeri propriè filium,*
*ſi modò apparet, Teſtatorem de eo loquutum eſſe.*
*Qui libertinus eo in loco ſit, diſſentiunt inter ſe*
42 *Alciat. lib. 4. parergon. cap. 5., & Cujac. lib. 2.*
*obſerv. cap.37., exiſtimo, Javolenum cum ipſo*
*Trebatio abſolutè ſenſiſſe, Libertinum dici propriè*
*filium, & ob id efficere, nè Dama ſervus liber ſit,*
*& ſi alius ſenſus probaretur, non Trebatii, ſed*
*Labeonis interpretationem ſequutus eſſet Javole-*
*nus. Illa verò ejuſdem Javoleni verba, ſi tamen*
*Teſtatorem de hoc filio loquutum eſſe appareat, re-*
*ferenda ſunt ad id, quod Teſtator dixerat: qui in*
*ſuam tutelam veniat. Cum Teſtator filium ipſum*
*præ oculis haberet, ſciretque, illum impuberem eſ-*
*ſe, & verba illa poſuerit = ſi mihi filius nullus erit,*
*qui in ſuam tutelam veniat =; videtur, quod non de*
*eo filio, ſed de alio ſenſerit. Et propterea Javo-*
*lenus non dubitavit, quin filius libertinus, et ſi na-*
*turalis ſit, dicatur vere filius, ut deficere faciat*
*conditionem. Sed ſolum dubitavit, an Teſtator*
*de eo ſenſerit, ex quo eum præ oculis habuit, &*
*dicere potuit Teſtator clariùs, & ſi filius meus in*
*ſuam tutelam veniat. Porrò, cum obſcurè dixerit*
*Teſtator: ſi mihi filius nullus erit, qui in ſuam*
*tutelam veniat; Javolenus dubitavit, & ideò di-*
*xit: Si tamen Teſtatorem de hoc filio loquutum*
*eſſe apparet. Dixit: de hoc filio, referendo ad*
*perſonam, non ad qualitatem perſonæ. Et hic qui-*
*dem ſenſus mihi magis probatur illo doctiſſimi Con-*
*nani lib.10. Comment. Jur. cap.1. nu.7.* =

Cum itaque ex his ſatis demonſtratum dici
poſse videatur, quòd juxtà ſuam propriam ſigni-
ficationem appellatione filiorum continentur fi-
lii quoque naturales, eò quod illud ſit nomen
naturale, in Petitorem, ſive Actorem, qui il- 43
los excluſos eſse contendit, transfertur procul-
dubio onus id probandi, *Barboſ. dict. appellat.99.*
*num.20. & ſeq.*, & eò quidem magis plenis pro-
bationibus, quia agitur de recedendo à regula,
& à proprietate verborum naturales etiam filios
comprehendentium, qui propterea excluſi cen-
ſeri nequeunt, niſi probetur certa, & manife-
ſta reſiſtentia voluntatis Teſtatoris, quâ limita-
ta dici poſſit regula, & reſtricta propria, ac na-
turalis verborum ſignificatio favens Reo, ut, præ- 44
ter ibi allegata *in §.7., & ſeq.*, tradit *Soccin. Jun.*
*conſ.168. num.34. lib 2.*, *Caſanat. conſ.38. num.*
*78. & 81.*, *Gozzadi.. conſ. 50. num. 9., & ſeq.*,
*clar. mem. Card. de Luca de fideicomm. diſc. 25.*
*ſub num.8.*, *Manſ. conſult. tom.9. conſult.105. nu.*
*27.*, *Torr. de majorat., & Primogen. Ital. tom.*
*1. cap.37. §. 20. num. 311., & cap. 38. §. 17.*
*num. 475., & 478.*, *Rota apud eumdem tom. 3.*
*deciſ.56. num.3., & ſeqq., & coram Ludoviſ. dec.*
*180. num.1.*

Porrò huic oneri concludenter probandi ex-
cluſionem naturalium ſatisfeciſse dici minimè
poteſt D. Antonius, dum neque teſtamenti ver-
ba, neque conjecturas ad id ſufficientes addu-
xit, ex quibus illam deſumi debere diximus *§.*
*At verò*. Quantum enim attinet ad verba, nul-
la profectò leguntur in ſubſtitutione, de qua
agitur, quæ manifeſtam naturalium excluſio-
nem præſeferant: Conjecturæ verò ad hunc ef-
fectum adductæ, nonniſi leviſſimæ ſunt, atque
adeò vagæ, ut non ſolum ex eiſdem conclu-
denter probata, atque fundata dici nequeat in-
tentio Actoris, præſertim contra Reum coadju-
vatum regulâ Juris, & vetuſtiſſimæ poſseſſio-
nis præſidio munitum, verum etiam contrariis
argumentis faciè refelli poſſint, ut patebit ſin-
gillatim illas expendendo: eædem enim ad qua-
tuor has ſpecies redigi poſſe videntur; nimirum 45
ad qualitatem Teſtatoris Viri honeſtæ, & nobi-
lis conditionis, cui propterea turpe, & indeco-
rum fuiſſet naturales admittere, ad qualitatem
diſpoſitionis ordinatæ per viam primogenituræ,
ſive majoratus, in quo naturales admittendos
non eſſe contenditur; ad præſumptam, & ve-
riſimilem repetitionem qualitatis legitimitatis,
utpotè in nonnullis teſtamenti locis pluries adje-
ctæ: & demum ad abſurdum, quod ſequeretur,
datâ comprehenſione naturalis; nam idem ali-
quando effici poſſet melioris conditionis legiti-
mi, eique præferri.

Verùm fruſtrà Pars adverſa levibus hiſce con-
jecturis vincere poſſe contendit contrariam regu-
lam Com. D. Petro faventem, illarumque au-
xilio eum ejicere poſſeſſione temporis longinqui-
tate confirmatâ; nam id certè præſtare non va- 46
let honeſtas, atque nobilitas Teſtatoris, cum
non noverim in noſtro caſu, eam tantam eſſe,

quanta ad iſtum effectum requiritur; nam,ut no-
tatum eſt *§. Ut etiam*, dum *Juriſconſultus* ait,
voluntatem excludendi naturales elici poſſe ex
dignitate, & conditione Teſtatoris, ambigi ſanè
nequit, id intelligi minimè poſſe de Teſtatore
qualicumque nobilitate prædito; ſed de eo, qui,
47 vel ex *dignitate* à communi cætu diſcretus, ſpe-
ciali fulgeat honore, *Alciatus in leg. ſi quis in con-
ſcribendo 39. Cod. de pact. num. 11., & ſeqq. tom.
3. fol. mihi 236.*, vel ex *conditione*, quæ apud *Briſ-
ſon., & Calvin. in ſuo Lexicon. verb. conditio*,
refertur ad ordinem, qualitatem, & ſtatum per-
ſonæ, quibus hæc alios antecellat, & hanc ſanè
intelligentiam clarè inſinuat *Gloſſ. in dict. §. Si
quis rogatus il primo verb. ex voluntate* ibi = *Se-
cundò dignitas, & conditio ſit nobilis, vel non;
nam in magnatibus naturalis fortè non excludit
ſubſtitutum* = non omittendo, quod *Gloſſa* adhi-
bendo dictionem illam = *fortè* = ſuâpte naturâ
dubitativam, dubitaſſe videtur, an ſola magna-
titia qualitas, & conditio Teſtatoris ſufficiat prò
48 recedendo à regula favente naturalibus. At reve-
râ, qualis ſit illa nobilitas, ex qua elici poſſit
conjectura excluſiva naturalium; quodque hæc
49 ſit illa, quæ oritur ex Signoria, Juriſdictione,
& poſſeſſione feudorum, optimè tradit *Caſtrenſ.
in dict. leg. Ex facto 17. §. Si quis rogatus num. 7.
ff. ad Trebell.*, quem ſequitur *D. Advoc. Piton.
diſcept. Eccleſ. part. 2. in parergon. fol. 15. num.
116. verſ. cum Doctores requirant, diſponentem
eſſe perſonam valdè nobilem* = quibus conſonant
*Becc. conſ. 189. ſub num. 48. verſ. ſecundò reſpon-
detur, Cyriac. contr. 208. num. 59., & 50., Bal-
ducc. ad Ramon. conſ. 22. nu. 65., clar. mem. Card.
de Luca de fideicomm. diſc. 68. num. 7.*

Ecquis enim non videt, quòd, ſi qualiſcumque,
tametſi mediocris Teſtatoris nobilitas, juſtam
præberet conjecturam excluſivam filiorum natu-
ralium, regula, alioquin generalitèr eorum fa-
vore conſtituta in tot Juris noſtri locis, recipien-
da ſolummodò eſſet in teſtamentis conditis à
Plebeis, vel ad ſummum ab illis, quos civilis
dumtaxat conditionis viros appellamus: Qua-
propter jure, meritòque traditum eſt, quod no-
50 bilitas, quæcumque ſit, vel ex ſe ſola ſatis non
eſt illegitimos excludere, quoties adhibita le-
guntur verba naturalia, & apta illos comprehen-
dere, vel ſaltem illos perpetuò non arcet, ſed
tantum exiſtentibus legitimis, itaut in eorum de-
fectum per poſterius admittantur, *Azeved. conſ.
51 24. num. 34., Caldaſ. de reſtit. in integr. fol. mi-
hi 103. à tergo num. 95.*, ubi, etiamſi Teſtator ſit
in dignitate conſtitutus, *Lotter. de re benefic. lib.
2. quæſt. 11. num. 150., Modern. Roman. diſcept.
Eccleſ. part 2. in parergon. nu. 117. fol. 25., Rot.
deciſ. 334. nu. 13. coram bon. mem. Emerix Jun.,
in rec. deciſ. 126. num. 3. part. 1., deciſ. 221. num.
18. part. 9.: quantò enim majori dignitate excel-
lit Inſtitutor Primogenii, tantò magis reſpicere
videtur ad filios naturales, legitimis deficienti-
bus, ne ſua memoria obſoleſcat*, ut ait *Larrea de-
ciſ. Granaten. 32. nu. 50. ergà fin., & tradit Ro-
ta deciſ. 88. nu. 15. part. 19. rec.* Rectè igitur *clar.
52 mem. Card. de Luca ſub tit. de fideicom. diſc. 222.
nu. 9.*, inquit, hodie inter fabulas recenſeri poſ-
ſe conſiderationes aliquorum Antiquorum, an
Teſtator eſſet honeſta perſona, vel nobilis, vel
Clericus &c.

Minùs urget qualitas diſpoſitionis ordinatæ per
viam primogenituræ, ſive majoratus. Nam in
his etiam admittendos eſſe naturales, quando 53
verba ſunt apta illos comprehendere, voluerunt
*Paucirollus conſ. 169. num. 9., Decian. reſp. 2. nu.
168. vol. 3., Cald. Pereyr. conſ. 1. num. 5.*, in-
quiens, quòd ubicumque quis vocavit ad majo-
ratum filium, non addendo legitimum, ſit ca-
pax ſucceſſionis filius naturalis, *& conſ. 4. num.* 54
*27. & 28., & conſ. 9. num. 46. & 80., Azeved.
conſ. 24. num. 32. 34. & 35., idem ad leg. 11. tit.
6. lib. 5. recopilat. nu. 45., Gregor. Lopez. in leg.
32. tit. 9. part. 6. gloſſ. 3. qu. 9.* ibi = *adverte etiam
circa prædicta, quòd, ſi expreſsè non vocetur filius* 55
*naturalis ad majoriam in defectum legitimorum,
ex eo quod quis fecit majoriam in filium majorem,
& ceteros Deſcendentes ordine primogenituræ,
videtur, quod ſit vocatus filius naturalis, deficien-
tibus legitimis* = *Angul. de meliorat. leg. 11., Gloſſ.
9. num. 3. & 4., Torr. de Majorat., & Primog.
Ital. part. 1. cap. 28. §. 5. num. 89.*, ubi diſtinguit
majoratus Hiſpaniæ à majoratibus Italiæ, quo- 56
ad iſtos inquiens = *Ego arbitror, naturales in eis
poſſe, & non poſſe ſuccedere, ſicuti poſſunt, &
non poſſunt ſuccedere in aliis hereditatibus, & ſi-
gnanter poſſe ſuccedere, ſi ſunt naturales, qui he-
reditatem capiunt tàm ex teſtamento, quàm ab in-
teſtato* = *& num. 98. & 99., Larrea deciſ. Gra-
naten. 32. num. 5. & 50.*, ubi etiam probare vide-
tur, quod ipſa natura majoratus expoſcat inclu-
ſionem naturalium ſaltem per poſterius, defi-
cientibus legitimis, ſic benè concludens = *ideò
meritò, quando excluſi non ſunt à majoratu etiam* 57
*Dignitatis, ex præſumpto Judicio Inſtitutoris ad-
mittendi, ex eis, quæ latè ſupra pro illis notavi-
mus* = additque *num. 54.* =, *quod non eſſet à Jure
abſonum deſcendere, filium naturalem in majora-
tu Dignitatis poſſe admitti poſt legitimos Deſcen-
dentes, excluſis Tranſverſalibus etiam legitimis* =
& quòd, ubi verba ſunt capacia includendi etiam
illegitimos, hi ſaltem per poſteriùs in defectum
legitimorum ſuccedere debeant in majorati-
bus, & primogenituris, admittit etiam *D. Ad-
vocat. Pitonius diſcept. Eccleſ. part. 2. parer-
gon. fol. 25. num. 121. in fin.*, ubi loquitur de
Jurepatronatus ordinato per viam majoratus.

Facilè autem declarantur, aut conciliantur au- 58
ctoritates, quæ in contrarium allegari valent,
quòd videlicet pleræque illarum loquantur de
majoratibus Hiſpaniæ, quorum reſpectu vigent
peculiares illius Regni leges: alitèr verò res ſe
habeat in majoratibus Italiæ, qui alio jure cen-
ſentur, ut explicat *Torr. de Primogen. & Majo-* 59
*rat. Ital. part. 1. cap. 28. §. 5. num. 83., & ſeqq. &
num. 89. & §. 6. num. 120.*, vel quòd, ſi earum ali-
quæ loquantur de majoratibus Italiæ, hæ pro-
cul dubio intelligendæ ſunt in caſu, quo ageretur
de admiſſione non ſimpliciter naturalis, ſed na-
ti ex coitu, qui de jure illum incapacem reddat 60
ſucceſſionis, ut apud eumdem *Torr. de Majorat.
part. 1.*

Digitized by Google

*part.1. dict. cap.28. §.5. num.75. 91. 97., & §.6.
num.120. verſ. in aliis verò Principatibus admit-
tantur ii naturales, qui veniunt ad ſucceſſionem*
= illegitimi enim ſuſcepti ex ſimili coitu, utpo-
tè magis exoſi, quàm ſint ſimpliciter naturales,
ex ſoluto nempè, & ſoluta progeniti, majora
obſtacula patiuntur in jure tàm ad effectus ho-
61 norificos; quàm ad effectus ſucceſſionis, *Pere-
grin. de fideicommiſ. art. 22. num. 83., Rota in
Bononien. Fideicommiſſi de Manzolis 14. Januarii
1697. §. Stetit autem, & §. Talis conſuetu-
do, & ſeqq. coram bon. mem. Urſino, & 22. Ju-
nii 1699. §. Verumtamen, & ſeqq. coram bon.me.
Anſaldo, & in Comen. Cappellaniæ 31. Martii
1702. §. Secunda circumſtantia coram clar. mem.
Card. de la Tremoille.*

62 Si quæ verò loquerentur in caſu, quo res eſſet
de filio ſimpliciter naturali, eas tunc demum
procedere poſſe dicendum eſt, vel cum Teſta-
toris voluntas naturalibus apertè refragaretur,
*Lar. d. deciſ. Granaten. 32. num.56.* ibi = *vel cum
Teſtatoris judicium inſinuat noluiſſe admittere* =
63 qui ceteroquin ſuſtinet, voluntatem Teſtatoris
favere potiùs illegitimo, quoties conſtitutus eſt
majoratus perpetuus = *cum enim, inquit ipſe,
64 perpetuum primogenium inſtituitur, omnes illos
admittendos Inſtitutorem velle crederem, per quot
perpetuò duret* =, vel ubi naturales concurrerent
cum legitimis, *Fuſar. de Subſtit. quæſt.314. n.11.,
Larrea d. deciſ. 32. num.55., & ſeqq.*, quod qui-
dem intelligi oportet de concurſu cum legitimis
65 in pari gradu, & in eadem linea exiſtentibus: ita
namque ſuadet ratio, quod, ubi diſpoſitio con-
cepta eſt per verba naturalia, & conſequenter
capacia includendi legitimos æque, ac illegiti-
mos, tàm iſti, quàm illi veniunt primariò, &
66 æqualiter, datâ ſolùm prælatione legitimo in pa-
ri gradu, non autem, ſi exiſtat in gradu remo-
tiori; quia tunc excluditur per illegitimum pro-
ximiorem, ad tradita per *Peregr. de Fideicomm.
67 art. 22. num. 80. verſ. ubi etiam, Caſtill. contr.
Jur. lib. 5. cap. 67. num. 31. verſ. tertiò, Carol.
Anton. de Luc. de lin. legal. art.24. num.25. verſ.
etſi, Garz. de Benefic. part. 7. cap. 15. num. 48.
verſ. quod ſolùm, Rota deciſ. 361. num. 18., &
19. cum ſeqq. part. 4. tom. 2. rec.*, quæ prælatio
in caſu noſtro competere certè nequibat legiti-
mo, & naturali, qui non ſolùm minimè exi-
ſtebat in pari gradu, ſed veniebat ex diverſa li-
nea, ut latiùs ſuo loco dicetur.

68 Agendo nunc de præſumpta repetitione quali-
tatis legitimitatis deducta ex eo, quod Teſtator
in aliis teſtamenti partibus, & ſubſtitutionibus
illam expreſsè adjecit; dicimus, argumentum
69 nullum ex ea deſumi poſſe in caſu noſtro pro re-
jectione naturalium, tum quia regulariter repe-
titio d. qualitatis ab una ſubſtitutione ad aliam
diverſam non admittitur, pro ea namque exclu-
denda ſatis eſt ratio deſumpta ex diſcretivo lo-
quendi modo, quo Teſtator uſus fuit; ille enim,
quoties ejuſcemodi qualitatem requiſivit, eam-
70 dem expreſſit, proptereaque, cum non expreſſit,
conſultò omiſiſſe cenſetur, ut benè in noſtris
terminis docuerunt *Peregrin. conſ. 54. num. 15.
vol. 1., conſ. 150. num. 14., & 18., & conſ. 151.
num.12., & conſ.157. lib.5., & conſ.19. num.8.
lib.6.*, in quibus aſſerit, per duas conformes ju-
dicatum fuiſſe juxta d. ſuum conſilium 54. fa-
vore naturalium, excluſâ repetitione legitimi-
tatis, quamvis in aliis teſtamenti partibus adje- 71
cta, *Dond. conſ.6. ſub num.43.*, ubi, quod volun-
tas repetendi eò magis excluditur, quò ſæpiùs
qualitas legitimitatis expreſſa fuit in aliis parti-
bus, *Balducc. in obſerv. ad Ramon. conſ. 91. cap.
unic. num. 19., Pancirol. conſ. 69. num. 10., &
ſeqq., Spad. conſ. 363. num. 5., & ſeqq. tom. 2.*,
ubi rectè obſervat, quod ex ipſa repetitione qua-
litatis legitimitatis ſæpiùs facta in aliis ſubſtitu-
tionibus, & viceverſâ ſemper omiſſa in alia, re-
ctè arguatur, atque inferatur, quod non incon-
ſultò, ſed magna cum deliberatione Teſtator
hanc qualitatem omiſerit, ut ibidem *n.6. & 7.*,
immò verò eò loci animadvertit etiam, ex hac
ſæpiùs facta omiſſione d. qualitatis argui po-
tius, & quidèm juſtè poſſe, Teſtatorem ſeriò
cogitaſſe de filiis legitimis, & naturalibus, eoſ-
que conſideraſſe, & proinde eò magis dici de-
bere conſultò omiſiſſe qualitatem legitimitatis
volitam in alia ſubſtitutione, dum, ſi eam de-
ſideraſſet, facilè, & obvium illi erat declara-
re, prout ſemper aliis fecerat, *Ferret. conſ. 11.
num.9., Soccin. ſen. conſ.53. num.19. verſ. conſi-
derandum tamen vol.3., Soccin. jun. conſ. 77. nu.
16. verſ. maximum, & ſub num.22. lib.3., Surd.
conſ.200. num.23., Bardellon. conſ.21. num. 50.,
Berrett. conſ.29. ſub num.18., Mazzol. conſ. 117.
num.49. cum ſeqq., & num. fin., Decian. conſ.33.
num.45. vol. 5., Giovagn. conſ. 21. num. 19., &
ſeqq. lib.1., Ruin. conſ.140. num.6. lib.2., No-
guerol. alleg.23. num.40., Cyriac. contr. 209. nu.
27., Hieronym. Leo deciſ. Valent. 93. num. 26.,
& ſeqq. part.1., Rot. coram ſan. mem. Alex. VIII.
deciſ.252. num.6., & ſeqq.*, ubi præſertim con-
ſiderat diverſitatem perſonarum, & graduum, 72
poſt *conſ. 363. Spad. num. 9., & ſeqq. lib. 2.*,
ubi præcipuè, quando capitula ſunt ſeparata, &
habent pro ſe orationem perfectam, poſt *Maſſil.
Trimagiſtr. legal. deciſ.84. num. 10., apud Pau-
lut. diſſert.84. deciſ. 2. num. 5., & 6. tom. 2. poſt
2. vol. conſ. Farinacc. deciſ.350. num. 3., in rec.
deciſ.126. num.4., & deciſ.388. num.12. part.1.,
deciſ.299. num.5. part.3., deciſ.151. num.8. part.
13., deciſ. 30. num. 10., & 12. part. 14., deciſ.
85. num.21. part.15., & in Mediolanen. Cappel-
laniæ 23. Martii 1703. §. Neque obſtat coram
bon.mem. Molines*, & in ſpecie conſimilis diſpo-
ſitionis dixit pro veritate *clar.mem. Card. de Luc.
de Fideicomm. diſc.222. ſub num.10. §. Et quam-
vis* ibi = *Et quamvis in aliis partibus, ac diſpoſi-
tionibus illa adjiciatur, attamen ex veriori, ma-
giſque communi ſententia repetitio non intrat, ne-
que trahenda eſt ad diverſum caſum, ſive diverſum
gradum ſubſtitutionis, quinimmò id retorqueatur,
quoniam, ubi voluit, dixit.* =

Tum, & certiùs, quia, ſi fortè qualitas legi-
timitatis in aliis teſtamenti partibus optata vide-
ri queat peculiari aliquâ ratione, quæ uon mili-
tet in ea ſubſtitutione, in qua illa prætermiſſa
fuit,

fuit, tunc utique apud omnes abſolutè rece-
ptum eſt, repetitionem minimè induci propter
73 diverſitatem rationis, quæ inter unam ſubſtitu-
tionem, ſive inter unam teſtamenti partem,
& aliam intercedit, Soccin. jun. conſ. 77. num. 26.
lib. 3., Alexand. conſ. 47. num. 3. vol. 5., Fuſar.
de ſubſtit. quæſt. 450. num. 8., Card. Mantic. de
conject. ultim. volunt. lib. 6. tit. 13. num. 8., &
ſeqq., & alii apud clar. mem. Card. de Luc. de
Fideicomm. diſc. 43. num. 4., & 5., Rot. coram
Dunoz. jun. deciſ. 1004. num. 7., & ſeqq., coram
bon. mem. Emerix jun. deciſ. 334. num. 15., in rec.
deciſ. 299. num. 4. part. 3., deciſ. 144. num. 7. part.
7., deciſ. 175. num. 7., & 8. part. 14., & deciſ.
80. num. 20., & deciſ. 122. num. 5. part. 19., &
alibi paſſim; profectò in noſtra hypotheſi non
eſt longè quærenda diverſitas rationis, ob quam
repetitio legitimitatis inducenda non ſit in ca-
ſu noſtro; ea namque illicò ſeſe offert percur-
renti ſingulas teſtamenti partes, in quibus facta
legitur illius mentio. Prima ſanè occurrit re-
ſpectu filiorum Equitis de Baſſis Legatarii, cui
ſinè filiis legitimis, & naturalibus quandocum-
que decedenti in legato ſubſtituta fuit Uxor,
&, eâ minimè ſuperſtite, vel poſtea decedente,
74 ſubſtituti fuerunt heredes ipſius Teſtatoris: Mi-
rum itaque non eſt, ſi in concurſu hujuſmodi
ſubſtitutorum procul dubio magis dilectorum,
excluſi fuerunt filii naturales perſonæ extraneæ,
qualis erat præfatus Eques de Baſſis legatarius,
quæ quidem ratio nullo pacto congruit noſtræ
hypotheſi, in qua nec ſubſtituti dici poſſunt
magis dilecti, ut patebit ex infra dicendis, nec
agitur de filiis naturalibus perſonæ extraneæ,
ſed deſcendentis ab heredibus inſtitutis, ut ſi-
milem rationis diverſitatem perpendendo, tra-
dunt Giovagnon. conſ. 93. num. 29., & ſeqq. vol. 1.,
Altograd. conſ. 96. num. 44., & ſeqq. lib. 2., clar.
mem. Card. de Luc. de Fideicomm. d. diſc. 222.
num. 12. verſ. claræ autem, Rot. deciſ. 1004. n. 6.
& 7. coram Dunoz. jun., in rec. dec. 30. num. 10.
verſ. nam major affectio, & deciſ. 123. num. 22.,
& ſeqq. part. 14.

Rurſus mentio legitimitatis facta legitur illo
75 alio teſtamenti loco, quo Teſtator locutus fuit
de filiis, quos poſſibile eſſet ab ipſo naſci, quo-
rum ſanè reſpectu vel militat ſpecialis ratio,
quæ regulariter conſideratur in primo ingreſſu
fideicommiſſi, à quo tamen non benè arguitur
ad illius progreſſum; ut præciſè ad effectum
evitandi repetitionem qualitatis adjectæ primo
76 heredi in ulterioribus ſubſtitutis, notant Urceol.
conſult. forenſ. 57. num. 32. lib. 2., Rot. coram
ſan. mem. Alexandro VIII. deciſ. 252. num. 10.,
& 11., in rec. deciſ. 65. num. 7., & 15. part. 8.,
vel etiam juſtâ ratione affirmari poſſe videtur,
demonſtrativè dumtaxat d. qualitatem expreſ-
ſam fuiſſe, quia nec piè, nec decorè adeo pro-
vectæ ætatis Teſtator cogitare poterat de aliis
77 filiis, quàm ex conjugali complexu ſuſcipiendis,
ut benè ad rem noſtram loquitur clar. mem Card.
de Luc. d. diſc. 222. ſub num. 12. verſ. altera con-
tinebatur, qui proinde ait, quod d. ratio non
pertinet ad caſum noſtrum, Rot. coram bon. me.
Emerix jun deciſ. 325. num. 10. verſ. quem fortè,
& deciſ. 334. ſub num. 15. verſ. ſtante enim; præ-
ſertim, quia in ulterioribus ſubſtitutis non mili- 78
tat tanta abominatio prolis illegitimæ, quanta
in proximiori gradu conjunctis, Soccin. ſen. conſ.
63. num. 19. lib. 3., Manent. conſ. 100. num. 24. lib.
1., Giovagn. conſ. 21. num. 73. lib. 1., Urceol. con-
ſult. for. 57. num. 33., ut etiam demonſtrativè
tantum d. qualitas adjecta cenſeri debet in iis
locis, in quibus Teſtator loquitur de Sororibus
ſuis heredibus inſtitutis, earumque filiis jam na-
tis ex legitimo matrimonio; appellando enim
illos legitimos, & naturales, nil aliud feciſſe 79
videtur, niſi exprimere, & indicare qualitatem,
quam habebant, ut præcipuè liquet ex ſubſtitu-
tione Petri Franciſci de Benignis filii Fortunatæ,
quem Teſtator vocat legitimum, & naturalem,
quia reverà talis erat, ad differentiam aliorum
maſculorum ex eadem linea Fortunatæ in futu-
rum procreandorum, qui, etſi ab eodem Teſta-
tore pluries nominati, & ſubſtituti fuerint,
numquam tamen cum tali qualitate deſignati 80
fuerunt, ex quo benè deſumi rationem diverſi-
tatis pro excluſione repetitionis in caſu noſtro,
notant Eugen. conſ. 29. num. 43. lib. 2., Fuſar. de
Subſtit quæſt. 403. num. 31., Simon. de Pret. de
interpret. Ultim. Volunt. fol. mihi 148. num. 90.

At verò, quum Teſtator d. qualitatem adjecit
filiis naſcituris ex fœminis, ratio diverſitatis in- 81
de certe promanat = quia major caſtitas, etiam ſe-
cundùm mores hominum exigitur in fœminis = ut
ait Gloſſa in leg. palam 43. §. Quæ in adulterio
lit. B. verſ. quia major ff. de Rit. nuptiar. = nam
in fœminis magis eſt horrendum habere filios natu-
rales, quàm in maſculis ſecundùm mores noſtros =
inquit Bartol. in leg. heredibus 77. §. fin. num. 1.,
& 2. ff. ad Trebell., Roxas de Incompatib. part. 1.
cap. 6. num. 118., ubi concordantes, illæ enim 82
non ſolum proprium honorem, ſed totius fami-
liæ famam denigrare ſolent, juxta Text. in d. leg.
palàm, Pegaſ. de Majorat. part. 2. cap. 20. num. 8.
fol. mihi 624., quamobrem indecorum eſſe ſu-
ſpicari, quod ex muliere, præſertim nobili, vel
honeſtæ conditionis potuerint naſci alii filii, 83
quàm legitimi, dixit Rota deciſ. 218. num. 8., &
9. part. 10., & in Avenionen., ſeù Vaſionen.
Primogenituræ 25. Junii 1700. §. Secundò au-
tem coram bon. mem. Jacometto. Idque benè pro
ratione diverſitatis ad rem noſtram conſiderant
Giovagnon. conſ. 21. num. 60. cum ſeqq. lib. 1.,
Card. Mantic. de Conject. lib. 11. tit. 9. num. 16.,
Menoch. de Præſumpt. lib. 4. præſumpt. 78. n. 57.,
& ſeqq., & præſumpt. 79. num. 31., Molin. de
Primog. lib. 3. cap. 3. num. 34., Rot. coram Dunoz.
jun. deciſ. 1004. num. 6. in fine ibi = & in gradu
fœminarum ſubſtitutarum, ne vitam degerent im-
pudicam = in rec. deciſ. 88. num. 21. part. 19. to. 1.,
& loquens in ſimili caſu, ait Card. de Luc. d.
diſc. 222. num. 13. de Fideicomm.

Non benè itaque ex eo, quod Teſtator in li-
nea Conſtantiæ poſuerit in conditione filios La-
viniæ, & Lauræ cum qualitate legitimitatis ex-
adverſo infertur, eamdem qualitatem requiſi-
viſſe quoad omnes in d. linea exiſtentes, & dein-
ceps

ceps ſucceſſuros, indeque illam repetere quoque
voluiſſe in univerſa linea Fortunatæ, quaſi ratio
84 unica duparitatis inter unam, & aliam lineam
aſſignari poſſet. Reſpondetur enim primo loco,
d. qualitatem in linea Conſtantiæ adjectam non
in parte diſpoſitiva, ſed ſolum in parte conditio-
nali, & quidem reſpectu filiorum Laviniæ, &
Annæ filiarum d. Conſtantiæ, ibi = *altera ipſa-
rum &c. quandocumque decedente ſinè filiis ma-
ſculis legitimis, & naturalibus* = adjectam cen-
ſeri poſſe ſolum quoad filios primi gradus dd.
fœminarum ratione honeſtatis in mulieribus
ſemper ſupponendæ, abſque eo quod opus ſit il-
lum protrahere etiam ad ulteriores Deſcenden-
tes, quorum reſpectu non urget d. ratio, per ea,
85 quæ tradunt *Urceol. conſult. 57. num. 22., Molin.
de Primogen. lib. 3 cap. 3. num. 34., Rot. coram
Bich. deciſ. 453. n. 2., & 5., in rec. deciſ. 218.
num. 12. part. 11., & deciſ. 415. num. 5., & 6.
part. 12.*, vel ad ſummum inducere poſſe repe-
titionem ſimilis qualitatis in omnibus Deſcen-
dentibus maſculis unius ex dd. Sororibus, ejus
86 nempè, quam præmori contingeret, ſecùs verò
reſpectu filiorum ſuperſtitis, qui cum dicta qua-
litate minimè connotati, & deſignati fue-
runt, ut etiam nec in conditione comprehenſi
reperiuntur virtute illorum verborum = *alterâ
ipſarum decedente ſinè filiis &c. alia ſuperveniens
87 ſuccedat &c.* =, quæ ſuâpte naturâ unum tantùm
ex duobus includunt, *leg. ſed interpellatur §. Si
ex altera ff. de Arbitr., Bald. in leg. Ancilla in
4. notab., Cod. de furt., Caſtrenſ. conſ. 264. in
princ. lib. 2., Peregr. de Fideicomm. art. 28. n. 23.,
Rota deciſ. 67. num. 3. & 4. part. 18. tom. 1. rec.*
88 Proptereaque, ſi qualitas legitimitatis in linea
Conſtantiæ adjecta non reſpicit omnes maſculos
ejuſdem lineæ, ſed vel filios dumtaxat primi
gradus fœminarum, vel ceteros tantùm Deſcen-
dentes in conditione poſitos, idque eâ ratione
factum videri poteſt, ne ſcilicet altera ex dd. So-
roribus, Anna nempe, & Lavinia Teſtatori co-
gnitis, ſi ſupereſſe contingeret, excluderetur à
naturali Deſcendente alterius Sororis prædefun-
ctæ, quod abſonum videri poterat, ex notatis per
*Gabriel. conſ. 14. num. 30. lib. 1., Peregrin. conſ.
89 54. in fin. lib. 2., Cyriac. contr. 301. num. 27., &
ſeqq., coram Bichio deciſ. 622. num. 1.*; jam cla-
rè patet, nullum inde argumentum deſumi poſ-
ſe pro repetitione ejuſdem qualitatis in linea For-
tunatæ, nam qualitas illa, quæ non afficit om-
nes Deſcendentes ejuſdem lineæ, in qua appoſi-
90 ta fuit, multò minùs afficere poteſt Deſcenden-
tes alterius lineæ prorsùs diſtinctæ, & ſeparatæ,
præſertim, quando concurrit diverſitas rationis,
& perſonarum, quæ regulariter qualitatis repeti-
tionem de una linea ad aliam fieri poſſe, prohi-
bent, *Pancirol. conſ. 169. num. 11., & 12., Ramon.
conſ. 87. num. 67., & conſ. 91. num. 8. lib. 3., Roſa
conſult. 17. num. 51., Torr. de Majorat. part. 2.
quæſt. 58. num. 51., Altograd. contr. 94. num. 64.,
& ſeqq., Rota coram Royas deciſ. 72. num. 19., &
deciſ. 113. num. 8., in rec. deciſ. 172. num. 3. part.
14., deciſ. 67. num. 9. part. 18. tom. 1., & deciſ.
638. num. 15. part. 18. tom. 2.*

Ex quibus deſumitur alia reſponſio excluſi-
va aſſertæ repetitionis in caſu noſtro: nam, etſi
admitteretur, in linea Conſtantiæ omnes fuiſſe
vocatos cum qualitate legitimitatis: nihilominùs
hæc ipſa qualitas repetita cenſeri non poſſet in li-
nea Fortunatæ propter diverſitatem perſonarum:
quippe in hac materia repetitionis ea recepta eſt
diſtinctio, quod videlicet, quoties agitur inter 91
eaſdem perſonas, illa facilè admittatur, ſecus
verò, ſi res ſit inter diverſas, vel in diverſo gra-
du exiſtentes, latè *Torr. de Primog. part. 1. cap.
37. §. 4. num. 23., & ſeqq., & num. 37.*, ubi alios
refert, *Urſel. concl. 81. fol. mihi 587. in not. mar-
gin.*, ubi teſtatur, hanc diſtinctionem ſervari à *Sa-
cra Rota, Adden. ad Buratt. deciſ. 272. ſub nu.
19., cum aliis ibi allegatis*: Cujus ſanè diſtinctionis 92
ratio inde ſumpta eſt, quod videlicet in diverſis
perſonis poteſt concurrere diverſa Teſtatoris af-
fectio, ut apud *Urſel., & Adden. ad Burat. in
locis mox citatis*: idcircò pro evitanda hoc caſu
repetitione ſufficit interceſſiſſe, vel adeſſe po-
tuiſſe quamcumque veriſimilem, ſive probabi-
lem diverſitatis rationem, *Soccin. jun. conſ. 77.* 93
*num. 22., & 23. lib. 3., Rot. coram Dunoz. jun.
deciſ. 1004. num. 7., in rec. deciſ. 175. num. 1. part.
14., & deciſ. 80. num. 20. part. 19. tom. 1.*; im-
mò verò inter diverſas perſonas nec etiam ex
identitate rationis repetitionem fieri poſſe, tradit
*Surd. de aliment. tit. 9. quæſt. 13. num. 32.*

Ut etiam nil turbat argumentum deſumptum
ex eo, quod, ſi qualitas legitimitatis à Teſtato-
re expreſſa fuit in perſonis magis dilectis, dicen- 94
dum ſit, potiori jure volitam, ac repetitam
fuiſſe in aliis minùs dilectis, id enim urgere for-
tè poſſet, ſi ageretur de vocatione concepta per
verba civilia, ut ſunt *Familia, Domus*, & alia
hujuſmodi, quæ civilem intelligentiam ex au- 95
ctoritate Doctorum, naturalem verò, nonniſi ex
circumſtantiis habere poſſunt, tunc enim ex qua-
litate legitimitatis alibi requiſita, & præſertim
reſpectu perſonæ magis dilectæ non benè ar-
gueretur, in alia parte fuiſſe conſultò omiſſam,
ſed indè reſultaret firmior declaratio verbi civi- 96
lis, ex regula, quod una pars teſtamenti aliam
declarat, adeò quidem, ut nec etiam per poſte-
riùs tali caſu venirent illegitimi, juxta firmata
per *Rotam in Barchinonen. Beneficii 22. Februarii
1704. § Quodque coram bon. mem. Caſſarello*. At 97
verò, quum agitur de vocatione concepta per
verba merè naturalia, ut *filius, Deſcendens*, &
ſimilia, hoc ſanè caſu qualitas legitimitatis,
quamvis expreſſa reſpectu perſonæ magis dilectæ,
in aliis repetita cenſeri nequit ad excluſionem
naturalium, qui veniunt ex proprietate vocabu- 98
li, & ex præſumpta veriſimili mente Teſtatoris,
reſultante ex diverſo, & diſcretivo modo lo-
quendi. Quapropter in his circumſtantiis ex tali
expreſſione induci ſolùm poterit prædilectio, &
prælatio legitimorum, nonniſi in iſtorum defe-
ctum admiſſis illegitimis, quamvis comprehen-
dantur in ea parte, in qua verborum ſignificatio 99
æquè legitimos, ac ſimpliciter naturales com-
prehendit, ut optimè declarat *D. Advoc Piton.
in ſuis diſcept. Eccl. part. 2. in parergon. f. 23. n. 111.*

Quâ

Digitized by Google

Quâ diſtinctione, atque declaratione rectè explicantur contrarii Doctores repetitionem legitimitatis generaliter deſumentes ex eo ſolum, quod fuerit in aliis partibus expreſſa: intelligendi namque ſunt, quando pars, in qua repetitio fieri contenditur, concepta eſt verbis civilibus, quibus talis repetitio maximè congruit; aliter verò res ſe habeat, ſi adhibita reperiantur verba naturalia, quæ illam non admittunt, niſi concurrentibus circumſtantiis, ex quibus elici poſſit contraria Teſtatoris voluntas, juxta diſtinctionem mox relatam, vel dicendum eſt, illos locum ſibi vindicare, quando à principio vocatio
100 ita facta eſt, ut perpetuò d. qualitas legitimitatis à Teſtatore requiſita reperiatur, ut explicat *Rot. deciſ.206. num.7. in fin. part.3. rec.*, vel demum, quando inter ejuſdem generis perſonas in una diſpoſitionis parte cum qualitate legitimitatis, & alias deinceps vocatas concurreret identitas rationis, aut ita ſuaderet voluntas Teſtatoris, ut
101 declarat *Balduc. ad Ramon. in obſerv. ad conſ.91: cap. unic. num.12.*, *& tradit Rota deciſ.*101. *nu.* 27., & 28. *coram Bich.*, ubi refert præ ceteris *Rub. conſ. 71. num. 6.*, ità conciliantem contrarias opiniones *Joan. de Anania, & Abbat.*

Nil propterea turbat clauſula relativa = *ut ſupra* = non ſemel adjecta in vocatione, & ſubſtitutione Maſculorum ex linea Fortunatæ: nam, ſi ſpectemus partem diſpoſitivam, talis clauſula
102 in illa adjecta potius videtur ad demonſtrandam quantitatem, ſeù portionem Bonorum, in qua dd. Maſculi ſuccedere debebant, ut ibi = *ſubſtituit in d. portione, ut ſupra* =, atque ad repetendum ordinem ſuccedendi, ut in illo alio loco = *vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, & omni meliori modo, & ut ſupra* =; ideò-
103 que extendi non debet ad repetendam qualitatem legitimitatis, ad quam nullam omninò habet relationem, ut in ſpecie advertit *Rota coram ſan. mem. Alexandro VIII. deciſ. 252. num. 12., & ſeqq., coram Merlino deciſ.863. num.34., coram Priolo deciſ.282. num.6, in rec. deciſ.581. num.9. 12., & ſeqq. part.5. tom.2., deciſ.30. ſub num.16., deciſ. 123. num.16., & ſeqq., & deciſ.175. n.4., & 5. part.14.*

Si verò ſpectetur pars conditionalis, & præci-
104 puè ibi *quod extinctâ lineâ maſculinâ dd. filiorum, & Deſcendentium maſculorum prædictæ Dominæ Fortunatæ, ut ſupra* = & alibi = *in d. caſu extinctionis lineæ maſculinæ D. Fortunatæ, ut ſupra* =, urget alia reſponſio, quod nimirum in his caſibus d. clauſula = *ut ſupra* = utpotè reſpiciens vel extinctionem lineæ, vel qualitatem dumtaxat maſculinitatis, legitimitatem idcircò repetere nequaquam valet: aut enim illa referri dicitur ad qualitates adjectas eiſdem perſonis in præcedenti diſpoſitiva vocatis: Et cum ibi Deſcen-
105 dentes Fortunatæ non fuerint vocati cum qualitate legitimitatis, conſequenter deficit ſubjectum repetibile, ut obſervat *Rota poſt conſ.263., Spad. num.13. lib.2.*, ubi utitur regulâ illâ = *quod ab initio non eſt, repeti non poteſt* & habetur in reſponſo *Picenardi impreſſ. poſt Sadarin. pag. mihi 187. num. 86. verſ. cum enim vocavit heredem.* aut verò referri dicitur ad qualitates adjectas perſonis diverſis ab illis, de quibus agitur, &
hoc caſu repetitio excluſa remanet ex illa alia 106
ratione, quia nimirùm clauſula = *ut ſupra* = non repetit qualitates præcedentes, quando mutantur perſonæ, *Rot. deciſ.172. num.4. part.14., coram ſan.mem. Alexand.VIII. deciſ.252. num.6. & 7., coram Priolo deciſ.283. num.4., & alii ibidem relati.*

Nec turbat reſponſio, quod nempè, ſi hujuſmodi clauſula repetitiva = *ut ſupra* = ſæpiùs adje-
cta reſpiceret ſolummodo qualitates expreſſas, 107
ejuſdem uſus toties factus redderetur ſuperfluus, & otioſus: novum quippe non eſt, quod relatio quandoque nihil operetur, quando alioquin oratio eſt ex ſe perfecta, *Nogueroll. alleg.23. nu. 46., Barboſ. de diction. uſufreq. diction. 183. num. 8., Galganet. de condit. part.2. cap.6. quæſt. 5. nu. 8. & 21.*, quinimmò regulare eſt, quod, ubi ex
pluribus qualitatibus adjectis in præcedenti rela- 108
to aliquæ exprimuntur in referente, additâ etiam particulâ relativâ, hæc ſolùm referri debet ad expreſſas, cum ceteræ videantur omiſſæ, *Ger. Spini conſ.13. num.15., Riminald. jun. conſ.112. num.60., & dub. ſeqq. lib.2., Nogueroll. d. alleg. 23. num. 46., Card. Mantici de conject. Ultim. Volunt. lib. 10. tit.6. num.30. in fin.*: eò autem certius id locum habet in caſu noſtro, ſi animadvertatur, quod Teſtator reverà enixè cupiens in vocatis qualitatem maſculinitatis, licèt
illam ſatis connotaſſe videri poſſet dictionibus 109
relativis, clauſuliſque repetitivis; nihilominus his non contentus, illam ſemper nominatim, ac ſpecialiter expreſſit, quapropter, ſi viceverſâ qualitatem legitimitatis ſolùm aliquando adjecit, non ſemper illam voluiſſe cenſetur, quamvis dictiones relativas adhibuerit, ut argumentantur *Becc. conſ. 189. n.37., Spad. conſ.363. n.6., & 10., Surd. conſ.200. num.23., Rodulphin. allegat. 154. num.4., Manſ. conſult. 729. num. final. lib. 8., Torr. de Majorat. part.2. quæſt.58. num.51., Rot. coram Dunoz. jun. deciſ.1004. num.6., & coram ſan. mem. Alexand. VIII. deciſ. 252. num. 8., in rec. deciſ.299. num.5. part.3., & deciſ. 580. nu. 13. part.5.*

Argumento autem ducto ex abſurdo illo, quod videlicet ceſſante repetitione legitimitatis, dari poſſet caſus, quod naturales tantum præferren-
tur legitimis, optimè reſpondet *Rota deciſ.* 350. 110
*num. 9. poſt 2. vol. conſ Farinac.* his verbis = *Poſtremò non obſtant abſurda per Informantes prò Com. Franciſco conſiderata, nempe quod illegitimi excluderent legitimos; quia, quantum attinet ad legitimos deſcendentes ex Nicolao, & Federico, nullum poteſt conſiderari abſurdum, cum Domini intelligant, illegitimos eſſe ſolùm vocatos, ceſſantibus legitimis, per rationes deductas in deciſionibus Littæ, & Card. Lancellotti: reſpectu verò Deſcendentium ex Alberto Ugone, & Opizone, abſurdum ceſſat ex voluntate Teſtatoris, qui lineam Nicolai, & Federici ante alias vocavit, & ſic prædilexit* = quæ *deciſio* eſt repetita apud *Vivian. de Jurepatr. lib. 4. cap. 2. ſub num. 81. pag. mihi 103. §. Poſtremò non obſtant.*

Pa-

Patet itaque, quòd, ſi res ſit inter legitimos,
& illegitimos ejuſdem lineæ, nullum contingere
poteſt abſurdum, quia tali caſu illegitimi non
111 intelliguntur vocati, niſi deficientibus legitimis,
ut per *Text. in leg. ultim. ff. de jur. deliber., leg.
hereditas §. ultim. ff. de Senat. Conſult. Trebell.,
& in leg. generaliter §. Spurius ff. de decurionib.*,
ubi, deficientibus filiis legitimis, admittuntur na-
turales ad officium Decurionatus, tradunt *Fu-
ſar. de ſubſtit. quæſt. 314. num. 11., Mierez. de
majorat. part. 2. quæſt. 2. num. 134., Card. Man-
tic. de conjectur. lib. 8. tit. 7. num. 5., Peregrin. de
Fideicom. art. 22. num. 80. & 89. in fin., Simon.
de Præt. de interpret. ultim. volunt. lib. 3. fol. mihi
325. n. 35. verſ. ſi verò, Camarell. de legat. lib. 2.
fol. mihi 130. quæſt. 4. num. 11., Peguſ. de majo-
rat. part. 2. cap. 20. n. 80. fol. mihi 640., & n. 142.
fol. mihi 658., Roxas de incompatib. part. 1. cap. 6.
num. 112., Gratian. diſcept. forenſ. 218. nu. 25.*,
ubi refert nonnullas *deciſiones Rotæ, Larr. dec.
Granaten. 32. num. 9. in fin., Rota deciſ. 126. n. 5.
& ſeqq. part. 1. rec.* Si verò contendatur inter na-
112 turales unius lineæ prædilectæ, & prius vocatæ,
& legitimos alterius lineæ poſtea vocatæ, abſur-
dum omne ceſſat ex eo, quod illegitimi exiſten-
tes in linea prædilecta excludunt legitimos alte-
rius lineæ ex præſumpta voluntate Teſtatoris,
qui præferendo d. lineam, omnes ex ea deſcen-
113 dentes, etiam illegitimos prætuliſſe cenſetur, ad
tradita *per Peregrin. de Fideic. art. 28. num. 45.,
Craſſ. in §. Fideicommiſſum quæſt. 37. n. 7., Rot.
dec. 545. n. 6. & ſeqq. coram Pen., in rec. dec. 88.
num. 19. part. 19.*, nullum autem conſideratur
114 abſurdum in iis, quæ accidunt juxtà voluntatem
Teſtatoris, ut dixit *Rota coram Benincaſa deciſ.
60. num. 4., in Ceſenaten. Immiſſionis 9. Decem-
bris 1715. §. Atque ob hanc cauſam coram bo. me.
Anſaldo, & in Firmana Primogenituræ ſuper no-
minatione 22. Januarii 1717. §. Nec diverſam cor.
R̃mo de Herrera Epiſcopo Seguntino.*

Conſultò omittimus verba facere de aliis dua-
bus conjecturis, alterâ deſumptâ à poſtrema ſub-
ſtitutione Agnatorum, alterâ ab expreſſione fa-
cta = *quod omnia ejus Bona tranſeant perpetuò in
perſonas laicas, & aptas ad Matrimonium* = ex
neutra ſiquidem induci poteſt repetitio qualita-
115 tis legitimitatis in linea Fortunatæ: & quidem ad
rem hanc impertinens eſt ſubſtitutio Agnatorum
ultimo loco facta: argumentum namque ex ea
deductum concluderet eo ſolùm caſu, quo à di-
cta poſtrema ſubſtitutione Agnatorum inferri
poſſet contemplatio agnationis in univerſa di-
ſpoſitione, tunc enim vocati cenſeri poſſent ſo-
116 lum legitimi, utpotè qui, & non etiam natura-
les agnationem conſervant, juxtà firmata *in
Bononien. Fideicommiſſi de Foſcherariis 30. Apri-
lis 1717. §. Agnatitii voti coram Reverendiſſimo
de Herrera Epiſcopo Seguntino*, ubi concordan-
tes. At aliter res ſe habet in caſu noſtro, in quo
117 ex dicta ſubſtitutione Agnatorum elici minimè
poteſt contemplatio veræ, & rigoroſæ agnatio-
nis, tum quia dd. Agnatis prælati fuerunt Co-
gnati, deſcendentes nimirum ex fœminis, qui
nullo certè pacto Agnati dici poſſunt, ut pro

excluſione voti agnatitii conſiderant *Altograd.
conſ. 66. num. 60. & ſeqq. lib. 2., clar. mem. Card.* 118
*de Luc. de Fideic. diſc. 24. num. 18., Torr. de ma-
jorat. part. 1. cap. 38. num. 511.*, & ſæpiſſimè fir-
mavit Sacra Rota, & præſertim *dec. 194. num. 7.
part. 14. rec., dec. 11. num. 8. & ſeqq., & dec. 12.
num. 9. & ſeqq. penes Balduce. ad Ramon. tom. 2.,
& deciſ. 22. num. 18. penes eumdem tom. 4., cum
aliis pleniſſime relatis in Bononien. Fideicommiſſi
de Foſcherariis 30. Aprilis 1717. §. Clariùs co-
ram R̃mo de Herrera, & in Reatina Primogeni-
turæ de Nobilibus 19. Junii 1719. §. Incaleſcente
coram R̃mo Criſpo Archiepiſcopo Ravennaten.*

Tum & certius, quia non apparet, vocatio-
nem Agnatorum reverà proceſſiſſe ex voto con-
ſervandæ agnationis, undè ſola materialis A-
gnatorum vocatio non ſufficit ad inducendam
illius contemplationem, quia multoties Agnati
accipiuntur pro Cognatis, ſive Conjunctis, pro-
ut re ipsâ noſter Teſtator in alio loco illos voca-
vit = *Attinentes proximiores* = idque poſt relatos
antiquiores benè explicant *Rodulphin. alleg. 124.* 119
*num. 27., Paulut. differt. 91. num. 79., Rot. Flo-
rentina apud D. de Comitibus dec. 57. num. 52. &
53.* ibi = *quod non ſufficiat vocare Agnatos, ad hoc
ut ratio agnationis habita dicatur, niſi eos Te-
ſtator expreſſerit eâ intentione, ut agnationem
conſervaret* = *Rota Senen. apud eumdem deciſ. 7.
num. 9. verſ. niſi ſit vocatus tamquam Agnatus, &
contemplatione agnationis* =, *& num. 1. & ſeqq.,
Rota noſtra apud Palm. repot. alleg. 224. num. 8.,
& coram Benincaſa dec. 334. num. 13. & 14.* ibi =
*ubi deficiat ratio expreſſa conſervandi agnationem,
illam de ſe non arguit ſimplex Agnatorum vocatio* =

Tum demum, quia ad ſummum d. Agnato-
rum ſubſtitutio præſeferre valet agnationis con-
templationem in poſtrema dumtaxat eorum- 120
dem ſubſtitutione, at non etiam in aliis ſubſti-
tutionum gradibus antecedenter ordinatis: ſæpè
enim uſu venit, Teſtatorem agnationem con-
templatum fuiſſe quoad certas tantùm perſonas,
& in una dumtaxat diſpoſitionis parte, vice 121
autem versâ illam minimè curaſſe in aliis, ad
notata *per Caſanat. conſ. 4. num. 219., Cyriac.
contr. 283. num. 45., Actolin. reſol. 73. num. 36.,
& reſol. 83. num. 8., apud quem alii, Rota dec. 195.
num. 11. part. 5. rec., deciſ. 274. num. 29., & ſeqq.
part. 18. tom. 1., deciſ. 23. num. 10. inter impreſſ.
ad ornat. clar. mem. Card. de Luc. de Fideic. in
Mantiſſ., & in d. Bononien. Fideicommiſſi de Fo-
ſcherariis 30. Aprilis 1717. §. Potentius coram
R̃mo de Herrera Epiſcopo Seguntino*: ideoque ab
hac ſubſtitutione, in qua agnatio contemplata 122
reperitur, minimè argui poſſet excluſio illegiti-
morum ab aliis ſubſtitutionibus, in quibus illa
contemplata minimè apparet, ex deductis per
*Menoch. conſ. 266. num. 6. lib. 3., Berrett. conſ. 29.
verſ. nunc ſucceſſivè, Giovagnon. reſp. 21. num. 8.
& 9., Franc. Palm. conſult. 45. num. 3. & 4.,
Rot. deciſ. 627. num. 176. part. 19.*

Quod verò attinet expreſſionem illam =, *quòd
omnia ejus Bona tranſeant perpetuò in perſonas
laicas, & aptas ad Matrimonium* =, facili nego-
tio oſtenditur, eam prorsùs extraneam eſſe à 123
pro-

propoſito inducendæ repetitionis legitimitatis in
omnibus vocatis, cum illicò appareat, eâ men-
te, animoque Teſtatorem id declaraſſe, non
quia omnes in fideicommiſſo ſucceſſuros legiti-
mos eſſe exoptaret, ſed ut excluderet perſonas
Eccleſiaſticas, quemadmodum obſervat *Fuſar.
de ſubſtit. quæſt.429. n.19., & ſeqq., Genuenſ. in
prax. Eccleſ. quæſt. 147. ſub num.15., clar. mem.
Card. de Luca de Fideic. diſc.63. num.3. & ſeqq.*,
alioquin enim, ſi per dictam expreſſionem per-
petuam legitimitatem in omnibus ſucceſſuris ef-
flagitaſſet, facillimè mentem ſuam apertis ver-
bis explicare potuiſſet, ut aperuit in aliis parti-
124 bus quoad eas perſonas, in quibus reverà hanc
qualitatem exoptavit, ut benè ad rem noſtram
argumentatur *Manſ. conſult.729. n. fin.*, & priùs
*conſult.105. ſub num. 30. verſ. quoniam, Rot. co-
ram bon. mem. Emerix jun. dec.225. num.11.* ibi =
*Non autem ad oſtendendum, ſe voluiſſe, quod omnes
Succeſſores eſſent nati ex legitimo Matrimonio,
quia, ſi id voluiſſet, & intellexiſſet, pariter de fa-
cili declarare potuiſſet* =

Hæc igitur cum ità ſe habeant, & non ſolùm
plenè his omnibus ſublata videri poſſint contraria
omnia argumenta, & conjecturæ, quibus exad-
verſo ſuaderi contenditur excluſio naturalium à
parte diſpoſitiva fideicommiſſi, de quo agitur,
verùm etiam, eiſdem funditus ſublatis, firmiùs
conſtabilita remaneat eorumdem comprehenſio
in dicta parte diſpoſitiva, utpotè verbis merè na-
turalibus concepta, id profectò exuberaret, ut
favore D. Com. Rei, & poſſeſſoris omninò re-
ſpondendum eſſet juxta immotas, atque firmiſſi-
mas Juris noſtri regulas latè ſub initium dedu-
ctas. Verumtamen non ut Cauſæ, quæ plana,
&, juxta hactenus deducta, in tuto penè poſita vi-
deri poteſt, ſed, ut pleniùs contrariis objectis ſa-
tisfaciamus, progredimur ad demonſtrandum,
quòd, ſi quæ umquam difficultas ſupereſſe poſſet
quoad comprehenſionem naturalium in parte di-
ſpoſitiva, ii ſaltem comprehenſi omninò dicen-
di eſſent in parte conditionali, quæ magis latè
patet, & eſt complexiva univerſæ lineæ maſcu-
linæ filiorum, & Deſcendentium maſculorum
Fortunatæ ibi = *Ordinavit, quod, extincta lineâ
maſculinâ filiorum, & Deſcendentium maſculo-
125 rum D. Fortunatæ, tunc, & eo caſu &c.* = No-
mine enim *lineæ* veniunt procul dubio etiam na-
turales, *Dec. conſ. 365. num.4. verſ. in contrarium
autem, & num. 7. ante fin. verſ. & iſtum intel-
lectum, Fab. de Anna conſ. 106. n. 2., Pedroch.
conſ.10. num.3., Sacca reſponſ. 191. n.5. & 11.,
Cephal. conſ.591. num.1. & 7. lib.4.* ubi, *quòd, ſi
naturales veniunt ſub nomine liberorum, multò
magis venire debent ſub nomine lineæ, quod eſt
magis naturale* = *Soccin. jun. conſ. 77. num. 7. &
ſeqq. lib.3., Giovagnon. conſ.21. n.1. 16. & ſeqq.,
Guttierez. practic. quæſt. 155. num. 2. verſ. natu-
ralis in rei veritate eſt de illo ſanguine, & lineæ
&c., latè Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 347. num.1. &
ſeqq., Carol. Anton. de Luc. de lin. legal. lib. 1.
artic.2. num.27., & artic.15. num.33., Mart. de
ſucceſſ. legal. part.4. quæſt.21. art. 5. n.12., Torr.
de Majorat. part.2. cap.20. num.31. fol. mihi 628.*

Quam porrò naturalium comprehenſionem
nomen lineæ certiùs inducit in parte conditiona-
li, in ea quippè vocabula latiùs, & benignius in- 126
telligenda ſunt, ut nimirum comprehendant om-
nes alios, qui ſub proprietate vocabuli venire
poſſunt, quamvis in præcedenti diſpoſitiva mini-
mè vocatos, *Giovagn. conſ. 11. num. 22. & ſeqq.
lib.2.*, apud quem alii, *Fuſar. conſ. 9. num. 33.,
Altograd. contr. 68 num. 31., Faber. de errorib.
Pragmatic. decad.28. error.8. num.16., Peregrin.
de Fideicom. artic. 25. num. 14., Fuſar. de Sub-
ſtitut. quæſt.403. num.32.*, qui propterea dicunt,
quòd in parte conditionali non ſit repetitio qua- 127
litatis alicujus reſtrictivæ, *Torr. de majorat. part.1.
cap.37. §. 8. num.76. §. 9. n.81., & §. 14. n.187.,
Balducc. ad Ramon. in obſerv. ad conſ 22. num.67.
tom.1., clar. mem. Card. de Luc. de Fideicom. diſc.
64. num.10., & diſc. 68. ſub num. 6.*, qui teſtan-
tur de opinione *Rotæ*, & firmavit *eadem Rota
coram Benincaſa deciſ. 80. num. 6. inter impreſſ.
ad ornat. clar. mem. Card. de Luc. de Fideicom.
diſc.25. num.5., & deciſ.27. num. 4. in Mantiſ.,
in Lucana Fideicommiſſi 12. Junii 1711. §. Au-
getur coram Rmā Criſpo Archiepiſcopo Ravenna-
ten., & in Romana prætenſæ Immiſſionis 13. Maii
1720. §. Immò verò coram R. P. D. Rovault de
Gamaches*, ubi, quòd verbum *linea* in parte con-
ditionali eſt accipiendum in tota ſua latitudine,
adeout comprehendat etiam perſonas in diſpoſi- 128
tiva non expreſſas; & ad rem noſtram, quod con-
ditio non exiſtentiæ, ſivè extinctionis lineæ non
dicatur purificata ob ſuperexiſtentiam naturalis,
qui excludere dicitur ſubſtitutum, dixit *Rota dec.
217. num.20.* ibi = *ſive quia illos poſuit ſub condi-
tione lineæ non exiſtentis, quæ includit etiam na-
turales* = *part. 15. rec., & deciſ. 11. num. 1.* ibi =
*conſequitur perneceſſe, quòd hic tamquam deſcen-* 129
*dens ab Æmilia ſen. comprehendatur ſub appella-
tione lineæ, quæ propterea dici non poſſit totaliter
evacuata, nec aperta ſucceſſio maſculo primogenito
proximioris Agnati, qui ſolùm vocatur in caſum
non exiſtentiæ lineæ maſculorum, & fœminarum
Æmilii, cum verba hæc verificentur in hoc Æmi-
lio jun filio Pirri, licèt non legitimè ſuſcepto* =
*part. 16.*

Et rectè quidem, nam in conditionibus affe-
ctio naturalis inſpicitur, quia veriſimile eſt, Te-
ſtatorem eos omnes ſubſtituto præferri voluiſſe,
erga quos majori affectione, quàm erga ipſum
ſubſtitutum ferebatur, ut *per Tex. in leg. genera-* 130
*liter Cod. de inſtit., & ſubſtit.*, notant *Bald.
conſ.13. n.2. & 3. lib.3., Honded. conſ. 57. n.36.
lib.1.*, ubi ex hoc benè arguit, inter conditio-
nem, & ſubſtitutionem diverſam eſſe rationem,
adeout ex una alia non poſſit interpretari, quia
nimirum in conditionibus, ut dictum eſt, ſpe-
ctatur affectio naturalis, eò quòd agatur tantum 131
de quadam prælatione, ſeu comparatione perſo-
narum, quæ non cadit in ſubſtitutionibus, ſeù
diſpoſitionibus, in quibus diſpoſitio, prout jacet, 132
attenditur, *Simon. de Pret. de interpret. ultimar.
volunt. lib. 2. interpret. 3. dub. 1. ſolut. 3. n. 85.,
Torr. de Primogen. part.1. cap.37. §. 9. num.82.,
Rot. coram Cerra deciſ.96. num. 18., repetit. poſt*

*Torr.*

Digitized by Google

Torr. de Primogen. part. 1. cap. 37. §. 9. num. 82., Rot. coram Cerr. dec. 96. num. 28., repetit. poſt Torr. de Primogen. part. 3. deciſ. 38., num. 17. & ſeqq., cor. Royas dec. 90. n. 11., in rec. deciſ. 370. num. 15. & 16. part. 13.

Inde autem ſequitur, in noſtra hypotheſi Dominum Comitem de Benignis omninò præferendum eſſe ſubſtituto, utpotè illo magis dilectum: ſi enim in portione uni ex pluribus heredibus aſ-
133 ſignatâ præſumitur, Teſtatorem prædilexiſſe omnes ab illo herede deſcendentes, potiùs quàm alium ſubſtitutum, tametſi hic eſſet alter filius ipſius Teſtatoris, juxta Textum in leg. Cum Avus ff. de condition., & demonſtrat., & in leg. Cum acutiſſimi Cod. de Fideicom., in leg. Lucius ff. de hered. inſtit., & in leg. quoties ff. de uſufruct., Honded. conſ. 57. num. 40. lib. 1., ubi alii, Menoch. conſ. 680. num. 27. vol. 7., Marta de ſucceſſ. legal. part. 4. quæſt. 21. artic. 16. n. 20., Torr. de majorat. Ital. part. 1. cap. 6. num. 37., Rota dec. 885. num 15. & ſeq. coram Cerro, deciſ. 14. n. 6. inter collect. ad ornat. clar. mem. Card. de Luc. de Fideicomm., in Peruſina Fideicommiſſi 20. Februarii 1713. §. Nil penitùs, & 8. Aprilis 1715. §. Quòd procedit coram Illmo Falconerio Almæ Urbis Gubernatore, & 15. Junii ejuſdem anni §. Abſque eo quòd coram R. P. D. Cerro, & in Reatina Primogenituræ de Nobilibus 19. Junii 1719. §. Parum officiente coram Rmo Criſpo Archiepiſcopo Ravennaten., pari quoque jure, eâdemque ratione comparativè ad Deſcendentes alterius lineæ Conſtantiæ, prædilectum nuſquam cenſendum eſt præfatum D. Comitem ex linea
134 Fortunatæ, tamquam ab ea deſcendentem, licèt per medium Patris illegitimi; nam, quod ſpectat ad naturalem affectionem, illa æquè conſideratur etiam favore illegitimi, utpotè qui ex eodem ſanguine proficiſcitur, Rot. dec. 361. num. 3. & 4. part. 4. tom. 2. rec., & idcircò naturales quoque ſub conditione comprehendi ad excluſionem
135 alterius filii legitimi ipſius Teſtatoris, rectè docuerunt Alexand. in leg. Ex facto §. Si quis rogatus ff. ad Trebell., Odd. de Subſtit. compend. part. 6. artic. 6. §. An naturales tantùm num. 7., Peregrin. de Fideicomm. art. 28. num. 45., ubi de communi Craſſ. in §. Fideicommiſſum quæſt. 37. num. 7., ubi pariter de communi, de quo teſtatur etiam Ruſtic. in leg. Cum Avus lib. 3. cap. 1. num. 142., optimè Rota deciſ. 545. num. 6. & ſeqq. coram Pen., in rec. deciſ. 88. num. 18. part. 19.

Potiori verò jure comprehenſio naturalium ſub conditione admittenda videtur in caſu no-
136 ſtro, quia nimirum illi venire poſſunt etiam ſub nomine filiorum, & Deſcendentium maſculorum Fortunatæ, quorum linea in conditione poſita fuit, ad Text. in leg. ex facto §. Si quis rogatus ibi = Si quis rogatus fuerit, ut, ſi ſinè liberis deceſſerit, reſtituat hereditatem, Papinianus ſcribit, etiam naturalem filium efficere, ut deficiat conditio ff. ad Trebell. =, Ladercb. conſ. 23. num. 6., & ſeqq., Venturin. conſ. 2. num. 360., Ruſtic. in
137 leg. Cum Avus lib. 3. cap. 1. num. 84., apud quem alii plenìſſimè, ut etiam apud Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 407. & 408., ubi pro regula admittit comprehenſionem naturalium in parte conditionali, ſub nomine filiorum, & Deſcendentium, clar. 138
mem. Card. de Luc. de Fideicom. diſc. 63. num 10.

Atque etiam, quia per illorum admiſſionem continuatur ſucceſſio in linea Fortunatæ, cum enim res ſit de diſpoſitione ordinata per viam 139
primogenituræ regularis, in qua præcipue ſpectanda eſt prærogativa lineæ, ita quidem, ut numquam permittatur tranſitus ſucceſſionis ad aliam lineam, niſi penitùs evacuata, & extincta 140
fuerit illa, quæ ſemel admiſſa fuit, ut uno ore tradunt Palm. nep. allegat. 84. num. 17., & allegat. 91. n. 6., Molin. de Primog. Hiſpan. lib. 3. cap. 4. num. 14., Rota deciſ. 510. num. 14. coram Merlin., poſt Torr. de majorat. part. 3. deciſ. 17. n. 137., & in Bononien. Primogenituræ de Cultellis 24. Januarii 1714. §. Hactenus coram Illmo Falconerio Almæ Urbis Gubernatore, & 17. Junii 1718. §. At nihilominus cum ſeq. coram Rmo Criſpo Archiepiſcopo Ravennaten., indè facilius comprehendi dici debent etiam illegitimi deſcen- 141
dentes ex linea prædilecta, utpotè ſub proprietate verborum venientes: ita namque immediatus remanet irregularis egreſſus, atque tranſitus primogenituræ de linea ad lineam, adeò repugnans illius naturæ, ut, quoad fieri poteſt, ſemper evitandus ſit, ut in ſimilibus terminis benè ad rem arguunt Molina de Primogen. lib. 3. cap. 6. n. 29., Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 357. n. 55., Rota dec. 249. num. 22. part. 7., deciſ. 65. num. 5., & ſeqq part. 8. rec., in Aquipenden., ſeu Montis Faliſci Fideicommiſſi 11. Maii 1705. §. Et hinc, juncto §. Tertiò confert coram clar. mem. Card Caprara, & in Reatina Primogenituræ de Nobilibus 19. Junii 1719. §. Potiſſimùm verò coram Rmo Criſpo Archiepiſcopo Ravennaten.

Neque ejuſdem bini naturalium comprehenſioni in parte conditionali obeſſe poteſt diſtinctio inter conditionem affirmativam, & negativam, quæ magis operari dicitur, quia nullius exiſtentiam requirit, cum omninò neget, & omnium auferat differentiam: affirmativa verò verifice- 142
tur etiam in uno, juxta doctrinam Peregrini de fideicomm. art. 22. num. 80. allegat. in contrario Motivo, Etenim diſtinctio hæc potiùs nobis favet, quia verſamur in conditione negativa, prout dicitur illa = extinctâ lineâ maſculinâ &c. =, quæ reſolvitur tali modo, ideſt = deficiente, vel non amplius extante lineâ maſculina =, ideoque ſimi- 143
lem conditionem rectè negativam appellat Rota Florentina poſt Torr. de Primogen. deciſ. 57. num. 60. part. 3., & clarius patet ex deductis per eumdem Torr. de Primog. part. 1. cap. 25. §. 20. num. 218., nobis itaque confert id, quod dicit Peregrin. loco ſupra citat., nam, ſi conditio negativa adeò nullius exiſtentiam, requirit, ut numquam 144
dicatur purificata, niſi reducatur ad impoſſibile exiſtentia alicujus perſonæ ſub ea comprehenſæ, leg. 1. §. Si quis proximior ff. und. cognat., leg. 2. §. Si verò apud Goſtes ff. ad Senat. Conſult. Trebell., Bald. in leg. Mutianæ in fin. ff. de condit., & demonſtrat., Cyriac. contr. 205. num. 99., Molin. de Primogen. lib. 3. cap. 10. num. 17., Antunez. de Donat. lib. 1. prælud. 2. §. 2. nu 169., latè Torr. de Primogen. part. 1. cap. 25. §. 20. nu 218., apud quem alii, Vincen. de Franch. deciſ. 169. nu. 14.,

*Rot. Florent. deciſ.57. num.60. poſt Torr. de Pri-
mogen. part.3., Rota noſtra apud Manſ. conſult.
64. num.15., in rec. deciſ. 43. num. 6. & 19., &
deciſ.* 208. *num.* 8. *part.14.*, cum in Superioribus
locis probatum ſit, naturales comprehendi ſub
nomine lineæ, præſertim in conditione poſitæ;
conſequens eſt, ut conditio extinctionis lineæ
purificata dici nequeat, donec exiſtit aliquis na-
turalis deſcendens ejuſdem lineæ, *Menoch. conſ.*
145 *1273. num.22. & ſeqq., Surd. conſ.125. num.29.,
Fuſar. de ſubſtit. quæſt.318. nu.78. & ſeqq., Rot.
deciſ.593. num.1. part.2. rec, & apud Manſ. con-
ſult.75. num. 35.*, cum aliis plene cumulatis *in
Tyburtina Fideicommiſſi 2. Martii 1705. §. Sed
potiùs, & 8. Februarii 1706. §. Exploſo primo co-
ram bon. mem. Anſaldo.*

Prout nec etiam in noſtro caſu linea in condi-
tione poſita reſtricta dici valet ad legitimos, quos
tantùm ſupra in diſpoſitiva vocatos fuiſſe ſup-
ponitur: tùm quia nullo pacto ſubſiſtit, in par-
te diſpoſitiva reverâ vocatos eſſe ſolùm legiti-
mos, ut alibi demonſtratum eſt: tum quia, hoc
etiam poſito, non indè tamen neceſſariò ſeque-
146 retur, legitimos dumtaxat comprehenſos dici
poſſe in parte conditionali: nam id ſolùm pro-
cederet, quando hæc omninò, & apertè reſtri-
cta videretur ad illas dumtaxat perſonas antea in
diſpoſitiva vocatas, ut loquuntur auctoritates in
contrarium adductæ: ſecus verò, quando, ut
147 in caſu noſtro, pars conditionalis magis latè pa-
tet, quàm diſpoſitiva, continetque verba amplio-
ra apta comprehendere legitimos æquè, ac ille-
gitimos, cui ſanè aptitudinis procul dubio eſt
verbum = *linea* =, quod adjectum legitur in parte
conditionali, de qua agitur, ut ſatis oſtendimus
ſuperioribus locis: Et benè diſtinguendo caſum
conditionalis apertè reſtrictæ ad diſpoſitivam,
ab alio, quo eadem conditionalis magis latè pa-
teat, & amplioribus verbis concepta dici poſſit,
tradit *Rota in Reatina Primogenituræ de Nobi-
148 libus 26. Aprilis 1717. §. Ex his conſtito, & ſeqq.
coram Reverendiſſimo Criſpo Archiepiſcopo Ra-
vennaten.*: magis verò appoſitè ad rem noſtram,
quòd nimirum, ubi diſpoſitiva nec abſolutè
comprehendit, nec expreſſè excludit aliquas per-
ſonas, illæ comprehenſæ dicantur ſub verbo =
*linea* = poſito in parte conditionali, eò quòd ta-
li caſu minimè reſtringi queat à diſpoſitiva, fir-
mavit optimè *Rota in Romana prætenſæ Immiſ-
ſionis 13. Maii 1720. §. Imò verò coram R. P. D.
Rovault de Gamachet*, ubi ſic loquitur = *Imò ve-
rò, quatenus etiam diſpoſitiva abſolutè non compre-
henderet deſcendentes ex fœmina, adhuc, cum
illos expreſſè non excludat, id exuberaret prò in-
ducenda illorum vocatione ex relata parte condi-
tionali, quia hæc, utpotè verbis magis amplis
concepta, & ſecundùm ſuam totam latitudinem,
quam ſecum fert verbum = linea = intelligenda: de-
ſcendentes idcircò omnes ex fœminis in parte diſpo-
ſitiva, ut objiciebatur, non expreſſos, eidem ſu-
peraddere apta eſſet, & quidem per viam novæ
diſpoſitionis, nullam in hiſce circumſtantiis re-
ſtrictionem recipere valentis à diſpoſitiva, Fuſar.
conſ. &c.* =

Nullius proinde momenti eſſe videtur in caſu
noſtro, quòd in parte, de qua agitur, pluries
adjecta legatur dictio relativa, = *ut ſupra* = per
quam illa reſtricta cenſeri poteſt ad perſonas in
in antecedenti diſpoſitiva vocatas: quoniam, 149
ut diximus alio loco, & melius patet ex lectura
dictæ partis conditionalis, præfata dictio non
reſpicit perſonas ſupra vocatas, ſed tantùm or-
dinem ſuccedendi, vel modum extinctionis li- 150
neæ, aut viriles portiones Bonorum: Et ad ſum-
mum adjecta videri poteſt, ad connotandam
qualitatem maſculinitatis ſupra in diſpoſitiva
expreſſam, & in ipſa parte conditionali ſemper
repetitam, ut ſanè convenit ſtylo Teſtatoris,
qui alibi quoque dictionem hanc adjecit, licèt
jam expreſſiſſet omnes qualitates ab ipſo exop- 151
tatas. At verò qualitatem legitimitatis ſimili
clauſulâ relativâ repetere voluiſſe, cenſeri mi-
nimè poteſt, cum hæc non ſolùm in parte con-
ditionali ſemper omiſſà, ſed in ipſa parte diſpo-
ſitiva quoad Deſcendentes Maſculorum Fortu-
natæ numquam expreſſa legatur, ut ſupra ani-
madverſum fuit; quamobrem juſtà ratione *clar.
mem. Cardinal. de Luca* conſultus in ſimili caſu
cenſuit, repetitionem legitimitatis faciendam 152
non eſſe in parte conditionali, ſic loquens dicto
*diſc. 222. ſub num. 12.* ibi = *Attamen adverte-
bam, quod in noſtra præciſa diſpoſitione, præſer-
tim conditionali, in qua poſita fuit in conditione
linea maſculina Fortunatæ, ad effectum, ut fie-
ret locus reciproca ad favorem Deſcendentium ex
Laura, & Lavinia, iſta qualitas non legebatur,
cum in conditione poſita eſſet linea ſimpliciter, abſ-
que alio adjecto: & per conſequens, quòd intrare
non deberet repetitio regularitèr prohibita: quinim-
mò, ut id potius retorqueatur, ob argumentum diſ- 153
cretiva, quod ſcilicet, ubi voluit, dixit, ergo no-
luit, ubi non dixit* =

Idque confirmari poteſt ex eo, quod, juxtà ali-
bi firmata, repetitio in parte conditionali regu-
lariter non fiat: quod certò certiùs procedit, ſi 154
aliqua aſſignari poſſit ratio, ex qua veriſimiliter
motus fuerit Teſtator ad loquendum amplioři-
bus verbis in parte conditionali, inque ea omit-
tendam qualitatem aliquam reſtrictivam in diſ- 155
poſitiva adjectam, *Torr. de Primogen. part.1. cap.
37. §.14. num.187. & 189.*, ubi, quod ſufficit,
aliquam aſſignari poſſe rationem probabilem, ut
ſemper excludatur à parte conditionali ejuſce-
modi qualitatis repetitio: probabilis autem ratio 156
diverſitatis ea eſſe poteſt in caſu noſtro, quia in
parte diſpoſitiva, dum agebatur de admiſſione
Deſcendentium ejuſdem lineæ, veriſimile eſſe
poterat, Teſtatorem comprehendere noluiſſe il-
legitimos, ne fortè contingeret, ab iſtis exclu-
di legitimos: at aliter res ſe habet in parte con-
ditionali, in qua deficientibus legitimis, cum
ageretur de tranſitu ad aliam lineam, conſenta-
neum ejuſdem menti eſt, conſulere voluiſſe De- 157
ſcendentibus prioris lineæ, tametſi illegitimis,
ad excluſionem ſubſtitutorum, qui utpotè remo-
tiores ultimo gravato, in hujus portione minùs
dilecti præſumebantur, ex iis, quæ alibi nota-
vimus, & in ſimilibus terminis tradunt, *Alto-
grad.*

grad. contr.58. num.31., Acdolin. reſol. 120. nu.
24. & 29., Torr. de Primogen. dict. part. 1. cap.
37. §.14. num.188., & print §.13. nu. 179., clar.
mem. Card. de Luca de fideicomm. diſc.47. num.5.,
qui, licet loquantur in terminis ſubſtituti extranei,
158 congruunt tamen caſui, quia ad effectum, de
quo agitur, omnes dicuntur extranei, præter A-
ſcendentes, & Deſcendentes, per Text. in leg.
Extranei Cod. de rei uxor. Action., Honded. conſ.
57. num.51. lib.1., apud quem alii.

Quæ cum ità ſint, pars conditionalis, juxtà
ſuperius poſitas regulas, comprehendens etiam
illegitimos, fruſtrà reſtringi contenditur ad ſo-
los legitimos, nullis exadverſo allatis probatio-
nibus, ſive vehementibus conjecturis, & argu-
mentis pro ejuſcemodi reſtrictione inducenda:
præſertim verò, quando viceverſâ D. Comes de
Benignis Reus, & poſſeſſor præſidium regulæ,
quo munitur, confirmat tum argumento ducto
à diſcretiva, quod in propoſito ponderat clar.
159 mem. Card. de Luca de fideicomm. dict. diſc. 222.
ſub num.12., tum etiam aliis ſupra fuſius expen-
ſis rationibus, adeo quidem, ut ex his ejus fa-
vore Cauſa confecta videri poſſet: Etenim D.An-
tonius veniens ex ſubſtitutione ordinata in caſu,
& ſub conditione extinctionis lineæ maſculinæ fi-
liorum, & Deſcendentium maſculorum Fortu-
natæ, licèt concludenter probare teneretur, hunc
160 caſum eveniſſe, & hanc conditionem purificatam
tam jam eſſe, per totalem videlicet extinctio-
nem dictæ lineæ, ut præcisè notat clar. me. Card. de
Luca d. diſc.222. ſub n. 1., id tamen minimè præ-
ſtat, immò nequit ullo pacto præſtare, quouſque ſu-
pereſt D.Com. de Benignis in dicta linea procul
dubio comprehenſus, qui, quando etiam per ma-
lam hypotheſim vocatus minimè dici poſſet, &
idcircò incapax eſſet ſuccedendi in fideicommiſſo,
de quo agitur; nihilominus ſola materialis exi-
ſtentia ipſius, utpotè in conditione poſiti, exu-
beraret prò repellendo ſubſtituto, ut, præter ea,
161 quæ innuimus §. ut certè, diſponitur in leg. filius
familias 117. §. Cum quis rogatus ff. de legat.1.,
Peregrin. de fideicomm. art.28. num. 52., Rota
deciſ.145. num.8. part.1., deciſ.453. num.3. part.
2. rec., cum aliis plenè congeſtis in Tyburtina Fi-
deicommiſſi 8. Februarii 1706. §. Idque adeò ve-
rum coram bon. me. Anſaldo, & in Romana præ-
tenſæ Immiſſionis 13. Maii 1720. §. Ratio ità de-
cidendi coram R.P.D. Rovault de Gamaches ibi =
quando alioquin prò eodem Gaſpare penitus repel-
lendo à petita Immiſſione, exuberare poſſe videre-
tur ſola materialis exiſtentia lineæ fœmininæ Fer-
rantis, tametſi deſcendentes de illa in conditione
poſiti ad excluſionem Gaſparis de diverſa linea vo-
cati nullo modo reperirentur =

Ob eam tanè rationem dict. §. 6. inſinuatam,
quòd nimirum in conditionibus non attenditur,
an ſupervivens ſit capax, vel non, ſed ſolùm fa-
ctum exiſtentiæ, & an evenerit conditio, leg.
162 qui heredi, & leg. Mævius ff. de condit. & de-
monſtr., Altograd. conſ.60. num.4. lib.1., Card.
Mantic. de conject. lib.11. tit.6. nu. 151., clar. me.
Card. de Luca de fideicomm. diſc.37. num. 5., &
diſc.154. num. 8. & 9., Rota deciſ. 194. num. 3.
part.14., deciſ.221. num.4. part.15., deciſ.455.
num.4. part.19. in dict. Tyburtina Fideicommiſſi
8. Februarii 1706. §. Siquidem coram bon. mem.
Anſaldo, & in Eſina, ſeù Maceraten. Dotis 26.
Junii 1709. §. Siquidem coram bon. mem. Moli-
nes: non enim incapacitas ſupervivientis, ſed de-
fectus conditionis eſt, qui ſubſtitutum excludit, 163
Doctores in leg. ex facto §. Ex facto ff. ad Trebell.,
Cyriac. contr.478. num.11., Rot.deciſ.453. num.
3. part.2., deciſ. 290. num. 12. part. 13., deciſ.
194. nu.2. part. 14., & in dicta Romana præten-
ſæ Immiſſionis loco mox citat., idque potiori jure
locum ſibi vindicat, quando ſubſtitutio, ut in
caſu noſtro, concepta eſt verbis illis = tunc, &
eo caſu =, quæ ſuapte naturâ adeo illam reſtrin-
gunt ad ſolum caſum expreſſum totalis extinctio-
nis lineæ, ut omnes alios caſus excludant, ut his 164
ferè verbis proſequitur Rota in dicta Romana præ-
tenſæ Immiſſionis loco mox allegato, & prius di-
xit eadem Rota in dicta Tyburtina Fideicommiſſi
coram bon. mem. Anſaldo §. Præcipuè quotiet, ubi
alii plenè cumulantur, & in Bononien. Immiſſio-
nis 8. Junii 1708. §. Fideicommiſſum coram Illmo
Falconerio Almæ Urbis Gubernatore, & in Se-
nogallien. Immiſſionis 28. Novembris 1712. §. Et
abſque ullo coram eodem.

Quapropter, his retentis regulis, dicendum
eſſet, partem conditionalem regulandam nullo 165
pacto eſſe ad normam diſpoſitivæ: Dominus
enim Com. de Benignis dictâ conditionali non
egeret, ut ex illa deſumeret ſuam vocationem,
ut ſcilicet tamquam vocatus in fideicommiſſo
ſuccedere poſſet, ſed illi ſufficeret, ſe eſſe in con-
ditione comprehenſum ad illum alium longè
faciliorem effectum, impediendi nimirum puri-
ficationem conditionis prò repellendo ſubſtituto,
hoc enim caſu, ut fuſiùs dictum eſt, non repu-
gnat, quòd quis, licèt non vocatus, faciat de- 166
ficere conditionem; Si igitur præfatus D. Co-
mes non indiget vocatione, pars conditionalis
pendere minimè dicitur à diſpoſitiva, utpote
quæ ſpectanda ſolùm eſſet quoad effectum voca- 167
tionis, ex firmatis per Salycet. in leg. 1. Cod. de
condit. inſert., clar. mem. Card. de Luca de fidei-
comm. diſc 42. num.8., & diſc. 63. num. 10., &
diſc.71. in fin., Rota coram Carillo deciſ. 266.
num. 20., & 22., in recent. deciſ. 151. num. 2.
part.3.

Cauſa jam abſoluta videri poſſet, ſatis enim
probabilè credimus utramque noſtri aſſumpti par-
tem, nimirum comprehenſionem naturalium,
tam in parte diſpoſitiva, quàm in parte condi-
tionali. Verùm, ſi adhuc dubium ullum ſuper
comprehenſione naturalium ſupereſſet; dicimus
prætereà, D. Comitem de Benignis Reum, A-
ctorem repellere poſſe tamquam procedentem ex
Patre non ſimpliciter naturali, ſed legitimato:
compertum namque eſt, legitimatum compre-
hendi nedum ſub nomine = filiorum =, & de-
ſcendentium = ſimpliciter, Cephal.conſ.203.nu.4.,
Menoch. conſ.459. num.1. lib.5., Thob. Non. conſ.
69. num.3., Eugen. conſ.29. num.41. lib.2., Sacca 168
conſ.191. ſub num.11., Spad. conſ.363. nu.2. lib.
2., Caſtill. contr. jur. lib.5. cap.106. num. 2., &
ſeqq.

ſeqq., verum etiam appellatione = legitimorum,&
naturalium =, leg. liberos Cod. de Jur.deliber.Cy-
riac. contr. 21. num. 81., & ſeqq., & contr. 207.
nu.45. & ſeqq., Grotian. diſcept. forenſ. cap.247.
num.72., Graſſ. in §. Fideicommiſſum quæſt. 39.
num.7., Mantic. de conject. ultim. volunt. lib.11.
tit.10. num.9. & 10., Peregrin. de fideicommiſſ.
art.28. num.45., Mareſcott. variar. reſolut.lib.2.
cap.88. num.2. & ſeqq., & lib.3. cap. 20. nu. 24.
& ſeqq., Roxas in Epitom. ſucceſſ. cap. 23. num.
35. & 36., Menoch. de præſumpt. lib.4. præſumpt.
79. num.2., Rota coram Seraphin. deciſ.880. nu.
5., coram Penio deciſ.545. num. 2. & ſeqq., co-
ram Dunoz. Jun. deciſ.981. nu.1., & deciſ.1004.
num.5., coram bo. mem. Emerix Jun. deciſ. 334.
num.4. & 13., in rec. deciſ.329. num. 19. part.5.
tom.1., deciſ.273. num.25. part.6., deciſ.31. num.
19. part.11., deciſ.39. num.28. part.13., & de-
ciſ.379. num.1., & deciſ.11. num.7. part.16., de-
ciſ. 88. num. 17. part. 19., ubi, quod legitima-
169 tus venit ſub nomine legitimorum, & natura-
lium, etiam ad excluſionem proprii filii Teſta-
toris.

Eumdemque ſuccedere in fideicommiſſis, &
majoratibus ordinatis pro legitimis, & natura-
libus, niſi nominatim excludatur, tradit Pegaſ.
170 de Majorat. part. 2. cap. 20. num. 157. & ſeqq.,
cui conſonant Caldaſ. conſ. 4. num. 27. & ſeqq.,
& conſ.9. num. 45., Molin. de Primogen. cap. 4.
num. 14., Capia de Conſtitut. Princip. cap.3. nu.
51., Caſtill. contr. Jur. lib.4. cap.22. num. 4. &
ſeqq., Leo de iſ. Granaten. 32. num.5. & 51., Ro-
ta poſt Maſol. Triſmagiſtr. legal. deciſ.84. nu.8.,
& 10. Neque vero id mirum videri debet; le-
gitimatus enim adeò acquirit jura legitimorum,
171 ut ab ipſis nihil differre dicatur, leg. qui in Pro-
vincia 57. §. final. ff. de rit. nupt. ibi = perindè, ac
ſi legitimi concepti fuiſſent = leg.2., & leg. ultim.
ff. de natal. reſt., Auth. quibus mod. natural. effic.
legitimi §. Liceat igitur, & §. Sit igitur licen-
tia ibi = nihil à legitimis filiis differentes = collect.6.
Auth. quibus mod. natural. effic. ſui in princ. verſ.
natura, & §. Si quis ergò, & §. Quoniam variè
ibi = nihil diſſimilis legitimis = collect. 7. leg. Cum
quis ad fin. ff. de natural. lib., Cyriac. contr. 208.
num.45., Peregrin. de fideicomm. art.23. nu. 26.,
Gratian. diſcept. 496. num.8. & ſeqq., Gaill. lib.
2. obſervat. 140. num. 1. & 6., Barboſ. appellat.
99. num.36., Carvall. de utraque quart. cap 1.
num. 225. & ſeqq., Sanchez ad lib. 7. Decalog.
cap.9. num.17., Garz. de nobilit., Gloſſ. 21. nu.
71., Molin. de Primogen. lib. 3. cap. 3. num. 1.,
Excobar. de parit. Sanguin. part.2. quæſt. 4. §. 6.
num.23., Antunel. de tempor. legal. lib.2. cap.55.
num.65., Antunez. de Donat. part.2. cap.16. nu.
12. & 16., Cabed. deciſ.69. num.2. part.3., Rot.
deciſ.217. num.1. coram Ubald., & frequenter in
deciſ. ſupra allegatis.

Facilius verò legitimatus comprehenſus di-
cendus eſt ſub nomine legitimorum, & natura-
172 lium in parte conditionali, ut ſcilicet faciat de-
ficere conditionem, & ſubſtitutum excludat, ut,
innumeris penè congeſtis, docet Fuſar. de ſubſtitut.
quæſt. 407. num. 1., & 17. verſ. prima tamen,
ubi, quòd iſta opinio eſt magis communis in con-
ſulendo, & in judicando ſequenda, & quod vix
in praxi contrâ eam obtineri poſſit, Dec. conſ.366. 173
num.4., Roland. conſ.83. num.19. lib. 3., Cruſſ.
in §. Fideicommiſſum quæſt. 38., Peregrin. de fi-
deicomm. art.28. num. 45., Molin. de Primogen.
lib.3. cap.3. num.2., Rota coram Seraphin. deciſ.
880. num.5., coram Ubaldo deciſ.117. num.2. &
3., & coram Pen. deciſ.545. num.3., ubi etiam
rationem aſſignat, eòque certius, quando in
conditione poſita fuit linea, quia naturalis legi-
timatus nedum dicitur de linea, ſed etiam de fa- 174
milia, & agnatione Patris, Becc. conſ. 165. num.
32., & conſ. 189 num. 33., Mazzol. conſ. 117.
num.20. & ſeqq., Pancirol. conſ. 169. num. 16.,
Menoch. conſ.266. nu. 15. lib.3. Anſald. conſ. 65.
num.94., Panſut. contr.16. nu.75. part.2., Tor.
reſp.4. num.165., & 166. poſt part.2., Altimar.
ad deciſ. 25. Rovit. num. 7., Rota coram Cerro
deciſ.119. num.19., in rec. deciſ.377. nu.6. part.
19., præſertim verò, ut ſæpius dictum eſt, ad
effectum impediendi ſimpliciter purificationem
fideicommiſſi favore ulterioris ſubſtituti, ut tra- 175
dit Rota deciſ.11. num. 3. part. 16., Balducc. ad
Ramon. in obſerv. ad conſ.22. nu. 67. tom.1., clar.
mem. Card. de Luca de fideicomm. diſc.63. nu.10.,
& diſc.68. num.6.

Quos ſane effectus operatur legitimatio etiam
facta ab Archivio Romanæ Curiæ: Ambigi enim 176
nequit, ob ampliſſimas facultates illi impartitas,
legitimationes ab eodem factas ſemper validas,
& efficaces agnitas, & declaratas fuiſſe, tam-
quam roboratas auctoritate Summi Pontificis, ut
conſtat ex deductis per Eugen. conſ. 52. num. 14. 177
cum ſeqq., & conſ.53. num.16., & ſeqq. lib. 1.,
Soccin. Jun. conſ.77. num.8. lib. 3., Spada conſ.
354. num.10. lib.2., Card. Mantic. de conject. lib.
11. tit.10. num.20., Michalor. de fratrib. part.3.,
cap. 25. num. 6. & ſeqq., ubi, quod hæc facultas
Archivii, tamquam notoria, non poteſt amplius
controverti, Rota Florent. apud de Comitib. de-
ciſ.58. §. unic. num.11., & 25., apud Torr. de 178
Majorat. part.3. deciſ. 73. num. 44., coram Du-
noz. Jun. deciſ. 981. num. 6., in rec. deciſ. 600.
num.8. part. 3. Eademque valet, & ſuum effe-
ctum operari debet, etiam in Ditione ſubjecta
mediato Dominio S. Sedis, cum enim reſpiciat
ſtatum perſonæ, hæc eadem eſſe debet in uni-
verſo ſtatu, ſive immediatè, ſive mediatè per- 179
tinente ad illum, à quo legitimandi facultas pro-
manat, juxtà opinionem, quam tenent relati à
Joan. Fratt. apud Peregrin. conſ.112. num. 1. lib.
3., Caſtrenſ. conſ.128. num. 1., & ſeqq. lib. 2.,
Alciat. conſ.17. num.2. lib.4., Cravett. conſ.993.
num.38., Soccin. Sen. conſ.47. num.37., & ſeqq.
lib. 2., Curt. Jun. conſ.157. num. 24., Gabriel.
conſ.21. num.25., & ſeqq. lib.1., Riminald. Jun.
conſ.156. num.12. cum pluribus ſeqq., ubi de Du-
catu Ferrariæ, de quo pariter Pigaut. ad Statut.
Ferrar. part. 2. rubr. 139. num. 6., qui refert,
etiam ita tenuiſſe Rotam in una Ferrarien. de Taſ-
ſonis coram Pamphilio, Boſſ. de Princip. ſub nu.
183. verſ. eſt verum cum ſequent. Trentacinq. var.
reſolut. lib.1. tit. de legitim. reſolut.4. ſub num.8.,
Card.

*Card. Mantic. de conject. ultim. vol. lib.*11. *tit.*10.
*ſub num.*44., *& ſeqq.*, qui, etſi loquantur de le-
180 gitimatione facta ab ipſo Principe, eadem ta-
men ratio militat etiam quoad legitimationem
factam ab habentibus poteſtatem hanc à Supre-
mo Principe, quia legitimatio ab ipſis facta, di-
181 citur facta ab ipſomet Principe, *Giovagnon. conſ.*
16. *nu.*43. *lib.*2., *Riminald. Jun. dict. conſ.*156.
*num.*16., *Bellon. de Jur. accreſc. cap.* 10. *quæſt.*
4. *ſub num.*120. *in fin. verſ. aliàs dato cum ſeqq.*,
ubi, licèt ipſe ſentiat, nec ipſum Supremum Prin-
182 cipem poſſe legitimare in Territorio infeudato:
attamen admittit, quod, quum agitur de Princi-
pe, qui valeat legitimare, id poſſit etiam ha-
bens facultatem ab illo, & ſic reprobat *Peregr.
de fideicomm. art.*23. *num.*20. diſtinguentem in-
ter legitimationem factam à Principe, & legiti-
mationem factam ab alio, qui privilegium ha-
183 beat ab ipſo Principe; quæ quidem diſtinctio eò
certiùs corruit in caſu noſtro, quia exploratum
eſt, Archivium Romanæ Curiæ obtinuiſſe à
*Julio II. Summo Pontifice* poteſtatem legitiman-
184 di etiam in ſtatu *mediatè ſubjecto* Eccleſiæ Ro-
manæ, quà dictione *mediatè* aperte indicatur
185 ſtatus infeudatus, qui *mediatè* ſubjectus dicitur.
Parvi verò refert, quòd legitimatio facta ſit
cum clauſula *S. P. venientium ab inteſtato*, quæ
præſervare dicitur jus ſubſtituti in Fideicommiſ-
186 ſo: contrarium namque, quòd videlicet, non
obſtante dictâ clauſulâ, legitimatus excludat
Subſtitutum, poſt alios firmavit Rota coram *Se-
raph. deciſ.* 880. *num.* 5. ibi = *quantum ad ulteram
187 objectionem, quod Fulvia non ſit legitima, ſed
legitimata, res prorſus caret difficultate, cum le-
gitimatus faciat deficere conditionem, ſi ſine filiis
legitimis, & naturalibus, etiam quod legitimatio
ſit cum clauſula S.P. venientium ab inteſtato* = *co-
ram Ninot. deciſ.*13. *num.*18., *in rec. deciſ.*600.
*num.*10. *part.*3., Et licèt in aliis *Deciſionibus* ali-
quando Sacra Rota variaverit, prior tamen opi-
188 nio retinenda videtur, quando legitimatis aſſi-
ſtit, vel non adverſatur voluntas Teſtatoris, ut
declarat *Lucidor. de illegit. cleric., & regular.
cap.*24. *nu.*21. *& ſeqq.*, *& Adden. ad Ubald. deciſ.*
217. *in fin.*; Immò, etiamſi voluntas Teſtatoris
189 non reſiſtat, ſed potius reſiſtere videatur, ſi tamen
id dubium ſit, adhuc legitimationem præjudica-
re ſubſtitutis, dixit *Rota dec.*88. *nu.*22. *part.*19. *rec.*
Rurſus dicta clauſula non operatur favore ſub-
ſtituti, quando legitimatio, ut in hypotheſi,
obtenta fuit ante apertam, & purificatam ſubſti-
tutionem, *Eugen. conſ.*52. *num.*65., *Decian. conſ.*
42. *num.*38. *lib.*1., *Menoch. conſ.*459. *num.*3. *lib.*
190 5., *Gratian. diſceptat.*496. *num.*23., *& diſcept.*
673. *num.*21., *Urſell. concl.*81. *num.*27. *fol. mihi*
586., *Rota deciſ.*667. *part.*1. *rec.*, *& deciſ.*600.
*num.*12. *part.*3., *deciſ.*28. *num.*37. *par.* 8., *& de-
ciſ.* 310. *ſub num.* 22. *verſ. quia non fuit dubita-
tum*, *& num.*25. *verſ.*, *& ratio differentiæ part.*
18., tunc enim vel nullum, vel ſaltem leve
eſt præjudicium ſubſtituti, *Menoch. conſ.* 20. *num.*
3., *Spada conſ.*364. *nu.*5. *lib.*2., *Rot. dict. deciſ.*
191 600. *num.*12. *part.* 3. ideoque præſervatum non
remanet per dictam clauſulam, quæ intelligitur
ſolùm de præjudicio conſiderabili, *Rota coram
Ubald. deciſ.*217. *num.*10. 192
Et demum clauſula prædicta excludit quidem
præjudicium, quod ſubſtituto obveniret ex ipſa
legitimatione, ſecus verò illud, quod prove-
nit ex voluntate Teſtatoris; ideoque commu-
niter receptum eſt, quod, ubi legitimationi
non repugnat voluntas clara Teſtatoris, di-
cta clauſula non officit legitimato, quia tunc
præjudicium non à legitimatione, ſed à mente 193
Diſponentis proficiſcitur, *Soccin. in leg. Gallus
§. Si ejus colum. penult.*, *ubi etiam Ruin. ſub nu.*
64. *verſ. etſi dicatur*, *& in §. Et quod ſi tantum
ſub num.*158. *ff. de liber., & poſth.*, *Eugen. conſ.*
52. *num.*65., *& ſeqq. lib.*1., *Giovagn. conſ.* 21.
*num.*16., *& ſeqq. lib.*1., *& num* 33., *& ſeqq.*,
*Menoch. conſ.*226. *num.*2., *& ſeqq.*, *Cyriac. contr.*
207. *num.*48. 49. *&* 50., *Gratian. diſceptat.*496.
*num.*6. *& ſeqq.*, *Lucidor. de illegitim. Cleric. cap.*
24. *num.*21. *& ſeqq.*, *Lup. de illegit.*, *& de na-
tal. reſtitut. comment.*3. §.2. *ſub num.*3., *Mantic.
de conject. lib.*11. *tit.*10. *ſub nu.* 9., *Intrigliol. de
ſubſtit. cent.*3. *quæſt.*65. *num.*4., *Rota coram Ni-
not. deciſ.*13. *num.*18., *deciſ.*569. *num.*1. *part.*1.
*diverſ.*, *deciſ.* 388. *num.* 9. *part.* 1. *rec.*, *deciſ.*
319. *num.* 106. *part.* 5., *deciſ.*217. *num.*15., *&
ſeqq. part.*15., *deciſ.*11. *num.*17. *part.* 16. Quòd
autem in hypotheſi voluntas Teſtatoris non re-
pugnet legitimationi, ſatis clarè patet ex eo,
quòd uſus eſt vocabulis aptis comprehendere tàm
naturales, quàm legitimatos, ut benè ad rem 194
arguunt *Giovagn. conſ.*21. *nu.*16., *& ſeqq. vol.*1.,
*Menoch. conſ.* 266., *& de præſumpt. lib.* 4. *præ-
ſumpt.*79. *num.*2., *Peregrin. de fideicomm. art.*23.
*num.*39. *&* 45., *Cyriac. contr.*207. *nu.*7., *& alii
adducti per Rot. in dict. deciſ.* 217. *num.* 16. *part.*
15., *& deciſ.*11. *num.*19. *part.*16., *& deciſ.*310.
*ſub num.*22., *&* 25. *part.*18.
Profectò, licèt hæc omnia clariſſimè evincant
comprehenſionem D. Petri ſive in parte diſpoſi-
tiva, ſive in parte conditionali, vel tamquam
procedentis à ſimpliciter naturali, vel ſaltem uti 195
progeniti à Patre legitimato: nihilominus in du-
bio favore illius reſpondendum eſſet, *Spad. conſ.*
363. *num.*8. *lib.*2., *Rot. deciſ.*361. *num.*21. *part.*
4. *rec. tom.*2.; re namque in ſtatu dubietatis poſi-
tâ, nec à regulis, nec à verborum proprietate re- 196
ceditur, ut dixit *Rota in Balneoregien. fideicom-
miſſi 6. Februarii* 1708. *§. Et licèt*, *& in confir-
matoria* 14. *Januarii* 1709. *§. Ideò coram Emi-
nentiſſimo D. Card. Scotto*, *& in Romana Primo-
genituræ de Capizucchis* 15. *Martii* 1720. *§. Eſſet
itaque opus*, *&* 7. *Junii ejuſdem anni §. Patet
itaque coram Reverendiſſimo Lancetta Dec.*, quæ
eò magis urgent favore ejuſdem D. Petri, ſpecta-
tâ qualitate Rei, & poſſeſſoris, præſertim, cum
ejus poſſeſſio diuturni temporis lapſu conſtabilita
reperiatur; id enim ſolum certè ſufficeret, ut in
dubio prò illo judicandum eſſet, *ad Text. in leg.*4.
*Cod. de edend.*, *Rot. coram Bichio deciſ.*241. *in
fin.*, *in rec. deciſ.* 480. *num.* 6. *part.*13., *cum aliis
in Reatina Primogenituræ de Nobilibus* 26. *A-
prilis* 1717. *§. Et ſanè* ibi = *potiſſimè, quia in Fa-
milia Angeli Rei conventi extitit radicata ſucceſ-* 197
*ſio*,

*ſio, & per diutiuum temporis intervallum abſque minimo obice continuata, quo caſu ſola dubietas de per ſe ſufficeret, ut in dubio prò poſſeſſore foret reſpondendum = coram Reverendiſſimo Criſpo Archiepiſcopo Ravennaten., & in Romana Primogeniture de Capizucchis 15. Martii 1720. §. fin.* ibi = *quibus omnibus inſimul ponderatis tàm proclivius, & urgentius Domini prò validitate nominationis jamdiù geſtæ, & prò longævo, ac bonæ fidei poſſeſſore concludendum eſſe putarunt = coram Reverendiſſimo Lancetta Decano, confirmata 14. Februarii 1721. §. Quoniam ſi tota* ibi = *Interpretatio ſemper capienda foret prò validitate actus, prò qua regulariter præſumitur, & favore longævi, ac diuturni poſſeſſoris, ut præcisè expendunt Soccin. Sen. conſ. 47. num. 54., & ſeqq., ubi, etiamſi contrarius intellectus eſſet de jure verior lib. 3., Cutell. &c. =* coram *R. P. D. Corio.*

Cujus ſanè rei optimam reddit rationem *Rota
in dicta Reatina Primogeniture de Nobilibus §.
198 Et ratio rationis eſt* his verbis = *quia adeò longæva
obſervantia valdè urget ad interpretandum ſenſum
diſpoſitionis in eam partem, cui eadem obſervantia
famulatur, adeout, ſi quis in Judicio diù ſiluit,
præſumptio ſuadeat, ſilentium promanaſſe ex co-
gnitione mali Juris, quodque tacens ritè calluе-
199 rit, non fuiſſe ad hereditatem admiſſum in exclu-
ſionem alterius actus, & diu poſſidentis, ut, omiſſis
generalibus, in his terminis docent Torr. de Primo-
gen. part. 1. cap. 40. §. 6. num. 58. & ſeqq., Molin.
de Primogen. hiſpan. lib. 1. cap. 5. ſub nu. 39., Ro-
ta Lucen. inter collect. per Palm. Nep. deciſ. 277.
num. 28., Rota noſtra deciſ. 407. num. 36. part. 9.
rec., & in Oppiden. &c. =* Ex quibus omnibus ju-
re meritò affirmari poſſe crederem, potiora mi-
hi videri jura Rei, & poſſeſſoris, aut ſoltem nemo
dixerit, rem in ſtatu dubietatis non eſſe poſitam.
In hac autem dubietate nonne favendum Reo?
præſertim verò, quando Actor tamdiu pro dereli-
ctis habuit jura ſuæ ſubſtitutionis, & per proba-
tionem factam à Reo de filiatione Franciſci præ-
cipua ceſſat facti difficultas.

## *Bononien. Fideicommiſſorum, ſeù Succeſſionis.*

Filiatio ex quibus probetur? Excluſio Patris ex defectu legitimorum natalium, filii ejus legitimi excluſionem operatur. Appellatione Legitimorum, & naturalium continentur Legitimati, etiam ad effectum ſuccedendi in fideicommiſſo pro Legitimis ordinato. Legitimati, licèt eis reſiſtat voluntas Teſtatoris, ad fideicommiſſum agnatitium admittuntur, deficientibus Agnatis legitimis, & naturalibus. Ex quibus autem fideicommiſſum agnatitium cenſeatur? Ejuſmodi Legitimatorum admiſſio quando ex conſuetudine Regionis locum habere dicenda ſit?

## VOTUM IX.

1 *Quæſtio præjudicialis in primis examinanda eſt.*
2 *Filiatio probata non dicitur, ſi non doceatur, Matrem fuiſſe in ſchemate concubinatus retentam, ac ventri cuſtodiam fuiſſe adpoſitam.*
*Et ex quibus probata nihilominùs poſſit videri?* ibid.
3 *Filiatio reſpectu Patris quod probetur directè, & concludenter, impoſſibile eſt.*
4 *Conceptionis enim punctum ſub ſenſu non cadit.*
5 *Filiatio reſpectu Patris probari poteſt per conjecturas, & præſumptiones.*
6 *Præſertim, ubi res eſt de filiatione naturali, & illegitima,* & num. 7.
8 *Filiationis conjectura eſt fides Baptiſmatis.*
9 *Fides Baptiſmatis regulariter ſolam ætatem probat.*
10 *Fides Baptiſmatis, ſi in ea Pater Baptizati deſcriptus reperitur, argumentum filiationis præbet.*
11 *Baptiſmus eſt actus quidam ſpectans ad Parentum curam.*
12 *Parochus non præſumitur quempiam, uti alicujus filium, deſcribere voluiſſe, niſi Pater dixerit, vel notoria res fuerit.*
13 *Fides Baptiſmatis ſola filiationem non probat.*
*Eam tamen probat, junctis adminiculis,* ibid.
14 *Filiationem, etiam ubi deficiat fides Baptiſmatis, probant denominationes, ſeù enunciativæ factæ per Patrem in valde proportionatis actibus,* & num. 17.
*Præſertim, ſi geminatæ,* num. 18.
15 *Ad filiationem probandam quinam valde proportionati actus dicantur?*
16 *Filiationem probat denominatio facta a Patre in teſtamento.*
*Procedit etiam contra Extraneum,* ibid.
19 *Veritas meliùs ex factis elicitur, quàm ex verbis.*
20 *Filiationem probant tractatus alicui uti filio exhibiti.*
21 *Procedit, licèt in fide Baptiſmatis nomen Patris non ſit deſcriptum, & ratio,* ibid.
22 *Filiationem verò probant actus, qui, cogente naturâ, in filium exhibentur.*
23 *Filius magis præſumitur, qui uti filius tractatur, quam qui filius nominatur.*
24 *Pater eſt, qui actus paternos gerit.*
*Judicium Salomonis in celebri duarum Matrum de filio contentione refertur,* ibid.
25 *Filiationis probatio elicitur ex tractatu, educatione, & nominatione in filium.*
26 *Tractatus in filium quinam dicendi ſint?* & num. 27., & ſeq.
27 *Tractatus in filium, ſeù paternus actus judicatur cura, ut filius lactetur, atque alimenta Nutrici præbeantur.*
28 *Item, ſi Pater natum legitimari voluit.*
29 *Si alimenta ei legaverit, & benè eum educari juſſerit, atque inſtrui.*
30 *Si curam ſuſcepit Matris pueri, decenti aliquo in loco eam collocando.*
31 *Et generaliter, ſi puerum domi retinet, eam-*
*que*

que de illo curam gerit, quam Patres de filiis ſuis.

32 Paternus amor nec ſupprimi, nec diſſimulari poteſt.

33 Tractatus in filium eò magis filiationem probant, ſi adprobati ab aliis Conſanguineis.

34 Filiatio ex Patris æquè, ac Fratrum, & Conſanguineorum tractatu, & denominatione comprobatur, & num. 35.

36 Conſanguinei in tractande quem, ac denominando in filium, rigidi ſolent eſſe.

37 Filiationem probant tractatus in filium à cunctis palàm præſtiti, adprobantibus Patre, atque universâ familiâ.

38 Præſertim, ſi nulla erraris, aut ſimulationis cauſſa allegari valeat.

39 Maximè, ſi longiſſimo tempora continuati fuerint.

40 Ad filiationem probandam fama ſufficit, & num.43.

41 Fama verſari præſumitur circa res veras, vel veritati proximas.

Et in rebus dubiis magnam præſtat conjecturam, ibid.

42 Fama probationem ſupplet.

44 Filiatio quod ex fama probari poſſit, multa in Italia edita ſunt Decreta.

45 Fama inveterata ſufficit ad probandam filiationem, licèt non concurrant adminicula.

46 Fama, & opinio filiationis eſt quoddam totius Populi teſtimonium.

47 Fama coadjuvato univocis actibus, atque adminiculis maximè filiationem probat.

48 Quod precedit etiam favore filii naturalis.

50 Filii naturales, eorumque Deſcendentes, ex Bononiæ conſuetudine, velut Agnati, & de familia reputantur.

51 Iique legitimati ad publica admittuntur Civitatis munia.

52 Filiatio probatur ex admiſſione ad publica officia Civitatis,

53 Eòque magis ex admiſſione ad ſucceſſionem Patris.

54 Filiationem duæ conjecturæ ſatis probant.

Immò & una legitimè probata, ibid.

55 Conjecturæ ſimul junctæ conſiderari debent ad probandam filiationem.

56 In antiquis filiationem probat ſola fama.

57 Vel ſola denominatio.

58 In antiquis, quæ etiam ſint probationis difficillimæ, leviores ſufficiunt probationes.

59 Antiquum in filiatione dicitur, quod eſt infra centum annos, dummodo ſit ſupra quadraginta.

60 Filiatio ex concludentibus reſultans probationibus, probata cenſetur etiam contra Tertios.

61 Procedit ſive in poſſeſſorio, ſive etiam in petitorio agatur.

63 Filiatio in judicio immiſſionis leviores requirit probationes, & num. 64.

64 Solus filiationis tractatus ad obtinendam hereditatem ſufficit.

65 Tractatus junctus cum aliis adminiculis, filium in quaſi poſſeſſione filiationis conſtituit.

Ipſamque filiationem concludenter probat, ibid.

66 Filiatio alio modo probari nequit, quàm per tractatus in filium, junctis adminiculis.

67 Filiatio nulla, quantum ad Patrem, probari certè poteſt.

Sed tantùm præſumptivè, ibid.

68 Filiatio ad effectum ſuccedendi probatur ex communiter accidentibus.

69 Ad filiationem non requiritur probatio cuſtodiæ ventris materni.

Intellige de jure Canonico, ibid.

Ac etiam ex communi uſu, num.71.

Præſertim, ſi de Muliere agatur honeſtæ conditionis, num. 72.

70 Leges civiles de concubinatu non ampliùs attenduntur.

73 Spurietas, etiam non probatâ ventris cuſtodiâ, excluditur, ſi de Muliere agatur publicæ non expoſita libidini.

74 Ad filiationem non requiritur probatio cuſtodiæ ventris, quando alia adminicula concurrunt.

75 Niſi Mater fuerit vilis fœmina, omnibus acceſſum præbens.

76 Pro filiatione ſi tractatus, ac denominatio urgeant, ab Allegante probanda eſt Matris inhoneſtas, ac meretricium de præciſo conceptionis tempore.

77 De filiatione ubi agitur, exceptio inhoneſtatis Matris, uti altioris indaginis, ad petitorium rejicienda eſt.

78 Poſſeſſio Bonorum in eum, qui filiationem impugnat, onus transfert probationis.

79 Legitimorum natalium defectus in Patre an obſtet filio ejus legitimo, quæſtio eſt inter Doctores, quorum alii adfirmant, eod. num. 79., alii negant num.80.

81 Illegitimorum ſimplici, & communi nomine à Teſtatore non adhibito, excluſio reſtricta cenſetur ad naturales, qui tempore ipſius mortis reperirentur.

82 In odioſis alii, præter expreſſos, non comprehenduntur.

83 Qualitas de legitimo matrimonio primæ ſubſtitutioni adjecta, non cenſetur in aliis repetita.

84 Secus, cum de majoratu agitur.

86 Verbum = Deſcendentes = aptum eſt comprehendere omnes ulteriores gradus in infinitum,

87 Legitimitatis qualitas à Teſtatore volita inter ſuos Deſcendentes, in omnibus gradibus cenſetur repetita.

88 Maximè in majoratibus, quando nobilis Fundator eſt.

89 Legitimatus à DD. de Campeggiis habetur pro verè legitimo ad effectum ſuccedendi.

90 Legitimandi facultatem ampliſſimam habent DD. de Campeggiis ex Pontificio, ac etiam Imperiali privilegio.

91 Legitimare poſſunt DD. de Campeggiis, etiam non citatis Subſtitutis, & intereſſe habentibus.

Extenditur autem ipſorum facultas etiam ad Spurios, Adulterinos, ac natos ex damnato coitu,

*coita*, num. 92., 93., 94., 101., & 102.
95 *Legitimati à DD. de Campeggiis cenſentur ab ipſo Principe legitimati.*
96 *Princeps facit, ſi quid ex ejus auctoritate fit.*
97 *Legitimi, & illegitimi differentia à jure ſcripto eſt introducta.*
98 *Eamque Princeps poteſt ſubmovere.*
99 *Legitimati continentur appellatione legitimorum, & naturalium*, & num. 135.
*Procedit, licèt agatur de excludendo alio filio Teſtatoris*, num. 104.
100 *Et ſunt propriè legitimi quoad omnes Juris effectus*, & num. 103.
105 *Principis beneficium non debet in alterius injuriam, & præjudicium verti.*
106 *Legitimatus à Principe ſuccedit non ex legitimatione, ſed ex lege.*
107 *Regulariter non imputantur, quæ in conſequentiam veniunt.*
108 *Legitimati videntur ſuis juribus, ac naturæ reſituti.*
109 *Legitimatio locum præſertim habet in jure quærendo.*
110 *Legitimatio quod ex* Conſt. Pii IV. *vim non habeat in præjudicium Tertii, procedit, ubi de jure quæſito agitur.*
111 *Vel, cum Legitimatis clarè reſiſtit voluntas Teſtatoris.*
*Et quando hæc reſiſtentia non ſufficiat?* num. 112., & ſeq.
112 *Legitimatus, licèt ei reſiſtat voluntas Teſtatoris, ad fideicommiſſum agnatitium admittitur, ſolà concurrente fœminâ*, & num. 135.
113 *Ad fideicommiſſum agnatitium fœmina, licèt ex maſculis, nequit ſuccedere.*
114 *Fœmina quoad ſucceſſionem ad fideicommiſſum agnatitium non dicitur de linea, quamvis ex maſculo procedat.*
115 *Fœmina agnationem non conſervat, ſed deſtruit, ac finit*, & num. 135.
116 *Fœmina in fideicommiſſo agnatitio, nec etiam in ſubſidium admittitur.*
*Et neque in concurſu remotiorum Agnatorum*, ibid.
117 *Fideicommiſſum agnatitium reſultat ex non interrupta Maſculorum vocatione.*
118 *Ex digreſſu ad plures ſubſtitutionum gradus.*
119 *Ex prohibitione alienationis.*
120 *Atque ex Fœminarum excluſione.*
121 *Præſertim Filiarum Teſtatoris.*
122 *Teſtator, excluſis à fideicommiſſo filiabus, multò magis ulteriores fœminas cenſetur excluſiſſe.*
123 *Fideicommiſſi agnatitii conjectura eſt, ſi Teſtator erat nobilis.*
124 *Et, ſi de Bonis agitur in familia pro ejus decore conſervandis.*
125 *Agnatio per Maſculos, licèt naturales, conſervatur, ſi legitimi, & naturales deficiant.*
*Procedit in naturalibus etiam non legitimatis*, ibid.
126 *Et præſertim, ſi legitimati ſint.*
127 *Maſculi illegitimi ſolent per Nobiles præferri filiabus, etiam in dignitatibus.*
128 *Legitimatorum admiſſio ad fideicommiſſum pro Legitimis relictum, quando ex conſuetudine Regionis locum habere dicenda ſit?* & num. 129., & ſeq.
129 *Legitimati ad munera Nobilium, admittuntur ex Hiſpaniæ conſuetudine.*
130 *Eademque conſuetudo viget in Italia.*
131 *Præſertim Bononiæ.*
133 *In fideicommiſſo perpetuo, & agnatitio Legitimati, aliis Agnatis deficientibus admittuntur, quamvis à Teſtatore excluſi.*
134 *Hæcque verior opinio eſt.*
136 *Legitimorum natalium defectu ſublato in Patre, filius ejus legitimus, admittitur.*

CUM in tribus variis, & diverſorum Teſtantium diſpoſitionibus controverſia verſetur inter D. Com. Agamennonem Alexandrum Pini, & D Mariannam Chriſtinam ejus neptem ex fratre Ageſilao, in qua meum judicium pro veritate exquiritur. Prima q. Galeatii Pini filii Ludovici ſenioris: altera q. Ageſilai ſenioris pariter de Pinis, & tertia q. Nicolai ejus filii, meliùs factum iri putamus, ſi de qualibet earum diſtinctè, & ſingillatim diſſerentes, quod ex ea pro utraque parte Juris emergat, videamus: ita enim expeditior, atque clarior erit reſolutio.

Rem igitur ordiendo à taeſtmento Galeatii: hic anno 1604. instituit heredes univerſales in omnibus Bonis ſuis mobilibus, & ſtabilibus Herculem ſuum filium, & nonnullos nepotes ex pluribus ſuis filiis jam præmortuis æqualiter, & in ſtirpes, abſque ullo onere, & vinculo, exceptâ tantum domo propriæ habitationis, ſuper qua particulare ordinavit fideicommiſſum his, quæ ſequuntur, verbis. = *Item voluit &c., quod domus magna habitationis ipſius Teſtatoris poſita &c. ſit, & eſſe debeat communis d. Herculis, & ejus nepotum, videlicet Galeatii q. Domini Agamennonis: Dyomedis, & Achillis q. Jaſonis: Cirri, & Petri Franciſci q. Theſei, & Galeatii, & Joannis Franciſci q. Scipionis: Et veniat in generali inſtitutione aliorum Bonorum ipſius Teſtatoris: & ſuccedat perpetuò de herede in heredem Deſcendentium ſuorum maſculorum legitimorum, & naturalium: & quod ipſa domus modo aliquo, ratione, vel causâ perpetuò alienari non poſſit per ejus heredes, & Deſcendentes prædictos, legitimos, & naturales: & quod in ea aliqui filii naturales Ludovici, & Augeſilai fratrum, & filiorum d. q. Theſei ejus filii præmortui; nec aliqui filii naturales, qui reperirentur inter ejus Deſcendentes, nullum jus habeant, nec habere poſſint, ſed ſint, & eſſe intelligantur omnino excluſi à d. domo, & ejus habitatione, & ab aliis Bonis d. Teſtatoris, ſed ſolùm illi de linea maſculina legitimi, & naturales &c.* = Deinde providendo nepotibus ità dixit: = *Et ſimiliter Aurelia, Theodoſia, Cornelia, Laurentia, Veronica, & Judith ejus neptes, caſu neceſſitatis poſſint habere aditum, cohabitationem, & alimenta in dicta domo cum ſuis heredibus, contribuendo fructus dotium ſuarum &c.* =

Deſcendentia Teſtatoris proficiſcens ex ſupradi-

dicto Cyrro nepote inſtituto, reſidet in D. Agamennone Alexandro (quem ſimpliciter Agamennonem nominamus) & Ageſilao fratre, inter quos nulla umquam fuit de ſucceſſione controverſia: ſed, nuper defuncto Ageſilao, relictâ Mariannâ filiâ, inter Patruum, & neptem quæſtio oritur: uter ex eis in d. particulari fideicommiſſo ſuccedere debeat: an verò ſimul admittendi? Cum fœminæ quidem obſtare videatur qualitas maſculinitatis, & agnatitia per Teſtatorem expreſſa: Agamennoni verò qualitas legitimorum natalium etiam requiſita, quæ ſupponitur deeſſe in radice ſui Patris. Etenim Dominus Agamennon eſt filius legitimus, & naturalis q. Vincentii, qui tamen erat illegitimus, & naturalis q. Ageſilai nepotis dicti Cyrri.

Verùm, quia non ſolùm de illegitimis natalibus d. Vincentii opponitur, ſed ipſa etiam ejus naturalis filiatio ex d. Ageſilao impugnatur, & ex toto fit ei controverſia ſtatus; revocando in dubium, an Agamennon, ejuſque Pater ſint quoquo modo deſcendentes à Teſtatore: ideo, cum hæc ſit præjudicialis quæſtio in primis exa-
2 minanda, ad notata *in §. Præjudiciales Inſtit. de actionibus*; primò videbimus: an conſtet nec ne filiatio d. Vincentii ex Ageſilao, ut non, ſi illa deficiat, omnis alià inveſtigatio in vanum aſſumatur.

Pro ratione d. filiationem naturalem negandi aſſertur, quod non probatur, nec probari poſſit, quod Ageſilaus habuerit Matrem Vincentii in
2 ſchemate concubinatus, neque ventri cuſtodia fuerit appoſita, quibus deficientibus, filiatio in Jure ſucceſſòrio probata dici nequit; contrà verò ad illius probationem aſſertur ſchedula Baptiſmi, in qua Vincentius denominatur filius Ageſilai de Pinis: cura Ageſilai, quod Mater Vincentii in Monaſterium ſe reciperet: enunciativa ejuſdem in teſtamento, quod Vincentius erat ſuus filius: confeſſio, quod ejus mandato, & voluntate fuerat educandus traditus &c.: legatum pro omnibus impenſis neceſſariis ad ſtudium, ut bonis artibus, & diſciplinis ille erudiretur, & lauream doctoralem conſequi poſſet: Injunctum onus heredibus, ut ejus legitimationem impetrarent: legatum pariter alimentorum ad vitam, & ſubſtitutio illius ultimo Deſcendenti: Et tandem agnitio, & confeſſio Nicolai filii legitimi, & naturalis ejuſdem Ageſilai, qui d. Vincentium heredem fecit uti ſuum fratrem, & filium naturalem communis Patris.

Quibus quidem perpenſis, animus profectò rapitur potius ad aſſerendam pro vera filiationem, quàm eam negandam. Etenim illud primò cer-
3 tum eſt, quod filiatio reſpectu Patris, impoſſibile eſt, ut directè, concludenter, & perneceſsè probetur, cum punctum illud conceptionis ſub
4 ſenſu non cadat, ut notant communiter Scribentes in *leg. filium ff. de his, qui ſui, vel alien. Jur. ſunt, & in leg. Lucius Titius* 83. *ff. de condit., & demonſtr., Canoniſtæ in cap. illud de præſumpt. Lap. alleg. 94. num. 3., Caranza de partu cap. 20. quæſt. 4. num. 33., Card. Paleot. de noth. cap. 21., Maſcard. de probat. concluſ. 787., Menoch. de præſum. quæſt. 58. num. 12., & lib. 6. præſum. 53., & de arbitr. Judic. caſ. 89.* aſſerens eleganter illud *Homeri de Thelemaco.*

*Ex illo mater natum mè dicit; at ipſe*
*Neſcio; nam certum quis poſſit ferre Parentem?*

*Rot. in Bononien. Fideicommiſſorum inter rec. dec. 125. num. 2. part. 15., cum aliis in Romana Filiationis 21. Novemb. 1710. §. Quoniam in princ. cor. R. P. D. Aldrovando.* Ideoque ſufficiens reputatur probatio, quæ ex conjecturis; & præſum- 5
ptionibus elicitur, *Gloſſ. in d. leg. Lucius Titius ff. de condit., & demonſtr., & in leg. 3. Cod. de alend. liber., Bartol. in leg. 1. num. 1. & 2. Cod. quorum Bonorum, Bald. in leg. non ignorat Cod. qui accuſar. non poſſ., Maſcard. d. concluſ. 790., & Menoch. d. præſum. 53. lib. 6. per tot., Mantic. de conject. ultim. volunt. lib. 11. tit. 12. ſub n. 11., Pariſ. lib. 2. conſ. 10. num. 35., Marcian. conſ. 51. num. 1., Theodor. alleg. 18. num. 29., Petr. de Fideicomm. quæſt. 11. num. 184., Rot. coram Ottobon. deciſ. 251. num. 17. & ſeqq., coram Emerix jun. dec. 325. num. 4., dec. 334. num. 9., dec. 533. num. 3., & prius cor. Carill. deciſ. 126. num. 3., & in rec. deciſ. 167. num. 3. part. 8., & deciſ. 100. num. 1. part. 18.*, & alibi ſæpiſſimè.

Eòque magis conjecturis deferendum eſt, quando agitur de filiatione naturali, & illegiti- 6
ma, *Paſchal. de patr. poteſt. part. 2. cap. 2. n. 12., Caſtill. contr. lib. 5. cap. 104. num. 6., quos ſequitur Noguerol. alleg. 25. num. 24. & ſeqq., Tapia deciſ. Neapol. 37. num. 7.* Et quod hoc procedat non minus in una, quàm in altera, tradiderunt 7
*Innocent. in cap. Michael*, & ibi *Hoſtienſ., & Butr. de fil. Presbit., Alex. conſ. 88. n. 7. lib. 7.*, ubi agit de filiatione illegitima, *Roland. conſ. 27. num. 30. lib. 3., Pariſ. conſ. 10. lib. 2. num. 70., Surd. conſ. 1. ſub num 46. verſ. & prædicta, Maſcard. concluſ. 780. num. 25. & 26., Rota in Bononien. Fideicommiſſi part. 15. rec., deciſ. 246. num. 17., & cor. Pamphil dec. 158. n. 4., & coram Dunozet. ſen. dec. 8. n. 1. & 17, cum aliis cumulatis in dicta Romana Filiationis 21. Novembris 1710. d. §. Quoniam verſic. eòque propter coram R. P. D. Aldrovando.*

Conjecturæ verò, & quidem uberrimæ in noſtra hypotheſi deſumuntur; primò ex fide Ba- 8
ptiſmatis, quæ, licèt regulariter aſſerri ſoleat ad probandam ſolam ætatem; nihilominùs, quando 9
in ea Pater ipſius baptizati deſcriptus apparet, vehemens filiationis etiam argumentum præbet, 10
*Surd. d. conſ. 1. n. 45., Giovagn. conſ. 21. lib. 1., Rota, ceteris omiſſis, part. 5. rec., deciſ. 409. num. 5. & 6., repetit. apud Merlin. dec. 488. coram Royas dec. 159. n. 4. coram ſan. mem. Alexandro VIII. in Bononien. Fedeicommiſſi de Bologninis dec. 251. num. 2. & 3., coram Emerix. jun. deciſ. 645. n. 2.*, ubi loquitur de filio naturali; Eſt enim Baptiſmus quidam actus, qui ad curam ſpectat Paren- 11
tum, in quorum fide fit illa fidei profeſſio, *Canon. quæris de conſecrat. diſtinct. 54. cap. majorum de Baptiſm., Rot. cor. Ubald. dec. 155. num. 3., & in rec. dec. 217. num. 15. part. 15., dec. 212. num. 6. & 7. part. 19., & in Romana Filiationis 4. Februarii 1699. §. In hypotheſi verſic. ut de cura cor. bon. mem,*

mem. Muto, & optimè ad rem noſtram ad orna-
tum clar. me. Card. de Luca in Mantiſs. tom. 10.
decif. ·ₐſub numo. verſ. quin ɔit. ubi = quod nemo
cordatæ mentis ſuaderi poteſt, quod Parochus ta-
12 lem denominationem filio illegitimo Baronis dare,
& inſcriptis ad æternam memoriam deducere vo-
luiſſet, niſi vel ipſe Pater hoc dixiſſet, vel noto-
rius eſſet concubinatus &c. =, & ita etiam fuit
dictum in Mediolanen. Cappellaniæ 23. Martii
1693. coram Rño Molines:

Sin autem ſola non probat, certè adjuta aliis
13 adminiculis fides Baptiſmi filiationem, & Pa-
trem concludenter demonſtrat, ut communiter
tradunt Caſtill. controv. Jur. lib. 5. cap. 104. n. 9.,
Nogueroll. allegat. 25. num. 57., Randenſ. de ana-
log. cap. 30. num. 57., Novar. in prax. elect. for.
part. 1. ſect. 3. quæſt. 10. n. 7., Merlin. Pignatell.
centur. 2. contr. 84. num. 8., ubi multos refert,
clar. me. Card. de Luc. de Fideic. diſc. 193. n. 10.
verſ. ſecundo ex fide, Rota cor. Cavaler. dec. 128.
num. 2., coram Buratto decif. 709. num. 5., coram
Celſo decif. 347. num. 3. part. 1. rec., dec. 472. n. 9.
part. 1., decif. 132. num. 2. part. 2., decif. 331. n. 2.
part. 8., dec. 98. num. 18. part. 8., & coram Eme-
rix jun. dec. 645. num. 8. verſ. tum etiam, dec. 282.
num. 6. part. 17., decif. 393. num. 7. verſ. quæ jun-
ctis adminiculis &c. part. 18., cor. Pamphil. decif.
117. num. 8., & decif. 455. num. 9. verſic. pariter
fides Parochi &c. ubi plenè concord., & in Ave-
nionen., ſeu Vaſionen. primogenituræ apud Bal-
ducc. tit. 3. de legat. decif. 12. num. 16. verſic. ex
fide autem: ubi, quod ita conſtanter tenuit Rota
etiamſi levioribus adminiculis ipſa fides Baptiſ-
mi fulcita ſit, & conſonat eadem Rot. cor. Coc-
cin. dec. 219. num. 5., cor. Carill. dec. 7. num. 2.,
coram Dunozet. jun. dec. 770. num. 8., & in rec.
dec. 641. num. 2. part. 3., dec. 511. num. 1. part. 5.,
dec. 359. num. 20. & 21. part. 6., & in Ferrarien.
Fideicommiſſi 9. Februarii 1693. §. Sigiſmundus
autem cor. Rño Molines.

Plurima autem, & quidem ſuperlativa in no-
ſtra hypotheſi concurrunt adminicula, & de-
monſtrationes, quibus, tametſi deficeret fides
Baptiſmi, concludenter probata dici poſſet filia-
tio; ſeſe enim primò offerunt denominationes,
14 ſeu enunciativæ factæ per Patrem, & quidem in
actibus valdè proportionatis; Etenim Ageſilaus
in teſtamento declarat, quod Vincentius uti ſuus
15 filius fuerat per ſe ipſum commiſſus educationi
Jo: Dini. Gravat eumdem Vincentium, ut men-
ſtruam penſionem ſolvat Matri ſuæ, donec illa
viveret. Legat eidem Vincentio plenaria ali-
menta ad vitam, in quocumque ſtatu reperire-
tur: impenſas ejus pro ſtudio ſive domi, ſive
in aliquo Collegio, vel Academia &c., & man-
dat, ejus legitimationem impetrari, declarando
iterum ex propoſito, illum eſſe filium ſuum na-
turalem, ſuo ipſius ordine baptizatum, atque
educatum, & denique, inſtitutis aliis filiis legiti-
mis, & naturalibus, ultimo eorum ſubſtituit
eumdem Vincentium: ex quibus ſanè veritatem
ipſius filiationis argui, tradunt Bart. in leg. 1. §.
Quod Senatus Conſultum n. 3. ff. de liber. agnoſc.,
Bald. in cap. ex tranſmiſſa n. 4. de reſtit. ſpoliat.,
Gozzadin. conſ. 12. num. 12., & conſ. 13. nu. 42.,
Pariſ. late conſ. 10. lib. 2. num. 47. & ſeqq., Surd.
d. conſ. 1. n. 47., Menoch. de arbitr. caſ. 89. n. 78.,
& præſum. 53. lib. 6. num. 39., Maſcard. de pro-
bat. concluſ. 397., ut in ſpecie de denominatione
facta in teſtamento, tradit Rota coram Bichio de- 16
ciſ. 7. num. 1., quam ait probare etiam contra
Extraneum, Ruin. conſ. 53. num. 6. & 7. lib. 1.
poſt Bald. in c. ex tranſmiſſa de reſtit. ſpoliat.,
Aretin., & Felyn. in C. per tuas de probat., Præ-
poſ. in C. tranſmiſſæ in fin. qui fil. ſint legit., Alex.
conſ. 88. num. 8. lib. 7., Natt. conſ. 235. num. 1. &
ſeqq., Cephal. conſ. 48. num. 15., quos ſequitur Rot.
part. 1. recen. decif. 472. n. 8., Rodulf. alleg. 107.
n. 20., Beltram. qui concordantes adducit ad Ludo-
viſ. decif. 349. in fine, Valenzuel. conſ. 169. n. 65.,
& Rot. in Romana Filiationis ſuper bono jure 8.
Aprilis 1707. §. final. verſic. vel quatenus coram
bon. mem. Omanna, & de ſimilibus denominatio- 17
nibus factis in aliis actibus Valenzuel. d. conſ. 169.
num. 80., Ancharan. quæſt. famil. 25. n. 8. lib. 3.,
Prat. diſcept. foren. cap. 40. n. 15. & 16. tom. 1.,
Rot. in Carpentoraten. Filiationis 14. Januarii
1704. cor. Rño Molines, & in Romana Filiatio-
nis 21. Novembris 1710. §. Ex quibus in fin., &
§. Non obſtante in princ. cor. R. P. D. Aldrovan-
do; Multòque magis tales denominationes ur-
gent, quia geminatæ, & repetitæ noſcuntur, Ca- 18
ſtrenſ. in leg. non Epiſtolis num. 3. Cod. de probat.,
& conſ. 151. num. 2. lib. 1., Emilian. conſ. 94. n. 9.
& 11., Paleoth. de noth., & ſpur. cap. 23. nu. 2.,
quos ſequitur Menoch. d. præſum. 53. n. 40. verſ.
declaratur, & de arbitrar. caſ. 89. num. 81., Pe-
regrin. de Fideicom. art. 43. num. 77., clar. mem.
Card. de Luc. de Fideic. diſc. 193. num. 9., Beltra-
min. ad Ludoviſ. dec. 349. num. 8. in fin. verſ. quod
procedit etiam, Rot. part. 1. rec. decif. 472. nu. 8.
part. 2., decif. 641. n. 1. & ſeqq. part. 5., dec. 408.
num. 4. part. 11., decif. 310. num. 4. coram Bich.,
dec. 434. num. 2. & ſeqq., coram Emerix dec. 645.
num. 5., & in Romana Fideicommiſſi de Martellis
21. Februarii 1698. coram Rño Molines, quæ eſt
ad ornat. clar. me. Card. de Luc. tom. 10. decif. 15.
num. 10., & in Romana Officii 16. Martii 1694.
§. Sed dato coram clar. mem. Card. Caſar., & in
Amerina Fideicommiſſi ſuper agnatione 15. Junii
1708. §. Et prima cor. R. P. D. Lancetta.

At, cum ſemper melius ex factis, quàm ex
verbis veritas eruatur, ad tradita per Caſtill. 19
contr. Jur. lib. 1. cap. 2. num. 117. & ſeqq., ſi hæ
ſolæ denominationes juſtam præbent conjectu-
ram filiationis, quantò magis illa probata dice-
tur ex actibus ipſis, & tractatu exhibito uti filio,
hi quidem adeo certam præbent filiationis præ- 20
ſumptionem, ut illa non deſtruatur, etiamſi con-
traria appareat fides Baptiſmi; potuit enim in
Baptiſmi annotatione Patris nomen reticeri ad 21
occultandum ejus dedecus, Gozadin. conſ. 13. nu.
46., Pariſ. d. conſ. 10. num. 85., Decian. conſ. 1.
num. 131., Rot. coram Celſo dec. 226. num. 13., &
coram Emerix jun. dec. 708. num. 2., contra verò
actus, qui, imperante, & urgente naturâ, in filium 22
exhibentur, verè Patrem oſtendunt, verè filia-
tionem probant, hinc benè dixit Bald. in leg. non
igno-

*ignorat num. 4. Cod. qui accuſar. non poſſ.*, quod magis ille præſumitur filius, qui uti filius tracta-
23 tur, quàm qui filius nominatur, quem ſequitur *Alexand. conſ.* 88. *num. 7. lib.7.* plura ad propoſitum adducens, *Noguerol. allegat.25. ſub n.58.*, *Merlin. Pignatell. contr.84. num.16.*, Pater enim
24 eſt, qui actus paternos gerit, ut ait idem *Bald. loc. citat.* Nec diſſimile fuit ſapientiſſimi Regis Judicium in illa celebri contentione duarum matrum de filio; nam, ut vidit, unius ex eis maternâ charitate viſcera commoveri ad comminatam filio mortem; ſtatim pronunciavit: hæc mater ejus eſt, quod refertur in *cap.2. de præ-*
25 *ſumpt.*, ideoque hinc promanat receptiſſima illa traditio, de qua *Gloſſ.*, *Felin.*, *Abb.*, *& Butr. in cap. per tuas de probat.*, *& in cap. Michael de fil. Presbiter.* „*Civiliſtæ in leg. non nudis Cod. de probat.*, *& leg. 1. Cod. quor. bonor.*, *Dec. d. cap. per tuas*, *& conſ. 54.*, *Surd. conſ. 1. à num. 46.*, *Menoch. de arbitr. caſ. 89. num. 60.*, *Rot. coram Ottbobon. deciſ.137. num.15. & ſeqq.*, *& dec.251. num.5. coram Emerix, deciſ. 645. num.4. part.11.*, *deciſ.310. num.4.*, & alibi ſæpiſſime.

Qui autem ſint hujuſmodi actus, declarat idem
26 *Bald. in cap. per tuas de probat. num. 5.* ibi = *ſed modò quæritur qui ſint iſti actus, per quos dicitur homo tractari uti filius? reſpondeo: illi, qui conſueverunt circa filium exerceri, ut alere ipſum in Domo, mittere ad ſcholas, inſtituere in teſtamento, facere illi veſtimenta differentia à famulis, ſcri-*
27 *bere eum in natalibus, & ſimilia* =, quem refert *Merlin. Pignatell. d. contr.84. num.31.*, *& Rot. in Romana Filiationis ſuper bono jure 8. Aprilis 1707. §. final. cor. bon. mem. Omanna* ibi = *Vel quatenùs reſultarent ex actibus feriis, & proportionatis, puta legitimatione partus, donatione, aut inſtitutione &c. cum expreſſione paternitatis &c.* =, *& in d. Romana Filiationis 21. Novembris 1710. §. Ex quibus*, *& §. Non obſtante coram R. P. D. Aldrovando*. Actus ergo paternus judicatur, ſi curet, filium lactari, & alimenta nutrici præſtet, *Giovagnon. conſ. 71. num. 2. & 3. lib. 1.*, *Surd. conſ.1. num. 46.*, *Rot. in rec. part. 6. deciſ. 314. num.7.*, *& part. 11. deciſ. 310. num.3.*, *Maſcard. concluſ. 788. ſub num. 38. verſ. ſecundus ex lactatione*, *Paſchal. de patr. poteſt. part.2. cap.2. num. 27.*, *Noguerol. allegat.25. n.58.*, *Caſtald. conſul. 100.*, *& conſul.121. utrobique num.3.*, *Prat. diſcept.90. n.24. lib.1.*, *de Angel. de Confeſſ. lib. 2. quæſt.7. num.45. verſic. ſecundò ſucceſſivè*, *Rot. in rec. dec.318. num.14. part.13.*, *deciſ.125. n.21.*, *deciſ.217. num.6.*, *& dec. 245. num.1. part. 15.*, *dec.212. num.8. & 9. part.19.*, *& cor. Emer jun. deciſ. 645. num 3.*, *& in Romana, ſeù Peruſina Filiationis 3. Martii 1690. §. Conjecturæ cor. clar. mem. Card. Caprara*, *& in altera Romana Filiationis 4. Februarii 1699. §. In hypotheſi propè fin. cor. bon. mem. Muto*; Si natum, prout in ſuo te-
28 ſtamento præcepit Agentibus, legitimari voluit, *Cyn. Bald.*, *& Salycet. in leg. non Epiſtolis 13. Cod. de probat.*, *Bald.*, *idem Angel.*, *& Salycet. in leg. neque profeſſio Cod. de teſtam.*, *Roland. conſ.96. num.47. tom.3.*, *Pariſ. conſ.10. num.67.*, ubi, quòd hoc ſolum dat ſufficientem præſumptionem, & probationem, & priùs *num. 62.*, *Surd. conſ.1. num. 49.*, *Maſcard. d. concluſ. 788. ſub num. 38. verſic. ſeptimus*, *Merlin. Pignatell. contr. 84. num. 34. & ſeqq.*, *Peregrin. de Fideicom. art.43. n.78.*, *Prat. diſcept. 48. n. 8. lib.2.*, *Barz. deciſ.95. num.15.*, *Rot. part. 1. diverſ. dec. 238. num. 10.*, *& coram Seraphin. dec. 1331. ſub num.8.*, *& in dicta Romana Filiationis ſuper bono jure 8. Aprilis 1707. d. §. final. cor. bo. me. Omanna* ibi = *puta legitimatione partus &c.* = *& in dicta altera Romana Filiationis 21. Novemb.1710. §. Ex quibus verſic. tum etiam quia cor. R. P. D. Aldrovando*. Si alimenta legaverit, & juſſerit, eum
benè educari, & inſtrui, *Pariſ. loco citat. nu.61.*, 29
*Surd. num.70.*, *Felin. in cap. per tuas num.21. de probat.*, *Caſtill. lib.5. cap.104. n. 16.*, *Noguerol. alleg. 25. n. 80. verſ. nova conjectura*, *Rot. dec.1. ante num.1.*, *& dec.238. num. 7. part.1. diverſ.*, *& in rec. dec.314. num.6. part.5.*, *dec.217. nu.5. part.15.*, *& dec.100. n.31.*, *& deciſ.627. nu.13. part.19.*, *& cor. Bich. dec.7. num.1. & 2.*, *& in d. Romana Filiationis 4. Februarii 1699. §. Neque huc deſtitit verſic & de educatione in ſcientiis*, *& §. Domum verſic. ſicat de ſimili legato cor. bon. mem. Muto*, in ſpecie loquentes de præcepto Teſtatoris facto heredibus, ut filium ſuum naturalem diſciplinis, & bonis artibus in ſcholis erudiri curarent, ſi curam ſuſcepit Matris pueri eam
in aliquo loco decenti, & tuto collocando, ut 30
in puncto poſt *Surd. Noguerol. d. alleg.25. n. 55. verſ. ſecunda conjectura*, ut fecit Ageſilaus, qui illam in Monaſterio collocavit, & generaliter, ſi
puerum domi inter liberos retineat, & eam de 31
illo gerat ſolicitudinem, quam Patres de filiis habere ſolent, ut *dixit Bald.*, & reſpondit *Rota* locis ſupra allegatis, & præcipuè *coram Emerix. jun. deciſ.645. num. 4.*, quod quidem facile erit agnoſcere, nam neque paternus amor ita exiguus
eſt, ut ſupprimi valeat: nec ita diſſimulari po- 32
terit, ut non appareat, *quis enim benè celat amorem?*

Argumenta hæc filiationis deſumpta ex dictis, & factis Ageſilai Patris, quamquam exuberare poſſe videantur, nihilominùs validiora redduntur, quia coadjuvantur ex ſimilibus denomina-
tionibus, & tractatibus Vincentio exhibitis ab 33
aliis Conſanguineis, qui agnoſcendo puerum uti conjunctum, & de familia, ejus filiationem approbarunt, & confirmarunt, quæ ſanè eorum approbatio plurimi facienda eſt, tum quia veritatem hujus rei magis illi ſcire poterant, tum etiam quia propter intereſſe proprium in ſucceſſione nullo modo permiſiſſent, vel in opinione hominum filiationem recipi, niſi illa vera fuiſſet, *Peregrin. de Fideic. art. 43. num. 76.*, *Maſcard. concluſ.790. num.16. verſ. nec illa probandæ filiationis*, *Genua de verb. enunciat. l.2. quæſt. 33. num.19. & 29.*, *Noguerol. allegat.25. n.79.*, ubi, quod, ſicut ex nominatione Patris probatur
filiatio, ita & eâdem ratione ex nominatione, & 34
tractatu fratrum, & conſanguineorum, & loquitur in caſu, quo, ut fecit Nicolaus, frater legitimus, & naturalis fratrem naturalem in teſtamento inſtituerat, *Rot. apud Farinac.*

*in Poſtb. tom.1. deciſ. 76. num 2.*, *coram Emerix jun. deciſ. 325. num. 3.*, *confirmata deciſ. 334.*,
35 ubi, quod ex denominatione, & tractatu Patris, aliorumque ad fideicommiſſum vocatorum benè probatur filiatio, & *dec.645. num.6. coram eodem, ubi aliæ concordan. deciſiones allegantur*, *coram Royas dec.159. num. 7. & ſeqq.*, & *part. 15. dec. 125. nu.27.*, ubi, quod Conſanguinei circa hoc
36 rigidi ſolent eſſe, quod idem prius conſideraverat coram *Ubald. ſen. deciſ.90. num. 8.*, & *coram Card. Cerr. dec.072. num. 18.*, & *coram ſan. me. Alexan. VIII. dec.351. nu.8. & ſeqq.*, & *in rec. dec.472. n.8. part.1.*, *deciſ.246. n.16. part. 15.*, & *in Mediolanen. Prioratus ſuper dubio ignobilium 15. Junii 1703. §. Agnoſcebant*, & *19. Novemb. ejuſdem anni §. Neque ſubſiſtit cor. Illmo Scotto Almæ Urbis Gubernatore*.

Nil ergò mirum, quod Vincentius, qui ab Ageſilao agnoſcebatur uti filius, & à Conſanguineis, etiam uti talis tractabatur, agnitus, & reputatus fuerit tamquam Ageſilai filius ab omnibus quoque aliis Extraneis, qui ſanè tractatus à
37 cunctis palam illi præſtiti, nedum ſcientibus, & patientibus, ſed gratè eos accipientibus, atque approbantibus ejus Patre, ac universâ familiâ, proculdubio omnium ſupereminens præbent filiationis argumentum, *Maſcard. de probat. concluſ. 790. num.16. & ſeqq.*, *Noguerol. alleg. 25. n.29. & 85.*, *Merlin. Pignatell contr. forenſ. centur.2. cap.8. num.31. & ſeqq.*, *Gratian. diſcept. forenſ. 354. n.27. & 32.*, *Rot. coram Seraph. dec. 1331. n.5. verſ. & pro tali*, *Merlin. dec. 383. ſub n. 8.*, *Ubald. deciſ.90. num. 8. verſ. & præter intereſſe*, *In Romana filiationis 23. Junii 1683. §. Tertio ex pluribus coram clar. me. Card. Caccia, in Carpentoraten. Fideicommiſſi 12. Januarii 1699. §. Tertio demum coram clar. me. Card. Caprara*, & *in Avenionen., ſeu Vaſionen. Primogenituræ 21. Junii 1700. §. Quibus accedit coram bon. me. Ja[illegible]metto, cum aliis in Amerina Fideicommiſſi de Geraldinis ſuper agnitione 23. Januarii 1708. §. Non relevante penult. cor. R. P. D. Lancetta*, & *in confirmatoria 15. Junii ejuſdem anni §. final. in fin. cor. eod.*
38 Nec obſtare[?] urgent ſimiles tractatus, quia nulla inoeſt veriſimilis cauſa, ob quam illi ſimulate, vel per errorem geſti dici queant, ut conſiderat *Rota in d. Avenionen., ſeu Vaſionen. Primogenituræ loco citato*, atque etiam, quia longiſſimo tempore, quoad nempe Pater, ceterique omnes Conſanguinei vixerunt, nemine umquam
39 reclamante, continuati fuerunt, licèt illos ad effectum probandi filiationem, & in illius quaſi poſſeſſione conſtituendum filium ſufficiat longè breviori tempore fuiſſe geſtos, *Barbat. conſ. 68. verſ. item nec etiam lib.4.*, *Ferret. conſ.48. n.3.*, *Gratian. diſcept. 754. num. 43.*, & *benè Rota in dicta Avenionen. apud Balducc. dec.12. nu. 12.*, & *priùs dec.246. num.16. part.15.*, & *deciſ. 44. num.6. & 19.*

Quamobrem jure, meritòque ex his omnibus
40 promanavit conſtans fama filiationis Vincentii ad poſteros omnes tranſmiſſa, quæ ſi ſufficiens reputatur ad illam probandam, *Butr. in cap. tranſmiſſæ qui fil. ſint legit.*, *Alexand. conſ. 51. num. 2. lib. 1.*, & *conſ. 88. num. 9. lib. 7.*, *Dec. conſ. 54. num. 3.*, *Pariſ. conſ. 10. num. 57.*, & *conſ.13. num.9. lib.2.*, *Alciat. reſponſ.6. nu.22.*, *Marant. reſponſ.74. n.13. tom. 1.*, *Capyc. Latr. conſul. 50. a num. 41. tom. 1.* ob eam rationem, quod fama verſari præſumatur circa res veras, vel veritati proximas, ut ait *Bald. in leg. filium* 41
*colum.2. ff. de his qui ſunt ſui*, ideoque in rebus dubiis magnam præſtat conjecturam, *cap. illud de præſumpt.* ſupplendo probationem, quæ aliunde haberi non poteſt, *Dec. in cap. 1. num. 13. de* 42
*appellat.*, *Jaſon. in leg. cum ea num. 5. Cod. de tranſact.*, eadem ſufficiens dicenda erit non ſolum ad conſtituendum filium in quaſi poſſeſſione filiationis, ſed ad illam plenè probandam, ut mox allegatas auctoritates ſequendo, notant 43
*Gozzadin. conſ.13. num. 30.*, *Surd. conſ.1. n.48. verſ. quinto confirmatur*, *Menoch. de arbitr. caſ.89. num.86. & ſeqq.*, ubi contrariis reſpondet, notans etiam ad confirmationem hujus opinionis, 44
plura in Italia edita fuiſſe ſtatuta, quod filiatio ex fama probetur, ut *num. 93. & ſeq. & de præſumpt. lib.6. præſum.53. num. 43. verſ. quarta eſt*, *Maſcard. de probat. concluſ.791. per tot. num. 4.*, juncto *nu.9.*, inquiens, illam, quando eſt inveterata in hominum memoria, ſufficere, etiamſi ſola ſit, nulliſque aliis coadjuvetur adminiculis, 45
*Paleot. de noth.*, & *ſpur. cap. 23.*, *Thomas de legit. tit 13. cap.7. num. 313.*, *Noguerol. allegat. 25. num. 87. verſ. undecima conjectura*, *Caſtill. contr. Jur. lib. 5. cap. 104. num. 13. verſ. quarta eſt*, *Pacian. de probat. lib.2. cap.6. num.31.* ibi = *Item, quando probatur, quod communi opinione vulgi talis reputabatur filius Sempronii, & communiter ab omnibus communi voce, & famâ pro tali habebatur, hoc ſufficit abſque eò quòd probetur, ipſum fuiſſe tractatum tamquam filium* =, *Petra de Fideicom. qu. 11. ex num. 439.*, *Gratian. diſcept.157. num.9. & ſeqq.*, *Intrigliol. deciſ. 58. num.48.*, *Rot. coram Merlino deciſ.558. num.9.*,
*ubi, quod fama, & opinio filiationis eſt quoddam* 46
*totius populi* teſtimonium, & magni facienda in hac re, *deciſ.197. ſub num.13.*, *in rec. deciſ.318. num.11.*, & *dec.475. num.1. & ſeqq. part. 13.*

Si, inquam, ſola fama ſufficiens reputatur ad probandam filiationem, ob eam ſolam præſumptionem, quod illa verſetur circa res veras, vel veritati proximas; profectò concludentem probationem præſtare cenſenda erit in noſtro caſu, in quo illa nulla minimè noſcitur ex dubiis, atque incertis initiis, ſed, utpotè promanans ex tot ſu- 47
pra recenſitis actibus univocis, maximèque proportionatis ad probandam filiationem, nedum primordium, ſed certam habere dicitur cauſam veritatis, quâ conflari, & ad poſteros tranſmitti potuerit, *Bartol in leg. de minore §. Plurium ſub num.31. verſ. idem dico ff. de quæſt.*, & *in leg. 3. §. Ejuſdem ff. de Teſtib.*, *Butr. in cap. tranſmiſſæ verſ. quandoque adeſt, ibique etiam Abb. num.10. verſ. aut probatur ſolâ famâ qui fil. ſint legit.*, *Rot. coram Buratt. dec.447. num.5.*, *coram Dunozet jun. dec.981. num.3.*, *coram ſan. mem. Alexand. VIII. dec. 351. num. 7.*, & *cor. bon. mem.*

Eme-

*Emerix jun. deciſ. 553. num. 8.*, *& in rec. dec. 125. num. 13.*, *15.*, *& num. 29.*, *ubi = quod ſuffi. it ſola communis reputatio*, *& fama publica ex legitimis cauſis promanans = part. 15.*, quo caſu in dubium venire nequit, quin plenè probet filiationem,
48 etiam in caſu, quo agatur de illa aſſerenda, ſtatuendaque favore filii extra figuram Matrimonii ſuſcepti, *Soccin. jun. conſ. 65. num. 7.*, *& ſeqq. lib. 4.*, *Roland. conſ. 22. num. 30. lib. 3.*, *Burſat. conſ. 98. num. 5.*, *Maſcard. de probat. concluſ. 791. num. 11. verſ. primam concluſionem*, *Rota coram Burat. dec. 725. num. 3.*, *& 4.*, *coram Put. deciſ. 606. lib. 2.*, *cor. Cæſar. de Graſſ. deciſ. 6. num. 8. tit. qui filii ſint legit.*, *& coram Ubald. dec. 155. num. 7.*, *& in rec. dec. 310. num. 6. part. 11.*, *& dec. 125. num. 6.*, *& 12. part. 15.*, *& dec. 627. num. 15. part. 19.*; præſertim verò, ſi cum fa-
49 ma concurrant, ut in caſu noſtro, tot, tantaque adminicula, *Petra de Fideicomm. quæſt. 11. num. 450.*, *& ſeqq.*, *Alexand. Trentacinq. variar. reſol. lib. 1. tit. de filiat. reſp. 1. num. 12.*, *& ſeqq.*, *Caſtill. contr. Jur. lib. 5. cap. 104. ſub num. 13. verſ. & quod id procedat*, *Rot. poſt Merlin. de legit. deciſ. 51. num. 4.*, *& ſeq.*, *& coram Merlin. deciſ. 658. num. 2.*, *juncto num. 9.*, *& coram Ninot. dec. 13. num. 4.*

Quamquam verò, tantiſque argumentis his omnibus ſuperlativè probata videri poſſit filiatio Vincentii, nihilominus adeò rigidæ probationes minimè requiri viderentur in caſu noſtro, in quo, juxta ea, quæ latiùs ſuo loco deducemus, ſi
50 ſpectemus patrios mores Civitatis Bononienſis, inviſa non eſt proles ex fortuitis amplexibus ſuſcepta, in ea autem Civitate ſpectatur vinculum naturæ, & ſanguinis, ideòque filios naturales,
51 ab eiſque deſcendentes, veluti agnatos, & de eorum familia reputant; ideòque, & ſupervenienté legitimatione, admittuntur ad munera publi-
52 ca Civitatis, prout teſtantur *Giovagnon. conſ. 21. num 43. lib. 1.*, *Paleotb. de Noth.*, *& Spur. cap. 59. in fin.*, *Caſtald. conſul. 174. num. 15.*, *clar. me. Card. de Luc. de Fideicomm. diſc. 68. num. 8.*, *& de donat. diſc. 62. num. 14.*, *Rot. in Bononien. Fideicommiſſi de Manzolis 14. Januarii 1697. §. Doctores*, *coram bon. mem. Urſin. impreſſ. in Mantiſ. ad eumd. Card. de Luc. de Fideicomm. dec. 84. n. 5.*, *in Comen. Capellaniæ 31. Martii 1702. §. Secunda cor. Emo de la Tremoille*, *& in Bononien. Fideicommiſſi de Urſis 10. Maii 1709. §. Ultra quod cor. R.P.D. Aldrovando*; quâ admiſſione probari filiationem, tradit *Rota coram Merlin. deciſ. 897. num. 14.*, *& in rec. dec. 151. ſub num. 2. verſ. admiſſio ad publica Civitatis officia*, *& dec. 379. ſub num. 5.*; quemadmodum etiam probatur, & quidem fortius ex admiſſione ad ſucceſ-
53 ſionem Bonorum ejus, de cujus paternitate dubitatur, *Rot. cor. Ubald. ſen. dec. 76. num. 5. in fin.*, *& dec. 90. num. 7.*, *in rec. dec. 475. n. 4. part. 13.*, quarum utraque concurrit in caſu noſtro; nam Vincentius non minùs ad patrios Civitatis honores, quàm ad ſucceſſionem nedum in Bonis paternis, ſed in avitis etiam fideicommiſſis admiſſus fuit.

Quamobrem, ſi duæ ſolùm conjecturæ ſimul junctæ ſufficienter probant filiationem, ut dicit 54
*Gloſſa in leg. 2. §. 1. verb. legitimo ff. de excuſat. Tutor.*, quam ſingularem reputant *Bald. extr. in rubric. de probat. num. 3.*, *& in rubr. Cod. eodem tit.*, *Ripa in leg. admonendi num. 208. ff. de jur. jur.*, *Marſil. conſ. 20. num. 47.*, *Barbat. latè conſ. 6.*, *& 7.*, quos ſequitur *Menoch. de arbitrar. caſ. 89. ſub num. 66. verſ. & in terminis*, immò etiam, una legitimè probata, recipienda dicitur, ut poſt *Felin. in cap. per tuas num. 21. de probation.*, *tradit Soccin. late conſ. 24. col. 13. tom. 1.*, *Ancharan. conſ. 225. col. penult.*, quos ſequitur *Pariſ. conſ. 10. lib. 2. num. 72.*, *& 73.*, *reprobato Barbat.* certè de ea dubitandum non videtur in noſtra hypotheſi, in qua tot concurrunt conjecturæ illam evincentes, ut deciſum in *Sac. Conſ. Neapolitan.* refert *Merlin. Pignattell. d. contr. 54.*, *Tapia deciſ. 37.*, *Rot. coram Emerix deciſ. 533. num. 3. part. 15. rec.*, *deciſ. 125.*, *& deciſ. 246*,
eædemque eò fortius urgent, quia conjunctim 55
conſiderandæ ſunt, ita quidem ut, ſi disjunctæ inefficaces eſſent, ex mutua conſpiratione in idem, concludentes ſatis reddantur, *Menoch. de arbitrar. caſ. 89. n. 66. verſ. reſpondeo*, *Rota coram Burat. deciſ. 530. in fin.*, *coram Ottbobon. deciſ. 251. num. 14.*, *coram Emerix jun. dec. 645. num. 8.*, *& part. 15. deciſ. 125. num. 4.*, & conſonant *Mantic. de conject. ultim. volunt. lib 11. tit. 12. ſub num. 11.*, *Petr. de Fideicomm. quæſt. 11. num. 484.*, *Rot. coram Ubald. deciſ. 161. num. 1.*, *& 2.*, *& deciſ. 235. in princ.*, *& cor. Card. Celſ. dec. 334. num. 9.*; *& in rec. dec. 214. num. 1. part. 10.*, *& deciſ. 8. num. 1.*, *& 2. part. 12.*

Maximè vero, quia verſamur in antiquis, quo
caſu vel ſola fama probat filiationem, ut docet 56
*Butr. in cap. tranſmiſſæ qui fil. ſint legitim.*, *Ruin.*, *Alexan.*, *Natt.*, *Cephal.*, *& alii*, quos ſequitur *Decian. lib. 3. conſ. 1. num. 103.*, *Peregrin. de Fideicomm. art. 43. ſub num. 87. verſ. in antiquis*, *Menoch. præſum. 53. lib. 3. num. 43. verſ. & hæc quidem conjectura*, *Petr. de Fideicomm. quæſt. 11. num. 242.*, *Put. deciſ. 518. lib. 2. num. 2.*,
vel ſola denominatio, ut notant *Soccin. jun. conſ.* 57
138 *num. 2. lib. 3. poſt Gloſſ. in cap. cum olim de cenſib.*, *Gravet. de antiquit. tempor. part. 1. n. 78.*, *Menoch. de arbitr. caſ. 89. num. 84. verſ. declaratur*, *& præſum. 53. lib. 6. num. 40.*, *Maſcard. concluſ. 790. num. 5.*, *Petr.*, *quæſt. 11. de Fideicom. num. 284.*; quum enim duplex concurrit difficultas, una ex parte rei, quæ ſuâ naturâ eſt diffi-
cillimæ probationis; altera ex parte longi tem- 58
poris elapſi, meritò leviores ſufficere debent probationes, ut benè *Peregrin. d. art. 43. ſub nu. 87.*, *Rot. part. 5. deciſ. 430. num. 5.*, *& part. 15. deciſ. 125. num. 11.*, *& 12.*, *& deciſ. 245. nu. 3. verſ. at in filiatione*, *coram Buratt. deciſ 725. n. 3.*, *coram Cerro deciſ. 803. num. 12.*, *& coram Emerix jun. deciſ. 325. ſub num. 4. verſ. quæque*
*in præſenti*, *ubi agitur &c.* In propoſito autem 59
dicitur antiquum etiam illud, quod eſt infra centum annos, ſi ſit ſupra quadraginta, docuerunt *Peregrin. art. 44. de Fideicomm. num. 18.*, *Gratian. cap. 969. num. 7.*, *Rot coram Puteo deciſ. 506. num. 7. lib. 2.*, *coram Burat. deciſ. 725. num. 4*

num.4., & in rec. part. 15. deciſ. 125. num. 14.,
& deciſ.246.num.4.verſ. & tempus antiquum &c.,
ubi, quod tempus ſexaginta annorum in filiatione
antiquum reputatur, & coram Cerro dec. 672.
num.12., idemque tradit Pacion alleg. civil., &
Canonic. 199. num.30., & 31.
Conſtabilitâ autem filiatione Vincentii tot,
tantiſque argumentis deſumptis non ſolum ex
paternis tractatibus, ſed ex adeò ſolemnibus, &
60 univocis actibus, eadem habenda eſt pro plenè
probata non ſolum contra Patrem ipſum, &
cauſam ab eo habentes, ſed etiam contra Ter-
tium, & Extraneum quemcumque; quia nimi-
rum alius modus non detur, quo plenius filiatio
probari poſſit, ità de communi Cephal. conſ.137.
num.8., Aucbaran. conſ.225.num.8., Rimiuald.
ſen. conſ.289. num.5., & ſeqq., Spad. conſ. 251.
num.7., & 8. lib.2., Maſcard.concluſ.790.n.25.,
Beltramin. de Ludoviſ. dec.349. in fin. verſ. quod
procedit etiam, Rot. part.1. rec. dec. 472. nu. 8.,
part.5. deciſ. 430. num.66., & ſeqq. part. 6., de-
ciſ.314. num. 18., & num.25 coram Ottbobon.,
deciſ.137. num.16. part.11., deciſ. 310. num. 1.,
ubi, quod conjecturæ plenè filiationem conclu-
dunt contra quoſcumque, dec. 246. num.16., &
27. part.15., dec.88.num.11. §. Nec relevat part.
19. repetit. apud Emerix jun. dec.334., & coram
eodem dec. 533. num. 13. verſ. quia licèt ſinguli,
& dec.904. num.4., Et quidem non in ſolo Ju-
61 dicio poſſeſſorio, vel ad finem decernendi filio
alimenta, ſed etiam in petitorio, & ad vindi-
candam hereditatem, ſive ſuccedendum in fidei-
commiſſo, Gloſſ. in leg. non nudis, & leg. non
Epiſtolis, Cod. de probat., & leg. 1. Cod. quor.
bonor., Fulgoſ. d. leg. non nudis, Felin. in rubric.
de probat.num.3. ad fin., Dec. in cap. per tuas n.9.
eodem tit., & conſ.54. num.3., Cravet.conſ.249.
num.2., Pariſ. conſ.10. num.110. lib.2., Paleoth.
de Noth. cap. 22. num. 5., Petr. de Fideicomm.
quæſt. 11. num.283., quos ſequitur Menoch. de
arbitr. caſ.89. num.60., & 70., & præſumpt. 53.
lib.6. num. 22. verſ. extendit, Gratian. diſcept.
553. num.74. verſ. quæ omnia, Peregrin. de Fi-
deicomm. art. 43. ſub num. 68. verſ. ſed contra,
Maſcard. concluſ. 789. verſ. quinto amplia, Ca-
ſtill. lib. 5. cap. 104. num. 8., Noguerol. allegat.
25. num.59., Merlin. Pignattell. contr. 84. n.33.
verſ. & quidem, & ſub num 38. verſ. ſed nedum,
Rot. dec.76.num.2. part.3.rec., & coram Dunoz.
jun. dec.981.num.4., coram Emerix jun. dec.325.
num.5., & 533. num.2., dec. 310. num. 5., ubi
concordan. part.11., dec. 151., & dec.379. n. 6.,
& 13., dec.173. num.8. part.18., ubi, quod ex
62 pluribus conjecturis filiatio ponitur extra contro-
verſiam, præſertim, ſi ageretur Judicio immiſ-
ſionis ex leg. final. Cod. de edict. Div. Hadr.,
quia tunc leviores requiruntur probationes, in
terminis Menoch. d. præſum. 53. num.47., Lap.
de illegit. noth. comment.283. num.53., Gratian.
cap.754. num.21., Noguerol. allegat.25. num.92.
verſ. ſecunda, Caſtill. lib. 5. cap. 104. num. 5.,
Rot. dec.125. part.15., dec.88. part.19., repetit.
coram Emerix dec.334. num.9., & coram Ottbo-
bon. dec.251. num.17.

Et ratio ea eſt, quia, dum de ſucceſſione
agitur, quæſtio filiationis dicitur incidens, & 63
proinde leviores exigit probationes, ut pro regu-
la tradit Bartol. in leg. ſi quis in ſuo Cod. de con-
dit. inſtit., quam proſequitur Menoc. de recuper.
poſſeſſ. remed.11. num.32., & in noſtris terminis
poſt Abbat., Butr., & Felyn. Pariſ. d. conſ. 10.
num.64., & ſeqq., ubi, quod ſolus tractatus fi- 64
liationis ſufficit ad obtinendam hereditatem, la-
tè Corn. lib. 3. conſ. 1. col. final., ubi contrariis
reſpondet, Cephal. conſ.445. num.76., Surd.conſ.
1. num.66., & 67. verſ. & ratio eſt, Noguerol.
alleg. 25. num.91., clar. mem. Card. de Luc. de
Fideicomm. diſc.193. num. 11., Rot. part. 6. dec.
331. num. 14., & coram Bich. dec. 434. num. 8.
verſ. magiſque; atque etiam, quia tractatus jun- 65
ctus cum aliis adminiculis, & conjecturis, non
ſolùm conſtituit filium in quaſi poſſeſſione filia-
tionis, ſed plenè, & concludenter probat ipſam
filiationem, quæ alio modo probari non poteſt; 66
nulla enim filiatio ſive legitima, ſive naturalis,
quantùm ad certi Patris demonſtrationem atti-
net, verè probari poteſt; ſed ſolùm præſumpti- 67
vè per quaſi poſſeſſionem filiationis, ut poſt An-
gel. docet Bero per eadem verba quæſt.90. num.10.
& 11., præcipuè poſt longum tempus, ut latè
Cephal. conſ.445. num. 76., optimè Surd., qui
plures refert d. conſ. 1. ſub num.62. verſ. ſecundò
reſpondeo &c., aliiſque relatis, Noguerol. loc. ci-
tat. num.59., & num.91., Merlin. Pignattell. d.
contr. 84. ſub num.38., Vaſq. contr. illuſtr. cap.
85. ſub num. 20. verſ. denique, ubi reprobat Al-
ciat. aliter ſentientem, quia ſcilicet; ut ipſe ait,
eadem experientia docet, filiationem ad effe-
ctum ſuccedendi probari ex communiter acci- 68
dentibus, Afflict. dec.25., ſic deciſum in peti-
tione hereditatis, Intrigliol. late deciſ. Sicil.35.
ex num.45., & per tot., Tapia deciſ. 37. per tot.
Neque verò prædicta turbari poſſunt ex eo,
quod non probetur, neque probari poſſit, Ma-
trem Vincentii fuiſſe domi retentam in ſchema-
te, ut ajunt, concubinatus; aut ventris ejus cu-
ſtodiam fuiſſe adhibitam; etenim, licèt iſta re- 69
quirerentur de Jure Civili, ut in Authent. quib.
mod. natural. efficiant. ſui novell.89. cap.12. §. Si
quis autem: attamen, ſicut leges civiles de con-
cubinatu non ampliùs attenduntur, ita earum 70
rigor circa filios naturales ceſſavit; & juxta
æquitatem Canonicam nati ex ſoluto, & ſoluta,
licèt non in ſchemate concubinatus retenta, na-
turales dicuntur quoad jura ſucceſſionis, Gloſſ, &
Canoniſtæ in cap. per venerabilem qui filii ſint le-
gitimi, Abb. ibid. colum. penult., & Butr. num.
26., ubi hoc ait notandum pro ſtatutis, quæ lo-
quuntur de naturalibus, Bald. in cap. niſi cum
pridem de renunc., & in cap. dudum il 2. num.7.,
de elect., ubi infert ad legitimationes, quæ fiunt
à Palatinis, & pulchrè conſ. 129. lib. 2., ubi,
quod, quidquid exigat rigor Juris civilis, æqui- 71
tas Juris Canonici, & communis uſus eos omnes
habet pro naturalibus, qui ex ſoluto, & ſoluta
naſcuntur, licèt domi non retenta, Cravet. conſ.
166. num.8., Bero conſ.165. num.11. lib.2., Pa-
leot. plenè de noth. quæſt.40., & 41., Covar. in
epi-

*epitom. de Sponſal. part. 2. cap. 8. §. 4. num. 3.*,
*Surd. de aliment. tit. 1. quæſt. 9. num. 19.*, *&*
*ſeqq.*, *Peregrin. de Fideicomm. art. 28. ſub n. 49.*
*verſ. item nati*, *& de jur. Fiſc. tit. de naturali*
*num. 9.*, *Gratian. cap. 958. num. 3.*, ubi plures
adducit, *Fuſar. quæſt. 408. num. 125.*, *Caſtill. con-*
*trov. Jur. lib. 6. cap. 135. num. 2. verſ. attamen ex*
*juris Pontificii &c.*, *Noguerol. alleg. 25. nu. 54.*
*verſ. & de jure Canonico*, *Phœbo deciſ. 68. part. 1.*
*num. 6.*, *Cæſar Barz. deciſ. Bonon. 91. num. 13.*,
*Rot. in rec. dec. 600. n. 7. part. 6. verſ. non obſtat*,
*& facit etiam coram Emerix dec. 325. num. 6. verſ.*
*Immò inſpecto jure Canonico &c.*

Quæ Canonici Juris æquitas potiori jure lo-
72 cum ſibi vindicat, quando agitur de Muliere
non quidem vilis, ſed honeſtæ conditionis,
quam non decet in aperta ſpecie concubinatus
habere, nec locum dat ſuſpicioni proſtitutionis;
proindeque, licèt nec cohabitatio, quæ non facilè
cum ea permittitur, nec ventris cuſtodia inter-
ceſſerint, non idcircò tamen filii ex furtivis am-
plexibus ſuſcepti non verè naturales, ſed ſpurii
reputandi ſunt, quippe ſpurietatis nota, quoties
73 non agitur de Muliere publicæ libidini expoſita,
excluditur, probatâ ſolùm amicitiâ, commer-
cio, & tractatu, ut notant *Felin. in cap. per tuas*
*num. 17. in 4. notab. de probat.*, *Cagnol. in leg. ſi*
*qua illuſtris num. 5. Cod. de Sen. Conſul. Orfitian.*,
*Gozadin. conſ. 12. num. 2.*, *Alberic. de Roſat. in*
*leg. filium eum ad fin. ff. de his qui ſui*, *vel alien.*
*jur.*, *Paleot. de noth. cap. 23. num. 5.*, ubi etiam
quod ventris cuſtodia non eſt neceſſaria, quando
74 alia adminicula concurrunt, poſt *Butr. in cap.*
*transmiſſa qui fil. ſint legitim.*, *Alexand. conſ. 51.*,
*& Pariſ. conſ. 10. num. 52. lib. 2.*, *idem Paleot.*
*cap. 26. ſub num. 6. verſ. ſi tamen &c.*, *Maſcard.*
*concluſ. 795. num. 6.*, *Barboſ. vot. deciſ. 22. n. 15.*
*lib. 2.*, *Pacion. alleg. civil. 199. num. 27.*, *Rot.*
hæc omnia mirè comprobans *dec. 125. num. 25.*
*verſ. ſecus verò cum ſeq.*, *& num. 29. verſ. hæc*
*tamen omnia*, *& deciſ. 246. num. 7. verſ. præterea*
*dubietas &c. part. 15.*, & pleniùs huic objectioni
reſpondens *dec. 154. num. 3.*, *& 4. part. 17.*, ubi,
75 quod contraria procedant, quando puer natus eſt
ex fœmina vili, cui facilis erat omnibus acceſſus
&c.; immò, urgente pro filio tractatu, ac deno-
minatione, probanda exadverſo eſſet inhoneſtas
Matris, atque meretricium præcisè tempore con-
76 ceptionis, ut docet *Menoch. conſ. 687. num. 11.*,
*Merlin. Pignatel. part. 2. contr. 87. num. 26.*, *&*
*27.*, *Tapia deciſ. Neapol. 37. in fin.*, *Rot. deciſ.*
*310. num. 16. part. 11.*, *deciſ. 246. num. 6.*, *ubi*
*concordan. part. 15.*, *& coram Emerix jun. deciſ.*
*708. num. 3.*, *& deciſ. 904. num. 8.*, ideòque,
quando agitur judicio immiſſionis, ejuſmodi
77 exceptionem uti altioris indaginis rejiciendam
ad petitorium, notarunt *Merlin. Pignatel. poſt*
*multos contr. 87. num. 26.*, *& 27.*, *Noguerol. al-*
*leg. 23. num. 145.*, *Rota in fortioribus terminis*
*deciſ. 660. per tot. part. 1. rec.*

Minùs verò hæc, aliæve ſimiles exceptiones
in noſtra hypotheſi urgere videntur, quia Vin-
centius, ejuſque filius nedum ex tot, adeòque
ſolemnibus tractatibus conſtitutus reperitur in
quaſi poſſeſſione filiationis, ſed reperitur etiam
in ipſa vera, ac reali poſſeſſione Bonorum, &
quidem permittentibus, ac numquam reclaman-
tibus Authoribus D. Mariannæ, quamobrem, ſi
ſola poſſeſſio Bonorum adeò efficax eſt, ut in 78
Partem adverſam transferat onus aſſerendi con-
cludentes probationes in contrarium pro exclu-
denda filiatione, *Sard. conſ. 1. num. 72. verſ. in*
*propoſito igitur*, *Rota coram Merlino deciſ. 389.*
*ſub num. 32.*, & conſonat *Text. in cap. lator.*, *ubi*
*etiam Gloſſ. verb probare tit. qui fil. ſint legit.*,
*Caſtill. de conject. ultim volunt. lib. 5. cap. 104.*
*num. 5.*, *& ſeqq.*, *Rot. coram Coccin. dec. 1369.*
*num. 1.*, *& ſeqq.*, *& dec. 1453. num. 6. verſ. ex*
*quibus*, *& num. ſeqq.*, *& coram Arguell. dec. 63.*
*num. 11.*, *& facit eadem Rota coram Emer. jun.*
*deciſ. 334. num. 8.*, *& deciſ. 310. num. 5. part.*
*11. recent.*; quantò fortiùs illum juvabit in
caſu noſtro, in quo Vincentius pacificè ſemper
poſſedit non ſolum Bona paterna, ſed Bona
etiam provenientia ex avitis fideicommiſſis, & in
ſpecie ſemper habitavit domum, de qua eſt quæ-
ſtio, quæ ſanè Bona alii ad illa vocati ab eo vin-
dicaſſent, ſi reverà non agnoviſſent, eum eſſe
Ageſilai filium, ut in propoſito conſiderant
*Dec. conſ. 54. num. 2. verſ. quia videtur*, *Maſcard.*
*de probat. concluſ. 790. num. 16.*, *& ſeqq.*, *Rota*
*cor. Comitul. dec. 59. num. 5. 6.*, *& 7.*, *cor. Se-*
*raphin. dec. 1331. num. 8. verſ. & pro tali*, *& cor.*
*Ubald. deciſ. 90. ſub num. 8. verſ. & præter inte-*
*reſſe*, *& in rec. dec. 125. num. 7.*, *& dec. 246. n.*
*14. part. 15.*

Hæc igitur cum ita ſe habeant, & plenè pro-
bata videri poſſit filiatio naturalis d. q. Vincentii,
ex quo poſtea Comes Agamennon legitimè pro-
ceſſit, quærendum modò eſt, an defectus legiti-
morum natalium in Patre obſtet ipſi Agamenno-
ni, dum Teſtator vocavit ſolùm legitimos, & 79
naturales? Et quidem, licèt *Cephal. præ ceteris*
*conſ. 103. per tot. lib. 5.* conſtantiſſimè teneat,
quod, excluſis filiis naturalibus, non cenſentur
excluſi nepotes legitimi ex illis, quia ſcilicet hi
ſunt verè Deſcendentes, & verè legitimi, pro
qua opinione allegatur etiam *Becc. conſ. 138. nu.*
*39.*, *Pancirol. conſ. 169. num. 13.*, *Caſanat. conſ.*
*8. num. 17.*, *Guttierez conſ. 3. num. 13.*

Contra tamen ſentire videntur *Bald.*, *Fulgoſ.*,
*Roman.*, *Alexand.*, *& alii*, quos refert, & ſe-
quitur *Tiraquell. de Jur. Primogen. quæſt. 12. nu.* 80
*13.*, *Menoch. lib. 4. præſumpt. 79. num. 29. verſ.*
*contenditur*, *Fuſar. quæſt. 315. num. 3.* (qui re-
verâ loquitur, quando ſunt vocati filii legitimi,
& naturales, & ex legitimo Matrimonio nati,
*Cyriac. contr. 8. num. 33.* (qui tamen loquitur de
inceſtuoſo) *Barz. deciſ. 3. ferè per tot.*, *Rot. part.*
*1. rec. deciſ. 395. num. 3.*, & in terminis majora-
tus *Pelaez. à Meres part. 2. quæſt. 2. ferè per tot.*,
*Garz. de Benefic. part. 7. cap. 25. num. 50.*, *Caſtill.*
*lib. 5. cap. 67. num. 31.*, *& cap. 103. per tot.*, eâ
ratione, quam aſſignant *Bald.* relatus per *Tira-*
*quell.*, quia nempè nulla legitima conſequen-
tia poteſt eſſe ex radice infecta, ut habetur in
*leg.*

leg. final. Cod. de natural. liber., & obſervant re-
lati per Rodulphin. allegat.15. num.2., & allegat.
30. num.3.

Alii verò hoc deducunt ex tacita voluntate
Teſtatoris, qui reſpiciendo decorem ſui ſangui-
nis, & familiæ, ſicut excluſit filium naturalem,
ità etiam Deſcendentes ex eo præſumatur ex-
cluſiſſe, per argumentum à contrario ſenſu du-
ctum ex leg. Lucius 85. in fin. ff. de hered. inſtit.;
Et ideò rem totam in conjectura voluntatis po-
nunt, Card. Mantic. de conjectur. lib.8. tit.5. verſ.
& ſi ſubſtituti, & lib.11. tit.12. ſub num.31. verſ.
ſed primum, & num.36., Caſtill. lib.5. cap. 67.
relat per Garz. part.7. de Benef. cap. 15. nu.50.,
ubi tales Deſcendentes à majoratu excludit, quia
(ſunt ejus verba) = majoratus eſt res honorifica,
niſi ex circumſtantiis aliud colligatur = Palma la-
te deciſ.180. tom.2. Si igitur ratio eorum, qui le-
gitime natos ex Patre naturali excludunt, alia
non eſt, niſi incapacitas, & excluſio Patris, nè
ſcilicet melioris conditionis ſit filius, quàm Pa-
ter, ſi magis illis obſtare videtur tacita voluntas
Teſtatoris, in qua reverâ talis ratio fundatur,
certè non tàm neceſſarium duximus eam quæ-
ſtionem, difficilem ſanè, & involutam in ab-
ſtracto examinare; quin potiùs videndum ſit, an
in caſu, de quo agitur, Vincentius Pater Aga-
mennonis fuerit nec nè ſive de Jure, ſive ex
voluntate Teſtatoris capax ſuccedendi in hoc
fideicommiſſo: nam, ſi in eo ceſſaverit in-
capacitas, ceſſabit etiam quoad filium contro-
verſia.

Ad memoriam igitur revocando verba Teſta-
toris, ille, inſtitutis Hercule ſuo filio, & ne-
potibus ex aliis filiis præmortuis, vocavit dein-
dè de herede in heredem Deſcendentes ſuorum ma-
ſculorum legitimorum, & naturalium, & quod
filii naturales Ludovici, & Ageſilai fratrum, &
filiorum qu. Theſei filii præmortui, nec aliqui
filii naturales, qui reperirentur inter ejus Deſcen-
dentes, nullum jus habeant &c. = Ex his verbis
conſurgere videtur dubitatio, num Teſtator vo-
luerit indiſtinctè omnes naturales à fideicommiſ-
ſo arcere; an verò ſolùm naturales filios Ludo-
vici, & Ageſilai, alioſque, qui inter Deſcen-
81 dentes ipſius Teſtatoris tempore mortis eſſent,
viderique poteſt, ad hos tantùm excluſionem
fuiſſe reſtrictam, nam, ſi Teſtator omnes indi-
ſtinctè voluiſſet excludere, facile erat id ſimpli-
ci, & communi verbo illegitimorum exprime-
re, ut in ſimili conſiderat Rota coram bon. mem.
Emerix Jun. deciſ.325. ſub num.8. verſ. quos uni-
co verbo illegitimorum &c. = præcipuè, cum ſimus
82 in odioſis, in quibus, præter expreſſos, alii non
comprehenduntur, quamvis aliàs comprehende-
rentur, ad notata in leg.2. ff. de liber. & poſth. &
cap. odia de regul. Jur. in 6. cum ſimilibus, ac
proindè communius docent Doctores, quod qua-
83 litas de legitimo Matrimonio in prima ſubſtitu-
tione adpoſita, non cenſetur in aliis repetita,
Soccin. in leg. Cùm Avus num. 76. ff. de condit.,
& demonſtr., ubi, quod ab hac opinione non eſt,
in judicando recedendum, & conſ. 63. num.19.,
Soccin. Jun. conſ.77. ſub num. 16. verſ. maximè,
& num.22., Ruin. conſ.161. nu. 19. & 20., Ga-
briel. conſ.97. num.28. verſ. tamen verior lib. 1.,
Roman. conſ.370., Pancirol. conſ. 169. num. 10.
& ſeqq., Pedrac. conſ.10. num.28., Surd. conſ.
200. num.26. in fin., Giovagnon., qui alios addu-
cit, conſ.22. num.33. & ſeqq. lib.1., Spad. conſ.
363. num.7. lib. 2., Noguerol. allegat. 23. num.
40., & ſeqq., Leo deciſ. Valent.93. part. 1. nu.
26., & ſeqq., Rota coram Otthobon. deciſ. 252.
num.6., & 7. verſ. minùſque relevat part.1. rec.,
deciſ.388. num.12., & in Bononien. Fideicommiſ-
ſi de Malvetiis coram Sacrato 23. Martii 1609.
§. 1. apud Spad. loco citato num.9., & in rec.
deciſ. 151. num. 8. verſ. undè non obſtat &c.
ubi alia concordan., & deciſ. 379. nu.12. part. 84
13., quamvis alii contradicant, quos in ter-
minis majoratus adducunt Molin. de Primogen.
lib. 3. cap. 3. ſub num. 34., & Mierez. part. 2.
quæſt. 2.

Verùmtamen prò indefinita excluſione om-
nium naturalium urgere videntur illa verba Te-
ſtatoris = nec aliqui filii naturales, qui reperiren-
tur inter ejus Deſcendentes = ſi enim ſolum ex-
cluſiſſet filios naturales Ludovici, & Ageſilai,
utique prò magis communi ſententia dicendum 85
eſſet, quod qualitas legitimorum natalium in
uno gradu requiſita, in aliis gradibus ſubſtitu-
tionis repetita non intelligeretur; ſed quia pro-
ſecutus fuit excludendo omnes filios naturales,
qui reperirentur inter ejus Deſcendentes; hoc
verbum Deſcendentes, cum ſit aptum compre- 86
hendere omnes ulteriores gradus in infinitum, ut
docent Bald. in leg. Gallus §. Inſtituens ff. de li-
ber. & poſth., Alexand. ibidem num.7., & Imol.
num.48., idem Alexand. in leg. ex facto §. Si
quis ità num.4. ff. ad Sen. Conſult. Trebell., & ibi
Ripa num.6., Rebuff. in leg. cognoſcere 56. §. Li-
beror. ff. de verbor. ſignif., Soccin. conſ. 51. num.
7. lib.4., Pariſ. conſ.51. num. 30. lib. 2., Barz.
deciſ. Bonon. 4. num.17., & deciſ.7. num. 2., &
alii communiter relati per Peregr. de Fideicomm.
art.22. num.50., & Rocca ſelect. Jur. cap. 27.
num.15., latè Rota in Romana Fideicommiſſi 9.
Maii 1701. §. Certiùs coram Emo Molinet, in Fa-
nen. Fideicommiſſi 22. Junii 1705. §. Rurſus in
eadem coram bon. mem. Omanna, & in Lucana
Fideicommiſſi 1. Julii 1709. §. Parti diſpoſitivæ
coram Illmo Scotto; hinc ſequitur, quod, ſi Te-
ſtator voluit, omnes naturales repertos inter ſuos 87
Deſcendentes excludi, dicendum eſt, in omni-
bus requiſiviſſe qualitatem legitimitatis, ut te-
net Menoch. conſ.117. nu.60., & 61. tom.2., quem
refert & ſequitur, Pelaez. ad meres de majorat.
part.2. qu.1. nu.77. verſ., & quod qualitas &c. &
quæſt.2. num. 130. verſ. Quæ concluſio ex doctrina
Bart. in leg. Sejæ §. Cajo ff. fund. inſtruct., ubi in
fortioribus terminis, quod qualitas adjecta in una
oratione, cenſetur in alia repetita, eumque ſequi-
tur Dec. tom. 1. conſ. 308. num. 3. verſ. qualitas:
Et in majoratibus, præcipuè quando Fundator eſt 88
nobilis, hoc ſibi certò ſuadet, & multis com-
probat Mierez dicta quæſt.1. num.78., & ſeq., &
quæſt.2.

Digitized by Google

quæſt.2. ſub num.13. verſ. Quæ omnia cum majori evidentia &c.
Quarè, nè unicè in hoc inſiſtamus, certior oc-
89 currit D. Com. Agamennoni defenſio ex eo,
quod Vincentius ejus Pater fuerit amplè legiti-
matus à DD. de Campeggiis Comit. Palatin. cum
clauſula expreſſa, quod poſſet ſuccedere in quo-
libet fideicommiſſo, in quo legitimi, & natu-
rales vocarentur, ut in facto ſupponitur. Quos
quidem DD. de Campeggiis, nullus dubitat, ha-
90 bere pleniſſimam hanc facultatem legitimandi
ex privilegio tàm Pontificio illis conceſſo per
Leonem Papam X., & Clementem VII., quàm
etiam Imperiali Maximiliani Imperatoris, quod
utrumque impreſſum legitur apud Lup. de illegi-
tim., & natural. reſtituen. comment.3. in præfat.
ſub num.33., & centies Sacra Rota illud cano-
nizavit; atque idcircò poſſint legitimare, etiam
91 non citatis ſubſtitutis, & intereſſe habentibus, &
ad effectum, ut ità legitimatus comprehendatur
ſub quacumque teſtamentaria diſpoſitione lo-
quente de filiis legitimis, & naturalibus, & ex
legitimo Matrimonio natis, ſicut ipſe Princeps
facere poſſet, ut de habentibus poteſtatem legi-
timandi cum facultatibus ſimilibus illis DD. de
Campeggiis, tradunt Philipp. Dec. conſ. 698.,
Gozzadin. conſ.85. ex num.16., & conſ.82. num.
17., Peregrin. conſ.112. vol.3., Giovagnon. conſ.
21. num.82., ubi, quod etiam ſpurios, & ince-
92 ſtuoſos, idem Peregrin. de fideicomm. art. 23.,
Gratian. cap.673. num.1., & ſeqq., Cardin. de
Luca de fideicomm. diſc.68. num.14., Rot. part.
1. rec. deciſ.387. num.6., coram Comitul. deciſ.37.
66. & 74., coram Merlin deciſ.832., coram Bich.
deciſ. 54. num. 15. & ſeqq., coram Dunoz. Jun.
deciſ.981. num.6., ubi, quod etiam adulterinos
deciſ.151. num. 7. part. 13., ubi, quod poſſunt
93 habilitare legitimatum, ut comprehendatur ſub
diſpoſitione de filiis ex legitimo Matrimonio na-
tis, & deciſ.379. num. 10., eadem part. 13., &
plenè deciſ.673. tom. 2. part. 18. num. 9., & 10.
verſ. & in præciſis terminis legitimationis obtentæ
à DD. de Campeggiis, & num.12., & num.34.,
ubi, quod etiam natos ex damnato coitu; id
94 quod repetit deciſ. 751. num.8., & ſeqq. eadem
part.18., & deciſ.627. num. 22., & num. 29.,
ubi, quod iſtiuſmodi legitimationes paſſim à Sa-
cra Rota admittuntur part.19.
Cùm itaque dicta legitimatio tanti roboris ha-
95 benda ſit, perindè ac ſi fuiſſet ab ipſo Principe
obtenta, ut poſt Bald. in leg. 1. ff. de Tutor., &
Curator. dat. ab his qui Jus dand. notant Pariſ.
lib.2. conſ.10. num.116. verſ., & talis legitima-
tus à Comite, Surd. conſ.2. nu. 106. & ſeqq., Pe-
regrin. art.23. num.46., Gratian. dict. cap. 673.
96 & alii ſupra citati. Omnia enim Princeps ſua
facit, quibus auctoritatem ſuam impartitur, ut
ait Juſtinianus in præfat. Digeſt. §. Sed neque, de-
leta fuiſſe videtur in Patre D. Com. Agamenno-
nis macula quælibet illegitimitatis, & ſublatum
obſtaculum ad ſuccedendum in fideicommiſſo;
etenim, cùm differentia legitimi, & illegitimi
97 ſit introducta de Jure ſcripto poſitivo, Bartol. in
leg. ſi is, qui pro Emptore num.29. ff. de uſucap.,
Dec. conſ.155. num.6., Becc. conſ.142. num. 8.,
Giovagnon. conſ.59. num. 55., & habetur in cap.
4. authent. quibus mod. natural. effic. ſui nov. 89.
in princip. verſ. natura ſiquidem, & cap. illud
tamen eodem tit. ibi = non enim fuit in principio,
quando natura hominibus ſanciebat ſola, ante-
quam ſcriptæ procederent leges, quædam differen-
tia naturalis, atque legitimi =, locus ambigen-
di non eſt, quin poſſit Princeps, reſtituendo na-
talibus, illam ſubmovere differentiam, & ea filiis 98
reſtituere, quæ natura conceſſit, & lex poſitiva
negavit, ità quidem, ut naturalium, & legiti-
morum nullum diſcrimen habeatur, eademque
illorum ſit conditio, & æquale jus in ſucceden-
do, leg.2. ff. de natural reſtituen. ibi = illis enim
natalibus reſtituitur, in quibus initio omnes homi-
nes fuerunt = & infrà = hic enim, quantum ad to-
tum jus pertinet, perindè habetur, atque ſi inge-
nuus natus eſſet = authent. quibus mod. natural.
effic. ſui, Cap. illud in fin. ibi = nihil à legitimis fi-
liis differentes =, & cap ſi verò in fin. eodem tit.
ibi = hoc quoque donum habeant Patris, & Prin-
cipis, ideſt dicere naturæ ſimul & legis = leg. Im-
perialis 23. §. 1. verſ. nam omni macula Cod. de nupt.
Quâ de re, cùm filius ita legitimatus habeat
utramque qualitatem, ſcilicet legis, & naturæ,
& ſit verè filius naturalis, & legitimus, ideò
communiter Doctores tradunt, eum appellatio- 99
ne legitimorum, & naturalium in omni diſpoſi-
tione contineri, & poſt alios Menoch. conſ.
266. num. 20. tom. 3., Thob. non. conſ. 69., Ber-
ret. conſ. 31. per tot., Surd. latè conſ. 75. num.
1. & ſeqq., ubi, quod verè, & propriè legitimus 100
dicitur quoad omnes Juris effectus, Tapia de Con-
ſtitut. Princip. cap.3. num.43., Covaru. de Spon-
ſal. part.2. cap.8. §.10. num.3., Giovagnon. conſ.
21. num.2. & ſeqq. lib.1., & num.82., ubi de
ſpurio legitimato à DD. de Campeggiis, Peregr. 101
de fideicomm. art.23. num.7. & ſeqq., Tiraquell.
in leg. ſi unquam verb. ſuſceperit num.77., Gra-
tian. cap.496. num.10. verſ. undè legitimatus, Lu-
cidor. de illegit. cap.25. num.1. & ſeqq., Marcſ-
cot. variar. reſolut. lib.2. cap.88. num.2. & ſeqq.,
& lib 3. cap.20. num.24., & ſeqq., Caſtil. lib.4.
cap.22. num.42. & ſeqq., Cyriac. contr.21. num.
81., & contr.207. num.45., Merlin. Pignatel. la-
tè contr.1. ferè per tot. cent.1., & cent.2. cap.85.
num.6. & ſeqq., Cabed. deciſ. Luſitan. 69. num.2.
part.2. ex multis, Intrigliol. deciſ. Sicil. 3. num.
6., & Rot. Roman. ſepiſſimè coram Pateo deciſ.
121. num.5. lib.1., coram Seraph. deciſ.880. num.
5., coram Pen. deciſ.378., & deciſ.427. nu.3.,
& deciſ.545. num.8. part.1. rec., deciſ. 653. nu.
2. part.3., deciſ.600. num.2. part. 13., in Bono-
nien. Fideicommiſſi deciſ. 151., & deciſ. 379. à
num.1., & ſeqq. part.15., etiam in Bononien. de-
ciſ.227. num.21., ubi copioſè concordan. part.18.,
in Bononien. de Poetis deciſ.673. nu.30. verſ. ita-
ut ſic legitimati, & num.38.; in terminis Spurii
legitimati à DD. de Campeggiis coram Ninot.
deciſ. 13. num.15., coram Emerix Jun. dec.325.
num.8., & deciſ.667. num. 37., in altera Bono-
nien. de Griffonibus deciſ.627. num.3.; in terminis
legitimati pariter à DD. de Campeggiis part.19. 102

tom.2., atque pluries alibi, proindeque ita le-
gitimatis impertita cenſentur omnia jura com-
petentia legitimis, & naturalibus, ſcilicet Bo-
uorum poſſeſſio contra tabulas, querela inoffi-
103 cioſi, jus dicendi de nullitate &c., ut diſtinctè
explicant Surd. dict. conſ.75., Gratian.cap.496.,
& Merlin. Pignatell.contr.85. num.8.& ſeqq. poſt
Covarruv., Caſtill., & alios; veniuntque ap-
104 pellatione legitimi, & naturalis, etiamſi agatur
de excludendo alio filio Teſtatoris, ut, pluri-
bus relatis, Rota coram Emerix Jun. deciſ. 334.
num.14. repetit. part. 19. deciſ. 88., Carol. An-
ton. de Luca practic. quæſt. cap. 139. num. 3., &
ſeqq., ubi, quod habet etiam beneficium leg. fra-
tres Cod. de inoffic. teſtament. & leg. fœminæ Cod.
de ſecund. nupt., & ſimiliter gaudent beneficio
ſtatuti excludentis fœminas propter maſculos,
Pariſ. conſ. 14. num.44. lib.2., Peregrin. de Fi-
deicomm. art.23. num.58., Garz. de nobilit. Hiſ-
pan. Gloſſ.21. num.69., Gratian. cap. 496. num.
39., Telleſ. Fernand. in leg. 12. Thaur. in prin-
cipio, Capyc. latr. deciſ.166. num. 119., & ſeqq.
& num. 154. poſt Surd. conſ. 337. num.11., Pa-
ſchal. de virib. patr. poteſt. part.2.cap.4. nu.108.,
Gipt. ad Capyc. latr. obſerv.3. num.25., Put. de-
ciſ.303. lib.3.

Neque id à recta Juris ratione deviat, quaſi
Principis beneficium in alterius injuriam verta-
105 tur, & Juribus alteri quæſitis præjudicium infe-
rat, contra communem regulam, de qua in
leg.2. §. Si quis à Principe ff. nè quid in loc. publ.,
cum ſimilibus; etenim Princeps non hoc agit,
ut alteri præjudicet, ſed tantùm, ut impedimen-
tum removeat, quod ipſe Princeps per legem
106 poſitivam induxit; quo impedimento ſublato,
filius non ſuccedit virtute legitimationis, ſed
vigore ipſius legis, quæ legitimos, & naturales
vocat, ut diſſerit Merlin. Pignatell. controv. 1.
num. 21. Neque enim regulariter imputantur,
107 quæ veniunt in conſequentiam, leg.1. verſ. per
conſequentias contingit &c., & leg. quod dicimus
7. in princ. ff. de auctor. Tutor., præcipuè, cum
res redit ad naturam ſuam; filii namque ſic le-
108 gitimati videntur ſuis juribus primævæ naturæ
reſtituti, argumento leg. filio quem Pater 23. ff.
de liber., & poſth. ibi = non tranſlatus, ſed red-
ditus videretur &c. =, quem Textum ad hoc ele-
ganter expendit, plura ſimilia adducens Mer-
lin. Pignatell. loco citato poſt Lucidor. de illegit.
cap.25. num. 3. & ſeqq., clar. me. Card. de Luca
de fideicomm. diſc.68. num.12., alter de Luc. pra-
ctic. quæſt. ſuper leg. fœminæ Cod. de ſecund. nupt.
cap. 139. num. 5., ubi, quod talis legitimatio
retrotrahitur ad diem conceptionis, poſt Surd.
conſ.75. num.7., & conſ.373., Rot. part.11. de-
ciſ. 283. ubi alios.

Ceſſatque prorsùs difficultas omnis, quando
agitur de jure quærendo, non autem quæſito,
109 quia nempè legitimatio acceſſerit antequam
ſucceſſio delata, aliiſque hereditas quæſita fue-
rit, Laderch. conſ.23. num. 21., & 22., Intri-
gliol. de ſubſtitut. cent.3. quæſt.65. num. 6., Pe-
regrin. art.23. num.39., & nu. 46. & ſeqq., Fu-
ſar. quæſt.408. num. 156., Mareſcot. lib. 3. cap.
20. ſub num.97., Cyriac. contr.207. num.49., Ro-
ta coram Ninot. deciſ.13. num.18. & 19., & plu-
ribus relatis part. 18., deciſ. 673. num. 20. ibi =
quando voluntas Teſtatoris expreſſè non reſiſtit,
tunc ex verbis teſtamenti aptis comprehendere le-
gitimatos inſurgit tacita præordinatio, ſive in con-
ſequentiam, quæ ſufficit, ut legitimatio fiat, quando
non eſt adita hereditas, & capta poſſeſſio &c. =
exemplo Conſtitutionis Pii IV., quæ eſt 48. in 110
Bullar., & refertur à Fuſario quæſt. 408. in fin.
diſponentis, quod legitimationes naturalium
vim non habeant in præjudicium tertii: quip-
pè illa ità intellecta, & declarata fuit, ut id pro-
cedat ſolùm, quando agitur de jure quæſito,
quia legitimatio ſit facta poſt purificatum fidei-
commiſſum favore aliorum, ut explicant Eu-
gen. conſ.52. num.65., Decian. conſ.42. num.38.
lib 1., Menoch. conſ.459. num.3., Gratian. cap.
496. num.22., & cap.673. num.21., Giovagnon.
conſ.21. nu.14., clar. mem. Card. de Luca de fidei-
comm. diſc.68. num.9. verſ. & quamvis, qui etiam
teſtantur, Bullam prædictam recepiſſe inter-
pretationem, ut procedat ſolùm quando volun-
tas Teſtatoris expreſſè legitimatis reſiſtit; pro- 111
ut utrumque Rota ſæpius comprobavit part. 1.
rec. deciſ. 388. num.5. & ſeqq., coram Ubald.,
deciſ.217., repetit part.3. rec., deciſ. 600. verſ. tum
etiam ad fin., ubi refertur, ità etiam deciſum
in Bononien. de Malvetiis coram Ninot. deciſ. 13.
num 20., coram Dunoz. Jun. deciſ. 981. tom. 2.
num 14. verſ. nec obſtat, deciſ.673. num.32. verſ.
non etiam &c. par.18., deciſ.627. nu.23., & 24.
part.19., & coram bon. mem. Emerix Jun. deciſ.
334. num.17., ubi, quod, ſi voluntas Teſtatoris
clarè non reſiſtat, ſed dubia ſit, legitimatus
admittitur, ſic declarando aliam deciſionem in
Civitatis Caſtelli Bonorum 7. Auguſti 1583. co-
ram Robuſterio.

Verum enim verò, tametſi legitimato reſi-
ſteret clara voluntas Teſtatoris, fuiſſetque ex- 112
preſſè, & nuncupatim excluſus, quod in præſen-
ti hypotheſi non apparet: adhuc in his, in qui-
bus verſamur circumſtantiis, dum concurrit ſola
fœmina, videretur, illum admittendum fore:
Etenim non dubitandum, quin fideicommiſſum,
de quo agimus, ſit agnatitium, ut noſtri vo-
cant, factum ſcilicet ad perpetuam conſervatio-
nem nominis, & agnationis Teſtatoris, quo 113
caſu fœmina, licèt ex maſculo procedens, nul-
lo modo poteſt ſuccedere, ut, pluribus relatis,
Surd. conſ. 316. num.8., ubi, quod fœmina in
tali caſu non dicitur de linea maſculina, quam- 114
vis ex Maſculo deſcendat, Gozzadin. conſ. 87.
num.15., & ſeqq., Molin. de Primogen. lib. 3.
cap.5. num. 69., Facchin. contr. lib. 11. cap. 25.
verſ. quæ tamen concluſio, Simon. de Pret. de in-
terpret. ultim. volunt. lib.3. dubit.1. ſolut.11. nu.
51., Peregrin. de fideicomm. art. 26. num. 30.
verſ. quia ſicut ubi conſtat &c., Caſtill. lib. 2.
cap.2. num.11., & num. 16., Robles de repræ-
ſent. lib.1. cap.12. num. 72., Cyriac. contr. 283.
num.10. cum ſeq., Caren. reſolut.128. num.31.,
Andreol. contr.344. num. 22., Rodulphin. alleg.
173. num.3., Rota. coram Duran. deciſ. 126. nu.
32., &

32., & coram Baratt. deciſ.454. num. 2., & per
tot., & in rec. deciſ.34. num.12. part. 8., cum
aliis in Peruſina Fideicommiſſi 22. Junii 1703. §.
Et quamvis cum ſeq. coram Emo Priolo, in Ra-
vennaten. Fideicommiſſi Julii Camilli de Abbio-
ſis 1. Julii 1707. §. Nec purificatio coram R. P.
D. Lancetta, & in Aquilana Beneficii 2. Junii
1708. §. Non relevante coram Illmo Scotto almæ
Urbis Gubernatore; Repugnat enim conſerva-
tioni agnationis fœminæ ſucceſſio, per quam
agnatio deſtruitur, finitur, & annihilatur, Mo-
lin. loc. citat. num.2. verſ. cujus concluſionis, The-
115 ſaur. lib.2. quæſt.12. num.8., & habetur in leg.
pronunciatio 195. in fin. ff. de verbor. ſignif. ibi =
Mulier autem Familiæ ſuæ, & caput, & finis
eſt, Caren. reſolut.128. num. 33., Roſa conſult.
69. num.67., Larrea deciſ.51. nu.22., Rot. part.
2. rec. deciſ.203. ſub nu.4. verſ. ratio eſt, & con-
ſonant Peregrin. de fideicomm. artic.26. num.31.
verſ. quia fœmina, Kniſphild. eodem tract. cap.6.
num.210., Caren. reſolut.128. num.34., Rodul-
phin. allegat.173. num.5., Racc. diſput. Jur. ſe-
lect. cap.2. num.32., Torr. de majorat. Ital. part.
2. quæſt.2. num.18., Rot. Florent. inter dec. recol-
lect. per Palm. Nep. deciſ.210. nu.19., Rot. Roman.
dec.203. nu.4. verſ. ratio eſt par.2. dec.405. nu.49.
verſic. Quæ eſt finis par.5., ideoque, nec in ſubſi-
116 dium feminam admitti in fideicommiſſo agnati-
tio, tradiderunt Gabriel. conſ.131. n.55. lib.1., & ne-
que in concurſu remotiorum Agnatorum, Pere-
grin. conſ.42. nu.10., & conſ.58. num.6., & ſeqq.
lib.5., Rocca diſput. jur. ſelect. tom.1. cap.19. nu.
32., Carena reſolut.232. num.3., & reſol. 237.
num.10., Andreol. cap.344. num.17., Rota co-
ram Buratto deciſ.272. nu.1., & ſeq. per tot., co-
ram Cerro deciſ.65. num.21. part.14., deciſ.462.
num.17. part.15., deciſ.228. nu. 4., & plene part.
19. deciſ. 410. num. 33., & 34. verſ. ex quibus
neque in ſubſidium &c. & latè in Romana Primo-
genituræ de Aldobrandinis apud Bertachin. vot.96.
num.20., & ad ornat. clar. mem. Card. de Luca de
Fideicom. dec.17. nu.1., dec.31. nu.7., dec.33. n.6.,
& in mantiſſ. ad eumdem ſub eodem tit. dec.3. nu.4.,
& in Sutrina Immiſſionis ſuper Fideicommiſſo 19.
Aprilis 1709. §. Non relevante cor. Rmo Molinet,
quibus addo Rot. in Spoletana Hereditatum 13.
Junii 1704. §. Altera verò cor. bon. mem. Oman-
no, in Baren. Immiſſionis 3. Decembris 1708. §.
Verumtamen coram R. P. D. Aldrovando, & 3.
Junii 1709. §. Abſque eo quod coram eodem, &
in Ravennaten. Fideicommiſſi Julii Camilli de
Abbioſis 7. Aprilis 1710. §. Et ſinè ulla coram R.
P. D. Criſpo.

Quod autem fideicommiſſum ſit factum ad
117 conſervandam agnationem, probatur & ex vo-
catione non interrupta maſculorum, Peregr. art.
26. num.16., Cyriac. contr.691. nu.3., Rodul-
phin. allegat.45. nu. 14., Rota coram Duran. dec.
126. num.32., & in rec. deciſ. 143. num.6., &
ſeq. part.2., & dec.407. nu14. part.9., dec.444. nu.
10., & 11. part.19., & ad ornat. clar. me. Card.
de Luca de Fideicomm. deciſ. 17. num.4., & 13.,
in Carpentoracten. Hereditatis, ſeù Fideicommiſ-
ſi 14. Martii 1697. §. Ultimo coram Rmo Decano,
in Romana Fideicommiſſi 10. Januarii 1698. §.

Quippè corruit coram R. P. D. Lancetta, & in d.
Ravennaten. Fideicommiſſi Julii Camilli de Ab-
bioſis 7. Aprilis 1710. §. Teſtatorem verò in fin.
coram R. P. D. Criſpo, & ex digreſſu ad plures 118
gradus ſubſtitutionum ſemper favore maſculo-
rum, Altograd. lib. 2. conſ.8. num. 70. & ſeqq.,
Fuſar. quæſt.499. num. 17., Caren. reſolut. 128.
num.30., Rota part. 10. deciſ. 142. num.31., &
coram Ludoviſ. deciſ. 454. num. 18., quibus addi
poſſunt Molin. de Primogen. Hiſpan. lib.1. cap.5.
num.36., & lib.3. cap.5. à num.25. ad 38., Ca-
ſtill. contr. Jur. lib. 2. cap. 4. num. 78., Cyriac.
contr.638. nu 37. & ſeq., Urceol. conſult.60. nu.
16., Rot. poſt Torr. de Majorat. Ital. part. 3. de-
ciſ.24. num. 15., & coram Emerix Jun. deciſ.
203. num.11., deciſ.211. num.13., & 21., &
deciſ. 813. num.13., & in rec. deciſ.326. num.6.
part.14., & deciſ.575. num.15. part. 19., & in
Baren. Immiſſionis 3. Junii 1709. §. Votum autem
coram R. P. D. Aldrovando, & ex ſtricta prohi- 119
bitione alienationis ex quacumque cauſa facien-
dæ, Altograd. dict. conſ.89. lib.2. num.70. & 71.,
Rodulphin. allegat. 60. num.9., Carena loco cita-
to num.29., Palm. deciſ.210. num.44., Rot. part.
11. deciſ. 95. num. 14., & part. 14. deciſ. 425.
num.25., & concordant Cyriac. contr.638. num.
39., Craſſ. §. Fideicommiſſum quæſt. 8. num. 3.,
Urceol. conſult.60. num 19., Rot deciſ.444. num.
12., & deciſ.575. num.16. part.19., & in Ba-
ren. Immiſſionis 3. Junii 1709. §. Quartò magis
verſic. verùm etiam coram R. P. D. Aldrovando,
& ab expreſſa excluſione fœminarum cum per- 120
petua vocatione Maſculorum, Mantica de conje-
ctur. lib.6. tit.5., Caſtill. lib.2. cap.4. num. 86.,
Caſtald. conſ.12. num. 6., Rocca, plurimis relatis,
diſput. Jur. ſelect. cap. 2., num. 37. verſ. tertio
ex feminarum, & cap.15. num.52., Manſ. con- 121
ſult.100. num.12., Urceol. conſult.60. num. 18.,
Rot. deciſ.5 5. num.14., & deciſ. 683. num. 7.,
& ſeq. part.19., & in Ariminen. Fideicommiſſi
ad ornat. clar mem. Cardin. de Luca de Fideicom.,
deciſ.11. num.7. & ſeq., in Romana fideicommiſſi
de Alberinis 6. Junii 1704. §. Motivum cum ſeq.,
coram bon. mem. Omanno, & in dict. Baren. Im-
miſſionis 3. Junii 1709. dicto §. Quartò magis in
fine coram R. P. D. Aldrovando, & præcipuè ex
filiarum excluſione, Surd. conſ.96. ſub num.31.
verſ. accedit, Rot. part.1. diverſ. deciſ. 374. ſub
num.5., Palm. deciſ.210. num. 37. & ſeqq., ex
quo præſumitur, quod multò magis Teſtator
ulteriores fœminas excluſas voluit, Palm. ibi-
dem num.40., Altograd. lib.2. conſ.80. num.77.,
Caren. reſolut. 128. num. 5. & ſeqq., Andreol. 122
contr. 218. num. 12., Rot. part. 19. deciſ. 232.
num.15., cum aliis relatis in Veliterna Manu-
tentionis 15. Junii 1693. §. Deſinebatur, & 14.
Maii 1694. §. Nec ſub eadem coram Rmo Deca-
no, in Romana Fideicommiſſi 11. Decembris 1702.
§. Creſcit vis, & ſeq. coram Illmo Scotto Almæ
Urbis Gubernatore, & in Spoletana Hereditatum
8. Maii 1705. §. Non obſtat coram bon. mem. Mu-
to, prout hæc omnia latè proſequitur eadem
Rota deciſ.95. part.11., deciſ.415. part.12., de-
ciſ.425. num.25. & ſeqq. part.14., deciſ.410. nu.
27., & ſeqq. part.19.

Eòque faciliùs ejuſmodi conjectura capienda
123 eſt, quando Teſtator eſt perſona nobilis, quippè
viri nobiles deſiderare ſolent agnationis propriæ
conſervationem, utpotè ſpeciali impulſu ad hoc
deſiderium excitati, ut advertit *Tiraquell. de nobilitat. cap. 37. num. 23., & de Primogen. cap.
71. num. 2.*, & in propoſito conſiderant *Caſanat.
conſ. 83. num. 56., Giovagnon. conſ. 21. num. 45.,
Fuſar. quæſt. 408. num. 46., & 54., Mareſcot. lib.
3. cap. 20. num. 76., Carena d. reſol. 128. nu. 23.,
Palma deciſ. 210. num. 45., Rota coram Arguell.
deciſ. 54. num. 38. part. 9. rec., deciſ. 241. ſub n. 18.,
& coram Emerix jun. deciſ. 334. ſub num. 12. verſ.
prima enim &c.*, & agitur de diſpoſitione facta
124 de re, quam Teſtator prò majori familæ ſuæ
decore in ea conſervari voluerit, per ea, quæ
tradit *Caſtren. conſ. 343. num. 2. ad med. lib. 1.,
Menoch. conſ. 117. num. 19., & ſeq., conſ. 1155.
num. 31., & ſeq., & conſ. 1195. num. 20., & ſeq.,
Bellon. jun. conſ. 2. num. 21., & ſeqq., Surd. conſ.
564. num. 3., & num. 13. circa med., Rudulphin.
allegat. 45. num. 12., & aliis adductis, Rocc. diſput. jur. ſelect. cap. 16. num. 6., & Rota in rec.
deciſ. 125. num. 11. part. 1.*, pro ut dicendum videtur in caſu noſtro, in quo diſpoſitio verſatur
circa inſigne palatium ſuorum Deſcendentium
maſculorum habitationi perpetuò deſtinatum,
ut in puncto de Palatio conſpicuo advertit *Rota
coram Buratt. deciſ. 168. num. 13., & 14., & in
rec. deciſ. 20. num. 11., & 12. part. 19., & in Urbevetana Fideicommiſſi ad ornat. clar. mem. Card.
de Luc. in Mantiſ. tit. de Fideic. deciſ. 16. n. 7.*

Sicut autem Fœmina non eſt apta ad conſervandam agnationem, ità hæc benè conſervatur
125 per maſculos, licèt naturales, ſi legitimi, & naturales deficiunt; quod ſi procedit, etiamſi naturales non ſint legitimati, ut in his terminis poſt
*Ruin., Pancirol., Peregrin., Mantic., Caſtill.,
& alios*, reſpondit *Rota in rec. deciſ. 126. ſub n. 7.
verſ. quæ benè procedunt circa finem part. 1., &
coram Bich. deciſ. 7. num. 5. verſ. non obſtat*; ma-
126 gis certè id efficient, quando ſunt legitimati, ut
docent communiter *Angel. conſ. 17. num. 6. lib. 1.,
Dec. conſ. 306. num. 14., & conſ. 463. num. 19.,
Cravet. conſ. 138. num. 3., Ruin. conſ. 145. num. 3.
lib. 1., Decian. conſ. 33. num. 12. ad fin. lib. 5.,
Giovagn. conſ. 21. num. 43. lib. 1., Gozadin. conſ.
85. num. 19., Covaruv. in epitom. de Sponſal part.
2. cap. 8. §. 10. num. 2., Molin. de Primog. lib. 1.
cap. 4. num. 44., Gratian. cap. 496. num. 9. verſ.
eum etiam, Merlin. Pignattell. contr. 1. cent. 1.
num. 26., Intrigliol. deciſ. 3. num. 21., Rot. part.
1. in rec. deciſ. 388. num. 5., & 6., verſ. ſicut
etiam, & per tot., part. 1. deciſ. 600. num. 1., par.
3. deciſ. 100. num. 55., deciſ. 410. num. 29. part.
19. coram bon. mem. Emerix jun. deciſ. 334. num.
11. verſ. nihilominùs*, inferentes propterea,
127 quod iiſdem naturalibus legitimatis potiùs aſſiſtit, quàm reſiſtat voluntas Teſtatoris deſiderantis conſervationem agnationis, quod etiam
docet *Lup. de illegit., & natural. reſtit. comment.
3. §. 1. num. 35., & ſeqq., & Gratian. iterum cap.
673. num. 22.* Et quod eâdem ratione agnationis
conſervandæ ſolent Nobiles præferre maſculos
illegitimos propriis filiabus, etiam in dignitatibus, notat ex *Riminald. Gabriel., & aliis, Tiraquell. de nobilit. cap. 37. num. 23., Intrigliol. deciſ. 3. num. 26. lib. 1.*, quos refert *Merlin. Pignatell. contr. 1. ſub. num. 20. verſ. notabiliter ſubdit*,
ubi hoc jurium argumentis comprobat.

Quam porrò voluntatis conjecturam pro filiis
naturalibus legitimatis non modicè confovet 128
uſus Regionis, ſi nempè in eo loco, ubi res agitur,
naturales in æſtimatione hominum nihil, aut
parum à legitimis, & naturalibus differant,
& ad jura, prærogativas, & munera Nobilium 129
ſinè diſcrimine admittantur: ut hanc eſſè conſuetudinem in Hiſpania, teſtatur *Azeved. conſ.
24. num. 27., & 29., Garz. de Beneſic. part. 7.
cap. 15. num. 49., Rota coram Rembold. poſt Vivian. de Jurepatr. dec. 45. ſub num. 4. verſ. ceſſat
& difficultas*, eamdemque in Italia vigere, tra- 130
dunt *Bartol. in leg. final. num. 1. Cod. de verbor.
ſignif., Menoch. conſ. 754. num. 16., & ſeqq.,
Fuſar. de Subſtit. quæſt. 361. num. 16. verſ. ſi tamen ex conſuetudine, Marta de ſucceſſ. legal. part.
4. quæſt. 21. art. 5. num. 14., & art. 16. num. 11.,
Calvin. de æquit. lib. 3. quæſt. 202. num. 67.,
Palm. alleg. 241. num. 8., & num. 20., Rota in
una Viterbien. Fideicommiſſi poſt eamdem alleg.
242. num. 13., & alleg. 243. cum aliis utrobique
allegatis*, & in ſpecie de uſu, & moribus Bono- 131
nienſium Civium locupletiſſimi teſtes ſunt
*Butr. conſ. 54., ibique Adden. lit. A., Menoch.
d. conſ. 754. num. 16., Paleot. de noth., & Spur.
cap. 56. num. 9., Dulph. contr. 110., & poſt eum
Cornel. Canal. contr. 100. in fin., Actolin. reſol.
73. num. 33., & ſeqq., clar. mem. Card. de Luca
de Fideicomm. diſc. 78. num. 8.*, ubi de tali conſuetudine conſtare, ait ex centum ferè Cauſis Bonon., quæ ad ipſum delatæ fuerant, & *de donat.
diſc. 62. num. 14., Rota in Bononien. Fideicommiſſi de Volta 27. Aprilis 1695. coram Illmo
Scotto Almæ Urbis Gubernatore, & 27. Junii
1696. coram bon. mem. Mato, cum aliis in ſupra
laudata Bononien. Fideicommiſſi de Urſis 10. Maii
1709. §. Ultra quod cor. R. P. D. Aldrovando*;
Hâc vero concurrente conſuetudine, ſive proprietatem verborum, ſive etiam præſumptam
Teſtatoris voluntatem inſpiciamus naturales le- 132
gitimati minus habent obſtaculum ad ſuccedendum in fideicommiſſis pro legitimis, & naturalibus relictis, *Mantica de conject. lib. 8. tit. 12. n.
20. in fin., Cephal. conſ. 591 num. 13., Lamberteng. de contract. gloſſ. 19. num. 1., Menoch. præd.
88. lib. 4. num. 14., Fuſar. loco citat., clar. mem.
Card. de Luc. d. diſc. 68. num. 8.*, ubi hanc circumſtantiam potiſſimùm obtinere locum, cenſet
*Palma deciſ. 180. num. 6., & facit Rota poſt Vivian. d. deciſ. 35. num. 5.*

Quinimmò, quando ſumus in fideicommiſſo
perpetuo, & agnatitio, quamvis Teſtator con- 133
ceptis verbis naturales etiam legitimatos excluſerit, iſti nihilominùs admittuntur, deficientibus aliis Agnatis, quia pro tali caſu excluſi non
præſumuntur, ne Teſtatoris ſententia cum proprio voto conſervandæ agnationis pugnare videatur, ut tradiderunt *Gratian. diſcept. 496. nu.
9., & diſcept. 672. num. 22.*, qui ita intelligendos ait *Dec. conſ. 316. num. 7., & conſ. 365. n. 5.,*

*& alios*

*& alios relatos à Molin. lib. 1. cap. 4. num. 44.*, ſequitur *poſt Caſtill. lib. 5. cap. 106. num. 12. Roxas de incompatib. part. 1. cap. 6. §. 6. num. 80.*, *Rodulphin. alleg. 15. num. 8.*, *& ſeqq.*, *Caſtald. contr. 56. num. 9.*, *Carol Anton. de Luca de linea legal. part. 2. art. 101. num. 2. verſ. deficientibus*, *Palm. deciſ. 180. num. 6.*, *Rota in Viterbien. Fideicommiſſi apud eumdem Palm. alleg. 243. n. 13.*, *& in rec. deciſ. 154. num. 23. part. 17.*, etiamſi concurrat fœmina legitima, & naturalis, *Burſat. poſt alios conſ. 85. num. 12. lib. 1.*, *& conſ. 355.*
134 *num. 52.*, de veriori, & magis in praxi recepta, *Telles Fernandez in leg. 9. Thaur. num. 15.*, *& ſeqq.*, *Avendan. in leg. 40. gloſſ. 11. num. 15.*, *Cald. Pereyra de nominat. emphyt. quæſt. 21.*, *& plurimi*, quos allegat, & ſequitur *Roxas de incompatib. part. 1. cap. 6. §. 6. num. 82.*, ibi = *abhinc deſcendit tertia limitatio, quod, quando non ſuperſunt agnati, ſed fœminæ legitimæ, & naturales, tunc agnatus naturalis legitimatus per reſcriptum Principis præferri debet, in excluſionem fœminæ, tamquam agnatus de linea, & familia pro conſervanda Teſtatoris agnatione, Bald. &c.* = & intra = *etiamſi in fundatione cautum ſit, quod non ſuccedant naturales, nec legitimati* = ſequitur *Carol. Anton. de Luca de linea legal. part. 2. art. 101. num. 3. verſ. quid concurrentibus fœminis &c.*, aliiſque etiam adducit, & ſequitur *Rot. in rec. deciſ. 143. num. 7. part. 1.*, *& coram Bich. deciſ. 7. ſub num. 10.* ibi = *nec relevat exiſtentia filiarum legitimarum Jacobi, quia Teſtator vocando filios maſculos fœminas excluſit.* =

Quare concludendum videtur, quod, ſi ipſe Pater D. Comitis Agamennonis, licèt naturalis legitimatus, cum fœmina legitima, & naturali concurreret, eſſet quidem præferendus tum ex proprietate ſermonis, quia appellatione maſculo-
135 rum legitimorum, & naturalium venit naturalis legitimatus, qui habet à natura, ut ſit filius, & à Principe, ut ſit legitimus; ſublato Juris poſitivi impedimento: tum ex voto Teſtatoris conſervandæ agnationis, quæ cum in fœmina conſervari non poſſit, præſumendum non eſt, quod pro tali caſu voluiſſet naturales legitimatos excludere, etiamſi eos ſimpliciter repuliſſet, quod in caſu non legitur, quia, licèt excludantur naturales, de legitimitatis tamen nihil dicitur: optimè enim per dictos naturales legitimatos conſervatur agnatio, & maximè in ea Regione, ubi iidem ſinè diſcrimine admitti ſolent ad participationem Bonorum, & Dignitatum, ſicut ceteri nobiles Cives legitimi, & naturales. Indè verò ſtatim ſequitur, quod, ſicut qualitas natalium objici non poſſet ipſi Vincentio jam natalibus reſtituto, multò minùs
136 ejus filio ex juſtis nuptiis procreato. Et ceſſante incapacitate ſuccedendi in Patre, quæ erat ratio excludendi filium, potiori jure hic admittendus videtur.

* * *
* *
*

*Bononien. ſuper Fideicommiſſo Ageſilai.*

Fideicommiſſum perpetuum, & abſolutum ex quibus inducatur? Ad fideicommiſſum collectivè vocati an & quando non per vulgarem, ſed per fideicommiſſariam vocati cenſeantur? Et quando reciproca dicatur inducta non diſcretivè in ſingulis lineis, ſed de una ad aliam lineam? Agnatio an, & quando cenſeatur contemplata?

## VOTUM X.

1 *Subſtitutio vulgaris directa, primis hereditatem adeuntibus, expirat*, & num. 10., & 16.

2 *Fideicommiſſum ex quibus valeat excludi?* & num. 3. & ſeq.

3 *Ad fideicommiſſum qui ſe vocatum dicit, debet id oſtendere.*

4 *Fideicommiſſum eſt onus contra naturalem libertatem, quod in dubio non præſumitur.*

5 *Pro fideicommiſſi potiùs excluſione, in dubio, judicandum eſt.*

6 *Fideicommiſſum ubi non legitur, ibi adeſſe non dicitur.*

7 *Fideicommiſſum de perſona ad perſonam non extenditur.*

8 *Teſtator ſi quando voluit fideicommiſſum, hoc dixit, quando non dixit, noluiſſe cenſendus eſt.*

*Idem de ſubſtitutione reciproca in ulterioribus gradibus* num. 42.

9 *Vocatio Deſcendentium collectivè facta, ex* Cumani theorica in leg. cum ita, *non fideicommiſſariam, ſed vulgarem inducere cenſetur*, & num. 12., & 25.

*Et quando ſecus?* num. 67.

11 *Fideicommiſſa non ſunt multiplicanda, ubi ſubſtitutio jure directo poteſt valere.*

13 *Fideicommiſſum deſcenſivum excluditur in ſubſtitutione facta per dictionem disjunctivam* = vel =

*Eademque ſubſtitutio vulgaris intelligitur*, nu. 14., *& quando ſecus?* num. 108.

14 *Dictio disjunctiva in uno tantùm verificari petit.*

15 *Dictio disjunctiva* = vel = *in conjunctivam nequit reſolvi.*

17 *Fideicommiſſum inter Deſcendentes relictum, activum dumtaxat inducit proximiorum vocationem abſque reſtitutionis onere.*

*Et, primis ſuccedentibus, expirat*, ibid.

18 *Verba communia, in ſubſtitutione, trahuntur ad directam vulgarem, ſed* vid. num. 85.

19 *Clauſula codicillaris in ſubſtitutione non trahitur ad fideicommiſſariam, cum hereditas eſt jam delata.*

20 *Clauſula* = omni meliori modo = *confirmat, non extendit Defuncti voluntatem.*

21 *Clauſula* = vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum = *intelligenda eſt de vocatio-*

*tione Deſcendentium non inter ſe, ſed reſpectu primorum vocatorum.*

22 *Verba* = in ſtirpes, & non in capita = *conveniunt vocationi activæ, non paſſivæ.*

23 *Maſculinitatis qualitas à Teſtatore volita, ſenus prædilectionem importat, non verò perpetuum fideicommiſſum; & quando ſecus?* num. 89.

24 *Maſculinitas multùm ab agnatione differt.*

26 *Relatio ſinè relato non datur, minùſque reciprocatio ſinè terminis reciprocantibus.*

27 *Fideicommiſſum relativum ſinè abſoluto dari nequit.*

29 *Fideicommiſſum tacitè reſultans ex vocatione Deſcendentium, quod ſit reciprocum, non benè arguitur.*

*Sed ſubſtituti potiùs cenſendi ſunt cujuslibet ſubſtituti Deſcendentes* num. 30., & 44. & 138., *& quando ſecus?* num. 139.

29 *Ex fideicommiſſo tacito ad reciprocum inferre abſurdum eſt.*

31 *Fideicommiſſa ne multiplicentur, ſubſtituti potiùs cenſendi ſunt cujuſque lineæ Deſcendentes, cum id patitur recti ſermonis ratio,* & num. 44.

32 *Fideicommiſſum lineare non conſtituitur, niſi illius concurrant requiſita, vel niſi ex conjecturis clara appareat voluntas Teſtatoris,* & vid. num. 69.

*Et quæ ſint requiſita ejuſmodi,* vid. nu. 34., & 68.

33 *Fideicommiſſum reciprocum non præſumitur.*

34 *Fideicommiſſum reciprocum excluditur ex ſubſtitutione facta, non in tota expreſſim hereditate.*

*Et præſertim, ſi nulla hereditatis mentio facta eſt,* & num. 36.

35 *Subſtitutio ſi non eſt in tota hereditate, debet intelligi facta in portione ultimi dumtaxat morientis,* & num. 37.

38 *Reciproca ſubſtitutio in totalitate reſtitutionis fundatur,* & num. 51.

39 *Reciproca ſubſtitutio non inducitur ex mentione hereditatis indefinita, & ſinè adjecto totalitatis.*

40 *Nec locum tunc habet regula, quod indefinita dictio æquipollet univerſali.*

*Secus tamen eſt, quoties inter Deſcendentes agitur* num. 121.

41 *Fideicommiſſum reciprocum in ſecundo gradu non ideo tacitè repetitum cenſetur, quia in primo ſit expreſſim ordinatum.*

43 *Vel quia fœminæ ex primo vocatis naſcituræ excluſæ fuerint.*

*Et quomodo excluſio hæc intelligenda ſit?* ibid.

45 *Inveſtiturâ duobus fratribus pro ſe, ſuiſque heredibus conceſſâ, portio unius præmortui ejus filiæ, non alteri fratri adquiritur.*

*Idem de fideicommiſſaria inſtitutione,* ibid.

46 *Fœminæ in portione Patris ſunt Agnato remotiori prædilectæ.*

47 *Fideicommiſſi reciproci tacita repetitio in ſecundo gradu non benè conjicitur ex qualitate legitimitatis in Deſcendentibus requiſita.*

48 *Neque ex digreſſu ad plures ſubſtitutionum gradus.*

*Aut ex ratione agnationis conſervandæ* nu. 49.

49 *Agnotionis conſervandæ ratio operari ſolùm poteſt in portione Aſcendentis de unaquaque linea.*

50 *Reciproca non præſumitur, niſi expreſſa ſit, vel neceſſariò ab expreſſis inferatur.*

51 *Fideicommiſſi reciproci excluſiva conjectura eſt facultas diſponendi in Extraneum ultimo heredi data.*

*Ejuſdemque obſervantia,* num. 52., *ſed vid.* num. 113.

52 *Obſervantia declarativa fideicommiſſi ex facto heredum proveniens multùm attendenda eſt.*

53 *Præſertim, ſi ex facto primorum vocatorum.*

54 *Heres, qui cum Teſtatore eſt converſatus, præſumitur ſcire, quid Teſtator ſenſerit.*

55 *Fideicommiſſi remiſſionem operatur diviſio, abſque ulla reſervatione, facta inter heredes certam notitiam teſtamenti habentes; ſed vid* num. 120.

56 *Fideicommiſſum perpetuum, ac reciprocum ex quibus arguatur?* & num. 57. & ſeq.

57 *Fideicommiſſum, licèt literaliter non expreſſum. probari poteſt ex conjecturis elicitis ex Teſtatoris mente,* & num. 63.

*Præſertim. ſi expreſſum illud ſit,* num. 64.

58 *Voluntas Teſtatoris in teſtamentis dominatur; neque alligatur verborum formulis,* ibid.

*Ipſique Leges famulantur* num. 59.

60 *In contractibus voluntas potiùs, quàm verba ſpectanda ſunt.*

61 *Et maxime in teſtamentis,* & num. 62. & 65.

62 *Verba ſecundùm voluntatem accipiuntur.*

64 *Voluntatis exiſtentis facilior progreſſus eſt, quàm novæ voluntatis inductio, & declaratio.*

65 *Teſtatoris voluntas, in fideicommiſſis, ullo certo exprimendi modo coarctata non eſt.*

66 *Pro fideicommiſſi jam certi duratione, in dubio, judicandum eſt.*

67 *A* Cumani theorica *receditur, quoties conjici poteſt. perpetuum, & deſcenſivum fideicommiſſum fuiſſe inductum.*

69 *Conjecturæ deſumptæ ex voluntate Teſtatoris ſufficiunt ad reciprocam inducendam, licèt illius requiſita non concurrant,* & num. 122.

70 *Procedit etiam inter Tranſverſales.*

71 *Quo caſu unica ſat eſt conjectura.*

72 *Conjecturæ leviores ſufficiunt, ut fideicommiſſum Aſcendentis perpetuum, ac reciprocum cenſeatur,* & num. 73.

74 *Teſtator inter Deſcendentes diſponens, cenſetur de primis nedum, ſe de ulterioribus etiam cogitaſſe.*

75 *Fideicommiſſi extenſio non eſt odioſa, cum ex voluntate Teſtatoris ducitur.*

76 *Voluntas Teſtatoris, etiam in eo debet attendi, de quo interrogatus reſpondiſſet.*

77 *Fideicommiſſum perpetuum reſultat ex digreſſu ad plures ſubſtitutionum gradus.*

*Tum etiam ex eo, quod filii naſcituri vocati ſint,* num. 81., & vid. num. 82. & ſeq.

78 *De*

78 De ſubſtitutione vulgari ſenſiſſe Teſtator cenſendus eſt, pluribus ab eo factis ſubſtitutionibus, & num.79.

80 Digreſſus ad plures ſubſtitutionum gradus tractum temporis ſucceſſivum præſefert.

81 Temporis tractum ſucceſſivum importat ſubſtitutio filiorum naſciturorum.

82 Idem de vocatione aliorum poſt Deſcendentes facta.

Ac de volita Bonorum conſervatione in familia, num.102.

83 Subſtitutio tractum præſeferens ſucceſſivi temporis fideicommiſſaria cenſetur. Amplia, ut num. 84.

85 Verba communia in ſubſtitutione facilè ad fideicommiſſariam trahuntur.

86 Verba directa ſubſtitutionem directam important quoad primò vocatos; fideicommiſſariam verò quoad eorum filios.

87 Perpetui fideicommiſſi conjecturam præbet detractionum probibitio.

88 Idem important clauſulæ = vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum =.

Idem agnationis contemplatio elicita ſive ex ſæpius repetita qualitate maſculinitatis, nu. 89. ad 93.

Ac legitimorum naturalium, num. 94.

Sive ex demandata excluſione fœminarum, num. 95.

Ac præſertim filiarum Teſtatoris, ſubſtitutis in defectu maſculorum aliis Agnatis, nu.96., amplia, ut num.97. & 98.

Atque inſuper ex digreſſu ad plures ſubſtitutionum gradus, num. 99.

Ex eiſdemque conjecturis reciprocum fideicommiſſum arguitur, num. 123. ad 126., & nu. 131. & ſeq.

89 Maſculinitatis qualitas ſi in omni gradu repetita eſt, non ob meram ſexus prædilectionem, ſed ad perpetuam agnationis conſervationem cenſetur volita.

90 Agnationis conſervandæ ratio, etiam ubi nulla adeſt ſubſtitutio, fideicommiſſum valet inducere.

94 Qualitas legitimitatis ſæpiùs à Teſtatore repetita, enixum perbibet agnationis conſervandæ votum.

96 Agnatio principaliter à Teſtatore contemplata cenſetur, ſi propriis etiam filiabus excluſis, in defectu maſculorum alios Agnatos invitavit.

97 Procedit, etiam ubi poſt maſculos fœminas vocaverit.

Præſertim, ſi voluit, ejus filias dote contentas eſſe, num.98.

100 Conjecturæ tum contemplationis agnationis, tum digreſſus ad plures ſubſtitutionum gradus validiores ſunt, ſi ſimul junctæ.

101 Agnationis contemplatio, aliis etiam deficientibus conjecturis, ſatis eſt, ut ſubſtitutio potiùs perpetua, quam vulgaris cenſenda ſit.

103 Nobilitas majores animo ſtimulos admovet pro nominis perpetuitate, ac familiæ conſervatione.

104 Fideicommiſſum, in dubio, perpetuum cenſendum eſt, cum agitur de Teſtatore nobili.

Procedit etiam, quoties res eſt de Teſtatore Bononienſi, num. 105.

105 Bononienſibus familiare eſt perpetua inſtituere fideicommiſſa.

106 Conjecturæ pro perpetuitate fideicommiſſi unitim conſiderandæ ſunt.

107 Non curato, quod earum aliqua ſeorſim à DD. non ſit recepta.

Idem dicendum, cum res eſt de reciproco inducendo fideicommiſſo, num.130.

108 Dictio = vel = reſolvitur in copulativam, quando in ſubſtitutionum ordine apparet contemplata agnatio.

109 Dictio = vel = in ultimis voluntatibus generaliter pro = & = accipitur.

110 Intellige, ut inter quos conſideratur ordo charitatis, vocatio intelligatur non ſimultaneè, ſed ſucceſſivè.

111 Dictio = vel = quod perpetuitatem fideicommiſſi fundatam in voluntate Teſtatoris valeat excludere, abſurdum eſt.

112 Alienandi, atque extraneum heredem inſtituendi facultas compatibilis eſt cum fideicommiſſo perpetuo, & agnatitio; & ratio, ibid.

113 Gravatus nequit expreſsè aliis Vocatis præjudicare.

Et neque tacitè per contrariam obſervantiam, ibid.

114 Obſervantiæ conjectura non ſuperat voluntatem Teſtatoris ex aliis conjecturis elicitam.

115 Præſcriptio etiam millenaria non nocet vocatis jus ſuum ex propria perſona deſumentibus.

Sic nec etiam obſervantia, ibid.

116 Obſervantia excluſiva fideicommiſſi, deducta ex facto heredis, corruit ex contrario actu.

117 Ignorantia Juris in heredibus eſt excuſabilis, atque æquiparatur ignorantiæ facti.

118 Obſervantia, & credulitas heredis fideicommiſſum non inducit, ubi non eſt.

Nec ubi adeſt, illud deſtruit, ibid.

119 Error non immutat rei veritatem, nec præjudicat Erranti.

120 Fideicommiſſi remiſſionem non operatur ſola inter heredes inita diviſio.

123 Agnatio ſinè reciproca Bonorum reſtitutione conſervari nequit.

124 Teſtatoris voluntas, nonniſi per fideicommiſſum reciprocum poteſt adimpleri, ſi ſemper fœminas excluſit favore maſculorum.

125 Præſertim, ſi alios Agnatos vocavit, quálibet deficiente lineá.

126 Et maximè, ſi in maſculis qualitatem legitimitatis voluit.

127 Reciproca inter primò vocatos inſtituta, cenſetur inter ſecundò vocatos etiam ex diverſis lineis repetita.

128 Accedentibus præſertim verbis his = & prædictas ſubſtitutiones fecit vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, & nu. ſeq.

129 Clauſulæ = vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum =, aliis concurrentibus conjectu-

*jecturis reciprocam non diſcretivè in unaquaque linea, ſed de unu ad aliam lineam inducunt.*

133 *Fideicommiſſum reciprocum conjicitur ex claritate, & nobilitate familiæ Teſtatoris.*

134 *A fideicommiſſo lineari reciproco fœminæ excluduntur.*

*Præſertim, ſi Teſtator in defectu unius lineæ maſculinæ aliam, atque aliam vocavit, ſemper excluſis fœminis*, num. 137.

*Intellige, id procedere, exiſtentibus maſculis cujuſque lineæ*, num. 139.

135 *Fœminarum excluſio à fideicommiſſo reciproco ſatis elicitur ab excluſione propriarum filiarum Teſtatoris.*

136 *Fœminæ, ac etiam maſculi ab iis deſcendentes à fideicommiſſo agnatitio excluduntur; intellige, ut* num. 139.

139 *A fideicommiſſo lineari reciproco, eodemque agnatitio fœmina, exſtantibus maſculis de quacumque lineâ, ſemper excluduntur.*

140 *Atque unâ deficiente lineâ, maſculi alterius cenſentur ſubſtituti.*

141 *Excluſâ per Agnatum remotiorem fœminâ propinquiori; amplia ut* num. 143.

142 *Ex ratione contemplatæ agnationis receditur à regula diſcretivæ in quolibet Columnello.*

144 *Linearum numquam fit diſcretio, quando repugnant conjecturæ.*

145 *Fœminæ proximiores ex ſola maſculorum remotiorum alterius lineæ prædilectione excluduntur.*

*Maximè, ſi inter Deſcendentes agitur ejuſdem lineæ*, num. 146.

*Quorum reſpectu opus non eſt reciprocæ linearis probatione*, num. 147.

146 *Reciproca in una, eademque linea faciliùs inducitur.*

248 *Minùſque odioſa dicitur.*

AGgredimur alteram quæſtionem, quæ inter eoſdem D. Comitem Agamennonem Pini, & D. Mariannam ejus neptem vertitur ſuper teſtamento q. Ageſilai Pini ſenioris facto ſub die 26. Februarii 1677.; verba Teſtatoris hæc ſunt = *In omnibus autem aliis ſuis Bonis mobilibus, & immobilibus, & ſemoventibus, juribus, & actionibus ejus heredes univerſales inſtituit, oreque proprio nominavit, & eſſe voluit DD. Thaddæum, Nicolaum, & Carolum ejus filios legitimos, & naturales ex ſupradicta D. Thaddæa ejus Uxore ſuſceptos, eoſque, ac eorum Deſcendentes ex legitimo matrimonio natos, vel naſcituros, non autem per ſubſequens matrimonium, aut aliàs quomodolibet legitimatos, donec unus ſupererit, deſcenſivè, & reciprocè ſubſtituit, excluſis ſemper fœminis, & non legitimè natis, donec ultimus ſupererit, & ita ut ſemper liberè repræſentent perſonam Parentis prædefuncti in quocumque gradu, etiamſi ultrà tertium, & ulteriorem. Ultimo verò eorum decedenti ſuccedat D. Vincentius, vel illius deſcendentia legitima, non autem legitimata per ſubſequens matrimonium, vel alium quemcumque modum, excluſis fœminis: & ultimo eorum ab inteſtato decedenti ſubſtituit Ill. DD. Herculem J. U. D., & Cyrrum filios Illmi D. Bartholomæi Pini: Et, illis non extantibus, vel quandocumque deficientibus, eorum Deſcendentes maſculos, & per maſculum legitimos, & naturales, non autem quovis modo legitimatos: Et, illis deficicientibus, Ill. DD. Sfortiam, & Galeatium de Pinis, illorumque Deſcendentes maſculos, & per maſculam legitimos, & naturales, non autem legitimatos, ut ſupra de aliis dictum eſt, & prædictas ſubſtitutiones fecit vulgariter, pupillariter, ac per fideicommiſſum, ac omni meliori modo, ſecundùm quod, & prout perſonis, & ætatibus conveniunt reſpectivè ad formam Juris: gravans ejus filios, poſtquam ſinguli eorum compleverint annum 25., ad accipiendum præſens teſtamentum, & ſubjiciens etiam legitimam, & detractionem dotis maternæ diſpoſitioni d. D. Teſtatoris, ſi voluerint potiri præſenti teſtamento; quod ſi non impleverint moniti ex parte D. Vincentii, vel alterius Subſtituti, tali caſu privati ſint ceteris Bonis, & non conſequantur, niſi legitimam, quoniam trebellianicam prohibuit, & id, quo privabuntur, accreſcat Subſtitutis &c.* =

Ordinatis ita ſubſtitutionum pluribus gradibus, caſus eveniſſe fertur, quo ſucceſſio delata fuit ad Vincentium in ſecundo gradu vocatum, qui jam hereditate potitus, deceſſit, relictis duobus filiis maſculis, D. Comite ſcilicet Agamennone, de quo loquimur, & Ageſilao juniore, qui pacificè ſimul Bona poſſederunt, ſed, mortuo demum Ageſilao, D. Mariannâ filiâ ſuperſtite, fit locus dubio, quiſnam ei ſuccedere debeat in Bonis delatis ex teſtamento Ageſilai ſenioris, filia nè, an verò D. Comes Agamennon defuncti frater: Cujus reſolutio pendet ex altero dubio: an ſubſtitutio ſecundo loco facta favore Vincentii, vel ejus deſcendentiæ ſit per meram vulgarem, an verò per fideicommiſſariam cum repetito fideicommiſſo favore maſculorum: nam, ſi illa ſit vulgaris directa, certum eſt, quod ſta- 1
tim ac fuit adita hereditas per ipſum Vincentium, expiravit, *leg. poſt aditum Cod. de impuber., & aliis ſubſtit. cum concordan.*, & conſequenter, ceſſante omni aliâ ſubſtitutione, & fideicommiſſo, Bona remanſerunt libera, nullumque dubium eſt, quin ad portionem delatam ad Ageſilaum jun. ſuccedere debeat ejus filia, non verò frater: ſi verò ſit fideicommiſſaria, videndum pariter eſt: an inter Deſcendentes prædicti Vincentii cenſeatur adeſſe tale fideicommiſſum deſcenſivum, & reciprocum favore Maſculorum, ut frater maſculus excludat à ſucceſſione fratris ejus filiam fœminam. Quas ſanè brocardicas quæſtiones à multis fuſiſſimè pertractatas, ſi per omnia veterum placita Doctorum repetere velimus, in nimias prolixitates inutiliter abierimus; idcircò per eas tantùm, quæ in foro viguerunt opiniones, momenta rationum pro utraque parte expendemus.

Et primùm pro excluſione prætenſi fidei-
commiſſi plurimùm urgere videtur ipſius litera 2
teſtamenti, in quo Vincentius, & Deſcendentes abſque ullo onere ulterioris fideicommiſſi ſunt

vo-

vocati, nam qui dicit, ſibi relictum eſſe fidei-
3 commiſſum, debet oſtendere, hanc fuiſſe Teſta-
toris voluutatem, *leg. Titia 34. §. Gajus verſ. ne-
ceſſe igitur babet, & leg. Lucius Titius ff. de legat.*
4 *2.*; fideicommiſſum enim eſt onus contra natura-
lem libertatem, *leg. coheredi §. Cum filiæ, ubi
ſcriben. ff. de vulgar., & pupillar., leg. ab eo Cod.
de fideicomm.*, quod in dubio non præſumitur,
cum potius capienda ſit interpretatio ad ejus
5 excluſionem, ut perſona honorata minùs grave-
tur, *leg. ſi ito relictum 43. §. final., leg. unum ex
familia §. Si rem tuam ff. de legat. 2., leg. nummis
75. ff. de legat. 3. cum ſimilibus, & Rot. in Roma-
na Fideicommiſſi de Palazzolis 18. Aprilis 1704.
§. Prima conjecturo & ſeqq., & §. Hinc nibil, &
9. Julii ejuſdem anni §. Tantòque & ſeqq., & §. Mi-
nùs, & 5. Decemb. ejuſdem pariter anni §. Conjectu-
ræ autem cor. bon. mem. Muto, & in Avenionen.
Primogenituræ, ſeù Concurſus 23. Januarii 1705.
§. Maximè quia cor. eod.*; unde proceſſit com-
6 mune illud effatum, quod, ubi fideicommiſſum
non legitur, ibi adeſſe non dicitur, ità *Soccin.
conſ. 96. num. 14. lib. 3., Dec. conſ. 211. num. 5.,
Cravet. conſ. 161. num. 11., Euger. conſ. 33. n. 54.,
& ſeqq. lib. 1., Joan. Andr. in addit. ad ſpeculat.
de teſtam. §. 1. verſ. occurrit, Mantic. de conject.
ultim. volunt. lib. 7. tit. 5. n. 11. verſ. 5. & qui dicit,
Molin. de Primog. Hiſpan. lib. 1. cap. 4. num. 8.,
Peregrin. de Fideicom. art. 11. num. 37., Fuſar. qui
plurimos congerit de ſubſtit. quæſt. 471., Cyriac.
contr. 8. n. 47., Rocca diſput. Jur. ſelect. cap. 17.
num. 1., Rota coram Seraph. deciſ. 1023. num. 1.
part. 8. rec., dec. 192. num. 1., & in Romana Fidei-
commiſſi Luciæ de Moronis 21. Februarii 1701.
§. Occurſo igitur, & in Romana Fideicommiſſi de
Goris 9. Maii ejuſdem anni §. Et quidem corma
R. P. D. Anſaldo.*

Eòque magis, quia in caſu noſtro non dubia
videtur Teſtatoris voluntas, qui plures inſtituens
gradus ſubſtitutionum, quum voluit fideicom-
miſſum inter primos, & tertio loco vocatos, hoc
dixit expreſsè; ſecus in eo gradu, in quo voca-
vit Vincentium: quare nedum ſit locus regulæ,
7 quod fideicommiſſum non extenditur de perſona
ad perſonam, quia ſcilicet ejus extenſio reputa-
tur odioſa, *leg. ſi fuerit ubi Caſtrenſ., & Soccin.
ff. de reb. dub., Alciat. conſ. 96. num. 8., & conſ.
134., Soccin. jun. conſ. 185. n. 22. vol. 3., Mantic.
de conject. lib. 7. tit. 5. ſub num. 11. verſ. & Fidei-
commiſſum, Molin. de Primogen. lib. 1. cap. 4. ſub
num 8., Fuſar. plenè quæſt. 471. num. 31. & ſeqq.
& quæſt. 284., Gratian. diſcept. 765. num. 1., Pe-
regrin. de Fideicom. artic. 22. num. 58., Rot. in
Annimana, ſeù Camerinen. Fideicommiſſorum 16.
Junii 1710. §. Verùm etiam cor. R. P. D. An-
ſaldo*, ſed benè etiam arguitur, quod, ſi Teſta-
8 tor, quando voluit fideicommiſſum, hoc di-
xit; quando non dixit, noluiſſe dicendus eſt,
*leg. unic. §. Sin autem Cod. de caduc. tollen.*; ta-
lis eſt enim natura diſcretivæ locutionis, ut
unum includat, & alterum excludat, diverſam-
que præſeferat voluntatem, *Rot. coram Emerix
jun. deciſ. 583. num. 6., & deciſ. 888. num. 5., &
in Romana Canonum de Salviotis 14. Februarii
1707. §. 9. cor. R̃mo Molines, in Romana Renun-
ciationis 6. Maii 1709. §. ult. coram Ill̃mo Scotta
Almæ Urbis Gubernatore, & in Romana Here-
ditatis 14. Junii ejuſdem anni §. Certòque certiùs,
& §. Nec obſiſtit coram Em̃o Card. Priolo.*

His cohærenter accedit communiſſima con-
cluſio, quod, quando plures vocantur nomine 9
collectivo familiæ, vel Deſcendentium, prout
in caſu vocati ſunt Vincentius, vel ejus Deſcen-
dentes, non intelligitur inter eos conſtitutum
deſcenſivum fideicommiſſum, ſed potiùs cen-
ſentur vocati per ſubſtitutionem directam vul- 10
garem, quæ, primis adeuntibus hereditatem,
quoad alios expiret, *Bortol., Alexand., Jaſ., Soc-
cin., Ruin., Alciat. Torniell., & alii in leg. Gal-
lus §. Quidam rectè ff. de liber., & poſth., Fuſar.
conſ. 57. num. 19., & de ſubſtit. quæſt. 382. per tot.,
Add. ad Ludoviſ. dec. 207. num. 9., & Rot. in rec.
dec. 357. num. 5. part. 1., & dec. 221. n. 6. part. 5.,
& cor. Emerix jun. dec. 56., & dec. 88. utrobique
num. 1., & dec. 437. num. 2. & ſeq., & in Roma-
na, ſeù Reatina Fideicommiſſi de Vincentinis 14.
Junii 1697. §. Etenim circ. med. coram bon. mem.
Muto*, eà ratione, quia fideicommiſſa non ſunt
multiplicanda, ubi ſubſtitutio poteſt Jure dire- 11
cto valere, *cap. ſi Pater de teſtam. in 6.*, eſſetque
abſurdum ex ſola, & ſimplici familiæ vocatione
tot fideicommiſſa inter illos, qui ex tali familia
prodierint, inducere, ut benè explicat *Soccin.* 12
*in leg. ſi cognitis ff. de reb. dub., & optimè præ
ceteris Raphael. Cuman. in leg. Cum ità 32. §. In
Fideicommiſſo num. 4., & §. fin. ff. de legat. 2.,
quem communiter omnes ſequuntur, teſte Menoch.
conſ. 85. num. 87. & ſeq., Surd. conſ. 554. nu. 24.,
Redenaſch. conſ. 10., & conſ. 30. num. 5., Fuſar.
conſ. 57. nu. 19., Mantic. de conject. lib. 8. tit. 12.,
Mantic. de ſucceſſ. legal. part. 1. quæſt. 21. art. 3.
num. 35., & part. 4. quæſt. 24. art. 2., Molin. de
Primogen. lib. 1. cap. 5. num. 28. & ſeqq. verſ. ex
quibus, Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 382. per tot., Ga-
leot. reſponſ. fiſcal. 16. num. 14. & ſeqq., Joſeph
de Roſa conſ. 41. & 42. num. 1. & ſeqq., Rota ſæ-
piſſimè, Beltramin. ad Gregor. dec. 207. verſ. Rota
paſſim.*

Certiùs, quando, prout in caſu, vocatio facta 13
per dictionem disjunctivam *vel*, ut ibi = *Ultimo
decedenti ſuccedat D. Vincentius, vel ejus de-
ſcendentia &c.* =; tunc enim ex natura disjuncti- 14
væ, quę in uno tantùm verificari petit, neceſſa-
riò tollitur fideicommiſſum deſcenſivum, &
ſubſtitutio intelligitur vulgaris, quæ verificata
in primo herede, expirat quoad alios, *Ripa in
leg. heredes mei §. final. num. 9. ff. ad Sen. Con-
ſult. Trebell., Alciat. poſt Alexand., Soccin.,
Ruin., & alios in leg. Gallus in 1. lectura §. Qui-
dem rectè num. 46. ff. de liber., & poſth. conſ. 284.
in fin., Peregr. conſ. 52. num. 12. lib. 1., & de Fi-
deicomm. art. 18. num. 24. verſ. ſeptimus caſus,
Fuſar. conſ. 2., conſ. 80., & conſ. 87., & de ſub-
ſtit. quæſt. 479. num. 74. verſ. vidimus huc uſque,
Petra de Fideicomm. quæſt. 5. num. 163., Joſeph
Roſa conſult. 42. num. 10. verſ. 1. quia*, ubi alios
allegat, nec talis dictio in noſtro caſu reſolvi po-
teſt in conjunctivam, quia eſt poſita inter perſo- 15
nas,

nas, inter quas cadit ordo charitatis, & affectionis, *leg. cum Pater 79. §. A te peto, ubi Bart., & alii ff. de legat. 2., Bero.conſ.67.num.48.lib.1., Riminald. jun. conſ.262. num.54., Menoch. conſ. 87. num.20., Rebuff. conſ. 175. num. 10., Peregrin. d. art.18. de Fideicomm. num.24.*

16 Ex quo ſequitur, quod ſubſtitutio vel fuit conſumata per aditionem hereditatis factam à Vincentio, & expiravit quoad ceteros, ad *Text. in leg. poſt editam Cod. de impub., & al., & leg. ſi Mater 33. §.1. ff. de vulgar., cum ibi notat. Rot. in Tridentina Bonorum, ſeu Immiſſionis ſuper Succeſſione in Bonis Philippi, Jacobi, & Iſabellæ 11. Junii 1703. §. Nec ex eo cor. bon. mem. Caſſarell., confirmat 15. Martii 1706. §. Nec ad inducendum circ. med. cor. Illmo Scotto*, vel, ſi etiam abſolutè conſideretur inter ejus Deſcendentes, non tamen inducit deſcenſivum fidei- 17 commiſſum inter illos, ſed tantùm vocationem activam, ut dicunt, abſque novo onere reſtitutionis; nam, ut ait *Molin. d. cap. 5. lib. 1. ſub n. 28. = Qui fideicommiſſum familiæ relinquit, id ſolùm efficere contendit, ut Proximiores ad hujuſmodi fideicommiſſum admittantur, itaut, primis ſuccedentibus, fideicommiſſum expiret = latè Fuſar. quæſt.382., & quæſt. 479. num.84. poſt Soccin. ſen. conſ.96. num.2., & conſ. 104. num.4. lib. 3., & Pariſ. conſ.87. num.6., & ſeqq. lib.2., Caſtill. lib.5. cap.100. num. 17.*, atque ita in utroque caſu locum ſibi vindicat ſupradicta receptiſſima *Cumani theorica* pro excluſione fideicommiſſi, proindeque, ſive ſubſtitutio expiraverit per aditionem Vincentii, ſive per aditionem ejus filiorum, jura D. Mariannæ in tuto poſita videntur.

Neque verò ab hac *Cumani* traditione recedi poſſe videtur in noſtra hypotheſi vel ex eo, 18 quod ſubſtitutio facta legatur verbis communibus, quia communia verba trahuntur ad directam vulgarem, *Surd. conſ. 354. num. 26., Laderch. conſ.38. num.30., Redenaſch. conſ.11. num.31., Mart. part.1. quæſt.21. art.3. num.37., Fuſar. d. quæſt.479. num.25., & ſeqq., Joſeph. de Roſa conſul. 41. ſub num. 6. verſ. nec minùs, Rot. coram Cavaler. deciſ.496. num.4., & ſeq., & in Bononien. de Plateſiis coram bon mem. Emerix jun. deciſ.56. num.2. verſ quàm indiſtinctè, & in Romana Immiſſionis coram Rmo Molines, in Mantiſ. tom.10. deciſ. 47. num. 4.*; vel ob clauſulas, qui- 19 bus talis ſubſtitutio concepta eſt: nam, ſi agatur de *clauſula codicillari*, hæc ſolum operatur, quando inſtitutio directa valere non poteſt, ſecus, ſi illa jam ſuum habuit effectum, & hereditas fuit adita, *Surd. conſ.232. num.32., Vegg. conſ. 74. num.484., Purpurat. conſ.30. num.9., & ſeqq., Menoch. conſ.328. num. 90., Mantic. de conject. lib.5. tit.2. in fin., Fuſar. quæſt.382. num.68, & 69. ad fin., & quæſt. 479. num.84., Roſa conſult. 42. num. 8. verſ nec minùs clauſula, Rodulphin. alleg. 104. num.19., Beltramin. ad Gregor. dec. 207. num.9., Urceol. conſult.56. num.17., Rot. part.4. diverſ. deciſ.492. num.2. verſ. tertia conjectura, coram Ubald. deciſ.33. num. 9., coram Emerix jun. deciſ. 437. num.5., repetit. apud Rodulphin. alleg. 104. num. 37. verſ. denique nihil facit*; prout etiam clauſula = *omni meliori modo* = 20 confirmat dumtaxat voluntatem Defuncti, ſed non extendit ſubſtitutionem, *Mart. de clauſul. clauſ.88. n.5. verſ. dic verum part.1., Urceol. conſul. 56. num.13., Rot. in rec. deciſ221. num.16. part. 5., coram Seraphino deciſ. 1216. num.13., coram Ludoviſ. deciſ.207. num.4., coram bon. me. Emerix jun. deciſ.56. num.6. verſ. nihil ſuffragante, deciſ.88. num.4. coram Arguell., deciſ.32. num.29., & poſt Balducc. ad Ramon. deciſ.15. nu.28. cum aliis abundè deductis in Avenionen. Primogenituræ, ſeu Concurſus 23. Januarii 1705. §. Requiſitu in fin. coram bon. mem. Muto*: Non abſimili 21 modo clauſula = *vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum* = intelligenda eſt reſpectivè ad caſus expreſſos, ut nempè Deſcendentes cenſeantur vocati per fideicommiſſum reſpectu primorum vocatorum, non autem inter ſe, *Soccin. conſ.69. num.1., & conſ.104. num.2. lib.3., Redenaſch. conſ.10. num.26., & ſeqq., Fuſar. conſ. 3. num.4., & de ſubſtit. quæſt. 479. num.84., & 86.*, ubi, quod hunc caſum habuit in facto, & prius *quæſt. 382. num.39., Mart. de ſucceſſ. legal. part.4. quæſt.24. art.2. num. 32., Rodulphin. alleg. 104. num.20., Roſa conſult.42. num. 7., Urceol. conſ.56. num. 16., Rota coram Emerix jun. deciſ.56. in princ., & deciſ.437. n.4.*, & denique 22 verba = *in ſtirpes, & non in capita* = conveniunt vocationi activæ, non autem paſſivæ, *Soccin. ſen. d. conſ. 104. num.3., & Soccin. jun. conſ.181. num.12. pariter lib.3., Fuſar. conſ.3. num. 6., & de ſubſtit. quæſt.479. num.87., Galeot. reſponſ.16. num.44., Roſa loco citat. ſub num.10. verſ. ſecundò adjecit, Urceol. conſul.56. num.15., Saminiat. contr. 101. num.121., Rodulphin. d. alleg. 104. num.3., Rot. poſt ipſum deciſ.33. verſ. præſertim, & cor. Emer. jun. deciſ.437. num.4., & ſeq., in Auximana, ſeu Camerinen. Fideicommiſſorum 1. Julii 1709. §. Inſequendo etiam coram R. P. D. Criſpo, confirmata 16. Junii 1710. §. Nihilominus cum ſeq. coram R.P.D. Anſaldo*. Quarum 23 clauſularum efficacia non augetur ex maſculina qualitate à Teſtatore volita, quia ob illam cenſetur habita ratio ſexus, non agnationis, proindeque importat quidem ſexus prædilectionem, ſed non perpetuum fideicommiſſum, ita poſt alios *Surd. conſ.308. num.14., conſ.315. num.49., & conſ.448. num.24., Gabriel. conſ. 93., & ſeq. lib.2., Giovagnon. conſ. 82. num. 147., & ſeqq. lib.1., Caſanat. conſ.38. num.92., & 94., Gratian. cap.999. num.6., Peregr. de Fideicomm. art. 26. num.12., Fuſar. conſ.41. num.25., & de ſubſtit. quæſt.382. num 50., & quæſt.479. num.105., Roſa conſult. 42. ſub num.7., Urceol. conſul. 56. num.24., & ſeq., & deciſ. Florent. 13. num.71., & ſeqq., Rota in terminis part. 1. rec. deciſ. 486. num.17., & part. 2. deciſ. 667. num. 10.*, ubi, quod eſt magna differentia inter maſculinitatem, 24 & agnationem, & *deciſ.279. num.20. part.6., deciſ.160. num.15. part.10., cor. Danozet. jun. dec. 91. num.21., & ſeqq., coram Celſo deciſ. 145. n. 6., & ſeqq., & cor. bon. mem. Emerix jun. deciſ. 56. num.13.*, & in ejus confirmatoria *deciſ. 88.*

*in*

*in Romana, ſeù Reatina Fideicommiſſi de Vin-
centinis 14. Junii 1697. §. Conſimilis, & in d.
Avenionen. Primogeniture, ſeù Concurſus 23.
Januarii 1705. §. Requiſita in princ. cor. bo.me.
Muto.*

Cum itaque ex his omnibus immota manere
25 videatur theorica *Cumani* tradentis, quod, vo-
catis collectivè Deſcendentibus, non cenſeatur
inter eos inductum fideicommiſſum deſcenſi-
vum, & perpetuum, ſed, poſtquam in uno de
familia paritum eſt voluntati, ceteri conditione
deficiunt, ut ait *Text. in leg. unum ex familia
67. §. 2. ff. de legat. 2.*, fruſtra quærimus, an in
caſu, de quo agitur, inter Deſcendentes Vin-
centii adeſſe dicatur reciprocum fideicommiſ-
ſum favore maſculorum, excluſis fœminis ab
altero illorum deſcendentibus; etenim, ſicut
relatio dari non poteſt ſinè ſuo fundamento, nec
26 reciprocatio, ut aiunt, ſinè extremis recipro-
cantibus; ſic impoſſibile eſt, ibi fideicommiſ-
ſum reciprocum conſiſtere, ubi abſolutum adeſ-
27 ſe negatur, cum relativum fundetur in abſoluto,
*leg. jam hoc jure 4. §. Sed ſi alter, ubi ſcribentes
ff. de vulgar., & pupillar., leg. Titia Sum. §. Se-
ja libertis ff. de legat. 2., Soccin. in leg. heredes
mei §. Cum ita ff. ad Senat. Conſult. Trebell.,
Faber. de conject. lib. 3. cap. 16. in fin., Mantic.
eodem tract. lib. 7. tit. 5. num. 6., Peregrin. conſ.
157. lib. 5. num. 5., Roſa conſult. 41. num. 2.,
Marta de ſucceſſ. legal. part. 1. quæſt. 9. art. 2. n. 2.,
Theſaur. deciſ. 248. num. 17., Capyc. latr. deciſ.
1. num. 56., & Rot. in Romana Fideicommiſſi de
Goris 9. Maii 1701. §. Exiſtente igitur coram
R.P.D. Anſaldo.*

Verumtamen, admiſſo etiam per hypotheſim
28 fideicommiſſo ex vocatione Deſcendentium ma-
ſculorum Vincentii, non idcircò illud erit reci-
procum, itaut à portione ſui Patris D. Marianna
poſſit excludi à Patruo, ut docent *Corn. conſ. 32.
lib. 2., Alciat. conſ. 87. lib. 9.*, benè *Menoch. conſ.
274., Fuſar. conſ. 17. num. 20., Torniol. conſ. 8.,
20., & 38., Peregrin art. 13. num. 72.*, quos
cum aliis ſequitur *Andreol. contr. 144. num. 13.
verſ. & in omnem caſum*, ne ſcilicet ex uno taci-
29 to inferatur ad aliud tacitum, nempe ex fidei-
commiſſo tacito per vocationem Deſcenden-
tium, ad reciprocum tacitum, quod eſt abſur-
dum, ut advertit *Bellon. jun. conſ. 12. num. 22.,
Fuſar. conſ. 65. num. 13., Peregrin. d. art. 13. n.
70. ad fin., Andreol. contr. 161. num. 9.*, & poſt
eos *Pacion. alleg. 47. num. 16. in fin.*

Sed potius vocatio Deſcendentium intelligen-
30 da eſt diſcretivè, ut ſingulis inſtitutis proprii
eorum filii ſubſtituti cenſeantur, ita præcipiente
regulâ illâ, quâ edocemur, quod, ſi diſpoſitio
abſque læſione recti ſermonis poteſt effectum di-
31 ſcretivè ſortiri in Deſcendentibus cujuſque lineæ,
non ſunt multiplicanda fideicommiſſa, argumen-
to *legis Pater §. penult. ff. de legat. 3., Menoch.
conſ. 1016., Berrett. conſ. 75., Fuſar. d. conſ. 17.
num. 34., & quæſt. 476. num. 7., Cavalcan. deciſ.
5. num. 64. part. 3., Rota deciſ. 466., & deciſ.
491. part. 4. diverſ., coram Seraph. deciſ. 409. nu.
6., & deciſ. 1023. coram Ubald. deciſ. 10. nu. 4.,
coram Cavaler. deciſ. 465. num. 20., coram Carill.
deciſ. 105. num. 20., & ſeq., in rec. deciſ. 245. nu.
1. part. 1., deciſ. 287. num. 1., & ſeq. part. 4. tom. 2.,
deciſ. 58. num. 7., & ſeqq. part. 15., & deciſ. 20.
num. 15. part. 19., in Romana Fideicommiſſi de Cec-
chinis 1. Junii 1699. §. Ex quibus, & §. Et ta-
men coram Emo Card. de la Tremoille, in Romana
Fideicommiſſi de Goris 9. Maii 1701. §. Abſque
eo quod coram R.P.D. Anſaldo*; præſertim verò, 32
quando pro inducenda reciproca non inter perſo-
nas ejuſdem lineæ, ſed de una linea ad aliam, non
concurrunt tria illa notiſſima requiſita *leg. Ti-
tia Seio 87. §. Seja libertis ff. de legat. 2.*, de qui-
bus *Altograd. conſ. 6. num. 61. lib. 1., Mantic. de
conject. lib. 7. tit. 5. num. 15., Mareſcott. var. re-
ſol. lib. 1. cap. 66. num. 2., Rot. in rec. dec. 755. nu.
1. part. 18., dec. 28. num. 9., dec. 29. num. 3.,
& dec. 218. num. 9., & ſeq. part. 19., & ad ornat.
clar. mem. Card. de Luc. de Fideicom. dec. 70. n. 2.*,
aut ex aliis conjecturis clara voluntas Teſtatoris
non deprehenditur; quæ tamen conjecturæ de-
bent eſſe ita urgentes, ut concludant perneceſſe,
non autem per poſſibile, reſiſtente ſemper regu- 33
lâ pro excluſione reciproci fideicommiſſi, *Fuſar.
conſ. 58. num. 18., & conſ. 65. num. 12., Peregrin.
conſ. 10. num. 4. lib. 3., poſt Bartol., Bald., & alios
in d. leg. Titia Seio, & Caſtrenſ. in leg. poteſt ff.
de vulgar., Alduin. conſ. 93. num. 19., Giovan-
gnon. conſ. 97. lib. 1., Surd. conſ. 329. num. 16., Fu-
ſar. de ſubſtit. quæſt. 475. num. 4., Roſa conſult.
41. num. 14., Pacion. d. alleg. 47. num. 17., Rocc.
diſput. jur. ſelect. cap. 17. num. 15., & ſeqq., Torr.
var. jur. quæſt. tit. 2. quæſt. 34. num. 19. verſ. licèt,
Urceol. dec. Florent. 23. num. 11., Capyc. latr.
dec. 1. num. 64., & ſeqq., Rot. dec. 49. nu. 9. part.
9. tom. 1., & tom. 2. deciſ. 397. num. 2., coram
Bich. dec. 271. num. 8., coram Cerro dec. 621. n. 4.,
coram Dunoz. jun. dec. 562. num. 1., & ſeqq., co-
ram Celſo deciſ. 376. num. 5., & coram bon.
mem. Emerix jun. dec. 589. num. 17., in rec. dec.
235. num. 24. part. 16., & deciſ. 20. num. 27. part.
19., in Reatina Fideicommiſſi de Vincentinis 14.
Maii 1701. §. Idque coram Illmo Scotto, in Ro-
mana Fideicommiſſi 8. Junii 1705. §. Et quamvis
cor. clar. mem. Card. Caprara, cum aliis in Bono-
nien. Fideicommiſſi Herculis de Elephantutiis 27
Februarii 1708. §. Nihilominùs cum ſeq. coram
R.P.D. Aldrovando.*

Porrò in noſtro caſu deſiderantur ea tria re-
quiſita, quia, etſi omnes Deſcendentes Vincentii
ſint vocati, & ultimo eorum decedenti datus ſit 34
alius ſubſtitutus: tamen deficit aliud non minùs
neceſſarium, quia ſcilicet ille, qui ſubſtitutus
fuit ultimo decedenti, non fuit datus in tota he-
reditate; verba enim Teſtatoris ſunt = *& ultimo
eorum ab inteſtato decedenti ſubſtituit Illuſtriores
DD. Herculem &c.* = quo quidem caſu locum
habere videtur *Soccini* doctrina *in leg. heredes
mei §. Cum ita ff. ad Trebell.*, quam refert *Man-
tic. de conjectur. lib. 7. tit. 5. num. 9.* his verbis
= *Sequitur quartus caſus, quando poſt mortem plu-
rium facta eſt ſubſtitutio ultimo morienti ſimplici-
ter, nec dictum eſt in tota hereditate, vel in toto
fundo* =: in quo quidem *Soccin. ſen. d. §. Cum ita
num. 6.*

num.6. concludit, inter eos non videri inductum re-
ciprocum fideicommiſſum, quia ſubſtitutio debet
35 intelligi facta in portione ultimi dumtaxat mo-
rientis, non aliorum, & ceſſat ratio d. leg. Titia
Sejo §. Seja libertis ff. de legat. 2.; non enim con-
ſtat, Teſtatorem voluiſſe totam hereditatem ad
ſubſtitutum pervenire, & ideo non videtur conje-
ctura probabilis ad inducendum reciprocum fidei-
commiſſum =; idque nullam habet difficultatem,
36 quando nulla hereditatis mentio facta eſt, quid-
quid ſit, quando Teſtator hereditatem indefini-
te expreſſerit, poſt Bartol., & Imol. in eadem
leg. Titia Sejo, & Rip. in d. leg. heredes mei
§. Cum ita num.18. ff. ad Senat. Conſult. Trebell.,
tradit idem Card. Mantica loco citato ibi = hæc
concluſio procedit ſinè ſcrupulo dubitationis, quan-
do Teſtator non facit mentionem de hereditate, ſed
ſimpliciter dicit: & ſi ultimus ſinè liberis deceſſerit,
ſubſtituo Titium; nam Titius ultimo tantum, &
37 in ejus ſola portione intelligitur ſubſtitutus, &
ceſſat conjectura, per quam poſſint videri invicem
ſubſtituti, quæ ſumitur, quando Teſtator ab ulti-
mo moriente voluit totam hereditatem reſtitui =
ut Bart. &c., & hic eſt caſus noſter, ut patet,
& de hoc præcisè agunt etiam Soccin. jun. conſ.
84. num.3., & 4. lib.2., Honded. conſ.60. nu.61.
lib. 1., Surd. conſ.392 num.9. ante fin., Rodul-
phin. alleg.161. num.14., & Rot. in rec. dec. 20.
num.21. part.19.

Conjectura enim reciprocæ in eo fundatur,
38 quod Teſtator totam velit ab ultimo moriente
hereditatem reſtitui, quia non poteſt tota in ul-
timo conſervari, niſi per reciprocam: quando
igitur totalis hujuſmodi reſtitutio non exprimi-
tur, ceſſat conjectura prædicta, quæ abſque ne-
ceſſitate admitti non debet: adeout, etiamſi
Teſtator de hereditate locutus fuerit, ſed inde-
39 finitè, & ſinè adjectivo totalitatis, & integritatis,
adhuc non intelligitur facta reciproca fideicom-
miſſaria ſubſtitutio inter honoratos, ut ſubtiliter
defendit Soccin. jun. eadem leg. heredes mei §. Cum
ita num.17. ff. ad Senat. Conſult. Trebell., quem
refert, & ſequitur Mantic. d. cap.5. lib.7. n.10.,
= quia (ſunt ejus verba) cum Teſtator ſubſtituit
ultimo morienti in hereditate, nec dixit: in tota,
commodiſſimè poteſt intelligi de parte ultimi De-
cedentis = leg. ſi Titius ex parte 96. ff. de legat.
3., leg. Titia ff. ad leg. falcid., quod etiam do-
cuerunt Caſtrenſ. in leg. ſi Pater impuberis in fin.
ff. de vulgar., Alexand. conſ.101. vol.4., & alii,
quos refert, & ſequitur Maſcard. concluſ.773. n.
4. verſ. ſecundò amplia, Peregrin. art.13. num.11.,
Intrigliol. de ſubſtit. cent. 2. quæſt. 83. num. 50.,
Fuſar., qui hanc ſententiam receptiſſimam di-
cit, quæſt. 472. num.51. verſ. ſecundus caſus eſt,
& eleganter defendit Facchin. lib. 3. controverſ.
cap.80., Pacion. allegat.47. num. 9. verſ. ſecun-
40 dum requiſitum, rejectâ in hoc caſu regulâ illâ,
quod indefinita dictio æquipollet univerſali, ut
plenè, & pluribus relatis, Fuſar. quæſt.472. in
primo caſu à num.1., & ſeqq., & Rot. d. dec.20.
num.22. part.19. rec.

Deficiunt etiam conjecturæ urgentes pro tali
fideicommiſſo reciproco inducendo, illud enim
elici nequit ex reciproca expreſsè ordinata inter 41
vocatos in primo gradu, quia non idcirco tacitè
repetita cenſetur in ſecundo gradu, in quo non
fuit expreſſa, Menoch. conſ.743. num.4., Peregrin.
conſ.33. num.52. lib.1., Fuſar. conſ.116. num. 4.,
Redenaſ. b. conſ.58. num.181., & ſeqq., Peregrin.
de Fideicomm. art.13. num.90., Fuſar. latè de ſub-
ſtit. quæſt.472. num.30., & ſeqq., Pacion. alleg.
46. num.2 & 13., Capyc. latr. dec. 1. num. 62.,
& ſeqq. verſ. nec refert, Rot. dec.286. n. 2. part.
4., dec.272. num.19. part.6., dec.68. num.11. verſ.
nec urget ſubſtitutio, & dec. 255. num. 12. part.
15. rec., coram Dunoz. jun. dec. 562. num. 19.,
coram bon. mem. Emerix dec.56. num.15. verſ. ex-
preſſa, & dec. 638. num. 3., & 4., cum aliis in
Romana Fideicommiſſi de Goris 9. Maii 1701. §.
Exiſtente, & ſeqq. coram R.P.D. Anſaldo, in
Romana Immiſſionis, ſeù Fideicommiſſi 25. No-
vembris 1705. §. Neque obſtat, & in Tridentina
Bonorum, ſeù Immiſſionis ſuper ſucceſſione in Bonis
Philippi, Jacobi, & Iſabellæ 15. Martii 1706.
§. Nec ad inducendum in princ. cor. Illmo Scotto,
præcipuè, cum non ſit inconveniens, quod ma-
jorem Teſtator curam habeat conſervationis Bo-
norum inter primò vocatos à ſe prædilectos,
Menoch. conſ.336. num.30., Fuſar. quæſt. 472. n.
41., & quæſt. 475. num.36., & 37., Rocca di-
ſput. jur. ſelect. cap. 17. num.18., & profectò,
quemadmodum Fideicommittens, ubi voluit re- 42
ciprocam ordinare, diſertis verbis id explicavit,
ita quoque facturus fuiſſe cenſendus eſt, ſi illam
in ulterioribus etiam gradibus efflagitaſſet, ut ait
Rot. in d. Romana Fideicommiſſi de Goris 9. Maii
1701. §. Certè hæc ipſa coram R.P.D. Anſaldo,
& in Bononien. Fideicommiſſi de Burzanis 6. Fe-
bruarii 1708. §. Nec obſtat cor. R.P.D. Lancetta,
& latè dictum fuit in Bononien. Fideicommiſſi Her-
culis de Elephantutiis 27. Februarii 1708. §. Le-
vioris ponderis coram R.P.D. Aldrovando, ubi,
quod hujuſmodi argumentum, tamquam fragile,
crebriori Doctorum calculo refellitur, ac potiùs
retorquetur.

Prout etiam inferri nequit ex eo, quod Te- 43
ſtator ſuas filias, & fœminas omnes naſcituras
ex ſe, ſuiſque liberis in primo gradu vocatis, ex-
cluſit, injuncto Maſculis onere illas dotandi; ſi-
quidem talis excluſio benè poteſt verificari inter
Deſcendentes uniuſcujuſque lineæ, itaut, exiſten-
tibus in eadem linea Maſculis, fœminæ exclu-
dantur:, & cum recta ratio ſermonis hoc modo 44
ſalvetur, non eſt abſque neceſſitate inducendum
fideicommiſſum reciprocum, ut unica filia Pa-
tris ſui, nullis cum ea concurrentibus Maſculis,
ab illius portione excludatur per Agnatum re-
motiorem, & alterius lineæ; prout in ſimili de-
ciſum habetur in cap. unic. de duob. fratrib. à Ca-
pitan. inveſtit. in uſib. feudor., ubi duobus fratri- 45
bus data erat ſimul inveſtitura pro ſe, & ſuis he-
redibus maſculis, quibus deficientibus, vocaban-
tur fœminæ; deceſſit unus frater, filiâ relictâ:
quærebatur, cui portio Defuncti deberetur,
utrum filiæ, an fratri? & pro filia reſpondetur.
Quam porro hujus Textus feudalis deciſionem
in noſtris terminis amplectuntur Doctores in leg.
Gal-

Digitized by Google

*Gallus* §. *Quidam rectè ff. de liber.*, *& poſt.*, *Salycet. in leg. quoties Cod. de Fideicomm.*, *Caſtrenſ. conſ.434.*, *Ruin. conſ.121. num. 8. lib. 2.*, *Alciat. conſ. 87. lib. 9.*, *Menoch. poſt alios conſ. 376. num.40.*, *& 55.*, *Odd. conſ.45. num. 42.*, *Bellon. jun. conſ.12. num.79.*, *Peregrin. conſ. 30. num.2.*, *& ſeq. lib. 3.*, *& de Fideicomm. art. 27. ſub num.15.*, *Fuſar. quæſt. 475.*, *Cyriac. contr. 608. num.42.*, *Hodiern. contr.33. num.14.*, *De Marin. tom.2. cap. 89.*, *clar. mem Card. de Luc. de Fideicomm. diſc.102. num.2.*, *Roſa conſul. 41. num.4.*, *Rocca diſput. jur. ſelect. cap.17. num.7.*, *Caſtald. conſul.77. num.1.*, *& conſul.237. num.2. circ.med.*, *Rodulphin. alleg. 39. num.12.*, *Torr. var. jur. quæſt. tom.1. quæſt.34. num.13.*, *& 14. & de majorat. Ital. part. 1. quæſt. 38. num. 180.*, *Vrceol. dec. Florent. 11. num.1.*, *& dec.23. n.9.*, *& ſeqq.*, *Rot. coram Serap. dec. 1023.*, *coram Vbald. dec. 122. num.3.*, *& ſeq.*, ubi, quod in
46 portione Patris fœminæ ſint prædilectæ Agnato remotiori, apud *Redenaſch. conſ. 58. num. 127.*, *part.15.*, *& ſeqq.*, *in rec. dec. 68. n.17. part.19.*, *dec.20. à num.15.*, *& ſeqq.*, *& dec.487. num.18.*, *& coram bon. mem. Emerix jun. dec. 589. ſub eodem num.17. verſ. quales non cenſentur*, *cum aliis in Romana Fideicommiſſi de Goris 22. Martii 1700 §. At quando cor. R.P.D. Anſaldo*, *in Romana Fideicommiſſi 11. Januarii 1706. §. Nihilominus cor. eod.*, *& in Bononien. Fideicommiſſi Herculis de Elephantatiis 27. Februarii 1708. §. Eòque certiùs cor. R.P. D. Aldrovando*.

Levemque ſimiliter, & infirmam conjectu-
47 ram præbent vel qualitas legitimorum natalium in Deſcendentibus requiſita, *Pacion. alleg. 46. num. 4. verſ. nec qualitas*, *Cutell. dec.7. num.22.*, *Rota coram Buratto dec.385. num.8.*, *coram Arguell. dec.32. num.21.*, *coram Celſo dec.145. n.11. part.19.*, *dec.401. num.16.*, vel prohibitio alienationis, ſive detractionum, quia hujuſmodi prohibitiones intelliguntur juxta limites fideicommiſſi expreſſi, nec illud extendunt, *Ruin. conſ. 121. num.8. lib.2.*, *Peregrin.*, *aliis relatis*, *conſ.30. num.20.*, *& ſeqq. lib. 3.*, *& conſ.33. num.42. ad fin.*, *Fuſar. conſ. 17. num.150.*, *& ſeqq.*, *Odd. conſ.65. num.52.*, *Cyriac. contr. 608. num. 26.*, *& ſeqq.*, *Cavalcan. dec.5. num.67. part.3.*, *Rota dec.466. in fin. part.4. diverſ.*, *coram Seraph. in ſæpe alleg. dec.1023.*, *& coram Celſ. dec.376. n.8. & ſeqq.*, *& coram Dunoz. jun. dec. 777. num.9.*, *& ſeq.*, *& coram Emer. jun. dec.1163. num. 6.*, *& in Romana Fideicommiſſi de Cecchinis 1. Junii 1699. §. Et tamen cor. Emo. de la Tremoille*, *in Romana Fideicommiſſi 8. Junii 1705. §. Aliæ autem cor. clar. mem. Card. Caprara*, *confirmat. 11. Januarii 1706. §. Concomitantibus coram R.P.D. Anſaldo*, *in Tridentina Bonorum*, *ſeu Immiſſionis ſuper ſucceſſione in bonis Philippi*, *Jacobi*, *& Iſabellæ 15. Martii 1706. §. Quo verò in princ. cor. Illmo Scotto*, *& in d. Bononien. Fideicommiſſi Herculis de Elephantutiis 27. Februarii 1708. ex §. His præhabitis ad plures ſeqq.*, vel
48 digreſſus ad plures gradus ſubſtitutionum cum voto perpetuitatis, quia eſto, quod poſſit inde argui fideicommiſſum deſcenſivum, non tamen infertur etiam reciprocum, *Ruin. d. conſ.121. lib. 2.*, *& conſ.115. num.12. lib.3.*, *Fuſar. d. conſ.17. num.102.*, *& ſeqq.*, *& conſ.116. n.2.*, *Odd. conſ. 45.*, *Peregrin. conſ.43. num.2.*, *& ſeqq. lib. 2.*, *& d. conſ.30. lib.3.*, *& de fideicomm. art.13. n.72.*, *Mantica de conject. lib.7. tit.5. in fin.*, *Cavalcan. d. dec.5. num.54.*, *& ſeqq.*, *Caſtald. conſul.77. n. 1.*, *& Rot. Bononien. apud eamd. conſul.142. ante num.51. verſ. ac vocationem Deſcendentium in infinitum*, *Rot. in rec. dec. 287. num. 5. part.5.*, *& dec. 105. num. 21. coram Carill.*, *cum aliis*, quæ reaſſumantur, & confirmantur in *Tuſculana Fideicommiſſi coram Rondinino ad ornat. clar. mem. Card. de Luca tom.10. dec.67. num.12.*, *& 13.*, *in Romana Fideicommiſſi 8. Junii 1705. §. Nam quatenus cor. clar. mem. Card. Caprara*, *confirmata 11. Januarii 1706. §. Nihilominus cor. R.P.D. Anſaldo*; vel ipſa denique ratio conſervandi 49
agnationem, quæ benè poteſt operari reſpectu Deſcendentium in unaquaque linea, & in portione ſui Aſcendentis tantum, non autem in portione alterius lineæ, *Ripa in leg. heredes mei n. 15. ff. de Senat. Conſult. Trebell.*, *Dec. conſ.291. n.5.*, *Odd. d. conſ. 45. num.42. verſ. ad quartam*, *Peregrin. d. conſ.33. num.42.*, *Fuſar. d. conſ.17. nu. 94.*, *& de ſubſtit. quæſt.475. n.21.*, *Mart. part. 4. quæſt.29. art.4. num.10.*, *Rocca diſput. jur. ſelect. cap.17. num.11.*, *& ſeqq.*, *Cavalcan. d. dec.5. annot.67.*, *& dec.15. num.13.*, *& 14. par.3.*, *Seraph. d. dec. 1023. circa fin.*, *latè in Bononien. Fideicommiſſi Herculis de Elephantutiis 27. Februarii 1708. §. His præhabitis coram R. P. D. Aldrovando*; his enim omnibus prævalere videtur regula de reciproca non præſumenda, quan-
do expreſſa non fuit, vel in neceſſariam conſe- 50
quentiam non infertur ab expreſſis, cum ſuâpte naturâ cenſeatur odioſa, ut docent *Bartol.*, *Bald.*, *Alberic.*, *& alii in leg. Titio Sejo §. Seja libertis ff. de legat.2.*, *Surd. conſ. 329. num.4.*, *Giovagnon. conſ 97. lib.1.*, *Altograd. conſ. 60. n.60. lib.1.*, *Peregrin. art. 13. num.41.*, *Fuſar. quæſt. 472. num.40.*, *Roſa conſult.41.*, *& 42.*, *Rocc. d. cap. 17. num.15.*, *& ſeqq.*, *ubi plurimos*.

Deficientibus autem in caſu noſtro prò reciproca inducenda, literâ teſtamenti, conjecturis validis, & demum requiſitis *dict. leg. Titia Sejo ff. de legat.2.*, ſuperfluum videri poſſet quærere, an ullæ pro illius excluſione concurrant conjecturæ deſumptæ tum ex parte Teſtatoris,
tum ex parte heredis. Quæ tamen non deſunt; 51
nam, ſi ſpectemus Teſtatorem, hic ultimo ex Deſcendentibus Vincentii facultatem dedit diſponendi de Bonis in extraneum heredem, dum illi ſubſtitutionem fecit eo ſolum caſu, quo inteſtatus decederet ibi = *Et ultimo eorum ab inteſtato decedenti ſubſtituit &c.* = Hinc verò prorſus deſtruitur ratio inducendi reciprocum fideicommiſſum, quæ unicè in eo conſiſtit, quod Teſtator voluerit, hereditatem totam in ultimo vocato conſervari, ut tota ſubſtituto redderetur, ad notata in eadem *leg. Titia per Soccin.*, *& Ripa in leg. heredes mei §. Cum ità ff. ad Senat. Conſult. Trebell.*, *Mantic. lib. 7. tit. 5. de conject. num.9.*; Imò facultas hujuſmodi alienandi ſimplici

plici etiam , & abſoluto fideicommiſſo repu-
gnat, eiuſque perpetuitati, cum factâ aliena-
tione, expiret, leg. Pater filium 38. §. Quindecim
libertis ff. de legat.3., & præ ceteris docent Dec.
conſ.253., Decian. reſponſ. 99. num. 24. lib. 5.,
Mart. de ſucceſſ. legal. part. 4. quæſt. 21. art. 15.
num.20., Peregrin. art.40. num.45., Altograd.
Jun. contr. 48. num. 2., & ibi Rot. num. 72.,
& hanc conjecturam pro excluſione perpetui, &
reciproci fideicommiſſi conſiderat Roſa in ſæpe
citat. conſult. 41. num.20., Rota deciſ. 390. nu.
7. part.18.

Si verò intueamur heredem, Vincentius de
Bonis uti liberis diſpoſuit tàm inter vivos, quàm
52 in ultima voluntate : & ejus filii Agamennon,
& Ageſilaus Jun., illo defuncto, Bona heredi-
taria Patris, tamquam libera inter ſe diviſerunt;
Ex quibus quidem actibus reſultat obſervantia
declarativa fideicommiſſi, quæ multum debet at-
tendi, ad notata per Menoch. conſ.349. nu.15.,
Surd. conſ.362. num. 10., Honded. conſ. 92. nu.
27., & ſeqq. lib.1., Molin. lib.1. cap.5. nu.39.,
Rot. part.5. rec. deciſ.185. num.4., in Romana,
ſeu Firmana Fideicommiſſi de Burattis 25. Janua-
rii 1700. §. Reliqua verò coram Emo Card. Prio-
lo, & in Auximana, ſeu Camerinen. Fideicom-
miſſorum 1. Julii 1709. §. Quæ quidem in fin. co-
ram R.P.D. Criſpo. Potiſſimum, quando pro-
53 venit à primo vocatis, Bellon. jun. conſ. 18. num.
29., clar. mem. Card. de Luca de Donat. diſc.16.
num.13., & diſc.36. num. 18., quam ſequitur
Rot. ad ejus ornat. tom.10. deciſ.27. num.13., &
14., ſicut è contra plurimum valet ad proban-
dam exiſtentiam fideicommiſſi, Caren. reſol. 43.
num.28., Rot. loc. citat. deciſ.69. num.14. in fin.,
& in Mantiſſ. tom.10. deciſ.45. num. 17., & de-
ciſ.48. num.16., & apud Paulut. diſſert. 16. de-
ciſ.1. §. final., in Lucana Fideicommiſſi 14. Decem-
bris 1708. §. Verum, & ſeqq. coram Rmo Kau-
nitz, confirmata 1. Julii 1709. ex §. Poſita au-
tem coram Illmo Scotto, in Ravennaten. Fidei-
commiſſi Julii Camilli de Abbioſis 1. Julii 1707.
§. Accedente coram R P.D. Lancetta, confirmat.
7. Aprilis 1710. §. Certiora autem coram R. P.
D. Criſpo. Nam heres, qui Teſtatorem cognovit,
54 & cum eo eſt converſatus, præſumitur ſcire quid
Teſtator ſenſerit, ut docet Bartol. in leg. gerit
num.17. ff. de acquir. hered., & leg. ſi quis à filio
§. Si quis plures num. 1. ff. de legat. 1., quem
Doctores communiter ſequuntur, ut Jaſon ibi-
dem teſtatur, Mantic. de conject. lib.3. tit.1. nu.
26., Rot. in Hortana Immiſſionis 6. Junii 1710.
§. Hæcque omnia coram bon. me. Caffarello; Pro-
ut etiam diviſio facta per eos, qui certam hujus
55 teſtamentariæ diſpoſitionis notitiam habebant,
abſque aliqua reſervatione, poteſt etiam fidei-
commiſſi remiſſionem operari : quod eſſet latius
tractandum, viſâ ipsâ diviſione, ſed prò nunc ne-
gari non poteſt, quin ex hiſce actibus tacitè ipſi
heredes faſſi fuerint, fideicommiſſum non ad-
eſſe.

Hæc ſunt momenta rationum, quæ D. Ma-
riannæ favere videntur; Verumtamen non de-
ſunt plurima alia, & quidem graviſſima argu-
menta, ex quibus favore D. Com. Agamenno- 56
nis elicitur fideicommiſſum perpetuum cum re-
ciproca inter Deſcendentes maſculos Vincen-
tii, quorum ſupremus ipſe eſt; vix enim, ac
nè vix quidem in fideicommiſſaria tractatione
habetur regula ulla certior illâ, quâ traditur, 57
quod fideicommiſſum, licèt non literaliter ſcrip-
tum, poteſt nihilominus conjecturis probari, ex
Papiniano in leg. Cùm proponebatur 64. ff. de le-
gat.2. ibi = Etenim in cauſa fideicommiſſi utcum-
que precaria voluntas quæreretur, conjectura po-
tuit admitti = Et idem in leg. unum ex familia §.
Si omiſſa ff. eodem ibi = Si omiſſa fideicommiſſi
verba ſunt, & cetera, quæ leguntur, cum his,
quæ ſcribi debuerant, congruant, rectè datum,
& minus ſcriptum, exemplo inſtitutionis, Lega-
torumque intelligitur = Voluntas enim Teſtato-
ris, quæ in teſtamentis dominatur, leg. in teſta- 58
mentis 35. ff. de condit., & demonſtrat., leg. ſi mi-
hi, & tibi 12., & leg. penult. ff. de legat. 1., leg.
heredes mei §. Cùm ità ff. ad S. C. Trebell., leg.
Cùm virum Cod. de fideicom., non eſt verborum
formulis alligata, ut ait Bald. in leg. precibus ſub
num.49. Cod. de impub., & aliis; ſed, utcumque
deprehendatur, leges ei in famulatum aſſurgunt, 59
leg. omn. verbum Cod. Commun. de legat., leg.
quoniam indignum 15., & leg. Conſulta 23. cum
ſeqq. Cod. de teſtament., leg. Quidam Cod. de liber.
Retor. Et ſane, ſi in contractibus etiam volun-
tatem potiùs, quàm verba ſpectari placuit, leg.
in Conventionibus 219. ff. de verbor. ſignific., 60
ne ſcilicet propter nimiam ſubtilitatem verbo-
rum latitudo voluntatis impediatur, ut dici-
tur in leg. 1. Cod. de hereditat. act. in fin.,
multò magis hoc in teſtamentis procedere
debet; quippè jura noſtra Defuncti volunta-
ti magis opitulantur, leg. in teſtamentis ff. de 61
regul. jur., leg. Plenum 12. §. Sed ſi pecoris ff. de
Uſu, & Habilitat, leg. non ſolùm 31. ff. de Oblig.,
& Act., proindeque verba ipſa conjecturæ vo-
luntatis cedunt, & ſecundum eam accipiuntur, 62
leg. in teſtamento 27., & leg. Pater Severinam
101. in princip. ibi = voluntatem potiùs, quàm ver-
ba conſiderari =, & §. Conditionum verba ff. de
condit., & demonſtr., leg. ſi peculium 6. §. Si Ser-
vus ibi = verba ſecundùm voluntatem Teſtatoris
exaudienda = ff. de pecul. legat., leg. In legatis 21.
Cod. de legat. ibi = In legatis, vel fideicommiſſis
neceſſaria non ſit verborum obſervantia, ità ut nihil
prorſus interſit, quis talem voluntatem verborum
caſus exceperit, aut quis loquendi uſus effuderit =
cum pluribus concordant., & in noſtris termi-
nis docent Ripa in leg. heredes mei §. Cùm ità
num.17. ff. ad Senat. Conſult. Trebell., Cravet.
conſ. 113., Surd. conſ.113., & conſ. 315. num.
45., Torniel. conſ.108., Peregrin. conſ. 54. 55.
& 66., Altograd., qui alios refert., conſ.92. nu.
3. lib.2., Bero quæſt. 104., Mantic. de conject.
lib.7. tit.5. num.15. verſ. ex conjecturis, Menoch.
lib.4. præſ.62. num. 34., Fuſar. quæſt. 472. num.
7., & ſeqq., Cardin. de Luca de fideicommiſ. diſc.
89. num.16., & diſc.106. num.2., Rocc. diſput.
jur. ſelect. cap.15. num.3., & cap. 23. num. 12.,
Caren. reſolut. 163. num.44., Creſp. de Valdaur.
obſerv.

*obſerv.22. quæſt.1. num.18.*, *Rot pluries*, *& ſignanter in Bononien. fideicommiſſi de Ghiſleriis coram Rmo Molines*, *in Mantiſſ. tom 16. deciſ.27. num.9.*, *& latè in famigerata Romana hereditatis de Ruſpolis 13. Junii 1704. §. Sed dato 13. cum ſeqq. coram Rmo Molines*; qui omnes fatentur, fideicommiſſum induci ubicumque & mens
63 fuiſſe Teſtatoris quoquomodo intelligatur.

At verò, ſi fideicommiſſum, licèt non ſcriptum, nec expreſſum, ex conjectura tamen voluntatis infertur, & inducitur: multò facilius,
64 ubi illud expreſſum eſt, ex eadem conjectura qualificatur, extenditur, & declaratur; facilior namque eſt exiſtentis voluntatis progreſſus, & declaratio, quàm novæ voluntatis inductio, *leg. heredes palam 21. §.1. verſ. quod vero quis obſcurius cum ibi notat. ff. qui teſtament. facer. poſſ.*, *Cephal. conſ.114. num.23.*, *& conſ.185. num.6.*, *& conſ.344. num.17.*, *Mantic. de tacit. lib.8. tit. 1. num.27. verſ. ex conjecturis*, *& lib.11. tit.20. eodem num.27. verſ. nam quod vulgò*, *Menoch. lib. 4. præſumpt. 67. num.20. & ſeqq.*, *Rot. dec.243. num.9. part.2. diverſ.*, *deciſ.586. num 12. coram Buratt.*, *& in recent. deciſ. 234. num. 8. part. 11.*, *& deciſ. 203. num. 17. part. 13.*; Tota enim fideicommiſſi materia ſivè quoad ſubſtantiam, ſive quoad modum pendet à vo-
65 luntate Teſtatoris, quæ ſub aliquo certo modo exprimendi coarctata non eſt, *leg. fideicommiſſa 11. §. Item ſi quis, & l. quiſquis 95. ff. de legat.3.*, & proclivior debet eſſe conjectura pro duratione
66 fideicommiſſi jam certi, *leg. Cogi 16. in princip. ff. ad Senat. Conſult. Trebell.* ibi: *in ambiguo tamen magis de ſucceſſione ſenſum dico, ne intercidat fideicommiſſum &c.* »

Atque hinc ſequitur, quòd, licèt in ſe veriſſima ſit *Cumani theorica*, quam ſupra retulimus, nempe, quod, vocatis pluribus nomine collectivo, ſubſtitutio intelligatur potiùs dire-
67 cta vulgaris, quàm fideicommiſſaria: tamen ea limitatur, quando ex conjecturis deprehenditur, Teſtatorem voluiſſe perpetuum, & deſcenſivum inducere fideicommiſſum, ut docent communiter Doctores in *leg. Gallus §. Quidam rectè ff. de liber.*, *& poſth.*, *& in leg. Cum ità §. In fideicommiſſo ff. de legat.2.*, & ipſemet *Cuman.* fatetur *ibidem*, *& in leg. peto 69. §. Fratrem ff. eodem*, *Covarruv. in Cap. Raynutius §.2. num.7. de teſtament.*, *Altograd. lib 1. conſ.90.*, *& lib.2. conſ.80. num.63. & ſeqq.*, *Spad. conſ. 237. lib.3.*, *Fuſar. conſ.154. num.18.*, *& de ſubſtit. quæſt.383. per tot.*, *& quæſt.476. ſub nu. 14. verſ. ſi tamen ultra nomen &c.*, *& num. 93. verſ. declaratur 2.*, *Mantic. de conject. lib. 8. tit. 12. nu. 21.*, *Menoch. de præſumpt. præſumpt. 71. lib. 4. num.27. & ſeqq.*, *Peregrin. de fideicomm. art.18. num. 24. verſ. quartus caſus*, *Molin. de Primog. lib.1. cap.5. ſub num.28. verſ. niſi conjectura perpetuitatis*, *Roſa* ipſe prò contraria parte allegatus *conſult.41.*, *& conſul.42. num.3.*, *clar. me. Card. de Luc. de fideicomm. diſc.93. num.3.*, ubi, quod eſt receptiſſima limitatio, de qua non dubitat, oriens ex eadem *Cumani theorica*, quæ proindè eſt veluti Achyllis haſta feriens & ſanans, *Surd. deciſ.346. num. 21.*, *Magon. deciſ. Florent. 37. num.28.*, *Rota Bononien. apud Rodulphin. alleg. 107. num.28.*, *Rot. Roman. in rec. deciſ.357. ſub num.2. part.1.*, *coram Ubald. in Bononien. Fideicommiſſi deciſ.313. num.2.*, *coram bon. mem. Emerix deciſ. 138. num. 4.*, *latiſſimè in Fanen. Fideicommiſſi 22. Junii 1705. coram bon. mem. Omanna*, *in Romana Hereditatis 14. Junii 1709. §. Non attento coram Emo Card. Priolo*.

Ob non abſimilem rationem, licèt vera ſit theorica deſumpta ex *Text. in leg. Titia Sejo §. Seja libertis ff. de legat.2.*, quod ſcilicet reciproca ſubſtitutio linearis adeſſe non dicatur, niſi concurrant tria nota requiſita, nempè quod omnes fue- 68
rint vocati; ultimo decedenti ſit datus ſubſtitutus, & ſubſtitutio ſit facta in tota hereditate, de quibus *Menoch. de præſumpt. lib.4. præſumpt.62.*, *Fuſar. quæſt.472. num.35.*, *Peregrin. art.13. nu. 14.*, *Mantic. de conject. lib.7. tit.5.*, *Caren. reſolut.144.*, *Rot. in rec. deciſ. 256. num 21.*, *& deciſ.361. num.15.*, *& ſeqq. part.1.*, *coram Celſo deciſ.376.*, *coram Merlin. deciſ.326. num. 14.*, *& ſeq.*, *& deciſ.609. à num.1. part.19.*, nihilominus hujuſmodi tria requiſita ex voluntate ſola Defun- 69
cti ſupplentur: Cujus conjecturæ ſufficiunt ad reciprocam inducendam, quamvis dicta requiſita non adſint; *Altograd.*, *qui alios refert lib. 1. conſ.90. num.3. verſ. nihilominus*, *Redenaſch. conſ. 9. num.89.*, *& ſeqq.*, *Surd. conſ. 36. num. 14.*, *Torniell. conſ.108. nu.2.*, *Peregrin. conſ. 54. nu. 13.*; *Mantic.*, *Menoch.*, *& Fuſar. loc. citat.*, *Rocca diſput. jur. ſelect. cap.15. nu.3.*, *Saminiat. contr.41. num.29.*, *clar. mem. Card. de Luca de fideicomm. diſc.100. num.4.*, *& diſc.101. num.9.*, *Rota in Bononien. Fideicommiſſi de Ghiſleriis 4. Maii 1699. §. Promiſerunt coram Rmo Molines*, *in Forolivien. Fideicommiſſi de Torellis 28. Junii 1702. §. Eamdem coram bon. mem. Muto*, *& in Ravennaten. Fideicommiſſi Julii Camilli de Abbatiſſis 7. Aprilis 1710. §. Quin ad inducendam co-* 70
*ram R.P.D. Criſpo*; id verò ſi procedit etiam inter Tranſverſales, *Balduc. ad Ramon. lib.1. obſerv.9. ex num.70. ad 75.*, *& lib. 3. obſerv. 100. cap.2.*, *Redenaſch. conſ.60. num 39.*, *Aldovin. conſ.92.*, *clar. mem. Card. de Luca diſc. 106. nu. 12.*, *& Rivis diſc.95. num.5.*, *diſc. 100. num.4.*, *& 7.*, *diſc.10. num.5.*, *diſc. 141. num. 3.*, *& in ſumm. num.173.*, *Rocca diſput. Jur. ſelect. cap. 16. ſub num. 14. verſ. Idque etiam*, *Capyc. latr. deciſ.1. num.43.*, *& deciſ.115. num.15.*, *Rota Florent. apud Palm. Nepot. deciſ.213. num. 79.*, *Rota* ſæpiſſimè, & præſertim *coram Merlino deciſ.326. num.15.*, *coram Bich. deciſ.281. nu.30.*, *coram Priolo deciſ. 177. num. 13.*, *coram Otthobon. deciſ.177. num.30.*, *in rec. deciſ. 319. num. 1.*, *& deciſ. 320. num. 15. part. 1.*, *deciſ. 183. num.23. part.10.*, *deciſ.244. num.8. part. 14.*, *deciſ.339. part.17.*, *deciſ.605. nu.3. & 4.*, *& deciſ.646. num.15. part.19.*, *& poſt Torr. de pact. futur. ſucceſſ. deciſ.199. num. 15. verſ. minùs obſtat*, *& de Primogen. Ital. part.3. deciſ.21. num. 20. verſ. ſed antequam cum ſeqq.*, *& nu. 21. cum ſeq. ad ornat. clar. mem. Card. de Luca tom.10. deciſ.69. & 70.*, *& in Mantiſſ. tom. 16. deciſ. 26. & ſeq.*

*& ſeq.,cum aliis in Ravennaten. Fideicommiſſi Julii Camilli de Abbioſit 7. Aprilis 1710. §. Non enim, & §. Quidquam non relevante coram R.P.*
71 *D. Criſpo*; quinimmò unicam conjecturam ſufficere, tradunt *Eugen. conſ. 21. num. 29. lib.2., Mantic. de conject. lib.7. tit.5. ſub num. 15., Saminiat. contr.41. ſub num.30. verſ.& quidem, Caſtill. deciſ. Sicil.25. num.23., Rot. coram Duran. deciſ.451. num.4., in rec. deciſ.284. nu.18. part. 6., deciſ.18. num. 12. part.10., deciſ. 411. num. 6. verſ. ubi quod unica part.14., & coram Bich.dec. 287. num. 8.*

72 Leviores procul dubio conjecturæ ſufficiunt quando fideicommiſſum conditum eſt ab Aſcendente, & quidem tàm pro receſſu à *theorica Communi*, quàm etiam pro præſumendo fideicommiſſo perpetuò, *Peregrin. conſ.13. num. 27. lib. 3., Mantic. lib.11. tit.2., Fuſar. queſt.382. nu. 52., clar.mem. Card. de Luca de fideicom.diſc.91. num.15., & diſc.92. num. 3. verſ. verum in unoquoque, Rot. poſt Merlin. de legit. deciſ.127. nu. 29., poſt Cenſul. deciſ.30. repetit poſt Redenaſch. conſ.17., coram Burat. deciſ. 385.num.2., & ibi Adden. verſ. & licet &c. part. 10. deciſ. 1., & coram Emerix Jun. deciſ. 599. nu.1., in Avenionen., ſeu Vaſionen. Primogenituræ 4. Decembris 1693. §. Talis autem coram clar. mem. Card. Caprara, & in Fanen. Fideicommiſſi 22. Junii 1705. §. Conjecturæ in princ. coram bon. mem. Omanna,*
73 etiam cum qualitate reciprocæ, abſque tribus prædictis requiſitis, *Caſtrenſ. in leg. final. §. Filium num.3. ff. de legat.2., Peregrin. conſ.54. nu. 2. lib.1., Altograd. conſ.81. nu.59. lib.2., Calderon. reſolut.94. num.88.*, ubi, quod tunc leves, & qualeſcumque ſufficiunt conjecturæ, *Rocca diſput. jur. ſelect. cap.15. num.15., Rota in recent. deciſ.649. num.13. part.4. tom.3., deciſ.183. num. 22. part.10., deciſ.465. num.34., & deciſ.472. nu. 16. part.14., deciſ.625. num.13. verſ. in quo leviores &c., & deciſ.570. num.7. part.19., & coram bon. mem. Emerix Jun. deciſ.264. num. 6., in Bononien. Fideicommiſſorum de Herculanis 13. Junii 1701. §. Ad hanc coram bon. mem. Muto, in Peruſina Fideicommiſſi ſuper Immiſſione 17. Novembris 1702. §. Potiſſimè coram R.P.D. Anſaldo, in Forolivien. Fideicommiſſi de Torellis 28. Junii 1702. §. Hanc eamdem in fin., & 15. Januarii 1703. §. Retento coram bon. mem. Muto*; Cujus traditionis ratio non aliunde promanat,
74 quàm ex eodem fonte voluntatis Teſtatoris, qui, dum inter Deſcendentes diſponit, præſumitur, ductus vi naturalis affectionis, non ſolùm de primis cogitaſſe, ſed ad ſequentes, & ulteriores etiam ſuam providentiam extendere voluiſſe, ut acutiſſimi ingenii *Papinianus* conſideravit *in leg. Cum avus ff. de condit., & demonſtr.* laudatus *ab Imperatore in leg. Cùm acutiſſimi Cod. de fideicomm., & ibi communiter ſcribentes.*

Quibus ità prænotatis, ſicut ſublatum videtur præjudicium, quod fideicommiſſum induci non poſſit, niſi ſcriptum appareat; ita pariter removetur objectio illa, quod extenſio fideicommiſſi
75 ſit odioſa: Etenim odioſa quidem non erit, quando ducitur ex voluntate Defuncti, cui favor omnis tribuitur, & cujus completa executio inter publicum intereſſe reponitur, *leg. 1. Cod. de Sacroſ. Eccleſ., leg. vel negare ff. quemadmodum teſtam. aperiant., Caſtill. lib. 4. cap. 7., Peregrin. art.1. num. 45., Rocca diſput. Jur. ſelect. cap.23. num.13., Baitell. deciſ. ultim. volunt. dec. 1. num.248. & ſeqq.*, Non enim ſolum quod Te- 76
ſtator dixit, aut quod veriſimiliter voluit, attenditur, ſed illud etiam, quod veriſimiliter fuiſſet reſponſurus, ſi interogatus fuiſſet, *leg. Titius 25. §. Lucius ff. de liber., & poſth., leg. generaliter §. Cùm autem Cod. de Inſtitut., & Subſtitut., Gloſſ. in leg. tale pactum §. final. ff. de pact., Bartol. & Alexand. in leg. final. Cod. de liber., & poſth., Burg. de Pax. conſ. 34. num.29., & ſeqq., Surd. conſ.44. num.4., de Ponte conſ.40. num.10. lib.1., Mantic. lib.7. de conject. tit. 2. num. 7., Caſtill. lib. 4. cap. 12., & plurimos referens Rocca diſput. jur. ſelect. cap.22. num.27., & cap.25. num.29.*

Hiſce itaque elementaribus regulis, veluti firmiſſimo fundamento, ſuperſtruendo molem conjecturarum, quæ tàm pro perpetuitate fideicommiſſi, quàm pro ejus reciproca qualitate conſtabilienda nobis ſuppetunt; quod attinet ad primum, in dubium revocari minimè poſſe videtur, quin illud in tota deſcendentia Vincentii
conſtitutum fuerit; Cum enim Teſtator tanto 77
ſtudio plures ordinaverit ſubſtitutionum gradus, planè fit manifeſtum, quod fideicommiſſi perpetuitatem reſpexerit, ut præ ceteris notarunt *Hieronym. Gratian. conſ.5. num.18. lib.2., Fuſar. conſ.53. ſub num.7., Menoch. conſ.135. num. 5., & præſumpt.59. lib.4. num.13., Ramon. conſ.17. num.8., Balducc. in obſervat. ibid. num.16., & ſeq., Card. de Luca de fideicom. in ſupplem. diſc. 220. num. 3.*, ubi hanc urgentiſſimam conjecturam appellat, *Rocc. diſput. jur. ſelect. cap.16. ſub num.28. verſ. Præcipuè &c., Hieronym. Leo deciſ.70. num. 7., Cæſar. Barz. deciſ. Bonon. 6.*
*num. 43.*, ubi, quod repugnat rectæ rationi, & 78
ſano intellectui, quod voluerit, tot ſubſtitutiones ſub unico eventu vulgaris evaneſcere, *Rot. poſt Giovagnon. conſ.36. num.53. lib.2., in recent. deciſ. 320. num. 18., & ſeqq. part. 1., deciſ. 212. ſub num.3. part.1., deciſ.385. num.32. part. 9., coram Dunoz. jun. deciſ.864. num.7., coram Otthobon. deciſ.113. num.15., coram Arguell. dec.54. num.19. verſ. quinta, proficiſcitur, & num.40., coram Priol. deciſ. 433. num. 22., coram Zarat. deciſ.15. num.24. part.18., deciſ.755. num.11., & part.19., deciſ. 605. num. 12., & coram bon. mem. Emerix jun. dec.538. num.8.*, ubi, quod cre-
dendum non eſt, Teſtatorem de vulgari ſenſiſ- 79
ſe, per quam tota ſubſtitutionum ſeries tanto ſtudio ordinata concideret, ſed inde potiùs apparet, quod ſucceſſivum temporis tractum conſideravit, ut benè *Seraphin. deciſ.934. ſub num.7.* ibi =
*quod autem verba importent tractum ſucceſſivum,* 80
*clarè apparet, ex quo proceſſit ad plures gradus ſubſtitutionum, conſideratâ etiam extinctione lineæ maſculinæ &c. & ultimo morienti ſubſtituit &c., quæ omnia neceſſariò tractum temporis importent, nec poſſunt in momento verificari, prout in vulgari,*

*ri, qua ſtatim ſuum effectum operatur &c.* = *& noviſſime in Avenionen. Primogenituræ* 10. *Januarii* 1701. *§. ſecunda coram clar. mem. Cardin. Caprara, in Faventina Fideicommiſſi, ſeù Primogenituræ* 14. *Decembris* 1705. *§. Deſumitur coram Illuſtriſſimo Scotto, in Engubina Fideicommiſſi* 3. *Junii* 1709. *§. final. coram Rmo Kaunitz, confirmata* 24. *Martii* 1710. *§. Et hinc corruebat coram Illmo Scotto*.

Idque etiam reſultat ex tractu ſucceſſivo, quem
diſpoſitio reſpicit, quique deſumitur tum ex
eo, quod Teſtator vocavit filios naſcituros; quia,
81 cum non poſſint uno, eodemque tempore omnes
naſci, diſpoſitio dicitur habere tractum ſucceſſi-
vum, & ſubſtitutio cenſetur fideicommiſſaria,
*Bartol. in leg. Gallus in princip. ff. de liber., & poſth., Bald. conſ.* 305. *lib.* 3., *Curt. Jun. conſ.* 48. *num.* 4. *& ſeq., Cephal. conſ.* 449. *num.* 6., *Covarruv. in cap. Raynutius §.* 2. *in fin. de Teſtam., Fuſar. quæſt.* 479. *num.* 5. *&* 15., *benè Rot. in rec. deciſ.* 495. *num.* 2. *verſ. quod autem part.* 4. *rec.*; tum etiam ex eo, quod poſt mortem De-
82 ſcendentium alios vocavit, hinc enim dicitur
ſucceſſiva diſpoſitio, & inter ipſos Deſcenden-
tes fideicommiſſum ſupponens, *Ramon. conſ.* 17. *num.* 6., *& ſeqq., Mantic. de conject. lib.* 7. *tit.* 5. *num.* 2., *Fuſar. quæſt.* 479. *num.* 119., *Peregrin. deciſ. Patavin.* 111., *& fatetur ipſemet Roſa pro contraria parte ſcribens conſ.* 52. *num.* 12., *Rota in rec. deciſ.* 212. *num.* 4. *part.* 2., *& coram Ubald. deciſ.* 22. *num.* 10. *verſ. accedit, confirmata deciſ.* 313.

Certi autem Juris eſt, quod, quando diſpoſitio
præfert tractum ſucceſſivum, tunc ceſſat *Cu-*
83 *mani theorica* pro vulgari, & ſubſtitutio cenſetur
fideicommiſſaria, ut poſt eumdem *Cuman., & alios, notant Peregrin. art.* 18. *num.* 14. *& ſeqq., Fuſar. quæſt.* 479. *num.* 93., *clar. mem. Card. de Luc. de Fideicom. diſc.* 93. *ſub num.* 7., *Palma deciſ.* 219. *num.* 1. *& ſeq., Rot. in rec. deciſ.* 49. *num.* 10., *& deciſ.* 320. *num.* 5. *part.* 1., *Seraph. d. deciſ.* 934. *num.* 6., *Rot. in rec. deciſ.* 97. *num.* 5. *& ſeqq. part.* 4., *deciſ.* 190. *n.* 8. *part.* 11., *dec.* 30. *num.* 3. *&* 8., *& dec.* 472. *num.* 31. *part.* 14., *coram bon. me. Emerix jun. deciſ.* 538. *num.* 4. *&* 5. *verſ. limitatur tamen, deciſ.* 1040. *num.* 1., *& deciſ.* 1124. *num.* 1. *& ſeqq.*, recedendo propterea à deciſis *in Bononien. de Burgonzonis, & deciſ.* 1162. *num.* 3. *latè in rec. dec.* 339. *num.* 4., *& dec.* 355. *num.* 7. *part.* 17., *in Romana Juriſpatronatus* 3. *Julii* 1705. *§. Clariora ſunt cor. Rmo Molines, confirmata* 14. *Decemb. ejuſdem anni §. Idemque cor. eod., in Romana Hereditatis* 14. *Junii* 1709. *§. Non attento coram Emo Card. Priolo*;
84 etiamſi implicitus tractus ſucceſſivus temporis
per ſolas conjecturas deſignetur, *Soccin. ſen. conſ.* 12. *dub.* 3. *lib.* 3., *de Pret. de interpret. ultim. volun. lib.* 13. *ſolut.* 5. *num.* 46., *Molin. de Primogen. lib.* 1. *cap.* 5. *ſub num.* 30. ibi = *ſed cum adjectione aliarum conjecturarum, ex quibus diſpoſitio tractum ſucceſſivum, ſeù perpetuitatem requirat* =, *& ſub num.* 28. *verſ. niſi conjectura perpetuitatis, & ſequitur Rot. in rec. deciſ.* 320. *ſub n.* 13. *verſ. nam prædicta part.* 1. *rec., in Avenionen., ſeù Vaſionen. Primogenituræ* 4. *Decembris* 1693. *§. Et denique cor. clar. mem. Card. Caprara, in Romana Donationum* 4. *Junii* 1700. *§. Et denique cor. Rmo dell'Olmo, & in Romana Juriſpatronatus* 3. *Julii* 1705. *§. Verbis accedunt conjecturæ cor. Rmo Molines Decano*.

Quæ porrò perpetuitas non tollitur ex eo,
quod fideicommiſſum conceptum fuerit verbis 85
communibus, quia hæc facilè trahuntur ad fi-
deicommiſſariam, *Gratian. cap.* 744. *nu.* 29. *verſ. tum ex vi verborum, Provenzal. apud Rodulphin. alleg.* 105. *num.* 6. *verſ. tum etiam, Rota Bonon. apud eumdem Rodulphin. allegat.* 107. *nu.* 7. *verſ. tollitur objectum, Rot. in rec. deciſ.* 320. *num.* 5. *& ſeqq. part.* 1., *repetit. deciſ.* 344. *part.* 2., *& dec.* 30. *num.* 7. *part.* 14., eo modo, quo incongruum
non eſt, quod verba etiam directa quoad primo 86
vocatum importent ſubſtitutionem directam, &
reſpectu filiorum fideicommiſſariam, ut notabi-
liter dixit *Rot. deciſ.* 579. *num.* 12. *part.* 1. *diverſ., coram Ubald. d. deciſ.* 22. *num.* 5. *verſ. etiamſi Teſtator, & in rec. deciſ.* 320. *num.* 11. *part.* 1., ubi, quod etiam directa flectuntur ad fideicommiſſum ex mente Teſtatoris.

Confirmant conjecturam hanc perpetui fidei-
commiſſi tum prohibitio detractionum, nempe 87
legitimæ, trebellianicæ, & dotis maternæ,
quæ in fine ſubſtitutionum legitur; illa enim aliò ſpectat, quàm ad fideicommiſſi conſervationem, *Valenz. conſ.* 185. *n.* 15., *Fuſar. quæſt.* 277. *num.* 11., *Petr. de Fideicom. quæſt.* 1. *num.* 130., *Surd. conſ.* 541. *n.* 31. *in fin., Menoch. conſ.* 1006. *num.* 8., *& præſum.* 68. *lib.* 4. *num.* 15., *clar. mem. Card. de Luc. de Fideicom. diſc.* 93. *ſub num.* 7. *verſ. decima à tam ſtricta, Rot. coram Carill. dec.* 233. *num.* 7., *coram Aguell. deciſ.* 54. *num.* 32. *verſ. octava, repetita dec.* 315. *part.* 10. *rec., coram bon. mem. Emerix jun. deciſ.* 538. *n.* 9. *verſ. quartò ex prohibitione, & deciſ.* 592. *num.* 5., *& priùs etiam deciſ.* 116. *num.* 8. *verſ. ſecunda deſumitur*, ubi vehemens hæc dicitur conjectura pro perpetuo fideicommiſſo, *in Faventina Fideicommiſſi, ſeu Primogenituræ* 14. *Decembris* 1705. *§. Succedit quinta cor. Illmo Scotto, in Firmana Immiſſionis* 27. *Junii* 1708. *§. Tertia cor. Rmo Molines, in Engubina Fideicommiſſi* 3. *Junii* 1709. *§. Et quamvis cor. Rmo Kaunitz, & in confirmatoria* 24. *Martii* 1710. *§. Sed uberiora in fin. cor. Illmo Scotto*, tum etiam illa verba à Teſtatore expreſ-
ſa ibi = *Et prædictas ſubſtitutiones fecit vulgari-* 88
*ter, pupillariter, & per fideicommiſſum* =, quæ,
licèt alii contradicant, plurimùm valere ad præſumendum ſucceſſivum fideicommiſſum, præcipuè, ſi coadjuventur aliis conjecturis, notant *Alexand. Trentacinq. de ſubſtit. part.* 5. *cap.* 10. *nu.* 10. *poſt Peregrin. art.* 18. *nu.* 23., ubi dicit, tunc rem eſſe claram, *& Fuſar. quæſt.* 479. *num.* 35. *verſ. maximè, Provenzal. apud Rodulphin. allegat.* 105. *num.* 71., *Rota Bonon. apud eumdem allegat.* 107. *ſub num.* 11. *verſ. quod ſinè ullo dubio*, juxta quam revocatis prioribus *Deciſionibus*, fuit deciſum per *Rot. Roman. in eadem Cauſa de Burgunzonis coram bon. mem. Emerix jun. deciſ.* 1024., caſque clauſulas ſemper in propoſito *Rota* conſi-

deravit, ut *coram Seraphin. d. deciſ. 934. n. 10., coram Coccino dec. 1255. num. 3., coram eodem Emerix jun. dec. 56. poſt princip., & dec. 538. nu. 7.* ibi = *quæ clauſula importat claram voluntatem Teſtatoris ſubſtituendi filios, nepotes, & pronepotes, non ſolum per vulgarem, ſed etiam per fideicommiſſum* =, *deciſ. 599. num. 5. coram eodem, & in rec. dec. 472. num. 30. & 31. part. 14., & in Fanen. Fideicommiſſi 22. Junii 1705. §. Certiora autem cor. bon. mem. Omanna, ubi receſſum fuit à deciſione editâ 4. Julii 1704. cor. eod.*

Non leve momentum his addit contemplatio
89 agnationis elicita ex qualitate maſculinitatis tàm enixe a Teſtatore expetita: licèt enim hæc regulariter ſoleat importare ſolam ſexus prædilectionem, non autem fideicommiſſum perpetuum, ex auctoritatibus in oppoſitum allegatis, tamen, quando Teſtator, prout in caſu, eam conſtanter perpetuòque exoptavit, inque omni gradu repetivit, tunc utique non ob ſimplicem ſexus prædilectionem, ſed potius cauſativè volita cenſetur, videlicet pro perpetua conſervatione agnationis principaliter contemplatæ, *Bald. conſ. 40. lib. 3., Gabr. conſ. 116. num. 13. lib. 2., Surd. conſ. 316. num. 8. & 14., Aldovin. conſ. 92. num. 20., Fuſar. conſ. 24. n. 43. & ſeqq., Bellon. jun. conſ. 2. n. 23., Marot. conſ. 50. n. 18., Giovagnon. conſ. 38. n. 23. lib. 1., Ramon. conſ. 15. num. 13. & ſeqq., Molin. de Primog. lib. 3. cap. 5. num. 25. & 29., Fuſar. quæſt. 449. ſub num. 15. verſ. ſeptimus, Gratian. cap. 621. num. 34., & cap. 832. num. 11., Caren. reſol. 129. num. 1., Caſtald. conſult. 12. num. 6., Rocca diſput. Jur. ſelect. cap. 2. n. 38., & cap. 15. num. 12. verſ. habitam verò, ubi plurimos, Rodulphin. allegat. 83. num. 10. & 12., Cutell. dec. 29. num. 19., Fontanell. dec. 36. num. 6., Rot. Avenionen. poſt Tondut. quæſt. 112. num. 23. verſ. quia familiæ, Rota Roman. poſt Giovagnon. conſ. 75. num. 73., coram ſan. me. Alexand. VIII. dec. 177. num. 15. & ſeqq., coram Ludoviſ. deciſ. 464. n. 16., in rec. deciſ. 18. num. 17. part. 1., deciſ. 183. n. 14. verſ. cum per quatuor vices part. 10., deciſ. 95. n. 11. part. 11., deciſ. 465. num. 3. part. 14., in Romana Fideicommiſſi 10. Januarii 1698. §. Quippè corruit cor. R. P. D. Lancetta, in Romana Fideicommiſſi de Alberiniis 6. Junii 1704. §. Motivum cum ſeqq. cor. bon. mem. Omanna, & in Ravennaten. Fideicommiſſi Julii Camilli de Abbioſis 7. Aprilis 1710. §. Teſtatorem verò cor. R. P. D. Criſpo*, proindèque certam præbet conjecturam fideicommiſſi perpetui, *Menoch. conſ. 277. num. 10., Cephal. conſ. 137. n. 12. lib. 1., Cravet. conſ. 130. num. 6., Pariſ. conſ. 63. lib. 1. num. 13., conſ. 57. nu. 10. lib. 2., & conſ. 53. num. 25. lib. 3., Peregr. art. 16. num. 17., Fuſar. quæſt. 382. num. 47., & quæſt. 478. num. 101., Surd. conſ. 316. num. 8., Ramon. conſ. 15. nu. 13. & ſeqq., Gratian. diſcept. 285. num. 10., Manſ. conſul. 146. num. 46. & 49., Rot. in rec. deciſ. 244. num. 14. part. 2., & coram Peuting. deciſ. 236. n. final., in Fanen. Fideicommiſſi 22. Junii 1705. §. Tertium verſic. quarta depromitur cor. bon. me. Omanna.*

Si igitur ratio coſervandæ agnationis apta eſt
90 inducendo fideicommiſſo, etiam quando nulla apparet facta ſubſtitutio, ex traditis per *Surd. poſt alios conſ. 90. num. 14., & conſ. 443. num. 19., & Gratiet. conſ. 524. nu. 4., & conſ. 984. num. 8., Rocc. diſput. Jur. ſelect. cap. 23. num. 1.*, potiori jure extendere poterit fideicommiſſum jam præ-
exiſtens, prout dixerit *Altograd. conſ. 90. nu. 71.* 91
*lib. 1.*, & in propoſito *Fuſar. quæſt. 382. nu. 47., Caſtill. lib. 4. conſtit. 9. num. 48., & lib. 5. cap. 92. num. 12., clar. mem. Card. de Luca de Fideicom. diſc. 92. nu. 5., & diſc. 93. ſub n. 7., Rocc. diſput. Jur. ſelect. cap. 16. num. 28. verſ. tum quia, Rot. coram Ubald. deciſ. 22. num. 9.*, ubi, quod, quando Deſcendentes vocantur cum qualitate maſcu-
linitatis, non aliâ ratione id factum videtur, 92
quàm pro conſervatione agnationis, & ſic per viam fideicommiſſi, & poſt *Torr. de pact. futur. ſucceſſ. deciſ. 213. num. 6., & coram bon. me. Emerix jun. dec. 116. num. 11., Larrea deciſ. 43. num. 9., Rot. deciſ. 193. n. 4., & deciſ. 579. nu. 1. part. 1. diverſ., deciſ. 212. n. 4. part. 3., deciſ. 483. part. 4., in rec. deciſ. 143. num. 7. part. 1., dec. 168. num. 5. part. 2., coram Arguell. deciſ. 54. nu. 14.*,
ubi, quod, quando Deſcendentes ſunt vocati 93
cum qualitate maſculinitatis, cenſentur in perpetuum gravati de reſtituendo de uno in alium gradum, & *num. 15.*, ubi, quod eò magis quando maſculinitas fuit ſæpius repetita, ex quo reſultat magis enixa voluntas conſervandæ agnationis, *& in Lucana Fideicommiſſi poſt Paulut. part. 2. tom. 2. diſc. 100. num. 49., & poſt D. Advocatum Conſtant. ad Stat. Urb. dec. 120. num. 8., & in Faventina Fideicommiſſi, ſeu Primogeniture 14. Decembris 1705. §. Elicitur ſecunda coram Illmo Scotto Almæ Urbis Gubernatore.*

Additâ etiam in caſu noſtro qualitate legiti-
morum natalium ſæpius quoque inculcatâ, atque 94
repetitâ: Ex qua ſicut clarior redditur voluntas conſervandæ agnationis, quæ ſinè dubio melius per legitimos conſervatur, quàm per illegitimos, *Ramon. conſ. 15. n. 17.*, ubi hanc agnationis conſervandæ conjecturam potentiſſimam vocat, *Peregr. de Fideicom. art. 22. num. 83., Fuſar. quæſt. 314. num. 3., Caren. reſol. 128. num. 20., Rocc. diſput. Jur. ſelectar. cap. 19. num. 8.*, illâ magis roboratur conjectura perpetui fideicommiſſi, *Giovagnon. conſ. 82. num. 190. lib. 1., Balducc. obſerv. 9. num. 18.*, ubi hanc conjecturam ex qualitate legitimitatis multùm urgere, ait, *Staiban. reſol. 58. num. 12., Rot. coram Ludoviſ. deciſ. 329. num. 6., coram Merlin. deciſ. 359. num. 5., in rec. deciſ. 28. num. 10. part. 8., dec. 526. n. 9. part. 13., deciſ. 328. num. 27. part. 19., coram Dunoz. jun. deciſ. 417. num. 10., & deciſ. 518. num. 4., & in d. Fanen. Fideicommiſſi 22. Junii 1705. §. Tertium verſ. quarta depromitur cor. bo. me. Omanna.*

Huic finitima eſt alia conjectura, quod Te-
ſtator ſemper, & in omni gradu per modum re- 95
gulæ fœminas excluſit: Ex eo enim potiùs fideicommiſſariam, quàm vulgarem præſumi ſubſtitutionem, tradunt *Peregrin. art. 25. num. 26., Caſtill. lib. 2. cap. 4. nu. 72., Rot. coram Arguell. deciſ. 62. num. 7., & deciſ. 79. num. 16., coram bon. mem. Emerix jun. deciſ. 598. num. 3. verſ. & accedente, & in rec. deciſ. 646. num. 22. part. 19.*,

ubi

Digitized by Google

ubi hanc potiſſimam conjecturam vocat, eòque
magis, quia Teſtator, propriis filiabus excluſis, &
96 Maſculis inſtitutis, iiſdem deficientibus, alios A-
gnatos vocavit, hoc enim caſu perſpicuum red-
ditur, Teſtatorem principaliter fuiſſe contem-
platum agnationem, proindeque fideicommiſ-
ſum præſumitur perpetuum, ſine quo, tamquam
deficiente neceſſario medio, obtineri nequit il-
lius conſervatio, Dec. in leg. 1. Cod. de pact., &
ibi Curt. jun., ubi ſic judicatum ab Excmo Conſi-
lio Venet., idem Curt. conſ. 113. num.5., Bertaz.
conſ.98. num.29., Fuſar. conſ.24. in ſecund. conje-
ctur., Cephal. plenè conſ.137. nu.13. & ſeq. verſ.
tertio cum excluſerit, ubi plurimos allegat, &
de communi teſtatur, aſſignatque optimam ra-
tionem his verbis = nam, ſi Teſtator, non fuiſſet
ejus ſententiæ, ut dd. Bona perpetuò remanerent in
agnatione, poſt finitam lineam Deſcendentium ma-
ſculinam, non vocaſſet Agnatos maſculos tranſver-
ſales, ſed fœminas ſuas deſcendentes, prout quili-
bet non inſanus cogitare poteſt &c. = Craſſ. §. Fi-
deicommiſſum quæſt.16. in fin., Fuſar. quæſt. 479.
nu.119. verſ. declaratur decimò ſeptimò, & quæſt.
382. num.48. verſ. & fortiùs, Peregrin. dec.111.
num. 2. verſ. quorum opinio, Rot. coram Coccin.
decif.493. num.7., coram Arguell. decif.54. n.16.
verſ. maximè, ubi ait, idem procedere, ſi poſt Ma-
97 ſculorum lineam ſint ipſæ fœminæ vocatæ, quia
militat pariter ratio conſervandi agnationem, &
fideicommiſſi perpetui, quouſque Maſculi exi-
ſterent, & coram Bichio deciſ. 287. num. 20., in
rec. deciſ.41. ſub num. 5. & ſeqq. part.8., in Ari-
minen. Fideicommiſſi 3. Martii 1692. §. Idque cla-
riùs cor. Rmo Archiepiſcopo Turonen., & in Fa-
ventina Fideicommiſſi, ſeù Primogenituræ 14. De-
cembris 1705. §. Expreſſa verò coram Illmo Scot-
to: Præſertim verò, quando Teſtator, prout in
98 caſu, filias natas, & naſcituras ex sè, & liberis
dote voluit eſſe contentas, tunc enim non ſo-
lùm fideicommiſſum abſolutum, & perpetuum,
ſed etiam reciprocum inter Maſculos argui, do-
cent plures relati à Bonden. collect. 33. tom.2. nu.
45., Rot. coram Duran. dec.526. num.36., in rec.
deciſ. 385. num. 31. part.9., deciſ. 142. num. 14.
part.10., dec.89. num.5. part. 19., & in Carpen-
toracten. Hereditatis 14. Martii 1687. cor. Rmo
Molines, relat. per Calderon. reſol.94. num. 34.,
& in Lucana Fideicommiſſi 1. Julii 1709. §. Et
demum cor. Illmo Scotto.

Cum itaque in noſtra hypotheſi in dubium
revocari minimè poſſe videatur, quin Teſtator
contemplatus fuerit agnationis conſervationem,
ut patet ex ſemper repetita qualitate maſculinita-
tis, & perpetua excluſione tum illegitimorum,
tum fœminarum etiam ex ſuo corpore deſcen-
99 dentium, ex ipſo digreſſu ad plures ſubſtitutionum
gradus, ex quo ſicuti agnationis contemplatæ
legitima conjectura deſumitur, ut docent Dec.
conſ. 15. num. 2., Surd. conſ.241. num. 13., Ga-
brial. conſ.116. num.14., lib.2., Honded. conſ.56.
num.18. lib.2., Caſanat. conſ.20. num.29., Caren.
reſol. 128. num. 30., Cyriac. contr. 96. num. 21.,
Peregr. art. 25. ſub num. 25., Rocca diſput. Jur.
ſelect. cap. 2. num. 36., & cap. 19. num.7., Rota
coram Ludovif. deciſ. 464. num. 18., coram Bich.
deciſ.112. n.13., coram Arguell. deciſ.32. n.31.,
coram Duran. dec.126. num.34., & in rec. dec.95.
num.9. part. 11., ità etiam conjecturæ tum con-
templationis agnationis, tum digreſſus ad plu-
res gradus ſubſtitutionum validiores redduntur, 100
quando mutuò ſeſe coadjuvant, ut tradunt Me-
noch. conſ.1195. nu.17., Caſanat. conſ.20. n.28.,
Mantic. de conject. lib.11. tit. 3. num.3., Roſ. con-
ſul.40. num.10. & ſeqq., clar. me. Card. de Luc. de
Fideicom. diſc.82. num. 11., diſc. 83. num. 9., &
diſc.86. num.5., Rocc. diſput. Jur. ſelect. cap.16.
num.10. & 12., Ridolphin. alleg.51. num.20., Rot.
dec.385. num. 25. & ſeqq., & num. 31. part. 9.,
& cor. ſan. mem. Alexan. VIII. dec.113. num.15.
& 18., & ad ornat. clar. mem. Card. de Luc. de
Fideicom. dec.59. nu.10., & in Mantiſs. ad eumd.
ſub eod. tit. dec. 38. num. 3. 5. & 7., & in Fir-
mana Immiſſionis 21. Junii 1708. §. Adſtipulatur,
& in ejus confirmatoria 26. Aprilis 1709. §. Ad-
ſtipulantibus cor. Rmo Molines.

Si igitur cetera deficerent, hæc ſola ratio agna-
tionis cum ſecum trahat implicitum ſtatum futu-
ri temporis, potens eſt, & ſufficiens erit pro limi-
tatione theoricæ Cumani, & ut ſubſtitutio judi- 101
cetur potiùs perpetua, & per fideicommiſſum
deſcenſivum, quàm per vulgarem ordinata, An-
charan. conſ.27., Cravet. conſ. 161. num. 9., Ro-
land. conſ.10. num.31. lib.3., Mantic. lib.6. tit.15.
n.12., clar. me. Card. de Luc. de Fideic. diſc. 92.
num.5., & diſc. 93. num.7. verſ. prima deduceba-
tur, ubi, quod in hoc eſt concors omnium opi-
nio, Rocca diſput. Jur. ſelect. cap. 16. ſub nu. 28.
verſ. quò ſtante, Rot. in rec. deciſ. 256. num. 15.
part.1., coram Bich. dec. 622. num 17., & coram
bon. mem. Emerix jun. deciſ. 599. num. 4., idque
deſumitur ex cenſura Textus in leg. peto 69. aliàs
71. §. Fratre ff. de legat. 2., ubi = fideicommiſſo
pro familia conſtituto, omnes de familia admittun-
tur =, verba ſunt: Omnes fideicommiſſum petent,
qui in familia fuerunt: quid ergo ſi non ſint ejuſ-
dem gradus? ità res temperari debet, ut proximus
quiſque primo loco videatur invitatus; nec tamen
idcircò ſequentium cauſa propter ſuperiores in po-
ſterum lædi debet &c. = per quem Text. ita docet
Covar. practic. quæſt. cap. 38. verſ. primùm, nec
diſſentitur Molin., alioquin contrariæ ſententiæ
aſſertor d. lib.1. cap. 5. num. 30. ibi = nam Textus
ille loquitur, quando fideicommiſſum eſt lege reli-
ctum eſt, ut Bona in familia conſerventur: quo 102
caſu, cum diſpoſitio tractum ſucceſſivum, ac perpe-
tuam in familia conſervationem præſeferat, non
mirum, ſi omnes, qui ex familia proceſſerint, Jure
fideicommiſſi, ac ordine ſucceſſivo ſuccedere de-
beant &c =, & concordat mirabiliter Text. in leg.
final. Cod. de verb. ſignific.

Quemadmodum verò totus contextus diſpoſi-
tionis teſtamentariæ, de qua agimus, clarè in-
dicat mentem, & deſiderium Teſtatoris con-
ſervandi ſuam agnationem, & quod ad eam uni-
cè reſpexerit, ità hoc idem ſuadet ipſius Teſta-
toris qualitas, & nobilitas, quæ ſinè dubio ma- 103
jores animo ſtimulos admovet pro ſui nominis
perpetuitate, ſuæque familiæ propagatione,

ipſiuſque nobilitatis, quæ ſinè divitiis ſordeſceret, amplificatione, argumento *leg. primæ §. Sed etſi ſervas ff. de ventr. inſpicien.* ibi = *ut ordinum dignitas, familiarumque ſalva ſit &c.* =, ibique ſcribentes; proindeque, quum agitur de di-
104 ſpoſitione viri nobilis, & de illuſtri familia, facilius in dubio capienda eſt conjectura perpetui fideicommiſſi, ut notant *Doctores in leg. Pater 38. §. Julius Agrippa ff. de legat. 3., & leg. ex facto 17. §. Si quis rogatus verſ. ſed hoc ex dignitate ff. ad Sen. Conſult. Trebell., Valenz. conſ.40. num.19., Mantic. de conject. lib.6. tit.10. n.3. & ſeqq., Tiraquell. de nobilit. cap.27. n.33., Peregr. de Fideic. art.25. num.58. verſ. conſiderabam pariter poſt Odd. conſ. 3. num. 2., Caren. reſol.128. num. 29., Rocc. in terminis diſput. Jur. ſelect. cap.19. nu.19., Hieron. Leo dec.60. n.13., & Rot. part.1. diverſ. deciſ.5. num.2. verſ. & prima, & coram Arguell. dec.54. num.38. verſ. quod certiùs.*

Quibus deniquè robur addit conjectura deſumpta ex moribus Patriæ; nam familiare eſt Bo-
105 nonienſibus ſuarum familiarum conſervationi perpetuo fideicommiſſo conſulere, prout teſtantur tot *Rotæ Deciſiones* antiquæ, & recentiores *in Bononien. fideicommiſſorum* emanatæ, ideòque, quoties inter Bononienſes ſimiles incidunt quæſtiones, reſpondendum in dubio ſemper eſſe pro fideicommiſſi duratione, & perpetuitate, etiam contra regulas communes, rectè monet *clar. mem. Card. de Luc. in ſupplem. tom.3. de Fideic. diſc. 20. num.13., & diſc.247. num. 8., & ipſa Rota Bonon. apud Rodulph. allegat.107. n.16.*

Quæ quidem conjecturæ omnes non ſingilla-
106 tim, & ſeorſim, ſed unitim conſiderandæ ſunt, ita quidem, ut, ſicuti ex toto contextu diſpoſitionis, ità etiam ex toto complexu conjecturarum voluntas Teſtatoris deprehendatur, ut monet poſt multos *Balduec. obſerv.9. num.78., clar. me. Card. de Luc. de Fideicom. diſc.93., diſc.100. num. 10., & diſc.105. num. 3., Carena reſol. 128. ſub num.3., Beltramin. ad Ludoviſ. dec. 315. in fin., Rot. in rec. deciſ.28. num.21., & dec.54. num. 4. part.8., coram Merlin. deciſ.447. num. 9., coram ſan. me. Alexand. VIII. deciſ.1. num. 33., coram bon. me. Emerix jun. dec. 599. num. 9. in fin.*, &
107 alibi ſæpiſſimè; quamobrem parvi refert, eorum aliquam ſeorſim acceptam, fuiſſe aliquando à Doctoribus, & Tribunalibus rejectam, ut inquit *Rot. in Carpentoratten. Hereditatis, ſeù Fideicommiſſi 14. Maii 1687., §. Exindè cor. R̃mo Molines Decano, & in d. Faven. Fideicommiſſi 22. Junii 1705. §. final. cor. bon. me. Omanna.*

Fruſtrà verò pro elidenda vi harum conjecturarum opponitur dictio alternativa, quâ uſus eſt Teſtator ibi = *ſuccedat D. Vincentius, vel ejus deſcendentia &c.* = Etenim d. dictio reſolvitur potiùs in copulativam, quando in ſubſtitutionum
108 ordine apparet contemplata agnatio, continens implicitè tractum ſucceſſivum, ut ipſemet *Fuſar.* pro contraria parte allegatus fatetur *quæſt. 479. num. 77. verſ. limitatur quando, cum verba debeant intentioni Teſtatoris inſervire, leg. fideicommiſſa 11. §. Hæc verba ff. de legat. 3.* cum aliis ſupra allegatis; quinimmò vix de hoc dubitandum videtur poſt conſtitutionem Imperatoris *Juſtiniani*, qui, ad tollendas innumeras altercationes, quæ vigebant ſuper vera ſignificatione
d. particulæ, num ſcilicet illa conjunctivè, ſeù 109
potius disjunctivè, ſeu alternativè in ultimis voluntatibus eſſet accipienda, dubitationem injicientibus variis opinionibus, tum & diverſis Principum conſtitutionibus, ut ipſe narrat, ſancivit, quod, omni hujuſmodi verborum ſcrupoloſitate exploſâ, dictio = *aut* = pro, = *&* = accipiatur quaſi copulativo modo prolata, ut & primam perſonam inducat, & ſecundam non repellat, ut latiùs habetur *in leg. 4. Cod. de verbor. ſi-*
*gnificat.* eâ ſolâ inter Doctores relictâ quæſtione 110
de ordine admiſſionis; an ſcilicet plures hoc modo vocati admittantur ſimul, an verò ſucceſſivè; in qua quidem quæſtione communiter traditur, quod inter quos conſideratur ordo charitatis, vocatio intelligatur non ſimultaneè, ſed ſucceſſivè, *per Text. in leg. cum Pater 77. alias 79. §. A te peto penult. ff. de legat.2.*, ità quidem, ut ſucceſſores admittantur ſuo loco per fideicommiſſum, *Dec. conſ.95. num.4., Natt. conſ.470. n.8., Marzar. conſ.1. col.1., Intrigliol. de ſubſtit. cent. 3. quæſt.81. n.16., Clar. §. Teſtamentum quæſt.80. num.5.* ibi = *quando plures perſonæ, inter quas cadit ordo charitatis, vocantur per alternativam, puta Inſtituto Titium, vel ejus filios, tunc videntur vocati non ſimul, ſed ordine ſucceſſivo, ſcilicet primò Titius, & deindè ejus filii per fideicommiſſum, & in hoc Doctores conveniunt &c.* = Et per eadem verba *Cancer. cap.1. de ſubſtit. part.1. num.112. verſ. ad hæc, Caſtill. lib.2. cap.26. n.5., Molin. lib.1. cap. 6. num. 6., clar. mem. Card. de Luca de Fideicom. diſc.44. num.3.*

Et ſanè quid magis abſonum, & magis ab omni Jure, & rectæ rationis dictamine aberrat,
quàm unicâ monoſyllabâ dictiunculâ deſtruere 111
molem tot ſubſtitutionum, & perpetuitatem fideicommiſſi fundatam in voluntate Teſtatoris reſultantem ex toto diſpoſitionis contextu, atque confirmatam congerie conjecturarum illam adſtruente, per ea, quæ notarunt *clar. me. Card. de Luc. eod. tract. diſc. 82. num. 11. §. Quarta, & diſc.87. num.7., Adden. ad dec.632. num.105. & ſeq. part.4. tom.3. rec., benè in ſimili Urceol. deciſ. 22. num.18., Rot. in rec. dec.278. num.12. & 13., & dec. 474. num. 16. & 17. part.18., in Romana Donationum 24. Januarii 1704. §. Aut demum cor. R̃mo Molines, in Romana Juriſpatronatus 3. Julii 1705. §. Certiùs cum ſeq. coram eod., & in Faventina Fideicommiſſi, ſeù Primogenituræ 14. Decembris 1705. §. Tot autem cor. Illuſtriſſimo Scotto.*

Prout neque fideicommiſſi conjecturam deſtruit, vel facultas teſtandi ultimo decedenti implicitè conceſſa, dum ei legitur facta ſubſtitutio ſolùm ab inteſtato: vel obſervantia ſequuta, dum Vincentius heres liberè de Bonis inter vivos, & in ultima voluntate diſpoſuit, ejuſque filii, & ipſe Comes Agamennon de Bonis eiſdem tamquam liberis tranſegerunt; Etenim quoad
primam objectionis partem communior, & re- 112
ce-

ceptiſſima videtur ſententia, quod facultas alie-
nandi, ſive inſtituendi heredem extraneum,
compatibilis eſt cum fideicommiſſo agnatitio,
& perpetuo, illique minimè repugnat, quia in-
telligitur ſub conditione: ſi gravatus tali facultate
uſus non fuerit, prout in caſu non fuit exercita.
Hoc luculenter probatur ex Textu in leg. Titius
rogatus eſt 54. ff. ad Senat. Conſult. Trebell., &
Auth. contra rogatus Cod. eodem, & docent Ale-
xand. conſ. 66. n. 11. lib. 9., Ancharan. conſ. 365.
num. 9., Jaſon. conſ. 173., & conſ. 232. col. fin.
lib. 2., Soccin. conſ. 123. lib. 3., Cephal. conſ. 16.
num. 58. & ſeqq., Torniol. conſ. 102. num. 14.,
Surd. conſ. 10. num. 31., & conſ. 395. num. 2.,
Menoch. conſ. 1006. num. 30. aliiſque relatis, Pe-
regrin. art. 40. ſub num. 40. & ſeqq., Ancharan.
jun. quæſt. 12. lib. 1. num. 9.; Fuſar. quæſt. 650.
num. 45., Theſaur. lib. 1. quæſt. 17. n. 18. & ſeqq.,
ubi contrariis reſpondet, clar. mem. Card. de
Luc. de Fideic. diſc. 57. num. 18., Rocca diſput.
Jur. ſelect. cap. 107. n. 64., Altograd. jun. contr.
48. num. 1. & 8., Rot. coram Merlin. deciſ. 459.
num 3., coram Priolo deciſ. 124. num. 2. & ſeqq.,
repetita apud Altograd. loco citato, in rec. deciſ.
153. num. 20. & 156. num. 3. part. 4. tom. 2., &
coram Bich. deciſ. 287. num. 21., ubi de licentia
inſtituendi heredem extraneum, in Romana Fi-
deicommiſſi de Palmeriis 16. Febr. 1699. §. Non
obſtante cor. clar. me. Card. Caprara, in Nullius,
ſeù Foroliviens. Caſtri Vallis Oppii 12. Junii 1711.
§. Neque de hac permiſſa cor. R. P. D. Lancetta,
confirmata 18. Aprilis 1712. §. Cum hac ſola cor.
R. P. D. Anſaldo.

Quod verò attinet ad obſervantiam contra-
riam fideicommiſſo, facilis, & multiplex eſt
113 reſponſio: nam, ſi de ea agatur reſpectu Vin-
centii, ſicut expreſſè non poterat aliis vocatis
præjudicare, ita nec tacitè per contrariam ob-
ſervantiam, argumento leg. Cum filius familias
28. ff. de teſtament. milit. in fin., ibi = Verumta-
men alienum jus minuere non poteſt = ex ſupradict.
leg. peto §. Fratre ff. de legat. 2. ibi = Sequentium
cauſa propter ſuperiores lædi non debet =, latè Pe-
regrin. conſ. 28. num. 14. lib. 1., quam ſequitur
in terminis Ramon. conſ. 9. ſub num. 21. ad fin.,
Mantic. pluribus relatis de conjectur. lib. 3. tit. 1.
num. 24. & ſeqq., Menoch. lib. 1. præſumpt. 30. per
tot., ubi etiam, quod obſervantiæ conjectura non
114 ſuperat voluntatem Teſtatoris ex aliis conjectu-
ris elicitam; plures enim conjecturæ aliam vin-
cunt, ad Text. in leg. Divus ff. de in integr. re-
ſtitut., & leg. non ſolùm ff. de rit. nupt., & conſo-
nant firmata per Rot. coram Emerix Jun. deciſ.
653. num. 6. & 7., & in rec. deciſ. 157. num. 6.
part. 3., deciſ. 373. num. 4. part. 17., cum aliis
adductis in Fanen., ſeù Senogallien. Caſtri Mon-
tis Portii 7. Maii 1708. §. Ratio coram R̃mo Mo-
lines. Et ſanè, ſi nec millenaria præſcriptio no-
115 cet vocatis Jus ſuum deſumentibus ex propria
perſona, ut tradunt Gratian. diſcept. 577. num.
43. & ſeqq., Antonell. de tempor. legal. lib. 2. cap.
10. num. 2., Rocca diſput. jur. ſelect. cap. 7. num.
2. & ſeq., Rota in Bononien. Jurispatronatus de
Ghislieriis 31. Januarii 1695., confirmata 22.
Aprilis ejuſdem anni, loquens de biſcentum an-
norum præſcriptione, coram bon. mem. Pio, cum
aliis allegatis in Romana augmenti Dotis, & le-
gatorum 4. Martii ejuſdem anni §. Neque obſtat
in med. cor. Em̃o Card. Priolo, impreſſ. ad ornot.
clar. me. Card. de Luca in Montiſſ. tit. de Dot. deciſ.
1. num. 3. & 4., quonam pacto eiſdem nocere po-
terit obſervantia?

Si autem eadem conſideretur reſpectu filio-
rum Vincentii, & ipſiuſmet D. Comitis Aga-
mennonis, ſimilis obſervantia nedum confun- 116
ditur ex actu contrario, dum juribus fideicom-
miſſi Creditoribus Bona defenderunt, Bartol.
in leg. 2. num. 22. ff. ſolut. Matrimon., Cravet. conſ.
313. num. 4., Paulut. diſſert. 16. num. 13., Rota
coram Burat. deciſ. 472. num. 8., & coram bon.
mem. Emerix Jun. deciſ. 367. num. 8., & deciſ.
1021. coram eodem, in Forolivien. Fideicommiſſi de
Torellis 28. Junii 1702. §. final. coram bon. mem.
Muto, in Lucana Fideicommiſſi 14. Decembris
1708. §. Verum, & ſeqq. coram R̃mo Kaunitz,
confirmata 1. Julii 1709. § Poſita autem, & ſeqq.
coram Illuſtriſſimo Scotto, & in Ravennaten. Fi-
deicommiſſi Julii Camilli de Abbioſis 7. Aprilis
1710. §. Certiora autem coram R. P. D. Criſpo,
Rota coram Burat. deciſ. 472. num. 8., & coram
bon. mem. Emerix jun. deciſ. 367. num. 8., & deciſ.
1021. coram eodem, ſed præterea excuſabilis vi-
detur omnis eorum error in hac re, quæ eſt de
apicibus Juris, cujus proindè ignorantia æquipa- 117
ratur ignorantiæ facti, ut ait Rot. in rec. deciſ.
360. num. 6. part. 6., & coram bon. mem. Emerix
Jun. deciſ. 543. num. 6., Mauſ. conſult. 203. num.
20., Beltromin. ad Gregor. deciſ. 289. num. 16.,
ubi concordan., & præcisè ad rem noſtram re-
ſpondit Rota in Romana Fideicommiſſi de Palazzo-
lis 18. Aprilis 1704. §. Abſque eo quod, confir-
mata 5. Decembris ejuſdem anni §. final. coram
bon. mem. Muto, & in Melevitana Fideicommiſſi
21. Februarii 1710. §. penult. coram Em̃o Card.
Priolo, atque ideo, ſicut obſervantia, & credu-
litas heredis non inducit fideicommiſſum ubi
non eſt, Fuſar. conſ. 169. num. 136., clar. mem. 118
Card. de Luca, ceteris omiſſis, diſc. 93. de fidei-
comm. num. 9., & diſc. 193. num. 4. verſ. quo ve-
rò, Rota coram Royas deciſ. 117. num. 33., & de-
ciſ. 484. num. 5., in rec. deciſ. 98. num. 16. part.
10., & deciſ. 112. num. 3. part. 11., & ad ornat.
clar. mem. Card. de Luca de fideicomm. deciſ. 13.
num. 8. tom. 10., ità nec illud, ubi adeſt, de-
ſtruit, Menoch. conſ. 337., Ramon. dict. conſ. 9. ſub
num. 21. verſ. obſervantia, Adden. ad Ludoviſ. de-
ciſ. 184. nu. 8. Epiſcopus Rocc. diſput. Jur. ſelect.
cap. 10. num. 22., Rodulphin. alleg. 140. num. 6.,
Paulut. diſſert. 16. num. 6., Rot. in rec. deciſ. 295.
num. 2., & deciſ. 384. num. 2. part. 3. deciſ. 221.
num. 17. part. 12., in Forolivien. Fideicommiſſi de
Torellis 15. Januarii 1703. §. final. in princ. cor.
bon. mem. Muto, in Lucana Fideicommiſſi 1. Ju-
lii 1709. §. Quod autem verſic. reliqui enarrantur
coram Ill̃mo Scotto. Error namque nec rei veri- 119
tatem immutat, leg. illicitas §. 1. ff. de offic. Præſid.
ibi = Veritas rerum erroribus geſtarum non vitia-
tur, = nec erranti præjudicat, cujus nulla eſt
volun-

voluntas, ut habetur *in leg. Cum teſtamentum* 8. *Cod. de Jur. & fact. ignor.*, præterea; ſi non aliud
120 afferatur, quàm ſimplex diviſio, illa regulariter fideicommiſſo non præjudicat, *Text. in dict. leg. Cum Pater §. Hereditatem* 18. *ff. de legat.* 2., *Peregrin. art.* 52. *num.* 10., *Fuſar. quæſt.* 593. *nu.* 5., *Rota coram Buratto deciſ.* 89. *num.* 1., *coram bon. mem. Emerix Jun. deciſ.* 703. *nu.* 3., *in rec. deciſ.* 272. *num.* 5 *part.* 10., *deciſ.* 308. *num.* 10. *part.* 11., *in Placentina Bonorum* 25. *Junii* 1708. *§. Contra hanc regulam coram R.P.D. Lancetta, in Ravennaten. Fideicommiſſi Julii Camilli de Abbioſis* 7. *Aprilis* 1710. *§. penult. & ult. coram R.P.D. Criſpo, & latiſſimè in altera Ravennaten. Fideicommiſſi Hieronymi de Abbioſis contemporaneè edita ex §. Neque illa uſque in fin. coram eodem*, niſi alia concurrant, de quibus eſſet ſingulariter agendum.

Jam vero, conſtabilitâ exiſtentiâ fideicommiſſi perpetui favore Deſcendentium Vincentii, ſi de ejus qualitate quæratur, an videlicet idem ſit reciprocè ordinatum inter omnes Maſculos, verius videtur, tale cenſendum eſſe, ſive attendamus requiſita *legis Titia Sejo §. Seja libertis ff. de legat.* 2., ſive etiam inſpiciamus conjecturas; quamvis enim ſubſtitutio facta ultimo decedenti, expreſſis, & formalibus verbis non loquatur de tota hereditate, quo caſu reciprocam non adeſſe, dixerunt *Soccin.*, *Mantic.*, *Facchin.*, *Pacion.*, in contrarium adducti, tamen indefi-
121 nitam orationem ſufficere inter Deſcendentes, fatetur *ipſe Pacion. dict. allegat.* 47. *num.* 10. *verſ. neque obſtant*, & docent *Surd. conſ.* 304. *num.* 17. *& ſeqq.*, *Saminiat. contr.* 51. *num.* 26., *Paulut. diſc.* 16. *num.* 41. *verſic. Et de altero, Rota in Foroliviem. apud Calderon. reſp.* 94. *num.* 78., ubi, quod indefinita æquipollet univerſali, *& in Bononien. Fideicommiſſorum de Herculanis* 13. *Junii* 1701. *§. In hac enim coram bon. mem. Muto, & in Ravennaten. Fideicommiſſi Julii Camilli de Abbioſis* 7. *Aprilis* 1710. *§. Prout pariter coram R.P.D. Criſpo*. Quin immò, quando una linea vocatur in defectum alterius, non attendi has formalitates verborum, docent cum plurimis, *Trentacinq. de ſubſtit. part.* 5. *cap.* 5. *num.* 9., *Fuſar. quæſt.* 479. *num.* 119. *verſ. declaratur*, ubi dat rationem, quia fruſtra Teſtator vocaſſet Tranſverſalem ultimo loco, niſi voluiſſet, fideicommiſſum eſſe repetitum à primis in ſecundos, licèt non ſit dictum in tota hereditate, *Altograd. jun. contr.* 37. *num.* 28., *Rocca diſput. jur. ſelect. cap.* 16. *num.* 29. *& ſeqq.*, *ubi, quod tunc ſemper fideicommiſſum intelligitur perpetuum, & reciprocum*.

Verùm enim verò, tametſi *dict. leg.* requiſita formaliter deficerent, nihilominus, quia ibi Juriſconſultus non aliud conſiderat, nec in alio
122 fundatur, quàm in conjectura voluntatis Teſtatricis, jure, meritòque idem erit dicendum, ſi hujuſmodi voluntas per alias conjecturas patefiat, unde manavit communis theorica, quod per conjecturas dicta requiſita ſupplentur, ut, præter alibi relatos, *tradunt clar. mem. Card. de Luca de fideicomm. diſc.* 100. *num.* 4., *& diſc.* 101. *num.* 9., *Torr. de Primogen. Ital. part.* 2. *quæſt.* 27. *num.* 12., *&* 44., *Epiſcopus Rocc. diſputat. jur. ſelect. cap.* 16. *num.* 14. 15., *&* 25., *Rot. coram Card. Cerro deciſ.* 796. *num.* 5., *& in rec. deciſ.* 493. *num.* 9., *& deciſ.* 531. *num.* 1. *part.* 19., *in Firmana Prædii della Parapina* 2. *Junii* 1696. *§. Relevantiæ coram bon. mem. Muto, & in Foroliviem. Fideicommiſſi de Torellis* 15. *Januarii* 1703. *§. Et quomvis coram eodem*.

Conjecturarum verò omnium veluti præcipua, eſt illa, quæ elicitur ex conſervatione agnatio- 123
nis, quæ quidem ſinè reciproca Bonorum reſtitutione conſervari non poteſt; idcircò eædem ferè omnes conjecturæ, quas ſupra pro fideicommiſſo abſoluto, & perpetuo conſideravimus, conducunt ad illud reciprocum efficiendum, *clar. mem. Card. de Luca de Fideicomm. diſc.* 101. *num.* 6., *Urceol. conſul.* 82. *num.* 6., *& ſeqq.*, *Paulut. diſſert.* 16. *num.* 43., *Rota coram Merlin. deciſ.* 326. *num.* 8., *coram Zarat. deciſ.* 15. *num.* 22., *coram Bich. deciſ.* 271. *num.* 19., *& coram ſan. mem. Alexand. VIII. deciſ.* 177. *num.* 11. *&* 12., *deciſ.* 183. *num.* 11. *part.* 10., *deciſ.* 319. *num.* 4., *&* 5. *part.* 12., *deciſ.* 98. *num.* 5., *& deciſ.* 243. *nu.* 4. *part.* 17., *in Firmana Immiſſionis* 27. *Junii* 1708. *§. Eaque præ cæteris, confirmata* 26. *Aprilis* 1709. *coram Rm̃o Molinet, Bononien. Fideicommiſſi de Urſis* 26. *Martii* 1708. *§. Argumenta in fin. coram eod.*, *confirmat.* 10. *Maii* 1709. *§. Omnemque coram R.P.D. Aldrovando, in Ravennaten. Fideicommiſſi Julii Camilli de Abbioſis* 1. *Julii* 1707. *§. Maximè, & ſeq.*, *confirmata* 16. *Januarii* 1708. *§. Et licèt coram R.P.D. Lancetta, &* 7. *Aprilis* 1710. *§. Et ſanè cum ſeq. coram R.P.D. Criſpo*.

Prima itaque ſit perpetua, & in quolibet gradu repetita vocatio Maſculorum cum perpetua,
& repetita excluſione fœminarum: non enim 124
poſſet adimpleri voluntas Teſtatoris, niſi per reciprocum fideicommiſſum maſculinum de linea ad lineam, nè ſcilicet fœmina unius lineæ contra votum Teſtatoris aditum ad illud habere poſſit, *Soccin. jun. conſ.* 110. *nu.* 39. *lib.* 3., *Cravett. conſ.* 130. *num.* 6., *Peregrin. conſ.* 62. *num.* 19. *lib.* 1., *Altograd. conſ.* 92. *lib.* 1. *nu.* 13., *Caſanat. conſ.* 47. *num.* 67., *Caren. reſolut.* 129. *nu.* 4., *Gratian. cap.* 621. *num.* 19., *Rocc. diſput. jur. ſelect. cap.* 15. *num.* 9., *Caſtill. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 72., *Rot. in rec. deciſ.* 320. *num.* 15. *verſ. ex mente part.* 1. *poſt Urceol. contr.* 80. *num.* 23. *verſ. tertio ex repetita coram Arguell.*, *deciſ.* 62. *num.* 7., *& deciſ.* 79. *num.* 16., *deciſ.* 422. *n.* 8. *part.* 13., *deciſ.* 28. *num.* 7., *deciſ.* 232. *nu.* 1., *& deciſ.* 645. *nu.* 22., *& ſeqq. part.* 19., *& in Mantiſ. ad clar. mem. Card. de Luc. de fideicomm. deciſ.* 60. *verſ. tum etiam ex præſumpta tom.* 10., *in Bononien. Fideicommiſſorum de Herculanis* 13. *Junii* 1701. *§. Tertia conjectura in fin.*, *& in Foroliviem. Fideicommiſſi de Torellis* 28. *Junii* 1702. *§. Quarta coram bon. mem. Muto*.

Quæ ſanè conjectura magis urget, quando 125
Teſtator, deficiente una lineâ maſculina, vocavit alios Agnatos, *Laderch. conſ.* 169. *Odd. conſ.* 45. *num.* 40., *Fuſar. quæſt.* 475. *num.* 26., *Cavalcan. deciſ.*

deciſ. 17. num. 46. part. 3., Rota coram Merlin.
deciſ.360. num.2., coram Priolo deciſ. 417. ſub
num.2., & num.13. & 14., & priùs deciſ. 177.
num 9. coram eodem, coram Bich. deciſ.287. nu.
17. & 18., coram Pamphil. deciſ.492. num.17.,
& num.19. verſ. maximè, coram ſan.mem. Ale-
xandro VIII. deciſ.177. num.25. & ſeqq., in rec.
deciſ.95. num.11. part.11., deciſ.326. nu.5. part.
14., & in Mantiſſ. ad ornat. clar. mem. Card. de
Luca de fideicomm. deciſ.37.num.4., & deciſ. 46.
num.11., in Aquilana Beneficii 2. Julii 1708. §.
Non relevante coram Illmo Scotto, in Bononien.
Fideicommiſſi de Urſis 26. Martii 1708. §. Verùm,
& §. Quia hujuſmodi coram Rmo Molines, con-
firmata 10. Maii 1709. §. Quibus ita conſtabilitis
coram R. P. D. Aldrovando. Conſideratâ etiam
126 ad hunc effectum qualitate legitimorum nata-
lium in Maſculis, ut in Vot. deciſ.apud Ramon.
conſ.9. §. Conſtat inſuper, Rot.coram Ubald. de-
ciſ.383. num.14., in Bononien. Fideicommiſſorum
de Herculanis 13. Junii 1701. §.Tertia conjectu-
ra coram bon.mem. Muto, & in Forolivien. Fi-
deicommiſſi de Torellis 28. Junii 1702. impreſſ.
apud Calderon. reſol.94. num.97.

Altera deſumitur ex eo, quod inter primò vo-
catos, & prædilectos Teſtator expreſsè recipro-
cam inſtituit ibi = donec unus ſupererit, deſcen-
127 ſivè, & reciprocè ſubſtituit, excluſis ſemper fœ-
minis = indè enim communiori voto conjectura
eruitur, quod illa cenſeatur tacitè repetita inter
ſecundò vocatos, & minùs dilectos etiam ex di-
verſis lineis, ut probat Cravett. conſ. 130. num.
6., & 7., ubi plurifariam reſpondet contrario
argumento ex diſcretiva locutione, eumque
communiter alii ſequuntur, Pariſ. conſ. 57. num.
12. lib.2., Cephal. conſ 137.nu.30., Becc. conſ.
236. num.65., Giovagnon. conſ.81. num.4., Surd.
conſ.349. num.17., Peregrin. conſ. 62. num.14.,
& ſeq. lib.1., Altograd. lib.1. conſ.90. num. 47.
& ſeq., & lib.2. conſ. 81. num. 58. verſ. ſecunda
conjectura, Rodulphin. allegat.83. nu. 12., Cal-
deron. reſponſ.94. num.31., Surd. deciſ.319. nu.
10., Barz. deciſ. Bonon.5. num.34., Capyc. latr.
deciſ.5. num.44., & dec.45. nu. 16. verſ. ad quam
tacitam, Rot. Januen. deciſ. 17. num. 79., Rot.
diverſ. deciſ.492. ſub num.2. part.4., in rec.deciſ.
266. num.20. part.1., coram Merlino deciſ. 326.
num.2., & deciſ.360. num.3., coram Bich. dec.
287.num.24. verſ. & ipſa reciproca, coram Pam-
phil. deciſ.492. num.20., coram ſan. mem. Ale-
xandro VIII. deciſ. 1. num. 26., coram Ludoviſ.
deciſ.315. num.14., deciſ.474. num. 6. part. 13.,
deciſ.465. num.34., & deciſ. 472. num.16. part.
14. quarum ſecunda repetitur poſt Urceol. contr.
80., deciſ.570. num.7. & deciſ.646. num.34., &
deciſ.605. num. 6. part. 19., coram Priol. deciſ.
177. num.8., & deciſ.417. num. 11. verſ. Cla-
rior., & in Lucana fideicommiſſi apud Paulut.
part.2. poſt diſſert.100. num. 38. verſ. ſubſequitur
tertia, latè in Forolivien. Fideicommiſſi de Torellis
28. Junii 1702. §. Tertia, confirmata 15. Januarii
1703. §. Secunda coram bon. mem. Muto, in Bo-
nonien. Fideicommiſſi 26. Martii 1708. §. Et ta-
men coram Rmo Molines, & in confirmatoria 10.
Maii 1709. §. Atque hinc in princ. coram R.P.D.
Aldrovando.

Accedentibus præſertim illis verbis, quibus Te-
ſtator in fine qualificavit omnes ſubſtitutiones ibi 128
= Et prædictas ſubſtitutiones fecit vulgariter, pu-
pillariter, & per fideicommiſſum = ex quibus re-
ciprocam linearem induci, notant Gabriel. conſ.
123. num.21. lib.2., Redenaſc. conſ.60. num.21.,
Peregrin. de fideicomm. art. 18. num. 11., ubi ſic
refert judicatum, Carol. Anton. de Luca de linea
legal. lib.1. art.20. nu.26. & ſeqq., Urceol. contr.
80. num. 11. verſ. quæ verba, Provenzal. apud
Rodulphin. allegat. 105. num. 4., Sperell. deciſ.
152. tom.2. num.45., Rot. coram Bich. deciſ.432.
num.5., coram Otthobon. deciſ.97. num.4. & ſeqq.,
& num.11., & poſt Urceol. loco citato num. 19.
verſ. tum ex illis verbis, nam, etſi, ut plures apud 129
Fuſar. quæſt. 479. num.84., & Urceol. ipſe dict.
contr. 80. nu. 13. voluerunt, quod ſi hæ clau-
ſulæ reciprocam diſcretivè in unaquaque linea
inducant, attamen hoc poſſet procedere, ſi alia
non concurrerent prò arguenda reciproca de una
ad aliam lineam, ut declarat Urceol. ibidem num. 130
15., una enim conjectura alteram coadjuvat, &
propterea regula traditur, quod ad aſſequendam
Teſtatoris voluntatem prò lineari reciproca om-
nes ſimul conjecturæ ſunt conſiderandæ, ut al-
teram altera mutuò confoveat, Surd. conſ. 564.
num. 13. Honded. conſ 54. num. 53. lib.2., Capyc.
latr. deciſ.61. num.61., Saminiat. contr. 41. nu.
38., Rot. in rec. deciſ.320. verſ. quæ conjecturæ
part.1., coram Bich. deciſ.287. num.33., coram
Pamphil. deciſ.492. num.11., coram Priol. deciſ.
177. num.13. verſ. quæ ſanè, deciſ.42. nu.16. part.
11., deciſ.326. ſub num. 10. verſ. quæ conjecturæ
part.14., deciſ.646. num.38. part. 19., & in dicta
Lucana Fideicommiſſi poſt Paulut. diſſert. 100.
part.2 num.53. in Bononien. Fideicommiſſorum de
Herculanis 13. Junii 1701. §. Maximè coram bon.
mem. Muto, & in Forolivien. Fideicommiſſi de
Torellis 28. Junii 1702. §. Et quamvis coram
eodem.

Argumentum etiam reciprocæ præbent, &
prohibitio detractionum, Curt. jun. conſ. 43. n. 131
9., conſ. 80. num. 63., & conſ. 81. num. 54. lib.
2., Altograd. lib.1. conſ. 92. num 54., & ſeqq.,
Urceol. contr. 80. num. 5., & ſeqq., Rocca alios
referens cap.16. num.5., Rot. in rec. dec. 125. n.
7., & dec. 143. num.6., & ſeqq. part.1., dec.
284. num.1. part.6., dec.385. num. 25. part. 9.,
poſt Torr. de pact. futur. ſucceſſ. dec. 63. num. 8.,
& dec.65. num.10., & poſt Urceol. contr. 80. nu.
25. verſ. quod facilius, Sperell. dec.152. nu.55.,
cum aliis in Reatina Fideicommiſſi 23. Junii 1698.
§. Prætendebatur cor. Emo Card. Priolo, Peru-
ſina Fideicommiſſi 27. Junii ejuſdem anni coram
eod., Firmana Immiſſionis 27. Junii 1708. §. Ea-
que præ ceteris, confirmata 26. Aprilis 1709. cor.
Rmo Molines, Bononien Fideicommiſſi de Urſis 26.
Martii 1708. §. Argumentis cor. eodem, confirma-
ta 10. Maii 1709. §. Omnemque cor. R.P.D. Al-
drovando, in Lucana Fideicommiſſi 1. Julii 1709.
§. Potiſſimè cor. Illmo Scotto, & in Ravennaten.
Fideicommiſſi Julii Camilli de Abbioſis 7. Apri-
lis

*lis* 1710. *§. Et ſanè cor. R.P.D. Criſpo*; & di-
132 greſſus ad plures gradus ſubſtitutionum, *Ramon.
conſ.*17., *& ibi Balduc. num.*16., *& ſeqq.*, *Sa-
miniat. contr.*41. *num.* 32., *clar. mem. Card. de
Luc. de Fideicomm. diſc.* 220. *num.* 3., *Rocca di-
ſput. jur. ſelect. cap.* 16. *num.* 10., *& num.* 19.,
*Rot. in rec. dec.* 220. *num.*18., *& dec.*260. *n.*14.
*part.*1., *dec.*183. *num.*16. *part.*10., *dec.*319. *nu.*
13. *part.*12., *dec.*433. *num.*18., *& dec.* 775. *nu.*
11. *part.*18., *dec.*646. *num.*35. *part.*19., *coram
ſan.mem. Alexandro VIII. dec.*177. *num.*20., *co-
ram Bich. dec.*287. *num.* 23 *§. Quarto ponderan-
dum, ad ornat. clar.mem. Card. de Luc. de Fidei-
comm. dec.* 70. *num.*9., *& in Forolivien. coram
Muto* 28. *Januarii* 1702. *apud Calderon. reſp.*
94. *num.*35., *&* 94., ubi etiam *n.* 96. de prohi-
bitione detractionum, eâ quidem ratione, quod
exinde apparet, Teſtatorem perpetuam agnatio-
nis conſervationem fuiſſe contemplatum, ut di-
cunt Doctores citati, & nos ſupra notavimus, &
benè *in Lucana Fideicommiſſi* 1. *Julii* 1709. *§. Po-
tiſſimè cor. Illmo Scotto Almæ Urbis Gubernato-*
133 *re*, additâ etiam claritate, & nobilitate familiæ
Teſtatoris, quam pro alia conjectura reciprocæ
conſiderant poſt alios *Redenaſch. conſ.* 36. *à nu.*
76., *Caren. reſol.* 128. *num.*29., *Bonden. collect.
legal. tom.*2. *collect.*33. *num.*85., *Calderon. reſp.*
94. *num.* 33., *Rot. dec.* 646. *num.* 30. *part.* 19.;
quippe ſinè ea nequit ad mentem Teſtatoris
agnatio conſervari, *Spad. conſ.*237. *lib.*3. *num.*2.,
*Cyriac., aliis relatis, contr.* 585. *num.*20., *& ſeqq.*,
*Gratian. cap.* 828. *num.* 24., *Ciarlin. contr.* 11.
*num.*35., *Urceol. contr.*80. *num.*1., *Rocca diſput.
jur. ſelect. cap.* 16. *num.* 20. *verſ. tertiò quia*, *&
cap.* 23. *num.*10., *& ſeqq.*, *Sperell. deciſ.*152. *n.*
50., *& ſeq.*, *Rot. dec.*18. *num.* 11. *part.* 8., *cor.
Bich. dec.*287. *num.*15., *&* 16., *coram ſan. mem.
Alexand. VIII. dec.* 177. *num.*13., *coram bo.me.
Emerix jun. dec.*116. *num.*10. *verſ. & multò ma-
gis, poſt Torr. de pact. futur. ſucceſſ. dec.*213. *num.*
10 *verſ. ex hac verò*, *dec.* 183. *num.*13., *& ſeqq.
part.* 10., *dec.* 646. *num.* 29., *&* 32. *verſ. votum
part.*19., *& poſt Paulut. differt.*100. *tom.* 2. *par.*
2., *in Lucana Fideicommiſſi num.* 48., *& ſeqq.*,
ubi, quod ad inducendam reciprocam ſuperlati-
va præ omnibus eſt contemplatio agnationis, ibi-
que aliæ concordantes plurimæ allegantur *in
Spoletana Hereditatum* 8. *Maii* 1705. *§. Altera,
& ſeqq. coram bon.mem. Muto*, *& in Ravennaten.
Fideicommiſſi Julii Camilli de Abbioſis* 7. *Apri-
lis* 1710. *§. Quia ad inducendam coram R. P. D.
Criſpo*.
134 Quibus ex conjecturis inducto reciproco fidei-
commiſſo, clara ex eo conſurgit excluſio D.Ma-
riannæ filiæ q. Ageſilai: nec opus eſt eam præ-
135 ſumptivè elicere vel ab excluſione propriarum
filiarum Teſtatoris, ad tradita per *Altograd. lib.*
2. *conſ.* 80. *num.* 82., *& num.* 87., *Rot. in rec.
dec.* 125. *num.* 7. *part.* 1., *& dec.* 232. *num.* 15.
*part.*19., *& in d. Lucana Fideicommiſſi apud Pau-
lut. differt.*10. *part.*2. *num.*51., aut ex qualitate
fideicommiſſi agnatitii, in quo nec fœmina,
136 nec Maſculus ex ea deſcendens admitti poteſt,
ad notata per eumdem *Altograd.*, *& Surd. conſ.*
96., *Caren. reſol.*128., 163., *&* 233., *Rocca di-
ſput. jur. ſelect. cap.* 19. *num.*16., *&* 17., *Larrea
dec.*41. *num.*22., *Rot. ad ornat. clar. mem. Card.
de Luc. tom.* 10. *dec.* 17. *cum duob. ſeqq.*, *& dec.*
28. *num.* 4.; Teſtator enim expreſſe, & diſertis
verbis in quolibet gradu, & in eo etiam, in quo 137
Vincentium, & ejus deſcendentiam vocavit,
fœminas ſemper excluſas voluit, &, ne ad ſuc-
ceſſionem adſpirare poſſent, in defectum unius
lineæ maſculinæ vocavit aliam, & deinde
aliam, atque aliam, quod benè conſiderat *Rot.
d. dec.*28. *num.*14.

Quapropter non obſtat ſupra à nobis allegata
theorica, quod, vocatis Deſcendentibus cum
excluſione fœminarum, hoc intelligi debeat de 138
filiis uniuſcujuſque lineæ inter ſe; non autem,
quod fiat tranſitus de una linea ad aliam, itaut
Agnatus remotior excludat filiam à ſucceſſione
Patris, ne abſque neceſſitate duplex vinculum
odioſum inducatur, ex notatis per *Rocc. diſput.
jur. ſelect. cap* 17., *& ex celebri dec.*1023. *coram
Seraphin.*, *& dec.*68. *part.*15. *cum aliis ſupra ad-
ductis*.

Etenim id removetur ex ipſa voluntate De-
functi, quando ſcilicet vel ex contextu diſpoſi-
ſitionis, vel ex conjecturis apparet, quod volue- 139
rit purum agnaticium fideicommiſſum ſtatuere,
quod præcipue reſultat in caſu ex digreſſu ad plu-
res gradus, repetitâ ſemper qualitate maſculini-
tatis, & excluſione fœminarum, quaſi per mo-
dum regulæ generalis; in his enim terminis ut
adimpleatur mens Teſtatoris, neceſſe eſt ponere
reciprocam inter Maſculos, etiam unius lineæ ad
alteram, itaut, donec ſuperſit aliquis Maſculus
cujuſcumque lineæ, fœmina admitti nequeat,
quia ſic agnatio interrumperetur, & fieret con-
tra votum Teſtatoris, ità docent communiter
poſt antiquiores *Aldovin. conſ.*92. *per tot.*, *Pere-
grin. conſ.* 09. *lib.* 6., *Altograd. conſ.* 54. *num.* 3.
*lib.*1., *& latiùs conſ.*92. *num.*54., ubi plurimos,
& *num.*13., ubi, quod, ſi in defectum unius li- 140
neæ non conferentur ſubſtituti Maſculi alterius
lineæ, eveniret, ut contra votum Teſtatoris de-
veniret pars Bonorum ad fœminas, *Spad. conſ.*
237. *lib.* 3., quod ità fuit modernis temporibus
ſæpe judicatum, *Ramon. conſ.* 100. *ſub num.* 63.
*verſ. & intervenientibus*, *Redenaſch. conſ.*60. *nu.*
2., *Peregrin. de Fideicomm. art.*25. *num.*47. *verſ.
rurſus*, ubi, quod tunc fœmina propinquior De-
functo excluditur per Agnatum remotiorem, 141
quia ità fert natura fideicommiſſi, *Urceol. conſult.*
80. *num.*21., *Caſtald. conſult.*100. *num.*8., *clar.
mem. Card. de Luc. de Fideicomm. diſc.*100. *nu.*4.,
*diſc.*101. *num.*9., *& diſc.*106. *num.*12., *Rocca
diſput. jur. ſelect. cap.* 15. *num.* 5., *& ſeqq.*, *&
cap.*16. *num.*14., *& ſeqq.*, *Ridolphin. alleg.* 32.
*num.*6., *Torr. de Primog. Ital. part.*1. *cap.* 37. *n.*
210., *Balducc. obſerv.* 9. *num.*79., *& ſeqq.*, *Rot.
in rec. dec.* 266. *ſub num.* 20., *& ſeqq.*, *& deciſ.*
300. *part.*1., *dec.* 183. *num.* 23. *part.* 10., *deciſ.*
283. *num.*8. *part.* 13., *dec.* 472. *num.* 11., *&* 12.
*part.*14., *& dec.*68. *num.*15. *verſ. hinc non appli-
cantur part.*15., ubi, quod ex ratione agnationis
conſideratæ receditur à regula diſcretivæ in quo- 142
libet

Digitized by Google

libet Columnello, & benè *dec.* 411. *num.* 2., & *ſeqq.*, & *per tot. part.* 14., *dec.* 154. *num.* 8. & *dec.* 755. *num.* 13. *part.* 28., *dec.* 20. *num.* 7., & *ſeqq.*, & *dec.* 609. *num.* 4., & *dec.* 646. *num.* 1., & *nu.* 27., ubi, quod = *omnimoda excluſio fœminarum per modum regulæ, & prælatia maſculorum nimis generalit non poteſt verificari in tota latitudine, niſi per reciprocam inter omnes lineas in unum complexas* =, *coram ſan. mem. Alexand. VIII. deciſ.* 177. *num.* 19., *cor. bon. mem. Emerix jun. deciſ.* 116. *num.* 12. *verſ. nec obſtat*, & *dec.* 138. *n.* 10., & *laté in Faventina Fideicommiſſi ad ornat. clar. mem Card de Luc. tom.* 10. *dec.* 69. *per tot.*, & *in Lucana Fideicommiſſi apud Paulut. tom.* 2. *part.* 2.
143 *differt.* 100. *num.* 30., & 31., ubi ait, idem procedere, ſi fœminæ fuiſſent vocatæ in tempus remotiſſimum poſt maſculos, & *num.* 33., ubi,
144 quod numquam fit diſcretio linearum, quando repugnant conjecturæ, & egregiè *in Ravennaten. Fideicommiſſi Julii Camilli de Abbioſis* 7. *Aprilis* 1710. *§.* & *finè nlla*, & *§. Et hinc ſuo marte cor. R.P.D. Criſpo*, ibi = *Et hinc ſuo marte corruit ſabalterna oppoſitio, quod fideicommiſſum ingreſſum fuerit in Columnellum Pomponii, cujus ipſa Laura eſt ſoror; quia non eſt novum in jure, quod in hujuſmodi fideicommiſſis, quando fœminæ non fuerunt vocatæ, tunc, deficientibus maſculis unius lineæ, fideicommiſſum tranſire debeat ad Maſculos alterius, neglectis fœminis, quæ vocationem à Diſponente non habeat .* =

Immò verò, tametſi evinci minimè poſſet, Teſtatorem in noſtra hypotheſi agnationem uni-
145 cè reſpexiſſe, ſed perpetuam dumtaxat Maſculorum prædilectionem voluiſſe, nihilominùs id exuberare poſſe videretur, ut fœmina unius lineæ excludenda ſemper foret per Maſculum remotiorem, & alterius lineæ, quum in hoc caſu Teſtator lineam qualitatis lineæ ſubſtantiæ prætuliſſe cenſeatur, ut docent *Alciat. conſ.* 122. *n.* 9. *in fin. lib.* 7., *Valenzuel. conſ.* 97. *num.* 128., & *ſeqq.*, *Caſanat. conſ.* 47. *num.* 27. *cum ſeqq. lib.* 1., *Simon. de Pret. de interpr. ultim. volunt. lib.* 1. *interpr.* 2. *dub.* 2. *ſolut.* 5. *per tot.*, *Mantic. de conject. lib.* 7. *tit.* 10. *num.* 13., & *lib.* 8. *tit.* 18. *n.* 6., *Gratian. diſcept.* 621. *num.* 14. ibi = *Et ultra agnationem ſufficeret prædilectio Maſculorum, quæ eſt præcipua conjectura excluſionis fœminarum etiam proximiorum ad favorem Maſculorum remotiorum alterius lineæ* =, egregiè, & magiſtraliter *Joſeph de Roſa conſul.* 69. *num.* 41., & *quatuor ſeqq. Seſſ. deciſ. Aragon.* 254. *num.* 118., *Rota Lucen. apud Torr. de Primogen. Ital. deciſ.* 24. *nu.* 20., ibi = *Denique ſubdebant, quod, quamvis concederetur, undam dumtaxat prærogativam maſculinitatis fuiſſe prædilectam, nihilominùs, quod attinet ad excluſionem fœminarum, juxta veriorem ſententiam, nihil intereſt, an fideicommiſſum fuerit conſtitutum conſervandæ agnationis causâ, an verò ob ſimplicem ſexus prærogativam, ſemper caim, & utroque caſu, donec maſculus, quamquam remotior, & alterius lineæ ſupereſt, fœmina non admittitur* =, *Rot. in Bononien. Fideicommiſſi de Urſis* 26. *Martii* 1708. *§. Verum*, & *§. Quia hujuſmodi cor. R̃m̃o Molinet, confirmata* 10. *Maii* 1709. *§. Quibus ita conſtabilitis cor. R.P.D. Aldrovando.*

Eóque certiùs in caſu noſtro, quia, cum ſubſtitutio fuerit conſolidata in Vincentio, qui facit unicum ſtipitem in ſuo gradu, licèt duos filios reliquerit, dicitur tamen unica linea, in 146
qua faciliùs reciproca procedit, ut in puncto *Rot. coram bon. mem. Emerix jun. deciſ.* 116. *nu.* 13. ibi = *Præterea, quando ſubſtitutio fuit conſolidata in uno, qui ulteriùs deceſſit, relictis Sebaſtiano Patre Juliæ, & Gabriele Patre Romualdi, & fratrum, pro excluſione Juliæ non eſt opus recurrere ad reciprocam linearem, ſed ſufficit reciproca inter Deſcendentes unius, & ejuſdem lineæ, quæ faciliùs inducitur*, = *poſt Soccin.*, *Redenaſch.*, *Peregr. &c.*, & *dixit etiam in Forolivien. de Torellis apud Calder. reſp.* 94. *ſub num.* 74. *verſ. quoniam*. Quin etiam, ut in hoc caſu unus poſſit reciprocè ſuccedere in portionem alterius, nul- 147
la urget neceſſitas probandi exiſtentiam reciprocæ linearis, *Altograd. conſ.* 101. *num.* 59., & 60. *lib.* 2., *clar. mem. Card. de Luc. de Fideicomm. diſc.* 102. *num.* 3., *Rot. cor. Ubald. deciſ.* 383. *nu.* 13. *cum aliis in Bononien. Fideicommiſſorum de Herculanis* 13. *Junii* 1701. *§. Ad hanc eamdem cor. bon. mem. Muto*, & *in altera Bononien. Fideicommiſſi de Urſis* 10. *Maii* 1709. *§. Sed agitur cor. R.P.D. Aldrovando* ibi = *Sed agitur de inducenda reciproco gravamine inter Deſcendentes unius, ejuſdemque lineæ, & Columnelli, nempe Guidonis Aſcanii, in quo omnia Bona eaberedum coaluerunt, cujus linea tametſi ſubinde in ſubalternos columnellos, ſeù ramos DD. Annibalis, & Alexii ſecundi naturaliter ſubdiviſa fuerit, pro unica tamen reputatur, quo caſu, ut unus poſſit ſuccedere reciprocè in portionem alterius, ceſſat neceſſitas probandi exiſtentiam reciprocæ linearis.* =

Prout etiam, quando Teſtator vocat ſucceſſivè Deſcendentes ſui ipſius, tunc videtur conſideraſſe ſe tamquam caput, & principium unius lineæ potiùs, quàm filios conſtituentes diverſas, & proinde fœmina unius Columnelli excluditur 148
à Maſculo alterius, hoc enim caſu reciproca in una, eademque linea minùs odioſa dicitur, *Redenaſch. conſ.* 58. *num.* 201., *Altograd. conſ.* 101. *num.* 59., & *ſeq. lib.* 2., *Caren. reſol.* 128. *num.* 26., *clar mem. Card. de Luc. de Fideicomm. diſc.* 25. *num.* 21., *diſc.* 89. *num.* 16. *in fin.*, & *diſc.* 102. *num.* 3., *Rodulphin. alleg* 40. *num.* 2., *Roſa conſult.* 69. *num.* 63., & 64., *Carol. Anton. de Luc. de lin. legal. lib.* 1. *art.* 20. *num.* 2. *verſ. aliud eſt*, *Calderon. reſol.* 57. *num.* 4., & *num.* 31., *Cavalcan. deciſ.* 18. *num.* 77. *part.* 3., *Caſtill. deciſ.* 153. *num.* 51., *Rota coram Priolo deciſ.* 433. *num.* 15., *in rec. deciſ.* 605. *num.* 1. *part.* 19., *ad ornat. clar. mem. de Luc. d. deciſ.* 69. *num.* 6. *tom.* 10., *in Mantiſ. ad eumdem tom.* 10. *deciſ.* 19. *nu.* 19., & 20. *verſ. non relevante*, *in d. Lucana Fideicommiſſi* 1. *Julii* 1709. *§. Ulterius coram Illm̃o Scotto Almæ Urbis Gubernatore*, & *in d. Forolivien.* 28. *Junii* 1702. *§. Quoniam, ibique concordan. cor. bon. mem. Muto*, & *in Ravennaten. Fideicommiſſi Julii Camilli de Abbioſis* 7. *Aprilis* 1710. *§. Quidquam non relevante coram R. P.D. Criſpo.*

*Bononien. Fideicommiſſi Nicolai.*

Fœminæ an, & quando appellatione Deſcendentium lineæ maſculinæ non comprehendantur? Diſpoſitio in *leg. cum Avus*, *& leg. cum acutiſſimi* an, & quando in Tranſverſali locum nequeat habere? Reciproca inter maſculos an & quando inducta cenſeatur, & quando linearis, non verò diſcretive in ſingulis gradibus intelligenda ſit?

## VOTUM XI.

1 *Fœminæ ex maſculis appellatione Deſcendentium lineæ maſculinæ comprehenduntur*, & num.5., & 41.

*Niſi certò conſtet de contraria Teſtatoris voluntate*, num. 6.

3 *Fœmina, licèt aliam incipiat lineam, in linea, ſeù familia Patris continetur.*

4 *Fœmina, quamvis finis lineæ paternæ, pars ejus tamen dicitur.*

7 *Filia in hereditate Patris cenſetur Agnato remotiori prædilecta.*

8 *Procedit etiam quoad Bona Tranſverſalis, qui cælebs fuerit.*

9 *Teſtatoris cœlibis familia contentiva cenſetur jure potiùs effectivæ; ſed vid.* num. 54.

10 *Fœmina, licèt nubat extra familiam, ſemper tamen retinet familiam, & agnationem Patris.*

11 *Fœmina à fideicommiſſo Tranſverſalis non excluditur ex ſola ratione conſervandi Bona in familia.*

*Et quando nec etiam excludatur ex facto, in defectu unius lineæ maſculinæ, ulterius ſimilis lineæ vocatione?* num.13.

*Minùſque ex repetita in omnibus gradibus qualitate maſculinitatis? num.*17.

12 *Alienatione in Extraneum prohibitâ, non prohibetur Frater in Sororem alienare.*

13 *Linea Patris, donec filia vivat, non dicitur defeciſſe.*

14 *Maſculinitatis qualitas in parte conditionali adjecta, diſpoſitivam non alterat, in qua lineæ maſculinæ Deſcendentes ſimpliciter vocati ſint.*

*Eademque qualitas expreſſa in parte diſpoſitiva, non cenſetur in parte conditionali repetita*, num.16., *& quando ſecus* num.46.

15 *Diſcretiva locutio diverſum urguit Diſponentis voluntatem.*

17 *Agnationem inter & maſculinitatem differentia intercedit non modica.*

18 *Maſculinitatis qualitas, licèt repetita, non importat agnationis contemplationem, ſed merum ſexus prædilectionem.*

19 *Sexus prædilectio apta non eſt filiam à ſucceſſione Patris excludere in concurſu Agnati remotioris.*

20 *Pro filiæ admiſſione ad hereditatem Patris in excluſionem Agnati remotioris benigna, in dubio, ſumenda interpretatio eſt.*

21 *Præſertim, cum non agitur de filia Teſtatoris, aut primi heredis, ſed ulterioris Deſcendentis.*

22 *Fœminæ, quæ in progreſſu oriuntur, procul dubio appellatione deſcendentium ex linea maſculina continentur.*

23 *Subſtitutio reciproca non præſumitur.*

*Maximè in teſtamento Tranſverſalis*, ibid.

24 *Subſtitutio linearis reciproca, niſi expreſſa ſit, non præſumitur in præjudicium filiæ.*

25 *A fideicommiſſo agnatitio fœminæ excluduntur*, *&* num. 50.

*Ex quibus autem agnatitium cenſeatur? &* num. 27. & ſeq.

27 *Agnationis contemplatio ex conjecturis urguitur ſimul junctis.*

28 *Alienationis prohibitio ampliſſimis facta verbis cum voto perpetuæ Bonorum conſervationis in familia, fideicommiſſum demonſtrat agnatitium.*

*Realiſque cenſetur, licèt ad perſonas directa ſit*. ibid.

29 *Agnatio rigoroſè contemplata dicitur ex volita conſervatione familiæ, hujus etiam cognomine ſuperaddita.*

32 *Maſculinitatis qualitas enixè à Teſtatore in ſingulis gradibus exoptata; non ſexus prædilectionem, ſed agnationis votum perhibet.*

33 *Fœmina inter Agnatos numeratur.*

34 *Agnationem tamen non conſervat; immò perimit, & finit.*

35 *Fideicommiſſum agnatitium expoſcit Bonorum conſervationem in familia.*

36 *Per fœminam Bona extra familiam tranſeant, &* num. 51.

37 *Ex Bonorum volita conſervatione in familia, expreſſo illius cognomine, magis evincitur excluſio fœminarum.*

*Accedente præſertim clauſulâ =*, e non altrimente = *num.*38.

*Tunc enim fœminæ, nec in ſubſidium, admittuntur*, num. 39.

*Immò nec ad earum vitam, ſi præſertim, deficiente unâ lineâ maſculinâ, altera vocata ſit*, num. 40. & 75.

38 *Clauſula=* e non altrimente = *vehemens oſtendit votum conſervationis Bonorum.*

42 *Fœminæ non comprehenduntur appellatione Deſcendentium ex linea maſculina, quoties agnatio contemplata fuerit*, & num. 58., & 74.

*Tunc enim veniunt Maſculi dumtaxat ex Maſculis*, ibid.

*Excluſis quoque Maſculis ex fœminis*, num.44.

43 *Procedit, licèt ſimpliciter vocati ſint Deſcendentes, & proximiores de familia.*

45 *Jus fortiùs eſt in cauſa, quàm in cauſatu.*

46 *Maſculinitatis qualitas expreſſa in parte conditionali ſubintelligitur etiam in diſpoſitiva, quoties de eiſdem agitur perſonis*, & num.47.

48 *Eademque ratio valet etiam è converſo.*

49 *Maſculinitatis qualitas expreſſa in parte conditionali, majùs argumentum præbet agnationis contemplatæ.*

50 *A fideicommiſſo agnatitio fœmina per Agna-*

tum

*tum remotiorem excluditur*, & num. 51.
*Nec venit appellatione Deſcendentium ex linea maſculina, ſeù proximiorum de familia.*
53 *Fœmina, licèt proximior de familia, non tamen proximior de agnatione eſt.*
54 *Diſpoſitio* in L. cum Avus, & L. cum acutiſſimi *procedit in fideicommiſſo Aſcendentis, non Tranſverſalis.*
55 *Et contraria opinio eſt rejicienda.*
56 *Tranſverſales potiùs ex prædilectione agnationis moveri exiſtimantur.*
58 *Fœminarum excluſio contemplationem agnationis arguit.*
59 *Fœminæ expreſſim excluſæ juvari nequeunt diſpoſitione* in L. cum Avus, & L. cum acutiſſimi.
60 *Præſertim, ſi, maſculis deficientibus, non ipſæ, ſed maſculi vocati ſint.*
61 *Ex agnationis conſervandæ voto reciproca infertur ſubſtitutio inter maſculos.*
62 *Concurrentibus præſertim probibitione alienationis, notá perpetuitatis, & collectivo nomine plurium perſonarum, & graduum.*
63 *Tacitum ex tacito, ac præſumptio præſumptionis implicant.*
64 *Secùs, ſi unum, ſive una veniat in conſequentiam alterius.*
65 *Reciproca linearis ſequitur ex voto agnationis conſervandæ.*
66 *Et ex quibus aliis inducatur conjecturis?*
67 *Quando itidem cenſeantur ejus requiſita adeſſe? & quæ illa ſint?* num. 68. & ſeqq.
68 *Verba* = e mancando eſſo Signore &c. ſenza figli = *perindè accipiuntur, ac ſi ſubſtitutio ultimo morienti facta eſſet.*
69 *Subſtitutio ut cenſeatur ultimo morienti facta, ſat eſt, id æquipollenter poſſe colligi, atque interpretativè.*
70 *Quin etiam ultimo morienti adjectum intelligitur reſtitutionis onus, ſi nullus alius expreſſus ſit.*
71 *Subſtitutio facta cohærenter ad univerſalem inſtitutionem, in tota hereditate facta dicitur.*
72 *Verbis lex non eſt impoſita.*
73 *Reciproca inter vocatos adeſſe dicitur, cum ejus concurrunt requiſita.*
76 *Lineæ maſculinæ appellatione ſolùm maſculi ex maſculis continentur.*
77 *Et ſub ea, ſive in diſpoſitiva, ſive in conditionali parte ſit, fœminæ non comprehenduntur.*
78 *Fœmina eſt tamquam parvum nigrum lineam maſculinam interſecans.*
*Diciturque finis lineæ maſculinæ, atque initium fœmininæ*, num. ſeq.
79 *Linea maſculina à Maſculis inchoatur, atque in eorum deſinit ultimo.*
80 *Reciproca, ex collectivo plurium nomine, linearis non intelligitur, ſed potiùs diſcretivè.*
*Præſertim in Tranſverſalibus*, ibid.
81 *Secùs, ſi habita eſt ratio agnationis conſervandæ, cum perpetua alienationis prohibitione.*
82 *Tunc enim fœmina in ſua linea proximior excluditur per Agnatum alterius lineæ remotiorem*, & num. 83.
84 *Quod maximè procedit, ſi plures lineæ maſculinæ ſub nomine collectivo vocatæ, & ſubſtitutæ fuerint.*

SUpereſt nunc agendum de ultima diſpoſitione q. Nicolai Pini filii q. Ageſilai, & fratris germani q. Vincentii; quæ his verbis explicata legitur = *In tutti gli altri ſuoi Beni mobili, immobili ragioni &c. ſuo Erede univerſale detto Signor Teſtatore inſtituiſce, e vuole, che ſia il Signor Vincenzo Pini figlio del Signor Ageſilao, e fratello di detto Signor Teſtatore naturale, e da legitimarſi per renderſi capace, biſognando, della preſente Inſtituzione, e contenuto nel preſente teſtamento, e dopo di lui li ſuoi figlioli, e Deſcendenti in infinito di linea maſculina legitima, e non legitimata per privilegio, o per ſuſſeguente matrimonio; E queſto volgarmente, pupillarmente, e per fideicommiſſo, e non in altro modo &c., e mancando eſſo Signor Vincenzo, o ſuoi figlioli, e Deſcendenti ſenza figlioli maſchi legitimi, e naturali nati di legitimo matrimonio, e di linea maſcolina, eſſo Signor Teſtatore ſoſtituiſce, e vuole, che ſiano li Signori Antonio Maria, a Bernardino Pini, e li ſuoi figlioli, e Deſcendenti in infinito maſchi legitimi, e naturali, e non legitimati nati di linea maſcolina nel modo, e forma, come di ſopra. E caſo, che mancaſſero li ſuddetti Signori Vincenzo, Bernardino, ed Antonio Maria, o loro Deſcendenti legitimi, come ſopra, ſenza figlioli, eſſo Signor Teſtatore ſoſtituiſce, nomina &c. li Deſcendenti maſchi del Signor Cirro Pini legitimi, e non legitimati nel modo, e forma, come di ſopra. E caſo, che ancora queſti mancaſſero, detto Signor Teſtatore ſoſtituiſce &c. li Deſcendenti maſchi del Sig. Flaminio Pini legitimi, e naturali, e non legitimati nel modo, come di ſopra. E mancando d. Deſcendenti del Signor Flaminio, eſſo Signor Teſtatore ſoſtituiſce &c. li figlioli naturali legitimati deſcendenti dalli ſopranominati in ſtirpes, & non in capita. Proibendo intanto eſſo Signor Teſtatore a tutti li ſuoi Eredi iſtituiti, come ſopra, e comandando ad eſſi eſpreſſamente, che per qualſivoglia cauſa, e occaſione, etiam ſotto pena della privazione di detta eredità, non poſſano vendere, ne alienare ſorte alcuna de' Beni di detto Signor Teſtatore, volendo, che tutti quelli ſiano, e ſtiano ſoggetti ad un perpetuo fideicommiſſo nel modo ſudetto, e che quelli debbano in perpetuo ſtare nella caſa, e deſcendenza de' Signori Pini, e non altrimenti, ne in altro modo: Ed altrimenti facendo, tutto quello ſarà ſtato fatto, diſtratto, alienato, e conſumato, ſia caſſo nullo &c. e tutto ſia oſſervato nel modo, e forma, come ſopra.* =

Quâ diſpoſitione inſpectâ, pro eo, quod attinet ad controverſiam, quæ vertit inter D. Com. Agamennonem filium Vincentii primò inſtituti; & Mariannam ejus neptem ex fratre Ageſilao præmortuo, an ſcilicet ab hoc fideicommiſſo fœmina repellatur? dicebatur, nec literam teſtamenti, nec voluntatem Teſtatoris illi reſiſtere.

Non literam teſtamenti, quia, cum Teſtator non vocaverit præciſè Deſcendentes maſculos 1
Vincentii; ſed Deſcendentes lineæ maſculinæ,

ſub hac appellatione comprehendi poſſe videba-
tur Marianna,quæ progenita eſt ab Ageſilao filio
2 d. Vincentii, ſicque per Maſculum, & ex linea
maſculina deſcendit: linea enim dicitur ma-
ſculina ex ſuo principio maſculo; & in ea poſt-
modum Deſcendentes ſive maſculi, ſive fœmi-
næ comprehenduntur, *leg. 1. in princ.*, *& §. 3.*, *&*
*leg. Stemmata 9. ff. de gradib.*, *& affinit.*, & licèt
fœmina incipiat aliam lineam, tamen ipſa in li-
3 nea,ſeù familia Patris continetur, *leg. pronuncia-
tio 195. §. Familiæ appellatio* ibi = *filium familias
filiam familias &c.* = *ff. de verbor. ſignific.*, *Pere-
grin. conſ. 11. n. 5. lib. 2.*, *Menoch. conſ. 625. n. 12.*,
*Mantic. de conject. ult. volunt. lib. 8. tit. 11. n. 9.*,
*Rota coram Bich. deciſ. 661. num. 10.*, ejuſque fi-
nis dicitur *d. leg. pronunciatio in fin.*, quare, ſicut
4 ultima pars corporis in ipſo corpore continetur;
ità fœmina, quamvis finis lineæ paternæ, pars
ejus tamen dicitur, & in ipſa retinetur, ut arguit
*Alciat. in leg. Gallus §. Nunc de leg. num. 1. ff.
de liber.*, *& poſth.*, *Bald. conſ. 339. lib. 3.*, *Bero
conſ. 77. num. 15. lib. 2.* Eſtque proindè commu-
5 nis concluſio, quod appellatione deſcendentium
ex linea maſculina, fœminæ ex maſculo genitæ
comprehendantur, cujus magiſtra eſt *Gloſſa* in
*dicta leg. Gallus §. Nunc de lege verb. nam et ſi ff.
de liber.*, *& poſth.* ibi = *Et tunc etiam neptis
ex filio videtur inſtituta, cum ſit per lineam viri-
lem* = ibique omnes communiter, *Pinell. in leg.
ſi vivâ matre n. 27. & 29 Cod. de Bon. matern.*,
*Raſtic. in leg. cum Avus lib. 2. cap. 5. num. 22. ff.
de liber.*, *& poſth.*, *Menoch. conſ. 731. num. 31.
& ſeq.*, *Fuſar. conſ. 60. num. 26.*, *alioſque Gio-
vagn. conſ. 7. nu. 35. & ſeqq.*, *Mantic. de conject.
lib. 8. tit. 11. num. 9.*, *Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 346.
num. 1.*, *& num. 19. & ſeq.*, *Caſtill. lib. 2. cap. 2.
per tot.*, *Peregr. deciſ. Patavin. 4. per tot.*, *Mart.
Medic. deciſ. 1. num. 32.*, *Beltramin. ad Gregor.
deciſ. 383. lit. B.*, *Rot. coram Carill. deciſ. 256.
num. 11.*, *coram Rembold. dec. 475. per tot.*, *deciſ.
475. num. 3. part. 19. rec.*, *& in Mantiſſ. ad clar.
me. Card de Luc. tom. 10.*, *deciſ. 2. 3. & ſeq.*, *&
concordant Redenaſch. conſ. 30. num. 17.*, *& plu-
rib. ſeqq. lib. 1.*, *Camerat. lib. 2. reſponſ. 4. art. 3.
num. 45. & ſeqq.*, *Marta de Succeſſ. legal. part. 4.
quæſt. 21. art. 16. num. 13. & ſeqq.*, *Altimar. ad
Rovit. conſ. 16. num. 4. & 5. lib. 1.*, *Rota in Se-
nogallien. Fideicommiſſi §. Ipſa apud Balducc. ad
Ramon. conſ. to. 2. fol. 8. deciſ. 2.*, *& coram Priolo
deciſ. 127. num. 3.*, *& in rec. deciſ. 482. num. 8.
part. 19.*

Non etiam reſiſtit voluntas Defuncti, quæ
6 pro excludenda fœmina, quando verba apta
ſunt illam comprehendere, debet eſſe evidens,
& manifeſta, ut ait *Text. in leg. 1. Cod. de condit.
inſert.* ibi = *niſi alia Defuncti voluntas evidenter
probetur &c.* = hic verò talis contraria voluntas
evidenter non apparet; quin potiùs ſubeſt conje-
7 ctura pietatis, quâ in hereditate ſui Patris filia
præſumitur prædilecta remotiori Agnato, argu-
mento *leg. cum Avus ff. de condit.*, *& demon-
ſtrat.*, *& leg. cum acutiſſimi Cod. de Fideicom.*
quæ Jura licèt loquantur in fideicommiſſo Aſcen-
dentis, & noſtrum ſit Tranſverſalis: tamen, quia
d. Nicolaus Teſtator ſobolem non habuit, abſur-
dum non erit dicere, quod eumdem ordinem 8
affectionis, quem erga proprios Deſcendentes
habere non poterat, habuerit, ut plerumque ac-
cidit erga deſcendentiam ſui fratris, prout in
puncto, quando tranſverſalis Teſtator eſt cælebs,
procedere nihilominùs diſpoſitionem *dictæ leg.
cum Avus*, *& leg. cum acutiſſimi*, dixerunt *We-
ſembecc. conſ. 94. n. 18.*, *Bardellon. conſ. 16. n. 26.*,
*Altograd. conſ. 45. n. 6. lib. 1.*, *Marta de ſucceſſ.
legal. part. 1. quæſt. 2. art. 2. num. 29.*, *Noguerol.
allegat. 9. num. 59.*, *clar. mem. Card. de Luc. de
Fideicom. diſc. 25. num. 17. in fin.*, *& diſc. 146.
num. 10.*; hujuſmodi enim Tranſverſales, ex pe-
culiari Teſtatoris affectione Deſcendentium na- 9
turam aſſumunt: & familia contentiva jure po-
tius effectivæ familiæ cenſetur, ut inquiunt *Al-
tograd. conſ. 46. num. 21. verſ. nec non etiam*, *&
conſ. 95. num. 82.*, *verſ. vel procedit lib. 2.*, *Fuſar.
conſ. 169. num. 39. & 53.*, *clar. me. Card. de Luc.
de Fideicom. diſc. 25. num. 17.*, *diſc. 50. num. 7. in
fin.*, *& diſc. 146. num. 11.*, *Rocca diſput. Jur. ſe-
lect. cap. 2. num. 10.*

Neque hujuſmodi voluntas excludendi fœmi-
nam elici poteſt ex eo, quod Teſtator voluerit,
Bona in ſua familia conſervari: etenim fœmina,
licèt nubat extra familiam, tamen retinet ſem- 10
per familiam, & agnationem Patris, à quo pro-
cedit, *d. leg. pronunciatio §. Familiæ ff. de verb.
ſignif.*, *leg. lege 12. Tabular. §. Hujuſmodi Cod.
de legit. hered. §. Ceterum Inſtit. de legitim. agnat.
ſucceſſ.* ibi = *omnes Agnatos ſive maſculos, ſive
fœminas &c.* = *& infra* = *per virilem ſexum de-
ſcendentes ſive maſculini generis, ſive fœminini
ſint &c.* = *§. Item vetuſtas Inſtit. de heredit.*, *quæ
ab inteſt. defer.*, *Soccin. jun. conſ. 10. num. 11.*,
*Fulgoſ. conſ. 131.*, *Pariſ. conſ. 35. lib. 3.*, *Alto-
grad. conſ. 13. num. 33. lib. 2.*, *Peregrin. art. 14.
num. 37.*, *& art. 22. num. 25.*, *Fuſar. quæſt. 352.
nu. 35. & ſeq.*, *Molin. de Primogen. lib. 3. cap. 4.
num. 10.*, *Rocca diſput. Jur. ſelect. cap. 26. nu. 1.
num. 4.*, *& per tot.*, *Rot. in rec. dec. 266. num. 3.
part. 2.*, *deciſ. 349. num. 30.*, *& ſeq. part. 3.*, *dec.
151. num 2. part. 5.*, *coram Ludoviſ. deciſ. 464.
num. 2. & ſeq.*, *coram Merlin. deciſ. 864. num. 19.
& ſeq.*, *& deciſ. 890. num. 4.*, *& part. 9.*, *dec. 133.
num. 1.*, *deciſ. 527. per tot. part. 14.*, *deciſ. 205.
num. 15. part. 16.*, *deciſ. 529. num. 20. part. 18.*,
*& deciſ. 410. num. 47. part. 19.* cum aliis *in Bo-
nonien. Fideicommiſſi de Beniuis 8. Maii 1711.
§. Hiſce demonſtratis coram R. P. D. Anſaldo*:
Et propterea ad ejus excluſionem conjectura ſu-
mi nequit ex ratione conſervandi Bona in fami- 11
lia, ut docent *Menoch. conſ. 197. num. 37.*, *Soc-
cin. jun. conſ. 2. num. 13. lib. 2.*, *Fuſar. conſ. 65.
num. 2.*, *& cum aliis Altograd. jun. contr. 38. ſub
num. 10.*, *Rota coram Merlin. d. dec. 864. nu. 24.*
Id quod optimè probatur in *leg. voluntas 4. Cod.
de Fideicomm.*, ubi habetur, quod, ſi Teſtator
prohibeat, fundum extra familiam alienari, ni- 12
hil contra ejus voluntatem fit, ſi à fratre aliene-
tur in ſororem.

Prout neque ex eo, quod Teſtator in defe-
ctum lineæ maſculinæ Vincentii vocaverit aliam 13
lineam

lineam pariter maſculinam: nihil eſt enim, cur
exindè fœmina excludatur; quæ benè continetur
in linea maſculina Patris, & per quam linea ipſa
Patris conſervatur, itaut defeciſſe non dicatur,
donec filia ſupervivat, ut probant auctoritates al-
legatæ, & confirmant *Cyriac. contr. 281. n. 88.*,
*Caſtald. conſul. 61. nu. 1. & ſeq.*, *Palm. alleg. 96.
num. 10.*, *aliiſque relatis*, *Rota in Reatina Fidei-
commiſſi 4. Februarii 1699. §. Vndè ſi Teſtator co-
ram R̃mo Molines.* Qualitas verò expreſſa in parte
14 conditionali ibi = *e mancando eſſo Signor Vincen-
zo, o ſuoi figlioli, e Deſcendenti, ſenza figlioli
maſchi &c.* = non debet alterare diſpoſitivam, in
qua ſimpliciter ſunt vocati Deſcendentes lineæ
maſculinæ; ſed potiùs argumento diſcretivæ lo-
15 cutionis præſumenda eſt pro diverſis caſibus di-
verſa voluntas, juxta regulam *leg. unic. §. Sin mi-
nùs C. de Caduc. tollen.*, quemadmodum è contra-
16 rio qualitas maſculinitatis expreſſa in parte diſpo-
ſitiva minimè ſubintelligitur, nec repetita cenſe-
tur in parte conditionali, in qua Teſtator com-
muni appellatione filiorum, ſive Deſcendentium
utatur, *Cyriac. contr. 269. nu. 58. poſt Bald conſ.
13. in fin. lib. 3.*, *Honded. conſ. 57. num. 35. lib. 1.*,
*Decian. conſ. 1. num. 98. & ſeqq. lib. 1.*, *Altograd.
conſ. 83. nu. 81. lib. 2.*, pluribuſque relatis, *Rocc.
diſput. Jur. ſelect. cap. 42. num. 20. & 21.*, *Rot.
coram Cerro deciſ. 96. n. 17.*, *coram Royas dec. 90.
ſub num. 11.*, *& dixit in Reatina Fideicommiſſi
16. Junii 1698. coram bon. mem. Muto.*

Nec pariter urget ipſa qualitas maſculinitatis à
17 Teſtatore in ſequentibus gradibus toties repetita,
quaſi exindè appareat, habitam fuiſſe rationem
agnationis, ex qua fœmina certò excluditur:
Etenim differentia non modica eſt inter agna-
tionem, & maſculinitatem, quæ, licèt etiam
repetita, non aliud regulariter importat, quàm
18 ſexus prædilectionem, ut docent Doctores a no-
bis in 2. parte allegati, quibus addimus *Maro de
ſucceſſ. legal. part. 1. quæſt. 1. art. 4. num. 12. &
ſeq.*, *Caſtill. lib. 5. cap. 129. num. 45. & ſeqq.*,
*Guæſad. diſſert. 20. num. 43.*, *Torr. de Primog.
part. 1. cap. 25. §. 24. nu. 269.*, *Manſ. conſult. 198.
num. 15.*, *& conſult. 199. num. 16.*, *Caſtald. con-
ſult. 142. num. 1.*, *Gratian. cap. 999. num. 6.*, *Al-
tograd. jun. contr. 40. n. 10.*, *Rot. in rec. dec. 160.
num. 15. part. 10.*, *coram Dunoz. jun. deciſ. 503.
num. 19.*, *coram Zarat. dec. 31. num. 9.*, *& nuper
in Bononien. Fideicommiſſi de Elephantutiis 25.
Junii 1708. coram R. P. D. Anſaldo §. Ad hoc
autem cum ſeq.*, *& priùs in Romana Juriſpatro-
natus 3. Julii 1705. §. Tantò magis coram R̃mo
Molines*, *& latè Rot. Jannen. in una Jannen.
Primogenituræ 7. Maii 1711. num. 17. 18. & 74.*,
*coram D. Auditore Brichio.* Quæ quidem prædi-
lectio ſexus cum operetur ſolùm in paritate gra-
19 dus, apta non eſt excludere Mariannam à ſucceſ-
ſione ſui Patris in concurſu ſolius Agnati remo-
tioris, ad notata plenè per *Paulut. tom. 2. diſſert.
100. num. 72.*, *& plurib. ſeqq.*, *Rota coram bon.
mem. Emerix jun. deciſ. 1262.*

Cum igitur in caſu vehemens conjectura vo-
luntatis non appareat pro excluſione fœmina-
rum, quæ alioquin aptè comprehenduntur ap-
pellatione Deſcendentium lineæ maſculinæ, ut
loquitur Teſtator, nihil proponitur, cur D. Ma-
rianna ad ſucceſſionem ſui Patris non admitta- 20
tur: pro qua etiam in dubio benigna ſumenda eſ-
ſet conjectura: Cum ſatis inhumanum ſit, filiam
ab hereditate Patris, Maſculo in pari gradu non
exiſtente, removeri, ut dixit *Rot. coram Seraph.
deciſ. 1216. num. 10.*, *& part. 18. deciſ. 381. n. 18.*,
ſed eò magis ceſſat dubium in caſu noſtro, quia
non ſumus in filia Teſtatoris, aut primi heredis, 21
in quibus terminis quidam non immeritò opinan-
tur, filiam tunc potiùs conſiderari tamquam ca-
put, & principium ſuæ lineæ fœmininæ, quàm
uti deſcendentem ex linea maſculina, ſed agitur
de filia ex filio heredis gravati: quo caſu, cum
jam linea habuerit ſuum principium ex Maſculo,
fœminæ, quæ in progreſſu oriuntur, utique de 22
linea maſculina dicuntur, & appellatione De-
ſcendentium ex linea maſculina, procul omni
dubio continentur: ut etiam contrariæ Partis Do-
ctores ſic diſtinguendo fatentur, *Jaſon. in d. leg.
Gallus §. Nunc de lege num. 9. ff. de liber.*, *&
Poſth.*, *& in leg. maritus col. 2. Cod. de Procurat.*,
*Alexand. conſ. 53. lib. 6.*, *Rovit. conſ. 16. nu. 13.
lib. 1.*, *Forſter. de ſucceſſ. lib. 3. cap. 21. in fin.*,
*Andreol. contr. 251. num. 7.*, *Carol. Anton. de
Luc. de linea legal. art. 16. num. 42.*, *aliique co-
pioſè apud Rocc. diſput. Jur. ſelect. cap. 26. n. 17.
§. Ceterum cum duob. ſeqq.*

Præterea ad hoc, ut Marianna cenſeatur ex-
cluſa ab hoc fideicommiſſo, neceſſe eſſet ſuppo-
nere reciprocam ſubſtitutionem inter Deſcen-
dentes maſculos Vincentii; quæ tamen reciproca
in teſtamento minimè legitur, nec aliàs eſt præ-
ſumenda, cum ſuâptè naturâ ſit odioſa; Et ma- 23
ximè, quando, prout in caſu, Teſtator eſt tranſ-
verſalis. Immò nec ipſa reciproca ſufficeret ad
excluſionem Mariannæ, quia benè poſſet intelligi
diſcretivè in ſuis Columnellis, niſi inſuper indu-
catur reciproca linearis, quæ omnia utpotè ad-
verſantia Juris noſtri cenſuræ ergà filios beni- 24
gniori, non ſunt præſumenda, quoties Teſtator
ea non expreſſit, cujus ſanè voluntatis eſſemus
rigidiores interpretes, ſi unicam filiam luctuoſâ
Genitoris hereditate privaremus, per ea, quæ
alibi fuerunt adnotata, & videri poſſunt apud
*Giovagnon. conſ. 97. lib. 1.*, *Altograd. conſ. 60. n.
60. lib. 1.*, *Pacion. allegat. 46. & 47.*, *Roſa con-
ſult. 41. & 42.*, *Rodulphin. allegat. 39. & 40.*,
*Rocc. diſput. Jur. ſelect. cap. 17.*, *Rot. deciſ. 68.
part. 10. rec.*

Quamquam verò hæc primo rei obtutu pluri-
mùm urgere videantur, veriùs tamen cenſerem,
D. Mariannam à fideicommiſſo, de quo agitur,
excluſam eſſe, & ad illud adſpirare non poſſe,
cum illi voluntas Defuncti non ſuffragetur, ut
manifeſtum fiet, ſi ſtatuatur, illud eſſe verè, & 25
propriè agnatitium, & in eo contineri recipro-
cam linearem favore Maſculorum.

Prima aſſumpti pars probatur ex repetita ſæ-
piùs per Teſtatorem qualitate maſculinitatis, ex
qualitate legitimorum natalium ab eodem re- 26
quiſita, ex digreſſu ad plures gradus ſubſtitutio-
num, & ſucceſſiva vocatione plurium linearum
agna-

Agnatorum, alteram alteri deficienti ſubſtituendo, expreſsâ ſemper qualitate maſculinitatis, & legitimæ nativitatis: & ex prohibitione ſtrictiſſima alienationis ex quacumque cauſa, ſub pœna caducitatis, eâ expreſsâ ratione, ut Bona perpetuò conſervareutur in domo, & familia: Hæc enim omnia, licèt ſingula ſuas habeant exceptiones, & Contradictores, unita tamen,
27 quomodo conſiderari debent; votum certè præſeferunt conſervandæ agnationis, ut in allegatione ſuper fideicommiſſo Ageſilai fuit diſtinctè probatum, & plenè præ ceteris docent poſt antiquiores *Altograd. conſ.80. num.91., & ſeq. lib. 2., Fuſar. quæſt.346. num.39., & quæſt.499. n. 1., Cyriac. contr.638. à num.35. ad 40., Caſtold. conſult. 12. num.6., & ſeqq., Rodulphin. allegat. 34. num.2., Urceol. contr.60. num.15., & ſeqq., Rocc. diſput. jur. ſelect. cap.2. num.36., & 37., cap.15. num.12., cap.16. num.10., & duob. ſeqq., & cap.19. num.7., & ſeqq., & num.14., Caren. reſol.128., clar. mem. Card. de Luc. de Fideicom. diſc.82., & 86., Larrea decif. 53. num. 12., & ſeqq., Palm. deciſ. 212. num. 38., Rot. Roman. conſtantiſſimè ſemper, & præcipuè videnda in terminis coram Burat. deciſ.272., & 454., utrobique num.2., & ſeqq., coram Pen. dceiſ.902. num.6., & ſeq., in rec. deciſ. 142. num. 14., & 15. part. 10., dec.95. à num.9. part.11., deciſ.465. à nu.3. part.14., deciſ. 269. à num.14. ad 20. part. 14., deciſ.410. num.17., & deciſ.755. à num.10. part. 19., ad ornat. clar. mem. Card. de Luc. tom. 10. deciſ.33. num. 4., & ſeqq., & in Mantiſſ. eodem tom.10. deciſ.2. num.14., & ſeqq., deciſ.5. à nu. 16., & deciſ.11. à num 9., & nuperrimè in Romana, ſeù Sabinen. Fidei ommiſſi 3. Februarii 1703. §. Reſpectu ſiquidem cum ſeq. cor. R.P.D. Anſaldo, in Bononien. Fideicommiſſi de Beninis 8. Maii 1711. §. Vel tandem coram eodem, in Foroſempronien. Legatorum 2. Maii 1712. §. In dubium autem revocari non valet coram R.P.D. Aldrovando.*

Ipſa namque ſola prohibitio alienationis, ſi cetera deſint, ſic impensè, ſummoque ſtudio à Te-
28 ſtatore ordinata, & in oratione ſeparata poſt omnes gradus, totamque ſeriem ſubſtitutionum adpoſita cum expreſſa ratione, ut Bona perpetuò maneant in domo Pini, ibi = *Proibendo intanto eſſo Signor Teſtatore a tutti li ſudetti Eredi, e comandando eſpreſſamente, che per qualſivoglia cauſa, ed occaſione, etiam ſotta pena della privazione di d. eredità, non poſſino vendere, ne alienare ſorte alcuna di Beni &c., volendo, che quelli tutti ſiano, e ſtiano ſoggetti ad un perpetuo fideicommiſſo nel modo ſudetto, e che quelli debbano in perpetuo ſtare nella caſa, e deſcendenza de' Signori Mareſcotti, e non altrimenti &c.* = hæc, inquam, prohibitio taliter concepta cum expreſſa ratione conſervandi Bona in domo, & familia, præbet fideicommiſſi agnatitii non ſimplicem conjecturam, ſed claram demonſtrationem; vix enim, ac ne vix quidem, clariùs Teſtator votum conſervandæ agnationis exprimere potuiſſet, *Fuſar. quæſt.499. num.1.*, ubi, quod tunc res caret omni dubio, *Molin. de Primog. lib. 1. cap.5. num.16., Rocc. diſput. jur. ſelect. cap. 19. num.6., Franceſ. variar. reſolut. cap.14. à num.9., Balducc. rer. judic. tit. de legat., & fideicomm. deciſ. 3. num. 10., Rodulphin. alleg. 34. num. 7., Oſaſcb. deciſ.50. num.2. ad fin., Larrea d. deciſ. 53. num.17., & ſeqq., Rot. in rec. deciſ. 95. nu. 15. part.11., deciſ.269. num.10. part.15., deciſ.27. num.5. part.18., deciſ.232. num.7., & deciſ.683. num.3. part.18., & in d. Foroſempronien. Legatorum §. Et omnem removet dubietatem coram*
*R.P.D. Aldrovando*, ubi, quod, quando fuit 29
habita ratio conſervationis familiæ, non ſimpliciter, & in genere, ſed familiæ, ſeu domus, ſuperaddito proprio cognomine, nemo umquam dubitavit, quin agnatio dicatur rigorosè contemplata, & paulò ante in *Firmana Immiſſionis 26. Aprilis 1709. §. Adſtipulantibus coram Rmo Molines, in Baren. Immiſſionis 3. Junii ejuſdem anni §. Votum autem coram R.P.D. Aldrovando, in Ravennaten. Fideicommiſſi Julii Camilli de Abbioſis 7. Aprilis 1710. §. Teſtatorem coram R.P.D. Criſpo, & in Romana Fideicommiſſi de Alveris 12. Januarii 1711. §. Augetur præſumptio coram eodem*; dictaque prohibitio ſic facta, licèt videatur directa ad perſonas, tamen
ex amplitudine verborum, & effrænato modo 30
loquendi habetur uti realis, *Ciarlin. contr. 219. num.151., Altograd. lib. 1. conſ. 92. num. 34., Palm. alleg. 233. num. 18., Rota Lucen. apud Zaccard. deciſ. 76. num.144., & ſeqq., Rota Roman. poſt Giovagnon. conſ.85. num. 83. lib. 1., coram Cerro deciſ. 65. num.10., & 11., coram Arguell. deciſ. 28. num.80. part. 18., deciſ.684. num. 10. in Mantiſſ. ad ornat. clar. mem. Card. de Luc. tom.10., deciſ.12. num.13., & 14., & deciſ. 13. num.17.*

Prout etiam tranſitus de una ad aliam lineam,
cum repetita ſemper qualitate maſculinitatis, 31
aliud non importat, niſi fideicommiſſum agnatitium, & maſculinum, *Gabriel. conſ.132. num. 56., & ſeq. lib.1., & conſ.116. num. 16. lib. 2., Aldobrandin. conſ.6. num.47. lib.1., Surd. conſ. 96. num. 29., Bellon. jun. conſ. 2. num. 23., Ramon. conſ.15. num.13., & ſeq., Fuſar. d. quæſt. 499. ſub num.15., Molin. de Primog. lib.3. cap.5. num. 25., & 29., Cyriac. contr. 691. num. 3., Rocca diſput. jur. ſelect. cap.2. ſub num. 38. verſ. quarto ex multiplici, Prat. diſcept. forenſ. lib. 4. cap.1. num.45., Fontanell. deciſ.36. num.6., Rot. coram Ludoviſ. deciſ.464. num.16., & ſeqq., coram Burat. deciſ.454. num.3., in rec. deciſ. 142. num.31. part. 10., deciſ. 415. num. 18. part. 12., deciſ.410. num.27., & num.31. part.29., & ad ornat. clar. mem. Card. de Luc. tom. 10. deciſ.27. num.6., ubi plures concordan., in Ravennaten. Fideicommiſſi Julii Camilli de Abbioſis 1. Julii 1707. §. final., confirmata 16. Januarii 1708. §. Quatenus autem coram R. P. D. Lancetta, & 7. Aprilis 1710. §. Teſtatorem in fin. coram R.P.D. Criſpo, in Bononien. Fideicommiſſi de Roſſenis 4. Junii 1708. §. Deveniendo, & §. Validitam verò coram bon. mem. Omanna, in Bononien. Fideicommiſſi de Urſis 26. Martii 1708. §. Verum, & §. Quia hujuſmodi coram Rmo Molines,*
con-

confirmata 10. Maii 1709. §. Quibus ita conſta-
bilitis coram R.P.D. Aldrovando, in Aquilana
Beneficii 2. Julii 1708. §. Non relevante coram
Illmo Scotto. Qui omnes fatentur, maſculinita-
32 tis qualitatem tam accurato ſtudio in ſingulis
gradibus, & caſibus expreſſam, utpotè cauſativè
adjectam, non importare ſimplicem ſexus præ-
dilectionem; ſed potiùs votum agnationis, Rot.
coram Emerix jun. deciſ.813. num.13., & in Ba-
ren. Immiſsionis 3. Junii 1709. coram. R. P. D.
Aldrovando §. Votum, in Romana Fideicommiſ-
ſi de Alveris 12. Januarii 1711. §. Nec minùs
coram R.P.D. Criſpo.

Poſito autem, quod fideicommiſſum ſit agna-
titium, inde ſequitur, quod ab illo fœmina ſit
33 excluſa: nam, licèt fœmina agnata ſit, quia &
ipſa inter Agnatos adnumeratur §. Ceterum in-
ſtit. de legit. agnat. ſucceſſ., ibi = Omnes agnatos
ſive maſculos, ſive fœminas =, repugnat nihilomi-
34 nus conſervationi agnationis, cum ipſa agnatio-
nem perimat, & ſupprimat, leg. pronunciatio in
fin.ff.de verb.ſignific., quare, cum in fideicommiſ-
35 ſo agnatitio expoſcatur conſervatio agnationis,
ſeù conſervatio Bonorum in familia, excluditur
in eo ſucceſſio fœminæ, per quam Bona tranſ-
36 eunt extra familiam, ut ex pluribus docet Alto-
grad. lib.1. conſ. 92. num. 54., & lib. 2. conſ. 80.
num.71., & ſeq., Honded. lib.2. conſ.75.num.17.
& ſeqq., Giovagnon. conſ.11. num.34. lib.2., Mo-
lina de Primog. lib.3. cap.5. num.2., Theſaur. lib.
2. quæſt.12 num.8., Carena reſol. 128. num.33.,
& reſol. 232. num. 3., Rocca diſput. jur. ſelect.
cap.19. num.3., & ſeqq., Gratian. cap.428. n.9.,
& ſeqq., Tondut. quæſt. civil. cap.127. num.11.,
& ſeq., Larrea deciſ.51. num.22., Seſſe dec.374.
num.23., Rot. in rec. deciſ.203. num. 4. part. 2.,
deciſ. 125. num.3. part. 7., coram Buratto deciſ.
272. num.15., cor. Card.Cerr. deciſ.910. num.9.,
& ſeqq., cor. Emer. jun. deciſ.122. num.23., in
Ariminen. Fideicommiſſi poſt Calderon. reſol.45.,
in Romana Fideicommiſſi de Alborghettis apud
eundem poſt reſol.63., cum aliis in Bononien. Fi-
deicommiſſi de Beninis 8. Maii 1711. §. Quid igi-
tur cor. R.P.D. Anſaldo.

Certius in caſu noſtro, quia Teſtator, expreſ-
37 ſo familiæ ſuæ cognomine, vota omnia ſua, eò
ſpectare profeſſus fuit, ut Bona deberent = in
perpetuo ſtare nella caſa, e deſcendenza de' Signo-
ri Pini, e non altrimente =; quo enim pacto per-
manerent in deſcendentia, ſi deferri poſſent ad
fœminas? ut in propoſito notant clar.mem.Card.
de Luc. de Fideicomm. diſc.101. num.3., Rot.dec.
507. num.5., & ſeqq. part.4. diverſ., & ad ornat.
clar.mem. Card. de Luc. de Fideicomm. deciſ. 26.
num.9., in Firmana Fideicommiſſi 27. Aprilis
1703. §. Neque cor.bon.mem. Muto, in Spoletana
Hereditatum 13. Junii 1704. §.Tum ob illas cor.
bon. mem. Omanua, confirmat. 8.Maii 1705.§.Ma-
ximè quia cor. bon.mem. Muto, & in Fulginaten.
Succeſſionis quoad Carolinam 1. Julii 1709.
§. Maximè quia cor. Rmo Molines; præſertim ve-
38 rò inſpectâ clauſulâ reſolutivâ, = e non altrimen-
te = vehemens hoc Teſtatoris votum confirman-
tes benè ad rem noſtram ex text.in leg.qui heredi
§.final. ff. de condit., & demonſtr. firmat Rot. in
Faventina Fideicommiſſi impreſſ.ad ornat.clar.me.
Card. de Luc. de Fideicom. deciſ. 50. num. 12.;
quamobrem hoc caſu, neque in ſubſidium, fœ- 39
mina admittitur, Maſculis non exiſtentibus, Pere-
grin. conſ.42. num. 10., & conſ.56. num.6. lib. 5.,
Molin. d. cap. 5. lib. 3. ſub num. 2. verſ. ideoque,
Rocca d. cap.19. num.16., Andreol. cap.344. nu.
17., Caren. d. reſol.232. num.3., Urceol. contr.
60. ſub num.23., Rot. in rec. deciſ. 203. nu. 8. in
fine part.2., coram Cerro deciſ.65. num. 21., &
deciſ.410. num.33., & ſeqq., ubi concord. part.19.
in Romana, ſeù Sabinen Fideicommiſsi 3.Februa-
rii 1708. §.Reſpectu ſiquidem cum ſeq.cor.R.P.D.
Anſaldo, in Aquilana Beneficii 2. Julii 1608.
§. Non relevante cor. Illmo Scotto Almæ Urbis
Gubernatore, in Bononien. Fideicommiſsi de Urſis
26. Martii 1708. §. Verùm, & §. Quia hujuſmo-
di coram Rmo Molines Decano, in confirmatoria
10. Maii 1709. §. Quibus ità conſtabilitis coram
R. P. D. Aldrovando, in Ravennaten Fideicom-
miſsi Julii Gamilli de Abbioſis 7. Aprilis 1710.
§. Et ſinè ulla cor. R.P.D. Criſpo, in Romana Fi-
deicommiſsi de Alveris 12.Januarii 1711.§.Nec
minùs cor. eod., & in Bononien. Fideicommiſsi
de Beninis 8. Maii 1711.§.Vel tandem cor.R.P.D.
Anſaldo, & nec etiam ejus vitâ durante: præci- 40
puè, quando, deficiente unâ lineâ, vocatur alia li-
nea maſculina, Sard.conſ.564. num.4., ubi, quod
in hoc non invenit Contradictorem, Venturin.
conſ.25. num.57., Urceol. loc. cit. num. 23., Pa-
ſcal.de virib.patr. poteſt.part.4.cap.9.ſub num.61.,
clar.mem.Card. de Luc. de Fideicomm. diſ.23. nu.
15., & ſeqq., Rocc. diſput. jur.ſelect. cap.2.n.26.,
Rot. cor.Buratto dec.272. num.15., & 17., & ad
ornat. Card. de Luc. tom.10. dec. 27. n. 1., & 12.
& in Mantiſſ. eodem tom. 10. deciſ. 6. cum ſeqq.,
in Romana Fideicommiſſi Nicolai de Maſſiolis 20.
Januarii 1702. §. Neque coram Illuſtriſſimo Scot-
to, in Oppiden. Beneficii 7. Maii 1703. §. Tan-
tum abeſt coram bon. mem. Muto, in Bononien.
Fideicommiſſi de Roſſenis 4. Junii 1708. §. Deve-
niendo, & §. Volitam verò coram bon. mem. O-
manua, in Faventina Juriſpatronatus 12. Maii
1710. §. Quotieſcumque coram R.P.D. Anſaldo,
confirmata 12. Junii 1711. §. Quoniam coram eo-
dem, in Peruſina Fideicommiſſi 3.Junii 1711. §.
Quinimmò, & pluribus ſeqq. coram R.P.D. Fal-
conerio, & egregiè in dict. Bononien. Fideicom-
miſſi de Beninis 8. Maii 1711. §. Profectò coram
R.P.D. Anſaldo ibi = Profectò, quoties palam, ut
in præſenti, Teſtator futuros heredes ſibi eſſe voluit
lineas maſculinas maſculorum Jacobi, & Alphonſi
priorum Inſtitutorum, & alterutrâ lineâ maſcu-
linâ Maſculorum Helenæ ultimo loco ſubſtitutæ
ceſſante, ſeſe convertit ad filios Marſilii, qualis
erat Nicolaus, profectò, inquam, nulla fœmina
deſcendens à Maſculis, ſivè inſtitutis, ſivè ſubſti-
tutis capax reddebatur ſuccedendi, vel impediendi
ſucceſſionem ulteriori expreſſo ſubſtituto =

Qua de re, licèt fœmina contineatur appellatio-
ne Deſcendentium ex linea maſculina, ut probant 41
auctoritates ſupra relatæ, id tamen per eoſdem
Doctores limitatur, quando tacitè, vel expreſ-
sè

sè Teſtator contemplatus fuit agnationem, ut
patet ex eadem *Rota coram Merlin. deciſ. 864., &*
42 *890., coram Rembold. deciſ. 475. num. 2., & part.*
*19. deciſ. 475. num. 3.*, tunc enim ſub dicta ap-
pellatione contineri ſolummodo Maſculum ex
Maſculo, nullo diſſentiente, omnes fatentur,
*Faſar. quæſt. 346. num. 5., & num. 26., & conſ.*
*192. num. 29., Menoch. conſ. 205., Venturin.*
*conſ. 25. num. 24. & 35., Altograd. conſ. 80. nu.*
*78. & ſeqq. lib. 2., Rovit. conſ. 17. num. 8. lib. 1.,*
*Beltramin. ad Gregor. deciſ. 293. num. 25., Rota*
*coram Duran. deciſ. 300. num. 6., In rec. deciſ.*
*33. num. 1. & ſeqq. part. 7., deciſ. 34. part. 12.,*
*& in Mantiſſ. tom. 10. deciſ. 3. num. 4. & deciſ. 6.*
*& 7., & deciſ. 10. cum ſeq.*; Immò, etiamſi Te-
43 ſtator uſus fuerit latiori vocabulo, vocando ſim-
pliciter Deſcendentes, & proximiores de fami-
lia, ſtante tamen prædictâ ratione conſervandæ
agnationis, fœmina excluditur, & veniunt ſo-
lummodò Maſculi, ex Maſculis, *Gabr. conſ. 133.*
*num 38. lib. 2., Caſtill. lib. 3. cap. 29. num. 12.,*
*& lib. 5. cap. 66. num. 20., Cyriac. cap. 283. num.*
*9. & ſeq., Craſſ. §. Fideicommiſſum quæſt. 12.*
*num. 4., Caren. reſolut. 128. num. 31., el.r. mem.*
*Cardin. de Luca de fideicomm. diſc. 38. & ſeqq.,*
*Rote. plurimos adducens ſelect. cap. 19. num. 2.,*
*& cap. 16. num. 9., Surd. deciſ. 66. num. 9., The-*
*ſaur. deciſ. 186. nu. 3., Rot. Florent. penes Palm.*
*Nep. deciſ. 210. num. 12., & deciſ. 211. num. 2.,*
*Rot. deciſ. 34. num. 12. part. 8. rec., coram Baratt.*
*deciſ. 454., & 742. num. 2., deciſ. 620. num. 13.,*
*& num. 16. verſ. his accedit, & deciſ. 683. nu. 6.*
44 *part. 17.* Excluſis quoque Maſculis ex fœmina,
*Rot. coram Bich. deciſ. 493. num. 15., in rec. deciſ.*
*95. per tot., & deciſ. 218. part. 11., deciſ. 269. nu.*
*26. part. 15., deciſ. 334. num. 15. part. 17. deciſ.*
*445. num. 5., & ſeq. part. 18., & ad ornat. clar.*
*mem. Card. de Luca de fideicomm. tom. 10. deciſ.*
*17. num. 13., deciſ. 18. num. 5., & ſeqq., deciſ.*
*30., deciſ. 31., & deciſ. 32. in Mantiſſ. eodem*
*tom. 10., deciſ. 5. num. 4. in Reatina Fideicommiſ-*
*ſi 5. Maii 1700. §. Quæ tamen coram bon. mem.*
*Pio, in Peruſina Fideicommiſſi 11. Decembris*
*1702. §. Ultra literam coram Illuſtriſſimo Scotto,*
*confirmat. 22. Junii 1703. §. Nec talem cum ſeq.*
*coram Emo Card. Priolo, & latè Rot. Jannen. in*
*una Jannen. Primogenituræ de Ivvrea 7. Maii*
*1711. §. 98. coram D. Auditore Brichio.* Undè
rectè arguitur, quod, ſi excluditur Maſculus ex
45 fœmina, quia ex fœmina procedit, multo ma-
gis excluditur fœmina ipſa; quia fortius eſt jus
in cauſa, quàm in cauſato, ut in propoſito dif-
ferunt *Altograd. conſ. 80. num. 82., & ſeq. lib. 2.,*
*Gratian. cap. 901. num. 22., Noguerol. alleg 23.*
*num. 155., Urceol. poſt alios conſult. 60. num. 7.,*
&, aliis allegatis, *Rot. in Romana Fideicommiſ-*
*ſi de Alveris 12. Januarii 1711. §. Ex jure an-*
*tem antepenult. coram R. P. D. Criſpo.*

Idque faciliùs etiam eſt admittendum in caſu
noſtro, quia Teſtator in parte conditionali im-
mediatè poſt diſpoſitivam loquendo de eiſdem
Deſcendentibus Vincentii heredis inſtituti, qua-
46 litatem maſculinitatis exprimere non omiſit ibi =
*E mancando eſſo Signor Vincenzo, o ſuoi figlinoli,*
*e Deſcendenti ſenza figlinoli maſchi legitimi, e*
*naturali &c.* = conditio etenim & diſpoſitio,
quando ſunt de eiſdem perſonis, æquali Jure
cenſentur, ita quidem ut, quidquid eſt magis
expreſſum in una, tacitè ſubintelligatur & in
altera, *Ruſtic. in leg. cùm Avus lib. 3. cap. 10. nu.* 47
*159., Ruin. conſ. 134. num. 19., & conſ. 140.*
*num. 6. lib. 2., Mantic. de conject. lib. 6. tit. 13.*
*num. 19., Peregrin. de fideicomm. art. 25. ſub nu.*
*30. verſ. attamen, Rodulphin. allegat. 110. num.*
*11., Caſtald. conſult. 12. num. 3., Rocca diſput.*
*jur. ſelect. cap. 19. num. 37., Palm. deciſ. 262. nu.*
*24., Rota coram Burat. deciſ. 272. num. 4., & ibi*
*Adden. num. 19., in rec. deciſ. 237. num. 5. part.*
*5., deciſ. 269. num. 27. part. 15., deciſ. 410. num.*
*43., & deciſ. 575 num. 7. & 8. part. 19., & ad*
*ornat. clar. mem. Card. de Luca tom. 10. deciſ. 29.*
*num. 2., & in Mantiſſ. eodem tom. 10. deciſ. 2.*
*num. 17.*, qui, licèt proprie loquantur, quando
maſculinitas fuit expreſſa in diſpoſitiva, ut cen- 48
ſeatur repetita in conditionali, eadem tamen eſt
ratio, ſi, prout in caſu, maſculinitas expreſſa
fuerit in parte conditionali, nam æquè declara-
tur ex cohærenti locutione quid Teſtator in diſ-
poſitiva ſenſerit; Prout in terminis *Rota in Bo-*
*nonien. Fideicommiſſi de Roſſenis 4. Junii 1708.*
*coram bon. mem. Omanna §. Certiùs quia in parte*
*conditionali, & priùs in Romana Fideicommiſſi*
*10. Januarii 1695. §. Quippè corruit coram R. P.*
*D. Lancetta, & in Romana fideicommiſſi de Al-*
*berinis 6. Junii 1704. §. Ulterius coram eodem*
*bon. mem. Omanna, & in Romana Fideicommiſſi*
*de Maffiolis impreſſ. ad ornat. clar. mem. Cardin.*
*de Luca de Fideicomm. deciſ. 22. num. 14., & in*
*Romana Fideicommiſſi de Moronis impreſſ. ibid.*
*deciſ. 17. num. 4., & deciſ. 18. ex num. 6., & in-*
*ter recollect. per Palm. Nep. deciſ. 218. nu. 13.,*
*& optime in Aquilana Beneficii 2. Junii 1708. §.*
*Omnem difficultatem coram Illmo Scotto Almæ*
*Urbis Gubernatore*; aut ſaltem negari minimè 49
poteſt, quin ex eo magis augeatur conjectura
contemplatæ agnationis, ut in ſimili dixit *Rota*
*in rec. deciſ. 397. num. 7. cum concordan. part. 15.*
quod quidem votum qualificat omnes diſpoſi-
tionis partes, ut ait *Rot. in Mantiſſ. ad clar. me.*
*Card. de Luca tom. 10. deciſ. 10. num. 8.*, & ex
eo qualitas maſculinitatis, repetita cenſetur,
*cor. Ludoviſ. dec. 514. num. 9.*

Proindeque fruſtra quaſi abſurdum opponitur,
quod in caſu noſtro D. Marianna excluderetur
ab Agnato remotiore, quia hoc fert natura fidei- 50
commiſſi agnatitii, ut cum pluribus notat *Pe-*
*regrin. art. 25. num. 47.*; ſi enim fœmina
per Agnatos intermedios ad ſucceſſionem ad-
mitteretur, utique interrumperet perpetuam
Bonorum in agnatione conſervationem à Te-
ſtatore volitam, cum Bona per fœminas ad
alienas tranſeant familias. Et Teſtator videre- 51
tur ſibi, ſuoque voto contrarius, ſi perpetuita-
tem ſuæ domus, & agnationis tam vehemen-
ter optans, fœminas tamen admittere voluiſſet,
ut notant *Gabriel. conſ. 132. num. 38., & 39. lib.*
*1., Peregrin. conſ. 58. in fin. lib. 5., Giovagnon.*
*conſ. 1. num. 53.*, proindeque, ut principale vo-
tum

tum Teſtatoris compleatur, fœminam excludi ab
52 Agnato remotiore, neque contineri ſub appel-
latione deſcendentium ex linea maſculina, ſeu
proximiorum de familia, probat latè Menoch.
conſ. 195. à num. 56., & conſ. 196., Ruin. conſ.
24. num. 4. & ſeq., & verſ. 110. num. 14., Curt.
jun. conſ. 154. num. 10., Cravet. conſ. 180. nu. 1.,
Surd. conſ. 443. num. 13., & num. 32., & ſeq.,
Honded. conſ. 65. num. 33. lib. 2., Gratian. cap.
428. num. 9. & ſeq., & cap. 901. per tot., Rocc.
diſput. jur. ſelect. cap. 19. num. 32., & num. 40.,
Vivu. deciſ. 10. lib. 1. per tot., Oſaſch. deciſ. 127.
53 num. 5., ubi, quod, licèt fœmina ſit proximior,
non tamen eſt proximior de agnatione, Rot. co-
ram Bich. deciſ. 546. nu. 2., coram ſan. mem. Ale-
xan. VIII. deciſ. 177. num. 28., & 29., & in rec.
deciſ. 570. num. 10. par. 19., in Romana Fideicom-
miſſi de Alborghettis 3. Decembris 1696. cor. Il-
luſtriſſimo Scotto impreſſ. ad ornat. clar. me. Card.
de Luca de Fideicomm. deciſ. 38. num. 14., confir-
mata 9. Junii 1693. §. Tertium coram Emo Card.
de la Tremoille, in Bononien. Fideicomm. de Urſis
26. Martii 1708. §. Verùm hoc aſſumptum coram
Rmo Molines, confirmata 10. Maii 1709. §. Qui-
bus ita conſtabilitis coram R.P.D. Aldrovando, &
egregiè in Ravennaten. Fideicommiſſi Julii Ca-
milli de Abbioſis 7. Aprilis 1710. §. Conſtito igi-
tur, & §. Et hinc coram R.P.D. Criſpo.
Quæ cum ità ſint, fruſtrà D. Marianna re-
currit ad diſpoſitionem leg. Cum Avus ff. de con-
dit., & demonſtr., & leg. Cum acutiſſimi Cod. de
fideicom., tum quia dicta Jura procedunt ſolùm in
54 fideicommiſſo ordinato ab Aſcendente inter ſuos
Deſcendentes, ſecus verò, ſi à Tranverſali, vel
extraneo, Gloſſa communiter recepta in leg. gene-
raliter §. Cum autem verb. filios Cod. de Inſtitut.
& ſubſtitut., & dict. leg. Cùm acutiſſimi verb.
deinceps, Ruſtic. in dict. leg. Cum Avus lib. 2.
cap. 9., Gomez. variar. tom. 1. cap. 5. num. 35.,
Mantic. de conject. ultim. volunt. lib. 10. tit. 8.
nu. 23., Fuſar. quæſt. 394., & 397. à nu. 1. & ſeqq.,
Odd. de compendios. ſubſtitut. part. 4. quæſt. 1. art.
4. num. 3., Trentacinq. de ſubſtitut. part. 4. cap. 7.
num. 3., clar. mem. Card. de Luca de fideicomm.
diſc. 115. num. 3. & ſeq., Spad. conſ. 307. num. 8.
lib. 3., Rot. in rec. deciſ. 170. num. 10. part. 17.,
& deciſ. 102. part. 18.; Et, licèt in Tranſverſali
55 Cælibe de hoc limitant Weſembecch., Bardellon.,
& Altograd. ſupra relati, attamen hanc opinio-
nem periculoſam, ideoque reijciendam dicit Fu-
ſar. dict. quæſt. 397. num. 8., & Rot. ad ornat.,
clar. mem. Card. de Luca in Mantiſſ. tom. 10. dec.
2. num. 31.; nam Tranſverſales potiùs, quàm
56 ex naturali pietate erga Liberos, quibus carent,
ex prædilectione agnationis moveri cenſentur,
ex animadverſis per clar. mem. Cardin. de Luca
de Fideicom. diſc. 43. num. 6., Rot. in rec. deciſ.
202. num. 5. part. 18. tom. 1., & deciſ. 633. num.
7., & ſeqq. eadem part. 18. tom. 2., & benè in
Ariminen. Fideicommiſſi 3. Martii 1692. §. Quin
urgeat coram Rmo d'Hervavult, impreſſ. in Man-
57 tiſſ. ad clar. mem. Card. de Luca de Fideicom. dec.
13. num. 14.; ideoque ad illos extendi nequit diſ-
poſitio dict. legum fundata in ſola conjectura pie-

tatis Parentum erga filios, prout advertunt Dec.
conſ. 529. num. 7., Soccin. jun. conſ. 110. num. 45.
lib. 3., Cephal. conſ. 576. num. 13., Cujac. ad lib.
9. reſponſ. Papinian. in dict. leg. Cum Avus, ibi-
demque etiam Gothofred., & Rota in Romana
hereditatis 14. Junii 1709. §. Etenim coram Emo
Card. Priolo.
Tum etiam, quia, admiſſo, quod Teſtator
habuerit votum conſervandi perpetuò agnatio-
nem, nullo modo poteſt in ejus tacita voluntate
fundari præſumptio, & conjectura vocationis
fœminarum, cùm hæc ſint inter ſe pugnantia,
& contraria, ut ſupra diximus, & incompatibi- 58
lia ſimul, itaut, ſicut ex contemplatione agna-
tionis ſequitur excluſio fœminarum, ita ex
fœminarum excluſione oritur conjectura con-
templatæ agnationis, ad tradita per Rocc. diſput.
jur. ſelect. cap. 2. num. 37. verſ. tertio ex fœmina-
rum, & in Mantiſſ. ad clar. mem. Card. de Luca
de Fideicom. deciſ. 11. num. 9., & fuit ſæpè aliàs
dictum. Quamobrem, cùm fœminæ expreſsè
ſunt excluſæ, eædem juvari nequeunt d. leg. Cum 59
Avus, ut notant ibi Bartol. num. 4., Gabr. conſ.
26. num. 5. & ſeqq., & num. 18. lib. 2., Decian.
conſ. 24. num. 20., & ſeq. lib. 2., & conſ. 127. ſub
num. 20. lib. 3., Mantic. lib. 11. de conject. tit. 14.
ſub num. 9. verſ. tamen non eſt dubitandum, &
nu. 13. verſ. & quando apparet, ubi adducit Text.
in leg. Lucius §. Quæſitum ff. de legat. 3., Molin.
lib. 3. cap. 5. num. 30., Rot. deciſ. 95. num. 20.
part. 11., deciſ. 132. num. 31., & deciſ. 232. num.
29. part. 19., & in Bononien. Fideicommiſſi de
Phislevit in Mantiſſ. ad clar. mem. Card. de Luca
de Fideicom. deciſ. 2. num. 26., præiertim ve-
rò, quando Teſtator, prout in caſu noſtro,
deficientibus maſculis, non ipſas fœminas ſubſti- 60
tuit, ſed Maſculos, Rot. dict. deciſ. 132. num. 30.
verſ. & maximè part. 19. rec.
Ex eodem autem voto conſervandæ agnatio-
nis, tamquam ex antecedenti neceſſario, infer-
tur reciproca ſubſtitutio inter Maſculos, ut in 61
allegatione ſuper fideicommiſſo Ageſilai fuit la-
tè probatum, & præcipuè cum pluribus docet
Rocc. diſput. jur. ſelect. cap. 15. num. 11. verſ. his
omnibus, & cap. 16. num. 15. verſ. tertio quia, Rot.,
præter loca allegata, coram Seraphin. deciſ. 1373.,
in rec. deciſ. 283. nu. 19. part. 6., deciſ. 339. nu.
17., ubi plenè concordan. part. 17., deciſ. 20.
num. 7., & ſeq., & deciſ. 546. num. 17. part. 19.,
ubi, quod ex prohibitione alienationis cum ratio- 62
ne agnationis, additâ notâ perpetuitatis, & no-
mine collectivo plurium perſonarum, & gra-
duum, reſultat urgentiſſima conjectura, ſeù po-
tiùs evidentia (ſunt ejus verba) reciproci fidei-
commiſſi inter omnes de linea maſculina, co-
ram Zarat. deciſ. 15. num. 23. ubi ex latè concor-
dan., & in Mantiſſ. tom. 10. deciſ. 19. num. 19.,
& 20.
Parvique refert, quod hac ratione, plura ta-
cita inducantur, nempè tacita agnationis con-
templatio, & exindè tacita reciproca linearis,
& ſic videatur præſumptio præſumptionis, quæ 63
regulariter non admittitur, ad notat. per Palm. al-
legat. 336. nu. 23. Etenim, præmiſſo, quod in no-

ſtri facti circumſtantiis agnationis ratio eſt potius expreſſa, quàm tacita, ut ſupra advertimus in §. Ipſaque namque, dicimus, quod non implicat, duo tacita inferri, & præſumptionem præſumptionis admitti, quando unum, ſive una ve-
64 nit in conſequentiam alterius, Bartol. in leg. ſi is, qui pro Emptore num. 71. ff. de uſucap., & leg. ſub conditione num.31. ff. de ſolut., Alexand. conſ.117. num.4. lib.5., Rota coram Mantica deciſ.21. num.2., & in rec. deciſ.159. nu. 5. part.1., & coram Bich. deciſ.77. num.9., ſicut in præſenti ex voto conſervandi agnationem ne-
65 ceſſariò ſequitur linearis reciproca, ſinè qua Bona perpetuò inter Maſculos conſervari non poſſunt, Theodor. allegat.24. num.12. & ſeq., clar. mem. Cardin. de Luca de Fideicom. diſc.34., & 101., Cyriac. contr. 303. num. 16., Rot. coram Priol. deciſ.177. num.9., & deciſ.417. num.14., coram Zarat. dict. deciſ.15: nu.23. coram Ottbobon. dec. 177. num.13., coram Bich. deciſ. 287. num.15., atque aliàs in locis ſuprà relatis.

Quam quidem reciprocam ſuadent etiam ipſa prohibitio ſtrictiſſima alienationis, digreſſus ad plures lineas maſculinas ordine ſucceſſivo ſub-
66 ſtitutas, repetita qualitas legitimorum natalium, & nobilitas familiæ, ut in dicta ſecunda allegatione, & conſiderat Rot. in rec. deciſ.646. nu. 30. & ſeq. part.19., & in Mantiſſ. tom.10. deciſ. 60. num.11. verſ. quibus omnibus, & tom.16. deciſ.26. nu. 5.; Immò ex ſola vocatione facta nomine collectivo cum verbis denotantibus perpetuitatem induci reciprocam inter omnes vocatos, poſt Peregrin. conſ.62. num. 20. lib. 1., & Fuſar. conſ.154. num.17., aliſque per ipſum relatos, dixit Paulut. diſſert.16. num.47., Rot. Florent. inter recollect. per Palm. Nep. deciſ. 213. num. 58., Rot. coram ſan. mem. Alexand. VIII. deciſ.177. num.11., & 12., coram Zarat. dict. deciſ.15. num.22., in rec. deciſ.183. num.11. part. 10., deciſ.755. num.2. part.18., deciſ.605. nu. 5. verſ. pro prima conjectura part.19., & in Mantiſſ. tom.16. deciſ.27. num.26.; Prout etiam ex vocatione Maſculorum in perpetuum, ſive in infinitum, ut in caſu noſtro, poſt Rocc. diſputat jur. ſelect. cap.15., Rota deciſ.28. num.7. & ſeq. part. 19. rec., & in Mantiſſ. ad clar. mem. Cardin. de Luca tom. 10. deciſ. 60. num. 3., ubi etiam concordan.

Præterea prò eadem reciproca inducenda non
67 deſunt requiſita leg. Titia Sejo §. Seja Libertis ff. de legat.2.; nam, licèt ſubſtitutio non legatur formaliter facta ultimo morienti ex Deſcendentibus Vincentii, nec in tota hereditate, quæ ſunt duo ex tribus ad illam inducendam requiſitis, tamen primum benè videtur adimpletum per illa verba Teſtatoris = e mancando eſſo Signor Vincenzo, e ſuoi figli &c. = hæc enim forma
68 loquendi perinde accipitur, ac ſi ſubſtitutio facta ſit ultimo morienti, Ruin. conſ. 104. num. 9. lib.3., Surd. conſ.344. num.17., Peregrin. conſ. 62. ſub num.25., Altograd. jun. contr. 37. num. 27., Rodulphin. allegat.33. nu.7., Torr. de Primogen. Ital. part.2. §.27. num.6. 19., & 40. verſ. Quod deficiat., latè Saminiat. contr.51. num.20., & 49., Paulut. diſſert.16. num.15., Capyc. latr. deciſ.1. num.60. & ſeqq., Rot. coram Seraphin. deciſ.939. ſub num.10., coram Ottbobon. deciſ.177. nu. 12., coram Duran. deciſ.192. num.2., coram Ubald. deciſ.383. num.7., coram Bich. deciſ.271. num.24., & ſeqq., coram Arguell. deciſ.79. num. 3., & ſeqq., & coram Priolo deciſ. 177. num. 5. part. 10. rec., deciſ.183. num. 6. part.14., deciſ. 326. eodem num.6. part.18., deciſ. 433. num.13., coram Zarat. deciſ.15. num.8., & ad ornat. clar. mem. Card. de Luca tom.10. deciſ.70. num.6., & priùs deciſ.570. num. 5. part.19., ubi aliæ concordan. allegantur, & in Mantiſſ. tom 10. deciſ.60. num.9., in Bononien. Fideicommiſſorum de Herculanis 13. Junii 1701. §. Et demum, & §. Tertium denique coram bon. mem. Muto, & in Forolivien. Fideicommiſſi de Torellis 28. Junii 1702. §. Ultra expreſſum in fin. coram eodem; Neque enim,
ut ſubſtitutio facta dici queat ultimo morienti, 69
neceſſariò expoſcitur expreſſum, ac literale dicti requiſiti adimplementum, ſed ſufficit, adimpleri per æquipollens, & interpretativè colligi poſſe voluntatem Teſtatoris ſubſtituendi ultimo morienti, ut ex Text. in leg. Quidam teſtamento ff. de Vulg., & Pupill. docent Mareſcott. var. reſolut. lib.1. cap 66. num. 2., Paulut. diſſert. 16. num.41., Bart. deciſ. 2. num. 12., Rot. coram Duran. deciſ. 252. num. 11., coram Bich. deciſ. 271. num.28., coram Priol. deciſ. 177. num. 5., & in rec. deciſ. 183. num.7. part. 10., deciſ. 45. num.5. part.1., deciſ.332. num.9. part.14., deciſ. 755. num.4. part.18., & deciſ.570. num.5. part. 19., latè adornat. clar. me. Card. de Luca de Fideicom. deciſ.70. num.6., & in Forolivien. Fideicommiſſi de Torellis 15. Januarii 1703. §. Et quamvit in fin. coram bon. me. Muto; Immò verò, quan-
do expreſſum non fuit, à quo hereditas ſit reſti- 70
tuenda, ſemper onus intelligitur appoſitum ultimo morienti, per ea, quæ tradunt Riminald. ſen. conſ.189. num.17., Decian. conſ.44. nu. 60. lib.3., Saminiat. contr.51. num.22., Paulut. diſſert.16. num. 15., Rot. coram Zarat. deciſ. 15. num. 18., coram Ubald. deciſ. 383. num. 9., cor. ſan. mem. Alexand. VIII. deciſ.177. num.8., & in rec. deciſ.315. num.1., & ſeq. part.10., & deciſ.326. nu.3. part.14.; Prò ſecundo verò requiſito ſufficit, ſi Teſtator, factâ univerſali inſtitutione, eodem themate retento, ſimpliciter
ſubſtituat, ut factum eſt in caſu noſtro; Tunc 71
enim ſubſtitutio dicitur facta in tota hereditate, nec aliter intelligi poteſt, Bellon. jun. conſ.39. nu. 92., Menoch. lib.4. præſumpt. 62. nu.21., Gobb. contr.50. num.40., Capyc. latr. deciſ.1. num.75., Rot. coram Duran. deciſ. 258. num. 12., coram Cerro deciſ.409. num.9. verſ. tertium denique, in rec. deciſ. 142. num.6. part. 13., deciſ. 136. num. 11. part.13., deciſ.326. num. 4. part. 14., & in Mantiſſ. ad clar. mem. Card. de Luca tom.16. deciſ. 27. num. 27., & priùs ad ornat. ejuſdem ſub tit. de Fideicom. tom.10. deciſ.70. num.7., & latè in Forolivien. Fideicommiſſi de Torellis 28. Junii 1702. §. Ultra expreſſam verſic. Quod ſubſtitutio, & in confirmatoria 15. Januarii 1703. §. Facilis in princ. coram bon me. Muto; Non enim
lex

Digitized by Google

lex eſt impoſita verbis, ut ait Imperator in *leg.*
72 *omne verbum 2. Cod. commun. de legat., & leg.*
*fin. Cod. de uſur.*; quapropter, eum habeamus
etiam vocationem omnium Deſcendentium li-
neæ Maſculinæ Vincentii, quod eſt alterum re-
quiſitum, de quo in caſu noſtro non dubitatur;
ideoque concurrant omnia requiſita, dubium
non eſt, quin inter ipſos vocatos adſit reciproca,
juxta notiſſimam theoricam deſumptam *ex dict.*
*Textu in dict. leg. Titia Sejo 87. §. Seja libertis*
*ff. de legat. 2.*

Solum ergo difficultas recidit, an inter ipſos
73 vocatos Marianna contineatur, videlicet, an fœ-
minæ veniant appellatione deſcendentium ex li-
nea maſculina: Et an ſaltem dicta reciproca in-
telligenda ſit diſcretivè in linea cujuſcumque fi-
lii dicti Vincentii, ſive, ut ajunt, inter perſo-
nas cujuſque Columnelli.

Et quoad primum, jam ſupra oſtendimus ex
communi ſenſu Doctorum, quem ſemper *Rota*
74 *Romana* meritò retinuit, quod fœmina minimè
continetur appellatione lineæ maſculinæ, quan-
do vel aliqua ſubeſt conjectura contemplatæ
agnationis, ut loquitur *coram Bich. deciſ. 493.,*
*& plenè etiam deciſ. 575. num. 3. 4., & num. 12.*
75 *part. 19. rec.*, vel quando in defectum ejus lineæ
vocata eſt alia linea maſculina, ut deciſivè in
noſtro caſu loquitur *coram Pen. deciſ. 902. nu. 2.*
ibi = *Cum Teſtator diſpoſuerit ad favorem Vin-*
*centii filii, & deſcendentium ab eo per lineam*
*maſculinam, ita ut, ſi decederent ſinè filiis maſ-*
*culis, aut deſcendentium maſculorum Bona per-*
*venirent ad agnatos ſubſtitutos, fœminæ etiam ex*
*maſculo remanebant excluſæ, Ruin &c.* & fuit di-
ctum *in Anconitana Fideicommiſſi 11. Maii 1696.*
*coram Eminentiſſimo D. Card. de la Tremoille.*

Et rectè quidem, quia appellatione lineæ
maſculinæ continentur ſolummodò Maſculi ex
76 Maſculis, ita quidem ut maſculinitas neceſſaria
omninò ſit tam in generante, quàm in generato,
ex iis, quæ notantur apud *Rodalphin. allegat. 59.*
*num. 2., Panſut. contr. 16. num. 38., & ſeqq. lib.*
*2., Caſtald. conſult. 48. num. 15. tom. 1., Torr.*
*de Primogen. Ital. part 1. cap. 38. num. 408., &*
*482., Palm. Nep. allegat. 221. num. 4., Rocc.*
*diſput. jur. ſelect. cap. 1. num. 12., & 14., Cal-*
*deron. reſolut. 97. num. 34., Rot. in rec. dec. 95.*
*num. 4., & 6. part. 11., deciſ. 410. num. 33. part.*
*19., & in Romana, ſeù Bononien. Fideicommiſſi*
*de Riariis apud Manſ. conſult. 484., & conſult.*
*486. utrobique num. 2., coram Bich. deciſ. 493.*
*num. 6., coram Arguell. deciſ. 38. num. 58., &*
*ſeqq., & ad ornat. clar. mem. Card. de Luca de*
*Fideicom. deciſ. 22. num. 14. 18., & 19., & la-*
*tè Rot. Jannen. in ſuprà allegat. Jannen. Primo-*
*genituræ de Inurea 7. Maii 1707. §. 49. coram D.*
*Auditore Brichia*; Proindèque lineæ maſculinæ
77 appellatione ſive in diſpoſitiva, ſive in condi-
tionali parte uſurpatâ, comprehenſa nullo pacto
dici poteſt fœmina, quæ (ut utar Doctorum
78 verbis) eſt tamquam parvum nigrum, quod in-
terjecat, & interrumpit lineam albam maſculi-
nam, quæ & à maſculis inchoatur, & in ultimo
maſculo deſinit, ideò fœmina dicitur etiam fi- 79
nis lineæ maſculinæ, & initium fœmininæ, ut
benè in propoſito diſſerunt *Gratian. diſceptat.*
*901. num. 17. cum duobus ſeqq., clar. mem. Card.*
*de Luca de Fideicomm. diſc. 27., num. 7., Ro-*
*dulphin. allegat. 173. num. 13., Torr. de Primog.*
*Ital. part. 2. cap. 54. num. 24. cum aliis adductis*
*per Rot. deciſ. 31. num. 17. part. 19., in Peruſina*
*Fideicommiſſi 11. Decembris 1702. §. Et licèt co-*
*ram Illmo Scotto, in Romana Jurispatronatus 3.*
*Julii 1705. §. Accedebat 4. coram Rmo Molines*
*Decano, in Romana Fideicommiſſi de Alberinis*
*15. Januarii 1706. §. Et clariùs coram R. P. D.*
*Lancetta, in Ravennaten. Fideicommiſſi Julii*
*Camilli de Abbioſis 7. Aprilis 1710. §. Maximè*
*quia coram R.P.D. Criſpo, in Faventina Juriſ-*
*patronatus 12. Maii 1710. §. Evidentiùs coram*
*R.P.D. Anſaldo, confirmata 12. Junii 1711. §.*
*Quoniam, & ſeqq. coram eodem, & egregiè in*
*Bononien. Fideicommiſſi de Beninis ejuſdem anni*
*1711. §. Et ratio eſt coram eodem.*

Quoad ſecundum verò, licet regula ſit, quod,
quando Teſtator plures heredes facit, eorumque 80
Deſcendentes invicem ſubſtituit, reciproca intel-
ligatur potius diſcretiva in deſcendentia cujuſque
Columnelli, quàm linearis, præſertim in Tranſver-
ſalibus, *Ruin. conſ. 134. n. 7. lib. 3., Cephal. conſ. 12.*
*per tot. lib. 1., Menoch. conſ. 327. nu 33., Fuſar. conſ.*
*336. num. 29., & quæſt. 475. num. 31., Roſa con-*
*ſult. 41. num. 4. diſput. ſelect. cap. 17. num. 7., clar.*
*mem. Card. de Luca de fideicom. diſc. 102. num. 2.,*
*Rodulphin. alleg. 39. num 17., & ſeq., Rot. cor.*
*Seraphin. deciſ. 1023., coram Carill. deciſ. 105.*
*& 190., in rec. deciſ. 63. part. 15., cum aliis*;
contrarium tamen dicendum eſt in caſu noſtro,
quia, dum Teſtator voluit, Bona perpetuò in 81
agnatione conſervari, vocando ad hunc effectum
ſucceſſivè plures lineas Agnatorum maſculorum,
& legitimorum cum ſtricta prohibitione aliena-
tionis, & cum expreſſa ratione, ut Bona inter
ipſos conſervarentur in perpetuum; ut ejus vo-
luntas, quæ Domina eſt, adimpleatur, neceſ-
ſariò affirmandum eſt, adeſſe fideicommiſſum
reciprocum maſculinum, etiam de linea ad li- 82
neam, excluſis fœminis, etiam in ſua linea pro-
ximioribus; quæ ſi admitterentur in portione
proprii Parentis, excluſo Agnato remotiore,
utique impediretur perpetua conſervatio Bono-
rum in agnatione, & ſic eademmet ratio con-
templatæ agnationis, quæ inducit reciprocam;
illam enim qualificat pro reciproca lineari ad ex-
cluſionem fœminarum, *Caſanat. conſ. 47. num.*
*60. & 66. & 112., & conſ. 50. num. 2., Ramon.*
*conſ. 9. num. 16., & conſ. 100. ſub num. 63. cum*
*ſeq., Altograd. conſ. 92. num. 7., & ſeq. lib. 1.,*
*Redenaſc. conſ. 58. num. 135., Gratian. cap. 621.*
*num. 19. & ſeq., Rovit. conſ. 16. num. 12. lib. 1.,*
*Carena reſolut. 128. num. 32. verſ. & ideò non mi-*
*rum, & reſolut. 129. num. 4., Rocca diſput. jur.*
*ſelect. cap. 15. num. 8. & 9., & cap. 19. num. 15.*
*& 16., Theodor. allegat. 24. num. 12. & ſeq., clar.*
*mem. Card. de Luca de fideicom. diſc. 34. num. 8.,*
*Roſa conſult. 69. num. 64., Rota in rec. deciſ. 283.*

nu.8.par.13.,& dec.570.part.19.,in Romana fidei-
commiſſi de Urſinis nu.8.& 9.,cor.Priol.d.dec.417.
num.14., coram Zarat. deciſ.15.num.23., & in
Mantiſſ. ad clar. mem. Card. de Luca tom. 10.de-
ciſ.19. num.19. & 20., ubi, quod ratio conſer-
vandi agnationem inducit reciprocam etiam li-
nearem inter Columnellos ad excluſionum fœ-
minarum, & in Romana, ſeù Rentina Fideicom-
miſſi de Vincentinis 2. Aprilis 1696. §.penultim.
verſ. non relevante coram clar. mem.Card. Capra-
ra, in Bononien. Fideicommiſſi de Urſis 26. Mar-
tii 1708. §.Argumenta coram Rmo Molinet, con-
firmata 10. Maii 1709. §.Omnemque ceſſare facit
coram R.P.D. Aldrovando, & in dict. Ravenna-
ten. Fideicommiſſi Julii Camilli de Abbioſis 7.A-
prilis 1710. §. Et ſanè coram R.P.D.Criſpo. Par-
vique refert,quod ſimus in fideicommiſſo Tranſ-
verſalis, quia non idcirco mutatur ratio conſer-
83 vandi propriam Teſtatoris agnationem inter vo-
catos, Aldovin. conſ.92. per tot., Peregrin.conſ.
19. num.7. lib. 6., clar. mem. Card. de Luca de
fideicom. diſc.106. num.12., Rocca diſputat. jur.
ſelect. dict. cap.15. ſub num.9. in fin., & cap. 16.
num. 15. verſ. idque etiam, Cyriac. contr.302. nu.
49., Caren. reſolut.213. num.16., Tondut.quæſt.
civil. part.2. cap.176. num.12., Urceol. conſul.80.
num. 1., & in terminis Rota in rec. deciſ. 183.
num.11. & ſeq. part.10., & coram ſan.mem. A-
lexandro VIII. deciſ.177. num. 25., & ſeqq., &
coram Priol. deciſ.177. num.2., & ſeqq., & in
rec. deciſ. 97. num.6. part.7., deciſ. 755. in prin-
cip. verſic. Exiſtentia, & per tot., & Rot. Flo-
rent. inter recollect. per Palm. Nep. deciſ. 213.
num.79., & Rota Lucen. apud Torr. de Primog.
Ital. dec.24. nu.22. part.3.

Et præcipuè, quando Teſtator, prout in ca-
84 ſu, vocavit ſucceſſivè plu es lineas, ſeù deſcen-
dentias maſculinas, ſubſtituendo unam alteri
ſub nomine collectivo, & cum verbis perpetui-
tatem denotantibus, ut tunc inducatur fidei-
commiſſum nedum reciprocum diſcretivum in
deſcendentia cujuslibet Columnelli, ſed etiam
reciprocum lineare, docent Dec. conſ.38. ſub
num.6., Altograd. dict. conſ. 92. lib.1., & conſ.
80.num. 63. lib. 2., Fuſar. conſ. 154. num. 18.,
Surd. conſ. 336. num.10., Peregrin. conſ.54. nu.
13., & de fideic. art.19.nu.10.,& 33., Spad. conſ.
237. lib.3., Trentacinq. de ſubſtitut. part. 5. cap.
2. num. 8., Rocc. dict. cap. 16. num. 17. verſ. 1.
quin, ubi aliot, & num. 29. ad fin., Barz. de-
ciſ. 6. num.42. & ſeqq., Caſtill. deciſ. 103. num.
8. lib.1., Rot. in rec. deciſ. 649. num. 3. part. 4.
tom. 3., deciſ.28., & deciſ.183. nu.11. part.10.,
deciſ.411. num. 2., & ſeq. part. 14., deciſ. 755.
num.2. part.18., deciſ.605. num.5. part.19., co-
ram Merlin. deciſ. 360. num. 2. & ſeqq., coram
Bich. deciſ.287. num.16., coram ſan. mem. Ale-
xand. VIII. deciſ. 177. num. 11. & 12., coram
Zarat. deciſ. 15. num. 22., & ad ornat. clar.
mem. Cardinal. de Luca in Mantiſſ. tom.10. deciſ.
27. num. 26.

*Brunduſina Primogeniture de Si-gnorellis.*

Vocatis ad primogenituram Deſcendentibus Filiarum Teſtatoris, aliarumque ex ipſo naſciturarum, an & quando non ſimultaneè earumdem Primogeniti, ſed unus dumtaxat cenſeatur admittendus? & quis, an nempè Primogenitus de linea jam admiſſa debeat præferri? Primogenitura inter Tranſverſales conſtituta, cum ſubſtitutione ejus proximioris heredi facta, an & quando non ad propinquiorem gradu, ſed remotiorem, utroque tamen latere eidem heredi conjunctum deferenda ſit? Vocatio proximioris intelligenda eſt non ſecundum ſanguinem, & gradum, ſed ſecundum prærogativam lineæ à Teſtatore prædilectæ. Et ex quibus unius potiùs, quàm alterius lineæ prædilectio deſumatur? Repræſentatio intra lineam prædilectam locum habet perpetuò, etiam in Tranſverſalibus.

## VOTUM XII.

1 *Difficile munus eſt de Jure reſpondere.*

2 *Numerus ſingularis unam, & non plures complectitur perſonas.*

3 *Ad primogenituram ſingulari numero facta nominatio, de ſingularibus perſonis intelligitur,* & num. 9.

4 *Primogenitura unicum ex poſcit ſucceſſorem,* & num.46.

5 *Onus aſſumendi cognomen, & inſignia Teſtatoris multùm confert dignoſcendæ majoratus naturæ.*

6 *Idem onus ſi non aliis filiis, & proximioribus, licèt vocatis, ſed ſolùm Primogenito adiectum ſit, ejus dumtaxat vocationem ad primogenituram arguit.*

7 *Onus deferendi nomen, & inſignia uni tantùm, ac Primogenito poteſt convenire,* & num.52.

*Intellige, ſi cum expreſſione primogenituræ injunctum ſit* num. 10. & 53.

8 *Illud autem unicam deſignat primogenituram.*

9 *Præſertim, cum ſingulariter facta legitur vocatio Primogeniti.*

11 *Teſtator non cenſetur plures primogenituras, ſed unam inſtituere voluiſſe; Et ratio* num. 12. 15., & 45.

12 *Unicâ inſtitutâ primogeniturâ, meliùs agnatio conſervatur.*

13 *Teſtator ſibi contradixiſſe non eſt cenſendus,* & num. 46.

14 *Majoratuum natura, & finis eſt familiarum decus.*

16 *Primogenituras plures, & non unam fuiſſe conſtitutam, arguitur ex collectivè facta Agnatorum vocatione, & vid.* nu. 17. & ſeq., & num.29.

*Secus, ſi in alia teſtamenti parte eu facta ſit* num. 47.

*Et, ſi diverſa concurrat ratio* num. 48.

17 *Sin-*

17 Singularis numerus per ſequentia pluralia verba declaratur.

18 Verba pluralia = armis, & inſigniis ejuſdem (ſcilicet familiæ) utantur = non ad Primogenitum ſupra nominatum ſed ad alios plures Primogenitos de familia referenda ſunt.

20 Singulari, ac plurali numero eadem eſt virtus, quoties non læditur voluntas Teſtatoris.

21 Primogenitis duobus admiſſis, optimè agnatio conſervatur, & familia.

22 Onus deferendi nomen, & inſignia non infert unius dumtaxat Primogeniti vocationem, cum agnatio eſt contemplata, & num. 24.

Item, cum plures majoratus apparent conſtituti num. 26.

Et præſertim, cum deficiunt conjecturæ unius dumtaxat vocationem ſuadentes num. 27., & 30.

23 Onus cognominis, & inſignium uni dumtaxat impoſitum, excludit agnationis contemplationem.

25 Onus ejuſmodi nec etiam tacitè in fideicommiſſo primogenituram inducit, niſi urgentes concurrant conjecturæ num. 30., & ſeq.

Et ſolam reſpicit fideicommiſſi perpetuitatem num. 25., & 54.

27 Primogenitura res eſt à Jure communi exorbitans.

33 Primogenituræ inſtitutio ſatis reſultat ex verbo = Primogenitus = à Teſtatore adhibito.

34 Primogeniti vocatio ſingulariter facta, in uno tantùm verificatur.

35 Et primogenitura, licèt non expreſſa, argumentum præbet.

36 Nomen appellativum ſingulariter prolatum, nominis proprii vim aſſumit.

37 Primogenitura unum tantùm habilitat, & plurimorum ſucceſſioni opponitur, & nu. 40.

38 Unicus dumtaxat majoratus, ſeù primogenitura ut dicatur inſtituta, graviſſimis opus non eſt probationibus, & num. 41.

39 Hæ tamen requiruntur, ſi de ea tacitè inducenda agatur, & plures ſubſtituti fuerint.

42 Primogenitura non expreſſa, levibus etiam conjecturis in fideicommiſſo inducitur.

43 Ipſaque rei dubietas ei favere dicitur.

44 Primogenitura tum favorabilis, tum Teſtatori gratior cenſenda eſt, & ratio, ibid.

45 Regnum ex præſumpta Populi voluntate individuum debet eſſe.

46 Regnum in uno firmius futurum eſt.

49 Æqualitatis ratio in Teſtatore non conſideratur erga maſculos ex fœminis, ut erga Agnatos maſculos.

50 Maſculi ex fœminis ſunt de aliena familia.

51 In maſculis ex fœminis per aſſumptionem nominis, & inſignium agnatio conſervatur.

52 Hæc tamen eſt quodammodo adoptiva, & in uno dumtaxat ſolet conſtitui.

55 Onus nominis, & inſignium nequit ſimul importare fideicommiſſi perpetuitatem, renovationem familiæ, omniumque Bonorum conſervationem penes Primogenitum.

56 At poteſt, ſi primogenituræ ordine ſucceſſivo eſt conſtituta.

58 Numerus ſingularis aliquando alterari debet.

Non tamen, ſi reſiſtat voluntas Diſponentis, ibid.

59 Primogeniti vocatio ſingulari numero cenſetur conſultò à Teſtatore facta.

Nec ſingularitas ejuſmodi eſt improprianda, ſed potiùs coadjuvanda, ibid.

60 Procedit, etiamſi pluralia ſubſequantur verba, quoties hæc tàm ad primùm, quàm ad ſucceſſivos Primogenitos valeant referri.

61 Eademque verba declarat ſingularitas ipſa vocationis.

62 Verba = Primogenitum de Primogenito in Primogenitum = plurium eodem tempore admiſſionem excludunt.

63 Primogeniti vocationem pluraliter factam, natura ipſa majoratus in ſingularem convertit.

64 Primogeniti unius, & non plurium vocationem ſuadet Teſtatoris nobilitas.

65 Et qualitas Bonorum, quæ juriſdictionalia ſint.

66 Majoratus, licèt non expreſſus, faciliùs in Bonis juriſdictionalibus inducitur.

67 Ordo ſcripturæ efficit, ut primò nominati, primò cenſeantur ſubſtituti.

Procedit, etiam ubi par eſt affectio, gradus, ætas, linea, ibid.

68 In majoratibus, & primogenituris magnam quæſtionum perplexitatem agnovit S. Rota.

Remque hanc ait = Grot. de jur. Bell., & pac. = non minùs Bellis, & pugnis ſingularibus agitatam, ibid.

69 Majoratui facti valdè reſiſtit Juris præſumptio.

70 Regularis primogenituræ ordinem important verba = de Primogenito in Primogenitum =

71 Regularis primogenituræ natura eſt, ut in unam lineam ingreſſus, ab ea egredi non debeat, niſi aliter de voluntate Teſtatoris conſtet, & num. 74.

72 Procedit nedum de progreſſu in linea Primogeniti, ſed etiam de primo in illam ingreſſu, & num. 110.

Idemque eſt effectus primogenituræ in ſpe, ac illius, quæ in unam lineam ingreſſa ſit, ibid.

73 Tantùm enim habitus, quantùm actus hac in re operari dicitur, & num. 108.

74 Declara, hæc procedere favore Deſcendentium Primogeniti, qui poſt eum vocati ſint; ſecus ſi nec ipſius Deſcendentes adſint, & num. 76. ad 78.

75 Primogenitus, ſtatim ac naſcitur, actualiter ſibi, habitualiter verò omnibus ab ipſo deſcendentibus jus adquirit.

76 Intellige, ut quoad eos gradualis ordo in ſuccedendo debeat ſervari, & num. 77.

79 Certo ſtipiti ad primogenituram vocato jus adquiritur tranſmiſſibile ad univerſam lineam.

Ad lineam ſcilicet, ſive qualitatis, ſive etiam ſubſtantiæ, num. 81. & 180.

Et Secundogenitus, deficiente ſtipitis vocati Pri-

Primogenito, in hujus ſuccedit locum, n. 82.
Intellige, etſi non naturaliter, tamen civiliter, atque ex lege, num. 83.
Quod maximè procedit, concurrente Teſtatoris voluntate, ibid. Et quomodò hæc valeat demonſtrari? num. 84. & ſeq.
80 Ad primogenituræ ſucceſſionem ſpes ſemel parta jus facit, neque ex poſt facto ceſſat.
84 Teſtator non cenſetur ſolum Primogenitum actu exiſtentem conſideraſſe, dum eum proprio nomine vocare omiſit.
85 Et quando eumdem vocavit cum relatione ad futurum tempus.
Hoc enim caſu civiliter illius exiſtentiam conſideraſſe dicitur, ibid.
86 Ac cenſetur etiam ad Secundogenitum reſpexiſſe.
87 Primogeniti nedum, ſed etiam Secundogeniti vocationem arguit natura ipſa primogenituræ de ſe perpetuæ.
Si præſertim adſint verba = in infinitum = de Primogenito in Primogenitum =, ibid.
Et præceptum aſſumptionis armorum, ibid.
88 Primogenitura, non admiſſo Secundogenito in locum Primogeniti, difficiliùs poteſt eſſe diuturna.
89 Ad primogenituram aſſequendam plurimùm confert potioritas lineæ, ætatis, atque gradus.
91 Primogenialis controverſiæ deciſio non ſemel militibus armatis potius, quàm Juris peritis commiſſa fuit.
92 Proximioris nomine ad primogenituram vocatus intelligitur, qui gradu materiali, vel naturali propinquior eſt.
Procedit, nullâ etiam admiſſâ diſtinctione, an de Primogenito Juris, vel facti Teſtator ſenſerit, ibid.
93 Quod præſertim locum obtinet, ſi agatur de habente qualitatem majoris natu, & de primogenitura in progreſſu conſtituta, & num. 94.
95 Et maximè, ſi de linea prædilecta.
96 Teſtator proximiorem heredis eum vocaſſe cenſetur, qui ipſi ab inteſtato eſſet ſucceſſurus, & num. 111.
97 Intellige, ſi proximitatem civilem, non ſi materialem tantùm conſideraverit.
98 Hereditati, etiam per interpoſitam perſonam, ſuccedi dicitur.
99 Conſanguinei ex utroque latere conjuncti prælatio in linea tranſverſa non tranſit ultra fratrum filios, & num. 161.
100 Agnatio ubi eſt contemplata, vinculi cognatitii ratio non habetur, ſed ſolùm agnatitii.
101 Ob idque frater germanus non eſt potior fratre conſanguineo.
Intellige, ſi de ſimultanea vocatione agatur, ſecùs ſi de primogenitura, deque ad illam vocatione proximioris non reſpectu gravantis, ſed gravati, num. 140., & num. 142.
102 Repræſentatio gradus paterni in Tranſverſalibus ultra fratrum filios non progreditur, & num. 162.
103 Procedit, etiamſi agatur de primogenitura.
Intellige, quoties ad eam non invitatur certa familia, certo deſignato ſtipite, ibid.
104 Quo caſu datur repræſentatio in infinitum inter Collaterales, etiam ejuſdem lineæ.
105 Repræſentatio tamen ea vere non dicitur, ſed tranſmiſſio certæ ſpei in jus ſuccedendi.
106 Primogenitura Juris, non facti conſtituta cenſetur ex his verbis = Vada al più proſſimo parente maſchio, con peſo però, ed ordine di primogenitura =.
107 Proximioris vocatio intelligenda eſt non ſecundùm ſanguinem, & gradum, ſed ſecundùm prærogativam lineæ prædilectæ, & num. 112.
Procedit tàm in vocatione Deſcendentium, quàm Tranſverſalium, tàm invitato proximiore ſimpliciter, quàm in gradu, ac juxta diſpoſitionem Juris, ibid.
109 Ad primogenituram vocatus cenſetur quilibet in meliori gradu conſtitutus.
113 In fideicommiſſis ſimplicibus, ſecus ac in primogenituris, proximitas attenditur juxta gradum naturalem, & num. 167.
Utque eſt apertæ ſucceſſionis tempore, ibid.
114 Proximitas quænam in primogenituris debeat attendi, pendet ex Diſponentium voluntate.
115 Hæc autem ex cauſſis ipſum moventibus poteſt deſumi, & quomodò? num. 116. & ſeq.
116 Proximioris nomine in primogenitura quis cenſetur non comprehenſus ex non comprehenſione alterius æquale jus habentis.
117 Comprehenſus itidem is non cenſetur, cujus poſterior adeſt vocatio, eveniente conditione aliquâ.
Et ſub proximioris vocatione collata in tempus remotiſſimum comprehenſus, non intelligitur, qui jam erat ortus, ac Teſtatori cognitus, num. 119.
118 Subſtitutum quem eſſe ſibi ipſi, abſurdum eſt.
120 Gradus in linea, ac ætas in gradu quærenda eſt.
121 Teſtatar cenſetur proximiorem ex ea linea prædilexiſſe, quam ejus heredi prædilectam novit, & num. 129.
122 Succeſſio ei defertur, qui Defuncto cariſſimus fuiſſe creditur, & num. 125.
123 Conjuncti ex utroque latere, ſunt uno latere conjunctis proximiores.
124 Statuto vocante proximiores, utrinque uniti vincunt.
125 Teſtamenta, commendationeſque morientium ex affectione animorum natas, inquit Cicero.
126 Succeſſio ab inteſtato nil aliud eſt, quàm tacitum teſtamentum ex voluntatis conjectura.
127 Inteſtatus decedens præſumitur magis dilectos fuiſſe vocaturus.
128 Cauſſa teſtati, etiam in fideicommiſſis, à cauſſa inteſtati interpretationem recipit, & n. 145.
130 Fratres, ex Ariſt. ſeſe invicem diligunt quia ex eiſdem nati ſunt.
Patrueles verò, & ceteri conjunguntur per Parentes, quatenùs ex eiſdem ortum habent.
131 Fratres pleni magis, quàm conſanguinei, & uterini Parentibus dilecti præſumuntur, & num. 137.

132 Te-

132 *Teſtator lineam illius prædilexiſſe cenſetur, qui duplici vinculo copulabatur ſibi, non qui ejus heredi.*
133 *Teſtator agnationi proſpiciens præſumitur, matris vinculum nec etiam in ſubſtitutis conſideraſſe.*
134 *Sexus maſculini prædilectio majoris eſt momenti.*
135 *Teſtatoris major affectio ex quibus deſumatur?*
136 *Teſtator cenſetur duplici vinculo ejus heredi conjunctos prædilexiſſe.*
137 *Deque eis ſub proximiorum nomine ſenſiſſe.*
138 *Frater utrinque conjunctus quoad heredem dicitur conjunctior.*
139 *Proximitas gravati, non gravantis, in diſpoſitionibus, præſumitur ſpectata.*
*Eaque attendenda eſt*, num. 143. & 143.
141 *Locutio univerſalis operatur comprehenſionem eorum, quæ aliàs non comprehenderentur.*
143 *Teſtatoris par eſt affectio tàm in utrinque conjunctos, quàm erga conſanguineos.*
*Heredis verò erga utrinque conjunctos major eſt*, ibid.
146 *Linea utrinque conjuncta in ſucceſſione inteſtata non utrinque conjunctæ præfertur.*
147 *Ex teſtamento Patris vocati cenſentur, tàm utrinque conjuncti, quàm conſanguinei.*
*Frater verò cenſetur admiſiſſe utrinque conjunctos non heredi, at ſibi ipſi*, ibid.
148 *Regula autem eſt, in ſucceſſione fraterna eum præferri, qui pluribus vinculis conjunctus eſt.*
149 *Concluſio non habet locum, ſi frater non ſui, ſed heredis gravati proximiores ſubſtituit.*
150 *Tunc enim non gravantis, ſed gravati proximitas attenditur.*
*Præſertim, ſi de primogenitura agatur, & ratio*, num. 151. & 152.
151 *De primogenitura ubi agitur, mens Teſtatoris potiſſimùm attendenda eſt.*
152 *Ad eam autem vocatis proximioribus heredis gravati, hujus mens loco mentis Teſtatoris cenſetur ſubrogata.*
153 *Proximior utrinque conjunctus Juris, & naturæ nexu fretus dicitur.*
154 *Et verè proximior dicitur ſecundùm ſermonis proprietatem.*
155 *Fretus itidem dicitur cauſâ teſtati, ac inteſtati.*
156 *Tacitoque quodam ordine ejus favore ſubintellecto.*
*Præſertim ex pari affectione Teſtatoris, ac heredis gravati*, ibid.
*Illiuſque favore locus ſit gratificationi*, ibid.
*Quæ tamen actus juſtitiæ, non ſolius arbitrii reputatur*, num. 158.
157 *Gratificatio, quæ inter conſanguineum, ac utrinque conjunctum in electione ad Cappellanias adhibetur, ſolius arbitrii dicitur.*
159 *Frater germanus ætate minor fratri majori præferendus eſt in primogenitura favore fratrum inſtituta à Tranſverſali.*
160 *Conſanguineus viri præfertur in majoratu ex Bonis etiam uxoris fundato favore conſanguineorum utriuſque.*
161 *Prælatio utriuſque conjunctorum deſumitur ex majori affectione Teſtatoris erga primum vocatum, ejuſque lineam,*
*Ac iſtius erga eos, qui ſibi conjunctiores ſunt*, ibid.
162 *Teſtatoris, ejuſque heredis affectio cenſenda eſt protenſa, etiam ad pronepotes.*
163 *Eiſdemque ſuffragari duplicitas vinculi, ſicut filiis, & nepotibus.*
164 *In primogenitura linea magis dilecti ob duplicitatem vinculi, cenſetur prædilecta.*
*Iſque vocatus præſumendus eſt, qui Defuncto ab inteſtato ſucceſſiſſet, ſive nepos, ſive pronepos ille ſit*, ibid.
165 *Proximioritas alterius extra lineam prædilectam in primogenituris attendi non debet.*
166 *Proximioritas gravati in primogenituris non materialiter, ſed civiliter conſiderata dicitur.*
168 *Repræſentatio gradus paterni quoad Tranſverſales perpetuò locum habet in primogenituris.*
*Idque ex Jure non Hiſpanorum, ſed Romanorum*, ibid.
169 *Per repræſentationem nepos æqualis redditur proximitatis cum Patruo.*
170 *In primogeniturís proximioritas materialis attenditur in ingreſſu, in progreſſu verò ſpectatur lineæ potioritas, ſpes, tranſmiſſio, & repræſentatio, etiam inter Tranſverſales.*
171 *De ingreſſu tamen, vel progreſſu non quæritur, ubi agitur de linea utroque latere conjuncta, ac Teſtatori prædilecta.*
172 *Quo caſu nec de proximioritate materiali, ac de vi repræſentationis agendum eſt.*
173 *Miniſque, an proximitas gravati, an illa gravantis debeat attendi.*
174 *Eaque linea conjunctior dicitur, quæ Teſtatori eſt prædilecta.*
175 *In primogeniturís linea ſumitur etiam contentivè.*
176 *Et durat in ejuſdem Deſcendentibus.*
177 *Cum jure arcendi proximiores ex alieno ſtipite.*
178 *Linea magis dilecta ſemper præferri debet.*
179 *Linea prædilecta non minùs in Tranſverſalibus, quàm in filiis legitimatis, & adoptivis conſiderata cenſeri debet.*
181 *Teſtator primogenituram in linea à ſe prædilecta manere debere, reſponderet.*
182 *Lineæ magis dilectæ prælatione admiſſâ, jus proximiorum alterius lineæ non alteratum, ſed ſuſpenſum cenſendum eſt.*

SÆPE' ego magnum, ac difficile munus eſſe, ut inquit *Tullius ad Brut. fol. mihi 559.*, agnoveram de Jure reſpondere; At graviſſimum eſſe modò ſentio, quoniam de mea ſententia pro veritate rogor in hac Cauſa, in qua nec ſatis ſcio, quænam mea eſſe debeat opinio, nec, ſi ſciam, dicere audeo: Vocor enim ad ſcribendum poſtquam duo Viri in Jure noſtro prudentiſſimi, & ob multa eorum in Foro, vel pro-

proviſa prudenter, vel reſponſa acutè, quaſi cognomine jam ornati, ut *Orator* ait in *Lælio, ſive de amicitia §. 6.*, ſapientum, nempe D. Advocatus Petrus Pomponius de Vecchis, & D. Advocatus Antonius Franciſcus de Valentibus ad reſpondendum adſciti in hac Cauſa, in diverſas ire ſententias viſi ſunt, magno tamen argumentorum pondere pro ſummo eorum ingenio ab utroque confirmatas? Hoc tamen qualecumque Judicium meum exponere aggredior, facti ſeriem referendo, quæ eſt.

Camillus Signorellus, ſupremis tabulis anno 1631. confectis, ſuos heredes æquis portionibus inſtituit filios maſculos ſuſceptos in primis nuptiis ex Cleria, & in ſecundis ex Dionyſia, eorumque Deſcendentes maſculos, = *quibus defectis, ſubſtituit filios maſculos, & Deſcendentes in infinitum Fileuæ, & Zenobiæ, ac aliarum filiarum ſuarum forſan naſciturarum, videlicet Primogenitum illarum, & ſic de Primogenito in Primogenitum cum onere, quod vocentur de familia de Signorellis, & armis, & Inſigniis ejuſdem utantur* = ut ex ejuſdem teſtamento mihi tranſmiſſo.

Huic diſpoſitioni acceſſit illa Franciſci ejus filii abſque prole defuncti, qui ſuam hereditatem reliquit Camillo fratri, ejuſque filiis, & Deſcendentibus maſculis, etiam fictè aſſumendis adoptione, ac legitimatione, inſtituto inter eos ordine primogenituræ, eiſdemque non extantibus, juſſit = *Che la ſua eredità vada al più proſſimo Parente maſchio di detto Signor Camillo, col peſo però, ed ordine di primogenitura, e con peſo, che il figlio Primogenito di queſto Parente chiamato, e gli altri Primogeniti da eſſo deſcendenti, debba, e debbano chiamarſi della famiglia Signorelli, ed uſare l'armi di quella; E caſo, che detto Parente più proſſimo, come ſopra, chiamato non aveſſe altro, che un figlio maſchio, e non voleſſe, che queſto pigliaſſe il peſo di detta primogenitura, e particolarmente d'uſar l'arme, e chiamarſi della famiglia Signorelli; allora, e in tal caſo vuole detto Teſtatore, che la ſua eredità vada intieramente ad un figlio maſchio Primogenito del Signor Co: Giovanni di Monte Vecchio, ſe averà figli, altrimente ad un figlio Primogenito del Signor Conte Camillo fratello del Signor Con: Giovanni.* =

Ex Filena d. Camilli Teſtatoris filia nupta in familia Balleona ortum habuerunt, vivente eodem Camillo, Ferrantes, & Petrus de Balleonibus; prout etiam ex eadem Filena ſecundò nupta cum Comite de Montevecchis nati ſunt Joannes, & Camillus; Zenobia verò poſt obitum d. Camilli Patris in Matrimonium collocata in familia Comitum de Rayneriis, peperit Comitem Curtium Patrem Comitis Conſtantini de Rayneriis.

Primus omnium, ſcilicet anno 1677. deceſſit D. Comes Curtius dictæ Zenobiæ filius, relicto D. Comite Conſtantino; anno 1683. obiit abſque prole etiam artificiali d. Ferrantes de Balleonibus filius d. Fileuæ; poſtremò d. Camillus jun. filius Camilli Teſtatoris, & d. Franciſci alterius Teſtatoris frater, & ab utriſque heres inſtitutus obiit anno 1701., filiis nequaquam, etiam ficto modo relictis.

Hinc verò locus factus eſt inter eumdem Comitem Conſtantinum de Rayneriis, & Petrum de Balleonibus filium dictæ Filenæ graviſſimæ controverſiæ, quâ diſceptatur „ An & quis eorum vocatus dicendus ſit ad primogenituram „ anno 1631, à d. Camillo ſen. ordinatam favore Deſcendentium Filenæ, & Zenobiæ ſuarum „ filiarum, nec non ad aliam primogenituram „ anno 1670. à D. Franciſco inſtitutam favore „ Maſculi proximioris Camillo ſuo fratri?

Super qua controverſia meam ſententiam dicere aggrediens, primùmque agens de ſucceſſione d. Camilli ſenioris, rem ordiendam eſſe judico ab alia diſceptatione ſuperiori neceſſariò conjuncta, quâ quæritur = *An unus, vel plures Primogeniti; uniuſcujuſque videlicet ex familiis admiſſis cenſeantur vocati* = ; ſuperfluæ namque iſthæc hereditas diſputationi ſubjiceretur, ſi Primogenitum ex Filena deſcendentem, ſimulque Primogenitum ortum à Zenobia Teſtator honoraſſe videri poſſet; verba teſtamenti, quæ huic dubitationi locum faciunt, hæc ſunt = *Subſtituit filios maſculos, & Deſcendentes in infinitum Filenæ, & Zenobiæ, ac aliarum filiarum ſuarum forſan naſciturarum, videlicet Primogenitum illarum, & ſic de Primogenito in Primogenitum cum onere, quod vocentur de familia DD. de Signorellis, & armis, & inſigniis ejuſdem utantur* = Ex quibus verbis perſpicuum tamen eſſe mihi videtur, quod una, & non duplex primogenitura conſtituta fuerit. Nam id verba, id natura ſubjectæ materiæ, id demum mens Teſtatoris clarè præſeferunt; verba quidem; nam ſi numerus 2
ſingularis unam perſonam, & non plures complectitur, *Cap. gaudemus verſ. nec dixit de divort., Alciat. in leg. in uſu num. 3. ff. de verb. ſignificat., Natta. conſ. 112. num. 2. conſ. 164. num. 30., conſ. 501. num. 35., & conſ. 506. num. 4.*, eo numero ſingulari *Primogenitum illarum, & ſic de Primogenito in Primogenitum*, vocatus cenſeri nequit ad totam hereditatem, niſi Primogenitus aut 3
Fileuæ, aut Zenobiæ, ſingularitate in ſuccedendo ſervatâ, ut optimè tradunt *Jaſon. conſ. 215. num. 2. vol. 2., Soccin. conſ. 88. in princip. verſ. perſuadetur lib. 3., Menoch. conſ. 158. num. 41., & ſeqq., Su. d. conſ. 369. num. 10., & 11., Rot. in celebri Bononien. Fideicommiſſi de Capacellis poſt Giovagnon. conſ. 62., repetit in rec. part. 1. deciſ. 566. num. 1.*

Natura etiam ipſius rei hoc idem oſtendit: nam, ut infra probabimus, primogenitura uni- 4
cum expoſcit Succeſſorem, & in hoc illa dumtaxat verſatur, & hâc ſolùm ratione ab aliis fideicommiſſis diſtinguitur, *Menoch. conſ. 775. num. 17., & ſeqq., Peregrin. conſ. 38. num. 3. lib. 5., Molin. de Primogen. lib. 1. cap. 6. num. 6., Torr. de majorat. part. 1. cap. 10. §. 2. num. 16., Rota in Camerinen. Fideicommiſſi, ſeu Primogeniture 11. Maii 1703. §. Secundò cum idem cor. Rño Molines.*

Denique mens Teſtatoris à non dubiis deſumpta conjecturis clariùs etiam hoc demonſtrat, quoniam idem Teſtator tali Primogenito adjecit 5
onus = *quod vocetur de familia DD. de Signorellis,*

*lis , & armis , & inſigniis ejuſdem utatur* = , quâ
lege utpotè in forenſibus controverſiis maximi
momenti ſemper exiſtimatâ ad cognoſceudam
majoratus naturam , ut ait *Molin. de Primogen.
lib.1. cap.5.num. 34.* ; ſi vocatis filiis , ut eſt ca-
6 ſiis receptæ à cunctis in hac materia illius *Deciſio-
nis Guidopapæ in ordine* 467. ; ſi invitatis proxi-
mioribus , juxta hypotheſim *Fuſar. quæſt. 356.
num.7., & quæſt.384., & Fontanell. deciſ.32. n.2.*
& in ſimili vocatione nequaquam expreſsâ con-
ſtitutione primogenituræ , Teſtator voluiſſe vi-
detur , ut non omnes in eodem gradu poſiti ; ve-
rum Primogenitus dumtaxat hereditatem aſſe-
quatur, *Oldrad.conſ.231. in fin.* , *Simon. de Pret.
de interpret. ult. volunt. lib.3. ſolut.3. dub.4. num.
8. in fine* , *Theſaur. deciſ. 270. num. 10.* , *Molin.
de Primog. lib.2. cap.14. num.7.* , *& lib.1. cap.5.
num.34.* , *ibique Adden. apud quem plures* , *Tira-
quell. de jur. Primogen. quæſt. 64.* , *Mantic. de
conjectur. ult. volunt. lib.8. tit.10. num.4.* , *Manſ.
conſult.458. num.6.* , *& conſ.770. num.20.* , *Rot.
Lucen. apud eumdem conſ.95. num. 71.* , *& inter
collect. à Palm. deciſ.195. num.13. tom.2.* ; nam
7 onus deferendi nomen uni tantum , ac Primo-
genito convenire poteſt , *Bald. in leg. final. Cod.
pro ſocio* , *Petr. de Ubald. de duob. fratr. part.11.
quæſt.11.* , *Tiraquell. in præfat. ſuæ Primog. nu.
134.* , *Gratian.diſcept.30.num.29.* , *& 30.*, quan-
8 tò magis in noſtra hypotheſi idem onus inſignia
Teſtatoris aſſumendi demonſtrare poterit , quod
unicam ille , & non duplicem primogenituram
conſtituere voluerit ; nam inſtitutio filiorum
maſculorum & Deſcendentium Filenæ , & Ze-
nobiæ reſtricta jam legebatur poſteriori vocatio-
ne *Primogeniti* , iſtaque etiam vocatio reſtricta
9 inveniebatur & numero ſingulari , videlicet *Pri-
mogenitum illarum* , quæ ſingularitas ſatis ſuper-
que inducere per ſe poteſt , ut diximus , unicam
primogenituram ; non enim Teſtator , ut facilè
poterat , dixit *Primogenitos illarum*, quod aptius
certè fuiſſet duplici primogenituræ explicandæ ,
& communi omnium loquendi uſui conveniſſet,
ut conſiderat *Rota in d. deciſ. 566. in fin. part. 1.
rec.*

Unde ſubſequens præceptum aſſumendi nomen
Teſtatoris ſuâpte naturâ quoque præſeferens uni-
tatem in ſuccedendo , non tàm qualificare vide-
tur priorem Deſcendentium vocationem , quàm
conſtitutionem primogenituræ , unitate nempè
primogenii inter eos natu majores ex duabus li-
neis admiſſos conſtabilitâ , ut optimè tradit *Rota
in d. Bononien. de Capacellis in rec. part.1. d. de-
ciſ.566.* , in qua *Deciſione* noſtro caſui omninò
ſimili , ut ex illis verbis *num.1.* = *Teſtatores inſti-
tuerunt heredem &c. Primogenitum ex filiabus
fœminis* = , dicitur *num.3.* , = *quod etiam ſuadetur
ex eo , quod Teſtatores Primogenito injunxerunt
onus aſſumendi nomen , & arma familiæ de Capa-
cellis , ideòque unum tantùm Primogenitum cen-
ſentur voluiſſe ſubſtituere* = & confert ſenten-
tia *Molinæ de Primogen. lib.1. cap. 5. num. 34.* ,
qui præceptum arma ferendi tunc demum indu-
10 cere poſſe ait majoratum , unius nempè ſucceſ-
ſionem , quum = *aliquæ Primogenitorum vocatio-
nes expreſsè concurrunt* = , quia videlicet tunc res
duplici primogenituræ argumento confirmatur ,
dictumque onus inſignia aſſumendi uni , ut di-
ximus, & Primogenito conveniens ipſam primo-
genituram jam expreſsè conſtitutam magis , ma-
giſque reſtringit , & qualificat , ut ad rem *Surd.
conſ.375. num.19. §. Quod ſi hæc.*

Quæ animadverſio clarior fit ob illa verba
teſtamenti = *Deſcendentes in infinitum Filenæ ,
& Zenobiæ , ac aliarum filiarum ſuarum forſan
naſciturarum , videlicet Primogenitum illarum* = .
Uti enim hiſce verbis comprehenſæ fuerunt non 11
ſolùm duæ , ſed etiam plures aliæ in eodem gra-
du fœminæ , quæ ſupereſſe poterant , ità, ſi ve-
rior videri debeat opinio, quod Primogeniti om-
nium harum fœminarum ſimili diſpoſitione in-
vitati ſunt , cenſendum eſſet , quod non una ,
non duplex primogenitura , ſed numero plures
majoratus conſtituti fuerint ; ſi igitur veriſimile
non eſt , quod Teſtator vocare voluerit omnes
Primogenitos *Filenæ , & Zenobiæ , & aliarum
filiarum ſuarum forſan naſciturarum* ; quod ſua
Bona conſequenter in plures , & exiguas partes
dividi voluerit : quod non curaverit nomen , &
arma familiæ de Signorellis , ſic a pluribus Pri-
mogenitis aſſumi , ſplendore ità domus imminu-
to , ac plenè obliterato , ut diviſione Bonorum ,
atque nominis cernimus plerumque contingere ,
ut in his terminis *Surd. conſ. 375. num.12. , &
ſeqq.* , *Menoch. conſ. 158. num. 43.* , *Fontanell. d.
deciſ. 32. num. 29.* , ſtatuendum videtur , quod
Teſtator optaverit , = *quod omnia Bona perveniant
ad unum Primogenitum, quâ re meliùs , & honora-* 12
*biliùs conſervatur agnatio , non autem in omnes
Primogenitos fœminarum* , ut præclarè animad-
vertit *Rota in d. deciſ. 566. num. 4. part. 1. rec.* ,
ob eamdem animadverſionem recepta , & com-
mendata à *clar. mem. Card. de Luc. de Fideicom.
diſc. 2. num. 7.* , & benè reſolvit etiam *Rota in
Bononien. Fideicommiſſi de Barberiis 17. Januarii
1710. coram R. P. D. Aldrovando* , verbis illis
= *propter illam invincibilem circumſtantiam adje-
cti oneris aſſumendi nomen , & cognomen ipſius Te-
ſtatoris , quæ ſuadet , illum voluiſſe , ut uno , eo-
demque tempore per aures reſonaret Nicolaorum
multiplicitas , ex qua redundaret potiùs ludi-
brium , quàm decus familiæ .* =

Porrò Teſtator nimiùm ſibimet ipſi contra- 13
dixiſſet , quæ res ex notis regulis ſupponi non de-
bet ; vocaſſet enim Primogenitum , ut conſide-
rat *Palma alleg. 370. num. 25. §. Idcircò* , men-
temque intendiſſet in eam Bonorum unionem ,
illudque familiæ decus , quod majoratu gigni , 14
& ſervari ſolet , eſtque majoratuum natura , ac
finis , *Palm. nep. alleg. 96. num. 7.* , *Rota coram
Otthobon. deciſ.182. num.22.* , *& deciſ.419. num.
15. part.16.* , *& deciſ.519. num.17. part.14. rec.* ;
vice autem verſâ à Bonorum diviſione minimè
abhorrens , ipſe author ſuæ familiæ fuiſſet non
modicæ egregii nominis labefactationis , quo- 15
niam tot primogenituras conſtituiſſet , quot ipſe
filias reliquiſſet , & ſic ampliſſimum patrimo-
nium corrupiſſet , *Menoch. d. conſ. 158. num. 43.*

His objicitur , quod , ſicuti Teſtator ab hac

16 ſuorum Bonorum diviſione in plures, atque exi-
guas partes minimè abhorruit in vocatione filio-
rum ſuorum maſculorum, quippè ſucceſſionem
æqualiter contulit in Abbatem *Hieronymum*,
*Octavianum*, *Franciſcum*, *Alexandrum*, *& Si-
gnorellum ejus filios*, *& alios filios maſculos forſan
naſcituros*, *eorumque Deſcendentes in infinitum*,
ut ex ejuſdem teſtamento, ita etiam ob id ille
cenſendus non eſt, quod unicam, & non dupli-
cem primogenituram voluerit conſtituere in po-
ſteriori vocatione Deſcendentium ex ſuis filiabus,
quin hi plures Primogeniti, quos hoc exemplum
à vocatione Agnatorum deſumptum juvat, ar-
17 ceantur ex proprietate ſermonis, & ex mente
Teſtatoris; quippe numerus ille ſingularis *Pri-
mogenitum illarum* converti poſſe, ac debere di-
citur in pluralem; tum quia ſequentia verba non
continuant in eodem numero ſingulari; verum
plurali ſermone important, quod vocentur = *de
familia DD. de Signorellis*, *& armis*, *& inſigniis
18 ejuſdem utantur* = quæ pluralitas cum referri ne-
queat *ad filios*, *& deſcendentes Filenæ*, *& Zeno-
biæ* ſupra vocatos; ab his namque Teſtator ſer-
monem jam averterat, declarando, ſe vocare
*Primogenitum*, & in illum verba dirigendo, po-
ſita dicenda eſt ad complectendum eos plures
Primogenitos ex ſuis filiabus ortos, quos unà,
19 ſimulque Diſponens vocare intendebat, quare
idem numerus ſingularis *Primogenitum* decla-
randus eſſe dicitur hoc numerò plurali adhibito
in hac parte, in qua totius diſpoſitionis penè
ſumma invenitur; tum etiam, quia eadem nu-
mero ſingulari, ac plurali vis eſt, quoties ratio,
20 & voluntas Diſponentis non læditur, *Peralta in
leg. unum ex familia §. Sed etſi fundum num. 5. ff.
de legat 2.*, *Rimin. conſ.287. num.14.*, *Tiraquell.
de retract. conſanguin. §. 1. gloſſ. 9. num. 176.*,
*Altograd. conſ. 89. num. 56. lib. 2.*, *Rota deciſ.
407. num.9. part.9. rec.*; eadem verò ratio con-
21 currere, ac poſſe verificari oſtenditur tàm in
ſucceſſione duorum Primogenitorum, quàm
unius; quia ab utroque majori natu nomine Te-
ſtatoris aſſumpto, in utroque caſu benè conſer-
vatur agnatio, & familia; immò verò hac Pri-
mogenitorum multiplicitate idem nomen latiùs
effunditur, novoque ſplendore augetur, *Rota
coram Ottbob. deciſ. 582. num.22.*

22 Illud autem præceptum ferendi ſtemma fami-
liæ de Signorellis, neque etiam concludere poſ-
ſe prætenditur inſtitutionem unius tantùm ma-
joratus; quemadmodum enim illud in eo caſu,
quo referri poſſit ad volitam unius ſucceſſionem
23 in tota hereditate, nequaquam importat conſer-
vationem agnationis, adeout fœminas non ex-
cludat, quia, licèt plures eidem præcepto eſſe-
ctus inſint, at non omnes in quocumque caſu
proficiſci in eo debent, *Caſtill. contr. lib. 2. cap.
2. num.16.*, *& ſeqq.*, *Palm. alleg.214. num.12.*,
*& 13.*; ita in noſtra hypotheſi, in qua injun-
ctum eſſe videtur ob conſervationem agnationis
24 præferre minimè poſſe aſſeritur etiam unitatem
Bonorum penes unum Primogenitum; Profectò
Teſtator ideò hoc gravamen injunxiſſe dicitur,
quia ſummoperè optavit, ut tranſitu ſuorum Bo-
norum in filias jam nuptas, jamque alieno no-
mine ornatas artificialiter renovaretur ſua do-
mus hæc ſui nominis aſſumptione; non igitur ille
in hanc oculos rationem intendit, ut ſplendor
familiæ augeſceret Bonorum unione: verum il-
le ſuæ agnationi obitu maſculorum jam deletæ
proſpicere voluit, qui finis ſi aptè impleri poteſt
in pluribus Primogenitis, prout plures Deſcen-
dentes maſculi antea huic fini ſerviebant, non
eſſe dicitur, cur duplicem effectum tribuendo
ſimili præcepto, illum nempè hujus renovationis
familiæ, & illum conſtitutionis unius tantum
primogenituræ, & ſic gravamen gravamini ad-
dendo, plures Primogenitos ob hoc onus exclude-
re contendamus.

Quoties vero hoc onus delationis armorum
pluribus ſubſtitutis injungitur, quin fideicommiſ- 25
ſum convertatur in Primogenituram, & hæc ta-
citè conſtituta cenſeatur, luculenta ſunt in foro
hujus rei exempla, ut advertit *Palma alleg.311.
num.5.*, undè recepta communiter eſt concluſio,
quod tale præceptum per ſe non ſufficit ad indu-
cendam primogenituram, ut ait *Fontanell. deciſ.
32. num.1.*, & ſolùm operatur perpetuum fidei-
commiſſum pro nominis conſervatione, *Fuſar.
de ſubſtit. quæſt.480. num.34.*, *Palm. alleg. 309.
num.10.*, *Rota in rec. deciſ 98. num. 4. part. 8.*,
aliique adducti, & explicati à *Palma eadem alleg.
311. per tot.*; Hinc autem inferri poſſe præten-
ditur ob identitatem rationis, quod, ſi in ſimpli- 26
ci fideicommiſſo iſtud onus primogenituram non
inducit, ita in ea diſpoſitione, quæ plures conti-
net majoratus, importare nequibit unicam pri-
mogenituram; maximè verò, quia à nobis, ut
aſſeritur, minimè adducuntur efficaciſſimæ con-
jecturæ, ut oportet in re à jure communi exor- 27
bitanti, qualis eſt primogenitura, *Menoch. conſ.
439. num.6.*, *Mierez de Majorat. part.2. quæſt.5.
num.40.*, *Torr. de Primog. part.2. quæſt.7. nu.8.*,
*Acttolin. reſol. 7. num.9.*, *Caſtald. allegat.26. nu.
19. vol.1.*, *Rota deciſ. 172. num. 7. part. 14.*; ſi
enim pro argumento unius majoratus aſſerimus 28
eum numerum ſingularem = *videlicet Primoge-
nitum illarum* =; nobis opponitur ſequens ſermo
in plurali numero, juxta quem declarari debere
dicitur ea noſtra ſingularitas; ſi autem objicimus
ea verba = *Deſcendentes Filenæ*, *& Zenobiæ*, *alia-
rumque filiarum forſan naſciturarum*, *videlicet
Primogenitum* =, ex quibus verbis oriri ſubſtinemus
inveriſimilitudinem, quod plures Primogeniti
ex pluribus filiabus profecti, fuerint vocati, quia
ſplendor domus ob nimiam Bonorum diviſio-
nem maximoperè minueretur, Teſtatorem hoc 29
ſuæ domus detrimentum minimè curaſſe re-
ſpondetur in antecedenti tot Agnatorum ſimul-
tanea vocatione; ſi denique innitimur præcepto
delationis armorum, illud importare tum de-
mum poſſe majoratum dicitur in ſimplici fidei-
commiſſo, quum, urgentibus conjecturis juva- 30
tur, *Molin. de Primog. lib.1. cap.5. num.34.*, *ibi-
que Adden.*, *Hieron. Leo deciſ.60. num. 37. vol.
1.*, *Caren. reſol.158. num.6.*; ità idem gravamen
indigere reſpondetur, urgentibus adminiculis,
ut in hac plurium majoratuum conſtitutione,

u ni-

31 unica dumtaxat primogenitura erecta cenſeatur;
ac propterea nullum concurrere ſuſtinetur validum adminiculum, quò hæc unius primogenituræ inſtitutio non minùs exoſa noſtris legibus, quàm majoratus in ſimplici fideicommiſſo inductus confirmetur, eaque labatur aliqualis adhæſio juri communi, quæ à Teſtatore ſervata fuiſſe credi poteſt, ità ut, ſi non omnes deſcendentes ex fœminis æqualiter inſtituit, ſaltem honoraſſe videatur uniuſcujuſque filiæ Primogenitum.

Hæc objectionum ſumma eſt, quæ pro ſtatuenda primogeniturarum pluralitate afferri poteſt; verumtamen illæ omnes ſubmoveri poſſe videntur ſolâ auctoritate *Sacræ Rotæ* in illa *Bononien.*
32 *Fideicommiſſi de Capacellis*, quam unanimi conſenſu ſequuti fuerunt graviſſimi Juriſperiti, qui primùm in hac Cauſa reſponderunt. Porro in dubium revocari nequit, quod Teſtator primogenituram voluerit ordinare; nam verbum *Pri-*
33 *mogenitus* ab ipſo adhibitum clarè denotat primogenituram, *Peregrin. conſ. 33., & conſ. 64. lib.2., Grutian. diſcept. for. cap.834. in princip., Manſ. conſult. 372. num.9., Palm. nep. alleg.393. num.37., Molin. de Primog. Hiſpan. lib.1. cap.5. num.18., & lib.2. cap.14. num.37., Roxas de Incompatib. part.1. cap.7. num.38., & ſeqq., Rota in Fulginaten. Primogenituræ 14. Junii 1700. §. Cum enim coram Rmo Molines, & in Camerinen. Fideicommiſſi, ſeù Primogenituræ 11. Maii 1703. §. Objectum coram eodem*; prout etiam
34 perſpicua eſt voluntas hujus Primogeniti in numero ſingulari, qui in uno tantùm verificatur, *Menoch. conſ.173. num.17. vol.2., Decian. conſ. 10. num 13. vol.3., Crivell. Dec. Dolan.55. nu.2.*; adeout ſimilis vocatio facta de uno ex pluribus
35 ejuſdem gradus nomine ſingulari maxima cenſeatur conjectura primogenituræ, licèt hæc expreſſa non ſit, *Mart. conſ. 176. num.1., Peregr. conſ.102. num.8. lib.4., Surd. conſ.375. num.16., Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 384. num.2., Fontanell. deciſ. 32. num. 8., & ſeqq., Rota in d. Camerinen. §. Secundò*, cum, nomen illud ſit appel-
36 lativum, quia ob ſingularem numerum, utpotè vim aſſumens nominis proprii, ad unum referri debet, *Palm. nep. alleg. 370. num. 35., & num.36.*

At verò, ſi clara, ac literalis eſt conſtitutio primogenituræ; ſi hæc ſuo nomine expreſſa legitur; ſi numerus ſingularis à Teſtatore adhibitus, & uni conveniens, unumque ex pluribus
37 admittens hic adjuvat naturam primogenituræ per ſe individuam = *quæ unum tantùm Primogenitum habilitat, & plurimorum ſucceſſioni opponitur* = ut inquit *Palm. d. allegat. 370. num. 37., Rodulphin. alleg. 67. num.8., Molin. de Primog. lib.1. cap. 11. num. 1., & ſeqq., & ibi Adden.., Caſtill. contr. jur. tom.6. cap.150. num.3., & ſeq., Rota cor. Priolo deciſ. 328. num. 5., coram Arguell. deciſ.16. num.3., & 4., & in rec. dec.519. num.17. part.14., & deciſ.284. num.16. part.18., & in Romana Primogenituræ, & Fideicommiſſorum de Corſinis 10. Decembris 1710. §.47. coram R. P. D. Aldrovando* verbis illis = *unicus in primogenitura erit, & debet eſſe ſucceſſor* =, perſpicuum eſſe videtur, quod tum verbis, tum mente Teſtatoris, tum rei ipſius naturâ conſideratis, = *duo effici nequeunt Primogeniti, & dari non poteſt ſciſſura membrorum à ſuo capite, magno abſurdo contra naturam primogenituræ* =, ut inquit *Rota in alia Romana Primogenituræ, & Fideicommiſſorum de Corſinis 16. Maii 1710. §.37. pariter coram R.P.D. Aldrovando*.

Ex hac autem clariſſima ordinatione primogenituræ, atque individua ipſius natura illud etiam
proficiſcitur, ut minimè requirantur graviſſima 38
argumenta conſtitutionis unius tantùm majoratus; immò verò quælibet hujus rei demonſtrationes ſufficiant; etſi enim verum eſſe poſſit,
quod, ubi nullus legitur expreſſè conſtitutus or- 39
do primogenituræ, & ſubſtituti inveniuntur omnes Deſcendentes in numero plurali, graviores requirantur conjecturæ pro inducendo ibidem tacito majoratu, juxta hypotheſim *Palmæ nep. alleg.311.*, aliorumque in objecto adductorum; at non etiam hoc procedit in eo caſu, quo primogenitura expreſſè erecta reperitur, ſolumque diſceptatur, an unus, ſeu duplex majoratus conſtitutus fuerit: uti enim in hac hypotheſi ſuc-
ceſſio unius tantùm in tota hereditate proficiſci- 40
tur ab ipſa natura primogenituræ, quæ unum dumtaxat vocat, & admittit, ut ultra adductos *Burſatt. conſ.228. num.53. lib.3., Honded. conſ. 45. num.28. lib.1., Cenſal. ad Peregrin. art. 21. verſ. & hæc ratio fol.66., Torr. de Primog. part. 2. cap.15. num.23.*, ità hæc fortiſſima adminicula potiùs deſiderabuntur, ſi hæc majoratus na-
tura deſtrui velit, non etiam, quum illa exponi- 41
tur, & confirmatur, ut benè *Rota in Camerinen. Fideicommiſſi, ſeù Primogenituræ 11. Maii 1703. §. Objectum in fine coram Rmo Molines*.

Immò verò hæ concludentiſſimæ demonſtra-
tiones minimè requiruntur, etiam in eo caſu, 42
quo ſimultanea vocatio, & ſimplex fideicommiſſum mutari prætendatur in majoratum in teſtamento nequaquam expreſſum; ipſa enim
rei dubietas favere dicitur primogenituræ, ut in- 43
quit *Palm. nep. alleg. 308. num. 1., Mierez de Majorat. part. 1. quæſt. 21. ex num. 43., Fontanell. d. deciſ.32. num. 24., Grutian. diſcept. 834. num. 12.*; nam ob inſitum cunctis hominibus præcipuum quemdam amorem erga Primogenitos, ac ob ſummam illam omnium cupiditatem familiæ decus augendi, ac ſervandi, quæ res
unione Bonorum obtinetur, Primogenitura tum 44
favorabilis, tum Teſtatori gratior cenſenda eſt, ut, rejectis Auctoribus in objecto relatis, docent *Tiraquell. de jur. Primog. in præfat. num. 35. uſque ad 42., clar. mem. Card. de Luc. de teſtamen. diſc.10. num.5. verſ. quoniam, & diſc.86. num.3., Rot. coram Ottbob. deciſ.182. num.21., & ſeqq., coram Cerro deciſ.321. num.18., & 19., in rec. part.11. deciſ.23. num.22.*, quod confirmari po-
teſt, ſi magna licet componere parvis, exemplo 45
ſucceſſionis in Regno, in qua, *ex præſumpta Populi voluntate*, ut inquit doctiſſimus ille *Hugo Grot. de jur. Bell., & Pac. lib.2. cap.7. §.14.* (nam præſumitur Populus id voluiſſe, quod maximè expedit) primum illud obſervandum eſt,

ut individuum ſit Regnum, quia id ad tuendum
46 Regnum in Civium concordiam plurimùm va-
let, & firmius futurum erit, ſi penes unum re-
maneat, quàm, ſi portionibus inter filios divi-
datur.

Verùm maximi ponderis cenſendæ ſunt con-
jecturæ, quæ ſuperius adductæ fuerunt, & con-
ſtitutioni unius tantùm primogenituræ aſſiſtunt;
etenim tantum veriſimile eſt, ut diximus, quod
Teſtator non omnes conjunctim invitare volue-
rit Primogenitos Filenæ, & Zenobiæ, aliarum-
que filiarum forſan naſciturarum, & ſic unum
dumtaxat ex his omnibus vocaverit, quantum eſ-
ſe rationi conſonum videtur, quod ille abhor-
ruerit ab hac Bonorum diviſione in plures, at-
que exiguas partes, quâ ſplendor familiæ, &
Bonorum firmitas omninò labitur, ut probatum
fuit in *§. Quæ animadverſi*, & quantum etiam
ratione, & juris, forique noſtri regulis mone-
mur, ne in diſpoſitionibus ullam ſuppoamus
contradictionem, prout ex nunc induceretur,
ſi Teſtator mox primogenituram conſtituiſſe,
quæ unitatem dicit, *Palm.nep. alleg.4. num. 16.,
& alleg.5. num.21., & alleg. 96. num.7., Molin.
de Hiſpan. Primog. cap. 4. num. 46., & Adden.
num.42., Caſtill. contr. lib.6. cap.121. num.54.,
Rot. dec. 519. num. 17. part. 14., & deciſ. 419.
num. 15. part. 16.*; mox plures Primogenitos,
quod res fideicommiſſarias tantæ ſubjicit diviſio-
ni, vocaſſe cenſeatur.

Neque obſtat exemplum à ſimultanea Agnato-
rum vocatione deſumptum, ex qua argui, ac
oſtendi prætenditur voluntas Teſtatoris non ita
47 plurium ſucceſſioni contraria: Nam, ut advertit
*Rota in d. Bononien. Fideicommiſſi de Capacellis
in rec. part.1. d. deciſ. 566. num.6.*; ipſa diſpoſi-
tionis diverſitas monet, ut hoc exemplo judi-
candum non ſit; nam in priori parte teſtamenti
vocantur omnes Agnati, nullo majoratus ordine
præſcripto; in ſecunda verò parte, defectis nem-
pe omnibus maſculis; non ſic omnes deſcenden-
tes ex fœminis invitantur, ſed univerſaliter
Primogenitus ex illis admittitur, quod clarè
oſtendit, ut dicitur in eadem *Deciſione*, = *non ita
Teſtatorem ſenſiſſe de deſcendentibus ex fæminis,
ſicut de Deſcendentibus agnatis, & propterea ſo-
lus Primogenitus ex fæminis in caſu, de quo agi-
tur, vocatus cenſeri debet* = Præterquam quod,
48 ut obſervat eadem *Rota num.5.* in prima inſtitu-
tione, ac ſubſtitutione, tamquam complectente
Agnatos maſculos, qui erant de familia, & agna-
tione Teſtatoris, concurrebat diverſa ratio, ob
quam ille conjunctim omnes Agnatos debuit vo-
49 care, ea namque vox naturæ, & legum æqua-
lem in omnes filios maſculos charitatem com-
mendans, Teſtatorem monebat, ut omnes æqua-
50 liter honoraret; quæ ratio ceſſat *in maſculis ex
fœminis, qui ſunt de aliena familia*, ut inquit
*Rota* ibidem, & in quibus, etſi propter aſſum-
51 ptionem nominis, & inſignium conſervetur
agnatio, cum tamen hæc ſit quodammodò ado-
ptiva agnatio, in uno tantùm ſolet conſtitui, &
non ità benè per plures, ſicut per unum conſer-
vatur, *Surd. conſ.375. num.2., & ſeqq.*

Prout etiam validum unius primogenituræ
argumentum conſurgit à præcepto delationis ar- 52
morum. Illud enim uni, & Primogenito conve-
nire poteſt, ut diximus in *§. Denique mens Teſta-
toris*, & ultrà ibidem adductos probant *Andreol.
contr. 254. num.33., Palm. ſen. conſ.96. num.21.,
Staiban. jun. reſolut.59. num.17., Theſaur. deciſ.
270. num.10., Tondut. reſol. civil. cap.51. num.8*
præſertim verò, quando, ut à nemine in dubium
revocatur, primogenitura, ut in hac hypotheſi, 53
expreſsè conſtituta invenitur, ut ex illis verbis
*Molin. lib.1. cap. 5. num.34.*, quem omnes refe-
runt, & ſequuntur = *Sicque ſemper vidimus hanc
armorum, & nominis conjecturam in forenſibus con-
troverſiis exiſtimatam eſſe ad cognoſcendam majo-
ratus naturam, & perpetuitatem, quod, quando
alienationis prohibitio, & aliqua Primogenitorum
vocationes, vel alia majoratus veſtigia concurrunt,
verum mihi videtur: ſi verò ſola nominis, vel ar-
morum delationis conditio alicui, cui aliqua Bona
ſimpliciter relinquuntur, apponantur, ex eo ſolo dif-
ficile eſſe, hæc Bona majoratui ſubjecta pronun-
cianda eſſe obtinere.* =

Quâ diſtinctione ſubmovetur ea objectio, quâ
dicitur, onus inſignia domus aſſumendi, ad per-
petuitatem fideicommiſſi pertinere: hoc grava- 54
men pluribus fideicommiſſis adpoſitum eorum
naturam ſimultaneè plures admittentem non al-
terare: luculenta hujus rei exempla in Foro vide-
ri: injunctum hoc caſu fuiſſe, ut fictè agnatio re-
novaretur: duplicem effectum operari non poſſe, 55
& artificialis renovationis familiæ, & ordinatio-
nis unius tantùm primogenituræ, & hanc tunc
demum inducere poſſe, ſi aliis urgentibus conje-
cturis juvetur: enim verò hæc fortaſſe vera eſſe 56
poſſunt in caſu, quo Teſtator de ſucceſſione or-
dine primogenituræ locutus non fuit: at, ubi
primogenitura expreſsè conſtituta invenitur, hu-
juſmodi gravamen delationis armorum aptiſſi-
mum eſt magis, magiſque declarandæ naturæ
primogenituræ, jam per ſe unicum Succeſſorem
expoſcentis; eoque caſu unà, ſimulque d. oneri
non impropriè iniunt, hi plures effectus nomine,
non autem re diſtincti, perpetuitas nempè fidei-
commiſſi: renovatio familiæ, & unio omnium
Bonorum penes Primogenitum, ut contrarios
conciliando animadvertit *Adden. ad Molin. d. lib.
1. cap.5. num.34., Surd. conſ.367. num.21., & di-
ſtinguit Palma in objecto adductus d. alleg. 311. n.
2., & ſeqq., & antea alleg. 308. num.11.*

Supereſt, ut reſpondeamus objectioni, quâ
dicitur, eum numerum ſingularem, videlicet =
*Primogenitum* = convertendum eſſe in pluralem 57
ob ſequentia verba pluralis numeri, quibus di-
ctum fuit = *Primogenitum illarum cum onere,
quod aſſumant &c.* =, *leg. final. ff. ad Senat. Con-
ſult. Trebell., Peregrin. de Fidecom. art.17. n.16.,
Palm. jun. alleg. 317. num. 76., Rota deciſ. 524.
num.8. part.18. rec.*

Hæc autem objectio pluribus ſubmovetur;
Nam, etſi numerus ſingularis alterari aliquandò 58
debeat, *Surd. conſ. 369. num. 3. & 4.*, id tamen
omninò prohibitum eſt, quando huic alteratio-
ni reſiſtit voluntas Diſponentis; Si igitur digni-
tas

tas familiæ meliùs conſervatur unâ primogeni-
turâ ; ſi hic major familiæ ſplendor ab unione
Bonorum derivans cauſa finalis eſſe cenſetur ere-
ctionis primogenituræ ; ſi propterea idem nu-
59 merus ſingularis *Primogenitum* conſultò à Te-
ſtatore adhibitus fuiſſe dicendus eſt, eadem ſin-
gularitas impropriari non debet, ut inquit *Sur-
dus d. conſ.369. num.1. & 2.* ; immò verò coadju-
vanda ex adjuncto, nempe à dignitate familiæ
unum ſucceſſorem requirente, *Fontanell. dec.32.
num.16. & 17.*

Præſertim verò, quia ſequentia verba pluralis
60 numeri commodè referri poſſunt tàm ad pri-
mùm, quàm ad alios ſucceſſivos Primogenitos,
ut indicant illa verba = *Et ſic de Primogenito in
Primogenitum* = , *Menoch. conſ.211. n.12. & 13.,
& conſ.322. nu. 64.*, *Rota coram Bich. deciſ.274.
61 num.19. & 20.* ; Denique ea verba pluralis nu-
meri determinationem potius accipere debent ex
ſubjecta materia, à natura ſcilicet primogenituræ
clariùs etiam à Teſtatore explicata verbis illis
ſingularis numeri = *Primogenitum de Primogeni-
to in Primogenitum* = , quæ operatur, ut duo, vel
62 plures eodem tempore nequeant admitti, quam-
vis connotati legantur aliquo adjuncto pluralis
numeri, *Rota dec.407. num.9. part.9.*, *& dec. 1.
num.16. uſque ad 19. part.10.*, *& in Camerinen.
Fideicommiſſi, ſeù Primogenituræ 11. Maii 1703.
§. Secundò cum coram Rm̃o Molines*. Quod adeò
63 verùm eſt, ut, ſi ipſa Primogeniti vocatio plura-
lis eſſet, dictum nempe fuiſſet *Primogenitos illa-
rum*, natura tamen majoratus ſimultaneæ ſuc-
ceſſioni obnoxia, pluralitatem illam converte-
ret, ac reduceret in ſingularitatem, *Riminal.
jun. conſ.544. num.89.*, *Molin. de Primogen. Hi-
ſpan. lib.1. cap.5. num.20. & ſeqq.*, *& cap.6. n.5.
& ſeqq.*, *& lib.2. cap.4. num.42. & 48. & ſeqq.*,
*Cyriac. contr.312. num.68. & ſeqq.*

Conſultò omittimus inter hæc argumenta or-
64 dinationis unius tantùm majoratus recenſere
vel qualitatem Teſtatoris, qui, utpotè egregiâ
nobilitate præditus, eò faciliùs animum intendiſſe
præſumendus eſt in hanc unius Primogeniti ſuc-
ceſſionem adeò accomodatam ſervandæ præcla-
riſſimi nominis dignitati, ut perpendit *Fonta-
nell. d. deciſ.32. num.19. & 20.*, vel ipſam qua-
65 litatem Bonorum, quæ tamquam magna ex par-
te Juriſdictionalia, nequeunt, niſi uni Primoge-
nito convenire, *Rot. d. deciſ.566. in fine part. 1.
rec.*, eamdemque excludunt æqualem ioter plu-
res diviſionem, quam facere magno tum Bono-
rum, tum familiæ detrimento oporteret ; niſi
hæc unica primogenitura conſtituta dicatur, ut
optimè conſiderat *D. Advoc. de Vecchis in ſua
Informatione §. Eò autem magis* ; Undè majora-
66 tus etiam in teſtamento non expreſſus leviſſimis
quibuſque adminiculis induci poſſe dicitur, ſi res
ſit de hujuſmodi Bonis Juriſdictionalibus, *Palm.
alleg.311. num.15. & 16.*, quæ unus, atque is,
qui maximus natu eſt, ità ſibi vindicat, ut *&
ordo naſcendi, & natura ipſa gentibus dediſſe
æquum hoc ſuccedendi Jus, normamque* dicatur
à *Grotio de Jur. Bell., & pac. lib.2. cap.7. §. 13.*

Prout etiam conſultò omittimus aliud argu-
mentum prælationis Deſcendentium Filenæ de-
ſumptum ex ordine ſcripturæ : Vocavit enim 67
Teſtator hac methodo = *filios maſculos, & De-
ſcendentes in infinitum* = Filenæ, & Zenobiæ, qui
ordo, etiam ubi par eſt affectio, linea, gradus,
ætas, efficit, ut primò nominati cenſeantur pri-
mò ſubſtituti, juxtà optimum *Textum in leg. cum
Pater §. A te peto ff. de legat.2. verbis illis = A te
peto Marite, ſi quos liberos habueris, illis prædia
relinquas, vel ſi non habueris, tuis, ſive meis Pro-
piaquis, aut etiam noſtris libertis, non eſſe datam
electionem, ſed ordine ſcripturæ factam ſubſtitu-
tionem, reſpondi* = , & ex eo *Textu* optimè animad-
vertunt graviſſimi Auctores apud *Caſtill. contr.
Jur. lib.5. cap.67. num. 28. in med.*, *& nu. ſeqq.*

Jam verò probatum eſſe videri poteſt, quod
unus tantùm Primogenitus, Filenæ ſcilicet, aut
Zenobiæ aſſequi debeat hanc Camilli Senioris he-
reditatem. Quærendum nunc eſt, an D. Petrus
de Balleonibus Secundogenitus Filenæ, an po-
tiùs D. Comes Conſtantinus de Rayneriis filius
Primogenitus Curtii Primogeniti Zeobiæ con-
ſequi debeat hæc Bona ob mortem Camilli ju-
nioris abſque filiis delata : Cujus controverſiæ re-
ſolutio difficilis mihi videtur ob graves illius
animadverſiones, quæ à dd. DD. Advocatis
pro utraque parte proponuotur, & favore D. Co-
mitis Conſtantini doctè ſuſtinentur à D. Sfaſcia-
monte in facto ſcribente : Quare illud verum eſ- 68
ſe experior, quod *Sacra Rota* in ſimili diſcepta-
tione inquit in *Fulginaten. Primogenituræ 14.
Junii 1700. coram Rm̃o Molines in princip.*, ni-
miam nempè eſſe perplexitatem quæſtionum oc-
caſione majoratus, & primogenituræ exorta-
rum, eaſque ſupremâ indigere deciſione, immò
verò id non minùs agitatum etiam Bellis, &
pugnis ſingularibus, ait *Grot. de Jur. Bell., &
pac. lib.2. cap.7. §.30.*

Rem tamen iſtam pro D. Petro de Balleoni-
bus reſolvendam eſſe cenſeo : In dubium nam-
que revocari non poteſt, quod natura primoge-
nituræ regularis, in qua verſari videmur, tum 69
ob Juris præſumptionem reſiſtentem odioſiſſimo
majoratui facti, *Palm. nep. alleg.293. n.4. ad 6.,
& alleg.394. num.34.*, *Manſ conſult. 14. num. 3.
& ſeqq. tom.9.*, *Rota apud Torr. de Majorat. Ital.
part.3. deciſ. 14. num. 59., & num. 61.*, *Rota in
d. Bononien. Fideicommiſſi de Barberiis 17. Ja-
nuarii 1710. §. Aſſiſtit coram R. P. D. Aldro-
vando*, tum ob ea verba = *de Primogenito in Pri-
mogenitum* = importantia ordinem regularis pri- 70
mogenituræ, *Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 384. per
tot.*, *Peregrin. conſ.34. num.11. vol.3.*, *Rocc. di-
ſput. Jur. ſelect. cap.3. n.1.*, *Andreol. contr.218.
num. 1., & contr. 254. num. 45.*, *Rota in Fulgi-
naten. Primogenituræ 14. Junii 1700. §. Cum
enim coram Rm̃o Molines, & in d. Bononien. Fi-
deicommiſſi de Barberiis §. Præſumptioni cor R.P.
D. Aldrovando*, natura, inquam, primogenituræ
regularis efficit, ut ea in unam lineam ingreſſa, 71
in ipſa manere debeat uſque ad totalem ejuſdem
evacuationem, niſi contrarium Teſtator expreſ-
sè dixerit, aut efficaciſſimis conjecturis oſtende-
rit, *ex Textu aperto in leg.1. Cod. de condit. inſert.*
ubi

ubi pro continuatione in linea jam admiſſa ſemper concludendum eſſe, decernitur, niſi alia Defuncti voluntas evidenter probetur, *benè Palm. alleg.393. n.2., Torr. de Primogen. Ital. cap. 39. §.2. num. 45., clar. me. Card. de Luca de Fideicomm. diſc.1. n. 14., Rota coram Bichio dec. 622. num.1., in rec. deciſ.346. num. 1. part. 11., in d. Camerinen. Fideicommiſſi, ſeù Primogenituræ 11. Maii 1703. §. Cum de cetero verſ. ſecunda coram Rm̃o Molines.*

Quæ procedunt, etſi primogenitura in nulla
72 adhuc linea radicata fuerit, & agatur, ut in hoc caſu, non jam de progreſſu in linea Primogeniti, verùm de primo ingreſſu: Nam idem omnino effectus proficiſcitur tam à primogenitura, ſpe certâ, juſtâque, quàm ab illa cum effectu ingreſſa in unam lineam; Undè hæc diſtinctio inter ingreſſum, & progreſſum in his terminis reprobatur *apud Torr. de Majorat., & Primogen. Ital. dec. 30. num.9. & 10., dec. 92. num. 27. & 44., & in rec. deciſ.18. nu. 9., & dec.414. n.10. part.18. rec., & in d. Fulginaten. Primogenituræ 14. Junii 1700. §. Adeont coram Rm̃o Molines*,
73 & in noſtra ſpecie habitus tantùm operari dicitur, quantùm actus, *Rota in Aſten. Prioratus 7. Decembris 1708. §. Revocato & ſeqq., cor. R. P. D. Aldrovando, & in d. Bononien. Fideicommiſſi de Barberiis §. Nam attento, & §. Parvipenſo coram eodem*, & conferunt verba doctiſſimi *Grotii de Jur. Bell., & pac. lib. 2. cap. 7. §.22.* = *frequens autem eſt alia quadam ſucceſſio non hereditaria, ſed quæ linearis dicitur, in qua obſervari ſolet non jus illud ſubitionis in locum, quæ repræſentatia dicitur, ſed Jus tranſmittendi futuram ſucceſſionem quaſi delatum, lege ſcilicet ex ſpe, Jus quoddam verum excitante, quale ſcilicet jus eſt in his, quæ ex ſtipulatione conditionata debentur, ita ut hoc ipſum jus in poſteros ex primo venientes neceſſariò tranſeat, ſed ordine certo, ut primùm vocentur liberi ultimi poſſeſſoris primi gradus, tàm qui vivunt, quàm qui mortui ſunt, tum verò inter vivos, & mortuos ratia habeatur ſexus primùm, deindè ætatis, Mortuorum autem jus ſi prævaleat, tranſeat ad eos; qui ab ipſis deſcendunt, pari rurſùm inter pares prærogativâ ſexus, ac deincept ætatis, ſalvâque ſemper tranſmiſſione mortuorum in vivos, vivorum in mortuos: Si liberi ejus deſint, venitur ad alios, qui proximi ſunt, aut ſi viverent, eſſent ſimili tranſmiſſione, & inter pares in eadem linea, obſervato diſcrimine ſexus, ac ætatis, ita ut ob ſexum, & ætatem numquam tranſeatur de linea ad lineam, quam tamen tranſmiſſionem neceſſariam, non voluntariam vocant, ad Parentes quod attinet* =, eodem *lib.2. §. 26.* = *Quia in lineali ſucceſſione liberis, ſimul atque exiſtere cœperunt, Jus proprium quæſitum eſt ex Lege.* =

Cum igitur ad hæc Bona primogenialia, ad quæ Teſtator vocavit = *filios Maſculos, & Deſcendentes in infinitum Filenæ, & Zenobiæ, videlicet Primogenitum illarum* =, jus obtineret Ferrantes de Balleonibus Primogenitus Filenæ, iſque in lineam ejuſdem Filenæ hanc primogenituram introduxerit, certâ ſpe, optimoque Jure dd. Bona conſequenter debentur d. D. Petro in linea Filenæ poſito, ejuſdemque Secundogenito. Porrò, ſi contrarium ſtatuatur, evelleretur ex hac linea iſthæc primogenitura, antequam ea omninò deficiat, & læderetur certiſſima illa, atque in fidei- 74
commiſſo, ac majoratu regulari recepta communiter concluſio, quâ dicitur, Bona ſtare debere in linea ſemel admiſſa, *Altograd. conſ. 89. num. 56. lib. 2., Rocc. diſput. Jur. ſelect. cap. 3. num.5., Molin. de Primogen. lib.3. cap.4. nu.14., & cap.4. num.29., in Avenionen., ſeu Vaſionen. Primogenituræ 25. Junii 1700. §. Superpoſito coram bon. mem. Jacometto.*

Nec officit ea diſtinctio, quâ dicitur, quod
hæc admitti poſſunt favore Deſcendentium ex 75
ipſo Primogenito, qui, ſtatim ac naſcitur, actualiter ſibi, habitualiter verò omnibus ab ipſo proficiſcentibus jus acquirit, *Caſtrenſ. conſ.164. n.4. & 5. vol.2., Calvin. de æquit. cap.203. num.62., clar. me. Card. de Luc. de Fideicom. diſc.16. n.5., Rota dec. 2. num.35. poſt Torr. de Primogen. to.3.*
legali tamen ordine ſervato, ut nempe primùm 76
linea Primogeniti, deindè illa Secundogeniti, & ſic deinceps aliæ ſuccedant, atque aſſequi debeant Bona primogenituræ ſubjecta, *Rota in dicta Fulginaten. Primogenituræ 14. Junii 1700. §. Quoniam coram Rm̃o Molines*, quippè omnes pro effectu ſucceſſionis in linea Primogeniti ſunt
à Lege, ordine ſuccedendi inter eos conſtituto, 77
ita quidem, ut Bona in unam lineam ingreſſa non debeant ab ea antè ipſius finem divelli; Verumtamen hæc in noſtra hypotheſi minimè recipien-
da dicebantur, quia Ferrantes major natu File- 78
næ mortuus abſque filiis nullam conſtituit ex ſe lineam: nullos Deſcendentes reliquit: & controverſa Bona petuntur à D. Comite Petro Secundogenito ipſius Filenæ, quod licèt ipſi competere poſſet, ſi vocata fuiſſet Filena, & poſt eam ipſius Primogenitus, quia conſtitutio lineæ potioris ſumenda eſſet à Filena; aliter tamen res ſe habet in hoc alio caſu, in quo non Filena, ejuſque linea admiſſa fuit, ſed Primogenitus dictæ Filenæ vocatus legitur, atque à Teſtatore conſideratur tamquam principium particularis illius lineæ ab ipſo Teſtatore invitatæ, quo propterea mortuo abſque efformatione ſuæ lineæ, ſuccedere debere dicitur Primogenitus alterius filiæ Teſtatoris, ſcilicet Zenobiæ eâ qualitate primogeniali indutus, quæ à Diſponente requiſita fuit, & expreſſâ vocatione comprehenſus legitur.

Objectio namque iſthæc dupliciter ſubmovetur; Primò nempe animadvertendo, quod ſubſtitutio Primogeniti, de qua agitur, fuit expreſ-
sè ordinata favore Deſcendentium à Filena, di- 79
ctum namque fuit = *ſubſtituit filios maſculos, & Deſcendentes in infinitum Filenæ, & Zenobiæ, videlicet Primogenitum illarum* =, quo caſu, ſtante vocatione certi ſtipitis, in eo potuit ſaltem habitualiter radicari jus primogenituræ tranſmiſſibile ad univerſam lineam, quod fit = *ſpe à lege in Jus animatâ, ita ut à morientibus ea tranſeat ad ſuperſtites* = ut inquit *Grot. de Jur. Bell., & pac. lib. 2. cap. 7. §. 22. num. 2., & ponderat Rota in d. Bononien. Fideicommiſſi de Barberiis 17. Januanua-*

Digitized by Google

*nuarii* 1710. *§. Quibus*, *& §. Quandoquidem co-*
*ram R. P. D. Aldrovando*, ad lineam ſcilicet
primogenitam à Ferrante profectam, ſi hæc ab
eo produceretur, ſeù, hac non eſformatâ, ad li-
neam alterius deſcendentis à Filena, ita ut veri-
ficari poſſit univerſalis illa vocatio, = *omnes filios*
*Maſculos*, *& Deſcendentes Filenæ* =, à qua ſuf-
ficit, quod ortum habuerit is Primogenitus, qui
majoratum habitualiter in totam Filenæ deſcen-
80 dentiam potuerit introducere, nam = *in hoc gene-*
*re ſucceſſionis ſpes ſemel parta, jus facit, nec ex*
*poſt facto ceſſat, niſi quod ex ſexus privilegio ſuſ-*
*penditur in cognatica ſucceſſione* =, ut eodem loco
*Grot. §. 28.*, Exemplo vocationis lineæ maſcu-
linæ, ſeù qualitatis certæ perſonæ, quâ lineâ
81 qualitatis extinctâ, Bona minimè tranſeunt ad
Subſtitutos, ſi ex ea certa perſona ſuperſit linea
ſubſtantiæ complectens fœminas, ob illam nempe
virtutem, quæ ineſt deſignationi certi ſtipitis,
habilitandi totam ejus lineam ſeu qualitatis, ſeu
ſubſtantiæ, ut in *dicta Bononien. Fideicommiſſi de*
*Barberiis dicto §. Quibus*, *& d. §. Quandoquidem*
*coram R. P. D. Aldrovando*, *& optimè Grot. his*
*verbis ſupra adductis* = *ſi liberi ejus deſint, veni-*
*tur ad alios, qui proximi ſunt, aut ſi viverent, eſ-*
*ſent ſub ſimili tranſmiſſione, & inter pares in eu-*
*dem linea, obſervato diſcrimine ſexus, & ætatis,*
*ita ut ob ſexum, & ætatem nunquam tranſeatur*
*de linea in lineam*. =

Ex qua animadverſione oritur altera reſpon-
ſio, quâ etiam ſuperior objectio tolli poſſe vide-
82 tur: Nam, poſitâ vocatione omnium Deſcenden-
tium Filenæ, certoque ſtipite in hac fœmina de-
ſignato, non autem in Primogenito ejuſdem,
ut contigiſſet eo caſu, quo Ferrantes Filenæ ma-
jor natu vocatus fuiſſet, puta his verbis = *ſubſti-*
*tuit Ferrantem Primogenitum Filenæ, & ab eo*
*deſcendentes*: D. Comes Petrus ob mortem Fer-
rantis antè apertam hanc ſucceſſionem locum
Primogeniti Filenæ ſumpſiſſe dicendus eſt, cum
iſto proficuo effectu ſuccedendi in hac primoge-
nitura, aliosque arcendi, *Torr. de Primog.*, *&*
*majorat. Ital. part. 1. cap. 1. §. 5. num. 34. & ſeqq.*,
*Rodulphin. allegat. 64. num. 2. & 6.*, *& num. 20.*,
*Rota poſt eumdem Torr. deciſ. 7. penè per tot.*, *&*
*in rec. deciſ. 301. num. 1.*, *& ſeqq.*, *& deciſ. 365.*
*num. 2. & ſeqq. part. 17.*

Etenim Secundogenitus, ut inquiunt adducti
83 Doctores, dupliciter accipitur, uno modo natu-
raliter, quia nempe ſecundo loco genitus fuerit,
& alio modo civiliter, ad quoſcumque ſcilicet ef-
fectus civiles, inter quos enumeratur ſucceſſio.
Quamvis autem eo priori modo numquam poſ-
ſit Primogenitus evadere ob eam inalterabilem
conditionem ordinis, quem natura conſtituit,
is tamen ad majoris natu locum conſcendere va-
let operatione Legis, quæ ſucceſſionibus domi-
natur, & ſic primogenituram Jure conſequi po-
teſt, ſi eum tempore apertæ ſucceſſionis nemo
ordine antecedit, ipſeque Secundogeniti perſo-
nam, quæ manet, manente ſolùm Primogenito,
exuerit, *Rota d. dec. 7. num. 4. & ſeqq. apud Torr.*
*de Primogen. part. 3.*

Quæ Juris noſtri operatio eò magis admitten-
da videtur in hac hypotheſi, quia illi non reſiſtit, 84
ſed potius coadjuvatur voluntate Teſtatoris: Is
enim minimè conſideravit eum Primogenitum,
qui tempore teſtamenti ex Filena jam ortus erat;
Tum quia non omiſiſſet illum uti benè ſibi co-
gnitum proprio nomine nuncupare, benè *Rota*
*dec. 9. num. 4. poſt Torr. de majorat. part. 3.*, tum
quia vocationem Maſculorum ex fœminis in il-
lud tempus traduxit, quo filii ipſius maſculi, eo-
rumque Deſcendentes omninò defeciſſent, ut 85
proſequitur *Rota d. deciſ. 9. num. 6. & 7.*, quan-
tum verò abeſt, quod Diſponens præcipuè men-
tem intenderit in funeſtum eventum, quo nullos
filios Franciſcus, & nullos Deſcendentes Camil-
lus ſui filii relinquerent, tantum etiam abeſt, ut
ob oculos Teſtatoris in ea ſubſtitutione obverſari
potuerit is Primogenitus Filenæ, qui talis natu-
raliter dici poſſet. Quando autem conjicitur, quod
Teſtator Primogenitum vocavit relatione ad re-
motum, ſeù futurum tempus, tunc ille conſide-
raſſe dicitur etiam exiſtentiam Primogeniti civi- 86
li modo, quo venit Secundogenitus, ut diſtinguit
*clar. mem. Card. de Luc. de Fideicom. diſc. 209.*
*num. 6.*, *Torr. de major. d. part 1. §. 5. num. 45.*,
*Rota poſt eumdem dec. 7. n. 9. & 10.*, *& dec. 9.*
*num. 6. & 7.*, *& dec. 10. num. 3. & 4.*, *& in Fa-*
*uen. Fideicommiſſi de Nalphis 4. Maii 1689.*
*§. Quoniam coram clar. mem. Card. Caccia.*

His addi poſſet ea hujus primogenituræ per-
petuitas naturâ ipſius rei inducta, *Torr. de ma-*
*jorat. part. 1. §. 5. nu. 29. verſ. & ratio eſt*, coad- 87
juvata verbis teſtamenti = *in infinitum* = *de Pri-*
*mogenito in Primogenitum* = conſtabilitâ denique
præcepto aſſumptionis armorum; ob quam per-
petuitatem Secundogenitus eò facilius ingredi
poſſe locum Primogeniti cenſendus eſt, tum
præſumptione Juris, tum veriſimili voluntate
Teſtatoris; difficiliùs namque primogenitura 88
diuturna eſſe poſſet abſque iſta legum operatio-
ne, quâ ſecundogenitus civiliter fit Primoge-
nitus, ut, pluribus relatis, perpendit *Torr. de*
*Primogen. dicta part. 1. dict. §. 5. num. 31. & num.*
*32.*, *Rota deciſ. 602. num. 45. cor. Bich.*, *& in*
*rec. deciſ. 337. part. 11.*

Sive igitur Ferrantes in linea Filenæ conſti-
tuiſſe dicatur jus ad hanc primogenituram, adeo
ut eo jure nunc juvari poſſit D. Com. Petrus in
eadem linea poſitus, ſive Ferrantes ob ejus mor-
tem antè apertam ſucceſſionem effeciſſe cenſea-
tur, ut D. Com. Petrus ſecundogenitus perſo-
nam Primogeniti aſſumeret, certum eſſe vide-
tur, quod ipſe conſequi debet hujuſmodi Bona,
non autem D. Comes Conſtantinus de Rayne-
riis non in linea potiori poſitus, ex auctoritatibus
adductis in *§. Rem tamen*, non major ætate;
nam tum ipſe D. Comes Conſtantinus, tum Co- 89
mes Curtius ejus Pater nati referuntur in facto
poſt bon: mem: D. Ferrantem, & D. Com. Pe-
trum de Balleonibus, qui propterea hac etiam
qualitate juvatur, *Torr. de majorat. Ital. part. 2.*
*quæſt. 1. nu. 18. & ſeqq.*, *Rota Lucana apud eum-*
*dem Torr. part. 3. deciſ. 15. num. 7. & ſeqq.*, non
proximior aut gravanti, aut Camillo ultimo 90
gravato, quod requiſitum quoque concurrit in
D. Co-

D. Comite Petro, eique ſummoperè opitulatur, *Valenz. conſ.113. num.77.*, *Rox. de incompatibil. part.1. cap. 4. num. 30.*, *Knipſchilt. de fideicom. famil. nobil. cap.9. num. 54.*, *Manſ. conſult.97. num.1.*, *Rota poſt Torr. de Primogenit. deciſ.14. num.5. & ſeqq.*, *& deciſ.29. num. 11.*, nullo denique adjutus adminiculo, cujus virtute concurrere poſſit cum D. Petro ex potioritate lineæ, & ætatis, ac gradus prærogativa ad hanc ſucceſſionem adſpirante.

Hactenus de hereditate Camilli de Signorellis: Videndum ſupereſt, an eidem D. Petro de Balleonibus ex Filena nepoti, vel potius D. Conſtantino de Rayneriis ex Curtio filio Zenobiæ Pronepoti debeatur alia primogenitura à Franciſco de Signorellis inſtituta favore filiorum, ac Deſcendentium Camilli, etiam fictè per adoptionem, vel alio civili modo ab eo aſſumendorum, hiſque non extantibus, ordinata favore *proximioris* Conſanguinei maſculi Camilli de Signorellis fratris ejuſdem Franciſci.

In qua controverſia D. Advocatum Petrum Pomponium de Vecchis, reſpondiſſe invenio prò D. Petro de Balleonibus, & Dom. Advocatum Antonium Franciſcum de Valentibus, nec non D. Dominicum Antonium Sfaſciamontem, cenſuiſſe reperio, potiora eſſe jura D. Conſtantini de Rayneriis: Quapropter res iſthæc tantâ per
91 ſe difficultate implicata, *ut non ſemel ex Jurium, ac rationum ambiguitate militibus armatis potiùs, quàm Juriſperitis ejus deciſio commiſſa fuerit*, ut inquit *Molin. de Primogen. lib. 3. cap. 6. num. 1. verſ. quorum plures*, *& deciſ. ſicul. apud clar. mem. Card. de Luca de Feud. num. 192.*, graviſſimum profectò mihi periculum factura eſt ob hanc Judiciorum diverſitatem in hoc ipſo particulari caſu, in quo hi Viri doctiſſimi, licet ità in hac Cauſa inter ſe diſſidentes, conſilio tamen, probandi ratione, pondere argumentorum, & cumulo auctoritatum ſimiles, pareſque ſunt.

Muneri itaque mihi demandato manum admoturo repetere primo fas ſit Cauſæ ſtatum, deindeque breviter perſtringere argumenta utriuſque ſententiæ, ut denique quænam mea ſit opinio; indicare valeam. Franciſcus Signorellus, ut ſub initium diximus, anno 1670. heredem ſcripſit Camillum Juniorem fratrem ſuum, ejuſque filios, & Deſcendentes maſculos, quos ſi naturaliter minimè ſuſcepiſſet, vocavit illos etiam modo artificiali adoptionis, ac legitimationis ab eo adſcitos cum ordine primogenituræ, & in caſu obitus dicti Camilli tum ſine filiis legitimis, & naturalibus, tum etiam nemine adoptato, aut legitimato, diſpoſuit, = *Che la ſua Eredità vada al più proſſimo Parente maſchio di detta Signor Camillo, col peſo però, & ordine di primogenitura, e con peſo, che il figlio Primogenito di queſto Parente chiamato, e gli altri Primogeniti da eſſi deſcendenti debba, e debbano chiamarſi della famiglia Signorelli, & uſare l'armi di quella &c. E caſo, che detto Parente più proſſimo, come ſopra, chiamato non aveſſe altro, che un figlio maſchio, e non voleſſe, che queſto pigliaſſe il peſo di detta primogenitura, e particolarmente d'uſar l'Arme, e chiamarſi della familia Signorelli, allora, & in tal caſo vuole detto Teſtatore, che la ſua Eredità vada intieramente ad un figlio maſchio Primogenito del Signor Conte Giovanni di Monte Vecchio, ſe averà figli, e altrimente ad un figlio Primogenito del Signor Conte Camillo fratello del Signor Conte Giovanni* =

Camillus Jun: ſic à Franciſco inſtitutus heres obiit abſque filiis & vero, & artificiali modo quæſitis: Deceſſerunt autem ante ipſum tàm Comes Curtius de Rayneriis ejus nepos ex Zenobia Germana ipſius Sorore, quàm etiam D. Ferrantes de Balleonibus ipſius pariter nepos, ſed per medium Filenæ ſibi ex uno ſolùm latere conjunctæ, Comes Curtius reliquit Dom. Com. Conſtantinum dicti Camilli Pronepotem; at D. Ferrantes de Balleonibus nullos reverâ filios ſuſcepit, ſed ex dicta Filena illius ſorore conſanguinea ſuperſtes erat D. Petrus de Balleonibus ejuſdem Camilli nepos, & D. Ferrantis frater ſecundogenitus.

Hinc verò eſt, quod, cum agatur de ſucceſſione individua uni dumtaxat, & Primogenito, & ejuſdem Camilli proximiori deferenda, D. Petrus de Balleonibus, uti propinquiori gradui innixus, nepos namque eſt, & D. Comes Conſtantinus, licèt pronepos, potiorem ſuccedendi titulum præferens, uti Camillo ex utroque latere conjunctus, nec gradu inferior ob ſubitionem in locum ſui Patris, alter alterum excludere contendit ab aſſecutione hujuſmodi primogenituræ.

Et jure quidem competere poſſe hæc Bona videntur D. Petro de Balleonibus: nam, ut inquit D. Advoc. de Vecchis in ſua Informatione
*§. Nilque*, vocato proximiore, is vocatus in- 92
telligitur, qui gradu materiali, ſeu naturali propinquior eſt, qui gradus, ſi nunc procul dubio occupatur à D. Petro dicti Camilli non Pronepote, ut eſt Dom. Com. Conſtantinus, ſed nepote, ipſe admiſſus cenſeri debet; quin, ut proſequitur in *§. Abſque eo quod*, locus fieri poſſit ei diſtinctioni; an ſcilicet de Primogenito
Juris, vel facti Teſtator ſenſerit: nam, juxta 93
ea, quæ ſuperioribus locis latè nos etiam demonſtravimus, omiſſo, quod idem D. Petrus, quamvis ſecundogenitus Filenæ ſit, putandus tamen eſt Primogenitus quoad effectus ſucceſſorios, tamquam ortus antè Comitem Curtium de Rayneriis, & tamquam ſubrogatus loco Ferrantis ſui fratris Primogeniti defuncti abſque filiis; Præterea dicebatur, quod Teſtator non in in-
greſſu, ſed ſolum in progreſſu primogenituram 94
inſtituit; Reliquit enim ſua Bona proximiori dicti Camilli = *Che la ſua Eredità vada al più proſſimo Parente maſchio di detto Signor Camillo, col peſo però, & ordine di Primogenitura, e con peſo, che il figlio Primogenito di queſto Parente &c. debba chiamarſi della Famiglia Signorelli* = quâ vocatione omninò vagâ, & incertâ, nec determinatâ à contemplatione alicujus certi ſtipitis Teſtator oſtendit, ſe mentem in ingreſſu intendiſſe ad naturalem gradus proximitatem, &

hanc

hanc ita prætuliſſe quibuſve aliis, qualitatibus,
ut ipſe, dumtaxat in progreſſu, conſtituerit in
hac linea Proximioris primogenituram, quod
ampliſſimè probat etiam Dom. Advoc. Anton.
Franciſc. de Valentibus in ſua Informatione *§.
Et quod proximitas*, *& ſeq.*, & optimè *Rota in
Bononien. fideicommiſſi de Barberiis 17. Januarii
1710. §. Quibus ſic conſtitutis cor. R. P. D. Al-
drovando*.

Præſertim verò, quia Teſtator prædilexiſſe
95 videtur lineam Filenæ, quoniam, ut dicitur in
eadem Informatione Dom. Advocati de Vecchis
*§. Et eamdem*, nolente Conſanguineo proxi-
miore dicti Camilli hiſce oneribus adipiſci hanc
hereditatem, vocavit DD. de Montevecchis fi-
lios ejuſdem Filenæ ex ſecundis nuptiis, quæ
prædilectio lineæ dictæ Filenæ commendata vi-
deri poteſt naturâ, & lege, nam, ut obſervat *in
§. Præſertim quia*, Teſtator Filenæ conjungeba-
tur ex utroque, & Zenobiæ ex uno tantùm la-
tere.

Parvi verò referebat, quod Teſtator indigi-
tando literaliter proximitatem Camilli gravati,
eum vocaſſe cenſendus ſit, qui Camilli proxi-
96 mior eſſet cum proficuo ſucceſſionis effectu, qui
nempè Camillo ab inteſtato ſucceſſiſſet; Quæ
res verificari poterat dumtaxat in Com. Curtio
de Rayneriis, ſeù Conſtantino ejus filio ob eam
vinculi duplicitatem, quæ Jure noſtro vincit.
Etenim, ut dicitur in *§. Atque hinc*, res modò
97 non eſt de ſucceſſione inteſtata, & proximitas
tantùm materialis, non verò civilis à Teſtatore
conſiderata fuit, ac etiam agitur de hereditate
Franciſci fratris Germani dictæ Filenæ, cui ſi
ſuccedi dicitur, licèt ſucceſſio deferatur per in-
98 terpoſitam perſonam; *Andreol. contr. 248. nu.
4.*, *Mantic. de conject. ultim. volunt. lib. 11. tit.
14. num. 17.*, *Fuſar. de ſubſtitut. quæſt. 402.
num. 78.*, *Manſ. conſult. 109. num. 21.*, rectè ex
ejus perſona metienda erit unius, vel alterius
lineæ prædilectio: Prælatio verò Conſanguinei
99 ex utroque latere conjuncti in linea tranſverſa
non tranſit ultrâ fratrum filios, nec porrigitur
ad Pronepotes, ut oſtenditur à D. Advoc. de
Vecchis *in §. Quoniam ultra quod*, & probat
etiam Dom. *Advoc. de Valentibus in §. Quod in-
dubitatè*, in quibus locis plures Doctores alle-
gantur; quâ de re hoc privilegio juvari nequit
D. Comes Conſtantinus dicti Camilli Pronepos,
vel ſublata videri debet ab ipſo Teſtatore, dum
100 tot efficaciſſimis argumentis oſtendit, ſe ſuæ
velle proſpicere agnationi, quæ res vinculum
cognatitium inutile reddit, ac impertinens, vim-
que operandi reſtringit in nexu agnatitio, ob
quem Frater germanus potior nequaquam eſt
101 fratre conſanguineo, ut, præter auctoritates à D.
Advoc. de Vecchis adductas in *§. Magiſque lu-
culenter*, docuit *Rota in Faventina ſucceſſionis
2. Julii 1708. & 11. Martii 1709. cor. R. P. D.
Aldrovando*.

Prout etiam Dom. Comiti Conſtantino pro-
deſſe nequit, ut habetur in *§. Eò autem magis*,
& apud Dom. Advoc. de Valentibus in *§. Non
102 etiam*, ſubitio in locum ſui Patris, ſive repræ-
ſentatio gradus paterni; nam hæc in Tranſverſa-
libus ultrâ fratrum filios nequaquam progredi-
tur, *§. Si igitur defunctus verſ. hujuſmodi verò
auth. de hered. ab inteſt. venien.*, etiamſi agatur
de primogenitura, quoties, prout in hac hy- 103
potheſi, vocatur in ingreſſu incerta perſona,
nempè proximior, non autem invitatur certa
familia, certo ſtipite deſignato, in quo caſu,
nè de linea potiori fiat tranſitus ad aliam li-
neam, ac ille irregularis majoratus facti intro- 104
ducatur, repræſentatio datur in infinitum inter
Collaterales etiam ejuſdem familiæ, nuncu-
panda tamen, potiùs, quàm repræſentatio, quæ-
dam tranſmiſſio certæ ſpei in Jus ſuccedendi, ut 105
diſtinguunt Doctores à Dom. Advoc. de Valen-
tibus adducti *§. Cujus*, *§. Quamvis*, *§. Vel ſanè
§. Secus verò*.

Hæc ſunt momenta rationum faventium D.
Petro de Balleonibus; At æquè valida videri
poſſunt argumenta, ob quæ Dom. Advocatus de
Valentibus reſpondit favore Dom. Comitis Con-
ſtantini de Rayneriis, qui bonum jus dicti Co-
mitis de Rayneriis proficiſci cenſet ex eo, quod
inſtituta fuerit primogenitura Juris, non autem 106
facti; Idque cum oſtenderit verbis illis teſta-
menti = *vada al più proſſimo Parente maſchio, con
peſo però, & ordine di primogenitura* =, ut in
*§. Re tamen impenſiùs*, aliiſque ejuſdem teſta-
menti locis, ut in *§. Facili pariter*, & *§. Mi-
nùſque*, & *§. Potiſſimùm*, & *quamobrem*, atque
hiſce argumentis, quæ nos retulimus in priori
parte hujus Cauſæ agentes de alia primogenitura
Camilli de Signorellis, deſcendit ad plures Ju-
ris noſtri concluſiones primogenituræ juribus ac-
comodatas.

Quarum primam, inquit in *§. Plures*, hanc eſ-
ſe, quod vocatio proximioris intelligenda eſt, 107
non jam ſecundùm ſanguinem, & gradum, ſed
ſecundùm prærogativam lineæ prædilectæ tàm
in vocatione Deſcendentium, quàm Tranſver-
ſalium, tàm invitato *Proximiore* ſimpliciter,
quàm *proximiore in gradu*, ſeu *proximiore juxtà
Juris diſpoſitionem*. Altera concluſio eſt, quod
in hujuſmodi primogenitura Juris ſufficit, quod 108
aliquis ob ſpem certam aliquandò ſuccedendi,
habitu efformaverit lineam ſucceſſionis capa-
cem, licèt ipſe interea deficiat, ac morte im-
pediatur aſſequi Bona primogenialia, illaque
actu in ſuam lineam introducere, ut probatur
in *§. Altera*, ſive tranſmiſſio, quæ ex ſpe cer-
ta naſcitur, hoc faciat, *ut in §. Pugnant*, ſive
potiùs repræſentatio, *ut in §. Et hoc quidem*, vel
demùm vocatio Jure proprio, quæ adhærere
dicitur inſeparabiliter primogenituræ, hoc potiſ-
ſimùm requirenti, ut quilibet in meliori linea 109
conſtitutus ad ſucceſſionem cenſeatur vocatus,
ut in *§. Nulla tamen*.

Tertia demùm concluſio eſt, quod in primo-
genitura Juris nullum conſiderari poſſe videtur
diſcrimen inter ingreſſum, & progreſſum, quia 110
ordo primogenituræ à Teſtatore conſtitutus ſuſ-
pendi nequit vel brevi temporis intervallo. Un-
dè illicò admittit, ac habilitat eum, qui poſſet
requiſitâ qualitate, atque etiam ſtatim Jure po-
tiori

tiori donat ejus lineam in ipſa ſpem certam
transferendo cum effectu prælationis, juxta de-
ducta *in §. Tertia eſt*, & *§. Ac proinde*, & *§. In
puncto*, & juxta *Rotæ deciſ. in Fulginaten. pri-
mogenituræ 14. Junii 1700.*, *& Camerinen. Fi-
deicommiſſi, ſeu Primogenituræ 11. Maii 1703.
§. Et ex his coram R.mo Molines*.

Ea verò prædilectio lineæ, iſque gradus pro-
ximior, qui in linea prædilecta conſiderandus
111 eſſe dicebatur, concurrere oſtenditur in Comi-
te Curtio, quia ipſe tamquam Camillo conjun-
ctus ex utroque latere, eidem ab inteſtato ſuc-
ceſſiſſet, nec vinci potuiſſet ab alio quocumque
proximiore, *ut in §. Applicando*; Quamobrem,
ſi Com. Curtius is proximior cenſendus eſt, qui
ad ſucceſſionem invitatur à Teſtatore; ſi in pri-
mogenitura juris, nullo diſcrimine conſiderato
inter ingreſſum, & progreſſum, prædilecta di-
citur linea ejus, qui, ſemoto mortis impedi-
112 mento, ſuccedere debuiſſet: ſi gradus quæren-
dus eſt in linea prædilecta, ac ob certam ipſius
ſpem jam admiſſa, hæc Bona deberi dicuntur
Dom. Comiti Conſtantino in linea potiori poſi-
to, *ut in §. Ità pariter*, *& ſeqq.*, quamvis ipſe
gradu ſit remotior, additâ in *§. Non eſt magis*,
differentiâ inter primogenituras, & ſimplicia
113 fideicommiſſa, in quibus dumtaxat proximitas
attenditur ſecundùm gradum naturalem, utique
eſt tempore apertæ ſucceſſionis.

En ſumma rationum Dom. Comiti Con-
ſtantino faventium, quas dum comparo cum
illis prò Dom. Petro de Balleonibus ſuperius ad-
ductis, in magnam vocor dubietatem, è qua ut
114 emergam, voluntatem Teſtatoris unicè exqui-
rendam eſſe reor: nam hæc, quæ utrinque alla-
ta ſunt = *quamquam naturali conjecturæ maximè
ſunt conſentanea* =, ut ad rem inquit *Grot. de jur.
Bell.*, *& pac. lib. 2. cap. 7. §. 11.* = *non ſunt tamen
Jure naturæ neceſſaria, ac proindè ex diverſis
cauſis, voluntatem humanam moventibus variari
115 ſolent, Unde ſubitio in locum aliquandò admitti-
tur, aliquandò non admittitur, mox Agnatorum
habetur ratio, mox Cognati quilibet cum Agnatis
tantumdem ferunt &c.* =

Igitur mente Teſtatoris diligentiùs conſidera-
tâ, eundum mihi eſſe cenſeo in opinionem
Domini Advoc. de Valentibus iſthæc Bona pri-
mogenialia deberi putantis D. Com. Conſtanti-
no de Rayneriis; moveor, quia D. Franciſcus
Teſtator evenire poſſe cogitans, quod is D. Ca-
milli proximior unicum filium maſculum gi-
gneret, iſque filius nollet nomen familiæ de Si-
gnorellis aſſumere, hanc hereditatem contulit
in filium maſculum Primogenitum Com. Joan-
116 nis de Montevecchis, ut ex his verbis = *E caſo,
che detto Parente più proſſimo, come ſopra, non
aveſſe altro, che un figlio maſchio, e non voleſſe,
che queſto pigliaſſe il peſo di detta primogenitu-
ra, e particolarmente d'uſar l'arme, e chiamarſi
della famiglia Signorelli, allora, & in tal caſo
vuole detto Teſtatore, che la ſua eredità vada in-
tieramente ad un figlio maſchio Primogenito del
Signor Conte Giovanni di Montevecchio, ſe
averà figli, altrimenti ad un figlio Primogenito
del Signor Conte Camillo fratello del detto Signor
Conte Giovanni* =

Hæc autem diſpoſitio non dubiè oſtendit, 117
quod Teſtator eum eſſe proximiorem Camillo
cenſuit, qui ex Zenobia deſcenderet, ejuſque
lineam prædilexit, ac prætulit alteri lineæ à Fi-
lena profectæ; Etenim tàm dict. Comes de
Montevecchis, quàm dict. Dom. Petrus de Bal-
leonibus ortum habuerunt ab eadem Filena, &
ex illis aſſumunt jus aſſequendi hæc Bona; ſi igi-
tur Teſtator Dom. Comitem de Montevecchis
minimè complexus eſt inter eos proximiores,
quos D. Camillo cum ordine primogenituræ ſub-
ſtituit, compertum ſit, quod inter eoſdem pro-
ximiores, neque etiam comprehendit Dom. Pe-
trum de Balleonibus certè carentem jure potiore
illo dicti Comitis de Montevecchis, utrique
enim per eamdem Filenæ medium tàm Teſtatori,
quàm heredi gravato conjuncti reperiebantur.

Perſpicuum verò eſt, quod dict. Comes de
Montevecchis minimè comprehenſus fuit eâ ſub-
ſtitutione = *il più proſſimo Parente maſchio di det-
to Signor Camillo* =, nam ob hanc aliam poſterio-
rem, clariſſimamque ipſius vocationem loco
ejus maſculi proximioris = *che non pigliaſſe il pe-
ſo di detta primogenitura, e particolarmente
non voleſſe uſar l'arme de Signorelli* = continge-
ret, quod ipſe ſubſtitutus fuiſſet ſibimetipſi, quod
quidem ſi in Jure ſucceſſorio abſurdum eſt, per 118
ea, quæ tradunt *Giovagnon. conſ. 75. num. 9. lib.
1.*, *Larr. allegat. 54. num. 17. & 19.*, *& verſ.
ità ſimiliter*, *Rota deciſ. 105. num. 8. & ſeqq. part.
6.*, *deciſ. 126. num. 6. part. 7.*, *& deciſ. 215. num.
18. & 20. part. 16.*, *deciſ. 232. num. 28. part. 19.
rec.*, id nos edocet fieri non poſſe, ut ea ſupe-
rior ſubſtitutio amplectatur DD. de Montevec-
chis.

Neque verò minùs perſpicuum eſt, quod,
ſicuti DD. de Montevecchis eâ ſubſtitutione pro-
ximioris minimè continentur, ità eâdem voca-
tione neque etiam DD. de Balleonibus com-
prehenduntur; non enim Teſtator Camillo fra-
tri immediatè ſubſtituit = *il parente più proſſimo di
detto Camillo* =, quo caſu credere poſſemus, quod
ille tamquam conſcius, quod Filena ex primis
nuptiis habuit Dominum Ferrantem, & D. Pe-
trum de Balleonibus, & ex ſecundis D. Com. de
Montevecchis, ac optimè noſcens, Fratres de
Balleonibus ætate hunc vincere, eos utique,
non verò illum venire poſſe cenſuerit nomine
proximiorum, ordine primogenituræ admitten-
dorum; unde illum hac poſteriori ſubſtitutione
ſubſtituere voluerit in locum proximioris ejus
votis nequaquam parentis aſſumptione ſui nomi-
nis, ſed Teſtator Camillo primùm ſubſtituit 119
ſuos filios, ac Deſcendentes etiam adoptione, ac
legitimatione ſuſcipiendos, deindeque *il più proſ-
ſimo Parente maſchio di detto Camillo*. Quaprop-
ter intrâ illud remotiſſimum tempus, in quod
Teſtator cogitare potuit perventuram fore de-
ſcendentiam ſaltem artificialem D. Camilli, ip-
ſe mentem, oculoſque intendere poterat non
jam in filios Filenæ, & Zenobiæ, ipſo vivente,
jam ortos, ſibique cognitos, ſed in lineas ipſa-
rum

rum novis tunc temporis perſonis, ac Teſtatori
haudquaquam cognitis refertas; ita ut Teſtator
proximiorem Camilli vocando, non filios dicta-
rum ſororum jam extantes contemplatus fuerit,
ſed ipſam Filenam, ipſamque Zenobiam, prout eſ-
ſe poterant ſtipes, & origo illius proximioris, qui,
defectâ deſcendentia maſculinâ, ac artificiali di-
cti Camilli, ſucceſſurus eſſet.

Hinc autem clarè colligitur, quod, quum dict.
Comes de Montevecchis ſubſtitutus legitur *pro-
ximiori* nomen Teſtatoris non aſſumenti, aut
etiam non extanti, Teſtator ſeù prædilexit li-
neam Zenobiæ, ſeù putavit, illam Filenæ non
ità conjungi dicto Camillo, ut ex ea proficiſci
poſſet hic proximior illi ſucceſſurus; nam, ſi li-
nea Filenæ æquè dilecta fuiſſet, aut reputata fuiſ-
ſet æquè capax producendi proximiorem in hæc
Bona venturum, in illud profectò abſurdum res
incidiſſet, ut Comes de Montevecchis ſibi-
metipſi ſubſtitueretur, quia tamquam poſitus in
linea Filenæ æquè dilecta, ac ob eam Juris no-
120 ſtri regulam, quæ docet, gradum in linea, ac
ætatem in gradu quærendam eſſe, *Valenz. conſ.
97. num.13. & 14., Manſ. conſult.96. num.48.,
Palm. alleg. 91. num. 5., Caſtill contr. jur. cap.
91. num.62., Molin. de Primog. Hiſpan. lib. 3.
cap.4. num.13.*, ipſe fuiſſet is proximior, is Pri-
mogenitus, à quo jure iſthæc hereditas vindica-
retur.

Itaque cenſendum eſt, Teſtatorem intellexiſſe
de proximiore manente in linea Zenobiæ, quam
121 lineam ipſe præterea prædilexiſſe præſumendus
eſt, quia noverat, illam Camillo fratri, in quem
ſua bona contulerat, ejuſque poſteros honora-
verat, eſſe magis dilectam; noverat, inquam,
filios Zenobiæ non ex uno tantùm latere, ut De-
ſcendentes Filenæ, ſed utrinque illi conjunctos
eſſe; noverat, inteſtatam Camilli hereditatem
ipſis obventuram, *Auth. ceſſante Cod. de legit.
hered. §. Si igitur defunctus, neque deſcendentes
Auth. de hered. ab inteſt. Mart. de ſucceſſ. legal.
part.3. quæſt.4. art.1. num.5., & quæſt.7. art. 1.
num.9., Gattierez. pract. quæſt. 67. num. 19. &
ſeqq., Caſtill. contr. jur. lib.3. cap.19. num.304.,
Graſſ. de ſucceſſ. ab inteſt. §. Succeſſio quæſt. 33.
num.2., Barry de ſucceſſ. ab inteſt. lib. 18. num.
3. fol. mihi 816. num.1. verſ. cum illis, clar. mem.
Card. de Luca de ſucceſſ. ab inteſt. diſc.8. nu. 13.*
122 quoniam = *lege ei defertur ſucceſſio, qui Defun-
cto cariſſimus fuiſſe creditur, qui nempè gradu
cognationis proximè defunctum attingit, quid
enim juſtius, quàm ut, quæ cognati fuerant, cogna-
tis cedant?* = ut inquit *Iſeus apud Grot. de jur.
Bell. & pac. lib. 2. cap.7. §. 10.*; optimè *Cicero de
offic. lib. 1.* = *Societas hominum, conjunctioque
ſervabitur, ſi, ut quiſque erit conjunctiſſimus, ità
in eum benignitatis plurimùm conferatur* = No-
123 verat, conjunctos ex utroque latere in diverſo
gradu ſtare, & eſſe proximiores, quàm conjun-
ctos ex uno latere: Undè, ſtatuto vocante proxi-
miores, utrinque uniti vincunt, ut loquitur
124 *Mierez. de Majorat. part.2. quæſt. 7. num. 6. fol.
mihi 692.* Denique noverat, quod, ſicuti jus
commune filios Zenobiæ vocabat ad ſucceſſio-
nem Camilli ab inteſtato ob magnam animorum 125
affectionem, ex qua, *Cicero*, *teſtamenta, com-
mendationeſque morientium nata ſunt*, ob quam
etiam ſucceſſio ab inteſtato nihil aliud eſt, quàm
tacitum teſtamentum ex voluntatis conjectura,
*Grot. ubi ſupra §.10. nu.2.*, ità Camillus eoſdem 126
teſtamento vocaviſſet, ut ſe dictamini tum na-
turæ, tum legis conformaret, benè *Menoch.
lib. 4. præſumpt. 75. num. 21. §. Ceterum verſ. &
ideò, Sanfelic. lib. 3. deciſ. 344. num. 9. & 10.,
Simon. de Præt. de interpr. ult. volunt. lib. 3. in- 127
terpret.3. dub.5. ſol.2. num.25., Fuſar. de ſubſtit.
quæſt. 301. num. 2., Rota coram Dunoz. Jun.
deciſ. 499. num.5., in rec. deciſ.234. num. 2. & 3.
part. 18.*

Quare, ſi cauſa teſtati etiam in ſucceſſionibus
fideicommiſſariis à cauſa inteſtati interpretatio- 128
nem recipit, *Valenz. conſ.23. num.57., Cephal.
conſ.636. num.53. lib.5., Palm. nep. alleg.99. nu.
40., Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 386. num. 16., Pe-
gaſ. de Majorat. part.2. cap.10. num.387., Torr.
de Majorat. part.1. cap.41. §.2. num.5., & ſeqq.*,
hæc d. Franciſci Teſtatoris diſpoſitio conformis
putanda eſt hiſce votis d. Camilli in heredem ab
ipſo tàm liberaliter, ac tàm amanter electi, hiſ- 129
ce, inquam, votis d. Camilli accomodatis illi
ſanguinis, & legum voci monenti, ut *proxi-
mum locum à teſtamentis habeant propinquiores,
Quintilian. Pater in declamat.*, ut Bona confe-
rantur in eos, *quos natura cariſſimos eſſe voluit,
Tacitus apud Grot., ubi ſupra §.10.*, quos nem-
pè natura nobis paterno, ac materno vinculo
conjunxit; nam, ut inquit *Ariſtoteles* apud eum-
dem *Grot. eodem loco §. 9. num. 2., & 3.* = *Fra-
tres ſe invicem diligunt, quatenus ex eiſdem nati* 130
*ſunt; nam ortus communis ipſos quaſi eoſdem facit,*
= *Patrueles verò, & ceteri conjunguntur per Pa-
rentes, quatenus ex iiſdem ortum habent, ità ut
alii conjunctiores ſint, alii minùs conjuncti pro or-
tus ratione* =; quàm æquitatem ſecutos eſſe, ait
*Grot.* Juſtiniane Juris conditores, æquitatis ſtu-
dioſiſſimos in quæſtione inter fratres plenos, &
& conſanguineos, & uterinos, plenis Bona ad- 131
judicando, quibus, ſi viverent, Parentes maxi-
mè vellent benefieri, & cenſent *Gaill. practica-
bil. obſervat. lib.2. cap.151. num.3., Gratian. diſ-
cept. 661. num.16., Chriſtin. dec. Belgic. deciſ.
193. num.2. vol. 1., Peregrin. deciſ. 75. num. 1.,
Rota deciſ.35. num.18. part.12. rec., & latè Ad-
den. ad Sanfelic. lib.3. deciſ.344. ad num.9., Pe-
laez. de Majorat. part.2. quæſt.7. num.8., & ſeqq.
fol. mihi 693.*

Nequè verò contraria inde potiùs conjectura
colligi poteſt, quod nempè Teſtator prædilexe-
rit lineam Filenæ, quæ ſibi utrinque copulaba- 132
tur, non autem lineam Zenobiæ, non jam ſibi,
ſed Camillo heredi gravato utroque nexu uni-
tam; unde factum eſſe dicitur, quod in poſtre-
ma ſubſtitutione Teſtator vocaverit DD. de
Montevecchis, tamquàm à Filena profectos, er-
ga quam ipſe ardentiori amore ferebatur; quâ
prædilectione ceſſante, nihilominùs non eſſe ad-
ditur, cur linea Zenobiæ prælatione donata di-
catur ob duplicitatem vinculi; nam Teſtator,
qui

133 qui agnationi proſpexit, ac matris vinculum
contempſit, juxta *deciſionem Rotæ in d. Faventina Succeſſionis coram R. P. D. Aldrovando*,
conſideraſſe in ſubſtitutis præſumendus non eſt
qualitatem parvipenſam ab ipſo, omnique vi
ſpoliatam.

Etenim, ſi Teſtator lineam Filenæ ſororis
germanæ prædilexiſſet, profectò heredem minimè
inſtituiſſet d. Camillum ejus ex Patris latere
fratrem: ſi igitur in hunc, non verò in illam ſua
vota direxit; ſi conſultiùs eſſe putavit ſua Bona
fratri maſculo relinquere, tum *ob majus illud*,
134 *quod ubique momentum ſexus habet* =, *Grot. de jur. Bell.*, *& Pac. lib.2. cap.7. §.11.*, tum quia
ille jam familiæ nomen, ac decus ſuſtinebat; ſi
ejuſdem poſteros poſt ipſum invitavit; ſi facul-
135 tatem præterea ipſi impertitus fuit, Deſcendentes
adoptione, ac legitimatione quærendi, eoſque
hac hereditate donavit, in dubium revocari
nequit præcipuus quidam amor Teſtatoris erga
136 Camillum, ejuſque poſteritatem; unde etiam
hi, qui d. Camillo ob duplicitatem vinculi cenſentur
conjunctiores, in quos idem Camillus ferri
præſumitur majori affectione, *Menoch. lib. 4.*
137 *præſumpt. 75. num.21.*, qui demum = *ut fratri ſuccederent, Gentium commune jus facit* =. *Grot. eodem loco §.9. num.3.*, prædilecti putandi ſunt,
ac vocati nomine proximiorum d. Camilli, ut in
his terminis diſtinguit *Rota deciſ. 162. num. 6.*,
*& 7. part.19. rec.*, *& num.13.*, *& 14.*, id ſua-
138 dente tum eâ ratione, quâ dicitur, = *quoad ipſum heredem fratrem utrinque conjunctum dici conjunctiorem* =, ut ait *Menoch. ibidem num. 21. §.Ceterum in fin.*; tum etiam id monente eâ juris noſtri
regulâ, quâ dicitur, præſumendum eſſe, ità
Teſtatorem heredis inſtituti proximiores, non
verò ſuos vocaſſe, ac prætuliſſe, ut proximitas
139 gravati, non autem gravantis ſpectanda ſit,
*Rota coram Otthobon. deciſ. 2. num.3.*, *& ad ornat. clar. mem. Card. de Luc. ſub tit. de Fideicom. deciſ.2. num. 4.*, *& benè ad rem Peregrin. de Fideicomm. art.12. num.19 verſ. nec etiam.*

Ex ſubſtitutione Comitis de Montevecchis ſuperiùs
diximus conſurgere argumentum, quod
Teſtator lineam Filenæ non prædilexit, vel illam
Zenobiæ cenſuit d. Camillo reverà eſſe proximiorem;
quod autem Teſtator agnationi proſpiciendo,
nullius deinceps efficaciæ futurum eſſe
cenſuerit vinculum cognatitium, & fratres
conſanguineos, ac germanos exæquaverit, ope-
140 rari quidem poſſet in eo caſu, quo, juxta hypotheſim
*Deciſionis in d. Faventina Succeſſionis coram R.P.D. Aldrovando*, ageretur de ſimultunea
ſucceſſione, quo caſu ob eam rationem,
141 quod *univerſalis locutio operatur*, *ut contineantur etiam*, *quæ aliàs non continerentur*, ut optimè
animadvertit *Peregrin. de Fideicomm. art. 20. num. 21.*, reſpondere non dubitarem pro
utriuſque fratris coæquali admiſſione, ut perpendit
etiam *Gratian. diſcept. foreuſ. cap. 661.*
142 *num.15.*; at ubi res eſt de primogenitura, quæ
individua eſt, ac de vocatione proximioris re-
143 ſpectu gravati, non autem Teſtatoris, undè
non jam affectio Teſtatoris, quæ *utpotè in ſingulos par*, *efficit*, *ut conſanguineus cum utrinque conjuncto admittatur*; verum affectio heredis gravati,
quæ major eſt erga Deſcendentes utroque
nexu conjunctos, attendi debet, ut ratiocinatur 144
*Peregrin. de Fideicomm. art.20. num.12.*; prout
etiam attendendus eſt modus heredi ſuccedendi
ab inteſtato, ut ſupra diximus, & benè probat
*Menoch. de præſumpt. lib.4. præſumpt.75. num.8.*, 145
*& num.12.*, quâ ratione, aut quo colore affirmari
poterit, ità vim ademptam fuiſſe nexui materno,
ut linea tum hoc, tum paterno vinculo heredi
gravato conjuncta, excluderi non debeat à
Teſtatore prædilecta: naturà, & lege commendata,
& ad hæc bona individua cum prælatione vocata,
& admiſſa? Quemadmodum eadem linea 146
in ſucceſſione Camilli inteſtata ob id vinceret
deſcendentiam Filenæ? *Peregrin. de Fideicomm. art.20. num.19. verſ. fideicommiſſaria*, *& art.21. num.7.*, *Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 75. num.10.*, *& 11.*, *Andr. de Iſern. in Conſtit. Neapolit. apud Pelaez. de Majorat. part.2. quæſt. 7. num.6. §. Pro quibus fol. 692.*

Propterea animadvertendum eſt, quod ſubſtitutio,
de qua agitur, hujuſmodi eſt, ut de illa nequaquam
decerni poſſit vel juxta caſum, quo
agitur de teſtamento Patris ſuos invitantis, in 147
quo caſu tàm conſanguinei, quàm utrinque conjuncti
cenſentur vocati, quia affectio Patris par
eſt erga omnes; vel juxta alium caſum, quo res
ſit de ſucceſſione Fratris, qui fratres ſuos invitaverit,
in qua hypotheſi ob majorem fratris amorem
erga perſonas ſibi utroque nexu ligatas Teſtator
cenſendus eſt admiſiſſe deſcendentes utrinque
conjunctos non heredi, ſed ſibimet ipſi, ut
diſtinguunt *DD. in leg. finali Cod de verb. ſignif.*, *Paul. de Caſtr. num.5.*, *Jaſon. num.26.*, *Menoch. de præſumpt. lib.2. præſumpt. 75. num.19.*, *Peregrin. de Fideicomm. art. 20. num. 19.*, *Simon. de Pret. de interpret. ult. volunt. fol. mihi 290. nu. 33.*, *& fol.347. num. 47.*, *Roxas de Incompatib. part.1. cap.6. §.17. num.277.*, *& 278.*, *Rota coram Otthob. deciſ.91. num.17.*; unde ore omnium 148
tritum, vulgatumque eſt illud, quod in ſucceſſione
fraterna is præfertur, qui pluribus vinculis
nexus eſt, *Pelaez. de Majorat. part.2. quæſt.7. n.8.*

Verùm Cauſa verſatur in ſubſtitutione à fratre
facta favore proximioris, non jam ſui, at heredis
ab ipſo gravati = *il più proſſimo Parente maſchio di d. Camillo* =; quapropter hæc diſpoſitio
ità conſideranda eſt, ut loco illius amoris, ob 149
quem prælatione donata videri deberet Filena d.
Francisci Teſtatoris ſoror germana, poſitus dicatur
amor erga Camillum, cujus causâ prædilecta
dici non debet linea Zenobiæ utroque nexu d. Camillo
copulata; nam, ſi affectio in hac re totum
facit, eaque norma in hac quæſtione attentè ſpectanda
eſt, ut tradunt adducti graviſſimi Doctores,
ſi Teſtator non ſuo, at alieno potius amore
ductus, non ſuos, ſed heredis proximiores vocat;
ſi denique idem adeò pleno, liberoque Camilli
arbitrio rem commiſit, ut, poſthabitis prorſus
proximioribus ſuis ex utroque latere conjunctis,
eiſdem præferri voluerit illos, quos heres
ſuus fictè, & civiliter per adoptionem, ſive legi-

ti-

ſtimationem ſibi adſciſceret; non eſt, cur amplius
perquiramus, an ipſe inter Deſcendentes Filenæ,
& Zenobiæ in medio poſitus, iſtos, vel illos ma-
150 gis dilexerit; ſed mens d. Camilli, cujus liberæ
poteſtati res demandata reperitur, inquirenda
potius eſt, ut judicemus, quos ille ſuâ affectione
ſibi fecerit proximiores, num conſanguineos,
nam utrinque conjunctos, ut diſtinguunt *Caſtill.*
*contr. jur. lib. 5. cap. 67. num. 24. verſ. reſolutio-*
*nem*, *Roxas de incompat. part. 1. cap. 6. num. 273.*,
*& indicat Rota in ſamigerata illa deciſ. 91. n. 10.*
*coram ſan. mem. Alexad. VIII.*, quâ ex conſan-
guineis præferuntur illi, qui non jam gravati,
dum ipſe hæc ſuis tabulis non præcipit, neque
curat, ſed gravato ſuccederent ab inteſtato, ſi-
quidem heres hâc etiam liberalitate donatus fuit
à Teſtatore, ut nempè ſubſtitutionem Deſcen-
dentium, quos nedum natura, ſed fictio, &
ſpontanea allectio illi dediſſet, ſequeretur alia
vocatio proximiorum ejuſdem.

Præſertim verò, quia res eſt de majoratu, ſeù
151 de primogenitura, in qua tamquam incapaci cu-
juslibet diviſionis, *Molin. de juſt.*, *& jur. diſput.*
*524.*, *Caſtill. ubi ſupra num. 28. verſ. fin.*; eò
attentiùs ſpectanda eſt hæc affectio, ſeù volun-
tas heredis à Teſtatore ſuo inſita quodammodò
152 teſtamento, ſuſceptaque loco ſuæ mentis; eâ
verò perpensâ, unuſquiſque prudentiſſimus ſe-
cum reputet, an proximior juris, & hominis di-
ſpoſitione invitatus cauſam teſtati habens, ac
inteſtati, nexu demum juris, & nexu naturæ
fretus, quibus verbis compellat utrinque conju-
153 ctum *Pelaez. de Majorat. part. 2. quæſt. 7. num. 8.*
*& num. 10.*, *& ſeqq.*; vinci debeat ab alio pro-
ximiore non æqualiter ſuffulto, ornatoque,
*derivatione ſanguinis*, *à qua major*, *ſeù minor*
*ſuccedendi ratio deſumitur*, ut contra Conſan-
guineum ait *Roxas de incompatib. part. 1. cap. 6.*
*§. 17. num. 179.*

Profectò Comes Conſtantinus à germana ſo-
rore d. Camilli profectus invitatur pluribus,
graviſſimiſque rationibus: juvatur enim proprie-
tate ſermonis, ſecundum quam perſona utrinque
conjuncta ob communem acceptionem reverà
154 eſt proximior, *Menoch. de præſumpt. lib. 4. præ-*
*ſumpt. 75. num. 8.*, *& num. 21.*, *Rox. de incompa-*
*tib. part. 1. cap. 6. §. 17. num. 270.*, *& ſeqq.*, *Mie-*
*rez. part. 2. quæſt. 7. num. 5.*, *Caſtill. contr. jur.*
*lib. 5. cap. 67. num. 28.*, *& ſeqq.*, *Lopez. part. 2.*
*in leg. 2. tit. 15. quæſt. 4. col. 3. num. 47.*, aliique
ſuperiùs adducti; juvatur diſpoſitione hominis,
ut diximus, eum juvantis, & diſpoſitione legis
155 adeò faventis hiſce duobus vinculis, agnatitio, &
cognatitio, ut fretus dicatur causâ teſtati, ac in-
teſtati, ut, præter adductos, *Rip. in leg. 1. num.*
*123. ff. de vulgar.*, *Zanch. in leg. heredes mei*
*§. Cum ita ff. ad Trebell.*; juvatur tacito quo-
dam, ac ſubintellecto ordine, qui favore utrin-
que conjuncti neceſſariò conſtitutus dici debet,
156 ac præſertim in hac pari affectione Teſtatoris, &
heredis gravati, ut benè, aliis adductis, *Caſtill.*
*contr. jur. ubi ſupra num. 28. §. Rurſus*. Denique
juvatur gratificatione: nam, ut inquit *Bald. ad-*
*duct. in deciſ. Lucen. poſt Alsograd. conſ. tom. 2.*
*§. Pront & in emphyteuſi ſol. mihi 665. col. 1. in*
*med.*, = *licèt aliquo reſpectu ſint pares*, *cum in ali-*
*quo tamen unus præcedat alteri*, *eſt præferendus*,
*locum facienda gratificationi*, = non illi quidem 157
gratificationi, quæ ſolius arbitrii effectus eſt ob
omnimodam omnium qualitatum, ſimilitudi-
nem, quæque adhibetur inter conſanguineum,
ac utrinque conjunctum in electione ad Cappel-
lanias, *Lara de Anniverſ. lib. 2. cap. 2. num. 27.*
*& ſeqq.*, *Garz. de Beneſic. tomo 2. part. 7.*
*cap. 15. num. 21.*; verùm illi gratificationi, 158
quæ licèt hoc ampliori nomine nuncupetur, actus
tamen juſtitiæ putandus eſt, *Azeved. conſ. 24. n.*
*55.*, *Caſtill. contr. Jur. ubi ſupra ante num. 30.*,
& quæ dicitur *à Gratio tit. de æquit. cap. 1. num. 3.*
*poſt tract. de Jur. bell.*, *& pac.* = *virtus volunta-*
*tis correctrix ejus*, *in quo lex*, *aut homo propter*
*univerſalitatem ſermonis deficit* =; Indeque eſt,
quod frater germanus ætate minor præferendus
eſt fratri majori conſanguineo in primogenitura 159
favore fratrum inſtituta à Tranſverſali, *Roxas*
*de incompatib. part. 1. cap. 6. §. 17. num. 263. &*
*ſeqq.*, exemplo majoratus promiſcuè fundati à
Viro, & Uxore ex Bonis utriuſque conjugis cum 160
vocatione conſanguineorum utriuſque, in quo
tum ob illum tacitum, atque ſubintellectum or-
dinem, de quo ſupra diximus, tum ob iſtam
æquitatis pleniſſimam gratificationem conſangui-
neus viri præfertur, *Cevall. comm. opin. quæſt.*
*265 nu. 13. uſque ad 24.*, *Lar. de Aniverſ. lib. 2.*
*cap. 2. num. 27. & ſeqq.*, *Lopez part. 2. in Leg. 2.*
*tit. 15. quæſt. 4. num. 47.*, *Caſtill. ubi ſupra n. 28.*,
*& præſertim §. Ego verò in fine*.

Hæc autem minimè ſubmoventur aut eâ ani-
madverſione, quâ dicebatur, hanc vim duplicis
conjunctionis nequaquam poſſe conſiderari ul-
tra fratrum filios, *Auth. ceſſante in fin. Cod. de*
*legat. hered.*, & conſequenter juvare non poſſe
Dom. Com. Conſtantinum dicti Camilli Prone-
potem; aut eâ reſponſione, quâ ſuſtinetur,
forſan hæc procedere poſſe in paritate gradus,
non autem ubi proximitas gradus aſſiſtit fratri
conſanguineo, ac ille, qui utroque latere con-
junctus dicitur, ſubire nequit locum ſui Patris
repræſentatione, quia hæc in Tranſverſalibus
minimè conceditur Pronepoti.

Quoniam ratio præferendi utrinque conjun-
ctos deſumitur ex majori affectione Teſtatoris
ergâ primum vocatum, ejuſque lineam, *Ro-* 161
*dulphin. allegat. 98. num. 11.*, & ipſius heredis
erga eos, qui ſibi ſunt conjunctiores, ob quam
affectionem præſumimus, hanc eſſe Defuncto-
rum voluntatem: Quamobrem, ſicuti ad ul-
teriores hæc affectio progreditur, neque adduci
poteſt ratio differentiæ, cur ſiſtere in primis di-
ci debeat, non autem progredi poſſit ad poſte-
riores imagine Authorum cariſſimâ ornatos, eo- 162
demque imbutos ſanguine, ità in Pronepote
operari debere videtur duplicitas vinculi, uti ea
tantopere juvat filios, & nepotes, ut benè lo- 163
quuntur *Garz. de Beneſ. tom. 2. part. 7. cap. 15.*
*num. 22.*, *Lar. de aniverſ. lib. 2. cap. 3. ſub num.*
*34. verſ. & adde*, *aliique apud Caſtill. eodem lo-*
*co num. 29. §. Denique fol. mihi 111.*, *& 112.*;
iſta-

iſtaque res definienda potiùs eſt hiſce principiis
deſumptis à duplicitate vinculorum, & primo-
genituræ regulari, in qua verſamur, apprimè
conientaneis, quod nempè linea magis dilecti
564 ob eam majorem conjunctionem, etiam ipſa
prædilecta cenſeri debet, *Roxas de Incompatibil.
part.5. cap. 6. num. 266., aliique apud Rotam in
Bononien. fideicommiſſi de Barberiis 27. Aprilis
5708. §. Conſtabilita coram bon. mem. Caffarello*,
quodque is vocatus præſumendus eſt, ſive is ne-
pos, ſive Pronepos ſit, qui Defuncto ſucceſſiſ-
ſet ab inteſtato, ut ſupra probavimus, & tradit
*Rocc. diſput. jur. cap.3. nu.37. & ſeqq., & nu.63.
§. Præcipuè, & cap.194. nu.113.*

Quâ reſponſione tolluntur etiam ea, quæ di-
cuntur quoad proximitatem Dom. Petri de Bal-
leonibus, & denegatum ab Imperatore benefi-
cium repræſentationis Pronepotibus Tranſverſa-
libus, undè Dom. Comes Conſtantinus par fieri
non poſſe dicitur dicto Domino Petro ſubitione
565 in locum ſui Patris; etenim, quæ hactenùs at-
tulimus, probant prædilectionem lineæ dictæ Ze-
nobiæ; Undè proximioritas alterius extra eam-
dem lineam attendi non debet, *Cancer. variar.
reſolut. cap. 21. num. 329., Vaſquez de ſucceſſ.
progreſſ. part. 1. lib.3. §. 26. verſ. & licèt, Rota
coram Bich. deciſ.622. num.2., in rec. deciſ. 18.
num.3. part.18. tom.1., & in dict. Bononien. fidei-
commiſſi de Barberiis 27. Aprilis 1708. §. Quæ
utique coram bon. mem. Caffarello*. Etiamſi vo-
catus fuerit proximior dicti Camilli, = *quia talis*
566 *vocatio* =, ut inquit *Rota in alia Bononien fidei-
commiſſi de Barberiis 17. Januarii 1710. §. Et hoc
locum coram R. P. D. Aldrovando = implicitum
habet ordinem regularis primogenituræ; ideoque
non dicitur conſiderata proximitas in ordine ad ſan-
guinem, vel gradum materialiter, ſed civiliter reſ-
pectu lineæ potioris* = Unde etiam locus fieri de-
bet favore Tranſverſalium repræſentationi in
infinitum, non jam ob eam regulam, quâ decemi-
567 mus, illam perpetuò locum habere non poſſe in
fideicommiſſis ſimplicibus Tranſverſalium, *Ro-
dulphin. allegat. 7. num.3., allegat. 13. num. 1.,
Molin. de Primogenit. lib.3. cap.7. num. 22.*, ve-
rùm ob quoddam jus ſpeciale, legibus verò no-
ſtris, ſeu Romanorum, non autem hyſpano-
568 rum introductum, ut contrâ nonnullos probant
*DD.* adducti ab eodem *Ridolphin. allegat. 99.
num.2., & tradit Molin. de Primogenit. ubi ſu-
pra §. Similiter, & cap.7. num. 11. §. Secundò
in med.*, ob Jus, inquam, ſpeciale naturæ pri-
mogeniorum conveniens, quo fit, ut intrâ li-
neam prædilectam etiam Tranſverſales in infini-
tum ingrediantur locum ſuorum Parentum, *Co-
varuv. practic. quæſt. 38. num.6. & nu.10., Gut-
tierez. practic. quæſt. lib.5. quæſt. 66. num. 31. &
num.32., Molin. de Primogen. lib.3. cap.6. num.
50., Caſtill. contr. jur. lib. 3. cap. 19. num. 95.,
Roſa conſult. 96. num.12. in fine, Fuſar. de ſub-
ſtitut. quæſt.485. num.130., & in deciſ. Sicul.
apud clar. mem. Card. de Luca de Feud. num.232.
& ſeqq.*, quia nempè proximior in primogeni-
tura ſucceſſurus principaliter utitur potioritate
ſuæ lineæ, quæ verè efficit, ut ipſæ præferatur,
ſeu jure proprio, ſeu jure in ipſum tranſmiſſo;
utitur verò aliquo modo beneficio repræſenta-
tionis =, *ut emolliat duritiem, quæ oriri poſſet
ex vocatione proximioris, reddendo nepotem coæ-
qualem proximitatis, ſeu gradus cum Patruo* =,
ut inquit *Rota in dict. Bononien. fideicommiſſi de* 569
*Barberiis coram R. P. D. Aldrovando §. Quo-
niam*.

Neque obſtat, quod nos modò verſari non vi-
deamur in primogenitura jam ingreſſa lineam d.
Zenobiæ, ſed ſimus in majoratu deferendo pro-
ximiori d. Camilli, quæ res utpotè omninò vaga,
& incerta, regulari nequit Jure, & nomine ali-
cujus lineæ inceptæ, & locum facit receptiſſimæ
illi diſtinctioni inter ingreſſum, & progreſſum,
ut nempe in ingreſſu, in quo nos eſſe videmur, 570
proximioritas materialis attendatur, in progreſ-
ſu autem ſpectentur potioritas lineæ, ſpes in Jus
animata, tranſmiſſio, & repræſentatio in infini-
tum etiam in Tranſverſalibus, & ſimilia Legum
ſubſidia durationi majoratuum proficua.

Nam dupliciter primogenitura introduci poteſt
in aliquam lineam, vel ſucceſſione actuali Pri-
mogeniti, vel majori affectione Teſtatoris erga
eamdem lineam à non dubiis conjecturis, & ver-
bis deſumpta, quæ res tribuere dicitur poſſeſſio-
nem habitualem, ut multipliciter probavimus in
priori parte hujus Cauſæ; Licèt igitur res nunc
minimè verſetur in illo primo caſu, ipſaque
vocatio quodammodò incerta *proximioris*, de
qua modò diſceptatur, ſatis excludere videatur
jus cujuslibet, quatenus dici prætendatur acqui-
ſitum poſſeſſione actuali, res tamen eſſe dicenda
eſt in hoc ſecundo caſu; Siquidem illâ ſubſtitu-
tione Comitum de Montevecchis, illâque voca-
tione *proximioris d. Camilli* potiſſimùm comple-
ctente heredes ejus inteſtatos, illique utrinque
conjunctos, quibus convenire diximus vocatio-
nem proximioris juxta proprietatem ſermonis,
& communem hujus verbi acceptionem, his,
inquam, argumentis perſpicua eſſe videtur quæ- 571
dam affectio Teſtatoris erga lineam Zenobiæ ne-
xam utroque latere d. Camillo adeò à Teſtatore
prædilecto; Itaque non eſt, cur de ingreſſu, ſeu
progreſſu quæramus, ut inquit, ac probat *Ro-
dulphin. alleg.97. num.* 18., non eſt, cur de proxi- 572
mioritate materiali, ac de vi repræſentationis
tractemus, ut ait *Molin. de Primogen. lib.7. cap.
6. num. 50. §. Secunda*, Demum non eſt, cur in
dubium revocetur, an proximitas gravati, an ve-
rò illa gravantis attendi debeat, juxta verba 573
ejuſdem *Rodulphini allegat.98. num.10. §. Quin-
immò*, ſi compertum eſt, Teſtatorem donare vo-
luiſſe prælatione lineam d. Zenobiæ ex ea eli-
gendo proximiorem ſucceſſurum dicto Camillo, 574
quia eadem linea huic conjunctior eſt, *Guttierez
d. quæſt.67. nu.19. 23. & ſeqq., Caſtil. d. cap.19.
num. 304. circa med., Amat. reſol. 5. num. 39.,
Fuſar. de ſubſtit. quæſt.485. num.4.*

Præterquamquod ſupervacaneè quærimus de
ingreſſu, ſive progreſſu hujus primogenituræ;
Nam linea d. Camilli (quam nemini dubium eſt 575
vocatam fuiſſe, & ipſam majoratus actualem
poſſeſſionem aſſecutam fuiſſe) ob ſpecialem
na-

naturam primogeniorum, in quibus tamquam in hac re favorabilibus linea ſumitur etiam contentivè, *Fontanell. dec.36. num.10., & num. 13.*
176 durat iu Zeuobia ejuſdem Camilli ſorore, ejuſdemque Zenobiæ Deſcendentibus, qui debent ſuccedere inſtar poſterorum à Camillo rectâ lineâ proficiſcentium cum lineæ prærogativa, *Fon-*
177 *tanell. ibidem num.* 10., & cum Jure *arcendi proximiores ex alieno ſtipite*, ut inquit *Molin. de Primog. lib.3. cap. 7. num. 11. §. Quæ omnia*, & probant *Cephal. conſ. 313. num. 58., Curt. jun. conſ. 5. num. 10., Simon. de Pret. de interpret. ultim. volunt. lib.3. interpret.3. dub. 1. ſolut. 11. num.45., Mart. de ſucceſſ. legal. part. 2. quæſt. 1. art.3. num.5., Grivell. deciſ. Polan.109. n. 14., Giurb. in Conſuetud. Meſſan. cap. 12., Gloſſ. 3. part.1. num.4., Tapia deciſ. 1. num. 141. in fine, Amat. reſolut. 1. num.81., Rocc. diſput. Jur. ſelect. cap.3. num.73.*

Porrò, ſi linea magis dilecti ſemper præferri
178 debet, *Rox. de incompat. part.1. cap.6. num.266.*, ſi linea d. Camilli prædilecta fuit non modò in
179 ipſius Deſcendentibus, verùm etiam in filiis ab ipſo adoptione, ſeù legitimatione ſuſceptis, cur illam minimè conſideratam dicemus à Teſtatore in Tranſverſalibus? equidem juvamur exemplo lineæ prædilectæ in maſculis, quæ durat cum ea-
180 dem prærogativa in fœminis, *Rodulphin. dicta allegat. 98. num. 10. §. Prodeſt*, Undè communiter receptus eſt tranſitus ille à linea qualitatis ad lineam ſubſtantiæ poſſeſſoris ad excluſionem proximioris alterius lineæ, de quo ſub initium diximus ex *deciſione in d. Bononien. Fideicommiſſi de Barberiis cor. R. P. D. Aldrovando, & bon. mem. Caffarello*. Præſertim verò, quia linea deſcendentalis dicti Camilli efformari nequivit ob ipſius mortem abſque filiis, idemque uti noluit facultate à Teſtatore ſibi tributâ in familiam arrogandi Extraneos: nè magno propinquorum detrimento prænotabilis hereditas verteretur ad alienos. Igitur diei debent eſſe in linea ejuſdem Camilli Deſcendentes Zenobiæ, nè ex linea adeò dilecta, tantaque cum liberalitate excepta à Teſtatore; qui vel ejuſdem artificialem renovatio-
181 nem optavit, impoſuit, commendavit, ſtatim egrediatur primogenitura, quam profectò in illa manere debere, Teſtator reſponderet, ſi modò poſſet interrogari, *Rocc. diſput. Jur. ſelect. cap. 3. nu.44.*, clariora namque dilectionis argumenta, quam hæc in ſuis tabulis data præbere nequibat.

Quâ animadverſione corruit abſurdum, quod oriri ex eo diei poſſet, quod nempe DD. de Balleonibus, quamvis Teſtatori duplici vinculo conjuncti, excluſi quodammodo videantur, dum nomine proximiorum admittimus Deſcendentes Zenobiæ utrinque conjunctos cum herede gravato, & poſt ipſos, freti literâ teſtamenti, vocatos eſſe dicimus Comites de Montevecchis.

Quoniam, relictâ Juris diſpoſitioni hac aliâ diſquiſitione, an DD. de Balleonibus hac vocatione proximioris d. Camilli comprehendantur,
182 interea non jam deletum, alteratumque, ſed ſuſpenſum eſſe diximus ipſorum jus ob prælationem, quam eſſe perſpicuam favore D. Comitis de Rayneriis colligimus, gravi ſuperiùs adducto argumentorum pondere; Cum enim agatur de ſucceſſione individua, neque vocati fuerint proximiores Teſtatoris, ſed heredis, clariſſimo prædilectionis ſigno erga proximiores dicti heredi utrinque conjunctos; Cum etiam Teſtator d.Camillo, ut diximus, permiſerit, ut Succeſſorem quærere ſibi poſſet modo artificiali, ac tali Succeſſori hæc Bona reliquerit, quod ſanè argumento eſt, ipſum non ita reſpexiſſe ad lineam Filenæ, quamvis hæc eſſet ipſius Soror germana, uti in Camillum, ejuſque Poſteros ſua vota dirigebat, prohiberi nequeo, quin cenſeam, lineam etiam tranſverſalem dicti Camilli præferendam eſſe unicuique proximiori alterius lineæ, non ità ſanè, ut hanc dicam excluſam, ſed poſtpoſitam cenſeam lineæ magis commendatæ à Teſtatore, primumque vocatæ.

Ita verò in ſententiam libentiùs venio, ut tamen fatear, quod, ſicut in ceteris quæſtionibus conjecturalibus, ſic etiam in hac non certum, ſed dubium dumtaxat Judicium ferri poſſit; Salvo igitur &c.

## *Avenionen. Fideicommiſſi.*

Pro inducendo perpetuo inter filios, alioſque Deſcendentes Teſtatoris in conditione poſitos fideicommiſſo expenduntur conjecturæ legitimitatis, & maſculinitatis, indefinitæ vocationis filiorum, ac Deſcendentium, ſubſtitutionis Extraneorum in eorum defectum, reciprocæ ſubſtitutionis inter primos vocatos, prohibitæ alienationis heredibus, & eorum Deſcendentibus, ac digreſſus ad plures ſubſtitutionum gradus. Fideicommiſſario objici nequit Anteceſſorum negligentia, ac præſcriptio. Fideicommiſſi fructus bonâ fide conſumpti reſtituendi non ſunt.

## VOTUM XIII.

1 Conſilium Oldradi 21. *locum non habet, ſi ei repugnet Teſtatoris voluntas ex verbis, vel conjecturis elicita.*
2 *Subſtitutio ſub conditione* = ſi ſinè filiis = *deficit, extantibus filiis*, & num.17.
3 Conſilium Oldradi 21. *apud omnes Doctores, & tribunalia receptum eſt.*
4 *Et locum habet etiam in fideicommiſſo ab Aſcendente ordinato.*
5 *A* Conſilio Oldradi 21. *ut recedatur, conjecturæ claræ eſſe debent, & univocæ.*
6 *Conjecturæ ut ſuadeant, heredem à Teſtatore gravari voluiſſe poſitâ conditione* = ſi ſinè filiis =, *debent eſſe urgentiſſimæ.*
7 *Indefinita Deſcendentium vocatio omnes comprehendit.*
8 *Et comprehendit ſive primos, ſive ulteriores vocatos.*
9 *Fideicommiſſi inter Deſcendentes perpetuò duraturi validam conjecturam præbent ſubſtitutiones Extraneorum.*

10 *Sub-*

Digitized by Google

10 *Subſtitutio Extraneorum in defectum filiorum, & Deſcendentium Titii reſtringi nequit ad caſum, quo Titius ſine filiis decedat.*

11 *Diſpoſitio univerſalis, ac repetitiva perſonas omnes antea expreſſas includit, ac nominatim excludit.*

12 *De perpetuo, & reciproco inter omnes Deſcendentes fideicommiſſo Teſtatorem in eorum defectum Extraneos ſubſtituentem cogitare, neceſſe eſt.*

13 *Vocatio Extraneorum in defectum omnium Deſcendentium, ſi eſſet reſtricta ad caſum obitus* = ſi ſine filiis =, *inutilis eſſet.*

14 *Diſponentis voluntas ita interpretanda eſt, nè à ſapientibus reprehendi queat.*

15 *Heredes cognitos, & prædilectos, non verò remotiores, & ignotos favore Extraneorum gravari voluiſſe, inveriſimile eſt.*

16 *Honoraſſe eos Teſtator cenſendus eſt, quos gravare voluit.*

18 *Fideicommiſſum ex Teſtatoris voluntate inducitur etiam in caſu obitus cum filiis, licèt adjecta fuerit conditio* = ſi ſinè filiis =.

19 *In caſu* Conſilii 21. Oldradi *nulla aderant perpetui fideicommiſſi conjecturæ.*

20 *Pro* Conſilio Oldradi *conſiderari ſolent taxativæ dictiones* = tunc, tantum = &c.

21 *Contra* Oldradi Conſilium *pugnant indefinitæ, atque univerſales dictiones.*

22 *Dictiones indefinitæ, atque univerſales pluralitatem, ac diverſitatem temporum, & caſuum includunt.*

23 *Pro inducenda vocatione deſcendentium ab eodem Fideicommittente leviora ſufficiunt adminicula.*

24 *Vocationis conjecturam præbet qualitas legitimitatis, & maſculinitatis, ſub quá omnes inſtituti, & ſubſtituti fuerunt.*

25 *Præcipuè, quando ſæpiùs hujus qualitatis mentio facta eſt.*

26 *Deſcendentium mentio, & poſitio in conditione ſæpiùs facta majorem erga eos Teſtatoris affectionem indicat.*

27 *Indicatque pariter eorumdem vocationem.*

28 *Filiorum in conditione poſitorum vocatio ex reciproca inter primos vocatos ſubſtitutione certò inducitur.*

29 *Præcipuè, quando poſt reciprocam illam ſubſtitutionem invitavit Extraneos.*

30 *Filiorum in conditione poſitorum vocationem inducit ſtrictiſſima alienationis prohibitio heredibus, & eorum Deſcendentibus injuncta.*

31 *Filiorum in conditione poſitorum vocationis conjecturam præbet digreſſus ad plures ſubſtitutionum gradus, &* num. 36.

32 *De* Conſilio Oldradi *nulla quæſtio eſt, quoties Subſtituti etiam liberis heredum inſtitutorum dati fuerint.*

33 *In re clarâ conjecturis opus non eſt.*

34 *Fideicommiſſi conjecturæ in caſu obitus heredum cum filiis locum habent, quando iſtis expreſsè dati non fuerint Subſtituti.*

35 *Conjecturæ demonſtrant voluntatem Teſtatoris, quæ expreſſa non ſit.*

37 *Subſtitutionum longam, ac benè ordinatam ſeriem in longiſſimum tempus protrahendam à momentaneo caſu obitus ſine filiis pendere, abſurdum eſt.*

38 *Sed potiùs perpetui inter Deſcendentes fideicommiſſi voluntatem indicat.*

39 *Pro inducendo fideicommiſſo inter filios in conditione poſitos inefficaces ſunt conjecturæ ſeorſim acceptæ.*

40 *Efficaces verò ſunt, ſi conjunctim accipiantur.*

41 *Filii in conditione poſiti ſive primi, ſive ulterioris gradus, cenſentur non ſolùm vocati, ſed etiam gravati, quoties Teſtator voluit inter eos perpetuum fideicommiſſum inducere.*

42 *Præcipua pro inducendo inter filios in conditione poſitos fideicommiſſo conjectura eſt contemplatio agnationis unà cum digreſſu ad plures ſubſtitutionum gradus.*

43 *Opus tamen non eſt, utramque ſimul conjecturam adeſſe.*

44 *Pro vocatione filiorum in conditione poſitorum præſcriptus non eſt certus conjecturarum numerus.*

45 *Neque certa, ac determinata regula tradi poteſt, &* num. 48.

46 *Sed quot, & quales eſſe debeant conjecturæ, arbitrio Judicis relinquitur.*

47 *Judicis eſt diverſas, ac peculiares facti circumſtantias enucleare pro aſſequenda probabiliori Teſtatoris voluntate.*

49 *Voluntas Teſtatoris totum facit.*

50 *Vocatis ad fideicommiſſum longa adquieſcentia tum propria, tum etiam Anteceſſorum non nocet.*

51 *Obſervantia valet pro interpretanda dumtaxat re dubiâ.*

52 *In fideicommiſſo, quod clarum eſt, obſervantia non officit.*

53 *Fideicommiſſa ſubvertere in heredum poteſtate eſſe non debet.*

54 *Voluntas Diſponentis ſola ſpectanda eſt.*

55 *Jura ſuccedendi in fideicommiſſo difficilè præſcribuntur.*

56 *Præſcriptio, ſi qua inducta eſt contra unum ex vocatis ad fideicommiſſum, non nocet aliis poſterioribus vocatis.*

57 *Agere non valenti non currit præſcriptio.*

58 *Jus Succeſſoris in fideicommiſſo, aliove ſimili jure, nonniſi poſt mortem ultimi poſſeſſoris defertur.*

59 *Fideicommiſſi ſucceſſio nondum purificata contra ſuccedentem præſcribi nequit.*

60 *Ad fideicommiſſum venienti jure proprio, Anteceſſorum adquieſcentia, ſeù negligentia nocere non poteſt.*

61 *Directè prohibitum, indirectè permitti abſurdum eſt.*

62 *Gravatus neque per actum expreſſum, neque per actum negligentiæ fideicommiſſi Bona alienare poteſt.*

63 *Temporis lapſus neque poſſeſſori prodeſſe, neque fideicommiſſario nocere poteſt.*

64 *Etiam ſi ſit duorum ſeculorum.*

65 *Filio poſt Patrem ad fideicommiſſum vocato non currit*

*currit præſcriptio à die obitus Patris, ſed à die, quo ille major factus eſt.*

66 *Ad præſcriptionem tempus minoris ætatis non imputatur.*

67 *Adverſus præſcriptionem Fideicommiſſario datur in integrum reſtitutio ex capite probabilis ignorantiæ.*

68 *Ignorantia fideicommiſſi præſumitur, niſi probetur ſcientia.*

69 *Præſcriptio abſque ſcientiâ fideicommiſſi adversùs vocatum non currit.*

70 *Jus fideicommiſſi competens ex perſona, & jure proprio adimi non poteſt ex facto Patris acceptantis legatum.*

71 *Pater acceptans legatum ſub conditione, ne aliud prætendat, ſibi, non autem filiis ad fideicommiſſum vocatis nocere poteſt.*

72 *Filii in ſucceſſione occupant locum, & gradum Patris, non tamen illius perſonam.*

73 *Filii tamquam poſiti à lege in gradu filiorum, & tamquam vocati, veniunt ad ſucceſſionem jure proprio.*

74 *Conditio legato adjecta nihil ampliùs petendi ex legantis hereditate trahi nequit ad jura fideicommiſſi ab altero inſtituti.*


75 *Et conditio hæc veluti renunciationem continens, ſtrictiſſimam interpretationem recipit.*

76 *Fideicommiſſi fructus bonâ fide conſumptos poſſeſſor reſtituere non tenetur.*

77 *Fructus non à die purificationis fideicommiſſi, ſed à die motæ litis poſſeſſor Fideicommiſſario univerſali reddere tenetur.*

78 *Fideicommiſſariorum Bonorum poſſeſſor, non niſi poſt motam litem, in malâ fide conſtituitur.*

79 *Pro evitandâ fructuum conſumptorum reſtitutione ſufficit qualibet juſta credulitas, etiam erronea.*




TIMOTHEUS ſupremum condidit teſtamentum, quo poſteritati ſuæ proſpiciens univerſalem ſibi ſcripſit heredem Carolum Magnum ex Policarpo jam prædefuncto nepotem, cui in pupillari ætate, vel quandocumque decedenti ſinè filiis legitimis, & naturalibus, & ex legitimo Matrimonio ſuſceptis, duabus ex tribus partibus omnium ſuorum Bonorum ſubſtituit Ignatium ex Agatha filia pariter prædefuncta nepotem, & ex altera tertia parte Apolloniam ex prædicta Agatha neptem, eorumque filios legitimos, & naturales, & ex legitimo Matrimonio progenitos, ſin verò contingeret, aliquem ex dictis ſubſtitutis decedere ſinè filiis legitimis, & naturalibus, vocavit ſuperſtitem, ejuſque, vel illorum Deſcendentes, quibus omnibus, Ignatio videlicet, Apolloniâ, eorumque Deſcendentibus quandocumque deficientibus ſinè filiis legitimis, & naturalibus, devenit ad alias ulteriorres ſubſtitutiones, prohibendo cujuſcumque alienationis ſpeciem, ſub hac prohibitione comprehendendo legitimam etiam, & trebellianicam. Poſt hæc condidit quoſdam codicillos, ut nimirum clariùs explicaret ſubſtitutiones in teſtamento ab ipſo ordinatas.

Defuncto Timotheo, ex ejuſdem diſpoſitione Carolus Magnus nepos ſuſcepit univerſam illius hereditatem, ſed, eodem è vivis deindè ſublato, nullis poſt ſe relictis liberis, factus fuit locus ſubſtitutioni favore Ignatii, & Apolloniæ, quæ licèt poſt ſe quatuor reliquiſſet filios, attamen in teſtamento, cum quo deceſſit, honoratis tribus ultimis filiis, nempe Giliberto, Sabino, & Deſiderio legato dumtaxat librarum 3000. prò quolibet, illud imputando in quamcumque cauſam etiam legitimæ eiſdem debitæ, univerſalem ſibi ſcripſit heredem Blaſium Primogenitum.

Adquieſcentes maternæ diſpoſitioni filii ſecundogeniti, legatum ipſis relictum acceptarunt; verum, illis jam defunctis, Fauſtinus tamquam comprehenſus in fideicommiſſo Timothei ex perſona tàm Sabini Patris, quàm Giliberti, & Deſiderii Patruorum poſt lapſum quinquaginta duorum annorum vindicare contendit à Scholaſtica filia, & herede Blaſii tres ex quatuor partibus tertiæ partis, in qua Apollonia ſubſtituta fuit; vice autem verſâ Scholaſtica ſe tuetur dicendo, quod ſubſtitutio facta Ignatio, & Apolloniæ, utpotè concepta illis verbis = *E ſe alcuno di detti Ignazio, e Appollonia, e loro moriſſero in pupillare età, o altrimente ſenza figlioli naturali, e legitimi, hà ſoſtituito i ſopraviventi, o ſopravivente, e Deſcendenti, o Deſcendente* = propterea expiraverit ob mortem omnium prædictorum cum filiis, juxtà celebre *Conſilium Oldradi* 21. communi Doctorum ſenſu receptum. Quamobrem rogatus ego meam pro veritate dicere ſententiam, crederem, præfatam ſubſtitutionem minimè expiraſſe, ſed purificatam eſſe favore Sabini in fideicommiſſo Timothei comprehenſi, ità ſuadente
Teſtatoris voluntate ex teſtamenti verbis, & 1
conjecturis elicitâ, quo caſu *Conſilium Oldradi* lo-

locum non habere, conſtanter tradunt *Card. de*
*Luc. de Fideicomm. deciſ.* 83. *num.* 2., *Theſaur.*
*deciſ.*96. *num.*34., *Fontanell. deciſ.*51. *num.*11.,
*& firmat Rota coram ſan. mem. Alexandro VIII.*
*deciſ.*113. *num.*3. 9. *&* 20., *& in rec. deciſ.*385.
*num.*29. *part.*9., *& deciſ.* 142. *num.* 5. *part.* 10.,
quibus addi poſſent innumeri.

Quamvis enim ſubſtitutio filiorum, & De-
ſcendentium Ignatii, & Apolloniæ ordinata fue-
rit in caſu, quo iſti ſinè liberis decederent, ut
3 ex ſuperiùs relatâ teſtamenti particulâ, ideòque
eo ipſo, quod Apollonia poſt ſe reliquit plures
filios, ob eorum ſuperexiſtentiam videri poſſit
evanuiſſe ſubſequutam ſubſtitutionem, ex qua
Fauſtinus deſcendens ab Apollonia vocationem
4 ſuam deſumit ad normam *Conſilii Oldradi* 21.,
quod pro regula ſervatur apud Doctores omnes,
ac Tribunalia, ut latè *Menoch. conſ.*68. *num.* 46.
*& ſeq.*, *Giovagn. conſ.*39. *num.*3., *& per tot.*, *&*
*conſ.*97. *num.*1., *& per tot.*, *Peregr. de Fideic.*
*art.* 29. *num.*29., *Urceol. conſult.* 81. *num.* 2. *&*
*ſeqq.*, *Caren. reſol.*29. *num.*1., *Gamma deciſ.*93.
*num.*3., *Capyc. latr. dec.* 121. *num.* 2., *Rot. cor.*
*Celſ. deciſ.*335. *num.*12., *coram Cerro deciſ.* 141.
*num.*1., *coram ſan. mem. Alexand. VIII. dec.*28.
*num.*12., *in rec. deciſ.*459. *num.*4. *part.*13., *dec.*
444. *n.*3. *& ſeq. part.*19., *& ad ornat. clar. mem.*
*Card. de Luc. de Fideicom. lib.* 10. *deciſ.* 59. *per*
*tot.* Et huic regulæ inhærendum ſit, tametſi aga-
tur de fideicommiſſo ab Aſcendente ordinato, ut
in ſpecie *Surd. conſ.* 180. *n.*9., *Venturin. conſ.*2.
*nu.*60. 71. *& ſeqq.*, *Rot. coram Mantic. dec.* 251.
*num.*4. *&* 5., *coram Bich. dec.*342. *num.* 14. præ-
5 tereaque, ut ab ea recedere liceat, oportet aſſerre
conjecturas univocas, & omninò concludentes,
& quidem deſumptas ex ipſius teſtamenti verbis,
ut in hiſce Cauſis admonent *Altograd. conſ.* 60.
*num.*118. *lib.*1., *Caren. reſol.*29. *num.*5., *Rodul-*
*phin. alleg.*161. *num.*2., *clar. mem. Card. de Luca*
*de Fideicom. diſc.*82. *num.*8., *Rot. coram Merlin.*
*deciſ.*269. *num.*3., *in rec. deciſ.*18. *part.*8., *& in*
*Lauretana Fideicommiſſi* 6. *Martii* 1712. §. *Sepo-*
*ſito coram R.P.D. Lancetta* ibi = *Procedendo enim*
*cum regula, quod ad hunc effectum requiruntur*
*conjecturæ admodum efficaces, & neceſſariò con-*
*cludentes* =, & rectè, quia non agitur de inter-
pretando aliquo verbo dubio diſpoſitionis, ſed de
recedendo à certa, & expreſſa conditione = *ſi ſinè*
*filiis* =, de qua cum certi reddamur ex litera te-
ſtamenti, ad ſuadendum propterea, quod Teſta-
6 tor, eâ non attentâ, heredes gravare voluerit, con-
jecturæ debent eſſe urgentiſſimæ, *Card. de Luc. de*
*Fideic. diſc.*82. *num.*6., *& ſeq.*, *Rota in Tybur-*
*tina Fideicommiſſi* 2. *Martii* 1705. §. *Abſque eo*
*quod coram Rmo Anſaldo Decano* ibi = *Cum inter*
*illas, niſi prorsùs neceſſariæ, ſaltem neceſſitati affi-*
*nes exigantur* = *&* §. *ſeq.* ibi = *Et ob id recedendum*
*non erat à regula ejuſdem Conſilii Oldradi, ad*
*cujus deſtructionem ſupradictæ, vel paulò minùs*
*fortiores, & vehementiſſimæ exquiruntur conje-*
*cturæ, ac fermè demonſtrationes.* =

Licèt enim hæc vera ſint, non deſunt in caſu
noſtro vehementiſſimæ conjecturæ, & argumen-
ta, quibus evincitur, Timotheum ordinare vo-
luiſſe perpetuum fideicommiſſum minimè de-
pendens, aut alligatum momentaneæ conditioni
= *ſi ſinè filiis* =: Quod ut dignoſcamus, juvat hic
integra referre teſtamenti verba, quæ ita ſe ha-
bent = *In tutti li ſuoi Beni poi hà fatto, e di ſua*
*proprio bocca hà nominato ſuo erede univerſale*
*Carlo Magno ſua Nipote figlio legitimo, e natura-*
*le del fu Policarpo, e in caſo, che il detto Carlo Ma-*
*gno ſuo Nipote moriſſe in età pupillare, o in altra*
*maniera ſenza figli legitimi, e naturali, e di legi-*
*timo matrimonio procreati, gl'hà ſoſtituito, e ſo-*
*ſtituiſce il detto Ignazio figliuolo della fù Agata,*
*e reſpettivamente Nipote del detto Teſtatore, e li*
*ſuoi naturali, e legitimi nati di legitimo matrimo-*
*nio per li due terzi, e per l'altro terzo la d. Apol-*
*lonia Sorella del detto Ignazio, e Nipote del detto*
*Teſtatore, e in difetto di queſti, li loro figlioli legi-*
*timi, e naturali nati di legitimo matrimonio, e ſe*
*alcuno di detti Ignazio, e Apollonia, e i loro mo-*
*riſſero in pupillare età, o altrimente ſenza figlioli*
*legitimi, e naturali, hà ſoſtituito i ſopraviventi, o*
*ſopravivente, e Deſcendenti, o Deſcendente* =.

Profectò ex his verbis clara apparet vocatio
progreſſiva omnium Deſcendentium ex Apollo-
nia; Teſtator enim indefinitè vocando omnes
Deſcendentes Ignatii, & Apolloniæ abſque ullâ
reſtrictione, vel limitatione, in dubium venire 7
nequit, quin hujuſmodi indefinita, & indetermi-
nata Deſcendentium vocatio comprehendat om- 8
nes, & per conſequens indiſtinctè verificari poſ-
ſit ſive in primis, ſive in ulterioribus vocatis, ut
limitando *Conſilium Oldradi*, ad rem noſtram
tradunt *Soccin. in leg. ſolemus nu.*6. *ff. de condit.*,
*& demonſtrat.*, *Alexand. conſ.* 101. *num.* 13. *&*
*ſeq. lib.*7., *Pariſ. conſ.*18. *num.*43. *tom.* 2., *Pere-*
*grin. de Fideic. art.*15. *num.*29., *Mantic. de con-*
*ject. ultim. volunt. lib.*11. *tit.*6. *num.* 7., *Card. de*
*Luc. de Fideic. diſc.* 85. *num.* 5., *Rot. coram Bu-*
*ratto deciſ.* 689. *num.*1., *coram Royas deciſ.* 354.
*num.*5. *& ſeqq.*, *coram Priol. deciſ.*292. *num.* 10.
*&* 11., *& deciſ.*409. *num.* 20. *& ſeqq.*, *in Ave-*
*nionen., ſeù Vaſionen. Primogenituræ* 10. *Janua-*
*rii* 1707. §. *Quoniam coram Emo Priolo, & in In-*
*teramnen. Fideicommiſſi* 2. *Julii* 1708. §. *Et hinc*
*coram Emo Scotto.*

Quæ voluntas Teſtatoris inducendi fideicom-
miſſum perpetuum etiam in caſu obitus Apollo-
niæ cum filiis perſpicua redditur in caſu noſtro, 9
ex quo devenit ad alias ſubſtitutiones etiam Ex-
traneorum; quo caſu ambigi nequit de Teſtato-
ris mente, quin voluerit ordinare fideicommiſ-
ſum perpetuum progreſſivum inter omnes de
ejus deſcendentia; Dum enim ille prævidens ca-
ſum, quod Ignatii, & Apolloniæ Deſcenden-
tes defeciſſent, in horum omnium defectum ſub- 10
ſtituit Extraneos; profectò tanta eſt vis, & effi-
cacia hujus generalis diſpoſitionis, ut reſtringi
nullo pacto queat ad primos vocatos in caſu, quo
decederent cum filiis, ſed tamquam univerſalis
ſimul ac repetitiva perſonas omnes præcedenter 11
expreſſas generaliter includit, ac nominatim ex-
cludit, ut in propoſito ponderant *Grat. conſ.* 5.
*num.*58. *lib.*2., *Cravet. conſ.*155. *num.*5. *&* 10.,
*Rot. coram Priol. deciſ.*292. *nu.*12., *coram Ar-*

*guell.*

*gnell. deciſ.65. num.30.*, *& in rec. deciſ.269. nu. 9. part.5.*, *& deciſ.179. num.9. part.6.*, *deciſ.385. num.12. part.9.*, *deciſ.142. part.10.*, *& in Avenionen. ſeù Vaſionen. Primogenituræ 28. Januarii 1695. §. Ex his coram bon. mem. Muto*.

At ſane, ſi Teſtator in defectum omnium De-
12 ſcendentium devenit etiam ad ſubſtitutionem
Extraneorum, cogitare certè debuit de ſucceſſivo perpetuo, & reciproco fideicommiſſo ordinato inter omnes ſuos Deſcendentes, ſinè quo eſt impoſſibilis effectus ſubſtitutionis, ut in propoſito conſiderat *Thabor. axiom. jur. axiom. 12. num.18.*, *Mantic. de conject. lib.12. tit.17. num. 13.*, *Rot. deciſ.469. num.3. part.2. rec.*; nam, ſi
13 vocatio Extraneorum reſtricta eſſet ad obitum Ignatii, & Apolloniæ ſine filiis, fruſtrà Teſtator eoſdem ſubſtituiſſet in defectum omnium Deſcendentium, idque eſſet contra certam juris
14 noſtri regulam, quâ traditur, Diſponentis voluntatem ità ſemper interpretandam eſſe, ut abſurdum non contineat, fruſtratoria non ſit, neque atque à ſapientibus reprehendi, *Soccin. jun. conſ. 112. num.29.*, *Fontanell. de pact. nuptial. clauſ. 4.*, *Gloſſ.25. num.26.*, *Altolin. reſolut. 57. nu. 13.*, *& reſolut.81. num. 20.*, *Rot. in rec. deciſ. 77. num.23. part.10.*, augeturque vis, ac effi-
15 cacia iſtiuſmodi diſcurſus tum ex eo, quod inveriſimile prorſus eſt, Teſtatorem gravare voluiſſe favore Extraneorum heredes cognitos, & prædilectos, remotiores verò heredes ignotos, & per conſequens minùs dilectos ab hoc gravamine liberaſſe, quod tamquam abſurdum reprobant *Manſ. conſult.297. num.4.*, *Rot. in rec. deciſ. 2. num.89. part.10.*, *in Camerinen. Fideicommiſſi ſeù Primogenituræ 11. Maii 1703. §. Bonum coram*
16 *bon. mem. Molines*, tum etiam ex eo, quod Teſtator gravando omnes Deſcendentes Ignatii, & Apolloniæ, cenſeri quoque debet illos honoraſſe, ex communi illo effato = *quem non honoro, non gravo* =, *leg. ab eo Cod. de fideic.*, *leg.1. §. Sciendum ff. de legat.3.*, *Mantic. de conject. lib. 8. tit. 1. num.33.*, *Molin. de Primogen. lib. 1. cap. 13. num.8.*, *Peregrin. de fideic. art.33. nu.33.*, *Rot. cor. R̃mo Anſaldo dec.89. nu.1.*

Nec obeſſe poteſt conditio illa = *ſi ſinè filiis* =, quâ diſpoſitio reſtricta dicebatur ad eum præci-
17 ſum caſum, quo Ignatius, vel Apollonia ſinè liberis decederent, quia, quotieſcumque
18 aut ex verbis teſtamenti, aut ex conjecturis ex illo elicitis conſtat de voluntate Teſtatoris inducendi fideicommiſſum etiam in caſu obitus cum filiis, tunc, non attentâ præfata con-
19 ditione, paſſim receditur à *Conſilio 21. Oldradi*, in cujus caſu nullæ reverâ concurrebant conjecturæ, ut advertit *Spad. conſ.342. nu.14.*, *& ſeqq. lib. 2.*, & concorditer tradunt *Cyriac. contr.96. num.79.*, *Rocc. diſput. jur. ſelect. cap. 16. num.9.*, *Card. de Luca de fideicom. diſc. 82. num.7.*, *& diſc.83. num.2.*, *& diſc.84. num.3.*, *diſc.86. num. 4.*, *R. P. D. Fattinell. reſponſ. 46.*
20 *num.2.* Certius, quando, ut in caſu noſtro, non ſolùm deficiunt omnes dictiones taxativæ = *tunc*, *& eo caſu*, *tantùm*, *dumtaxat*, *ſolummodo* =, quas prò Conſilio *Oldradi* conſiderari conſueviſſe, tradunt *Peregrin. de fideicom. art.29. num. 15.*, *Rota coram Buratt. deciſ.689. nu.1. & ſeq.*, *coram Coccino deciſ.2121. num.89. & 90.*, *& in Faventina Fideicommiſſi, ſeù Primogenituræ 14. Decembris 1715. §. Tot autem cor Ẽmo D. Card. Scotto*, *& in Firmana ſucceſſionis 27. Junii 1708. §. Abſque eo quod coram bon. mem. Molines*, ſed
è contrario concurrunt dictiones indefinitæ, illi- 21
mitatæ, atque univerſales, quarum, ut modò diximus, tanta eſt virtus, ac efficacia, ut nemo non videat, quod nullo pacto, ſalvâ recti ſermonis proprietate, poſſint reſtringi ad caſum dumtaxat, quo Ignatius, vel Apollonia decederent
ſinè filiis, cum ſuâpte naturâ includere videan- 22
tur pluralitatem, atque diverſitatem temporum, & caſuum, vocationem extendendo, & fideicommiſſum prorogando, & de temporario illud efficiendo perpetuum cum extenſione ad omnes perſonas, & ulteriores Deſcendentes in infinitum, ex notatis *in leg. Gallus §. Quidam recte ff. de liber.*, *& poſth.*, *Altograd. jun. contr.37. num. 11.*

Quamquam verò ſufficienter his demonſtrata videri poſſit perpetuitas fideicommiſſi, attamen eadem certior redditur ex conjecturis apertè confirmantibus, Deſcendentes poſitos in conditione nedum fuiſſe diſpoſitivè vocatos, ſed etiam gravatos, quæ profectò conjecturæ fortius urgent, quia hodierna quæſtio eſt inter deſcen-
dentes ab eodem Fideicommittente, quo caſu 23
prò inducenda duratione fideicommiſſi leviora ſufficiunt adminicula, ad tradita per *Rot. deciſ. 97. num.11. part.19. in Fanen. Fideicommiſſi 18. Junii 1703. §. Præſertim coram clar. mem. Card. Caprara*, *& in Interamnen. Fideicommiſſi 2. Julii 1708. §. Maximè coram Ẽmo D. Cardin. Scotto*.

Numero autem plures, ſuiſque momentis graves ſunt illæ, quæ in noſtro caſu conſiderari poſſunt; Primoque loco ſeſe offert illa elicita
ex qualitate maſculinitatis, & legitimitatis, ſub 24
qua omnes tum inſtituti, tum ſubſtituti, vocati fuerunt, de qua ad rem noſtram *Fuſar. conſ. 145. num.3.*, *idem de ſubſtitut. quæſt. 487. num. 64.*, *Stciban. Jun. reſolut.58. num.42.*, *Capyc. latr. dict. deciſ. 1. num 151.*, *Mareſcott. variar. reſolut. lib.1. cap.66. num.7.*, *Rot. coram Dunoz. Jun. deciſ.209. nu.4.*, *coram Coccin. deciſ.1399. num.4.*, *coram Bich. deciſ.424 num. 2.*, *& dec. 481. nu.8. part.18. rec.*, præcipuè, quando dicto-
rum filiorum, & Deſcendentium cum ſimilibus 25
qualitatibus, quod eſſent naturales, & legitimi, ſæpiùs mentio facta reperitur, iſthæc enim reite-
rata illorum mentio, & poſitio in conditione, 26
utpotè indicans maiorem Teſtatoris erga illos
affectionem, indicat etiam eorumdem vocatio- 27
nem, *Ruſtic. in tract. de liber. in condition. poſit. lib.1. cap.2. nu.12.*, *Fuſar. de ſubſtitut. quæſtion. 437. nu.101.*, *Mantic. de conject. lib.11. tit. 13. num.25.*, *Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 76. num.58.*, *Rot. coram Dunoz. jun. deciſ. 487. num.14.*, *coram R̃mo Anſaldo deciſ.89. num. 84.*, *& deciſ. 118. num. 18. poſt Conſtantin. ad ſtat. Urb.*

Altera promanat ex reciproca ſubſtitutione in-

28 ter Ignatium, & Apolloniam primos ſubſtitutos
ordinatâ, ſive melius explicatâ in codicillis, quo
caſu certi, exploratique juris eſt, filios in condi-
tione poſitos haberi prò vocatis, ut ad rem no-
ſtram clariſſimè oſtendunt *Menoch.conſ.613. nu.
5. in fin. lib.2.*, *Fuſar. conſ.38. num.8.*, *& conſ.
51. num.6.*, *& de ſubſtitut. quæſt.437. num.87.*,
*Rot. coram Ludoviſ. deciſ.337. nu.3. & ſeqq.*, *co-
ram Merlino deciſ.447. num.3.*, *coram Dunoz.jun.
deciſ.518. num.6.*, *coram Royas deciſ.481. num.6.*,
*& dict. deciſ.481. num.9. part.18. rec.*, quæ con-
29 jectura fortiùs urget in noſtra hypotheſi, quia
poſt dictam reciprocam Teſtator habere voluit
locum ſubſtitutiones Extraneorum ordinatas in
teſtamento, ut benè ad rem noſtram proſequi-
tur *Rot. dict. deciſ. 481. num. 10. part. 18. rec.*,
*ubi alii*.

Majorem vim habet tertia conjectura deſump-
30 ta ex ſtrictiſſima prohibitione alienationis à Te-
ſtatore injunctâ heredibus, & eorum Deſcen-
dentibus, quam ſanè prohibitionem prò receſſu
à Conſilio *Oldradi* præcipuè conſiderant *Pariſ.
conſ.66. num. 37. lib.3.*, *Cravet. conſ. 329. num.
16.*, *Graſſ. de ſucceſſ. in §.Fideicommiſſum quæſt.
8. num.3.*, *Rot. coram ſan. mem. Alexandro VIII.
deciſ.113. num.3.*, *in rec. deciſ.142. num.31. part.
10.*, *in Aſculana Fideicommiſſi 29. Martii 1693.
§. Accedit coram clar. mem. Card. Caprara*, *in
Romana Fideicommiſſi 1. Julii 1699. §. Altera
coram bon. mem. Pio*, *& in ſæpecitata Interam-
nen. Fideicommiſſi 2. Julii 1708. §. Conjecturæ
coram Eño Scotto*.

Coronat tandem his digreſſus ad plures gra-
31 dus inſtitutionum, dum Teſtator, inſtituto pro-
prio Nepote, illo decedente ſinè liberis, vocavit
Ignatium, & Apolloniam, alteri ipſorum ſinè
liberis legitimis, & naturalibus deficienti ſubſti-
tuendo ſuperſtitem, ambobus autem ſinè filiis
decedentibus, vocando omnes Deſcendentes,
& poſt eos, etiam Extraneos; quâ autem juſtâ ra-
tione credi poteſt, quod Teſtator voluerit, fidei-
commiſſum tanto ſtudio in tot perſonis, & gra-
dibus ordinatum expirare in ipſis primis Inſtitu-
tis decedentibus cum filiis? *Roſa conſult. 40. nu.
6.*, *& ſeqq. & num.15.*, *Rocca diſput. jur. ſe-
lect. cap.16. num.13.*, *Molin. de Primogen. Hiſ-
paniar. lib.1. cap.6. num.18. & ſeq.*, *Peregrin. de
fideicomm. artic. 30. num.14.*, *Rodulphin. alleg.
51. num.20.*, *clar. mem. Cardin. de Luca de fidei-
comm. deciſ.82. num.15.*, *Rot. coram Dunozzet.
jun. deciſ.487. num. 16.*, *coram Arguell. deciſ. 54.
num.19.*, *coram ſan. mem. Alexandro VIII. deciſ.
113. num.9. & ſeqq.*, *in rec. deciſ.385. num. 18.*,
*& ſeq. part.9.*, *deciſ.142. num.16. & 17. part.10.*,
*deciſ.39. num.14.*, *deciſ. 41. num. 5. & 6. inter
impreſſ. ad ornat. clar. mem. Cardin. de Luca de
fideicomm.*, *in Romana locorum Montium 4. Junii
1714. §. Concurrebat coram bon. mem. Molines*,
*in Urbanien. fideicommiſſi 13. Februarii 1716. §.
Præter cor. R.P.D. meo Criſpo*.

Cujus conjecturæ vis, ac efficacia minimè elidi
poteſt reſponſione illâ, quod nimirum omnes ex
ſubſtitutiones pendeant à conditione obitus pri-
morum heredum ſinè filiis; ea namque petit
principium, & ſupponit id, quod eſt in quæſtio-
ne; ſi enim ſubſtituti dati fuiſſent etiam liberis 32
heredum inſtitutorum, jam nulla quæſtio eſſet de
conſilio *Oldradi*, & de receſſu ab eo per conje-
cturas; iis namque opus non eſt in claris, *R.P. 33
D. Fattinell. reſp.2. num.52.*, quæ proinde cum
ſolum conſiderari valeant in caſu, quo liberis 34
ſubſtituti expreſsè dati non fuerint tunc enim il-
læ demonſtrant voluntatem Teſtatoris ſubſtituen- 35
di etiam dictis liberis, quamvis expreſsè id di-
ctum non ſit; rectè idcircò tali caſu hujuſmodi
voluntatis conjectura deſumitur ex digreſſu ad 36
plures gradus ſubſtitutionum, ut nimirum vite-
tur abſurdum, quod ſequeretur, ſi tanta, & tàm 37
benè ordinata ſubſtitutionum ſeries in longiſſi-
mum tempus protrahenda expirare deberet in
primis heredibus, tamquam pendens ab unico, &
momentaneo caſu obitus illorum ſinè filiis, ut
prò receſſu à Conſilio *Oldradi* optimè præ cete-
ris obſervat *Rot. deciſ.120. num. 13.*, *& 23. poſt
Conſtantin. ad ſtatut. Urb.*, *& in Faventina Fi-
deicommiſſi, ſeù Primogenituræ 14. Decembris
1705. §. Deſumitur tertiò coram Eño D. Cardin.
Scotto*, *& in proximè citata Romana Locorum
Montium 4. Junii 1714. §. Etenim coram Rño
Anſaldo* cenſentes, hoc caſu Teſtatorem voluiſſe
condere fideicommiſſum perpetuum inter om- 38
nes Deſcendentes in conditione poſitos, prout
ad rem obſervat *Rota in Faventina Fideicommiſſi,
ſeù Primogenituræ 14. Decembris 1705. §. Deſu-
mitur Tertia coram Eño D. Card. Scotto*, *& in
ſæpecitata Interamnen. Fideicommiſſi 2. Julii
1708. §. Conjecturæ in fin. coram eodem*.

Et licèt nonnullæ ex dictis conjecturis fuerint
quandoque à Doctoribus, & Sacrâ Rotâ negle-
ctæ, id tamen proceſſit, quia non omnes ſi-
mul concurrebant, ſed una, vel altera ex illis, quæ 39
ſeorſim acceptæ, inefficaces reputatæ fuerunt, ut
ad rem advertit *Rota Lucana apud Palm. deciſ.
210. num.61.*, *& deciſ.213. num.52. & 53.*, *&
in collectan. ad eumdem Palm. deciſ.215. num.10.*;
At aliter res ſe habet, ſi unitim concurrant, ex re- 40
gula illa: ſingula, quæ non proſunt, juncta juvant,
*Cephal. conſ.251. num.87.*, *clar. mem. Cardin. de
Luca de fideicomm. diſc.86. num. 4.*, *Rota deciſ.
185. num.15. part.7.*, *& deciſ.412. nu. 40. part.
10.*, *deciſ.444. num.13. part. 19. rec.*, *in dicta Ro-
mana Locorum Montium §. Quibus demum*.
Quamobrem, ſicuti ex his perſpicua redditur
Teſtatoris voluntas ordinandi perpetuum, & ab-
ſolutum fideicommiſſum inter omnes Deſcen-
dentes etiam in caſu, quo Ignatius, vel Apol-
lonia cum liberis defeciſſent, ità per neceſſarium
antecedens, ſinè quo fideicommiſſum ſuum ef- 41
fectum ſortiri non poſſet, ſupponendum eſt,
quod Teſtator ponendo in conditione liberos
primorum ſubſtitutorum non intellexerit dum-
taxat de filiis immediatè ſequentibus, ac primi
gradus, ſed de aliis etiam ulterioribus, eoſque
nedum activè, ſed etiam paſſivè vocare volue-
rit, per ea, quæ tradit in terminis *Manſ. conſult.
427. num.1. tom. 5.*, *Calderon. reſolut. 94. num.
36.*, *clar. mem. Card. de Luca de fideicom. diſc.85.
num.5. & 6.*, *Rot. deciſ.142. nu.8. part.10. rec.*,
*in*

*in una Imolen. Fideicommiſſi* 10. *Maii* 1717. *§. Hæc autem cor. R.P.D. meo Cerro.*

Parvique refert, quod in noſtra hypotheſi
42 deficiat contemplatio agnationis, quæ unâ cum
digreſſu ad plures gradus ſubſtitutionum præci-
puè conſideratur à Doctoribus, quia nullâ juris
43 ratione præſcriptum eſt, quod prò inducendo re-
ceſſu à conſilio *Oldradi* requiratur copulativus
concurſus utriuſque hujus conjecturæ, ut ob-
ſervat *Rot. deciſ.* 617. *num.* 4. *part.* 18. *rec.* ibi = *Et hinc copulativus utriuſque conjecturæ concur-
ſus non requiritur, cum nec à jure, nec à Doctori-*
44 *bus pro vocatione filiorum in conditione poſitorum
&c. præfixus fuerit certus conjecturarum nume-
rus, & qualitas* = & *deciſ.* 118. *poſt Conſtantin.
ad ſtat. Urb. num.* 6. ibi = *non tamen rectè educi
aliam regulam, quam Informantes prò Falconeriis
in hodierna propoſitione prò faciliori receſſu à de-
ciſis ſuadere conabantur, quod nempè juxtà ſen-
ſum Tribunalis, ubi ſignanter agitur de fideicom-
miſſis, ſit præcisè, ac taxativè neceſſarius vel
copulativus, aut ſaltem alternativus concurſus
præfatarum duarum conjecturarum, quaſi quod, il-
lis exulantibus, aliæ æquè efficaces adinveniri ne-
queant & quando iſtæ non ſint aſſociatæ cum alterâ
ex prædictis duabus, non ſufficiant ad convincendam
vocationem; Talis quippe reſtrictio, & taxatio
per modum theſis generalis in nulla ex prædictis
Deciſionibus legitur firmata, quin verè oppoſi-
tum clariſſimè depromitur ex alio generico prin-
cipio in ſubjecta materia per Rotam antè parti-
culare conjecturarum examen præmitti ſolito,*
45 *quod in hac re certa, & determinata regula tradi
nequeat* =

Itaque, admiſſo etiam, quod in noſtra hypothe-
ſi non concurrat contemplatio agnationis, certi
tamen, exploratique juris eſt, nullum eſſe præfi-
nitum conjecturarum numerum, nullamque
ſtatutam earumdem qualitatem pro inducendo
fideicommiſſo favore filiorum in conditione po-
ſitorum, cum hac in re certa, ac determinata re-
46 gula tradi nequeat, ſed quot, & quales eſſe de-
beant conjecturæ, arbitrio Judicis relinquitur,
47 cujus eſt pro ſingulorum caſuum diverſitate cun-
ctas peculiares facti circumſtantias enucleare uſ-
que ad aſſequendam probabiliorem Teſtatoris
voluntatem, *Honded. conſ.* 65. *num.* 44. *lib.* 1.,
*Petr. de Fideicomm. quæſt.* 190. *num.* 190. *verſ.
ego puto*, *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.* 440. *num.* 11.,
*Rot. coram Gregor. deciſ.* 323. *num.* 11., *coram
Bich. deciſ.* 605. *num.* 24., & 25., *coram Dunoz.
jun. deciſ.* 501. *num.* 3., *poſt Conſtantin. ad ſtatut.
Urb. deciſ.* 118. *num.* 9. ibi = *quæuam ſint magis
probabiles, & efficaces, & variè unuſquiſque pro
ſuo ſenſu modò has, modò illas interpretatur, ve-*
48 *rumtamen in hoc uno conveniunt, quod earum
quantitas, & pondus non recipiant certos, ac de-
terminatos limites, ſed poteſtas id judicandi tota
reſidet in æſtimatione, & prudentis Judicis arbi-
trio* =, & *deciſ.* 617. *num.* 6. *part.* 19. *rec.*, cui ſa-
tis eſt quomodocumque conſtare de voluntate
49 Teſtatoris, quæ totum facit, & veluti Regina in
hac materia dominatur, *Rot. in rec. d. deciſ.* 617.
*num.* 7. *part.* 19. *poſt Conſtantin. ad ſtatut. Urb.
deciſ.* 118. *num.* 7., ubi inquit, procedere juxta
mentem *Rotæ*.

Ex tot igitur, tantiſque conjecturis, & argu-
mentis cum de fideicommiſſi duratione dubi-
tari non poſſe videatur, & exiſtat Fauſtinus Actor
ex Sabino filio Apolloniæ Teſtatoris Pronepos,
fideicommiſſum ejus favore purificatum dici de-
bet, ad *Text. in leg. heredes mei* 57. *ff. ad Trebell.*,
*Rot. deciſ.* 137. *num.* 4. *part.* 13., & *in Faventina
Fideicommiſſi, ſeu Primogenituræ* 14. *Decembris*
1715. *§. De validitate coram Emo D. Card. Scot-
to*; Nec eſt, cur Scholaſtica pro illo excludendo
recurrat ad diuturnam acquieſcentiam tum ipſius 50
Fauſtini, tum etiam ejus Anteceſſorum; quippè
ex hac acquieſcentia præjudicium nullum Sabino
evenire potuit, nam, ſi illa conſideretur tam-
quam obſervantia interpretativa, & hæc valere 51
quidem poterit pro interpretanda diſpoſitione
dubia, ac intervertere nequibit diſpoſitionem
claram, *Gratian. diſcept.* 560. *num.* 15., & 16.,
*Palm. nep. alleg.* 153. *num.* 65., *alleg.* 155. *num.* 19.,
& *alleg.* 187 *num.* 35., *Rot. coram Ludoviſ. de-
ciſ.* 184. *num.* 5., *coram bon. mem. Emerix. jun. de-
ciſ.* 127. *num.* 6., & *ad ornat. clar. mem. Card de
Luc. de Fideicomm. lib.* 10. *deciſ.* 3. *num. final.* ibi
= *quia illa apta eſſet operari in re dubia, ſed, datâ
reſiſtentiâ literæ teſtamenti, ut in hypotheſi, ad ni-
hilum deferuit* = quoties namque fideicommiſ- 52
ſum, prout hic, eſt clarum, obſervantia nullo nu-
mero habenda eſt, *Caſtrenſ. in leg heredes §. Si
quis ſub num.* 1. *ff. de teſtament.*, *Aretin. conſ.* 84.
*num.* 5., & *conſ.* 111. *num.* 2., *Rot. ad ornat. clar.
mem. Card de Luc. deciſ.* 73. *num.* 20. *lib.* 10. *de
Fideicomm.*, & *in Lucana Fideicommiſſi* 14. *De-
cembris* 1708. *§. Hanc autem coram bon. mem.
Kaunitz*; alioquin eſſet in poteſtate, facultate-
que heredum gravatorum fideicommiſſarias di- 53
ſpoſitiones ſubvertere etiam in præjudicium ſub-
ſtitutorum contra mentem, voluntatemque Di-
ſponentis, quæ tantum ſpectanda, ſervandaque 54
eſt, juxta *Text. in §. Diſponat. Authent de nupt.*,
*leg. cum qui* 59. *ff. de verbor. obligat.*, *Surd. conſ.*
451. *num.* 35. *lib.* 3., *Rot. coram Dunoz. jun. deciſ.*
345. *num.* 13., *coram Bich. deciſ.* 158. *num.* 21.,
*Emerix. jun. deciſ.* 1312. *num* 11., & *ad ornat.
clar. mem. Card. de Luc. lib.* 9 *deciſ.* 66. *num.* 9.

Multò verò minùs accipi poteſt tamquam ob-
ſervantia præſcriptiva, quia jura ſuccedendi in fi- 55
deicommiſſo non ſunt adeò facilè præſcriptibilia,
ex collectis per *Peregrin. de Fideicomm. art.* 45.
*num.* 16., *ubi alii*, *Rot. coram Rm̃o Anſuldo Dec.
deciſ.* 19. *num.* 10., & *in Romana Domus ſeu Pa-
latii* 2. *Decembris* 1707. *§. Ex his coram bon. mem.
Omanna*, & verſamur in fideicommiſſo ſucceſ-
ſivo ad favorem plurium vocatorum, qui ordine 56
ſucceſſivo obierunt, proindeque præſcriptio, ſi
quæ inducta fuiſſet contra unum ex fideicommiſ-
ſariis, nonobeſſet aliis ſucceſſivè vocatis, qui
cum agere non valuerint, nulla potuit contra 57
eos currere præſcriptio, ad *Text. in leg.* 1. *in fin.
Cod. de annal. except.*, *Alexand. conſ.* 101. *num.*
23. *lib.* 7., *Natt. conſ.* 437. *num.* 5., *Peregrin. de
Fideicomm. art.* 41. *num.* 16., *Fuſar. de ſubſtit.
quæſt.* 528. *num.* 4., & *ſeqq.*, *Card. de Luc. de Fi-
dei-*

Digitized by Google

*deicomm. diſc.* 164. *num.* 3., *& ſeqq.*, *Rot. deciſ.* 28. *num.* 38. *part.* 8., *& deciſ.* 291. *num.* 12., *&* 13. *part.* 16. *rec. poſt Balducc. ad Ramon. deciſ.* 103. *num.* 21. *tom.* 4., *& in Romana Domus, ſeù Palatii* 2. *Decembris* 1707. *§. Ex his igitur coram bon.mem. Omanna*.

Et ſanè, cum jus Succeſſoris in fideicommiſſo,
58 vel in alio ſimili jure non aperiatur, niſi poſt
mortem ultimi Poſſeſſoris, cui ipſe ſucceſſit,
adeòut priùs nullam habeat actionem, nullumque
59 jus foveat, hinc ſequitur, quod nulla contrà
Fauſtinum currere potuit præſcriptio, cum nondum
ſucceſſio ejus favore purificata fuiſſet, pro-
60 ptereaque acquieſcentia, ſeù negligentia Anteceſſorum
eidem utpotè venienti ex jure proprio
nocere nequivit, ut optimè de more proſequitur
idem *Card. de Luc. mox citat. diſc.* 164. *num.* 3.,
egregiè animadvertens, quod alioquin ſequere-
61 tur maximum illud abſurdum, ut, quod eſt dire-
ctè prohibitum, indirectè permitteretur, quod
62 ſcilicet Gravatus per actum expreſſum, & poſiti-
vum alienare prohibitus, alienationem perficeret
per actum negativum negligentiæ; lapſus ità
63 temporis non prodeſſe poſſeſſori, nec obeſſe po-
terit Fideicommiſſario, *Rota in d. Romana Domus, ſeù Palatii* 2. *Decembris* 1707. *§. His coram bon.mem. Omanna*, in qua fuit rejecta exce-
64 ptio præſcriptionis, non obſtante lapſu centum,
triginta annorum, & de duorum ſeculorum de-
curſu tradit *Rota in Bononien. Juriſpatronatus de Ghisleriis* 13. *Januarii* 1695. *coram bon. mem. Pio impreſſ. in Mantiſſ. ad clar.mem. Card. de Luc. lib.* 13. *deciſ.* 8. *num.* 16., *&* 17.

Nullumque pariter præſidium Scholaſtica ſibi
comparare poteſt opponendo novam præſcriptio-
nem inceptam, poſtquam prædictum fideicom-
miſſum purificatum fuit favore Fauſtini, quia
non ſolùm deficit neceſſarius temporis lapſus ad
65 inducendam d. præſcriptionem, cum certi juris
ſit, præſcriptionem non currere à die obitus Pa-
tris, ſed à die, quo ille major fuit effectus, cum
66 de jure tempus minoris ætatis ad hunc effectum
non imputetur, *leg. ſicut, ubi gloſſ. in verb. ſervanda Cod. de præſcript.*, *Alexand. conſ.* 101. *nu.* 27. *lib.* 7., *Peregr. de Fideicomm. art.* 41. *nu.* 16., *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.* 528. *num.* 2., *& ſeq.*, *Rot. deciſ.* 28. *num.* 40. *part.* 8. *rec.*, *& alibi paſſim*,
67 verùm etiam, quando aſſerta præſcriptio comple-
ta fuiſſet, adhuc daretur eidem reſtitutio ex ca-
68 pite probabilis ignorantiæ, quæ præſumitur, niſi
ſcientia fideicommiſſi cum patientia vocatorum
exadversò probetur, *Peregr. de Fideicomm. art.* 41. *num.* 12., *Gabriel. de præſcript. concluſ.* 13. *num.* 10., *Rot. d. deciſ.* 28. *num.* 41. *part.* 8. *rec.*,
69 ſinè qua præſcriptionem currere non poſſe, tra-
dunt *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.* 528. *num.* 22., *Theſaur. deciſ.* 103. *num.* 4., *Palm. nepos deciſ. Lucenſ.* 89. *num.* 17. *tom.* 1., *Rota deciſ.* 58. *num.* 14. *coram Priolo, deciſ.* 138. *num.* 13. *coram Benincaſa, & deciſ.* 348. *num.* 5. *part.* 18. *rec.*

Ut etiam nil turbat, quod per ejus Anteceſſores, nempè Gilibertum, Sabinum, & Deſiderium fuerit acceptatum legatum librarum 3000. eiſdem ab Apollonia matre relictum; nam, licèt illud conceptum reperiatur eâ lege, & condi-
tione, quod nihil aliud ex quacumque cauſa
prætendere poſſent ab ejus hereditate, nihilo-
minus ex duplici ratione exceptio hæc allegari
nequit contra Fauſtinum. Et primò, quia jus illi 70
competens ex perſona, & jure proprio adimi non
potuit ex facto Patris, qui ſibi ſolum præjudica- 71
re potuit, non etiam filiis, ſeù ſucceſſoribus,
*Bartol. in leg. qui ſuperſtitis num.* 2. *in fin.*, *& in leg. Liberorum* 16. *ff. de verbor. ſignific.*, *Tiraquell. de jur. Primog. quæſt.* 4. *num.* 187., *Mierez de majorat. part.* 2. *quæſt.* 4. *illat.* 2. *num.* 43., *Olea de ceſſion. Jur. tit.* 3. *quæſt. num.* 31., *& ſeq.*, *Rota deciſ.* 726. *num.* 27. *coram bon.mem. Emerix jun.*, *in rec. deciſ.* 29. *num.* 16., *&* 17. *part.* 8., *deciſ.* 267. *num.* 15., *& ſeqq. part.* 16., *in Ariminen. Fideicommiſſi Bandi, & Eneæ de Bandis* 26. *Junii* 1697. *§. Nec coram bon mem. Molines*, iidem-
que, licet filii, in ſucceſſione occupant locum, & 72
gradum Patris, non tamen repræſentare dicun-
tur illius perſonam, cum poſſint venire jure pro-
prio tamquam poſiti à lege in gradu filiorum, & 73
tamquam vocati ex perſona propria, ut proſe-
quuntur *Bartol. in d. leg. qui ſuperſtitis*, *Surd. conſ.* 332. *num.* 10., *Rota d. deciſ.* 29. *num.* 17.
*part.* 8.; ſecundò, quia conditio legato adjecta, 74
uti reſtricta ad Bona hereditaria ejuſdem Apol-
loniæ, trahi nequit ad jura Fauſtino competentia
quoad Timotheum fideicommittentem, ut benè ad rem noſtram tradunt *Bero conſ.* 134. *nu.* 17. *vol.* 2., *Afflict. deciſ.* 126. *num.* 4., *Rot. deciſ.* 165. *num.* 1. *poſt Torr. de pact. futur. ſucceſſ.*, *& deciſ.* 144. *num.* 16. *part.* 8. *rec. ad ornat. clar. mem. Card. de Luc. lib.* 11. *deciſ.* 25. *num.* 16., *& in Rheginen. Fideicommiſſi* 27. *Junii* 1698. *§. Succeſſivè coram Rño D. Anſaldo Decano*. Certius,
inſpectâ ſubjectâ materiâ, quæ continere dicitur 75
renunciationem propriis juribus, quæ, licèt amplitiſſimis etiam verbis concepta eſſet, tamen ſtrictiſſimam reciperet interpretationem ſemper reſtringendam, *Spad. conſ.* 316. *n.* 8. *lib.* 3., *Surd. conſ.* 431. *num.* 32., *Gratian. diſcept.* 565. *n.* 63., *Rot. deciſ.* 268. *num.* 7. *coram Duran.*, *& coram Dunoz. jun. deciſ.* 2346. *num.* 10., *& deciſ.* 272. *num.* 4. *part.* 15. *rec.*

Progredior tandem ad ultimam difficultatem
quâ quæritur, an, & cui debeantur fructus præ-
fati fideicommiſſi decurſi poſt illius purificatio-
nem tàm favore Anteceſſorum Fauſtini, quàm
etiam poſt ipſorum mortem, & pro veritate
cenſerem, Scholaſticam tamquam verſantem in 76
bona fide, illos tamquam ſuos rectè conſumpſiſſe,
quia agitur de fideicommiſſo univerſali, quo ca- 77
ſu non à tempore purificationis fideicommiſſi,
ſed à die dumtaxat motæ litis poſſeſſor condem-
nari poteſt ad reſtituendos dd. fructus, cum ex-
plorati juris ſit, illum conſtitutum non dici in 78
mala fide, niſi poſt motam litem, *Gabriel conſ.* 26. *num.* 6. *lib.* 1., *Gratian. diſcept.* 207. *num.* 39. *Peregrin. de Fideicomm. art.* 39. *num.* 109., *Card. de Luc. de Fideicomm. diſc.* 185. *num.* 5., *Rot. deciſ.* 672. *num.* 2., *& ſeq. coram Dunoz. jun.*, *deciſ.* 264. *num.* 6., *& ſeqq. part.* 17. *rec.*, *in Ferrarien. Fideicommiſſi* 14. *Maii* 1700. *§. Redacta co-*

*ram*

*ram Emo D. Card. de la Tremoille, & in Bononien. Cenſus 2. Martii 1703. §. Cumque fructus coram Rmo Anſaldo, & in Romana Immiſſionis 27. Junii 1712. §. Prout neque coram R. P. D.*
79 *meo Lancetta*: certius, quando agitur de reſtitutione fructuum jam conſumptorum, pro qua evitanda ſufficit quælibet juſta credulitas, & qualiſcumque erronea cauſa, ſive in facto, ſive in jure error conſiſtat, *Aretin. in leg. quod Uxor ff. de acquir. poſſeſſ., Roſa conſult. 12. num. 55., Adden. ad Buratt. deciſ. 184., Card. de Luc. de uſur. diſc. 12. num. 47., & diſc. 49. num. 9., Rot. coram Merlin. deciſ. 687. num. 9., coram Bichio deciſ. 19. num. 3., & in rec. deciſ. 265. num. 6. part. 17.*

## *Avenionen. Fideicommiſſi.*

Primogenitura ſub conditione: ſi heres Teſtatori prædecederet, inſtituta, ſimulque præcepto heredi dato, ut Bona certi alicujus territorii conſervare teneatur in commodum illius ex liberis maſculis, qui foret ejus heres, ità ut eadem Bona ſemper remaneant in domo, & agnatione Teſtatoris, ſucceſſio horum Bonorum ex fideicommiſſo defertur non ad filiam heredem ultimi poſſeſſoris, ſed ad Patruum, etiamſi primogenitura, deficiente conditione, ſub qua inſtituta fuit, evanuerit.

## VOTUM XIV.

1 *Primogenitura inſtituta ſub conditione: ſi heres Teſtatori prædecedat, evaneſcit, Teſtatore præmortuo.*

2 *Teſtator Bonorum alienationem probibens, ut ea in ſua domo, & familia conſerventur, perpetuo fideicommiſſo ſubjicere cenſetur*, & num. 78.

3 *Fideicommiſſum ex verbis illud præſupponentibus inducitur.*

4 *Fideicommiſſum ſupponit Teſtator volens Bona in ſua agnatione perpetuò conſervari.*

5 *Teſtator exoptans, Bona in ſua domo conſervari, ſolos Maſculos vocaſſe cenſetur*, & num. 7.

6 *Agnationis contemplationem præſefert Teſtatoris votum conſervandi Bona in ſua domo.*

8 *Deſcendentium nomine veniunt Maſculi, & Fœminæ.*

9 *Teſtator vocans ſolos Maſculos in priori parte diſpoſitionis, de iiſdem ſenſiſſe dicitur in poſteriori parte.*

10 *Cum pars una teſtamenti declaretur ab altera. Procedit, licèt fœmina deſcendat ab ultimo poſſeſſore*, num. 11.

12 *Succedendi modus à Teſtatore præſcriptus indoli etiam fideicommiſſi repugnans ſervandus eſt.*

13 *Maſculi ad fideicommiſſum tantùm vocati excludunt fœminas etiam deſcendentes ab ultimo poſſeſſore.*

14 *Cum fœminæ tunc dicantur de genere non vocato.*

15 *Vel earum vocatio ſuſpendatur, donec exiſtant maſculi.*

16 *Succedendi capacitatem tribuit qualitas moderatrix diſpoſitionis, nullâ habitâ ratione de linea, & gradu.*

17 *A ſucceſſione excluditur, cui objici poteſt* = ſubſtitutio de te non loquitur.

18 *Subſtitutio non debet extendi ultra gradus, & perſonas vocatas.*

19 *A fideicommiſſo ordinato favore Deſcendentium maſculorum, qui heredes eſſent ultimi poſſeſſoris, excluditur, qui non eſt heres.*

20 *Et evaneſcit per obitum ſine filiis ultimi heredis inſtituti.*

21 *Fideicommiſſum expirat, deficiente perſonâ vel gravatâ, vel vocatâ.*

22 *Subſtitutionis reſtrictio ad filium maſculum, & heredem non tollitur per prohibitionem alienationis Bonorum à Teſtatore factam.*

23 *Teſtator alienationem Bonorum probibens gravaſſe Deſcendentes omnes cenſetur.*

24 *Aliòquin prohibitio alienationis cum voto conſervandi Bona in familia eſſet inutilis.*

25 *Ex fideicommiſſo conſervatorio induci poteſt fideicommiſſum reſtitutorium in caſu obitus.*

26 *Et ab illo argumentum deſumitur ad hujus extenſionem.*

27 *Hæc tamen procedunt, quando vel nullum adeſt præcedens fideicommiſſum inſtitutum in caſu obitus, vel, ſi adeſt, in eo deſignati non ſunt certi gradus, & perſonæ ad illud vocatæ.*

28 *Aut quando pars diſpoſitiva ità eſt obſcura, ut ſubſtitutionum explicatio nequeat haberi ſinè ope partis prohibitivæ.*

29 *Teſtatoris voluntas deſumenda eſt ex parte prohibitiva, quando dubia eſt pars diſpoſitiva.*

30 *Prohibitio alienationis fideicommiſſum præcedenter inſtitutum non extendit, ſed illud magis confirmat.*

31 *Prohibitio alienationis cum voto conſervandi Bona in agnatione acceſſoria dicitur præordinatæ diſpoſitioni in caſu obitus, quando realis eſt.*

32 *Prohibitio alienationis cum voto conſervandi Bona in agnatione conſectaria fideicommiſſi dicitur, quando facta eſt poſt vocationem continentem certum ordinem ſubſtitutionum, & perſonarum.*

33 *Prohibitio alienationis heredi facta, perſonalis eſt*, & num. ſeq.

35 *Diſpoſitio referens reſtringitur ad perſonas præcedenter expreſſas in relato.*

36 *Prohibitio alienationis, & ratio conſervandi Bona in agnatione expreſſa dictionibus relativis ad perſonas in fideicommiſſo nominatas, alligata cenſetur iiſdem perſonis, & conditionibus, ſub quibus ordinatum fuit fideicommiſſum in caſu obitus.*

37 *Ratio, ut Bona in agnatione conſerventur, adjecta prohibitioni alienationis, conſecutivè ſtat ad præcedentia.*

38 *Prohibitio alienationis ſicuti fideicommiſſum non extendit, ità & ratio eidem adjecta.*

39 *Verbum* Deſcendentes *comprehendit ſolùm nepotes à primo herede inſtituto deſcendentes.*

40 Di-

40 Dictio = in perpetuo = denotat perpetuitatem temporis.

41 Clauſula = nullo umquam tempore = non valet extendere fideicommiſſum ad certos gradus, & perſonas reſtrictum.

42 Item clauſula = in perpetuo =.

43 Sicuti & quodlibet aliud verbum tractum ſucceſſivum temporis inducens.

44 Cum dictiones hujuſmodi intelligendæ ſint juxta ſubjectam materiam.

45 Et perpetuitatem indeterminatam non præſeferant, ſed ex ſubſtitutione præcedenti circumſcriptam.

46 Obſervantia multùm valet pro declaranda Teſtatoris voluntate.

47 Fideicommiſſi gravamen, niſi conjecturæ id ſuadeant, extendendum non eſt.

48 Voluntas Teſtatoris, quæ ex conjecturis deſumenda eſt, ſemper eſt dubia.

49 Teſtator plures diſpoſitiones independentes, & diverſas ordinare poteſt.

50 Diſpoſitiones invicem ſejunctæ, à conditionibus, & qualitatibus unicuique adjectis formam recipiunt, & num. 71., & 85.

51 Unius fideicommiſſi reſtitutio diſcretivè ab altero facienda eſt juxta diverſitatem caſuum, & conditionum, ſub quibus illa ordinata ſunt.

52 Fideicommiſſum unum, deficiente aliquâ conditione, deficere, aliud verò ſubſiſtere poteſt.

53 Fideicommiſſum totius hereditatis, vel quotæ univerſale dicitur.

54 Fideicommiſſum, quod imponitur ſuper re certa, ſingulare eſt.

55 In Succeſſorem univerſalem tranſit univerſum jus activum, & paſſivum Defuncti.

56 Perſonæ vocatæ ad fideicommiſſum univerſale, diverſæ eſſe debent ab aliis ad fideicommiſſum particulare vocatis.

57 Fideicommiſſum ſingulare legati loco habetur.

58 Heres à Legatario diſtingui debet.

59 Fideicommiſſum ordinatum ſuper Bonis alicujus territorii, particulare dicitur.

60 Sicuti & illud ordinatum ſuper certis corporibus, & rebus.

61 Fideicommiſſum deſumptum ex prohibitione alienationis comprehendente univerſa Bona ſtabilia, particulare dicitur.

62 Una, eademque perſona ad utramque univerſale, & particulare fideicommiſſum vocari poteſt.

63 Formalis diverſitas perſonarum ad univerſale, & particulare fideicommiſſum vocatarum ſufficit in futurum ſaltem eventum.

64 Primogeniti vocatio omnes alios excludit.

65 Diſcretivus loquendi modus, & diverſitas rationis moventis Teſtatorem, diverſitatem diſpoſitionis denotat.

66 Teſtator in generali diſpoſitione vocans Primogenitos ſolos, in particulari verò omnes de domo, & familia oſtendit diverſitatem diſponendi.

67 Teſtatores affectionem habentes ergà quædam Bona, ſolent ea particulari fideicommiſſo ſubjicere.

68 Participium injungendo, & ſimilia non ſemper inducunt cohærentiam unius diſpoſitionis cum alia.

69 Fideicommiſſorum dependentia excluditur ex diverſitate perſonarum, & conditionum.

70 Pro ſtatuenda diverſitate diſpoſitionis unius ab altera, inſpicienda non eſt verborum ſtructura, ſed earum ſubſtantia.

71 Diſpoſitiones, quæ res, & perſonas diverſas reſpiciunt, & quarum una perpetua, altera temporalis eſt, inter ſe cohærere non dicuntur, & num. ſeq.

72 Fideicommiſſum non deſinit in filio ex poteſtate illi data nominandi heredem Bonorum prohibitioni alienationis ſuppoſitorum.

73 Etiamſi filius iſtâ facultate uſus fuerit.

74 Præſertim, ſi ea facultas data fuerit ad deſignandam perſonam, à qua velut ſtipite fideicommiſſum progrederetur.

75 Primogeniti nominandi facultas non efficit, ut primogenitura deſinat in primo nominato.

76 Primogenitura, ſi heres non utatur facultate nominandi Primogeniti ſibi datâ, ad alios à lege, vel ab homine vocatos devolvitur.

77 Fideicommiſſum, ſi conſtet de illius perpetuitate, non deficit, licèt heres nominandi facultate non utatur.

79 Prohibitio alienationis, ut Bona perpetuò maneant in familia, effectum ſuum ſortiri nequit abſque perpetuo fideicommiſſo.

80 Fideicommiſſum ex prohibitione alienationis inductum, niſi aliud præcedat in caſu obitus, non dicitur conditionale, & num. 82.

81 Sed tamquam abſolutum efficit, ut Bona gradatim ad omnes de agnatione deferantur.

83 Fideicommiſſum ex prohibitione alienationis inductum, locum ſibi vindicat etiam in caſu obitus, quando prohibitio alienationis concepta eſt, tamquam principalis diſpoſitio.

84 Alienationis prohibitio per modum principalis diſpoſitionis expreſſa, ampliorem ſuo dicto interpretationem expoſcit.

86 Fideicommiſſi realitas perpetuitatem inducit.

87 Etiamſi prohibitio alienationis ad primum heredem directa fuerit.

88 Pro dignoſcenda realitate diſpoſitionis ejus cauſa ſpectanda eſt.

89 Alienationis prohibitio, ut bona in familia conſerventur, realis, & perpetua cenſenda eſt.

90 In fideicommiſſo agnatitio Maſculi etiam remotiores alterius lineæ fœminas excludunt.

91 Appellatione domus, filiorum, & Deſcendentium veniunt Maſculi, & fœminæ.

92 Sicut & appellatione caſatæ, ſeù cippi.

Fa-

Fabritius de Rivette

Dominicus Ignatius mortuus ſinè filiis. — Joſeph Cæſar — Jo: Baptiſta vivens.

Marguareta.

INTER D. Jo: Baptiſtam de nobili familia de Rivette, & D. Marguaretam ex Joſepho Cæſare fratre neptem ortâ controverſiâ ſuper ſucceſſione ad Bona avita Fabritii de Rivette, requiſitus fui, ut hac in re Judicium, ſententiamque meam pro veritate dicere velim. Quamobrem operi mihi injuncto manum admoventi examinandum occurrit d. Fabritii teſtamentum, in quo ſcripto ſibi herede univerſali ſuorum Bonorum Joanne Thoma filio, eidem in eo tantùm caſu, & non aliter, quo antè d. Fabritium Teſtatorem decederet, ſubſtituit ejus filium Primogenitum, in defectum iſtius Secundogenitum, & ſic de ceteris, hac verborum formulâ = *Au cas què le dit Thomas vint à mourir avant le dit Teſtateur, & non autrement à nomme, e nomme l'ainè des enfans Males du dit Thomas, & à de faut de l'Aine, le Puiſne, & ainſi des autres par ordre de primogeniture* = Præterea idem Fabritius Teſtator præcepit d. Thomæ filio, & heredi ſuo, ut Bona, quæ ipſe poſſidebat in loco, & territorio de Boniliis conſervaret favore, & commodo illius ex liberis ſuis maſculis, qui foret ejus heres; Itaut eadem ſemper remauere deberent penes unum ex domo, & agnatione de Rivette deſcendentem ex d. filio, & herede ſuo, prohibitâ idcircò in perpetuum alienatione prædictorum Bonorum.

Mortuo Fabritio, illius hereditatem adivit Joannes Thomas filius, & heres ab eo inſtitutus, qui ſuam paternæ diſpoſitioni conformando, ex tribus filiis maſculis, Dominico Ignatio nempe, Joſepho Cæſare, & Joanne Baptiſta, quos ſuperſtites relinquebat, heredem ſcripſit Dominicum Ignatium, injungendo illi onus, & præceptum conſervandi in perpetuum, & inviolabiliter omnia Bona mobilia, & immobilia, quæ poſſidebat in loco, & territorio de Boniliis pro illo filio maſculo d. Dominici Ignatii, qui ab eo heres inſtitueretur ſimili ordine indictâ prohibitione, numquam alienandi dicta Bona, ut perpetuò manerent penes unum de domo, & cognomine de Rivette.

Dominicus Ignatius poſt aditam d. hereditatem è vivis exceſſit, nullis relictis liberis, ſed ſcripſit Bonorum ſuorum heredem Joſephum Cæſarem fratrem, cui ſucceſſit D. Marguareta illius unica filia, & heres, quam viceversâ Jo: Baptiſta ejus Patruus excludere contendit à ſucceſſione dictorum Bonorum loci de Boniliis. Videturque primo oculorum conjectu, D. Jo: Baptiſtam intentionem ſuam benè fundare poſſe non quidem in titulo primogenituræ à Fabritio Teſtatore ordinatæ, quia, ceteris reſponſionibus omiſſis, cum illa penderet ab eo caſu, eaque conditione, quod nempe Jo: Thomas primus he-

res Teſtatori prædeceſſiſſet, per ejuſdem proindè
ſuperviventiam evanuit, perindè ac ſi ordinata 1
numquam fuiſſet, ex notatis à *Pariſio conſ. 14. n.
10. lib. 2., Bellon. jun. conſ. 35. nu. 11., & ſeqq.,
Altograd. conſ. 60. num. 2. lib. 1., Torr. de majorat., & Primog. Ital. lib. 2. quæſt. 17. num. 1.,
Peregr. de Fideicomm. art. 15. num. 3., Rot. in
rec. deciſ. 258. num. 11. & ſeqq. part. 15., in Romana Fideicommiſſi 26. Junii 1690. §. Nec obſtat
coram bon. mem. de Herv.ault, in Lauretana Fideicommiſſi 16. Mar. 1702., & 13. Januarii 1703.
per tot. coram R P. D. Lancetta, & in Eugubina Fideicommiſſi 9. Maii 1707. §. Etenim coram
eodem*.

Sed juſtè agere dici poteſt ex ſequenti diſpoſitione, ſeù præcepto à d. Fabritio Thomæ filio
ſuo, & primo heredi, deindeque ab illo Dominico Ignatio ſuo pariter filio injuncto, conſervandi nimirùm Bona loci de Bouiliis, illaque non 2
alienandi, ut perpetuò remaneant in uno de domo, & de agnatione de Rivette; Si enim fideicommiſſum conſtitutum dicitur non tantùm ex
verbis illud præcisè ordinantibus, ſed ex verbis
etiam illud præſupponentibus, ut reſcripſerunt 3
Imperatores Marcus, & Commodus in *leg. cum
proponebatur 66. ff. de legat. 2.*, & docent *Cyriac.
controv. forenſ. 96. num. 48., Petr. de Fideicom.
quæſt. 5. nu. 12. & 45., Rot. coram Bich. dec. 424.
ſub num. 8., coram bon. me. Emerix jun. dec. 116.
num. 6., & deciſ. 138. num. 9., in Romana, ſeù
Reatina Fideicommiſſorum de Vincentinis 2. Aprilis 1696. §. final. coram clar. me. Card. Caprara*;
Utique hæc voluntas conſervandi Bona in ſua
agnatione, expreſſâ verbis perpetuitatem, & in- 4
finitatem temporis importantibus, neceſſariò
ſupponit fideicommiſſum reſtitutorium favore
omnium Deſcendentium de familia de Rivette,
*Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 320. num. 28. & ſeqq.,
Saminiat contr. 110. num. 1. & ſeqq. tom. 2., Rot.
coram Coccin. deciſ. 1119. num. 2. & ſeqq., deciſ. 1162. num. 3. & ſeqq., & deciſ. 1230. per
tot.*; nam alioquin dicta Bona de Bouiliis apud
illos conſervari perpetuò non poſſent, ut ait *Papinian. in leg. cum Pater 79. §. Dulciſſimis ff. de
legat. 2., Aretin. in Centur. ſub num. 15. verſ. non
obſtat ff. de vulgar., Surd. conſ. 67. num. 20. &
ſeq., & conſ. 96. num. 22., Bellon. conſ. 1. nu. 75.,
Redenaſch. conſ. 35. per tot. lib. 1., Altograd. ſen.
conſ. 94. n. 2. lib. 2., Gratian. diſcept. forenſ. 828.
num. 24. & 44., Mantic. de conject. ultim. volunt.
lib. 6. tit. 14. num. 24. & ſeqq., clar. mem. Card.
de Luc. de Fideicom. diſc. 247. ſub num. 7., Torr.
variar. Jur. quæſt. tom. 1. tit. 2. quæſt. 9. num. 38.,
& quæſt. 15. num. 19., Rota penes eumdem tom. 2.,
in Miſcellan. part. 1. tit. 12. deciſ. 23. §. Quoniam,
in Romana Primogenituræ de Fabiis 12. Decembris*

*bris 1707. §. Certò autem certiùs coram bon. mem. Omanna, in Bononien. Cautelæ Angeli 20. Januarii 1708. §. Etenim coram Emo D. Card. Priolo in Aſſiſien. Immiſſionis 26. Junii 1709. §. Poſthabita coram Emo D. Card. de Polignac, confirmata 3. Februarii 1710. §. Quin abſtare coram Emo D. Card. Priolo, & in Imolen. Fideicommiſſi 10. Maii 1717. §. Ratio decernendæ & ſeqq. coram R. P. D. Corio.*

Ad illud verò invitatos cenſeri ſolùm Deſcen-
5 dentes maſculos, arguebatur ex pluries repetito
voto conſervandi dd. Bona in ſua *domo de Rivette*, quod ſicuti præſefert expreſſam agnationis
6 contemplationem, ex deductis per *Rot. cor. Card. Cerro dec. 910. num. 10. & ſeq., coram bon. mem. Emerix. jun. deciſ. 86. n. 10., & deciſ. 122. n. 23., in rec. deciſ. 69. num. 17. part. 17., dec. 27. num. 5. & 6., & deciſ. 164. num. 7. part. 18., deciſ. 683. num. 11. part. 19., in Ariminen. Fideicommiſſi de Provaſiis 19. Junii 1690. §. Tum quia coram Rmo Molines, in Firmana Fideicommiſſi 17. Mar. 1702. §. Solùm & ſeq., & 17. Apr. 1703. §. Quo enim coram bon. mem. Muto, in Spoletana Hereditatum 13. Junii 1704. §. Teſtatricem coram bon. mem. Omanna, in Baren. Immiſſionis 3. Decembr. 1708. §. Verùm coram Rmo Aldrovando, & in confirmatoria 3. Junii 1709. §. Hæc autem coram eodem, in Foroſempronien. Legatorum ſuper fideicommiſſa Antonii 2. Maii 1712. §. Et omnem coram eodem*, ità Teſtator ad illud vocaſſe cenſetur ſolos
7 maſculos Agnatos, per quos familiæ conſervantur, & propagantur, juxtà doctrinam *Joan. Andr. in addit. ad ſpeculat. rubr. de Teſtam., quam ſequuntur Bellon. jun. conſ. 72. num. 1., & conſ. 73. num. 17., Peregrin. de Fideicom. artic. 26. n. 15., Cyriac. contr. 691. n. 3., Caſtald. conſult. 12. n. 5., Rodulphin. allegat. 27. nu. 3., & allegat. 34. n. 2., Manſ. conſult. 102. in princ., & per tot., Rot. in rec. deciſ. 385. num. 26. part. 19., in Romana Primogenituræ de Nobilibus 26. Aprilis 1717. §. In ſubjecta coram R. P. D. Criſpo, & in Romana Primogenituræ de Bubalo 4. Junii 1717. §. Expreſsè autem, & in confirmatoria 9. Maii 1718. §. Concludebant denique coram R. P. D. Lancetta.*

Nec obeſſe poteſt, quod Teſtator uſus fuerit
communi nomine Deſcendentium ſuâ naturali,
8 ac propriâ ſignificatione Maſculos, & fœminas
indifferenter complectente, quia, dum ille in
prima teſtamenti parte ad ſucceſſionem in pri-
9 mogenitura vocavit ſolos Deſcendentes maſcu-
los; in ſequenti parte de ſolis pariter maſculis
ſenſiſſe dicendus eſt, cum una pars teſtamenti
10 declarari debeat ex altera, ut in propoſito dixerunt *Menoch. conſ. 585. nu. 14. & 19., Altograd. conſ. 60. num. 86. & 112. cum duob. ſeqq. lib. 1., Venturin. conſ. 25. num. 73. lib. 1., Rodulphin. allegat. 174. nu. 19. & ſeqq., Saminiat. contr. 138. num. 41. & ſeq., Torr. de majorat. Ital. part. 3. deciſ. 1. num. 22., Rota inter recollect. per Palm. nep. dec. 218. num. 7., in Fulginaten. Primogenituræ 14. Junii 1700. §. Fortiùs coram Rmo Molines, in Avenionen., ſeù Carpentoracten. Fideicommiſſi de Tertullis 2. Julii 1706. §. Et hæc coram R. P. D. Lancetta, in Foroſempronien. Legatorum ſuper fideicommiſſo Antonii 2. Maii 1712. §. Tum etiam coram Rmo Aldrovando, & in Romana, ſeù Interamnen. Fideicommiſſi 2. Martii 1716. §. Atque id ipſum coram R. P. D. Cerro.*

Idque procedit, quamvis D. Marguareta fruatur
prærogativâ lineæ ultimi poſſeſſoris, cujus heres 11
dumtaxat eſt, quippè Teſtator ſic, ut ſupra, diſ-
ponendo, ordinem irregularem præſcripſiſſe vi-
detur; Ideoque tamquam lex ſervanda omninò
erit hæc forma, & modus ſuccedendi ab eo præ- 12
ſcriptus, quamvis derogaret naturę fideicommiſſi,
& ordini Juris, *Pegas in tract. de obligation., & action. cap. 26. n. 21. & 43. reſolut. forenſ. tom. 3., in tract. de majorat. tom. 1. cap. 1. num. 52. cap. 2. nu. 8. 96. & 121.*, eâ ratione, quia iſto caſu linea
apud fœminam durat ſolùm naturaliter, & in
ſubſtantia, non verò civiliter, & in qualitate vo- 13
lita à Teſtatore; atque idcircò Maſculus excludit
ſemper fœminas, licèt contentas in linea ultimi
poſſeſſoris, cum eædem vel dicantur de genere 14
non vocato, *Roſa conſult. 69. num. 65., & meliùs num. 69. & ſeq., clar. me. Card. de Luc. de Fideicomm. diſc. 102. nu. 11. verſ. ſi ergò egregiè, Rocca diſp. Jur. ſelect. cap. 15. num. 5. 10. & 24., Rot. coram ſan. mem. Alexand. VIII. deciſ. 177. num. 28. & ſeqq., ad ornat. clar. mem. Card. de Luc. de Fideicom. deciſ. 38. n. 14., in rec. dec. 570. num. 10. part. 19., in Bononien. Fideicommiſſi de Urſis 26. Martii 1708. §. Verùm, & §. Quia hujuſmodi cor. Rmo Molines, confirmata 17. Maii 1709. §. Quibus ità conſtabilitis coram Rmo Aldrovando, & in Ravennaten. Fideicommiſſi Julii de Abbiſſis 7. Aprilis 1710. §. Et ſanè & ſeq. coram R. P. D. Criſpo*, vel earum vocatio ſuſpenſa di-
cenda ſit, donec extant Maſculi, ut diſtinguen- 15
do inter abſolutam & limitatam fœminarum ex-
cluſionem, tradit *Pegaſ. cap. 17. num. 75. de majorat*, & prius dixerat *cap. 10. num. 775. & ſeqq.*;
Quoties enim qualitas aliqua veluti moderatrix, 16
& arbitra diſpoſitionis tribuit capacitatem ſucce-
dendi, tunc nec de linea, nec de gradu curari
debet, *Manſ. conſult. 93. n. 33. & 44.*, ſed, poſt-
habitâ lineâ ſubſtantiæ, quærenda eſt linea qualitatis, *Surd. conſ. 349. num. 1. & ſeq., & conſ. 407. n. 35., Roſa conſult. 69. n. 68. & ſeq., & n. 157., Torr. variar. Jur. quæſt. tom. 1. tit. 2. quæſt. 1. num. 34., & quæſt. 12. num. 17., quæſt. 16. n. 19., & quæſt. 30. num. 13., deciſ. fiscal. apud clar. me. Card. de Luc. de Feud. art. 7. num. 328., Balducc. in collect. deciſ., & rer. judic. tit. 3. dec. 35. n. 3., & apud Torr. de ſucceſſ. in Primogen. Ital. dec. 24. nu. 33. & ſeqq., apud eumdem de pact. fut. ſucceſſ. dec. 209. num. 17. & ſeqq., & in recent. deciſ. 414. part. 18.*

Quamquam verò hæc plurimùm urgere videantur, nihilominùs tamen neptis non deſtituitur validis rationibus, quibus Patruum excludere queat à ſucceſſione in utroque ex dd. fideicommiſſis; quia, ſi ſermo ſit de illo ordinato à Fabritio, idem expiravit in Dominico Ignatio, cum conditum reperiatur favore Joannis Thomæ, & filii maſculi, qui erit ejus heres, cumque heres Joannis Thomæ fuerit Dominicus Ignatius, cujus Jura ex perſona Joſephi Patris il-

lius

lius heredis habet D. Marguareta; indè ſequitur,
17 quod D. Jo: Baptiſta à ſucceſſione prædicta re-
pellendus ſit communi illo effato: ſubſtitutio de
18 te non loquitur; Hæc namque extcudi numquam
debet ultra gradus, & perſonas, quarum favore
ordinata reperitur, juxtà theoricam Aretini in
leg. Gallus §. Et quod num.6. ff. de liber., & poſt-
hum., Honded. conſ.78. num.35.lib.1., Becc. conſ.
639. num. 12. & ſeqq., Peregrin. de Fideicomm.
artic. 14. num. 47. verſ. quamobrem, Rot. coram
Celſo deciſ.145. num.1., in Camerinen. Fideicom-
miſſi 16. Aprilis 1706. §. Indeque coram bon. me.
Omanna, in Ariminen. manutentionis 11. Maii
1716. §. Quin ſubſiſtat coram R. P. D. Foſcaro,
& in eadem Cauſa Ariminen. Fideicommiſſi de
Hippolitis 12. Aprilis 1717. §. Quo verò coram
eodem, & noviſſimè in Romana, ſeu Fanen. Fidei-
commiſſi 20. Junii 1718. §. Vocatio coram R.P.D.
Rovault de Gamaches.
Certiùs, quia Jo: Thomas heres inſtitutus, gra-
vatus fuit Bona controverſa reſtituere non om-
nibus ſuis filiis, ſed illi dumtaxat, qui fuiſſet ejus
19 heres; undè, cum qualitatem hanc non habeat
Jo: Baptiſta, excluſus planè cenſetur, ex notatis à
Soccino in leg. Gallus §. Inſtituens num. 5. ff. de
liber., & poſtb., Fuſar. conſ.95. num.9., Cyriac.
contr. forenſ. cap.629. num.11., Rota in Faventi-
na Juriſpatronatus 12. Maii 1710. §. Omnibuſque,
& 12. Junii 1711. §. Siquidem & ſeq. coram Rmo
D. Anſaldo Decano, & in Romana, ſeu Inte-
ramnen. Fideicommiſſi 2. Martii §. Id quod, & 11.
Junii 1716. §. Eodemque modo coram R. P. D.
20 Cerro, & per conſequens fideicommiſſum quod-
cumque per obitum ſiuè filiis Dominici Ignatii,
heredis inſtituti, evanuit, cum nulla ſuperſit
21 ampliùs perſona, quæ vel paſſivè gravata, vel
activè vocata diei poſſit, Fuſar. de ſubſtit. quæſt.
551. num. 1., Rocca diſputat. Jur. ſelect. cap. 19.
num.26., Rota in Vercellen. Reintegrationis 3.
Julii 1711. §. Accedente præſertim coram Illmo
D. meo Falconerio Almæ Urbis Gubernatore, &
in Romana, ſeù Fanen. Fideicommiſſi 20. Junii
1718. §. final. cor. R.P.D. Rovault de Gamaches.
Neque verò literalis hæc reſtrictio ſubſtitutio-
nis ad filium maſculum, & heredem Jo: Tho-
mæ heredis inſtituti tolli poteſt ex parte pro-
22 hibitiva, quâ Fabritius Teſtator vetuit aliena-
tionem quamcumque ſuorum Bonorum; Ex
quibus inferebatur, Teſtatorem gravare voluiſ-
ſe univerſam familiam, & Deſcendentes ſuos,
23 nè alioquin adeò ampla alienationis prohibitio
ordinata cum expreſſo voto conſervandi Bona in
familia, & Deſcendentibus ipſius Teſtatoris, &
cum verbis perpetuitatem temporis præſeferen-
24 tibus, irrita prorſus redderetur, ſi fideicommiſ-
ſum alios non complecteretur, quàm filios Do-
minici Ignatii filii, & heredis Jo: Thomæ, juxtà
auctoritates in rationibus dubitandi ſuperiùs al-
legatas.
Diſcurſus namque iſte nil turbat, quia pars
diſpoſitiva clara eſt, & concepta legitur cum re-
ſtrictione vocationis ad filium heredem Jo. Tho-
mæ, & quamvis ex fideicommiſſo conſervatorio
25 elici quandoque valeat fideicommiſſum reſtitu-
torium in caſu obitus quodque attinet ad hujus
durationem, progreſſum, & extenſionem, ab 26
illo liceat argumentum deſumere; nihilominus
hæc vel procedunt, quando nullum adeſt præce-
dens fideicommiſſum, ſive diſpoſitio ordinata in 27
caſu obitus, vel, ſi adeſt, in ea deſignati non re-
periuntur certi gradus, & perſonæ per illam vo-
catæ, ut tradunt Odd. conſ.65. nu.52., Gabriel.
conſ. 132. num. 67., & ſeq. lib. 1., Giovagnon.
conſ.39. num.14. & ſeq., Palm. ſen. conſ. 89. nu.
17. & ſeq., Ruin. conſ.121. num.8. lib. 2., Fu-
ſar. conſ. 17. num. 150., Caſanat. conſ. 4. num.
241. & ſeq., Altograd. conſ.79. num.70. & ſeq.,
Caren. reſolut.29., num.10., Peregrin. de fidei-
com. art.1. num.28., Torr. de majorat. Ital. part.
2. cap.13. num.29., clar. mem. Card. de Luca de
fideicom. diſc.51. num.9., Cyriac. contr. 608. nu.
8. & ſeqq., Rmus Anſald. Decan. in addit. ad
ſuam deciſ.5. num.65. part.3., & eſt conſtans Sa-
cræ Rotæ opinio, ut apud Giovagnon. conſ.39. nu.
56. & ſeqq., & part.4. diverſ. deciſ.466. in fin.,
coram Cavaler. deciſ.464. num.5., coram Merlin.
deciſ.864. num.22., coram Celſo deciſ.228. num.
4., & deciſ.376. num.8., coram bon. mem. Eme-
rix jun. deciſ.1163. num.16., in Romana Fidei-
commiſſi de Vincentiniis 6. Februarii 1702. §. Mi-
nùſque coram Emo D. Card. Scotto, in Romana
Fideicommiſſi 8. Junii 1705. §. Alii autem coram
clar. mem. Card. Caprara, confirmata 11. Janua-
rii 1706. §. Concomitantibus coram Rmo D. An-
ſaldo Decano, in Romana ſeù Sabinen. Fideicom-
miſſi 3. Februarii 1708. §. Ejuſdemque coram eo-
dem, in Bononien. Fideicommiſſi de Elephantutiis
27. Februarii 1708. §. His cum ſeq. coram Rmo
Aldrovando; Vel quando pars diſpoſitiva, &
vocativa tantam involveret obſcuritatem, ut 28
ſinè ope partis prohibitivæ, difficilis redderetur
ſubſtitutionum explicatio, Altograd. conſ. 79. nu.
7., & ſeqq. lib.2., Menoch. conſ.769. num.10.,
Cyriac. contr. 608. num.26., & ſeq., clar. mem.
Cardin. de Luca de fideicom. dict. diſc. 51. num.9.
circa med., Rot. in Camerinen. Fideicommiſſi 20.
Junii 1707. §. Haud relevante coram bon. mem.
Omanna, & in Faventina Fideicommiſſi de Paſiis
17. Februarii 1713. §. Quinimmo coram R.P.D.
Lancetta, & in Ariminen. Fideicommiſſi de Hip-
politis 12. Aprilis 1717. §. Hinc Domini coram
R.P.D. Foſcaro.
Et rectè quidem Doctores ſic cenſent his caſi-
bus; nam, cum Teſtator nihil diſpoſuit quoad
reſtitutionem fideicommiſſi, vel adeò obſcurè
locutus fuit, ut ex parte diſpoſitiva perſpici
nullo pacto queat ejus voluntas, hæc tunc inve-
ſtiganda, atque deſumenda eſt ex voto conſer-
vandi Bona, ex fideicommiſſo videlicet conſer- 29
vatorio elicito ex parte prohibitiva, inde juſtam
capiendo interpretationem tàm quoad duratio-
nem, quàm quoad perſonas in fideicommiſ-
ſo reſtitutorio comprehenſas, veluti medium
ad conſequendam Bonorum conſervationem
principaliter, & tamquam finem exoptatum,
de Ponte conſ. 46. num. 21., & ſeq. lib. 1.,
Bonden. collect. legal. 23. num. 16. part. 2., Ur-
ceol. conſult. 80. lib.2., latiſſimè Balducc. ad Ra-

*mon. conſ.61. num.64. & ſeq.*, *Rota in rec. deciſ.*
*322. num.16. part.14., deciſ. 358. num. 6. & ſeq.*
*part.16., deciſ.160. nu.3. & ſeq.*, *& deciſ. 339.*
*num.19.*, *& 20. part.17.*, *deciſ.356. num.2., &*
*ſeq. part.19.*, *& in Romana, ſeù Reatina Fidei-*
*commiſſi de Vincentinis 2. Aprilis 1696. §. ſepti-*
*ma in fin. coram clar. mem. Card. Caprara*; Secus
tamen eſt, quando, ut in caſu noſtro, pars diſ-
poſitiva nullâ indiget ſuppletivâ interpretatio-
ne, ſivè declaratione mutuanda ex parte prohi-
bitiva, tametſi hæc informata ſit voto conſer-
vandi perpetuò Bona in agnatione, ob eam ra-
tionem, quod hoc caſu tàm prohibitio, quàm
ratio illi adjecta, conſectaria, atque acceſſoria
cenſenda eſt; Ideoque utraque corroborare qui-
dem, firmiuſque reddere valet fideicommiſſum
30 ſive qualemcumque diſpoſitionem ordinatam in
caſu obitus reſpectu illarum perſonarum, & ca-
ſuum, ad quos expreſsè refertur, at non etiam
extrà eos extendere illud poterit, juxtà magiſtrale
*conſ. Dec. 636.*, *Fuſar. de ſubſtitut. quæſt. 683.*
*num.9.*, *Rub. in annot. ad deciſ.632. num. 81. &*
*ſeq. part. 4. tom. 3. rec.*, *Caſareg. poſt tract. de*
*ſucceſſ. reſolut. 11. num.9., & ſeqq.*, *Rot. coram*
*Dunoz. jun. deciſ.777. nu.9.*, *coram Bichio deciſ.*
*229. nu.1.*, *coram bon. mem. Emerix jun. deciſ.*
*1265. num. 6.*, *apud Paulut. diſſert. 15. deciſ. 2.*
*num.5.*, *& in ejus confirmatoria deciſ.496. nu. 3.*
*part.13. rec.*, *in Romana Fideicommiſſi de Goris 9.*
*Maii 1701. §. Idque non obſtante coram R̃mo An-*
*ſaldo Decano, in Camerinen. Fideicommiſſi 16. A-*
*prilis 1705. §. Deſiderium coram bon. mem. Omau-*
*na*, *& 20. Junii 1707. coram eodem*, *in Auxi-*
*mana Cenſuum 5. Maii 1710. §. Ejuſdem coram*
*R̃mo Anſaldo Decano*, *in Faventina Fideicom-*
*miſſi de Paſiis 17. Februarii 1713. §. Abſque eo*
*quod*, *& 19. Junii ejuſdem anni §. Minimè at-*
*tentis iis coram R. P. D. Lancetta, confirmata 7.*
*Maii 1714. coram R.P.D. Criſpo, cum aliis in ci-*
*tata Ariminen. Fideicommiſſi de Hippolitis 12.*
*Aprilis 1717. §. Aſt in præſenti coram R. P. D.*
*Foſcaro.*

Nec eſt, cur objiciatur, prohibitionem aliena-
tionis cum voto conſervandi Bona in agnatione
31 cenſeri non poſſe acceſſoriam, & conſectariam
diſpoſitioni ordinatæ in caſu obitus, eo quod il-
la, utpotè realis, conſideranda ſit tamquam per ſe
ſtans, atque independens ab altera. Nam, ut tàm
prohibitio alienationis, quàm illius ratio, uti
32 ſubordinata, & veluti acceſſoria, cohærere di-
catur fideicommiſſo ordinato in caſu obitus, ſi
ſatis eſt, quod eadem facta reperiatur poſt voca-
tionem continentem certum ordinem ſubſtitu-
tionum, vel habentem reſtrictionem ad certos
caſus, & perſonas, ut poſt *Dec. dict. conſ. 636.*
*magiſtraliter dixit Rota coram Card. Celſ. deciſ.*
*228.*, *& tradunt clar. mem. Card. de Luca de fi-*
*deicom. diſc.51. nu.9., diſc.53. num.17., & ſeqq.,*
*diſc.54. ſub num. 4. verſ. primus caſus & num. 5.*,
*Rot. apud Paulut. poſt diſſert.15. deciſ.2. num. 3.*
*5. & ſeqq.*, *coram Bich. deciſ. 297. num.22.*, *in rec.*
*deciſ.272. num.16. part.6.*, *deciſ.496. num.3. &*
*ſeq. part. 13.*, *in Auximana Cenſus 5. Maii 1710.*
*§. Alias coram R̃mo Anſaldo Decano*; Potiori
ſanè jure in caſu, de quo agitur, eadem reſul-
tare dicetur ex verbis, quibus concepta eſt; hæc
namque nullo pacto realem, ſed perſonaliſſimam
præſeferunt prohibitionem alienationis, quia
Teſtator illam non ordinavit ſimpliciter, & nul- 33
lâ factâ deſignatione perſonarum, ſed in ea de-
mandanda relationem habuit ad dict. Jo: Tho-
mam heredem; ambigi enim nequit, quin di-
ctio illa *andit Thomas ſon heretier* ſit perſonalis,
reſtrictiva, atque relativa, *Altograd. conſ.99. n.45.* 34
*lib.1.*, *Manſ. conſult.18. nu.35.*, *Rot. cor. Burat. dec.*
*742. num.8.*, *coram Bich. deciſ.297. nu. 28.*, *cor.*
*clar. mem. Card. Cerro dec.231. n.23. & ſeq.*, *in rec.*
*dec. 15. num.8. part.7.*, propterea que tamquam
ſuâpte naturâ efficiens, quod diſpoſitio referens
reſtricta cenſenda ſemper ſit ad perſonas præce- 35
denter expreſſas in relato, benè *Surd. deciſ. 85.*
*num.3.*, operatur etiam, quod prohibitio aliena-
tionis, & ratio conſervandi Bona in agnatione
illam informans, cum dictionibus tamen relati- 36
vis, atque reſtrictivis relatis ad perſonam no-
minatam in fideicommiſſo ordinato in caſu obi-
tus, reſtricta, atque alligata cenſenda ſit eiſdem
perſonis, atque conditionibus, & caſibus, ſub qui-
bus ordinatum fuit fideicommiſſum, vel vocatio
in caſu obitus, ut docuerunt *Giovagnon. conſ. 64.*
*num.21. lib.1.*, *Redenaſ. b. conſ.10. num. 3. cum*
*ſeqq.*, *Altograd. conſ.99. num.45. lib.1.*, *Fuſar.*
*conſ.3. num. 14. cum ſeqq.*, *& de ſubſtitut. quæſt.*
*663. num.6.*, *& 17.* ibi = *perſonaliſſima eſt pro-*
*hibitio, quando dictum fuit, nè ipſi filii, vel*
*ipſi heredes alienarent, idem dicendum eſſet, quan-*
*do aliis dictionibus relativis facta eſſet prohibitio*=,
*Raudenſ. de Analog. cap.15. num. 117.*, *Caſtill.*
*contr. jur. lib.4. cap.56. num.45. lib.5. cap.56. nu.*
*37.*, *Adden. ad Burat. deciſ. 742. num. 12.* ibi =
*dictio = dicti = reſtringit diſpoſitionem ad perſonas vo-*
*catas* =, *clar. mem. Card. de Luca de fideicom. diſc.*
*51. num.7.*, *Manſ. conſult.18. num. 35. & ſeqq.*,
*Vrceol. in appendic. ad conſult.47. num.13.*, *Rot.*
*coram Merlin. deciſ.669. num.8.* ibi = *quæ verba =*
*dictis = ſunt reſtrictiva, & relativa perſonarum, de*
*quibus in præcedenti diſpoſitione* =, *coram Bich. de-*
*ciſ.297. nu.21.* ibi = *maximè ponderato verbo = di-*
*ctis =, quod reſtringit prohibitionem ad perſonas ſu-*
*prà gravatas* =, *& deciſ. 560. num.9.* ibi = *ac pro-*
*hibitio Rutilii eſt perſonalis, quæ propterea, cùm*
*perſonam Cæſaris non egreditur* =, *Rot. coram bon.*
*mem. Emerix Jun. deciſ.56. num.7.*, *deciſ. 553.*
*num.4.*, *in Romana ſeù Reatina Fideicommiſſi 14.*
*Junii 1694. §. Etenim poſt med. coram bon. mem.*
*Muto, in Romana, ſeù Reatina Fideicommiſſi de*
*Vincentinis 6. Februarii 1707. §. Sed & quia co-*
*ram Em̃o D. Card. Scotto*, *in Vercellen. Reinte-*
*grationis 3. Julii 1711. §. penult. coram Illm̃o D.*
*meo Falconerio Almæ Vrbis Gubernatore*, *in Ro-*
*mana, ſeù Farfen. Immiſſionis 14. Aprilis 1714.*
*§. Quarta magis efficax coram R̃mo Molines, &*
*in Ariminen. Fideicommiſſi de Hippolitis 12. A-*
*prilis 1717. §. Nec hujuſmodi coram R.P.D.*
*Foſcaro.*

Atque hinc parum urgebat, quod Teſtator pro-
hibuerit alienationem, ut Bona *demeurent à perpe-*
*tuité à un de la Maiſon, e Surnom de Rivette de-*
*ſcen-*

Digitized by Google

37 *ſcendant de ſon dit fils*, quia, cùm, ut dictum eſt,
prohibitio alienationis ſtare dicatur cohærenter,
& acceſſoriè ad præcedentem diſpoſitionem, &
vocationem, dicendum ſanè eſt, quod etiam talis
ratio prohibitioni adjecta, illativè, & conſecutive
ad præcedentia intelligenda ſit, ut, præter auctori-
tates ſuperiùs allegatas, tradunt *Giovagnon. conſ.
39. nu. 8., Rot. in rec. deciſ. 300. nu. 20. part. 1., cor.
Ludoviſ. deciſ. 433. num. 11.*, & propterea, quem-
38 admodum prohibitio alienationis non inducit
novam diſpoſitionem, & fideicommiſſi exten-
ſionem, ſic etiam ratio eidem adjecta immutare
nequit naturam dictæ prohibitionis, *Giovagnon.
dict. conſ. 39. num. 5.*, ubi allegat quatuor *Sacræ
Rotæ deciſiones*, *Rota coram Merlin. deciſ. 669.
in princ.* ubi leguntur hæc verba = *ſed perpetuò
penes familiam Formicinorum illa eſſe voluit* =, *co-
ram Bich. deciſ. 297. num. 22.*, *coram Card. Celſo
deciſ. 228. num. 6.*, in qua legebantur hæc alia
verba = *Et ideo hæc fecit, ut omnia Bona prædi-
cta conſervarentur pro ipſo herede, ejuſque fami-
lia, & Succeſſoribus* =, *in Dicta Camerinen. Fidei-
commiſſi §. Deſiderium coram bon. mem. Omanna*,
*& in dicta Auximana Cenſus §. Ejuſdem inſuffi-
cientiæ coram Rmo Anſaldo Decano*, *& latiùs in
dict. Ariminen. Fideicommiſſi de Hippolitis 12.
Aprilis 1717. §. Multòque minùs coram R.P.D.
Foſcaro.*

Ut etiam non officit verbum illud = *deſcen-
dant de ſon dit fils* = in eadem parte prohibitiva
adhibitum, nam ex ratione reducendi ad con-
cordiam utramque diſpoſitionis partem, illud
intelligendum venit non de omnibus Deſcenden-
39 tibus in infinitum, & quandocumque naſcitu-
ris, ſed quidem de illo tantùm nepote à ſuo
filio herede inſtituto deſcendente, quem Te-
ſtator prius invitaverat, juxtà tradita in ſpecie per
*Alexand. conſ. 19. num. 1. lib. 1.*, *Dec. conſ. 336.*,
*Gozzadin. conſ. 30. num. 16. in fin.*, *Rota coram
Seraphin. deciſ. 883. num. 3. & ſeqq.*, *& in dict.
Camerinen. Fideicommiſſi 16. Aprilis 1706. §.
Verba enim coram bon. mem. Omanna*, *& in ſæ-
piùs citata Ariminen. Fideicommiſſi de Hippolitis
§. Nec majorem*; Idemque dicendum eſt de di-
40 ctione = *à perpetuité* = perpetuitatem temporis im-
portante; nam, quoties fideicommiſſum expreſ-
sè reſtrictum apparet ad certas perſonas, certoſ-
que gradus, ſimilia verba, & clauſulæ induce-
41 re nequeunt illius prorogationem, ut de clauſu-
la illa = *nullo umquam tempore* = reſpondit *Ro-
ta in dicta Romana, ſeù Reatina Fideicommiſſi
de Vincentinis 6. Februarii 1702. §. Ejuſdem co-
42 ram Emo D. Card. Scotto*, & de dictione illa =
*perpetuò* = *Rot. in Faventina Fideicommiſſi de Pa-
ſiis 17. Februarii 1713. §. Abſque eo quod coram
R. P. D. Lancetta, confirmata 19. Junii ejuſdem
anni §. Minùs attentis iis coram eodem, & 7. Maii
1714. coram R. P. D. Criſpo*, & generaliter de
quocumque alio ſimili verbo perpetuitatem, ſeù
43 tractum ſucceſſivum temporis importante, tra-
diderunt *Roland. conſ. 84. num. 11. lib. 1.*, *Ce-
phal. conſ. 510. num. 16.*, *Gabriel. conſ. 132. num.
21. lib. 2.*, *Menoch. conſ. 85. num. 104.*, *Surd.
conſ. 123. num. 14.*, *Fuſar. conſ. 4. nu. 56.*, *Mart.
de ſucceſſ. legal. part. 3. quæſt. 1. art. 5. num. 34.*,
*Rot. coram Cavaler. deciſ. 454. num. 11.*, *coram
Ludoviſ. deciſ. 433. num. 11.*, *in rec. deciſ. 300. nu.
25.*, *& deciſ. 486. num. 12. part. 1.*, *in Romana Fi-
deicommiſſi de Goris 9. Maii 1702. §. Idque non
obſtante coram Rmo Anſaldo Dec.*, *in Fanen. Fi-
deicommiſſi 4. Julii 1704. §. Neque ad effectum
cor. bon. mem. Omanna.*

Qui porrò omnes moventur prævalidâ illâ ra-
tione, videlicet, quod ejuſcemodi dictiones,
utpotè ſemper intelligendæ, atque reſtringen- 44
dæ juxtâ ſubjectam materiam, *Alexand. conſ. 86.
num. 2. lib. 1.*, *Dec. conſ. 521. num. 12.*, *Barboſ.
de diction. uſufreq. dict. 163. num. 3.*, *dict. 254. nu.
9.*, *dict. 308. nu. 5.*, *Gratian. diſcept. forenſ. 601.
num. 38.*, *Rot. in rec. deciſ. 5. num. 18. part. 18.*,
non præſeferunt veram, & indeterminatam, ſed
quamdam dumtaxat perpetuitatem impropriam, 45
& ex ſubſtitutione priùs ordinata circumſcrip-
tam, atque limitatam, ut in his præciſis termi-
nis inflectendo verba ſuperiùs enunciata, reſpon-
dit *Rota in dict. Ariminen. Fideicommiſſi de Hip-
politis §. Undè cum.*

Et denique hæc omnia confirmantur argu-
mento deſumpto ab obſervantia ſubſecuta, juxtâ
quam Succeſſores dicti Joannis Thomæ heredis
inſtituti de Bonis controverſis diſpoſuerunt uti
de ceteris Bonis liberis; quiſque autem novit
quantum huic obſervantiæ deferendum ſit prò 46
declaranda Teſtatoris mente, atque interpretan-
dis ultimis voluntatibus, *Haded. conſ. 92. nu. 27.
& ſeq. lib. 1.*, *Surd. conſ. 562. num. 10.*, *Rot. ad
ornat. clar. mem. Card. de Luca de fideicom. deciſ.
17. num. 12.*, *in rec. deciſ. 185. num. 4. part. 5.*, *in
Romana Immiſſionis 27. Junii 1707. §. Quibus
ità coram bon. mem. Caffarello*, *& in Urbevetana
Immiſſionis 22. Aprilis 1711. §. Ceterum coram
Rmo D. Anſaldo Decano.*

Hæc verò, quæ dicta ſunt reſpectu diſpoſitio-
nis Fabritii de Rivette, procedunt quoque quo-
ad teſtamentum Joannis Thomæ illius filii, &
heredis, veluti eâdem methodo, ac verborum
formulâ conceptum, ut ſupra retulimus; immò,
verò, cum Dominicus Ignatius, in quem ex utra-
que diſpoſitione Bona controverſa devenerunt,
ſinè filiis obierit, & per conſequens quæſtio am-
pliùs non ſit de inducenda activa vocatione ejus
Deſcendentium; ſed de extendendo paſſivo gra-
vamine favore aliorum alterius lineæ, ſive ſtirpis,
nempè favore Joannis Baptiſtæ, In his terminis,
cùm in oppoſitum non adſint conjecturæ ullæ 47
extenſivam hanc interpretationem juſtè ſuaden-
tes; ea dubio procul reſtringenda eſt ad perſo-
nam dicti Dominici Ignatii, *Fuſar. de ſubſtitut.
quæſt. 322. num. 1. & ſeqq.*, *Rot. coram Dunoz.
jun. deciſ. 648. num. 21.*, *coram bon. mem. Emerix
jun. deciſ. 1163. num. 2.*, *& in Romana, ſeù Fa-
nen. Fideicommiſſi 20. Junii 1718. §. Quæ porrò
in fin. cor. R. P. D. Rovavult de Gamochet.*

Libuit in medium afferre rationes, quæ in
utramque partem deduci poſſe reor, & inhærendo
iis, quæ doctè, ac luculenter enucleata fuerunt à
D. meo Advoc. de Firmin., cuncta expendere,
quæ prò tuendis, vindicandiſque juribus Dom.
Mar-

Marguaretæ requirentis conferre poſſe videntur;
Et quamvis verſemur in valdè ancipiti quæſtio-
ne, utpote quæ vertit in ſcrutanda, aſſequen-
daque Teſtatoris mente, verbis clare non expli-
cata, ſed deſumenda ex conjecturis, & per ſub-
auditos intellectus elicienda; ideoque ſuâpte
48 naturâ ſemper dubia, *Rota coram Bichio dec. 612.*
*num. 15., & ſeqq., coram Cerro deciſ. 538. nu. 3.*
*& ſeqq. inter collect. apud Palmam. dec. 88. num.*
*7. & ſeqq.*, nihilominus, quemadmodum crede-
rem in quæſtione hac in abſtracto conſiderata,
præfatam D. Requirentem validiſſimarum ratio-
num præſidio non deſtitui, ſic viceversâ in con-
creto caſus, de quo agitur, potiora eſſe cenſerem
jura Patrui illam à dictis fideicommiſſis exclu-
dere ſatagentis.

Moveor, quia certi juris eſt, quod Teſtator in
una, eademque teſtamentaria diſpoſitione plures
49 ordinare poteſt diſpoſitiones independenter,
quarum altera univerſalis ſit, altera verò par-
ticularis, ità invicem ſejuncta, ut unaquæque
50 illarum à conditionibus, & qualitatibus ipſi ad-
jectis formam recipiat, *Bellon. jun. conſ. 56. num.*
*12. & ſeqq.*, quod conſilium magiſtrale vocat
*Card. de Luca de fideicom. diſc. 128. in princip. &*
*num. 5., Actolin. reſolut. 39., Vreeol. deciſ. Flo-*
*rent. 34. num. 1., Rot. in una Auximana Prædii*
*19. Januarii 1680. coram bon. mem. Rondinino*
*impreſſ. in rec. deciſ. 537. num. 3. part. 19. tom. 2.,*
*confirmata 7. Junii ejuſdem anni §. Exiſtentiæ*
*coram eodem, & 23. Februarii 1684. §. Etenim*
*cùm ex toto, & 19. Junii ejuſdem anni §. Qui-*
*bus nihilominus coram bon. mem. Urſino*, adeo qui-
51 dem, ut nedum utriuſque fideicommiſſi reſti-
tutio diſcretivè fieri debeat juxtà diverſitatem
caſuum, & conditionum, ſub quibus illa ordina-
ta ſunt, *Rota coram Coccino deciſ. 1302. num. 18. &*
*ſeqq.*, verùm etiam contingere queat, quod, ali-
52 quâ deficiente conditione, ſub qua alterum ex
illis conditum reperitur, expiret, alterum verò
ſubſiſtat, & duret favore perſonarum ad illud
vocatarum, ut firmatur in ſuperius relatis au-
ctoritatibus, & erat caſus *deciſionum* editarum *in*
*dicta Auximana Prædii*, in quibus licèt ob mor-
tem heredum inſtitutorum cum filiis expiraſſe
diceretur fideicommiſſum univerſale ſuper totam
hereditate à Teſtatore conditum; nihilominus
non defecerat fideicommiſſum particulare, cui
idem fideicommittens prædium quoddam per-
petuò obnoxium eſſe voluerat, & probat *Rot. ad*
*ornat. clar. mem. Card. de Luca de fideicom. deciſ.*
*101. num. 3. & ſeqq.*

Prout certè in noſtra hypotheſi Fabritius Te-
ſtator duplex ordinaſſe videtur fideicommiſſum
ſive diſpoſitionem, primam quidem univerſalem
expiraturam, deficiente conditione, cui alligata
reperiebatur, alteram verò particularem, &
perpetuam ab illo prorſus contradiſtinctam:
Concurrunt namque requiſita, ſive extrema illa,
53 ex quibus cenſent Doctores, unam ab alia contra-
diſtingui; Nam, cum fideicommiſſum univer-
ſale dicatur illud, quod ordinatum legitur ſuper
tota, vel quota hereditatis; particulare verò il-
54 lud, quod imponitur ſuper re certa, non autem
in tota, vel in quota hereditatis, cum iſte termi-
nus non conveniat Succeſſori particulari, ſed 55
univerſali, in quem tranſit univerſum jus acti-
vum, & paſſivum Defuncti, minimè tranſiens
in fideicommiſſarium particularem, *Rota coram*
*Coccin. deciſ. 1302. num. 5.*; Et præterea, cum
oporteat, quod adſit diverſitas perſonarum, ut 56
videlicet perſonæ vocatæ ad fideicommiſſum
particulare ſint diverſæ ab illis, quæ vocatæ ſunt
ad univerſale, ex ea manifeſta ratione, quod,
cum illud ſit legatum, pernecesſè danda eſt di- 57
ſtinctio perſonarum, ut nempe alter ſit heres,
alter verò ſit Legatarius, ut benè poſt *Bellon. jun.* 58
*d. conſ. 56.* tradit *Card. de Luc. de Fideicomm. d.*
*diſc. 128. num. 5., Palm. alleg. 399. num. 3., &*
*ſeqq., Rota in ſæpè citata Auximana Prædii 23.*
*Februarii 1684. §. Sententia, & ſeqq. coram bon.*
*mem. Urſino.*

Utrumque ſanè ex dd. requiſitis concurrit in
caſu noſtro, nam, quod attinet ad fideicommiſ-
ſum, de quo hodiè eſt quæſtio, factum non le-
gitur ſuper tota, aut quota hereditatis, ſed ſuper
Bonis dumtaxat exiſtentibus in territorio de Bo- 59
niliis, ideòque eſt particulare, quale eſſe illud
ordinatum ſuper certis corporibus, & rebus, tra- 60
dunt ſuperiùs allegatæ auctoritates, &, præter il-
las, *Cyriac. contr. 205. num. 231., & ſeqq.*, con-
ſiderans deſignationem loci, in quo ſita ſunt
Bona, *Rota coram Dunoz. jun. deciſ. 846. n. 36.,*
*coram Coccin. deciſ. 1302. num. 4., in rec. dec. 12.*
*num. 35. part. 10., deciſ. 332. num. 27., & ſeqq.*
*part. 18., in Cæſenaten. Fideicommiſſi 19. Aprilis*
*1686. §. Sed Domini coram bon. mem. d. Hervault*,
quam cum aliis refert, & ſequitur *R̃mus D. An-*
*ſald. Decan. in ſua deciſ. 21. num. 6. juxta Ro-*
*man. impreſſ.*, & in fortioribus terminis, de fidei-
commiſſo videlicet deſumpto ex prohibitione 61
alienationis comprehendente univerſa Bona ſta-
bilia, quod particulare cenſendum ſit, docue-
runt *Peregrin. de Fideicomm. art. 5. num. 28. art.*
*51. ſub num. 30. verſ. nam fideicommiſſum, & nu.*
*32., Manſ. conſult. 156. num. 2., & ſeqq. tom. 2.*
*& conſult. 38. num. 2., & 3. tom. 9., Saminiat.*
*contr. 133. num. 31., & ſeqq., ubi contraria decla-*
*rat, Urceol. deciſ. Florent. 34., ead. Rot. Florent.*
*apud Palm. allegat. 399. num. 2., & num. 10., &*
*ſeqq., Rot. in rec. deciſ. 171. num. 10. part. 6.,*
*deciſ. 399. num. 15. part. 9., deciſ. 12. num. 35., &*
*ſeqq. part. 10., coram Dunoz. jun. deciſ. 800. n. 1.,*
*& ſeq., coram Merlin. deciſ. 265. num. 5., in Ra-*
*vennaten. Fideicommiſſi 4. Decembris 1699. §. Ve-*
*rùm his non obſtantibus coram Em̃o D. Card. Prio-*
*lo, & in Cæſenaten. Immiſſionis 10. Maii 1697.*
*§. Quod autem, & 2. Decembris ejuſdem anni*
*§. Particularibus verò coram eodem.*

Quod verò attinet ad ſecundum requiſitum,
clara eſt etiam diverſitas perſonarum, nam, ut
diximus in *§. Dominicus Ignatius*, Fabritius Te-
ſtator, ſcripto ſibi herede univerſali Thoma fi-
lio ſuo, ordinavit quidem primogenituram favo-
re nepotis in caſu, quo filius heres ſcriptus ſibi
prædeceſſiſſet, ſed hæc primogenitura ob defe-
ctum conditionis evanuit, & quatenùs, purificatâ
conditione locus illi factus fuiſſet, eadem ſiſtere
de-

Digitized by Google

debebat in filio primogenito, abſque eo quod ex verbis teſtamenti mihi communicatis perſpicere queam, an illa progreſſura eſſet nec ne ad alios Primogenitos ex primo vocato deinceps orituros; at vice verſâ ad fideicommiſſum ordinatum ſuper Bonis à Teſtatore poſſeſſis in loco de Boniliis vocantur omnes Agnati d. Thomæ, ob eam finalem rationem, ut illa perpetuò manerent in uno de domo, & cognomine *de Rivette*, ex quo ſanè indubia redditur diverſitas inter perſonas ad dd. fideicommiſſa vocatas; immò verò, cum non requiratur materialis diverſitas, ſive rerum, ſive perſonarum; quippe nedum
62 una, eademque res, ſed una, eademque perſona ad utrumque fideicommiſſum vocari poteſt, ut de primo ait *Rota deciſ. 26. num. 4., & deciſ. 433. num. 19. coram eodem*, & de ſecundo, *aliis relatis, tradit Adden. ad d. deciſ. 433. num. 24.*;
63 ſatis propterea eſt, quod adſit formalis illarum diverſitas in futurum ſaltem eventum verificabilis, ex diverſitate tum caſuum, & conditionum, tum etiam perſonarum ſubſtitutarum, quia nimirum perſona ſubſtituta in fideicommiſſo particulari ſit diverſa à ſubſtituta in univerſali, *Alexand. conſ. 67. num. 5. lib. 3., Rot. cor. clar. mem. Card. Cerro deciſ. 956. num. 15., in d. Auximana Prædii la 537. num. 5. part. 19., & in ejus confirmatoriis, in illa nempe edita die 7. menſis Junii 1683. §. Non obſtat cor. bon. mem. Rondinino, & die 23. menſis Februarii 1684. §. Diverſitas autem rerum, & 19. Junii ejuſdem anni §. Quibus nihilominùs cor. bon. mem. Urſino.*

Quamquam verò ſatis his conſtabilita dici poſſe videretur diverſitas inter diſpoſitionem univerſalem, & particularem; eadem tamen magis, magiſque eluceſcet, ſi inſpiciamus diverſam formam utrique datam, & difformem ſuccedendi modum, ceteraſque conditiones reſpectu utriuſque præſcriptas, nam in diſpoſitione univerſali vocatur filius primogenitus Thomæ, quæ
64 vocatio cum, excluſis omnibus aliis, includat ſolum Primogenitum, ut tradunt *Menoch. conſ. 915. num. 17., Caſtill. contr. jur. lib. 6. de interpret. ultim. volunt. cap. 131. num. 44., Palm. allegat. 5. num. 21., alleg. 96. num. 7., alleg. 214. n. 13., Rot. cor. ſan. mem. Alexandro VIII. deciſ. 182. num. 17., in rec. deciſ. 419. num. 15. part. 13., & deciſ. 519. num. 17. part. 14.*; ex hoc ſuccedendi modo, & forma à Teſtatore præſcripta in diſpoſitione, ſive inſtitutione univerſali heredis, evidens, & aperta redditur differentia à particulari diſpoſitione ſuper Bonis de Boniliis ab eodem facta.

Præterea, ſi diſcretivus loquendi modus, ſi di-
65 verſitas rationis moventis Teſtatorem, ſi denique ipſa rei manifeſtatio valuit umquam, ut ad rem noſtram dicitur in *Voto edito à bon. mem. d. Hervault in Ferrarien. Fideicommiſſi de Turchis inter deciſiones collectas ad ornat. clar. mem. Card. de Luc. de Fideicomm. in ordine la 92. num. 8., & ſeqq.*; hæc ſanè omnia in noſtro caſu evincunt diverſitatem, & independentiam unius fideicommiſſi ab alio. Apertus ſanè eſt diſcretivus,
66 longèque diverſus diſponendi modus, quo Teſtator reſpectu utriuſque fideicommiſſi uſus fuit; nam, ut alibi animadverſum eſt, diſpoſitio univerſalis ſiſtit in ſolo Thoma, vel in illius Primogenito vocato in caſu, quo ille Teſtatori prædeceſſiſſet, nullâ factâ ulteriorum Deſcendentium vocatione, prout facta legitur in diſpoſitione particulari, cui ſubjecta fuerunt Bona loci de Boniliis, ut perpetuò conſervarentur in uno de domo, & cognomine *de Rivette*, id autem non ſolùm nobis aperit diſcretivum judicium Teſtatoris reſpectu utriuſque diſpoſitionis, ſive fideicommiſſi, ſed nobis manifeſtat rationem, quâ confirmatur utriuſque diſtinctio, atque independentia, illaque deſumitur ex ratione ſpecialis affectionis erga dd. Bona, quæ perpetuò devenire voluit ad illos de familia Rivetta, ut penes eos conſervarentur, regulariter namque
Teſtatores ex hac peculiaris affectionis ratione 67
moventur ad rem aliquam particulari fideicommiſſo ſubjiciendam, Doctores *in leg. filius familias §. Divi ff. de legat. 1., Petr. de Fideicomm. quæſt. 1. num. 93., Rot. cor. Buratt. deciſ. 168. nu. 13., coram Dunoz. jun. deciſ. 846. num. 36., & ſeqq., ad ornat. clar. mem. Card. de Luc. de Fideicomm. deciſ. 101. num. 5., in rec. deciſ. 20. num. 1., & ſeqq, & deciſ. 245. num. 7. part. 10., in d. Auximana Prædii 19. Junii 1684. §. Conſtito igitur coram bon. mem. Urſino.*

Neque vero diverſitas iſthæc, & independentia unius fideicommiſſi ab alio validis argumentis conſtabilita, tolli poſſe videtur ex eo, quod illa diſpoſitionis pars, in qua ordinatum dicitur d. fideicommiſſum, cohærere videatur præcedenti
diſpoſitioni univerſali, cui conjungitur participio 68
illo = *Eniuignant* =, nam nec ſemper ſimilia participia inducunt talem cohærentiam, atque dependentiam, *Bartol. in leg. 1. in princip. ff. de vectigal., & publicar., Jaſon. in §. Æquè n. 45. inſtitut. de action., Palm. nep. alleg. 399. num 5., & 6., Rota Florent. inter collect. ab eodem dec. 213. num. 67., & ſeqq., Rota in rec. deciſ. 402. num. 37. part. 14., coram Cerro deciſ. 65. num. 7., & ſeqq.*, firmantes, dependentiam fideicommiſſo-
rum excludi propter diverſitatem perſonarum, 69
caſuum, & conditionum, etiamſi in diſpoſitione adhibitum reperiretur participium; &, quod magis eſt, talis dependentia in noſtro caſu conſiderari nequit, nam, ſi verum, prout certè veriſſi-
mum eſt, quod pro ſtatuenda diverſitate, & in- 70
dependentia unius diſpoſitionis ab alia, parvi facienda eſt ſtructura, & materialis contextus verborum, quibus utraque concepta legitur, ſed inſpicienda eſt earum ſubſtantia, & natura; profectò, hâc inſpectâ, perſpicua redditur diſtinctio, & independentia unius ab alia; quonam enim pacto invicem cohærere, atque in unum
coaleſcere poſſunt duæ diſpoſitiones, quæ reſpi- 71
ciunt res, & perſonas diverſas, quarum una refertur ad univerſale jus hereditarium, altera verò ad res particulares, & quarum una perpetua eſt, altera verò ad limitatum tempus, & certas dumtaxat perſonas reſtringitur? hoc ſanè caſu nemo non videt, perabſurdum eſſe inducere connexionem, atque dependentiam unius diſpoſitio-

tionis ab alia, *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.450. nu.8., Rot. coram Priolo deciſ. 59. per tot., & præſertim num.14., cor. clar.mem. Card. Cerro dec.956. num.15., in rec.deciſ.399. num.3., & 15.part.9., & diſertè firmatur in d. Auximana Prædii locis ſæpiùs allegatis.*

Conſtabilito autem, quod fideicommiſſum à Fabritio Teſtatore ordinatum ſuper Bonis loci de Boniliis, conſiderandum ſit, tamquam diſpoſitio quædam particularis per ſe ſtans, atque independens, eadem æſtimanda, judicandaque eſt juxta formam, & conditiones illi adjectas, pro-
72 ptereaque eadem expiraſſe dici nequit ex eo, quod ille filio, & heredi ſuo liberam fecerit poteſtatem, ut unum, &, quem vellet, ex filiis ſuis liberè nominare poſſet heredem Bonorum prohibitioni de non alienando ab ipſo ſuppoſitorum; quaſi ex iſtiuſmodi facultate rectè inferri queat, quod fideicommiſſum conſtitutum cenſendum ſit eo dumtaxat caſu, quo præfatus heres illâ non uteretur, at non etiam in contrario caſu,
73 quo vigore iſtiuſmodi facultatis heredem ſibi nominaſſet. Interpretatio namque iſta apertam vim facere videtur verbis, & menti Teſtatoris, qui Thomæ filio facultatem dedit nominandi unum ex ſuis filiis, non quidem, ut taxativè in
74 illo ſiſteret fideicommiſſum, ſed ut demonſtraret in ſuo ingreſſu ad quamnam deferretur perſonam, quæ eſſet ſtipes, à quo in ceteros progreſſurum erat, eo fermè modo, quo Teſtator
75 inſtituens primogenituram, ſive fideicommiſſum perpetuò duraturum, dando eidem facultatem nominandi primum heredem, ſive Primogenitum in tali fideicommiſſo, ſive primogenitura ſucceſſurum, ſecutâ nominatione, idem expiraſſe dici nequit in primo nominato, ſed ab illo relinquitur ceteris deinceps vocatis, quem-
76 admodum, non ſecutâ nominatione, deferretur ad perſonas ex legis interpretatione, & mente, vel ex conjecturata hominis voluntate vocatas, juxta notas in hac tractatione juris noſtri regulas.

Pari igitur modo in caſu, de quo agitur, ta-
77 metſi Thomas inſtituerit heredem Dominicum Ignatium unum ex ſuis filiis, non propterea in eo expiraſſe dici poterit particulare fideicommiſſum, de quo agitur, ſi alioquin conſtet de illius perpetuitate, quæ ſatis evinci videtur ex prohi-
78 bitione alienationis indicta, ut Bona perpetuo remanerent in uno de domo, & cognomine de Rivette, deſcendente à d.ſuo filio, per quam ſanè indefinitam, & generalem diſpoſitionem induci fideicommiſſum reſtitutorium inter omnes de familia, latè probant *Bald. in leg. quoties nu. 8. Cod. de Fideicomm., Gozadin. conſ. 52. num. 5., Riminal. conſ.739.num.53., & ſeqq. lib.7., Burſat. conſ.64. num.3. lib.1., Decian. conſ.84. n.28. lib.3., Altograd.conſ.92.num.14., & ſeqq. lib.1., Faber. in Cod. lib.6. tit.22. definit.4. num. 9., & ſeq., Mantic. de conject. lib. 6. tit. 14. num. 24., Fuſar. de ſubſtit. quæſt.688. num.85., & nu. 110. cum ſeqq., Montan. contr.51.num.1., Reynoſ. obſer. 68. num.30., & ſeqq., Peregr. deciſ.111. nu. 2. verſ. inſuper, nu. 3., Rot. in rec. deciſ. 284. n. 19.part.6., deciſ.16. num.11., & ſeqq part.14., deciſ. 298. num. 2. part. 16., deciſ. 360. num. 10. part.17., in Firmana Fideicommiſſi 2. Aprilis 9. Quæ omnia apertius, & 28. Junii ſub initium 1688. coram bon.mem. d. Hervault, in Romana Fideicommiſſi 8. Martii 1697. §. Denique id ipſum cor. bon.mem Urſino, in Ariminen. Fideicommiſſorum ſuper reconventione 26.Junii 1697. §. Vocatio autem coram Rmo Molines Generali Hiſpaniarum Inquiſitore, in Imolen. Fideicommiſſi 10. Maii 1717. §. Ratio decernendæ cum ſeqq. coram R.P.D. Curio*, qui omnes moventur ex eo, quod prohibitio, & una ſimul ratio illa, ut Bo- 79
na perpetuò maneant in familia, utpotè amplior, effectum ſuum ſortiri nequeat, niſi illius virtute inductum dicatur perpetuum fideicommiſſum gradatim ordinatum inter omnes de agnatione, & ſuperius animadverſum eſt in *§. Sed juſtè agere.*

Quod ſanè, ſi nullum aliud præcedat fidei- 80
commiſſum ordinatum in caſu obitus, non dicitur conditionale, & in caſu dumtaxat ſecutæ alie-
nationis à Teſtatore præſcriptum, ſed, utpotè ab- 81
ſolutum, atque perpetuum, efficit, quod in caſu etiam obitus Bona gradatim deferantur ad omnes de agnatione ſub d. alienationis ratione comprehenſos, juxta *conſil. Decii 637.*, & benè diſtinguendo, tradit *Rota coram Card. Celſo deciſ. 218. num. 12., & ſeqq., in rec. deciſ.222. nu.6. part.14.*; ità quidem, ut quæſtio illa, quâ diſceptatur, an fideicommiſſum deſumptum ex prohibitione alienationis facta, ut Bona perpetuò conſerventur penes omnes de agnatione, locum ſibi vindicet etiam in caſu obitus, à Doctoribus agitetur eo dumtaxat caſu, quo præcedat aliud
fideicommiſſum, ſive diſpoſitio, cui talis pro- 82
hibitio veluti acceſſoria, & conſecutiva cohærere poſſit, ſecus verò, ſi, ut mox dictum eſt, il-
lud deficiat; vel talis prohibitio munita ratione 83
conſervandi Bona in agnatione, expreſſa reperia-
tur per modum principalis diſpoſitionis, quæ, ve- 84
luti generatior, ſuo dicto expoſcat ampliorem interpretationem comprehendentem Agnatos omnes, ut, præter ſuperius allegatas auctoritates, tradunt *Rub. in annot. ad deciſ.532.num.84., & ſeq. part.4. tom.3. diverſ., Panimoll. annot.3. ad deciſ.43. num. 25., & ſeqq., in Firmana Prædii della Parapina 20. Junij 1696. §. Quo enim ad exiſtentiam coram Muto, in d. Ariminen. Fideicommiſſor. 26. Junii 1697. §. Quandoquidem objectum coram Rmo Molines, in d.Imolen. Fideicommiſſi 10. Maii 1717. §. Abſque eo quod coram R.P. D. Curio*; quamobrem in caſu noſtro vel nullum adeſt præcedens fideicommiſſum, & res plana erit, vel præcedit univerſalis aliqua diſpoſitio, & fideicommiſſum, & cum illud, quod reſultat ex
prohibitione alienationis, utpote ordinatum ſu- 85
per certis rebus, quibuſdam videlicet ſtabilibus, quæ ob peculiarem fortè affectionem Teſtator in agnatione ſua perpetuò conſervari voluit, dependere nullo pacto queat ab alia præcedenti diſpoſitione ordinata ſuper univerſali hereditate, nullam propterea reſtrictionem ab illo recipere poteſt, ſed indefinitè porrigitur ad omnes de agnatione.

Cer-

86 Certiùs, concurrente realitate fideicommiſſi,
ex qua inducitur etiam illius perpetuitas, ut ali-
87 bi dictum eſt, etiamſi talis prohibitio verbis di-
recta legatur ad primam heredem, quia non id-
circò ad ejus perſonam reſtricta cenſenda eſt,
88 nam, ſi pro dignoſcenda realitate diſpoſitionis
non ſimplex prohibitio, ſed ipſius cauſa, & ra-
tio ſpectanda eſt, *Odd. de probib. alienat. quæſt.*
*17. num.71., & quæſt.18. num. 87.*; cum in no-
ſtro caſu ea ſanè fuerit ratio prohibendi aliena-
89 tionem, ut nempè Bona ſemper conſervarentur
in familia, & agnatione, diſpoſitio proinde
realis, & perpetua cenſenda eſt, *Dec. conſ. 182.*
*num.3., Surd. conſ.67. num.20., & num.23., &*
*ſeq., conſ.96. num.39., Faber. in Cod. lib. 6. tit.*
*32. definit. 4. num. 11., Fuſar. de ſubſtit. quæſt.*
*688. num.121., Cenſal. ad Peregr. art.30. §. 8.*
*obſerva verſ. 3. realis, Mauſ. conſult.622. ſub nu.*
*14., Rocc. diſput. jur. ſelect. diſput.20. num.12.,*
*Rot. poſt Bonden. collect. legal. tom.1. deciſ.65. n.*
*7., Rot. in rec. deciſ. 125. num. 4. verſ. quam*
*etiam, & deciſ.193. num.7. part.1., deciſ. 67. n.*
*19. part.13., deciſ.166. num.3., & ſeqq. part.17.,*
*& deciſ.276. num.39. part.18., & in d. Imolen.*
*Fideicommiſſi §. In nibilum relevante*. Ut autem
notatum eſt in *§. Hæc verò, quæ dicta ſunt*,
omitto verba facere de poſteriori diſpoſitione
Joannis Thomæ, utpotè eodem jure, quo illa
Fabritii, cenſenda.

Quæ cum ità ſint, & veriùs cenſeam, fidei-
commiſſum, de quo agitur, perpetuum dicendum
eſſe, indè ſequitur, quod, ſi illud tale reputan-
dum ſit, D. Marguareta excluſa omninò fuerit à
Jo: Baptiſta Patruo, quia, quoties fideicommiſ-
90 ſum eſt agnatitium, & agnationis conſervandæ
gratiâ inſtitutum, dubio procul Maſculi etiam
remotiores, & alterius lineæ præferuntur fœmi-
nis, illaſque excludunt, ut tradunt *Gregor. Lo-*
*pez in leg.1. tit.13. part.6. gloſſ.2. quæſt.21. verſ.*
*& nota quod maſculus, Molin. de Rit. nupt. lib. 3.*
*quæſt.24. n.197., Caſtill. contr. Jur. lib.2. cap.4.*
*num. 76., Gratian. diſcept. forenſ. cap. 491. per*
*tot., Fuſar. de ſubſtit. quæſt.311. n.28. quæſt.325.*
*num.10., & quæſt.385. num.20., Roſa conſult.69.*
*nu.46., & conſult.158.*, ubi, quod nemo eſt, qui
contradicat, & probant auctoritates in ratione
dubitandi adductæ. Vel ad ſummum, ſubſiſtente
fideicommiſſo, ſed per aliam tum veram hypo-
theſim ſecluſâ agnationis contemplatione, indè
ſequeretur, quod ſolùm pro æquali eadem Mar-
91 guareta conſuccedere poſſet cum Joanne Bapti-
ſta, adjuvata videlicet interpretatione illâ, quod
appellatione *domus, Filiorum*, & *Deſcendentium*,
quibus verbis uſi ſunt Fabritius, & Jo: Thomas
Teſtatores, quum deficit contemplatio agnatio-
nis, in qua adeò apertis verbis in noſtro caſu vo-
lita fuit conſervatio Bonorum, comprehenduntur
92 Maſculi æquè, ac fœminæ, ut de vocabulo = *Do-*
*mus, Caſata*, ſeù *Cippi* = monent *Pariſ. conſ.35.*
*per tot., & conſ. 45. num. 50. lib. 3., Altograd.*
*jun. contr.70. num.1. & ſeqq., Rodulphin. allegat.*
*26. num. 2., clar. me. Card. de Luc. de Fideicom.*
*diſc.35. num.6. & 7., Rot. coram bon. me. Emerix*
*jun. deciſ.373. num.2., in rec. deciſ. 294. num.3.*
*part.16., deciſ.268. n.4. part.19., in Interamnen.*
*Juriſpatronatus 22. Martii 1706. §. Quod enim,*
*& 10. Decembris ejuſdem anni §. Iterùm coram*
*Emo D. Card. Scotto, & 15. Martii 1709. §. Quia*
*validitas & ſeqq. coram Emo D. Card. de Poli-*
*gnac, & in Sutrina Immiſſionis 28. Novembris*
*1707. §. Atque hinc coram Rmo Molines*, de vo-
cabulo = *filiorum* = *leg. cognoſcere 56. ff. de verb.*
*ſignific., leg. liberorum 220. ff. eodem, leg. ſi ità ſcri-*
*ptum ff. de legat.3., leg. ſi quis ità ff. de teſtam. tu-*
*tel., Peregrin. de Fideic. art.25. num.1., Rot. co-*
*ram Coccin. deciſ.581. num.2. part.5., deciſ.324.*
*num.2. part.17., in Romana Fideicommiſſi de Pa-*
*lazzolis 18. Aprilis 1704. §. Purificatio coram*
*bon. mem. Muta, & 5. Decembris ejuſdem anni*
*§. Primo coram eodem, in Camerinen. Fideicom-*
*miſſi 18. Martii 1707. §. Minùs, & §. Haud rele-*
*vante coram Emo D. Card. Priolo, in Reatina*
*Succeſſionis 3. Junii 1709. §. Decidendi ratio co-*
*ram eodem, in Melevitana Fideicommiſſi 21. Fe-*
*bruarii 1710. §. Ac hujuſmodi coram eodem, &*
*in Hortana Immiſſionis 6. Junii 1710. §. Ratio co-*
*ram bo. me. Caffarello*. Et de vocabulo = *Deſcen-*
*dentium* =, *Surd. conſ.308. num.7., conſ.316. n.1.,*
*Menoch. de præſumpt. tit.4. præſumpt.84. n.26.,*
*Mantic. de conject. ultim. volun. lib.8. tit.11. n.1.*
*& ſeqq., Peregrin. de Fideic. art. 20. num.8., Fu-*
*ſar. de ſubſtit. quæſt. 325. num. 1., Cyriac. contr.*
*269. num.56., Rot. in rec. deciſ.318. n.1. part.2.*;
Idcircò ſuper hoc motivo innixo hipotheſi inſub-
ſiſtenti conſultò non inſiſtimus.

## *Carpentoracten. Fideicommiſſorum.*

Filiorum nomine, an, & quando nepotes, ac etiam ulteriores Deſcendentes vocati cenſeantur? *Filiorum* nomen ad filios dumtaxat primi gradus reſtringitur; *Liberorum* verò ad omnes protenditur Deſcendentes. Verbum *Enfans* gallico idiomate idem valet, ac quod latinè *Liberi*. Fideicommiſſum perpetuum, & ſucceſſivum inter Deſcendentes ex quibus arguatur? Reſtitutionis gravamen vocationem ad fideicommmiſſum infert.

## VOTUM XV.

1 *Prælegatum, deficientibus perſonis ad illud vocatis, expirat, Bonaque efficiuntur libera.*

2 *Præſertim favore Creditorum eadem Bona obligata habentium ex cauſſa onerosa.*

3 *A ſucceſſione quis non vocatus excluditur communi illo effato*: Subſtitutio de te non loquitur.

4 *Subſtitutio ultra gradus, & perſonas expreſſas non extenditur.*

5 *Filiorum nomen ex propria ejus ſignificatione nepotes, alioſque Deſcendentes non complectitur.*

6 *Eoque nomine iidem non ſolent appellari.*
*Et quando in ejuſmodi ſignificatione uſurpatum cenſendum ſit?* num.7. ad 10.

7 *Filiorum nomen non fuiſſe à Teſtatore extenſum*

ſum ad ulteriores Deſcendentes, arguit facta expreſſio nominis Patris illorum.
Adhibitâ præſertim dictione = detti =, nu. 8.
Argumentum ejuſmodi valet ubi agnatio principaliter eſt contemplata, num.65.

8 Dictio = detti = perſonalis eſt.
Et filiorum nomen taxativè reſtringit ad filios primi gradus, ibid.

9 Filiorum nomen ab altero nepotum diſcretivè adhibitum, ad ulteriores Deſcendentes non porrigitur.
Intellige, ſi diſcretiva hæc adſit in parte diſpoſitiva, ſecùs, ſi in parte ſolum conditionali, num. 48.

10 Filiorum nomine ulteriores Deſcendentes vocati non cenſentur, quoties Teſtator in defectu vocatorum alios ejus filios ſubſtituit.
Hæc tamen conjectura ex eo rejicitur, quod, etiam in fideicommiſſis perpetuis, ejuſmodi ſubſtitutiones demandari ſolent, num. 66.

11 Agnationis contemplatæ conjectura quando nec nè ſufficiens argumentum præbeat comprehenſionis ulteriorum Deſcendentium ſub nomine filiorum? & num. 12. & ſeq.

12 Fœminarum perpetua excluſio indicat ſexus prædilectionem, non verò operatur fideicommiſſi extenſionem ad perſonas non expreſſas.

13 Eamdemque extenſionem non inducit reciproca inter Maſculos ordinata.

14 Miniſque agnationis contemplatio ex iis deſumptâ conjecturis.

15 Agnationis favor aptus non eſt extenſionem, & multiplicationem ſubſtitutionum operari.

16 Et locum habet tunc ſolùm, cum purificatur conditio ſubſtitutioni adjecta.

17 Agnationis conſervandæ ratio intelligenda eſt juxta terminos præcedentis ſubſtitutionis, rejectâ extenſione de caſu ad caſum.
Neque egreditur caſum à Teſtatore diſpoſitum, ibid.

18 Alienationis probibitio generaliter non concepta, fideicommiſſum ultra caſum diſpoſitum non ampliat.

19 Alienationis probibitio, ac ratio conſervationis Bonorum perſonas non vocatas non includit.

20 In fideicommiſſis quærendum non eſt, cur in uno potiùs, quàm in altero caſu Teſtator ita diſpoſuerit.

21 Fideicommiſſi gravamen adjectum proximioribus, quoad remotiores repetitum non cenſetur.
Intellige, ut num.70. & 71.

22 Bona plerùmque penes remotiores libertatem aſſequuntur.

23 Primogenituræ temporaria, & ad certas perſonas reſtricta, improbata non eſt.

24 Succeſſivus ordo in primogenitura expreſſus nil aliud indicat, quàm, ſpectandam eſſe prærogativam gradus.
Et inæqualis gradus perſonas non eſſe ſimultaneè admittendas, ibid.

25 Conjecturalis materia ſemper dubia eſt.
Et quod ex conjecturis elicitur, clarum dici nequit, ibid.
Contrariis enim elidi poteſt conjecturis, ibid.
Conjectura autem una, atque eadem ſæpè efficax ab uno; ab alio inefficax ſolet reputari, ibid.

26 In fideicommiſſis voluntas Teſtatoris inſpicienda eſt, rejectis verborum ſubtilitatibus.

27 Filiorum nomen ex præſumpta Teſtatoris voluntate nedum ad nepotes porrigitur.

28 Verùm omnes complectitur Deſcendentes.

29 Præſertim, cum quæſtio non agitur de fideicommiſſi exiſtentia, ſed de illius dumtaxat duratione.

30 Ad Majorum Bona tacita naturæ conſenſu omnes eorum poſteri vocantur.

31 Teſtator non perſonis dumtaxat primi gradus, ſed omnibus Deſcendentibus proſpexiſſe cenſetur.
Et filiorum nomen pro ſynonimo cum illo Deſcendentium uſurpaſſe, ibid.

32 Præſertim, cum agitur de Bonis antiquis, ac de feudis particulari alicui fideicommiſſo ſubjectis.

33 Bona antiqua, ac feuda non debent ex facto heredis divelli à Teſtatoris Deſcendentibus.

34 Teſtator ex quibus cenſeatur ſub nomine filiorum ulteriores ejus Deſcendentes comprehendere voluiſſe, & num.35. & ſeq.

35 Fideicommiſſi reſtitutorii onere gravato Teſtatoris filio, iſtius etiam filii gravati ſunt cenſendi, & ratio num.36.

36 Teſtator minùs liberalis in ſuos filios, quàm in filios illorum nequit præſumi.

38 Oratio indefinita æquipollet univerſali.

39 Filiorum vocatio gallico idiomate facta per verbum = des enfans =, omnium Deſcendentium comprehenſiva eſt, & num.40. & 41.

40 Verbum = des enfans = italico idiomate exponitur = per figli =; latinè verò pro = liberis = uſurpatur.

41 Et filii gallicâ linguâ appellantur = fils = non verò = enfans =.

42 Filiorum nomen ab alio = Liberorum = differt, quòd iſtud omnes complectitur Deſcendentes; illud non item.

43 Liberorum nomine apud Gallos comprehenſi omnes Deſcendentes intelliguntur.

44 Niſi de primis Liberis expreſſè Teſtator fuerit locutus.

45 Procedit, licèt de Liberis ſuperviventibus mentionem fecerit in parte conditionali, & ratio, num. ſeq.

46 Qualitas ſuperviventiæ quoad Liberos à Teſtatore expreſſa, æquè filiis primi gradus, ac aliis congruit Deſcendentibus.

47 Datâ omnium vocatione, filius ſuccedit in locum Patris; nepos, & pronepos in locum Avi, & Proavi defunctorum.

49 Pars conditionalis repetitiva eſt omnium graduum, & perſonarum in diſpoſitiva contemplatarum.

50 Graduum autem pluralitas in conditionali expreſſa, ſub Liberorum nomine in diſpoſitiva ineſſe reputatur.

51 Quod idem eſt, ac ſi fuerint iidem gradus expreſ-

*preſſim in diſpoſitiva comprehenſi.*

52 *Procedit maxime, ſi Teſtator gradualem ſucceſſivum ordinem expreſſerit.*

53 *Succeſſivus ordo inter filios primi gradus, utpotè unum gradum conſtituentes, dari nequit.*

54 *Succeſſivus ordo inter fratres verificari nequit, niſi per diverſorum graduum perſonas.*
*Præſertim, ſi dè primogenitura agatur*, n.55., *& ratio*, ibid.

55 *Primogenitura ſecumfert plurium graduum, & perſonarum collectionem.*
*Ac perpetua eſt inter omnes Deſcendentes. Neque ad primi gradus perſonas reſtrictionem patitur*, ibid.

56 *Repugnant autem in ea ſucceſſivus ordo, iſtiuſque circumſcriptio in primo, aut ſecundo gradu, & ratio* num.57.

57 *Primogenitura de ſe expoſcit actualem Primogeniti, ſimulque habitualem omnium illius Deſcendentium incluſionem.*

58 *Primogenitura nequit ad aliam lineam tranſire, Primogeniti lineâ non extinctâ.*

59 *Ad primogenituram debere admitti Secundogenitum potiùs, quàm filium Primogeniti defuncti, repugnat, nec præſumendum eſt.*

60 *Immò, in dubio, pro Primogenito ultimi Poſſeſſoris eſſet capienda interpretatio.*

61 *Secus tamen eſſe poſſet, expirato primogenituræ onere, aut quando Teſtator ad lineam reſpexerit non ſubſtantiæ, ſed qualitatis.*

62 *Fideicommiſſum perpetuum, & ſucceſſivum arguitur ex voto conſervationis Bonorum in agnatione deſumpto ex inſtitutione, ac ſubſtitutione Maſculorum, nec non perpetua fœminarum excluſione.*

63 *Procedit, licèt non ex verbis expreſſis, ſed ex conjecturis dumtaxat idem votum eliciatur.*

64 *Agnationis conſervandæ ratio ſi ſtet non conſecutivè, ſed principaliter, diſpoſitionem extendit, etiam ultra perſonas, & gradus non expreſſos.*

67 *Teſtator ſi ubi voluit vocare nepotes, id expreſſit, ubi id non expreſſit, cenſetur noluiſſe.*

68 *Intellige, id procedere, ubi non adſint conjecturæ eorum vocationem ſuadentes.*

69 *Prout, ſi ejus filiis gravamen reſtitutionis Teſtator impoſuit, cenſetur cum eodem gravamine etiam nepotes invitaſſe, Secùs, ut* num. 70.

70 *Gravamen reſtitutionis filiis impoſitum tunc non cenſetur quoad nepotes repetitum, cum de contraria conſtat Teſtatoris voluntate.*

71 *Secùs, cum dubia illa eſt.*

72 *In fideicommiſſis, ac primogenituris nil tàm repugnat, quàm translatio ſucceſſionis à Deſcendentibus ad remotiores Tranſverſales.*

73 *Lineæ unius duratio aliam excludit.*

74 *In linea poſſeſſoris ratio continuationis prævalet alterius ingreſſui.*

75 *Gravatus reſtituere, vocatus cenſetur.*
*Gravamen enim antecedentem vocationem ſupponit*, ibid.

De Ultim. Volunt. Pars I.

76 *Fideicommiſſi progreſſus, & duratio favore vocatorum ex quibus deſumatur?*

JOANNES de Paduanis in teſtamento condito anno 1682. poſt ingens legatum relictum Spiritui filio ſuo, quod tamen obnoxium eſſe voluit primogeniali fideicommiſſo progreſſivo ad filios filiorum ejuſdem Spiritus expreſsè ſubſtitutos, fœminis prorsùs excluſis, aliam ordinavit ſubſtitutionem favore Pauli, & Joannis Franciſci ſuorum pariter filiorum, locum quidem habituram in caſu, quo d. Spiritus, ejuſque filii ſinè filiis decederent, illamque hiſce verbis explicavit = *E venendo eſſo Signor Spirito a morire in qualſivoglia tempo con figli maſchi naturali, e legitimi a lui ſopraviventi, eſſo gli ſoſtituiſce per dritto di fideicommiſſo i detti di lui figlioli maſchi per dritto di primogenitura graduale ſucceſſiva da uno all' altro in tutti li ſuoi Beni prelegati, e venendo egli à morire, come ſopra, ſenza figli maſchi à loro ſopraviventi, in qual caſo egli hà loro ſoſtituito, e ſoſtituiſce volgarmente, pupillarmente, e per fideicommiſſo in dd. Beni prelegati i ſopranominati Signori Paulo, e Gio: Franceſco Paduani ſuoi figli maſchi, e ciaſcheduno di eſſi per ordine ſucceſſiva da uno all'altro, proibendo, che le figlie dell' uno, nè degl'altri ſopranominati ſuccedino in dd. Beni, mentre eſſi, ò i loro figli maſchi viveranno* =

Eâdemque methodo retentâ, in reliquis ſuis Bonis heredem univerſalem per viam tamen ſimplicis fideicommiſſi inſtituit eumdem Spiritum, eique ſubſtituit ejus filios maſculos, & reſpectivè nepotes, eodem verò Spiritu, ſive ipſius filiis ſinè filiis obeuntibus, ad ſucceſſionem invitavit præfatos Paulum, & Joannem Franciſcum filios ſuos, inquiens = *E venendo l'Inſtituto à morire in qualſivoglia tempo ſenza figli naturali, e legitimi, e dal ſuo proprio corpo, e da altro vero, e legitimo Matrimonio procreati à lui ſopraviventi, ò dd. ſuoi figlioli ſenza figli, eſſo gl' hà ſoſtituito, e ſoſtituiſce per dritto di fideicommiſſo univerſale nelli Beni della ſua Eredità li ſopranominati Signori Paolo, e Gio: Franceſco Padovani ſuoi fratelli per uguali parti, e porzioni, e il ſopravivente di eſſi intieramente, caſo, che l'altro ſia morto ſenza figli allora ſopraviventi* =

Virtute iſtiuſmodi diſpoſitionis tàm Bona prælegata, quàm cetera alia hereditaria Joannis de Paduanis delata fuerunt primò ad Spiritum, & deindè, eo mortuo, ad Joſephum Franciſcum de Antelon filium, qui duplex quoque ſuper ſuis Bonis ordinavit fideicommiſſum, unum particulare favore Hyacinthi Pii ejus filii ſecundogeniti, alterum verò univerſale favore Joſephi Aloyſii primogeniti Marchionis de Berna cum reciproca ſubſtitutione inter illos, & eorum filios, ſi alterum alteri ſinè filiis maſculis prædecedere contingeret; ſin autem omnes, nullis ſuperſtitibus filiis maſculis, obirent, dd. fideicommiſſa deferri voluit ad ipſius Teſtatoris, & ſuorum filiorum filias fœminas, ibi = *E venendo detto Signor de Berna à morire in qualſivoglia tempo ſenza figli maſchi naturali, e legitimi da vero, e legi-*

*timo Matrimonio nati, e procreati, ogni finzione di dritto ceſsando, eſso Signor Teſtatore hà ſoſtituito, e ſoſtituiſce al d. de Berna volgarmente, e per fideicommiſso il detta nobile Sig. Giacinta Pia Flaviano per ordine di primogenitura, e venenda detta Signor de Berna, e detto Sig. Giaciato Pia Flaviano Padovani ſuoi due figli, e i loro figli maſchi naturali, e di legitimo Matrimonio nati à morire in qualſivoglia tempo, ha ſoſtituito, e ſoſtituiſce volgarmente, pupillarmente, e per fideicommiſſo le figliole del d. Sig. Teſtatore, e quelle del detto Sig. Padovaai, e detto Sig. Giacinto Pio Flaviano potrebbero avere di legitimo Matrimonio* = Quamobrem, ſecutâ morte Hyacinthi Pii Flaviani abſque filiis, omnia, & ſingula Bona fideicommiſſaria tàm Joannis, quàm Joſephi Franciſci delata fuerunt ad d. Joſephum Aloyſium de Berna, qui plures, plureſque alienationes fecit Bonorum fideicommiſſariorum, & reliqua Bona non diſtracta reſtituit Marchioni Franciſco Carolo ejus filio; ſuper quibus cùm hic timeat moleſtias Creditorum Patris, Judicium, ſententiamque meam pro veritate requiſivit, an nempe jure proprio ad dd. fideicommiſſa ſit vocatus, horumque ope Patris Creditores, quatenus urgeant, repellere valeat?

Rem igitur ordiendo ab examine prælegati conditi à Joanne, primo oculorum conjectu dicendum videtur, illud expiraſſe in Joſepho Aloyſio, & per conſequens ſub illo comprehenſa Bona, veluti effecta libera, hypothecis Creditorum ejuſdem Joſephi Aloyſii obnoxia facta fuiſſe; cum enim d. prælegatum ordinatum reperiatur
1 favore Spiritus, ejuſque filiorum, & reſpectivè Teſtatoris nepotum, extra quem gradum eſt Marchio Franciſcus Carolus pronepos in litera teſtamenti minimè comprehenſus, juſta inde oriebatur præſumptio libertatis Bonorum cujuſcumque fideicommiſſi excluſiva, ut tradunt *Menoch. de præſumpt. lib. 1. quæſt. 30. per tot., Peregrin. de fideicom. art. 43. num. 2., Caſsador. dec. 1. num. 9., Rot. coram Coccino dec. 29. n. 7., coram bon. mem. Emerix jun. deciſ. 259. num. 7., in rec. deciſ. 199. num. 12. part. 19.*; favore præſertim
2 Creditorum obligata habentium controverſa Bona ex cauſa oneroſa, *clar. mem. Card. de Luca de fideicom. diſc. 225. num. 7., Rot. in rec. dec. 425. num. 19. part. 9., & in Avenionen. ſeu Carpen. Primogeniture, ſeu Concurſus 23. Junii 1705.*
3 *§. Præſertim coram bon. mem. Muto*; Ita quidem, ut Marchio Franciſcus Carolus à ſucceſſione repellendus ſit communi illo effato: ſubſtitutio de te non loquitur, hæc namque extendi numquam
4 debet ultra gradus, & perſonas, quarum favore ordin ita reperitur, juxta theoricam *Aretini in leg. Gallus §. Et quod nu. 6. ff. de liber. & Poſth., Honded. conſ. 78. num. 35. lib. 1., Becc. conſ. 639. num. 12. & ſeqq., Peregrin. de fideicomm. art. 14. num. 47. verſ. quamobrem, Rot. coram Celſo deciſ. 845. num. 1., & in Camerinen. Fideicommiſſi 16. Aprilis 1706. §. Indeque coram bon. mem. Omanna, & in Ariminen. Fideicommiſſi de Hippolitis 12. Aprilis 1717. §. Qua verò coram R. P. D. Foſcaro*..

Neque verò literalis hæc reſtrictio diſpoſitionis ſuæ à d. Teſtatore facta ad duos ſolummodò gradus tolli poteſt, eo ſub obtentu, quod ſub nomine = *di figli* = venire poſſint Liberi omnes ulterioris gradus; nam & Juris ratio, & communis 5 uſus loquendi nos edocent, filiorum nomen non complecti nepotes, alioſque Deſcendentes; ex regula namque Juris excludi hanc extenſivam interpretationem, admonet Juriſconſultus *in leg. quod ſi Nepotes ff. de teſtam. Tutel., Bald. in leg. filium ff. de his qui ſunt ſui, vel alien. Jur., Ruin. conſ. 127. num. 3. lib. 3., Roland. conſ. 43. num. 26. lib. 4., Mantic. de conject. ultim. volunt. l. 6. tit. 8. nu. 2., Altograd. jun. contr. 64. num. 10., Samiuiat. contr. 19. num. 11., Palm. nepos allegat. 169. num. 16. tom. 2., Mart. medic. deciſ. 1. num. 7. & ſeq., Rot. in rec. dec. 507. num. 2. & 3. part. 2., coram bon. me. Emerix jun. deciſ. 159. num. 7., & deciſ. 1163. num. 3., coram Bich. dec. 648. n. 17., coram Dunoz jun. dec. 648. num. 17., in Romana, ſeù Reatina de Vincentinis 28. Apr. 1698. §. Et ſanè caram bon. mem. Muto*; Prout etiam juxtà communem uſum loquendi nepotes, aliique 6 Deſcendentes filiorum nomine appellari non ſolent, quippè aliter appellantur filii, & aliter nepotes, & pronepotes, *Decian. conſ. 43. num. 13. lib. 3., Roland. conſ. 42. nu. 29. lib. 4., Riminald. jun. conſ. 137. num. 33. lib. 2., Rot. coram Merlin. deciſ. 206. num. 8. & 9., in rec. deciſ. 195. num. 1. part. 14., in Ariminen. Fideicommiſſi de Hippolitis 12. Aprilis 1717. §. Siquidem coram R. P. D. Feſcaro, & in Romana, ſeù Fanen. Fideicommiſſi 20. Junii 1718. §. Neque literalis coram R. P. D. Rovault de Gamaches*.

Quæ porrò propria verborum ſignificatio, communiſque loquendi uſus potiori jure attendendus eſt in caſu noſtro, quia Teſtator reſpectu filiorum 7 ſubſtitutorum exprimendo nomen proprii Parentis excluſiſſe cenſetur extenſionem omnem ad Deſcendentes, qui ex illo procreati minimè fuerunt, *Soccin. in leg. Gallus §. Inſtituens num. 5. ff. de liber., & poſth., Fuſar. conſ. 95. num. 9., Cyriac. contr. forenſ. cap. 8. n. 71., Gratian. diſcept. forenſ. cap. 629. num. 11., Rot. in Faventina Juriſpatronatus 12. Maii 1710. §. Omnibuſque, & 12. Junii 1711. §. Siquidem & ſeq. coram Rmo D. Anſaldo Decano, in Romana, ſeù Interamnen. Fideicommiſſi 2. Martii 1716. §. Id quod, & 12. Junii 1716. §. Eodemque modo coram R. P. D. Cerro*. Atque etiam, quia idem Teſtator adhibuit verba, & dictiones perſonales = *detti* =, quæ, 8 utpotè immediatam nativitatem deſignantes à propriis Parentibus, filiorum nomen taxativè reſtringunt ad ſolos eorum liberos primi gradus, *Mandell. Alb. conſ. 86. num. 5. verſ. neque id negat, Caſtill. contr. Jur. lib. 5. cap. 92. num. 18. & ſeq., Tandut. reſol. civil. cap. 99. num. 15. lib. 1., Gratian. diſcept. forenſ. cap. 775. num. 8., Rot. coram Card. Cerro deciſ. 906. num. 5. & 6., caram Bich. deciſ. 256. num. 17., & in Avenionen., ſeù Carpentoracten. Fideicommiſſi de Tertullis 2. Julii 1706. §. Si autem, & 21. Martii 1707. §. Præmiſſa coram R. P. D. meo Lancetta*; Et rurſùs, 9 quia diſcretivè locutus fuit de filiis, nempè de ſpiritu, & de nepotibus, quales ſunt ejus filii, quo caſu filiorum nomen porrigi nequit ad ulteriores De-

Deſcendentes, Cyriac. contr. 8. num. 117., Rot.
in rec. deciſ.279. num.9. & ſeq. part.6., dec. 378.
num.12. & ſeq. part.13., tum demum quia, de-
ficientibus Spiritu, vel ejus filiis abſque filiis,
10 fruſtrà ſubſtituti fuiſſent eiſdem Paulus, & Jo:
Franciſcus alii ejuſdem Teſtatoris filii, quoties
idem Teſtator appellatione filiorum Spiritus uni-
verſam ejus deſcendentiam comprehendere in-
tellexiſſet, cum naturaliter loquendo, iidem Pau-
lus, & Jo: Franciſcus tamdiu in humanis eſſe
nequiviſſent, Rot. coram bon. mem. Emerix jun.
deciſ. 1289. num. 2. & ſeq., coram Benincaſa,
deciſ. 59. num. 11. ad ornat. clar. mem. Card. de
Luc. deciſ. 21. num. 20. lib. 10., & in Romana,
ſeù Fanen. Fideicommiſſi 20. Junii 1718. §. Quod
autem coram R. P. D. Rovault de Gamaches.
Fruſtraque recurrebatur ad conjecturas; non
11 enim urget prima, quæ deſumi contendebatur
ex eo, quod Teſtator proſpexerit conſervationi
Bonorum in agnatione, id eliciendo ex voca-
tione filiorum maſculorum dumtaxat, eorum-
que reciproca ſubſtitutione, excluſis ſemper fœ-
minis, quippè perpetua excluſio fœminarum
12 operatur tantùm, quod Teſtator prædilexerit
ſexum maſculinum, proptereaque extendere
non poteſt fideicommiſſum ultra perſonas ex-
preſſas, Urceol. deciſ. Florent. 23. num.71., &
ſeqq., Rot. coram Dunoz. jun. deciſ.82. num.21.,
& ſeqq., in rec. deciſ.196. num. 35. part. 11., &
in Tridentina Capellaniæ 17. Junii 1699. §. De-
mum cor. bon. mem. Muto; idemque dicendum eſ-
13 ſe de reciproca inter Maſculos ordinata, nota-
runt Rocca diſput. jur. ſelect. cap.17. num.2., Ro-
ſa conſult. 41. num.1., Rot. coram Peutinger. de-
ciſ. 258. num.12., & 13., in rec. deciſ.349. n.2.
part.19., in Lauretana Fideicommiſſi 6. Martii
1702. §. Prout coram R. P. D. Lancetta, & in
Romana, ſeu Fanen. Fideicommiſſi 20. Junii 1718.
§. Et in hanc ſententiam coram R.P.D. Rovault
de Gamaches, inde verò ſequebatur, quod nec
14 etiam conſecutiva agnationis contemplatio illinc
deducta ſufficiens eſſe poteſt ad protrahendum d.
fideicommiſſum ad perſonas non expreſſas, ad
Text. in leg. Pater 36. §. Fundum ff. de legat.3.,
Caſanat. conſ. 4. num.53., Spad. conſ.257. num.5.
lib.3., Altograd. conſ.60. num. 13. lib. 1., Odd.
de Fideicomm. quæſt.12. num. 175., Palm. alleg.
90. num.40., Samminiat. contr.8. num. 24., Rota
coram Durun. deciſ.126. num.61., coram Seraph.
deciſ.883. num.4., coram Card. Cerro deciſ. 221.
num.23., deciſ.368. num.5. poſt Albit. de Incon-
ſtant. in Judic. deciſ.26. num.7., in rec. dec. 47.
num.2. part.1., deciſ.368. num.7. part. 5., dec.8.
num.5. part.7., in Anconitana Fideicommiſſi 27.
Junii 1685. §. Fideicommiſſi exiſtentia cor. Al-
bergato, in Romana, ſeù Reatina Fideicommiſſi
de Vincentinis 14. Martii 1701. §. Adhuc cor.
Eña D. Card. Scotta, & meliùs in Eugubina
Fideicommiſſi 9. Maii 1707. §. Non obſtat coram
R. P. D. Lancetta; favor enim agnationis tanti
15 non valet, ut operari queat extenſionem, &
multiplicationem ſubſtitutionum, Palm. alleg.
23. num.64., & ſeq., Rota coram Seraph. deciſ.
486. num.17., & ſeq., in rec. deciſ.803. num.13.
part.18., & ad ornat. clar. mem. Card. de Luc. in
Mantiſſ. de Fideicomm. deciſ. 21. num. 49.; Sed
ſatis eſt, quod effectum ſuum operetur juxta
caſus ipſius diſpoſitionis, quatenus nempè voca-
ti decedentes ſinè filiis maſculis locum feciſſent 16
purificationi conditionis à Teſtatore adjectæ ſub-
ſtitutioni Pauli, & Joannis Franciſci aliorum fi-
liorum, quæ cum ob mortem Joſephi Franciſci
cum filiis defecerit, ceſſat quævis conjectura pro
extenſione fideicommiſſi deducta ex d. agnatio-
nis contemplatione, Bellon. jun. conſ.35. nu.18.,
Valenz. conſ. 47. num. 25., & ſeqq., Altograd.
conſ.124. lib. 1., Peregr. de Fideicomm. art. 29.
num.39., Aſtolin. reſolut.62. num. 8., & ſeqq.,
Palm. allegat. 234. num. 64., & ſeqq., Torr. de
Majorat., & Primog. Ital. part.2. quæſt.23. num.
30., & ſeq., Rota coram Buratt. deciſ.820. n.2.,
in rec. deciſ.667. num.11. part.2.; ubi, quod ra-
tio conſervandæ agnationis intelligenda eſt ju-
xta terminos præcedentis ſubſtitutionis, rejectâ 17
extenſione de caſu ad caſum, deciſ.195. num. 7.
part.5., deciſ.425. num 14. part.9., ubi, quod
contemplatio agnationis non egreditur caſum à
Teſtatore diſpoſitum, Rota cor. Peuting. deciſ.
358. num.11., coram Celſo deciſ. 335. num. 18.
Idque confirmatur exemplo prohibitionis alie-
nationis factæ omnibus vocatis, quæ, quoties
non eſt generaliter concepta cum nota aliqua 18
perpetuitatis, ſi heredes primi inſtituti decedant
cum filiis, ampliare nequit fideicommiſſum ad
alium caſum, & ad alias perſonas ſub contraria
conditione: ſi ſinè filiis vocatas, juxta celebre
conſil. Decii 636. communiter approbatum à Surd.
conſ.96. num.10., & ſeqq., Fuſar. conſ.143. n.5.
de ſubſtit. quæſt. 688. num. 36., Urceol. conſult.
forenſ. 96. num.13., & ſeqq., Manſ. conſult. 22.
ſub num.7. tom.9., Rot. cor. Seraph. deciſ. 482.
num 3., deciſ. 881. num.4., & ſeqq., deciſ.1023.
num.10., in rec. deciſ.54. num.5., deciſ.100. n.7.,
deciſ.300. num.20., deciſ. 316. num. 6. part. 1.,
deciſ.707. num.7. part.2., deciſ.24. num. 7. part.
4. tom.2., deciſ. 368. num.7. part. 15., dec. 807.
ſub num.9. part.18., in Lauretana Fideicommiſſi
6. Martii 1702. §. Sepoſitâ, & 15. Januarii
1703. §. Minoris etiam ponderis coram R. P. D.
Lancetta, & in Camerinen. Fideicommiſſi 16.
Aprilis 1706. §. Quoniam cor. bon. mem. Omanun,
ne alioquin ſequatur, quod tàm prohibitio alie- 19
nationis, quàm ratio conſervationis Bonorum in
agnatione producant effectum includendi eas per-
ſonas, quas in ipſo actu diſponendi Teſtator nul-
lo pacto vocaverat, quod ferendum non eſſe,
docuerunt Alex. conſ. 59. col. penult., & ultim.
lib.3., Dec. conſ.291. col. penult. verſ. non obſtat.,
Peregrin. de Fideicomm. art.14. ſub num.22. verſ.
ſed nec iſta argumentatio, Fuſar. de ſubſtit. quæſt.
351. num.25., clar. mem. Card. de Luc. de Fidei-
comm. diſc.54. num.5., Rodulphin. alleg.45. num.
25., Surd. deciſ.329. num.11.
Parvi etiam referre dicebatur, quod Teſtator
fideicommiſſi onere gravaverit filios Spiritus ejus 20
nepotes, non verò pronepotes in conditione
dumtaxat poſitos magis remotos, & minùs dile-
ctos; in fideicommiſſis enim quærenda non eſt
ra-

ratio, cur Teſtator in uno potius, quàm in altero caſu ità diſpoſuerit, *Rot. in rec.deciſ.638. nu.*
21 *5. part.18.*, atque etiam quia novum non eſt, quod fideicommiſſi gravamen uno caſu adjectum proximioribus, repetitum non cenſeatur reſpectu remotiorum, penes quos Bona plerum-
22 que libertatem aſſequuntur, *Gannaver. conſ. 1. num.6.*, *Rodulphin. alleg.4. num.8.*, *alleg.5. n.2.*, *& ſeqq.*, *Altograd. conſ.60. n. 119. lib.1.*, *Peregrin. de Fideicom. art. 29. n.34.*, *Palm.alleg.85. n. 24.*, *Rot.in rec.dec.235.n.23.part.16.*, *& in d.Lauretana Fideicommiſſi 6.Martii 1702. §.Minùs tertia coram R.P.D. Lancetta*. Et denique non urget qualitas fideicommiſſi primogenialis, aut ordo ſucceſſivus de uno in alium præſcriptus; jure
23 namque noſtro improbata non reperitur primogenitura quandoque temporaria, & ad certas perſonas limitata, *Molin. de Primog. Ital. part.1. cap. 9. §. 2. num. 29.*; ordo verò ſucceſſivus nil ſecum fert, quàm adjudicationem ſucceſſionis
24 ſecundum gradus prærogativam, ne videlicet detur ſimultaneus concurſus perſonarum gradus inæqualis, ut advertunt *Bardellon. conſ.1. n.10. & 17.*, *Rodulphin.allegat. 150. num.16.*, *Balduc. deciſ.*, *& rer. judicat. tit. 3. deciſ. 6. num. 11.*, *& in Romana, ſeù Interamnen. Fideicommiſſi 2. Martii 1716. §. Atque hinc coram R.P.D. Cerro.*

Hæc ſunt præcipua, & magis obvia argumenta, quæ pro expiratione fideicommiſſi, ac libertate Bonorum favore Creditorum afferri poſſunt, eademque, licèt non contemnenda videri queant
25 in materia hac merè conjecturali ſuâpte naturâ ſemper dubia, quia id, quod ex conjecturis elicitur, clarum dici nequit, eo quod contrariis conjecturis elidi queat, *Rot. coram Bichio dec.612. num.15.*, *& ſeq.*, *coram Cerro deciſ.538. num.3.*, *& ſeq.*, *in Firmana Prædii della Parapina 5.Decembris 1687. §. Minùs urget coram Benincaſa*, *in Piſauren. Succeſſionis coram bon. mem. d. Herwault inter collect. apud Palm. deciſ. 88. num. 7.*, *& ſeqq.*, atque etiam, quia pro humanorum ingeniorum varietate non raró accidit, quod conjectura aliqua ab uno efficax, ab alio verò nullius roboris reputetur; nihilominus in propoſita facti ſpecie ſi meam ſententiam pro veritate dicere debeam, libentius feror in eam partem, quæ ſtat pro fideicommiſſi duratione inter omnes Deſcendentes à Joanne de Paduanis.

Moveor ex illa juris noſtri regula, quâ admonemur, fideicommiſſarias ſucceſſiones, veluti à ſua cauſa, pendere à mente, & voluntate Teſtatoris, quam, poſthabitâ figurâ, & ſubtilitate
26 verborum, inſpiciendam, ſervandamque eſſe jura noſtra voluerunt, juxta egregiam deciſionem *Textus in leg. ubi 19. §.Te rogo ff.ad Trebell.* ibi = *Nec verba ſpectantur Senatus Conſulti, ſed ſententia quibuſcumque verbis, dum Teſtator ſenſerit, ut hereditas ſua reſtituatur* = *leg. in legat. Cod. de legat*, ubi dicitur = *Nihil enim intereſt, quis talem voluntatem uſus verborum exceperit, aut qui loquendi uſus effuderit* = *lege nummen familia 69. §.penult. ff. de legat. 2.*, verbis illis = *Si omiſſa fideicommiſſi verba ſint, & cetera, quæ leguntur cum his, quæ ſcribi debuerunt, congruant, rectè datum, & minùs ſcriptum, exemplo inſtitutionis Legatorum intelligitur, quam ſententiam optimus quoque Imperator Severus ſequutus eſt* = *Mantic. de conject. ultim. volunt. lib.7. tit. 10. ſub nu. 9. verſ. generaliter*, *Gratian. diſcept. forenſ. cap. 540. num.45.*, *Rot. in Aſſiſien. Immiſſionis 17.Decembris 1708. §. Quandoquidem cor. Emo D.Card. de Polignac.*, *in Carpentoracten. Fideicommiſſi 26. Junii 1709. §. Pro remotione cor.bon.mem. Caffarello*; idcircò, cum, ſpectatâ mente à Joanne de Paduanis in ſua diſpoſitione ſatis expreſſâ, perſpicuum fiat, fideicommiſſum ab eo conditum pro Spiritu filio, ejuſque filiis, reſtrictionem ad hos duos tantùm gradus minimè pati, concludendum ſanè eſt, ad illud invitatum fuiſſe D. Marchionem Franciſcum d. Teſtatoris pronepotem, totamque illius deſcendentiam, quia no- 27
men illud *filiorum* non ſemper ad Liberos primi gradus dumtaxat, ſed, ſi non ex ſermonis proprietate, juſta tamen interpretatione nedum porrigitur ad nepotes, ut apertè diſponitur *in leg. filii 84. ff. de verbor. ſignificat.* ibi = *filii appellatione omnes liberos intelligimus* = *leg. juſta 201. ff. eodem tit.* = *Juſtâ interpretatione recipiendum eſt, ut appellatione filii ſicuti filiam familias contineri ſæpè reſpondimus, ità & nepos videatur comprehendi* =, *leg. ſi liberorum 220. ff. eodem tit. ſed & Papirius, Fronto lib.3. reſponſ.* ibi = *Prædio cum Villico, & Contubernali ejus, & filiis Legato, nepotes quoque ex filiis contineri, niſi voluntas Teſtatoris aliter ſe habeat, filii enim appellatione ſæpe & nepotes accipi multifariam placere, Divus quoque Marcus reſcripſit* = *& leg. Lucius la 2. ff. de hered.inſtit.*, *& leg. uxorem §. Concubina ff. de legat.3.*, *leg. filium habeo ff. ad Macedon.*, *leg. Gallus §. Inſtituens ff. de liber.*, *& poſthum.*, *& leg.1. §. Qui fuit ff. de origin. Jur.*, ubi Tarquinius appellatur filius Demarati, cum tamen eſſet non filius, ſed nepos, ut probat *Ruſtic. in leg. cum Avus lib. 6. cap.11. num.12.*, *& ſequuntur Soccin. jun. conſ. 116. num.13. lib.1.*, *& conſ.146. num.7.*, *& ſeq. lib.2.*, *Cephal. conſ.262. num.5.*, *& ſeqq.*, *Peregrin. conſ.59. n.1. lib.5.*, *Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 319. num.1.*, *& ſeqq.*, *Rocc. diſput. jur. ſelect. cap.27. num.6.*, *Mart. Medic. deciſ. Senen. 1. n. 33.*, *Torr. de Majorat. Ital. part.3.deciſ.57. n.5.*, *& ſeqq.*; verùm etiam trahitur ad ſenſum complexivum omnium Deſcendentium, ex firmatis 28
per *Redenaſch. conſ. 35. num. 2.*, *& 3.*, *Cyriac. contr. 46. num. 49.*, *& 50.*, *contr. 301. num. 31.*, *contr. 302. num. 45.*, *Mantic. de conject. ultim. volunt. lib.8. tit.8. num 51.*, *Facbin. contr. jur. lib. 5. cap.18.*, *Torr. variar. jur. quæſt. tom.1. tit. 2. quæſt.15. num.28.*, *& 29.*, *Rot. cor. Seraph. deciſ. 1486. num.6.*, *coram Merlin. deciſ.206. num. 12.*, *in Fanen. Fideicommiſſi 18. Junii 1703. §. Quod comprobatur cor. clar.mem. Card. Caprara*, *& in Aſſiſien. Immiſſionis 17. Decembris 1708. §. Et hanc reverà coram Emo D. Card. de Polignac.*

Quæ communis Doctorum traditio eò certiùs locum ſibi vindicat in hodierna diſputatione, in qua non diſceptatur de exiſtentia fideicommiſſi, an ſcilicet illud ordinatum fuerit nec ne? ſed, 29
præſuppoſitâ illius ordinatione, quæ in ſui pri-

mor-

mordio, & reſpectu Spiritus, ejuſque filiorum
certa omninò eſt, ſolum dubitandi locus relin-
quitur quoad illius magis diuturnam duratio-
nem, atque protractionem in reliquos etiam De-
ſcendentes, quo ſanè caſu ceſſat rigor juris ur-
gens pro fideicommiſſi excluſione, & faciliùs
contraria admittitur interpretatio, Baitell. de
ultim. volunt. deciſ. 3. num. 15., deciſ. 30. num. 8.,
Andreol. contr. 143. num. 5., Palm. nep. dec. 262.
num. 6. tom. 3., Rot. deciſ. 561. num. 8. in fin. part.
4. tom. 3., Rot. adornat. clar. mem. Cardin. de
Luca lib. 10. deciſ. 55. num. 2., in rec. deciſ. 651.
num. 8. in fin. part. 4. tom. 3., & in Bononien. Fi-
deicommiſſi de Roſſenis 17. Martii 1702. §. Nec
dubitari coram bon. mem. Mato. Nam, cum ad
30 Majorum Bona, quaſi tacito ipſius naturæ voto,
& imperio vocentur poſteri omnes, qui de eo-
rum ſanguine ſunt; hinc Teſtator non perſonis
tantum priorum graduum, ſed & omnibus De-
31 ſcendentibus largitione ſuâ proſpicere voluiſſe
præſumitur, uſurpando verbum filiorum pro ſy-
nonimo cum illo Deſcendentium, ad Text. aper-
tum in leg. 220. §. Papirius ff. de verb. ſignific. =
filiorum appellatione omnes, qui ex nobis deſcen-
dunt, continet = ibique Gloſſa, & Rebuff. verb.
filiorum appellatione, & verb. neque enim, &
probat reſponſum Calliſtrati in leg. Liberorum
§. fin. ff. de verb. ſignific., ibi = Præter hæc omnia
natura quoque nos Parentes pios, qui liberorum
procreandorum animo, & voto Uxores ducunt, fi-
liorum appellatione omnes, qui ex nobis deſcen-
dunt contineri, neque enim dulciori nomine poſſu-
mus nepotes noſtros, quàm filii appellare, etenim
idcirco filios, filiaſque concipimus, atque edimus,
ut ex prole eorum, earumve diuturnitatis nobis
memoriam in ævum relinquamus, = & docen. Barry
de ſucceſſ. lib. 8. tit. 1. de Fideicomm. ſubſtit. poſt
princ. ſub num. 1., & 2., Andreol. contr. 143. nu.
5., Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 22. num. 53., Caſtill.
deciſ. 152. num. 43. lib. 2., Mart. medic. deciſ. 1.
num. 34., Rot. Florent. poſt Torr. de Majorat.
Ital. tom. 3. deciſ. 57. num. 1., & 58., Rot. deciſ.
212. num. 5. part. 2. diverſ., & deciſ. 345. num. 1.,
& ſeqq. part. 15., præſertim, dum agitur de Bo-
32 nis antiquis domus, & de feudis particulari fidei-
commiſſo, de quo agitur, ſubjectis, Spad. conſ.
137. num. 6. tom. 2., Menoch. de præſumpt. præ-
ſumpt. 68. num. 14., Rocca diſput. jur. ſelect. cap.
26. num. 6., Rota in rec. deciſ. 125. n. 15. part. 1.,
& deciſ. 339. num. 14. part. 17., lugubre enim
eſſet, illa ex facto improvidi heredis divelli poſ-
33 ſe à ſuis Deſcendentibus, Roſa conſult. 27. num.
13., Rota apud Bolducc. deciſ., & rer. judicat.
tit. 2. deciſ. 27. num. 38., & in Romana Caſtri
Porciliani 20. Martii 1699. §. Hæcque coram
b. m. mem. Mato.

At non ſolùm ex generalibus hiſce regulis eli-
34 cimus, Joannis Teſtatoris mentem eam ſanè
fuiſſe, ut omnes ejus, & à primis vocatis de-
ſcendentes, vocati cenſerentur ad fideicommiſ-
ſum ab ipſo conditum, verùm id etiam argui-
mus ex eo, quod, ſi fideicommiſſi reſtitutorii
onere gravare voluit Spiritum ejus filium favo-
35 re nepotum, veriſimile non eſt, quod liberalior
eſſe ſenſerit erga filios Spiritus ſibi incognitos,
quàm erga perſonam Spiritus heredis inſtituti
magis dilecti, eximendo ſcilicet illos ab onere
reſtituendi prælegatum, & hereditatem, quod 36
Spiritui injunxerat, eidemque denegando libe-
rum Bonorum dominium, quod aliis contulerat,
Mantic. de conject. ultim. volunt. lib. 8. tit. 8. nu.
16, Knipſchilt. de Fideicomm. cap. 7. num. 129.,
Fuſar. de ſubſtitut. quæſt. 320. num. 44., Barry. de
ſucceſſ. lib. 8. tit. 7. ſub num. 1., Andreol. contr.
82. num. 13., Manſ. conſult. 684. num. 20., &
ſeqq., Rocca diſput. jur. ſelect. cap. 27. num. 16.,
Mart. medic. deciſ. 1. num. 52, Rot. deciſ. 162. n.
5. part. 6. rec., quod quidem abſurdum non aliâ
viâ declinari poteſt, quàm ajendo, quod, æquali 37
gravamine omnibus impoſito, quemadmodum
Spiritus primus heres reſtituere coactus fuerat he-
reditatem filiis ſuis expreſsè ſubſtitutis, ſic etiam
iſti illam tranſmitterent in ceteros Deſcendentes,
quaſi ſub generico filiorum vocabulo à Diſpo-
nente contemplatos per indefinitam orationem,
quæ æquipollet univerſali, Fuſar. de ſubſtitut. 38
quæſt. 318. num. 91., Peregrin. de Fideicomm. art.
22. num. 94., Barry. de ſucceſſ. lib. 7. tit. 7. nu. 1.
de ſubſtit. fideicomm., Rota in Romana, ſeu Rea-
tina Fideicommiſſi de Vincentinis 2. Aprilis 1696.
impreſſ. apud Balducc. deciſ. & rer. judicat. tit. 3.
de legat., & fideicomm. deciſ. 8. num. 7., & 20.,
& in Mantiſſ. ad ornat. clar. mem. Card. de Luca de
Fideicomm. deciſ. 59. num. 8.

At cur his communibus utimur argumentis,
quaſi res dubia ſit, & obſcura, quando vocatio 39
omnium deſcendentium à Spiritu eluceſcere vi-
detur ex diſpoſitione ipſa Joannis Teſtatoris,
quæ gallico idiomate conſcripta, ordinata legitur
favore Spiritus heredis inſtituti, & des enfans ex- 40
preſsè vocatorum, quod profectò verbum, licèt
vernaculo noſtro ſermone exponatur per figli,
latinè tamen uſurpatur pro liberis, quippè filii
gallicâ linguâ appellantur fils, non verò enfans, 41
inter autem nomen filiorum, & illud liberorum
maximum eſt diſcrimen, quia primum ex ſer-
monis proprietate nepotes non complectitur, ut
in rationibus dubitandi ſuperiùs dictum eſt, alte- 42
rum verò, liberorum nempè nomen, veluti col-
lectivum plurium graduum, & perſonarum,
omnes Deſcendentes dubio procul compreben-
dit, ex Textu in leg. cognoſcere ff. de verbor. &
rer. ſignific., leg liberorum 220. ff. eodem tit., ubi
Bartol. in princip. & dict. Auth. de hered. ab in-
teſt. venien. §. Si quis igitur, Dec. conſ. 247. nu.
2., Pariſ. conſ. 30. num. 4. lib. 2., Petr. de Fidei-
comm. quæſt. 5. num. 176., Peregrin. eodem tract.
art. 22. num. 43., Fuſar. de ſubſtitut. quæſt. 327.
num. 1., Mantic. de conject. ultim. volunt. lib. 8.
tit. 12. num. 21., & ſeqq., Rot. cor. Pen. deciſ.
438. num. 6. & 7., coram Celſ. deciſ. 209. nu. 5.,
& deciſ. 257. num. 1., in rec. deciſ. 4. num. 3. part.
4. tom. 2., deciſ. 31. num. 17., & deciſ. 226. num.
6. & 7. part. 19., in Romana Juriſpatronatus 3.
Julii 1705. §. Accedebat 4. coram R.mo Molines
magno Hiſpaniarum Inquiſitore, & 5. Junii
1708. §. Prout coram R.mo Aldrovando, & in
Perusina Fideicommiſſi 20. Februarii 1713. §. En-
tra-

*traneam coram Illño D. Falconerii Almæ Vrbis*
*Gubernatore ;* Et hac retentâ differentiâ, apud
43 Gallos, vero *Enfans* tribuitur ampliſſima illa
ſignificatio, quâ liberorum nomine comprehen-
duntur omnes Deſcendentes, ut locupletiſſimi
Teſtes ſunt *Ludovic. Bell. conſ. 67. verſ. dictio*
*enim conſ. 89. num. 12., conſ. 181. num. 7., Sale-*
*gur. reſolut. civil. cap. 51. num. 11., Charond. reſ-*
*ponſ. lib. 7. cap. 130., Barry. de ſucceſſ. lib. 17.*
*tit. 12. num. 18., Riccard. de Donat. tom. 2. tract.*
44 *3. cap. 8. ſect. 2. part. 1., Rot. coram Celſ. deciſ.*
*229. & deciſ. 257. per tot., & ad ornat. clar. me.*
*Card. de Luca deciſ. 39. num. 5. tom. 10.,* niſi de
primis Liberis Teſtator expreſsè locutus fuerit,
ut erat caſus, de quo *Rota in Avenionen., ſeù*
*Carpentoracten. Fideicommiſſi de Tertullis 10.*
*Decembris 1707. §. Nec dici in fin. coram Emo*
*D. Card. Priolo ;* Idque procedit, quamvis in par-
45 te conditionali Teſtator mentionem fecerit *des*
*enfans à lui ſopravviventi*, quia qualitas ſuper-
viventiæ æquè congruit filiis primi gradus, ac
46 nepotibus, aliiſque Deſcendentibus, qui tempo-
re ſucceſſionis ſupereſſe poterant; datâ enim om-
nium vocatione, filius ſuccedit in locum Patris,
nepos, & pronepos in locum Avi, & Proavi
47 defunctorum, ex celebri theorica *Bartol. in leg.*
*quamdiù ff. de acquir. hered.*, quam exornat *Ro-*
*ta in Bononien. Fideicommiſſi §. Nec conditio ſu-*
*perviventia 27. Junii 1708. coram Illño D. Fal-*
*conerio Almæ Vrbis Gubernatore, & in Arimi-*
*nen. Fideicommiſſi 15. Maii 1711. §. Vndè coram*
*bon. mem. Kaunitz.*

Nec vocationem omnium Deſcendentium
excludit pars illa conditionalis, in qua Teſtator
ſeparavit gradum filiorum à gradu nepotum, &
pronepotum eoſdem in conditione ponendo ibi =
*e venendo egli a morire, come ſopra, ſenza enfans*
*maſchi, ò vero li ſudetti di lui Enfans maſchi ſen-*
*za altri Enfans maſchi a loro ſopravviventi,* = quaſi
hæc diſcretiva diſpoſitio de filio, nepotibus, &
pronepotibus inutilis fuiſſet, ſi hos omnes, alioſ-
48 que gradus comprehendiſſet illud verbum *En-*
*fans* in diſpoſitiva adhibitum ; nam objectio iſta
procederet, ſi hæc graduum ſegregatio facta fuiſ-
ſet in diſpoſitiva, at non etiam quando illa ſo-
lùm legitur adjecta parti conditionali, hæc enim
49 repetitiva eſt omnium graduum, & perſonarum
in priori parte diſpoſitiva contemplatarum, ad
tradita per *clar. mem. Card. de Luca de fideicom.*
*diſc. 71. num. 11., Rot. coràm Card. Cerro deciſ.*
*410. num. 25., in rec. deciſ. 330. num. 11. part.*
*12., deciſ. 378. num. 23. part. 13., & deciſ. 410.*
*num. 43. part. 19.*, Ideoque potiùs indigitat, quod
pluralitas graduum in ea explicata, tacitè inerat
50 in parte diſpoſitiva verbo collectivo *Enfans* con-
cepta, per *Text. in leg. qui filiabus in princ., leg.*
*ſi ſervus plurium §. final. ff. de legat. 1., Cephal.*
*conſ. 664. nu. 42. & 43., Menoch. conſ. 295. nu. 8.,*
*Palm. Nep. alleg. 93. nu. 24., Rot. cor. Duran. dec.*
*300. n. 11., & in rec. dec. 76. n. 10., & seq. part. 11.,*
& per conſequens idem eſt ac ſi dicti plures gra-
51 dus, & Deſcendentes expreſsè in dicta parte diſ-
poſitiva comprehenſi fuiſſent, juxtà firmata per
*Peregrin. conſ. 52. ſub num. 7. verſ. id ſuadente*
*lib. 3., Rot. coram Bich. deciſ. 548. num. 26. &*
*& ſeqq., in rec. deciſ. 21. num. 26. part. 6., & in*
*Bononien. Fideicommiſſi de Roſſenis 17. Martii*
*1702. §. Nec dubitari coram bon. mem. Muto.*

Idque argumentum coadjuvatur etiam ex eo,
quod Teſtator expreſsè voluit in vocatis ordinem 52
ſucceſſivum de uno in alium gradum, qui inter
filios primi gradus, utpotè unicum gradum con-
ſtituentes, dari nequit, *Grat. conſ. 6. n. 26. lib. 1.,* 53
*Surd. conſ. 403. num. 13. & 73., Torr. de Primo-*
*gen. Ital. part. 2. quæſt. 35. ſub num. 10. verſ. de-*
*mùm ;* Inter fratres enim poſſunt quidem dari
plures ſubſtitutiones, nullo autem pacto verifica-
ri poteſt ſucceſſivitas, quæ, etiamſi referretur
ad excludendum ſimultaneum concurſum, ſem- 54
per requirit diverſorum graduum perſonas, *Ale-*
*xand. conſ. 26. num. 9. lib. 3., Menoch. conſ. 124.*
*num. 67., Altograd. conſ. 67. num. 4. tom. 1., Sa-*
*miniat. contr. 110. nu. 32. verſ. tum etiam tom. 2. ;*
Præſertim, quia ſucceſſiva hæc gradualitas ſer- 55
vanda eſt ordine primogenituræ in *Enfans* dicti
Spiritus ; Primogenitura autem ſecumfert colle-
ctionem plurium graduum, & perſonarum, &
eſt perpetua inter omnes Deſcendentes, nec re-
ſtrictionem patitur ad filios Spiritus tantum *Mo-*
*lin. de Primogen. Hiſpan. lib. 1. cap. 4. num. 13. &*
*ſeqq., Torr. de Primogen. Ital part. 1. cap. 25. nu.*
*36., Rota coram Arguell. deciſ. 16. num. 1., in*
*rec. deciſ. 284. num. 1. part. 18., in Avenionen.*
*Primogenituræ 10 Januarii 1701. §. Tantò magis*
*coram clar. mem. Card. Caprara, in Faventina*
*Fideicommiſſi, ſeù Primogenituræ 14. Decembris*
*1705. §. Vltrà literam coram Card. Scotto, &*
*in Romana Primogenituræ de Fabris 12. Decem-*
*bris 1707. §. Illarum enim coram bon. me. Omau-*
*na*, adeò quidem, ut involvat manifeſtam ter-
minorum repugnantiam aſſerere, quod Teſtator 56
voluerit primogenituram conſtituere, eamdem-
que ordine ſucceſſivo de uno in alium circum-
ſcribere in primo, aut ſecundo gradu in excluſio-
nem aliorum de eadem linea admiſſâ, ut benè
probat *Rota in Camerinen. Fideicommiſſi, ſeù*
*Primogenituræ 11. Maii 1703. §. Bonum enim*
*Jus coram Rmo Molines*, quando natura ipſa pri-
mogenituræ expoſcit, quod Primogenitus ſtatim 57
ac naſcitur, actu ſe ipſum, habitu verò omnes
ſuos Deſcendentes includat, *Caſtrenſ. conſ. 154.*
*num. 4. & 5. vol. 2., Calvin. de æquitat. cap. 203.*
*n. 62., clar. me. Card. de Luc. de Fideic. diſc. 16.*
*num. 5., Rota in Fulginaten. Primogenituræ 14.*
*Junii 1700. §. Quoniam coram Rmo Molines*, &
donec ejuſdem linea non ſit totaliter extincta,
primogenitura ad aliam lineam tranſire nequit, 58
*Valenz. conſ. 97. num. 13. & ſeq., Molin. de Pri-*
*mogen. lib. 3. cap. 4. num 13., Reynos obſervat. 24.*
*num. 25., Tondut reſol. civil. cap. 89. n. 4., à Ponte*
*de poteſt. Proreg. tit. de ſucceſſ. mulier. num. 30.*
*& 42., Theſaur. quæſt. forenſ. lib. 2. quæſt. 12. nu.*
*44., Rocc. diſput. Jur. ſelect. cap. 3. num. 5., Ro-*
*ſa conſult. 69. num. 5., Torr. de Majorat., & Pri-*
*mogen. Ital. part. 1. cap. 5. num. 28 & ſeqq., Rot.*
*in rec. deciſ. 18. num. 7. part. 18., cum aliis in dicta*
*Fulginaten. Primogenituræ 14. Junii 1700. §. A-*
*deo ut coram Rmo Molines, in Bononien. Primo-*
*geni-*

genituræ de Cultellis 12. Martii 1717. per tot., coram R. P. D. Cerro, & priùs dictum fuerat in Bononien. Fideicommiſſi de Barberiis 27. Aprilis 1708. §. Eoque certius coram bo. mem. Caffarello, in Carpentoracten. Fideicommiſſi 26. Junii 1709. §. Altera coram eodem, alioquin enim, ſi primogenitura eſſet irregularis, & reſtricta ad filium, & nepotem primogenitum, eo vitâ functo cum
59 filiis, iſti non ſuccederent, ſed ſecundogenitus, itaque ordinis inverſio ſemel, atque iterum facienda eſſet in tranſitu ejuſdem primogenituræ ad Tertium, & Quartumgenitum, & ulteriores Subſtitutos uſque ad fœminas, quæ omnia, utpote repugnantia recto ordini à natura, & Jure præſcripto, nequaquam ſunt præſumenda, ut decidit Text. in leg. ſi plures ff. de vulgar. = niſi alia fuerit fortè mens Teſtatoris, quod vix credendum eſt, niſi aliud fuerit evidenter expreſſum =, & advertunt Valenz. conſ. 97. num. 71., & duob. ſeqq., Palm. nepos allegat. 93. num. 4. & 5., Molin. de Primogen. lib. 3. cap. 4. num. 38., ibique Adden. num. 41. & 42., Torr. de majorat. part. 1. cap. 25. num. 95., Rot. coram Royas deciſ. 72. n. 1. & ſeq., in rec. deciſ. 65. num. 2. part. 8., in Romana Caſalis Aguzzani 20. Junii 1701. §. Quamobrem & ſeq. coram Rmo Molines; Immò verò,
60 datâ etiam quacumque dubietate, interpretatio capienda eſſet pro regulari primogenitura, & pro Primogenito ultimi poſſeſſoris, Ludovic. Bell. conſ. 3. num. 24., Caſtill. contr. Jur. lib. 5. cap. 92. ſub n. 58. verſ. deindè, Rocc. diſput. Jur. ſelect. cap. 3. num. 6., Mierez. de majorat. part. 2. quæſt. 6. num. 21., Rot. coram Royas deciſ. 72. n. 2., in rec. deciſ. 249. num. 2. & ſeqq. part. 7., & in Senogallien. fideicommiſſorum 21. Januarii 1715. §. final. coram Rmo Anſaldo Decano; contraria
61 autem interpretatio recipi poſſet, ſi fideicommiſſi gravamen favore aliorum Subſtitutorum de linea diverſa non duraret, & fideicommiſſum, ac primogenitura expirare deberet in primo, & ſecundo gradu, aut ſi Teſtator non ad lineam ſubſtantiæ, ſed qualitatis reſpexiſſet, tunc enim non repugnaret irregularis ſuccedendi ordo, quo ſucceſſio ab una linea, licèt nondum naturaliter conſumpta, transferatur in aliam, Caſanat. conſ. 47. num. 67., conſ. 50. num. 2., conſ. 53. num. 1., Altograd. jun. contr. 42. num. 46., Camerat. reſponſ. legal. 4. num. 7. tom. 2., Andreol. contr. 250. nu. 11., Rocca diſput. Jur. ſelect. cap. 190. n. 34., Rot. Florent. apud Balducc. in collect. deciſ., & rer. Judic. tit. 3. de legat., & Fideic. deciſ. 38. num. 1. & ſeq., Rota coram ſan. mem. Alexandro VIII. deciſ. 177. num. 12., in rec. deciſ. 414. num. 5. & ſeq. part 18., in Romana Fideicommiſſi Vannotiæ Pontianæ 12. Februarii 1690. §. Hoc enim coram Rmo Molines, & in Bononien. Fideicommiſſi de Barberiis 27. Aprilis 1708. §. Placuit enim, & 12. Aprilis 1709. §. Strictè tamen coram bon. mem. Caffarello.

His præterea accedit votum Teſtatoris conſervandi Bona in ſua agnatione deſumptum, tùm
62 ex inſtitutione Spiritus ejus filii maſculi, ejuſque Liberorum maſculorum cum perpetua fœminarum excluſione, quàm ex ſubſtitutione aliorum ejus filiorum maſculorum, cujus quidem voti idem Teſtator compos fieri nequibat vigore fideicommiſſi expiraturi in primis Liberis Spiritus, ſed id aſſequi ſolum poterat fideicommiſſo, & primogeniturâ per omnes illius Deſcendentes progreſſurâ, ad quos delatis Bonis, eadem permanere dicerentur in ſua agnatione, quam porrò conjecturam eſſe urgentiſſimam ad arguendum ſucceſſivum, & perpetuum fideicommiſſum inter Deſcendentes, notant Curt. jun. conſ. 43. num. 8., Menoch. conſ. 173. num. 52., Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 437. num. 78., Mareſcott. variar. reſol. lib. 1. cap. 45. num. 11. cum ſeqq., latè Adden. ad deciſ. 63. num. 53. & ſeq. part. 4. recen. tom. 3., Andreol. contr. 389. num. 2., Rocca diſput. Jur. ſelect. cap. 23. num. 8. & ſeq., Panimoll. deciſ. 43. annot. 3. num. 20., Rot. coram Bichio deciſ. 622. n. 17. & ſeqq., coram ſan. mem. Alexandro VIII. deciſ. 113. num. 18. & ſeqq., in rec. dec. 81. n. 17. part. 16., in Romana Donationis inter collect. à Conſtantin. ad Statut. Urb. deciſ. 120. num. 8., in Bononien. Fideicommiſſi de Boviis 20. Junii 1687. §. Qui tamen coram bon. mem. de Hervault, in Firmana Prædii della Parapina 20. Junii 1697. §. Et hinc inſubſiſtens coram bon. mem. Muto, in Bononien. Fideicommiſſi de Griſonibus 4. Julii 1704. §. Cum deeſt coram bon mem. Omanna, & in Aſſiſien. Immiſſionis 17. Decembris 1708. §. Et hanc revera, & §. Denique coram Emo D. Card. de Polignac, locumque ſibi vindicare, tametſi non ex verbis expreſſis, ſed ex conjecturis dum- 63 taxat eliciatur tacita voluntas conſervandi Bona in agnatione, dixerunt in ſpecie de conjectura hac elicita ex vocatione Maſculorum, & fœminarum excluſione Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 480. num. 20., Rocc. diſput. Jur. ſelect. cap. 16. n. 12., Panimoll. deciſ. 43. num. 21. annot. 3., Rot. coram ſan. mem. Alexand. VIII. deciſ. 113. num. 18. & ſeqq., in Faventina Fideicommiſſi, ſeù Primogenituræ 14. Decembris 1705. §. Elicitur coram Emo D. Card. Scotto, & in Romana Primogenituræ de Fabiis 12. Decembris 1707. §. Profluit ſecunda coram bon. mem. Omanna.

Neque verò in noſtra hypotheſi dici poteſt, quod ratio iſthæc conſervandi Bona in agnatione ſtet conſecutivè, & ſatis ſit, quod verificetur inter perſonas expreſsè vocatas. Nam illa reverà informat totam diſpoſitionem, ideoque ſuâpte 64
naturâ complectitur tempora, caſus, & perſonas omnes, de quibus verificari poteſt progreſſus Bonorum Teſtatoris in ſuos Deſcendentes, ut declarando contraria, quæ in rationibus dubitandi deducta fuerunt, tradunt Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 480. num. 20., Fachin. contr. Jur. lib. 3. cap. 25., Caren. reſolut. 68. num. 26., Rot. coram Coccino deciſ. 627. n. 13., coram Buratto deciſ. 894. n. 4., coram ſan. mem. Alexand. VIII. deciſ. 138. n. 3., coram Card. Celſ. deciſ. 228. num. 7., in Carpen. Hereditatis, ſeù Fideicommiſſi 14. Martii 1687. §. Adſtipulatur coram Rmo Molines, & in Aſculana Fideicommiſſi 29. Maii 1693. §. Verùm etiam, & 25. Junii 1694. coram clar. me. Card. Caprara.

Hinc autem ſequitur, quod deſignatio non jam filiorum, ſed Enfans, nempè Liberorum, 65

relativè, & cum dictionibus perſonalibus facta
ad perſonas Spiritus, ejuſque Liberorum, adjecta non cenſetur taxativè, ad limitandam videlicet illorum vocationem ad primum gradum, ſed demonſtrativè, & quidem ad deſignandum ſtipitem, & originem, ex qua Deſcendentes maſculos ad ſuum fideicommiſſum, & primogenituram Teſtator invitaverat, ut plenè probant *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.321. num.28., Manſ. conſult.36. num. 14. verſ. prout ſimiliter, & conſult. 41. num.37. & ſeqq. tom.9., Rodulphin. alleg.22. num.20., Torr. de majorat. Ital. part.3. decif. 57. num.49. & ſeq., Mart. medic. decif. Sen.1. n. 80. & ſeqq., Rota coram Bich. decif.252. num.17. & 19., ad ornat. clar. mem. Card. de Luc. de Fideicom. decif. 51. num. 10. verſ. quia dictio, in rec. decif. 6. num. 34. part. 5., in Reatina Fideicommiſſi 14. Februarii 1699. §. Non obſtant coram Rmo Molines, 22. Martii 1700. §. Quia in aliquo coram Rmo D. Anſaldo Decano, in Avenionen., ſeù Carpentoracten. Fideicommiſſi de Tertullis 2. Decembris 1705. §. Nilque coram Rmo Molines, in Romana Fideicommiſſi R. P. D. Pauli de Alveriis 11. Maii 1714. §. Prima coram R. P. D. Criſpo.*

Ut etiam obeſſe nequit, quod Teſtator Liberis
66 Spiritus ſubſtituerit Paulum, & Jo: Bap:iſtam
alios ejus filios, quaſi conſideraverit defectum
dd. Liberorum ipſis viventibus, namque novum
non eſt, quod in fideicommiſſis ordinatis cum
perpetuitate in omnes Deſcendentes ex linea heredis inſtituti, ſubſtituantur alii Teſtatoris filii, cum ex humanarum rerum viciſſitudine, plerumque contingat, intrà breve temporis curriculum nedum unam, ſed plures lineas extingui, & ſic quàm citò verificari ſubſtitutionem, quæ in remotiſſimum tempus collata videbatur, ut animadvertit *Rocca diſput. Jur. ſelect. cap. 28. n.8. & 13., Rot. coram Merlin. decif.206. n. 20. verſ. nec obſtat.*

Pariterque non officit, Teſtatorem expreſsè
vocaſſe filios Spiritus, at non etiam filiorum fi-
67 lios, indè arguendo, quod, ſi Teſtator, ubi voluit illos vocare, contentus non fuit eoſdem ponere in conditione, ſed præterea expreſsè vocavit; ità etiam egiſſet reſpectu pronepotum, ulteriorumque deſcendentium à ſuis filiis, quoties ad iſtos quoque ſuam hereditatem deferri intellexiſſet; ut obſervant *Ruſtic. de liber. in condit. poſit. lib. 4. cap. 13. num. 2. & ſeqq., Menoch. de præſumpt. lib.4. præſum.76. num.43. & 44., Conſtantin. ad Statut. Urb. annot. 36. art. 3. n. 283., Rot. coram Celſ. decif.5‹15. num.27.* Nam, ſi Deſcendentes omnes etiam expreſsè ad ſucceſſionem invitaſſet, quæſtio eſſet de re non dubia;
68 Quamobrem ex eo, quod talis expreſſà vocatio
non legitur, ideò ad illam inducendam rectè recurritur ad conjecturas ſuperiùs expenſas, quæ tantum abeſt, quod ex argumento ducto ab hac diſcretiva elidantur, ut potiùs coadjuventur ratione illâ, quod, ſi Teſtator paſſivi fideicommiſſi onere gravavit Spiritum ſibi cognitum,
69 magiſque dilectum, ut Bona ſua devenirent ad
illius filios, ſeù Liberos, & ad ceteros ſubſtitutos,
rectè cenſetur ſimili onere gravaſſe etiam filiorum filios, alioſque Deſcendentes remotiores, minùſque dilectos; Iſtudque argumentum licèt
nullius roboris reputetur quando de contraria 70
Teſtatoris voluntate conſtat, in quibus terminis
procedunt auctoritates ſuperiùs in objectionibus
relatæ, multum tamen juvat ad eam interpretan-
dam, quando dubia eſt; ut dixit *Pariſ. conſ. 53.* 71
*num.21. lib.1., Gratian. diſcept. forenſ. cap. 648. n.16. & 17., Mart. medic. decif. Senen.1. n.63., Rot. inter recollect. à Conſtantin. ad Statut. Urb. dec.120. num. 11. & ſeqq., Balducc. dec., & rer. Judicat. tit.3. de legat. decif.50. num.29.*

Hæc autem, quæ diximus de prælegato Joannis, locum ſibi vindicant etiam in illius diſpoſitione univerſali eâdem methodo, & ordine ſubſtitutionum ordinata, quamvis primogenituram non contineat, quia in fideicommiſſis æquè, ac in primogenituris nil naturali, & legitimo ſuccedendi ordini magis repugnat, quàm retrogradus
ſuccedendi modus, quo ſucceſſio ablata Deſcen-
dentibus, ad quos illa progredi debet, transfera- 72
tur ad Tranſverſales remotiores, & diverſæ lineæ, *Fuſar. conſ.80. nu. 5., Altograd. jun. contr. 68. §. penult., Tondut. reſol. civil. part.2. cap.89. in fin., de Luc. de linea leg. tit.20. nu. 15., Palm. nep. allegat. 226. num. 69. & 91., Cenſal decif. Lucen.90. num.12., Rota decif.209. num. 1. & 2. part.2. diverſ., & dec.69. num. 30. part.17., cum aliis in Romana Caſalis Aguzzani 21. Junii 1701. §. Fortiùs in noſtra hypotheſi cor. Rmo Molines.*
Unde promanat omnium ore tritum illud axio-
ma, durationem unius lineæ aliam excludere, 73
omneſque, qui in ea non ſunt, *Ramon. conſ. 100. nu.409.; Mart. de ſucceſſ. legal. part.4. quæſt.21. art.16. num.16. & ſeqq., Rota coram Merlin. dec. 864. num.33., in rec. decif.65. n.6. & 7. part.8.,* cum juſtitiæ, & naturalis æquitatis dictamini
magis conſonum ſit, quod ratio continuationis
in linea poſſeſſoris prævaleat alterius ingreſſui, 74
*clar. me. Card. de Luc. de Fideic. diſc.203. n. 11. in fin. ſupplem. part.3., Rocc. diſput. Jur. ſelect. cap.3. num. 12. & ſeqq., Rot. in Bononien. Fideicommiſſi de Ballattinis decif. 22. in fin. apud Balducc. ad Ramon. tom.4.*

Quo verò ad fideicommiſſum Joſephi Franciſci per mortem Joſephi Aloyſii purificandum favore Marchionis Franciſci Caroli filii de Berna,
eidem illud ſuffragari quoque poterit ad repel-
lendos Creditores dicti Joſephi Aloyſii Patris, 75
cum enim Marchio Carolus æquè, ac ceteri alii, ſi adeſſent, deſcendentes à Hyacintho Pio, & Joſepho Aloyſio heredibus inſtitutis gravati fuerint reſti:uere dd. fideicommiſſa, ab illorum ultimo deferenda fœminis, dubio procul ad eadem fideicommiſſa Marchio vocatus cenſeri debet, cum gravamen antecedentem vocationem neceſſariò ſupponat, ad *Text. in leg. labeo cod. de Fideicom., Cyriac. controv. forenſ. 302. num. 46., Barry. de ſucceſſ. lib.8. tit.2. num. 6., Rot. ad ornat. Card. de Luc. decif. 48. n. 2. lib. 10. tom.3., in rec. dec.168. num. 12. part. 17.,* & ceteris aliis omiſſis, dictum fuit *in Aſſiſien. Immiſſionis 17. Decembris 1708. §. In hypotheſi & ſeqq., & 26. Junii*

*nii 1709. coram Eño D. Card. de Polignac, in Ariminen. Fideicommiſſi Bandi de Bandis quoad Inveſtimentum 15. Februarii 1717. §. Certiùs quia coram R. P. D. meo Rovault de Gamacbes, & in Romana, ſeù Fauen. Fideicommiſſi 20. Junii 1718. §. Quamobrem coram eodem.*

Et huc ſpectant digreſſus ad plures gradus ſubſtitutionum, in quarum qualibet poſiti fuerunt in conditione = *les Enfans* = maſculi primogeniti, & deinde illi ſecundogeniti, ac tertiò demum loco ſubſtitutis propriis filiabus Teſtatoris, & illis
76 à ſuis filiis procreandis, excluſis per modum regulæ profeſſis, aliiſque in Ordinibus Sacris conſtitutis, additis præthereà aliis ſubſtitutionibus in caſu delicti ordinatis, & quidem ordine primogenituræ in omnibus dd. ſubſtitutionum gradibus ſervando, quæ omnia progreſſum, & durationem fideicommiſſi in D. Marchione requirente, aliiſque omnibus vocatis, magis, magiſquè ſuadent, juxtà regulas ſatis notas, quas in fideicommiſſo adeò claro conſultò omittimus.

## *Anconitana Fideicommiſſi.*

Pro receſſu à *Conſilio Oldradi* 21., etiam in diſpoſitione Aſcendentis an, & quando non ſufficiant perpetui, & abſoluti fideicommiſſi conjecturæ deſumptæ ex agnationis contemplatione: digreſſu ad plures ſubſtitutionum gradus: dictione *quandocumque* = clauſula = *vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum* =, ſæpiuſque repetita legitimitatis, & naturalitatis qualitate? Fideicommiſſum perpetuum, & abſolutum an, & quando inductum cenſeatur?

## VOTUM XVI.

1 *Subſtitutio ordinata in caſu alicujus obitus ſinè filiis, juxta* Conſil. Oldradi 21., *per illius obitum cum filiis expirat.*

2 *A* Conſilio Oldradi 21. *receditur ex conjecturis perpetuitatis fideicommiſſi, & quæ illæ ſint?* num. 3. ad 11.

3 *Perpetui fideicommiſſi conjecturam præbet agnationis contemplatio.*

*Item digreſſus ad plures ſubſtitutionum gradus,* num. 5. 7. & 8.

*Tum dictio* = quandocumque = *num.* 9.

*Et clauſula* = vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum =, *num.* 10.

*Tum etiam ſæpiùs expreſſa qualitas legitimitatis, & naturalitatis,* num. 11.

*Ex his autem conjecturis faciliùs ab eodem* Oldradi conſilio *receditur, cum de Aſcendentis diſpoſitione agitur,* num. 12.

4 *Agnationis contemplatio optimè elicitur ex ſæpiùs iterata expreſſione maſculinitatis.*

*Sic etiam ex facta Agnatorum ſubſtitutione,* ibid.

5 *Pro inducendo digreſſu ad plures gradus ſubſtitutionum tres dumtaxat ſufficiunt gradus.*

9 *Dictio* = quandocumque = *ſuâpte naturâ importat tractum temporis ſucceſſivum.*

*Excluditque vulgarem: & compendioſam, ſed fideicommiſſariam continet,* ibid.

*Intellige, ut* num. 47.

10 *Clauſula* = vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum = *oſtendit, diſpoſitionem non per vulgarem, ſed per fideicommiſſariam conceptam eſſe.*

13 *Subſtitutio ordinata ſub aliqua conditione, hac deficiente, deficit.*

14 *Procedit etiam in tacita conditione:* = ſi ſinè filiis = *deſumpta ex* Text. in L. cum Avus ff. de condit., & demonſtr.

*Et licèt agatur de ſubſtitutis à Teſtatore deſcendentibus,* ibid.

*Maximè verò, ſi res non ſit de inducenda ex conjecturis activa, aut paſſiva filiorum vocatione, ſed de tranſitu ad novum ſubſtitutionis gradum,* num. 17.

*Idem, ſi nulla adſit alienationis prohibitio,* num. 18.

*Verbaque deſignans perpetuitatem temporis importantia,* num. 19.

*Et, ſi Teſtator perſonas ſibi cognitas, non earum etiam Deſcendentes invitavit,* num. 21.

15 *Ad ſucceſſionem quis non debet admitti contra mentem Teſtatoris.*

17 *Conjecturæ graviores requiruntur, ubi non de activa, aut paſſiva filiorum vocatione inducenda agitur, ſed de tranſitu ad novum ſubſtitutionis gradum.*

18 *Alienationis prohibitio paſſim in fideicommiſſis perpetuis à Teſtatoribus adponi ſolet.*

20 *Fideicommiſſum perpetuum, & abſolutum excluditur, ubi nulla à Teſtatore perpetuitas deſignata fuit.*

22 *Pro fideicommiſſi duratione concludentes requiruntur conjecturæ.*

*Quæque ex ipſius teſtamenti verbis eliciantur.* ibid.

23 *Nec ſufficiens conjectura eſt agnationis contemplatio, & ratio* num. 24. 25. & 26.

24 *Agnationis contemplatio operatur in caſibus à Teſtatore præſcriptis, at non extendit fideicommiſſum ad caſus non expreſſos.*

25 *Agnationis contemplatio intelligenda eſt juxta præcedenter expreſſam conditionem:* ſi ſinè liberis, & num. 26.

*Præſertim, ſi ſtet acceſſoriè ad illam, non verò ſeparatè,* ibid.

27 *Agnationis contemplatio adeſſe non dicitur, ubi non eſt expreſſa.*

28 *Agnationis contemplatio excluditur ex non facta alienationis prohibitione.*

29 *Excluditur itidem, ſi diſpoſitio non reſpiciat tractum temporis ſucceſſivum.*

30 *Agnationis contemplatio, nonniſi ex gravibus, validiſque conjecturis poteſt induci.*

*Procedit, nullis etiam conjecturis in contrarium concurrentibus,* ibid.

31 *Qualitas maſculinitatis gravioribus non coadjuvata conjecturis, ſufficiens argumentum non præbet agnationis contemplatæ.*

32 *Eamdemque non importat; ſed meram ſexus prædilectionem indicat.*

33 *Agnationem inter, & maſculinitatem maximum diſcrimen intercedit.*

34 *Qualitas maſculinitatis cenſetur non contemplatione agnationis, ſed dumtaxat favore ſubſtituti adpoſita.*

*Ne ſcilicet à fœminis excludatur*, ibid.

35 Deciſiones Sacræ Rotæ *contrarium admittentes declarantur.*

36 *Ex Agnatorum vocatione facta abſque ratione expreſſa agnationis conſervandæ, non benè infertur ad ipſius contemplationem.*

37 *Votum enim agnatitium non dubium, ſed clarum, & perſpicuum eſſe debet.*

38 *Pro fideicommiſſi duratione excluſâ conjecturâ contemplatæ agnationis, ceteræ omnes corruunt.*

39 *Digreſſus ad plures ſubſtitutionum gradus, ut perpetuitatem fideicommiſsi inducat, debet eſſe activè, & paſsivè inter ſubſtitutos factus.*

40 *Non per meram vulgarem.*

41 *Subſtitutiones plures pendentes à conditione* = ſi primi heredes deceſſerint ſinè filiis = *non plures, ſed unica reputantur ſubſtitutio.*

42 *Digreſſus ad plures ſubſtitutionum gradus pendens à ſubſtitutione, cujus conditio deficiat, non operatur fideicommiſsi perpetuitatem.*

43 *Copula* = & = *copulata cum ſuis qualitatibus conjungit.*

44 *Subſtitutiones omnes per copulam* = & = *continuativè ad primum factæ, deficiunt, eô deficiente.*

45 *Verbaque perpetuitatem temporis reſpicientia, intelliguntur: quatenus illius ſubſtitutionis conditio parificetur.*

46 *Secus, ſi non ſicut continuativè ſed independenter, ac ſeparatè.*

47 *Dictio* = quandocumque = *vulgarem in compendioſam reſolvit, cum adjecta reperitur poſt verbum* = ſubſtituit =

*Tunc enim nedum primò vocatos reſpicit, ſed omnes etiam ſubſtitutos*, ibid.

48 *Secus, ſi primis heredibus ſit adpoſita.*

*Quo caſu fideicommiſſarium inter ipſos, at non etiam inter eorum Deſcendentes poteſt inducere*, ibid.

49 *Temporis tractus ſucceſſivus reſpiciens primò vocatum, ad ulteriores porrigendus non eſt.*

50 *Clauſula* = vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum = *ſubſtitutionem vulgarem in fideicommiſſariam non immutat.*

51 *Qualitas legitimitatis, & naturalitatis à Teſtatore expreſſa, levem valdè conjecturam præbet perpetuitatis fideicommiſsi.*

*Utpotè apponi ſolita de Notariorum ſtylo*, ibid.

52 *Eaque conjectura pluries à DD.* & Sacra Rota = *fuit rejecta.*

53 *Leviſsimaque reputatur, ubi nulla habita ſit ratio conſervationis Bonorum in familia.*

54 *A* Conſilio Oldradi 21. *non niſi ex gravibus, & concludentibus conjecturis receditur, licèt de Aſcendentis diſpoſitione agatur.*

*Ab eoque non receditur, quoties perpetuum fideicommiſſum non apparet conſtitutum* num. 56.

55 *Receſſum ab eodem* Conſilio *ſtatuentes auctoritates explicantur.*

57 *Fideicommiſſo perpetuò non aliter locus eſſe poteſt, quàm purificatâ conditione ſubſtitutionibus adjectâ.*

58 *Procedit, licèt digreſſus adſit ad plures ſubſtitutionum gradus, perpetua fœminarum excluſio, vocatio cippi, ac domus, & Loci pii ſubſtitutio.*

59 *Pro fideicommiſsi expiratione eſt judicandum, cum id ſuadent mens Teſtatoris, ac Tribunalium ſententia.*

BON: mem: Capitaneus Joannes Cerri die 10. Aprilis anno 1553. poſtremum condidit teſtamentum, in quo poſtquam alia aliis Legata reliquit, inſtitutionem, ſubſtitutionemque heredum his, quæ ſequuntur, verbis concepit = *In omnibus autem aliis ſuis Bonis mobilibus, & immobilibus, juribus, & actionibus, præſentibus, & futuris ſuos heredes univerſales inſtituit, fecit, & eſſe voluit Lucam, & Petrum Mariam ejus filios maſculos legitimos, & naturales natos ex dicto Teſtatore, & D. Marietta ejus legitima Uxore, & omnes alios naſcituros ex dicta D. Marietta, vel quacumque alia ejus Uxore, &, ſi dicti ſui filii maſculi legitimi, & naturales quandocumque deceſſerint ſinè filiis maſculis legitimis, & naturalibus, ſibi ipſis ſubſtituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum Capitaneum Guidottum ejuſdem Teſtatoris fratrem carnalem, &, ſi haberet filios maſculos legitimos, & naturales, dictos ſuos filios eidem ſubſtituit; Et, ſi dictus Capitaneus Guidottus non haberet filios maſculos legitimos, & naturales, ſibi ſubſtituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum D. Andream Franciſci de Cerris dicti Teſtatoris Conſobrinum, & ejus filios maſculos legitimos, & naturales, et, ſi dict. D. Andreas deceſſerit ſinè filiis maſculis legitimis, & naturalibus, eidem ſubſtituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum Mariam Bartholomæi de Saguntinis de Piſtorio, & ejus filios maſculos legitimos, & naturales, & poſt eorum mortem decedentibus ſinè filiis maſculis legitimis, & naturalibus ſubſtituit magis propinquiores dicti Teſtatoris* =

E vivis erepto Joanne fideicommittente, aditâque hereditate ab ejus filiis, ex his alter, Lucas nempè plures ſuſcepit Liberos, idemque vendidit bon. mem. Antonio Fabrono partem Bonorum et à Patre relictorum in loco nuncupato = *Celle* = Cùm autem per mortem Guidotti Mariæ ultimo loco defuncti extincta fuerit deſcendentia maſculina prædicti Lucæ, peremptiſque gradibus intermediis, ſuperſint DD. de Saguntinis tertio loco ſubſtituti, iidemque fortè animò intendant, ſibique ſpondeant ſuo, durare adhuc fideicommiſſum, ipſorumque favore jam eſſe purificatum; libuit Domino Franciſco Treoſſi Emptoris heredi mediato, & poſſeſſori Bono-

norum, de quibus agitur, dare mihi in mandatis, ut animi mei ſenſum exponam, & quid hac in re prò veritate ſentiam, liberè aperiam.

Injuncto itaque muneri manum admovens, video, plura prò duratione fideicommiſſi expendi poſſe argumenta; Etſi enim paſſim receptum
1 ſit, ſubſtitutum in caſu, quo quis decederet ſine filiis, admitti ad ſucceſſionem non poſſe, ſi naſcantur filii, juxta traditionem *Oldradi* in famigerato *conſil.* 21., nihilominus ab ea ſæpè ſæpius receditur, quoties in contrarium urgeant conjecturæ, ex quibus appareat, Teſtato e
2 voluiſſe perpetuum, abſolutumque fideicommiſſum ordinare, *Saminiat. poſt controv. Altograd. jun. conſ.* 8. *num.* 2., *Rota coram Merlin. deciſ.* 83. *num.* 2., *in rec. deciſ.* 14. *num.* 8., *deciſ.* 44. *num.* 3., *deciſ.* 181. *num.* 4 *part.* 1., *deciſ.* 4. *num.* 2. *tom.* 2. *part.* 4., *deciſ.* 135. *num.* 5. *part.* 8., *in Mantiſ. ad clar. mem. Cardin. de Luca de fideicom. deciſ.* 26. *num.* 3. & 4., *deciſ.* 27. *num.* 8. & *deciſ.* 3 . *num.* 2., Porrò validiſſima ad hunc effectum
3 reputatur conjectura promanans ex contemplatione agnationis, juxta ea, quæ tradunt *Surd. conſ.* 443. *num.* 19., & 20., *Caſanat. conſ.* 4. *nu.* 19., *Fuſar. de ſubſtitut. quæſt.* 480. *num.* 20., & *ſeq.*, *Saminiat. loco mox citat. num.* 5., *Rota coram Merlin. deciſ.* 83. *num.* 4., & 6., *in rec. deciſ.* 44. *num.* 4., & 5. *part.* 1., *latè in Mantiſſ. ad clar. mem. Card. de Luca de fideicomm. deciſ.* 37. *ex num.* 3. *ad* 9., Immò vero ea sola, ſi non illative dumtaxat, ſed principaliter per modum rationis, & quidem dicto generalioris efferatur, aliquando ſufficere poteſt ad inducendum ab *Oldradi* conſilio receſſum, ex notatis apud *Roland. conſ.* 23. *num.* 21. *lib.* 4., *Peregrin. de fideicomm. art.* 11. *num.* 54. & 56., *Fuſar. de ſubſtitut. quæſt.* 480. *num.* 20. & 23., *Rot. in Mantiſſ. ad clar. mem. Card. de Luca de fideicommiſ. deciſ.* 17. *num.* 8.

Hæc autem agnationis contemplatio in caſu noſtro perſpicuè reſultat tum ex toties iterata,
4 totieſque inculcata expreſſione maſculinitatis, ut advertunt *Surd. conſ.* 316. *num.* 8. & 14., *Aldovin. conſ.* 92. *num.* 20., *Fuſar. conſ.* 24. *num.* 43. & *ſeqq.*, *Bellon. jun. conſ.* 2. *num.* 23., *Ramon. conſ.* 15. *num.* 13. & *ſeqq.*, *Molin de Primogen. Hiſpan. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 25. & 29., *Caſtald. conſ.* 12. *num.* 6., *Rocca diſput. jur. ſelect. cap.* 15. *num.* 12. *verſ. habitum verò*, *Rota coram ſan. mem. Alexandro VIII deciſ.* 177. *num.* 17. & *ſeqq.*, *coram Benincaſa deciſ.* 30. *num.* 12., & *in Foroſempronien. Legatorum ſuper fideicommiſſo Antonii* 2. *Martii* 1712. §. *In dubium autem in princ. coram R.P.D. Aldrovando.* Tum etiam ex Guidotti, & Andreæ agnatorum ſubſtitutione, quæ regulariter fieri ſolet ob rationem agnationis, ut ponderat *clar. mem. Card. de Luca de fideicomm. diſc.* 43. *num.* 6., *Rota ad ejuſdem ornat. ſub eodem tit. de fideicomm. deciſ.* 13. *num.* 14., & *in Baren. Immiſſionis* 3. *Junii* 1709. §. *Votum autem in princ. coram R.P.D. Aldrovando.*

Hanc conjecturam excipit illa digreſſus ad
5 plures gradus ſubſtitutionum; poſtquam enim Teſtator filios ſuos inſtituit, eis ſubſtituit Guidottum, ejuſque filios, his verò Andream, ejuſque pariter filio, hiſque ſubjecit Marium de Sagantinis, & denique propinquiores ſuos, ex quo ſanè ſubſtitutionum ordine in dubium venire nequit, quin talis digreſſus eliciatur, quando ad
hunc effectum tres tantum gradus ſufficere, in- 6
quit *Giovagn. reſp.* 82. *num.* 20. *verſ. ſeutò paris lib.* 1., *Rota in rec. deciſ.* 385. *num.* 32., & 33. *part.* 9., *in Mantiſ. ad clar. mem. Card. de Luca de Fideicomm. deciſ.* 38. *num.* 9.; Digreſſus autem ad plures gradus ſubſtitutionum tanti valere cre-
ditur, ut ejus virtute recedi debeat ab *Oldradi* 7
doctrina, *Cephal. conſ.* 114. *num.* 26., & *conſ.* 251. *num.* 79., *Caſanat. conſ.* 4. *num.* 21., *Saminiat. poſt contr. Altograd. jun. dict. conſ.* 8. *num.* 3., *Rot. coram Merlin. deciſ.* 83. *num.* 10., *in Mantiſſ. ad clar. mem. Card. de Luca de Fideicomm. deciſ.* 37. *num.* 10., & *deciſ.* 39. *num.* 18.; Præſertim verò, quando conjunctus reperitur cum
contemplatione agnationis, prout animadver- 8
tunt *Fuſar. de ſubſtitut. quæſt.* 437. *num.* 95., *Rot. coram Ubald. deciſ.* 313. *num.* 3., *coram ſan. mem. Alexandro VIII. deciſ.* 113. *num.* 15., *in rec. deciſ.* 385. *num.* 32. *part.* 9., & *in Mantiſ. ad clar. mem. Card. de Luca de Fideicomm. deciſ.* 38. *num.* 7.

Prout etiam urget tum dictio illa = *quandocumque* =, quæ cum ſuàpte naturâ importet trac- 9
tum temporis ſucceſſivum, excludit vulgarem, continetque compendioſam, ſeu fideicommiſſariam, ad tradita per *Honded. conſ.* 54. *n.* 42. *lib* 2., *Fuſar. de ſubſtit. qu.* 233. *nu.* 31., *Rota cor. Dunozet. jun. deciſ.* 487. *nu.* 12., *coram bon. me. Emerix jun. deciſ.* 251. *nu.* 10. & 23. *ad ornat. clar. mem. Card. de Luca de Fideicomm. deciſ.* 63. *num.* 7., & *in Romana Immiſſionis* 24. *Aprilis* 1711. §. *Verùm progrediendo coram R.P.D. Criſpo*, Tum clauſula illa = *vulgariter*, *pupillariter* & *per fidei-*
*commiſſum*, = quæ aperte oſtendit, Teſtatorem 10
diſpoſitionem ſuam non jam per vulgarem, ſed per fideicommiſſariam condere voluiſſe, *Trentacinq. de ſubſtitut. part.* 5. *cap.* 10. *num.* 10., *Provenzal. apud Rodulphin. allegat.* 105. *nu.* 7., *Rot. Bononien. apud eumdem allegat.* 107. *num.* 11. *verſ. quod ſinè ulla*, *Rot. coram Seraphin. deciſ.* 934. *num.* 10., *coram Merlino deciſ.* 83. *num.* 20., *coram Emerix jun. deciſ.* 538. *num.* 7., *in Fanen. Fideicommiſſi* 22. *Junii* 1705. §. *Certiora autem coram bon. mem. Omanna.*

Tum denique toties expreſſa qualitas legiti-
mitatis, & naturalitatis; Teſtator enim nedum 11
filios, & filiorum filios, verùm etiam filios omnium ſubſtitutorum in conditione poſuit, eâ deſignatâ qualitate, quod eſſent legitimi, & naturales, quam ſanè expreſſionem ad rem noſtram non parùm conferre, dixerunt *Cravett. conſ.* 326. *in fin.*, *Fuſar. de ſubſtitut. quæſt.* 480. *num.* 84., *Adden. ad Burats. deciſ.* 385. *num.* 10. *verſ. ſecunda conjectura*, *Saminiat. poſt contr. Altograd. conſ.* 8. *num.* 4., *Rot. coram Merlin. deciſ.* 83. *num.* 4. Eoque potiori jure omnes iſtæ conjecturæ admittendæ ſunt in caſu noſtro, quia,
cum agatur de diſpoſitione ordinata ab Aſcen- 12
den-

dente, facilliùs recedi ab *Oldradi* conſilio, & prò bueicommiſſi duratione pronius reſponderi teſtatur *Rota coram Coccin. deciſ.267.num.6., coram Arguell. deciſ. 54. num. 46., & noviſſimè in Romana Locorum Montium 4. Junii 1714. §. Junctâ animadverſione coram R. P. D. Anſaldo*.

Verùm enim verò, licèt hæc primo rei obtutus ſatis urgere videantur, nihilominus tamen ſedulo, maturoque ſtudio perpenſâ teſtamentariâ diſpoſitione Joannis Cerri, cenſeo, potiora eſſe momenta rationum, quibus evincitur, fideicommiſſum in ipſo ſui exordio jam expiraſſe, ideoque Bona, utpotè effecta libera, rectè diſtrahi potuiſſe, itaut nullum prorſus jus competat DD. de Saguntinis ad illa vindicanda. Et-
13 enim, cùm ſubſtitutiones ordinatæ ſub aliqua conditione deficiant, deficiente tali conditione, ad *Text. in leg. Ex facto §. Si quis autem verſ. Aut igitur ff. ad Trebell., leg. filius familias §. Cùm quis rogatus ff. de legat. 1., Riminald. jun. conſ. 358. num. 147., & conſ. 464. num. 17., Caſanat. conſ. 4. num. 123., Altograd. conſ. 60. nu. 1. lib. 1., Saminiat. poſt contr. Altograd. jun. conſ. 8. num. 10.*, hinc ſequitur, quod, cum Teſtator ſubſtituerit Guidottum Andream, & Marinm de Saguntinis, ſi Lucas, & Petrus Maria filii ſui ſinè filiis deceſſiſſent, cumque Lucas reliquerit filios, jure proindè, meritòque ſubſtitutio prædictarum perſonarum evanuiſſe dicenda eſt, juxtà celebrem doctrinam *Oldradi in ſæ-*
14 *piùs citat. conſ. 21.*, quod jam vim, auctoritatemque regulæ obtinuit, ut, aliis omiſſis, tradunt *Peregrin. de fideicomm. artic. 22. num. 23. & ſeq., Mantic. de conject. lib. 11. tit. 6. num. 6., Altograd. jun. contr. 38. num. 26., Rodulphin. allegat. 161., R. P. D. Fattinell. reſp. 16. utrobique num. 1. tom. 2., Rota coram Coccin. deciſ. 294. nu. 2., coram Cavaler. deciſ. 154. num. 1., & deciſ. 647. num. 2., coram Celſ. deciſ. 228. num. 1. & deciſ. 335. num. 12., coram Cerro deciſ. 516. num. 10. & ſeqq., & deciſ. 712. num. 3. & 7., in rec. deciſ. 195., & deciſ. 221. utrobique num. 1., & ſeqq. & num. 5., deciſ. 39. ex num. 1. part. 5., deciſ. 39. num. 1., & ſeqq., & deciſ. 459. num. 3. part. 13., & in Mantiſſ. ad clar. mem. Card. de*
15 *Luca in conflict. leg. deciſ. 29. num. 8.*; Idemque procedit etiam in tacita conditione: *ſi ſinè filiis* deſumpta ex *Textu in leg. Cùm Avus ff. de condit., & demonſtrat.*, prout advertit *Altograd. ſen. conſ. 60. num. 2. lib. 1., & conſ. 96. num. 27. lib. 2.*, juſtumque locum ſibi vindicat, tametſi ſubſtitutus ſit aliquis ex Deſcendentibus Teſtatoris, *Bald. in leg. Cùm acutiſſimi num. 5. Cod. de fideicomm., ibidemque Caſtrenſ. eodem num. 5.*, ſubdens, ſe ità obtinuiſſe, & mente tenendum, *Mantic. de conject. lib. 10. tit. 7. num. 2., R. P. D.*
16 *Fattinell. reſp. 16. num. 3. tom. 2.*; Et rectè quidem, quia alioquin ſubſtitutus ſuccederet contra voluntatem Teſtatoris, qui illum ità demum admitti voluit, ſi gravatus ſuperſtites filios non haberet, ut conſiderat *R. P. D. Fattinell. dict. reſp. 16. num. 2. tom. 2.*

Fortiùs verò hæc urgent ob plures maximâ notâ dignas facti circumſtantias in noſtra hypo-
theſi concurrentes, quarum prima eſt, quod non 17
agitur de inducenda ex conjecturis vocatione activa filiorum in conditione poſitorum, vel etiam de vocatione paſſiva jure continuationis, & ordinis ſucceſſivi in eadem deſcendentia, ſeù genere, ſed res eſt de faciendo tranſitu ad novum, & diverſum genus perſonarum, ac ſubſtitutionis gradum, quo caſu graviora requiruntur argumenta, ex quibus erui poſſit tale gravamen primò vocatorum, ut caſum à caſu diſtinguendo, benè notat *clar. mem. Card. de Luca de Fideicomm. diſc. 82. num. 8., & 9., & diſc. 83. n. 6., & 7., Palma nepos inter deciſ. ab ipſo collect.,*
*deciſ. 176. num. 3.*; altera deſumitur ex eo, quod 18
Teſtator nihil egit, dixitque de conſervatione Bonorum, nihil de prohibitione alienationis eorumdem; nemo autem recto ſenſu præditus ſuadere ſibi poterit, quod, ſi d. Teſtator noluiſſet, fideicommiſſum, ſubſtitutioneſque pendere à momentanea illa conditione obitus primorum heredum ſinè filiis, non adjeciſſet prohibitionem alienationis Bonorum, quando illa paſſim adjici ſolet, ut ad rem noſtram ratiocinatur *clar. mem. Card. de Luca de Fideicomm. diſc. 127. num. 8., Rut. p.ſt Cenzon. ad ſtatut. Urb. deciſ. 95. §. Corroborantur* ibi = *Corroborantur prædicta, quia Bonorum alienatio explicitè prohibita non fuit, minuſque illa ratio in teſtamento legitur, quam ut plurimùm Teſtatores in fideicommiſſis apponere ſolent, videlicet hoc pacto fideicommittere, quia volunt, eorum Bona perpetuò in agnatione conſervari.* =

Tertia circumſtantia promanat ex eo, quod
Teſtator nullis omninò uſus eſt verbis ſucceſſi- 19
vum tractum temporis reſpicientibus, qualia eſſent = *in perpetuum* = *in infinitum* = *ſemper* = *de gradu in gradum* = *de herede in heredem* =, & id genus alia, quæ pro excluſione vulgaris expendi ſolent à Doctoribus; quamobrem, cum in caſu noſtro nullibi deſignata appareat ea perpetuitas, quæ veluti cauſa finalis diſpoſitionis, ac omnium votorum ſumma propoſita eſt iis Teſtatoribus, qui fideicommiſſum abſolutum, independenſ-
que à qualibet conditione conſtituere voluerunt, 20
procul dubio dicendum ſequitur, tale fideicommiſſum in noſtra hypotheſi non adeſſe, ut optimè obſervant *Palma nepos inter deciſ. ab ipſo collectas deciſ. 175. num. 26., deciſ. 176. num. 15., & deciſ. 177. num. 3., Rut. in Mantiſſ. ad clar. mem. Card. de Luc. de Fideicomm. deciſ. 47. num. 2., & in Romana hereditatis 14. Junii 1709. §. Non attento verſ. quia licèt cor. Emo D. Card. Priolo.*
Huic denique valde affinis eſt quarta, quod 21
Teſtator vocavit perſonas dumtaxat ſibi cognitas, quæque ſibi ob oculos obverſabantur, at non etiam invitavit lineas, ac deſcendentias earumdem, ex quo quidem liquidò eluceſcit, Teſtatorem in animo non habuiſſe perpetuitatem fideicommiſſi, ſed ſolummodo gratificationem perſonarum cognitarum in caſu, quo ſui filii ſinè filiis decederent, ut diſtinguendo monet *clar. mem. Card. de Luc. de Fideicomm. diſc. 82. nu. 11. §. Altera*.

Ne-

Neque verò ea, quæ huc uſque diximus, convelli quoquo modo poſſunt eo ſub obtentu, quod ob gravium conjecturarum concurſum in caſu
22 noſtro recedi ab *Oldradi conſilio* debeat, reſponderique pro fideicommiſſi duratione; Nam, cum ad iſtiuſmodi effectum conjecturæ debeant eſſe efficaces, concludentes, neceſſariæ, quæque ex ipſius teſtamenti verbis eliciantur, ut unanimiter tradunt *Surd. conſ.* 448. *num.* 13. *verſ. ſecundò reſpondeo*, *Bott. conſ.*50. *num.*68., *Giovagnon. conſ.*97. *num.*10. *verſ. non obſtat*, *ibique Rota num.*21., *Roger. conſ.*27. *num.*76., *Altograd. ſen. conſ.*60. *num.*118.*tom.*1., *Redenaſch. conſ.*37. *num.*16., *Saminiat. apud Altograd. jun. conſ.*8. *num.*11., *Rodulphin. alleg.* 161. *num.* 2., *Rot. Florent. apud Palm. nep. alleg.*234. *nu.* 56., *Rot. in rec. deciſ.*485. *num.*2 *part.*1., *deciſ.* 632. *num.*3. *part.*4. *tom.*3., *deciſ.* 459. *num.* 5., *coram Cerro deciſ.*712. *num.*8., *& in Lauretana Fideicommiſſi* 6. *Martii* 1702. *§. Suppoſitâ coram R.P. D. Lancetta*; hujus profectò generis non ſunt illæ, quæ in contrarium aſſeruntur, quippè quæ vel leves ſunt, & æquivocæ, vel non ſubſiſten-
23 tes, & à Doctoribus reprobatæ; remque ordiendo ab illa deſumpta ex agnationis contemplatione, hæc in jure non officit, & in facto non ſubſiſtit. Et quidem non officit in jure, quia paſſim rejicitur à Doctoribus, & quod contemplatio agnationis operetur quidem in gradibus, & caſibus à Teſtatore præſcriptis, at non etiam ex-
24 tendat fideicommiſſum ultra caſus literaliter expreſſos, *Ruin. conſ.* 152. *ſub num.* 5. *verſ. undè per hæc lib.*2., *Odd. conſ.*66. *num.*108., *& ſeqq.*, *Fuſar. conſ.*30. *num.*6., *latè Redenaſch. conſ.*74. *num.*49. *verſ. quod attinet cum plurib. ſeqq.*, *latè Altograd. conſ.*60. *num.* 9 *lib.* 1., *Saminiat. poſt contr. Altograd. jun. conſ.*8. *num.*23., *Palm.nep. inter deciſ. ab ipſo collect. deciſ.* 176. *num.* 14., *Rot. coram Burat. deciſ.* 230. *num.* 2., *& ſeqq.*, inquiens, quod, non curatâ expreſsâ ratione con-
25 ſervationis agnationis, retinetur thema conditionis prius expreſsæ: ſi nempè inſtituti ſinè liberis deceſſerint, *coram Cavaler. deciſ.* 481. *num.* 3., teſtans, hanc eſſe magis receptam ſententiam, *coram Dunoz. jun. deciſ.*74. *num.*6. *&* 7., *in rec. dec.*486. *num.*6. *part.*1., *deciſ.*667. *n.*11. *par.* 2., quo loci inquit, quod ratio agnationis intelligen-
26 da eſt juxta terminos præcedentis ſubſtitutionis, *deciſ.* 632. *num.* 11. *part.* 4. *tom.* 3., *deciſ.* 195. *num.*7. *part.*5., *deciſ.*405. *num.*14. *part.*9.; præſertim verò, ſi ratio agnationis expreſſa fuerit acceſſoriè, ac dependenter à conditione: *ſi ſinè filiis*, non autem ſeparatè, & independenter ab illa, ut benè admonent *Rovit. conſ.* 34. *num.* 6. *lib.*1., *Peregrin. de Fideicomm. art.*29. *num.*39., *Manſ. conſul.* 25. *num.* 7. *per tot. tom.* 9., *Saminiat. poſt contr. Altograd. jun. conſ.*8. *num.*24., *& ſeqq.*, *latè Palm. nep. alleg.* 90. *num.* 39., *& ſeqq.*, *Rot. in rec. deciſ.*300. *num.*20. *part.*1., *& deciſ.*277. *num.* 16. *part.*6.

Verumtamen, etſi maxima eſſet vis, maximumque robur iſtiuſmodi conjecturæ, eadem
27 tamen nihil prorsùs officeret, quia reverà deficit in caſu noſtro contemplatio agnationis, id quod evidens, & apertum redditur ex eo, quod illa à Teſtatore in nulla teſtamenti parte fuit expreſſa, prout omninò neceſſarium eſſe, tradiderunt *Cephal. conſ.* 401. *num.* 39., *Mantic. de conject. lib.*6. *tit.* 15. *num.* 5., *Rot. coram Coccin. deciſ.* 1036. *num.*20., *coram Roy as deciſ.* 123. *num.*3., *coram Dunoz. jun. deciſ.*46. *num.*10., *& ſeq.*, *coram Zarat. deciſ.*13. *num.*14., *in rec. deciſ.*279. *num.*21. *part.* 6., *deciſ.* 267. *num.* 14. *part.* 11., *deciſ.*29. *num.*7. *part.* 18., *in Melevitana Fideicommiſſi* 21. *Februarii §. Pro ſufficienti in princip. coram Emo D. Card. Priolo*, *& in Senogallien. Immiſſionis* 28. *Novembris* 1712. *§. Neque fieri coram R. P. D. Falconerio*; ſed rursùs pro ea excludenda illud maximâ animadverſione dignum
eſt, quod nulla facta fuit prohibitio alienationis 28
Bonorum, ſicut fieri ſolet ab iis, qui agnationem conſervare ſtudent, dum hæc ſinè Bonis conſervari commodè, ſplendidèque nequit, ut præcisè tradunt *Redenaſch. conſ.*34. *nu.*61., *Altograd. jun. contr.* 38. *num.* 27., *Saminiat. poſt eumdem conſ.*8. *num.*33., *Rot. deciſ.*490. *nu.* 11. *§. Et licèt ad fin. part.* 4. *diverſ.* ibi = *Meritò etiam faciliùs Dominus deſcendebat, quia in codicillo non poterat comprehendi, quod Jacobus voluiſſet facere aliud fideicommiſſum, nec aliam conſervationem agnationis, quàm in caſibus expreſſis, ex quo non prohibuit alienationes, nec alia fecit, quæ facere ſolent Teſtatores, quando fideicommiſſum perpetuum in omnibus caſibus facere intendunt* =, *in rec. deciſ.*151. *num.*11. *part.*5., *& coram Beniucaſa deciſ.* 334. *num.* 9.; prout etiam
nullum reperitur appoſitum verbum importans 29
tractum temporis ſucceſſivum, ut in ſpecie ponderat *Rota d. deciſ.*151. *num.*11.

Quamobrem, ſi etiam quando nullæ in contrarium concurrunt conjecturæ, illæ, quæ pro
inducenda contemplatione agnationis aſſerun- 30
tur, rejectis levibus, efficaces, ac validiſſimæ eſſe debent, ut docuerunt *Fulgoſ. conſ.*85. *n.*4., *Altograd. jun. contr.*68. *num.*4., *Rota poſt Cenſal. ad Peregr. deciſ.*38. *§. Quoniam*, *in rec. deciſ.* 638. *num.* 4. *part.* 18., *in Aquipenden.*, *ſeù Montis Faliſei Fideicommiſſi* 11. *Maii* 1705. *§. Et licèt coram clar.mem. Card. Caprara*, *in Bononien. Fideicommiſſi de Elephantutiis* 25. *Junii* 1708. *§. Et tam coram R.P.D. Anſaldo*, nul-
lo certè pacto in noſtra hypotheſi recipi poterit 31
illa elicita ex ſæpiùs adjecta qualitate maſculinitatis, quæ, niſi aliis gravioribus argumentis coadjuvetur, paſſim reprobatur à Doctoribus, eo
quod importet ſolummodò prædilectionem ſexus 32
maſculini, non autem contemplationem agnationis, prout de maſculinitate ſepties repetita dixit *Rota coram Dunoz. ſen. deciſ.*81. *num.*20., *& ſeq.*, *coram Zarat. deciſ.*31. *num.*9., *in rec. deciſ.* 160. *num.*15., *& ſeqq. part.*10., *deciſ.*463. *n.* 13. *part.*13., *in Romana Juriſpatronatus* 3. *Julii* 1705. *§. Tantò magis coram Rmo Molines*, *in Bononien. Fideicommiſſi Annibalis de Elephantutiis* 25. *Junii* 1708. *§. Et tam coram R.P.D. Anſaldo*, *& in Peruſina Fideicommiſſi* 20. *Februarii* 1713. *§. Eoque minùs coram R. P. D. Falconerio*, & præcisè in noſtra ſpecie firmat eadem *Rota*

*in*

*in rec. deciſ. 667. num. 10. part. 2., deciſ. 279.
num. 20., & 21. part. 6., coram Celſo deciſ. 145.
num. 7., coram Benincaſa deciſ. 334. num. 14.,
Rota Florent. apud Palm. nep. allegat. 234. n. 91.*;
& jure quidem, meritoque, quia maximum in-
33 tercedit diſcrimen inter agnationem, & maſcu-
linitatem, *Rot. poſt conſ. Farinac. deciſ. 350.
num. 7., coram Seraphin. deciſ. 1216. num. 6., co-
ram Celſo deciſ. 145. num. 5., & in rec. dec. 667.
num. 10. part. 2., & deciſ. 279. num. 20. part. 6.*;
Et qualitas maſculinitatis adjecta cenſetur favore
34 dumtaxat ſubſtituti, nè ſcilicet a fœminis ex-
cludatur, non autem ut agnationis contempla-
tionem importet, *Ripa in leg. Centurio n. 162. ff.
de vulgar., & pupillar., & in leg. 1. num. 8. Cod. de
poſt., Roland. conſ. 51. num. 5. verſ. 1. non obſtat
lib. 3., Gabriel. conſ. 93. num. 93. lib. 2., Caſanat.
conſ. 4. num. 233. cum ſeq., Rot. cor. Burat. de-
ciſ. 381. num. 3., coram Royas deciſ. 110. num. 8.,
in rec. deciſ. 186. num. 17. part. 1., deciſ. 160. nu.
15. part. 10.*; &, ſi quando contrarium admiſ-
35 ſum fuit à *Sac. Rota*, & ab aliis Tribunalibus,
id eveniſſe dicendum eſt iis in caſibus, in quibus
Teſtator expreſſam fecerat mentionem perpe-
tuæ conſervationis Bonorum in familia, prohi-
bueratque illorum alienationem, eâ additâ ra-
tione, ut eadem remanerent in domo, agna-
tione, & familia, ut contrarias auctoritates de-
clarando, reſpondit *Rot. deciſ. 151. num. 11. 12.
& 22. part. 5. rec.*

Prout etiam ad effectum, de quo agitur, nul-
36 lo numero habenda eſt materialis Agnatorum
vocatio, quia non idcircò inferri poteſt ad for-
malem illorum prædilectionem, agnationiſque
contemplationem, niſi reverà manifeſtè probe-
tur, talem mentionem factam fuiſſe eâ mente,
eoque conſilio, ut agnationis habita ratio dice-
retur, ut concorditer affirmant *Bardellon. conſ.
85. num. 27., & ſeq. lib. 1., Fuſar. de ſubſtit.
quæſt. 311. num. 31., & quæſt. 498. num. 2., Man-
tic. de conject. lib. 11. tit. 14. num. 5., Torr. va-
riar. jur. quæſt. tom. 1. tit. 2. quæſt. 4. num. 25.,
& 26. fol. 222., Paulut. differt. 91. num. 79. tom.
2., Rota in rec. deciſ. 232. num. 4. part. 2., cor.
Benincaſa deciſ. 334. num. 13., ad ornat. clar. me.
Card. de Luc. de Fideicom. deciſ. 12. num. 9., &
Rot. Florent. in una Florentina Succeſſionis 23.
Februarii 1711. §. Nec profuit coram D. Audi-
tore de Comitibus*; ob eam nempè rationem,
37 quod votum agnatitium non dubium, non am-
biguum, ſed clarum, & evidentiſſimum eſſe de-
bet, teſte *Rota ad ornat. clar. mem. Card. de Luc.
de Fideicomm. deciſ. 11. num. 7., & in Peruſina
Fideicommiſſi 20. Februarii 1713. §. Ulteriùs in
fin. coram R.P.D. Falconerio.*

Jam verò, excluſâ conjecturâ ex contempla-
tione agnationis depromptâ, ſuccedit altera pro-
38 manans ex digreſſu ad plures gradus ſubſtitutio-
num; verùm, etſi pro hac etiam ſubmovenda
ſatis eſſe poſſe videretur, quod, ſecluſâ agna-
tionis ratione, ceteræ omnes infirmæ reddun-
tur, & inefficaces, ut obſervat *clar. mem. Card.
de Luca de fideicomm. diſc. 83. num. 8. & 9.*; ni-
39 hilominus reſpondemus prætereâ, quod, ut di-
greſſus iſte effectum ſuum operari poſſet, opor-
teret, factum fuiſſe activè, & paſſivè, ſubſtitu-
tos nempè fuiſſe vocatos, ac per gradualem,
ſucceſſiveque ordinatam fideicommiſſariam re-
ſtituere rogatos, ut inquit idem præclariſſimus
*Auctor. dict. diſc. 83. num. 11. §. Obſervabam,
& Rot. coram Coccin. deciſ. 294.*; At aliter res
ſe habet, quoties talis digreſſus conceptus legi-
tur per meram, ac ſimplicem vulgarem, prout 40
contigit in noſtra ſpecie, in qua Guidottus ità
demum ſuccedere poteſt, ſi filii Teſtatoris ſinè
filiis deceſſiſſent, prout Andreas non aliter ad-
mittebatur, quàm, ſi Guidottus filios non ſu-
ſcepiſſet, & Marius de Saguntinis adſpirare ne-
quibat ad ſucceſſionem, niſi Andreas ſinè filiis
obiiſſet; Hoc autem caſu cùm omnes ſubſtitu-
tiones pendeant ab illa conditione = *ſi primi he-* 41
*redes deceſſerint ſinè filiis* = non jam plures repu-
tantur, ſed unica, cum reverâ etiam in ſpecie
conſilii *Oldradi* adeſſent plures, pluresque gra-
dus ſubſtitutionum, & ultimo loco etiam illa
favore Cauſæ piæ; & tamen, quia gradus iſti
ſubſtitutionum ordinati fuerant per vulgarem,
non autem per fideicommiſſariam, nullâ idcir-
cò eorumdem ratio habita fuit ad effectum ex-
tendendi fideicommiſſum, ut benè conſiderant
*Menoch. conſ. 85. num. 49., Burſat. conſ. 51. nu.
36., Caſanat. conſ. 4. num. 235., Fuſar. conſ. 98.
num. 3. & ſeqq., Bellon. jun. conſ. 26. num. 60.
& 62., Altograd. conſ. 60. num. 120. lib. 2., Sa-
miniat. poſt contr. Altograd. jun. conſ. 8. num.
15. & 16., clar. mem. Card. de Luca de fideicom.
diſc. 83. in fin. & diſc. 127. num. 4., Rot. Florent.
apud Palm. Nepot. allegat. 234. ſub num. 59.* ibi =
*nec eſt ſucceſſivus denotans perpetuitatem, neque
conceptus per verba denotantia continuationem,
vel tempus remotum reſpicientia, ſed plures, ſi
qui ſint, adjecti videntur per ſolam vulgarem, ita-
ut, prima effectum ſortiente, omnes aliæ ſubſtitu-
tiones evaneſcant* =, *Rot. deciſ. 486. num. 9. part.
1., deciſ. 538. num. 5. part. 2., deciſ. 221. num. 9.
& ſeqq., & deciſ. 326. num. 7. part. 5., deciſ. 272.
n. 15. part. 6.* ibi = *Atque ita, cum ex tenore teſta-
menti pateat, Teſtatorem fuiſſe digreſſum ad plu-
res gradus per ſolam, & meram vulgarem, tali
caſu ex quo per aditionem, vel agnitionem unius
expirant omnes vulgares ſubſequentes, indè ſequi-
tur, ut non plures, ſed unicus tantùm ſit gradus,
& conſequenter nihil relevare contra conſilium Ol-
dradi* =, *Deciſ. 425. num. 15. part 9., deciſ. 160.
num. 2. part. 10., deciſ. 459. num. 6. part. 13., cum
aliis in Romano, ſeù Sarzanen. Fideicommiſſi 2.
Julii 1714. §. Nam dictæ conjecturæ coram R.P.
D. Cerro; & in confirmatoria 21. Novembris
ejuſdem anni §. final. cor. R.P.D. Anſaldo.*

Idque eſt adeò verum, ut, tametſi iſtiuſmodi
digreſſus conceptus eſſet verbis perpetuitatem,
infinitatemque temporis importantibus, nihilo-
minus nullius momenti eſſe reputetur, quoties
ſubordinatur ſubſtitutioni, cujus conditio defi- 42
ciat, *ad Text. in leg. ſi mater §. Qui habebat ff.
de vulgar., & pupillar., Corn. conſ. 106. nu. 5.
lib. 3., Honded. conſ. 60. num. 16. & 19. lib. 1.,
& conſ. 48. num. 12. lib. 2., Peregrin. de fideicom.
art. 15.*

art.15. num.7., & art.19. num.19., Menoch. de
præſumpt. lib.4. præſumpt.71. nu.6. verſ. & hanc,
Rota coram Seraph. deciſ.482. num.3., cor. Bu-
ratt. deciſ.820. num.4., in rec. deciſ. 19. num. 2.
& 4., & deciſ. 519. num. 2. part. 1., & deciſ.
538. num. 1. & 4. part.2., deciſ.342. num. 6. & 7.
part.18., coram Cerro deciſ.495. num.3., Rota
Florent. apud Palm. Nep. allegat. 234. in fin.;
Omnes namque ſubſtitutiones, quando factæ
43 apparent, ut in caſu noſtro, acceſſoriè, conſe-
cutivè, & continuativè ad primam, & quidem
vigore copulæ = Et =, cujus natura eſt copulata
cum ſuis qualitatibus conjungere, Rot. in Man-
tiſs. ad clar. mem. Card. de Luca de Fideicommiſ.
deciſ.23. num.5., locum ſibi vindicare nequeunt,
44 niſi prima purificetur, quæ ſi deficiat, expiret-
que, neceſſe eſt, etiam ſubſequentes, Fuſar. conſ.
98. num.6., Peregrin. conſ. 45. num. 5. lib. 1.,
& de fideicomm. art.12. num.19., & artic.29. in
fin., benè Rota in rec. deciſ. 349. à num. 13. ad
16. part.19., in Faventina Fideicommiſſi de Paſiis
17. Februarii 1713. Minimè attentis coram R. P.
D. Lancetta, & meliùs in confirmatoria 19. Ju-
nii ejuſdem anni §. Minimè coram eodem. Verba
autem perpetuitatem temporis reſpicientia in-
45 telliguntur eodem retento themate, quatenus
videlicet conditio primæ ſubſtitutioni appoſita,
purificetur, Surd. conſ.448. nu. 26. & 35., Al-
duin. conſ.94. num.18., Fuſar. conſ.9. num.4. &
ſeq., & conſ.17. num. 10. verſ. ratio eſt, Caſa-
nat. conſ.4. num.239. verſ. ſeptimò reſponderi, &
num.283., Altograd. ſen. conſ.60. num.122. lib.
1., Saminiat. poſt contr. Altograd. jun. conſ.
8. num.29., Rot. in rec. deciſ.486. num.12. part.
1., aliter atque ſi ageretur de ſubſtitutionibus
non acceſſoriè, nec continuativè, ſed indepen-
46 denter, ac per orationem omninò ſeparatam or-
dinatis, ut egregiè diſtinguendo firmat Rota in
Mantiſs. ad clar. mem. Card. de Luc. de Fideicom.
dec.27. num.13., & dub. ſeqq.

Perpetuitatem fideicommiſſi, quam conje-
cturæ hactenus expenſæ inducere non potuerunt,
minùs adſtruit dictio = quandocumque = quæ ſu-
prà in contrarium afferebatur; ea tamen tametſi
47 ſuâpte naturâ tractum temporis ſucceſſivum
complectitur, ob eamque cauſam reſolvat vul-
garem in compendioſam includentem fideicom-
miſſariam, attamen id procedit in caſu, quo il-
la adjecta reperitur poſt verbum = ſubſtituit = cum
tunc reſpiciat nedum perſonas primò vocatas,
verùm etiam omnes omninò ſubſtitutos; At
48 aliter res ſe habet, quando talis dictio appoſita
legitur perſonis primorum heredum, prout in
caſu noſtro ibi = Et ſi dicti ſui filii maſculi legiti-
mi, & naturales quandocumque deceſſerint =,
tunc enim eum reſpiciat dumtaxat tractum ſuc-
ceſſivum circa tempus mortis inſtitutorum, po-
teſt quidem ſecumferrè fideicommiſſariam in-
ter ipſos, at non etiam inter eorum filios, ac De-
ſcendentes, ut optimè diſtinguunt Cravet. conſ.
131. num.4., Riminald. jun. conſ.371. num.162.
& ſeq., Ludercb. conſ. 58. num. 31., Marta de
ſucceſſ. part.4. quæſt.24. art. 2. num. 2. 3. & 4.,
Rota coram Ubald. deciſ.33. num.6., coram Ca-

valer. deciſ.496. num. 7. poſt Merlin. de legit. de-
ciſ.129. num. 5. ibi = non obſtat dictio = quando-
cumque = quæ denotat tractum temporis ſucceſſi-
vum, & per eam inducitur compendioſa ſubſtitu-
tio, quæ includit & fideicommiſſariam, quia dicta
dictio eſt appoſita perſonis Honuphrii, & Hiero-
nymi heredum inſtitutorum, non autem filiis, vel
nepotibus, ac propterea dici quidem poteſt, quod
inter dict. Honuphrium, & Hieronymum fuerit
inducta compendioſa, & ſic fideicommiſſaria, non
verò reſpectu filiorum, & nepotum =, coram Royas
deciſ. 110. num.15., coram Cerro deciſ. 516. nu.
15., coram bon. mem. Emerix jun. deciſ.437. num.
9., & 10. ad ornat. clar. mem. Card. de Luca de
fideicom. deciſ.63. num. 8. ibi = talis dictio tam-
quam non appoſita poſt verbum = ſubſtituit =, non
percutit ſubſtitutionem, quæ reſpiciat omnes vo-
catos, ſed ſolùm uti adjecta decedentiæ Inſtituto-
rum ibi = quandocumque decedentes = ad tempus
eorum mortis reſtringitur =, in Mantiſ. ad eumdem
ſub eodem tit. deciſ. 47. num.5. & 6., & in Foro-
livien. Fideicommiſſi 3. Martii 1692. §. ſecunda
elicita coram Rmo. de Hervault Archiepiſcopo
Turonen. Et rectè quidem, quia tractus tempo-
ris reſpiciens perſonam primò vocati, ad aliam 49
perſonam porrigendus non eſt, prout, pluribus
relatis concordantibus, optime firmat Rota in
rec. deciſ.357. num.6. & ſeq. part.1.

Ut etiam non officit clauſula = vulgariter, pu-
pillariter, & per fideicommiſſum =; nam, etſi
alii contradixerunt, receptiſſima tamen opinio
eſt, quod eadem non alteret ſubſtitutionem vul- 50
garem, ut concorditer ſentiunt Soccin. ſen. conſ.
104. num.2. verſ. capio nunc, & num.10. lib.3.,
Soccin. jun. conſ.81. num.13. lib. 3., Redenaſcb.
conſ. 10. num. 26. & ſeqq., & conſ. 54. num. 16.
& ſeq., Menoch. conſ.71. num.67. in fin. & conſ.
376. num.11., & de præſumpt. lib. 4. præſumpt.
71. num. 26. ibi = Extenditur quartò, ut proce-
dat, quando Teſtator ità diſpoſuiſſet: ſubſtituo
Sempronium fratrem meum, ejuſque filios, &
Deſcendentes in ſtirpes, & non in capita, invi-
cem, & viciſſim, vulgariter, pupillariter, &
fideicommiſſum; nam adhuc dicuntur invicem ſub-
ſtituti per vulgarem, non autem per fideicommiſ-
ſariam =, Fuſar. conſ.3. num.4., & de ſubſtitut.
quæſt.479. num.84. & 86., Mart. de ſucceſſ. le-
gal. part.4. quæſt.24. art.2. nu.32., Roſa conſult.
42. num.7., Rodulphin. allegat. 104. num. 20.,
Ureeol. conſult. 56. num.16., Rota coram bon.
mem. Emerix jun. deciſ. 56. in princip., & deciſ.
437. num.4.

Minùs urget, quod filii, & filiorum filii,
aliique etiam poſiti fuerint in conditione cum 51
qualitate legitimitatis, & naturalitatis; iſthæc
quippè conjectura valde levis, ac fragilis eſt,
utpotè apponi ſolita ex Notariorum potius ſty-
lo, quàm ex voluntate Teſtatoris, Noguerol.
allegat. 23. num. 34. & 35., Fontanell. de pact.
nuptial. clauſ.4., Gloſſ.24. num.13., Grivel. de-
ciſ. Dolan. 125. num. 77., Saminiat. poſt contr.,
Altograd. jun. conſ.8. num.17., Rota coram Cel-
ſo deciſ.145. num.10. & 11., in rec. deciſ. 160.
num.17. part.10., deciſ.244. num. 10. part. 11.;

Proindeque nil mirum, ſi illam tamquam vanam
52 pluries rejecerunt Doctores, & *Sacra Rota*, ut
videre eſt apud *Petr. de fideicomm. quæſt. 9. num.
176., & 201. verſ. verumtamen*, *Fuſar. de ſub-
ſtitut. quæſt. 437. num. 66.*, *Saminiat. loc. mox
citat. num. 18.*, *Rota coram Buratt. deciſ. 385.
num. 8.*, *coram Celſ. deciſ. 145. num. 11.*, *in rec. de-
ciſ. 138. num. 7. part. 2.*, *deciſ. 221. num. 12. part.
5.*, *deciſ. 231. num. 12. verſ. & pro levi part. 8.*,
*deciſ. 160. num. 15. part. 10.*, *deciſ. 244. num. 11.
& ſeq. part. 11.*, *& in Forolivien. Fideicommiſſi
3. Martii 1692. §. Nec eorum coram Rm̃o d. Her-
53 vault*; præſertim verò, ſi non ſit veſtita ratione
conſervandi Bona in familia, *Bellon. jun. conſ.
26. num. 36.*, *Petr. de fideicomm. quæſt. 9. num.
201. verſ. Verumtamen hæc conjectura*, *Fontanell.
de pact. nupt. clauſ. 4. gloſſ. 24. n. 13.*, *Theſaur.
deciſ. 96. num. 26.*, *Rot. in rec. deciſ. 160. nu. 16.
part. 10.*

Qua de re, cum conjecturæ omnes, quotquot
in noſtro caſu concurrunt, ſint admodum debi-
54 les, infirmæ, & inefficaces, parvi refert, quod
agatur de diſpoſitione facta ab Aſcendente, quia,
licet in his terminis faciliùs recedatur à *conſilio
Oldradi*, non idcircò tamen recedi poteſt abſque
conjecturis neceſſariis, & omninò concludenti-
bus, *Surd. conſ. 448. nu. 13.*, *Giovagnon. conſ. 97.
num. 13.*, *Caſanat. conſ. 4. nu. 214. & 293.*, *Al-
tograd. ſen. conſ. 60. num. 218. lib. 1.*, *Palm. nepos
alleg. 90. num. 36. & ſeq.*, *Rot. poſt Fenzon. ad
Statut. Urb. dec. 95.*, *& coram Cavaler. dec. 454.
num. 5.*

Quæ cum ità ſint, ſuperfluum omninò eſſet
55 longiùs immorari contrariis auctoritatibus ſin-
gillatim refellendis; eæ namque omnes unâ, eâ-
demque reſponſione declarantur, & caſui noſtro
applicari nullo pacto poſſe noſcuntur; Etenim
in illarum ſpecie non una, aut duæ, & quidem
ex debilioribus conjecturis, ſed ingens aderat
cumulus validiſſimarum præſumptionum receſ-
ſum ab *Oldradi conſilio* ſuadentium, qualis certè
dici poterat ſtrictiſſima prohibitio alienationis
Bonorum, expreſſa, ac rigoroſa contemplatio
agnationis, enixum votum perpetuæ conſerva-
tionis Bonorum in illa, digreſſus ad plures, plu-
reſque gradus ſubſtitutionum non jam acceſſoriè,
ac continuativè, ſed independenter, ac ſeparatè,
atque adeo non per meram vulgarem, ſed per
gradualem fideicommiſſariam ordinatum; ver-
ba, & quidem geminata infinitatem quamdam,
perpetuitatemque temporis importantia, & ne-
dum primos heredes inſtitutos reſpicientia, ſed
omnes quoſcumque ſubſtitutos; vocatio activa,
& paſſiva filiorum, ac deſcendentium ex here-
dibus gravatis, &, aliis omiſſis, diſpoſitio dire-
cta in res, non autem in perſonas, ut percurren-
do auctoritates in contrarium allegatas perſpici
commodè poteſt; Quæ ſanè omnes conjecturæ
prorsùs deficiunt in noſtra hypotheſi, nam, ut
ea, quæ ſparſim ſuperioribus locis tetigimus,
omnia in unum colligantur, utque uno veluti
ſub aſpectu ponantur univerſa, Teſtator in caſu
noſtro agnationem contemplatus non fuit, nullis
uſus eſt verbis ſucceſſivum tractum temporis
importantibus, non eſt digreſſus ad plures gra-
dus ſubſtitutionum ſeparatim, & independenter
inter ſe ordinatarum, quas ſolas conjecturas ad
effectum, de quo agitur, unicè ſpectandas, in-
ſpiciendaſque eſſe monuit *Rota in Forolivien. Fi-
deicommiſſi 3. Martii 1692. §. Quæ quidem coram
Rm̃o de Herouxlt*, rurſus filios heredum inſtitu-
torum nedum non gravavit, ſed nec etiam di-
ſpoſitivè vocavit, diſpoſitionem in rem non con-
cepit, ſed in perſonas aperte direxit, alienatio-
nem Bonorum contra omnium Teſtatorum mo-
rem, votumque non prohibuit, non expreſſit
deſiderium, quod ferè ſemper adjici ſolet, ut
nempe Bona perpetuò conſervarentur, ac rema-
nerent in familia inſtitutorum, ac ſubſtitutorum,
Nihil deniquè egit, dixitve, ex quo elici poſſit 56
voluntas condendi perpetuum fideicommiſſum,
in quibus quidem circumſtantiis contrariæ etiam
auctoritates admittunt, non eſſe recedendum ab
*Oldradi conſilio*, ut præ ceteris reſpondit *Rot. co-
ram Merlin. deciſ. 83. num. 21.*

Non omittendo etiam, quod, tametſi pro per-
petui fideicommiſſi præſumptione adeſſe dici
poſſent conjecturæ illæ, quæ tamquam efficacio-
res, validioreſque ad hunc effectum haberi ſo- 57
lent, non deſunt tamen Doctores, & quidem
magni nominis affirmantes, non aliter fideicom-
miſſo locum eſſe poſſe, quàm, ſi purificetur pri-
ma illa conditio, cui ſubſtitutiones omnes alli-
gatæ reperiuntur, *Menoch. conſ. 740. nu. 7. & 8.*,
*& conſ. 760. num. 9.*, *Odd. conſ. 66. num. 105. verſ.
quarto tamen*, *Altograd. conſ. 60. nu. 124. lib. 1.*,
*Mart. Vot. Piſan. 222. num. 8.*, & ità etiam re-
ſpondit *Rota poſt Fenzon. ad Statut. Urb. dec. 95.
§. final.*, quo loci confutando conjecturam de-
ſumptam ex digreſſu ad plures gradus ſubſtitu- 58
tionum, ex perpetua fœminarum excluſione, ex
vocatione cippi, domus, & ex loci pii ſubſtitu-
tione, ſic inquit = *Unico verbo reſponderi poteſt,
quod fideicommiſſum fuiſſet inductum, ut perpetuò
duraret, ſi locus ſemel ei factus fuiſſet* =, & latè,
ac magiſtraliter dictum fuit in *Faventina Fidei-
commiſſi de Paſiis 17. Februarii 1713. §. Minimè
attentis coram R. P. D. Lancetta, & in confirma-
toria 19. Junii ejuſdem anni §. Minimè coram
eodem.*

Hæc igitur cum ita ſe habeant, bono ſit ani-
mo, &, ut dici ſolet, in utramvis aurem dormiat
D. Franciſcus Treoſſi, dum ei certò polliceri
poſſe videmur, fore ut, ſi quando res hæc in
judicium deducatur, non aliter, quàm pro fidei-
commiſſi expiratione Judices reſpondeant; ne- 59
que enim reperiri poſſe quempiam arbitror, qui
contra literam, tenoremque teſtamenti, contra
mentem, voluntatemque Defuncti, contra effi-
caciſſimas, validiſſimaſque conjecturas, & de-
nique contra communiſſimam, receptiſſimam-
que Doctorum, ac Tribunalium ſententiam velit
judicare, prout in propoſito concludit *Palm. nep.
inter deciſ. ab ipſo collect. deciſ. 175. in fin.*

*Mele-*

*Melevitana Immiſſionis ſuper Bonis aggregatis Primogenituræ.*

Correſpectivitas in contractibus ex quibus inducatur? Pactum reſolutivum donationi adjectum an, & quando non ad certas dumtaxat perſonas, quæ expreſſæ fuerint, ſed potiùs ad ſubſtitutos omnes indiſtinctè extenſum cenſeatur? Dictio = *quoad* = an, & quando taxativè, non demonſtrativè adpoſita dicenda ſit?

## VOTUM XVII.

1 *Acceſſorium ſequitur ſui principalis naturam.*
2 *Acceſſorium autem dicitur quid ex ſubjectione eiſdem legibus, quibus ſubjicitur principalis actus.*
3 *Correſpectivorum uno corruente, alter quoque debet corruere.*
4 *Donatio acceſſoria deficit, actu principali deficiente.*
*Procedit, ſeorſim etiam à quolibet pacto*, n.51.
5 *Donatio, eveniente caſu pacti reſolutivi illi expreſsè adjecti, reſolvitur.*
6 *Immiſsio ex donatione jam reſoluta, concedenda non eſt.*
7 *Primogenitura per viam donationis cauſsâ mortis conſtituta, nedum expreſsè, ſed etiam tacitè revocari poteſt, &* num.26.
8 *Donatio cauſsâ mortis revocata cenſetur ex Bonorum donatorum diſtractione.*
9 *Sic etiam ex ſubrogatione annui reditus in eorum locum facta per correſpectivam donationem inter vivos.*
10 *Hæc enim donatio animo compenſandi facta cenſetur.*
11 *In donatione inter vivos correſpectivè facta pro toto eo, quod Donatarius poſſet prætendere, jura etiam futura comprehenſa intelliguntur.*
12 *Ejuſmodi donatio Donatarium prohibet plus petere ex Donantis Bonis.*
13 *Ac præcedentis donationis cauſsâ mortis revocatoria cenſetur.*
14 *Donatio cauſsâ mortis revocata cenſetur ex facto de Bonis donatis diſpoſitione per poſteriorem donationem inter vivos.*
15 *Donatio redituum facto in poſteriori donatione, intelligenda eſt de aliis in priori donatione non comprehenſis.*
16 *Si modò Bonis poſtea donatis hi correſpondeant.*
17 *Donatio redituum indefinita, ſuper omnibus Bonis intelligitur.*
18 *Expreſſio, quod Bona eſſent Patris, verificatur etiam de Bonis ab eo donatis cauſsâ mortis.*
19 *In donationibus cauſsâ mortis, traditione non interveniente, dominium in Donatarium non transfertur, niſi poſt Donantis mortem.*
20 *Donatio ſub conditione emittendæ renunciationis, iſti correſpectiva dicitur.*
21 *Donatio cauſsâ mortis corruit ex poſteriori donatione inter vivos continente retrodonationem jurium præcedenter donatorum.*
22 *In donatione retrodonatio omnium Bonorum antea donatorum generaliter facta, intelligenda eſt de Bonis donatis non ſolùm inter vivos, ſed etiam cauſsâ mortis.*
23 *Præſertim ex declaratione, quod eadem donatio in ſuo robore remaneat.*
*Si enim hæc firma, alia irrita debent cenſeri*, ibid, *& ratio* num.24.
*Maximè verò ſic intelligenda eſt dicto retrodonatio, ſi alioquin ſuperflua redderetur*, n.25.
24 *Exceptio firmat regulam in non exceptis.*
27 *Retrodonatio niſi de alia donatione verificari queat, debet ad donationem cauſsâ mortis, de qua conſtat, non ad alias merè poſſibiles referri.*
*Accedente præſertim obſervantiâ*, num. 29., *& ex quibus hæc valeat deſumi?* ibid.
28 *Multa licèt non neceſſaria, ſæpè ex ignorantia, aut ad abundantiorem cautelam fiunt.*
30 *Obſervantia declarat, quid fuerit in retrodonatione, ſeù renunciatione comprehenſum.*
31 *Probatio major dari nequit illâ reſultante ex propria judiciali confeſſione.*
32 *Donatio ex non facta ſubrogatione Bonorum alienatorum expreſſim volita, reſolvitur.*
33 *Subrogatio Bonorum alienatorum facienda à Donatario, ſuppleta cenſetur ex onere aſſumpto illorum pretii inveſtiendi.*
34 *Intellige, id procedere, ſi cetera ſint paria.*
35 *Concluſio tamen locum non habet, ſi inveſtiendi onus ad commodum dumtaxat Emptoris aſſumptum ſit.*
36 *Subrogatio inveſtimenti in locum Bonorum alienatorum non ſufficit quod ſit tacita, ſed requiritur expreſſa.*
37 *Tacitus Legis favor non operatur in iis, quæ factum, & expreſſum requirunt voluntatem hominis.*
38 *Jura propria quis remittens, ſibi præjudicat.*
39 *Jurium facta translatione in Emptorem, ſubrogatum eorum loco inveſtimentum non cenſetur.*
40 *Donationis pactum reſolutivum quoad certas perſonas objectum, ad illas dumtaxat reſtrictum cenſendum eſt, &* num.42.
*Quando autem obſolutè quoad omnes cenſeatur poſitum?* num.54. & ſeq.
41 *Verba ità ſemper interpretanda ſunt, ut aliquid operentur.*
42 *Dictionis* = quoad = *effectus reſtringitur ad perſonas dumtaxat ſub ea expreſſas.*
43 *Donans Juriſperitus non cenſetur verba inepta protuliſſe.*
44 *Commodum, & utilitatem quis conſequi non debet ex propria culpa, &* num.49.
45 *Reſtitutionis adjectum onus excludit liberam de Bonis donatis diſponendi facultatem.*
46 *Donationis revocatio in caſu contraventionis debet cenſeri volita quoad heredes Contravenientis tantùm, non quoad ſubſtitutos cauſſam ab eo non habentes, &* num.47.
*Ac præſertim nepotes Donantis*, num.48.
47 *Alienæ culpæ ſubire pœnam quis non debet, &* num. 66.
52 *Donationem acceſſoriam ſuſtinendam eſſe, licèt prin-*

principalis actus corruat, ex Donantis mente docendum eſt.

53 Pacta omnia famulari cenſentur actui principali, non ab eo diſcordare.

55 Donationis reſolutio generaliter indicta, non ad certas perſonas, ſed ad omnes debet referri.

Procedit, adbibitâ licèt dictione = quoad = cum expreſſione certarum perſonarum, ibid.

56 Dictio = quoad = licèt cenſeatur ſolùm demonſtrativè adbibita, ſuperflua non remanet.

57 Et quando demonſtrativè potiùs, quàm taxativè ſtare cenſenda ſit? à num. 58. & ſeq.

58 Donationis reſolutio quoad perſonas cognitas & dilectas, eò magis quoad incognitas, & minùs dilectas cenſetur volita.

59 Subſidiariè tantùm vocati, aliis primo loco vocatis non debent melioris conditionis eſſe.

60 Correſpectivorum actuum æqualis debet eſſe determinatio.

61 Interpretatio ea ſequenda eſt, ex qua Donator minùs læſus remaneat.

62 Superflaitas potiùs toleranda eſt, quàm ſit admittenda interpretatio repugnans Teſtatoris menti.

Procedit, licèt de Juris perito Teſtatore agatur, num. 63.

63 Juriſperitorum diſpoſitiones non rarò magis dubia ſunt, & obſcura, quàm quæ à rudioribus conduntur viris.

64 Et quò doctiores ſunt, eò minùs clarè ſeſe quandoque Teſtatores explicant.

65 A Teſtatore facta contemporaneè donatio magis indicat ejus mentem, quod Bona penes heredem remaneant.

67 Filii jure proprio vocati, pœnam ſubire non debent ex Parentum culpa.

68 Ratio generalis omnes complectens, quoad omnes effectum debet operari.

69 Dictio = quod = ſubſequentem diſpoſitionis partem, cui juncta eſt, reſtringit ad perſonas dumtaxat in ea expreſſas.

70 Donationis reſolutivum pactum congruè ad perſonas tantùm expreſſas referibile, ad eas reſtrictum debet cenſeri.

71 Præſertim in diſpoſitione Juriſperiti.

72 Et maximè, ſi id magis conſonum ejus menti comperiatur.

73 In Tranſverſali eadem affectionis ratio, ac in Aſcendente non conſideratur.

74 Donans nil magis veriſimile eſt, quàm, quod voluerit, ejus Bona ad nepotes ſubſtitutos pervenire.

75 Et donationem quoad illos non reſolvi.

76 Veriſimilitudo eſt omninò ſequenda in interpretanda Diſponentis mente.

77 Diſponentis voluntas ſive tacita, ſive expreſſa ſequenda eſt, poſthabitis argumentis ab abſurdo deductis.

78 Filii non principaliter ex Patris contraventione, ſed ex præcepto Teſtatoris excluſi reputantur.

79 Maximè, ſi conditio pendebat ex facto non Extranei, ſed Patris.

80 Conditio ſi à Patre adimplenda ſit, filii vocati cenſentur ſub conditione caſuali ab ejus facto dependente.

81 Ejuſdemque conditionis defectus eorum vocationem ceſſare facit.

Non verò ſubſtitutorum ſub conditione ejuſmodi non vocatorum, num. 82.

83 Acceſſoria donatio in defectu vocatorum reſolubilis, ac deferenda ad ſubſtitutos, non ſimpliciter acceſſoria dicitur, ſed admixtum habere alium æquè principalem actum.

84 Eaque in caſu contraventionis quoad ſubſtitutos non reſolvitur.

85 Materia conjecturalis dubia ſemper eſt.

PRÆCIPUUS, & ſingularis amor, quo Jacobus Muſcat proſequebatur Ugolinum ſuum ex Laurentia nepte pronepotem cauſa fuit, quod, inſtitutâ jam pridem ab Andrea Cumbo Navarra in ſuo teſtamento primogeniturâ favore dicti Ugolini filii, ejuſque Deſcendentium, nec non Thereſiæ, & Iſabellæ filiarum, & deſcendentium pariter ab illis, præfatus Jacobus Muſcat per viam donationis irrevocabilis, ut dicitur, inter vivos illi aggregavit, & incorporavit nonnulla Bona ſua, quæ non ſolùm obnoxia eſſe voluit omnibus = pactis, legibus, & conditionibus, ſubſtitutionibus, & fideicommiſſis poſitis in d. primogenituræ fundatione tàm in teſtamento, quàm in codicillis ipſius D. Cumbi Navarra = verùm etiam his alia duo expreſsè addidit.

Primùm nempe = quod, deficientibus lineis dicti Ugolini, Thereſiæ, & Iſabellæ ipſius Ugolini ſororum, itaut nullus ex eis reperiretur Deſcendens legitimus, & naturalis, Bona prædicta incorporata, ut ſupra, perveniant, & pervenire debeant ad ipſum D. Donatorem, ſi in humanis erit, ſi verò non erit in humanis, perveniant, & pervenire debeant ad D. Petronillam Uxorem D. Didaci Antonii Ferriel, & ad D. Jo: Leonardum Muſcat ejuſdem Donatoris nepotes ex fratre, & in defectu eorum ad ſuos Deſcendentes legitimos, & naturales. =

Alterum verò =, quod, ſi d. Cumbus Navarra revocaverit d. primogenituræ fundationem ab eodem in d. teſtamento, & codicillis factam, vel eam minoraverit aliquo modo, quoad vocationem dicti Ugolini, Thereſiæ, & Iſabellæ prædictorum præſens donatio Bonorum, ut ſupra, incorporatorum ſit nulla, nullius roboris, & momenti cenſeatur, ac ſi numquam facta fuiſſet, & non aliter, aliàs, nec alio modo fuit ad d. donationem deventum =.

Ab hiice novis pactis per Jacobum ſuperadditis originem duxit hodierna controverſia inter D. Baronem Paulum Ludovicum Teſtaferratam, & D. Annam Mariam Muſcat Actores ex una, & D. de Falſonis, alioſque Reos conventos ex altera; nam poſt mortem d. Jacobi Andreas Cumbus Navarra, correſpectivè ad donationem inter vivos annui reditus ſcutorum 360. factam Ugolino filio, obtinuit ab eo retroceſſionem, ſive retrodonationem omnium Bonorum dictæ primogenituræ ſubjectorum, quorum aliqua etiam ſucceſſivè alienavit, & conſequenter primogenitura non ſolùm diminuta fuit, ſed penitùs evanuit;

nuit; Cumque poſtmodum, vitâ functo Andreâ,
defecerit etiam Ugolinus abſque filiis, relictâ do-
natariâ univerſali omnium Bonorum Guſmanâ
Caſſar amitâ ſuâ, deinde verò obierint Thereſia,
& Iſabella Moniales, hinc ſupradicti DD. Baro
Paulus Ludovicus Teſtaferrata, & Anna Maria
Muſcat deſcendentes à Petrouilla, & à Jo: Leo-
nardo Muſcat, putantes, eorum favore purifica-
tam eſſe ſubſtitutionem in d. donatione à Jacobo
ordinatam, ejus vigore anno 1711. egerunt co-
ram R. P. D. Inquiſitore Melitæ contra DD. de
Falſonis, & alios cauſam habentes àd. Guſmana
Donataria univerſali Ugolini pro Immiſſione ad
Bona Jacobi primogenituræ aggregata, & pro
reſtitutione fructuum, & anno 1714. immitti
obtinuerunt ad duo tantùm corpora à Reis poſſeſ-
ſa, & quoad alia in tertios alienata, reſervata
fuerunt jura in alio Judicio, decernendo fru-
ctuum reſtitutionem ſolùm à die motæ litis,
nempe ab anno 1711.

In hoc ſtatu Causâ per appellationem devo-
lutâ ad R. P. D. Aſſeſſorem S. Officii, ſuper-
venit Commiſſio, ut ille procederet de Voto
*Sacræ Rotæ*, unde, propoſito à *Rmo Anſaldo
Decano die 3. Februarii labentis anni Dubio = An
ſit danda immiſſio, & an fructus debeantur, & à
qua die?* = reſponſum fuit = *negativè in omnibus* =,
ut patet ex *Deciſione impreſſa*, cujus fundamentis
cum DD. Actores non acquieſcant, à mè idcir-
cò petunt, ut, illis diligenter, maturèque per-
penſis, pro veritate dicere velim, an reverà ſub-
ſiſtant nec ne, ita ut meliorem Judicii aleam in
futurum experiri queant.

Strictè igitur aggrediendo examen d. *Deciſio-
nis*, illa benè fundata mihi videbatur in eo,
quod principalis actus à Jacobo factus, non
fuit donatio pura, & abſoluta, ac per ſe
ſtans, ſed fuit aggregatio, & incorporatio Bono-
rum primogenituræ ordinatæ ab Andrea Cum-
bo Navarra, facta per viam donationis, ut liquet
ex tenore inſtrumenti, & conſequenter fuit
actus merè acceſſorius, & famulativus ipſi pri-
mogenituræ, veluti factus ad augmentum ejuſ-
dem, ut conſiderando naturam aggregationis,
1 & incorporationis, quæ importat omnimodam
dependentiam, & ſubjectionem Bonorum ag-
gregatorum legibus, pactis, & conditionibus,
quibus ſubjacet ipſe principalis actus, primoge-
nitura nempè, cui facta fuit aggregatio, & in-
corporatio, & cum qua dd. Bona vigore aggre-
gationis unum corpus conſtituunt, unanimiter
per *Text. in leg. Prædiis §. Qui domum, & in leg.
Uxorem §. Legaverat ff. de legat. 3., tradunt Bar-
tol. in leg. ſi convenerit §. Nuda ff. de pignorat.
action., Roman. conſ. 32. ſub num. 9., & conſ. 121.
num. 3., & conſ. 383. num. 3., Dec. conſ. 362., &
497. num. 5., Menoch. conſ. 26. num. 1., Salgad.
in labyrint. Credit. part. 1. cap. 4. ex num. 23., &
ſeq., Caſtill. contr. jur. lib. 5. cap. 100. ex n. 19.,
& ſeqq., & lib. 6. cap. 128. num. 22., & ſeqq.,
Mierez. de majorat. part. 2. quæſt. 5. num. 43., &
ſeqq., Ros. de incompatib. part. 4. cap. 5. nu. 31.,
& ſeqq., & part. 8. cap. 3. num. 10., & ſeqq.,
clar. mem. Card. de Luc. de Fideicomm. diſc. 251.,
num. 4., & ſeqq., & diſc. 252. ſub num. 3., Rota
in Lucana Lucelli 9. Maii 1807. §. Et fortiùs co-
ram R. Anſaldo, & alii in deciſione allegati §. Si
igitur.*

Quod certiùs affirmari poteſt in hypotheſi no-
ſtra, in qua ad ſuadendam qualitatem acceſſo- 2
riam donationis à Jacobo factæ, præter ſupradi-
cta verba aggregationis, & incorporationis, con-
currit etiam ſpecialis ſubjectio Bonorum donato-
rum omnibus pactis, legibus, & conditionibus
primogenituræ inſertis, & præſertim pactum ex-
preſſum, quod in caſu revocationis, vel dimi-
nutionis ejuſdem primogenituræ donatio nulla
eſſet, & pro non facta haberetur; quid enim
clarius exoptari poteſt, aut quomodò apertius
loqui valebat Jacobus Donator ad demonſtran-
dum, donationem à ſe factam eſſe acceſſoriam,
& famulativam primogenituræ Cumbi, dum
hanc omnibus illius pactis, & legibus expreſsè
ſubjecit, &, hâc revocatâ, vel diminutâ, eam 3
quoque omninò reſolvi voluit? ducto argumen-
to à *Textu in leg. 1. §. Præterea ff. de ſeparation.
Bonor., Mierez. de Majorat. part. 1. quæſt. 10.
num. 21., & part. 2. quæſt. 5 num. 51., & 56., &
ſeqq., Rota in Romana Primogenituræ de Salvia-
tis ſuper Jocalibus, & Tabulis pictis 22. Martii
1706. §. Agnoſcendo, & 28. Junii ejuſdem anni
§. Manifeſtè coram bon. mem. Molines.*

Quamobrem, ſi primogenitura à Cumbo or-
dinata, non ſolum diminuta, ſed omninò extin-
cta, & revocata fuit, ex hoc, veluti ex neceſſa-
rio antecedente, ſequitur, quod etiam donatio
Jacobi reſoluta dicenda ſit, tum ſpectatâ naturâ,
& qualitate actus, nempè aggregationis, & in- 4
corporationis, quam tamquam famulativam, &
acceſſoriam, ſublato principali, corruere neceſſe
eſt, *Rot. deciſ. 419. num. 14., & ſeqq. part. 13.,
deciſ. 1. num. 19., & per tot., & deciſ. 529. nu.
16., & ſeqq. part. 14. deciſ. 87. num. 11., & ſeq.
part. 19. rec., & in Voto edito à Rmo Aldrovan-
do in Romana Primogenituræ de Columna 21.
Martii 1712. §. 23., & 26.*; tum, & certiùs vi-
gore pacti reſolutivi expreſſi verbis illis, quorum
ſupra meminimus, videlicet = *præſens donatio* 5
*Bonorum, ut ſupra, incorporatorum ſit nulla,
nullius roboris, & momenti cenſeatur, ac ſi num-
quam facta fuiſſet, & non aliter, aliàs, nec alio
modo fuit ad d. donationem deventum* = quæ in
propoſito conſiderantur à *Rodulphino alleg. 142.
num. 2., & 17., Rot. deciſ. 203. ex num. 1. 23.,
& ſeq. part. 6. rec., dec. 396. num. 5., & plurib.
ſeqq. part. 13., in Romana, ſeù Reatina Donatio-
nis, ſeù Renunciationis 10. Maii 1697. §. Quod
autem, & 28. Junii ejuſdem anni §. Attamen co-
ram bon. mem. Molines, & 14. Maii 1698. §. Quæ
denique coram Emo D. Card. de la Tremoille, &
27. Martii 1691. §. 1., & 22. Junii ejuſdem anni
§. Abſque eo quod coram bon. mem. Pio, & in Ro-
mana Donationis 4. Junii 1717. §. Baſis coram
R. P. D. Curio*; proindeque rectè *Sacra Rota* im-
miſſionem Actoribus denegaſſe videbatur, cum 6
illa concedi nequeat ex donatione jam reſoluta,
juxta auctoritates allegatas in *§. Fundamentum d.
Deciſionis*, quibus addi poteſt *Rota in Bononien.*

*Im-*

*Immiſſionis 18. Junii 1708. §. Nam ultra coram R.P.D. Falconerio Almæ Urbis Gubernatore.*

In dubium autem venire nequit, quin primogenitura ordinata à Cumbo, diminuta, & revocata fuerit, itaut caſus evenerit reſolutionis donationis tàm ex propria natura actus, quàm vigore pacti reſolutivi illi expreſsè adjecti, nam, ut alibi dictum eſt, defuncto Jacobo, Andreas Cumbus Navarra donavit irrevocabiliter inter vivos Ugolino filio annuum reditum ſcutorum 360., haben., & conſequen. ex gabella, & introitibus territorii, & Bonorum *tà Dabria*, quæ erant comprehenſa in primogenitura ordinata in teſtamento per viam donationis causâ mortis ſuâpte naturâ revocabilis; Ugolinus verò, correſpectivè ad d. donationem irrevocabilem ſibi à Patre factam, illi retrodonavit omnia Bona uſque tunc ipſi per Patrem revocabiliter donata, & deindè præfatus Andreas Cumbus nonnulla ex
7 dd. Bonis alienavit, undè procul dubio ipſam primogenituram aut in totum revocaſſe, aut ſaltem diminuiſſe dici debet, cum ea, ut diximus, fundata reperiatur per viam donationis, causâ mortis in teſtamento contentæ, quæ poteſt non minùs expreſsè, quàm tacitè revocari, per *Text. in leg. mortis causâ 4., & leg. illud ff. de donation. cauſ. mort., Jul. Clar. lib. 4. ſententiar. §. Donatio quæſt. ultim. num. 2., Card. Tuſch. verb. donatio concluſ. 710. num. 1., Gomez. tract. var. tom. 2. de donation. cap. 3. num. 19, & alii paſſim, cum allegatis in deciſ. §. Quod autem*, nul-
8 laque datur certior illius revocatio, quàm, cum Bona illi ſubjecta, à Donante voluntariè diſtrahuntur, quippè hujuſmodi voluntaria alienatio ſive diſtractio Bonorum donatorum omninò repugnat, & incompatibilis eſt cum perſeverantia donationis, ut, præter adductos in *Deciſione §. Quod autem*, notarunt *Tuſch. d. concluſ. 710. num. 8., Gratian. diſcept. forenſ. cap. 251. n. 32., & ſeqq., & num. 37., Cancer. variar. reſol. part. 2. cap. 8. num. 41., Merlin. de pignor. lib. 4. tit. 5. quæſt. 141. num. 1., plenè Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 37. num. 13., Mart. Vut. Piſan. 218. num. 1., & ſeqq., Gomez. tract. var. tom. 2. de donat. cap. 3. num. 18. verſ. 10. in fin., Rot. coram Bich. deciſ. 134. num. 2., in rec. deciſ. 135. n. 2. part. 14., in Æſina Donationis 1. Junii 1708. §. Magiſque coram R.P.D. Lancetta.*

Nilque turbat, quod Cumbus Navarra non quidem omnia Bona primogenituræ ſubjecta, ſed unum tantum corpus alienaverit ex iis, quæ ipſe donaverat, nuncupat. *Haja Daumna*, ex aggregatis verò à Jacobo duo dumtaxat corpora appellata *Brondiu*, & *Caccia*, ideòque quoad alia non alienata donatio, & primogenitura rectè ſubſiſtere poſſet; reſpondetur enim, quod revocatio donationis, & primogenituræ non eruitur ſolùm ex diſtractione Bonorum donatorum,
9 ſed principaliter deducitur ex ipſo actu donationis annui reditus ſcutorum 360. correſpectivè factæ ab Andrea Ugolino filio » *pro omnibus, & quibuſcumque juribus, & actionibus ipſi competentibus, & competituris quomodolibet in futurum ſuper Bonis prædicti ſui Patris, & D. Laurentiæ Muſcat matris tàm pro jure ſucceſſionis, & legitimæ paternæ, & maternæ, ac ſupplemento ejuſdem, ac pro jure alimentorum ſibi competentium ſuper Bonis paternis, & maternis, & quâvis aliâ causâ, etiam vigore teſtamentorum, codicillorum, donationum, & contractuum &c.* », ex quo evidens, & apertum redditur, Andream Patrem noluiſſe, prædictam donationem causâ mortis habere ampliùs effectum, dum loco omnium jurium, quæ illius vigore competere poterant quomodolibet Ugolino filio ſuper Bonis ſuis, ſubrogare voluit d. annuum reditum inter vivos illi donatum; hujuſmodi enim donatio facta
cenſetur animo compenſandi, *Menoch. conſ. 81.* 10
*num. 31., & ceteri relati per Altograd. conſ. 68. num. 39. lib. 1., Gratian. diſcept. 274. num. 3., Cyriac. contr. 351. num. 7., & ſeq., Palm. nep. allegat. 195. num. 14. tom. 2., Manſ. conſult. 36. n. 40. vol. 1., Magon. deciſ. Florent. 117. num. 15., Rot. deciſ. 283. num. 2. coram Buratto, deciſ. 1162. num. 6. coram bon. mem. Emerix. Jun., in rec. deciſ. 351. num. 2., & ſeqq. part. 12., & dec. 276. num. 11., & 12. part. 13.*

Neque ex eo, quod tempore donationis d. annui reditus nullum jus quæſitum dici poſſet Ugolino filio ſuper Bonis Patris adhuc viventis, eò quod donatio causâ mortis ejus favore præcedenter facta jus illi tribuere nequibat, niſi poſt mortem Donantis, inferri valet, per d. donationem inter vivos Andream Patrem compenſare voluiſſe filio dumtaxat jura illa, quæ eidem competere poterat ſuper Bonis ſuis vigore diſpoſitionum aliorum Antenatorum, nequaquam verò vigore teſtamenti, aut donationis causâ mor-
tis eidem ab ipſo factæ, quia, cum donationem 11
inter vivos fecerit nedum pro juribus de præſenti competentibus, ſed etiam pro aliis in futurum quomodolibet competituris, indè ſequitur compenſare voluiſſe etiam jura, quæ ſi non de præſenti, ſaltem de futuro, nempè poſt mortem Patris filio aliquando competere poterant vigore teſtamenti, & donationis causâ mortis ejus favore per Patrem celebrati, quemadmodum procul dubio compenſare voluit jura ſucceſſionis, & legitimæ, quæ pariter, nonniſi poſt ejuſdem mortem, filio competere poſſunt, ex notis juris regulis.

Hæc autem compenſatio, ſive donatio facta
pro omni, & toto eo; quod filius quâvis ex cau- 12
ſa prætendere poſſet ſuper Bonis Patris, ſicuti prohibet, illum plus petere ſuper Bonis ejuſdem, *Mareſcott. variar. reſol. cap. 86. num. 1., & ſeqq. lib. 2., Cyriac. contr. 351. num. 8., Palm. nep. allegat. 195. num. 1., & 2., Mantic. de conject. lib. 10. tit. 2. num. 17., Magon. deciſ. Florent. 117. num. 12., & ſeqq., Rot. deciſ. 36. num. 34. coram Cerro, in rec. deciſ. 540. num. 7. part. 4. tom. 3., inter impreſſ. ad ornat. clar. mem. Card. de Luc. de legat. lib. 11. deciſ. 8. num. 1., & deciſ. 9. nu. 6.*, ità validiſſimum præſtat argumentum pro tacita
revocatione donationis causâ mortis, & primo- 13
genituræ in ea præcedenter ordinatæ, cum prohibitio iſta plus non petendi ſit actus omninò contrarius, & deſtructivus jam dictæ primogenituræ, & donationis, quæ non habet ampliùs

ſub-

Digitized by Google

ſubjectum, in quo ſubſiſtit, quoties virtute ſi-
milis pacti Ugolinus prohibetur petere Bona do-
nata, & primogenituræ ſubjecta, ut ſenſui patet.
Animadvertendo præſertim, annuum reditum
inter vivos Ugolino donatum, conſtitutum fuiſ-
14 ſe ſuper gabella, & introitibus territorii, & Bo-
norum *Ta Dabria*, quæ comprehendebantur in
primogenitura, ideoque clarum eſt, Andream
Cumbam habuiſſe priorem donationem causâ
mortis unâ cum primogenitura in eadem ordi-
nata pro revocata eo ipſo, quod de reditibus Bo-
norum in ea comprehenſorum ità diſpoſuit, ex
ſupra notatis, & firmavit *Rota poſt Merlin. de
pignor. deciſ.10. num. 7., coram Zarat. deciſ. 98.
num.2, in Romana Legati 4. Februarii 1707.
§. Prima enim, & in Æſinn Donationis 1. Junii
1708. §. Non obſtat coram R.P.D. Lancetta.*
Nec turbat reſponſio, quod, cum prædictus
Andreas Cumbus donaverit Ugolino ſolum duas
15 ex tribus partibus territorii *Tà Dabrin*, ſupra-
dicta aſſignatio redituum facta in poſteriori do-
natione inter vivos, intelligi poſſit, & debeat de
reliqua tertia parte in priori donatione non com-
prehenſa; nam diſcurſus iſte urgere fortè poſſet,
16 ſi conſtaret, tempore, quo donatus fuit d. annuus
reditus, reliquam hanc tertiam partem Bonorum
*Ta Dabria* reddidiſſe ſummam illi correſponden-
tem, de quo tamen cum nullo modo conſtet,
hinc potiùs dicendum eſt, annua ſcuta 360. aſſi-
17 gnata fuiſſe ſuper reditibus omnium Bonorum *Ta
Dabria*, tum quia ſic generaliter, & indefinitè
aſſignata leguntur in Inſtrumento donationis,
*leg.1. §. Generaliter ff. de legat. præſtand., Tira-
quell. in leg. ſi unquam num. 118., Cod. de revo-
can. Donation., Mar. Anton. variar. reſol. lib. 1.
reſol.42. num. 3., Surd. deciſ. 122. num. 1.*, tum
quia in eodem Inſtrumento illa inſuper addita
18 fuit ſpecifica expreſſio, quod ſcilicet Bona, ſu-
per quibus aſſignatio fiebat, erant Patris ibi = *
haben., & conſequen. ex gabella, & introitibus
Territorii, & Bonorum Ta Dabrin ejuſdem Pa-
tris* = quæ quidem expreſſio æquè benè verifica-
tur tàm reſpectu partium donatarum, quæ erant
in dominio Patris, quàm alterius tertiæ partis in
donatione minimè comprehenſæ, quippè in hu-
juſmodi donationibus ſuâpte naturâ revocabili-
19 bus, non interveniente traditione, dominium
non transfertur in Donatarium, niſi poſt mor-
tem Donantis, *leg. non videtur 32., & leg. mor-
tis causâ donatio ff. de donation. cauſ. mortis, Ca-
tell. de donation. diſc. 1. partic. unic. num. 28.,
Antuncz. de donat. lib.1. prælud.2. §.3. num. 24.*
Rurſus dicta donatio annui reditus facta fuit
20 *ſub conditionibus, & reſervationibus infraſcrip-
tis, & non aliter &c.*, ut habetur in Inſtrumen-
to, in quo tamen infrà non legitur, niſi retrodo-
natio, & renunciatio facta ab Ugolino favore
Patris de omnibus Bonis, & juribus ſibi uſque
tunc per eumdem Patrem donatis, ideoque di-
cendum eſt, hujuſmodi donationem annui redi-
tus factam ab Andrea Patre favore Ugolini filii
fuiſſe correſpectivam ad dict. retrodonationem
à filio reportandam, cum alioquin Pater non
donaſſet, ut oſtendunt illa Inſtrumenti verba
= *ſub conditionibus, & reſervationibus infraſcrip-
tis, & non aliter &c.* =, & tradunt *Urceol. de Tran-
ſact. quæſt.97. num.24., Rot. coram Duran. deciſ.
121. nu.21. & 22., poſt Torr. de pact. futur. ſuc-
ceſſ. deciſ.70. num. 2. & ſeqq., poſt Urceol. de
Tranſact. deciſ. 93. num. 13., in rec. deciſ. 102.
num.5. part.9., deciſ.428. num.15. part. 12., &
deciſ.59. num.7. part.16.*; Si autem donatio illa
fuit correſpectiva ad retrodonationem à filio ob-
tinendam, clara indè reſultat Patris intentio
evertendi funditùs primogenituram, & revo-
candi priorem donationem causâ mortis; utra- 21
que enim, factâ retrodonatione à filio omnium
Bonorum, & jurium ſibi à Patre uſque tunc Do-
natorum, irrita, & ſine effectu manebat.
Fruſtraque objicitur, in dicta retrodonatione
nequaquam comprehendi Bona ſubjecta primo-
genituræ, ſed alia, quæ Pater filio donare po-
tuerat inter vivos, cum reſpectu primogenitu-
ræ, utpotè ordinatæ in teſtamento, & per viam
donationis causâ mortis, & conſequenter ſuâp-
te naturâ revocabilis arbitrio ipſius Patris, iſte
non indigeret filii retrodonatione prò illa revo-
canda; contrarium namque reſultat ex ipſo In-
ſtrumento donationis, in quo habetur retrodo-
natio his verbis concepta = *retrodonavit, & re- 22
trodonat, ac renunciavit, & renunciat prædi-
cto ejus Patri, & ſuis &c. omnia, & quæcum-
que Bona mobilia, & ſtabilia, ac jura univerſa
per eumdem D. ejus Patrem ſibi uſque ad præſens
donata, remanente ſupradictâ donatione annui
reditus prædd. ſcutorum 360. in ſuo robore* = quæ
cum ſint generalia, & indiſtinctè complectentia
omnia Bona donata tàm inter vivos, quàm cau-
sâ mortis, non eſt, cur contrà literam reſtringi
debeant ad Bona dumtaxat, quæ inter vivos fi-
lio donata fuiſſe poterant, *Caſtald. conſult. 16. nu.
17., Menoch. de præſumpt. lib.3. præſumpt.194.
num. 2. & ſeqq., Barry de ſucceſſ. tit.12. ſub nu.
2., Rot. coram bon. mem. Emerix jun. deciſ.1295.
num.6., in Æſinn Donationis 1. Junii 1708. §.
Non obſtat reſponſio coram R.P.D. Lancetta*,
præſertim, cum exceptio illa donationis annui re- 23
ditus, ibi = *remanente ſupradictâ donatione prædd.
ſcutorum 360. annui reditus in ſuo robore &c.* =
manifeſtè demonſtret, omnia alia indiſtinctè cor-
ruere debere, juxtà tritum ſermone axioma,
quod exceptio firmat regulam in non exceptis, 24
de quo *Rota in rec. deciſ.291. num. 20. part. 15.,
& in Romana, ſeù Reatina Prælegati 1. Julii
1709. §. Non ſubſiſtente coram bon. mem. Moli-
nes*; Eòque certius, quia reverâ non conſtat,
aliam donationem inter vivos ab Andrea factam
fuiſſe Ugolino filio, in qua verificari poſſet di-
cta retrodonatio à Patre tanto ſtudio quæſita, & 25
expreſſe volita, & quæ alioquin ſuperflua, &
eluſoria redderetur, niſi intelligeretur de Bonis
causâ mortis donatis, & primogenituræ ſubje-
ctis, ut argumentantur *Surd. conſ. 119. nu. 14.,
& ſeqq., aliique apud Rub. de validit. legal. cap.
27. num.2. & ſeqq., ac ferè per tot., Fuſar. de
ſubſtit. quæſt.350. nu. 124., D. Adv. de Comitibus
deciſ. Senen. 17. num.14., Rot. coram Dunozz.
jun. deciſ.846. num.17., coram Seraphin. dec. 182.
num.4.*

*num.4. & 5., coram Royas decif.250. num. 6. &
ſeq., coram Cerro decif.36. num.2., & in Roma-
na Cambiorum 28. Aprilis 1704. §. Minùs coram
bon. mem. Muto*; quamvis enim quoad illa An-
dreas Pater non indigeret retrodonatione filii,
26 cum poſſet ſuo arbitrio revocare primogenitu-
ram, & donationem causâ mortis, nihilomi-
nus, quoties non habetur alia donatio, de qua
dicta retrodonatio verificari queat, ad evitan-
dam ſuperfluitatem actus, iſta referri debet ad
27 donationem causâ mortis, de qua conſtat, &
quærendæ non ſunt aliæ donationes merè poſ-
ſibiles, ad tradita per *Saminiat. contr. 132. num.
82. tom.2., Mantic. de conject. lib.7. tit. 7. num.
9., Magon. decif. Florent.15. num.12., Rot. co-
ram Penia decif.645. num. 4., coram Burat. de-
cif.847. num.10., in rec. decif.280. num.17., &
duob. ſeqq., decif.287. num. 26., & decif. 291.
num.21. part.9. rec. tom.1., in Romana Pecunia-
ria, ſeù Locorum Montium 1. Julii 1701. §. Ne-
que relevante coram Emo D. Card. Scotto, in
Romana Cautelæ Angeli 16. Decembris 1707.
§. Sinè difficultate coram bon. mem. Caffarello, in
Bononien. Fabricæ 1. Julii 1716. §. Minimè offi-
ciente coram Rmo Althann. Epiſcopo Vaccen., &
in Romana Dotis 25. Januarii 1717. §. Verum-
tamen coram R.P.D. de Herrera*, novum quip-
28 pè non eſt, ſed quotidie experimur, multa,
tametſi non neceſſaria, ſæpè fieri aut ex igno-
rantia, aut ad abundantiorem cautelam, juxtà
*Text. in leg. quæ dubitationis ff. de regul.jur., Ro-
ta coram bon. mem. Emerix jun. decif. 1139. num.
20., & decif.1272.num.3., in Spoletana Cenſus 20.
Januarii 1712. §. Duplex demùm coram Rmo
Aldrovando.*

Verum enim verò omnem ſubmovet difficul-
29 tatem ſubſecuta obſervantia tam ex parte Patris
donantis, quàm ex parte filii retrodonatarii;
primus enim, obtentâ retrodonatione, de Bo-
nis donatis diſpoſuit, alienando, ut ſuprà di-
ctum eſt, nonnulla ex eis, alter, mortuo Patre,
illius hereditatem adivit cum beneficio legis, &
Inventarii, ſeque Creditorem dixit prò dote
materna, aliiſque juribus ex perſona Jacobi Ma-
ſcat, cujus ipſe heres univerſalis fuerat, nullâ
factâ mentione dictæ donationis causâ mortis,
aut primogenituræ in ea inſtitutæ, & ulteriùs ex
Bonis eidem primogenituræ à Jacobo aggregatis,
alia per Patrem alienari permiſit, alia ipſe poſ-
ſedit uti heres univerſalis Jacobi, & ea tam-
quam libera donavit cum reliquis omnibus Bo-
nis Guſmanæ Caſſar Amitæ ſuæ, ergò tum Pa-
ter, tum filius Bona donata, & primogenituræ
ſubjecta in retrodonatione comprehendi volue-
runt, & conſequenter habuerunt primogenitu-
ram, & donationem prò revocata; obſervan-
30 tia namque optimè declarat quid fuerit in retro-
donatione, ſive renunciatione comprehenſum,
*Rot. Florentina apud D. Auditorem de Comitibus
decif.4. num. 60. & 61.*, eamdemque plurimùm
valere ad comprobandam revocationem dona-
tionis, in ſpecie dixit *clar. mem. Card. de Luca
de Donat. diſc.48. num.13., & diſc.49. num.5.,
Rot. decif. 228. num. 11. verſ. ceterum part. 10.
rec., & in Æſina Donationis 1. Junii 1708. §.
Quodque vere, & §. Sicut etiam coram R.P.D.
Lancetta.*

Hactenus dicta perſpicuè demonſtrant omni-
modam revocationem primogenituræ erectæ ab
Andrea Cumbo per viam donationis causâ mor-
tis in ſuo teſtamento, & codicillis; Verumta-
men ad effectum, de quo agitur, ut ſcilicet re-
ſoluta dici poſſit donatio, ſive aggregatio dictæ
primogenituræ facta à Jacobo, exuberat ſola
ejuſdem diminutio, ità ſanè exigente peculiari
lege, & pacto expreſsè in dicta donatione adje-
cto, cujus ſupra meminimus, quæ quidem di-
minutio reſultans ex alienatione non contro-
verſa omnium corporum primogenituræ ſubje-
ctorum, nequit ullo pacto impugnari à moder-
nis DD. Actoribus, qui in Libello, ſive judi-
ciali petitione coram Judice primæ Inſtantiæ in
partibus facta, hujuſmodi alienationem, & reſ-
pectivè diminutionem primogenituræ apertè faſ-
ſi fuerunt his verbis = *Verùm etiam prædictus
Andreettus Cumbus Navarra contravenerit præ-
cepto D. Jacobi Donatarii, alienando partem Bono-
rum comprebenſorum in dicta primogenitura &c.,
per conſequens minoravit dictam primogenituram,
cùm per voluntariam alienationem cenſeatur quo-
ad alienata ademptum, & revocatum legatum
&c.* = nulla autem afferri poſſe videtur hujus rei
probatio melior illâ, quæ reſultat ex iſta ju- 31
diciali confeſſione, *Bald. in leg. minimè ff. de
legib., Rot. decif. 595. num. 41. part. 19. rec.
tom. 2., & in Maceraten. Legatorum, & Fi-
deicommiſſi 18. Junii 1710. §. 8. cor. Rmo An-
ſaldo.*

Nec contraventio hujuſmodi reſultans ex alie-
natione iſta, locumque faciens reſolutioni do-
nationis, ſive aggregationis à Jacobo factæ in
augmentum primogenituræ, ſalvari poteſt ſub
obtentu facultatis alienandi ab ipſo Jacobo in
donatione impartitæ, etenim Jacobus tribuit
quidem Cumbo facultatem alienandi, ſed hoc
pacto, quod ſcilicet loco Bonorum alienatorum,
alia æquivalentis valoris ſubrogare teneretur, &
non aliter ibi = *relictâ tamen facultate eidem D.
Cumbo de Bonis ab eodem in fundatione dictæ pri-
mogenituræ donatis, & adjectis per d. D. Dona-
torem eidem primogenituræ, ut ſupra, diſponen-
di, & alia Bona æquivalentia in locum eorum ſub-
rogandi, & non aliter &c.* =; Cum itaque nul-
la à Cumbo facta appareat ſubrogatio prò dictis
Bonis alienatis, ut ipſimet Actores judicialiter
confeſſi ſunt in petitione facta coram Judice pri- 32
mæ Inſtantiæ ibi = *Verùm etiam prædictus An-
dreettus Cumbus Navarra contravenit præcepto
dicti Jacobi Donatoris, alienando partem Bono-
rum comprebenſorum in dicta primogenitura, nul-
lâ factâ aliorum Bonorum ſubrogatione &c.* = re-
ſolutio donationis evitari nequit prætextu facul-
tatis à Donante conceſſæ alienandi, quoties non
concurrit factum correſpectivæ ſubrogationis ex-
preſsè volitæ, per ea, quæ tradunt *Alexand.
conſ.3. num.3., & conſ.223. num.3. lib.2., Jaſ.
conſ.7. num.8. lib.2., Grammatic. conſ.1. nu.50.,
Tiraquell. de retract. lignag. §.8., Gloſſ. . nu. 1.
& ſeqq.*

Digitized by Google

*& ſeqq., cum aliis pluribus apud Thabor. axiom. jur. lib. 15. cap. 4. axiom. 6.*

Quæ quidem ſubrogatio ex facto hominis
procul dubio deficiens, à Jure ſuppleta cenſeri
33 nequit ex eo, quod in Inſtrumento venditionis di-
ctorum corporum primogenialium adpoſitum,
legatur pactum inveſtiendi ratam pretii ſcutorum
4000., proindeque, attento præcepto, & obli-
gatione ſubrogandi &c., quâ venditor obſtringe-
batur, ipſo Jure, & miniſterio legis in cauſam
hujuſmodi ſubrogationis dictum pretium ceſſiſſe
dicitur; nam, omiſſo, quod non conſtat, præ-
dictam ſummam ſcutorum 4000. implere totam
menſuram Bonorum primogenialium à Cumbo
alienatorum, & idcircò tacita hujuſmodi ſub-
34 rogatio à Jure facta ſubintelligi nequit, cum
iſta procedat ſolum ubi cetera ſunt paria, ex fir-
matis in *Romana prætenſæ Reintegrationis 6. Junii 1712. §. 13. coram Rmo Anſaldo Dec.*; ob-
jectio prætereà iſta ceſſat ex facto, ex Inſtru-
mento ſcilicet venditionis dictorum Bonorum,
35 ex quo liquet, inveſtimentum ſupra enunciatum,
conventum tantummodò fuiſſe prò cautela, &
ſecuritate Emptoris, nequaquam verò ad effe-
ctum illud ſubrogandi primogenituræ loco Bo-
norum alienatorum, de qua ſubrogatione nihil
dictum fuit in eodem inſtrumento venditionis,
36 tametſi illa expreſsè fieri debuiſſet; tacita nam-
que non ſufficiebat, *Rota coram Bich. deciſ. 62. num. 8. & 9., in rec. deciſ. 537. num. 5. part. 3. rec.*,
proptereaque, ſi inveſtimentum injunctum, &
demandatum fuit in gratiam, & commodum
dumtaxat Emptoris caſu, quo ſequeretur aliqua
evictio, ſubrogatum certè dici nequit favore pri-
mogenituræ, & commodo vocatorum, quibus
conventio non favet, utpotè reſtricta ad ſolum
37 favorem Emptoris, tacitus enim legis favor pro-
deſſe non poteſt, nec operatur in iis, quæ re-
quirunt factum, & voluntatem hominis expreſ-
ſam, *Cap. 2. de Præbend., Cap. final. de Procurator. in 6., Federic. de ſen. conſ. 233. vel. 2. verſ. ſed ubi requiritur, Card. Tuſch. tom. 3. lit. E, concl. 654. per tot., Valaſc. de partit. cap. 14. nu. 28., Cabed. deciſ. Luſitan. 12. part. 2.*, quæ ſa-
nè expreſſa Partium voluntas in noſtra hypotheſi
38 potiùs adverſatur, dum tàm Emptor, quàm
venditor voluerunt, Ugolinum conſenſum præ-
ſtare contractui animo ſibi præjudicandi, prout
re ipsâ Ugolinus ſibi præjudicavit, remitten-
do omnia jura ſibi competentia, & competitu-
ra, quinimò illa cedendo, & transferendo in
Emptorem, quod dictum, factumque non fuiſ-
39 ſet, ſi jura Ugolini, & aliorum vocatorum per
ſubrogationem illæſa manere debuiſſent ſuper
inveſtimento, ut benè hæc omnia ponderando
ratiocinatur *Rota in Romana prætenſæ reintegrationis 6. Junii 1712. à §. 44., & pluribus ſeqq., ubi concordantes coram Reverendiſſimo Anſaldo Decano.*

1 Poſitâ igitur ex ſupradictis aut omnimodâ re-
vocatione primogenituræ inſtitutæ ab Andrea
Cumbo Navarra, aut ſaltem illius diminutio-
ne ipsâmet Actorum confeſſione comprobatâ;
Agnoſcentes iidem in his terminis, abſolutè, &
omni ex parte ſuſtineri non poſſe donationem
Jacobi, ſive ob naturam actus acceſſorii, ſive ob
nimis literale pactum reſolutivum in eadem do-
natione adjectum, fatentur quidem, illam reſo-
lutam eſſe, ſed tantum quoad Ugolinum, The-
reſiam, & Iſabellam filios Cumbi, & primos
vocatos, non verò quoad ipſos Actores ſubſti-
tutos, & deſcendentes à Petronilla, & Jo: Leo-
nardo Muſcat.

Et nituntur pacto in Inſtrumento donationis à
Jacobo adjecto = *quod, ſi dictus Cumbus Navarra revocaverit dictæ primogenituræ fundationem ab eodem in dicto Teſtamento, & Codicillis factam, vel eam minoraverit aliquo modo quoad vocationem dictorum Ugolini, Thereſiæ, & Iſabellæ, præſens donatio Bonorum, ut ſupra, incorporatorum ſit nulla, nullius roboris, & momenti cenſeatur, ac ſi numquam facta fuiſſet, & non aliàs, aliter, nec alio modo fuit ad dictam donationem deventum* =
dicunt enim, verba illa = *quoad vocationem dicti* 40
*Ugolini, Thereſiæ, & Iſabellæ* =, legenda eſſe
ſimul, & unitim cum ſequenti parte diſpoſitio-
nis, non autem cum antecedenti, itaut ſen-
ſus ſit, quod, revocatâ, ſive aliquo modo dimi-
nutâ à Cumbo primogeniturâ, donatio Jacobi
nulla, & prò non facta haberetur quoad vocatio-
nem Ugolini, Thereſiæ, & Iſabellæ tantùm;
Certiùs, quia alioquin dicta verba unita priori
diſpoſitionis parti, & intellecta in eo ſenſu, in
quo illam interpretata eſt *Sacra Rota*, inepta,
& ſuperflua eſſent, dum Donator ſatis ſe expli-
caverat, ajendo, quod donatio nulla, & prò
non facta haberetur in caſu, quo Cumbus pri-
mogenituram revocaſſet, vel eam aliquo modo
minuiſſet, abſque eo quod opus eſſet addere illa 41
alia verba = *quoad vocationem Ugolini, Thereſiæ, & Iſabellæ* =, quæ in hoc ſenſu accepta nihil ope-
rantur, ideoque, cum verba ita ſemper inter-
pretanda ſint, ut aliquid operentur, *Vincent. de Franch. deciſ. 606. num. 10., Surd. deciſ. 322. nu. 25., Rot. deciſ. 354. num. 35. part. 11. rec.*, inde
ſequitur, ea intelligenda eſſe in ſenſu reſtrictivo
reſolutionis donationis quoad Ugolinum, The-
reſiam, & Iſabellam tantùm ità namque ſuum
effectum operantur juxtà indolem, & naturam 42
illius dictionis = *quoad* =, de qua *Barboſa tract. var. dict. 326. num. 3., Rot. coram Seraph. deciſ. 911. num. 3.*

Quam ſanè intelligentiam literali verborum
ſenſui magis accommodatam, veriſimili etiam
menti Donantis conſonam eſſe ſubdunt tum in-
ſpectâ illius qualitate, dum erat egregius Juris-
conſultus, qui proindè rem benè conſideraſſe, 43
& verba inepta appoſuiſſe non cenſetur, *Rota in Romana Primogenituræ de ſalviatis ſuper Jocalibus, & Tabulis pictis 21. Martii 1706. §. 18., & 28. Junii ejuſdem anni §. 11. coram bon. mem. Molines, & in Maceraten. Legatorum, & Fideicommiſſi 18. Junii 1710. §. 17. coram Rmo D. Anſaldo*, tum etiam perpensâ aliâ validiſſimâ
circumſtantiâ, quod videlicet eâdem die, quâ
Jacobus dict. donationem celebravit, teſtamen-
tum etiam condidit, in quo heredem liberum
inſtituit Ugolinum pronepotem ſuum; undè, ſi
ve-



Digitized by Google

verum eſſet, quod, revocatâ, vel diminutâ à
Cumbo primogeniturâ, donatio facta à Jacobo
abſolutè quoad omnes corruere deberet, fuiſſet in
poteſtate Andreæ Patris Ugolini, revocando,
vel minuendo primogenituram poſt mortem
Jacobi, eximere Bona ab illo donata à vinculo
reſtitutionis, ad hoc ut libera remanerent pe-
nes ipſum Ugolinum tamquam heredem ejuſ-
dem Jacobi, quod ſanè aberrat à mente Jacobi
viri, alioquin Juriſperiti, ex hoc enim ſeque-
retur effectus omninò contrarius votis ipſius,
dum nil aliud exoptavit, quàm ſubſiſtentiam,
& durationem dictæ primogenituræ, ad quem
effectum, ſcilicet ad alliciendum Andream, nè
illam revocaret, aut diminueret, eidem per
donationem aggregavit, & incorporavit Bona
ſua non exigui reditus; vice autem versâ, ſi
tale pactum reſolutivum operari debuiſſet quo-
ad omnes, Andream allexiſſet ad revocandam,
vel minuendam primogenituram, ut Bona à
Jacobo donata, & onere reſtitutionis gravata
favore ſubſtitutorum, libera remanerent apud
Ugolinum filium, & ſimul heredem dicti Ja-
cobi, qui prætereà conſenſum præſtando alie-
44 nationi factæ ab Andrea commodum, & utili-
tatem conſecutus fuiſſet ex propria culpa, &
contraventione, quod Jura noſtra nullo mo-
do permittunt, *leg. in Fundo 38. ff. de re judi-
cat., leg. Itaque Fullo 12. §. 1. ff. de Furt.*, cum
aliis concordantibus Juris noſtri locis allegatis
per *Thabor. exiom. Jur. lib. 3. cap. 43. axiom. 3.
& 5., & lib. 11. cap. 9. axiom. 8.*, & ſanè, ſi
Jacobus voluiſſet, Bona donata liberè perveni-
re ad filios Andreæ, illa utique primogenituræ
45 non aggregaſſet, minùſque onere reſtitutionis
gravaſſet favore illorum de Muſcat, ad firmata
per *Rotam coram ſan. mem. Alexand. VIII. deciſ.
255. num. 11.*

Diſcurſum denique concludunt, animadver-
tendo, quod, ſi Jacobus in caſu revocationis,
46 vel diminutionis primogenituræ donationem
ſuam nullam, aut reſolutam eſſe voluit quoad
Ugolinum, Thereſiam, & Iſabellam, iſtud
quodammodo Juri, & rationi congruebat, cum
illi eſſent filii Andreæ revocantis, & contrave-
nientis, at aliter res ſe habet reſpectu ſubſtitu-
torum, illorum nempè de Muſcat, & deſcen-
dentium ab eis, quales ſunt DD. Actores, qui
47 nec originem ducunt, nec cauſam habent à di-
cto Andrea; proindeque alienæ culpæ, & con-
traventionis pœnam ſubire non debent, *leg.
non debet ff. de regul. Jur.*, præſertim, cum ſint
nepotes ex fratre ejuſdem Donantis, & conſe-
quenter perſonæ dilectæ, quas ideò multò mi-
48 nus cenſetur voluiſſe ſubire pœnam alieni de-
licti, ſeù contraventionis, ut ad rem advertit
*Castell. de Donat. diſc. 1. ſpecial. 7. num. 9. &
10.*, & tamen, admiſsâ reſolutione donatio-
nis abſolutè quoad omnes, iſti, qui nullo mo-
do peccarunt, pœnam ſuſtinerent, Ugolinus
49 verò, qui aliquo pacto contravenit, commo-
dum conſequeretur contrâ omnem Juris, &
æqui, bonique rationem, ad quam proindè re-
digendo pactum reſolutivum donationis, idem
intelligendum non eſt abſolutè, & ſimpliciter
quoad omnes vocatos, ſed reſtrictive ad ſolos
filios Andreæ contravenientis, nempè Ugolini,
Thereſiæ, & Iſabellæ.

Verùm, etſi hæc rationum momentâ, quæ ex
parte Actorum deducebantur, graviſſima ſint;
nihilominùs *Sacra Rota* contrariam ſententiam
ſecuta eſt; credidit enim, pactum reſolutivum
donationis eſſe abſolutè intelligendum quoad
omnes, ex rationibus in *Deciſione* deductis, quæ
cum aliis à *Sacra Rota* non animadverſis hìc re-
cenſere breviter non pigebit, ut, omnibus de-
indè ſimul collectis, quæ potiores ſint, facilius
cognoſcatur; ſanè *Sacræ Rotæ* interpretatio va-
lide coadjuvari poſſe mihi videtur ex eo, quod,
ut ſub initium innui, principalis actus, qui à Ja-
cobo fieri voluit, non fuit donatio, ſed aggre-
gatio, & incorporatio Bonorum primogenituræ
per viam donationis, ut liquet ex tenore ipſius
instrumenti, undè, revocatâ primogeniturâ, 50
prout eam revocatam fuiſſe, ſi non expreſsè,
ſaltem tacitè, dubitari non poteſt, ex rationi-
bus ſuperioribus locis latè deductis, ipſam quo-
que aggregationem ex natura ſua, & præciſivè
etiam à quolibet pacto in inſtrumento donatio- 51
nis adjecto corruere neceſſè fuit, cum veluti actus
acceſſorius per ſe ſubſiſtere non poſſit, ut pari-
ter ſupra firmatum eſt.

Ex quo ſequitur, quod, ſi contra naturam
actus acceſſorii idem per ſe ſolùm ſuſtineri poſſe 52
dicatur, tametſi revocatus fuerit, ac defecerit
principalis actus, cui famulatur, id demonſtra-
re oporteret probationibus omninò concludenti-
bus, & quæ indubiè ſuadeant, Donantis vo-
luntatem eam fuiſſe, ut ſcilicet donatio, ſive
aggregatio ſubſiſteret, quamvis defeciſſet pri-
mogenitura, cujus contemplatione illa facta fue-
rat, cum alioquin ità omnia pacta ſemper in-
terpretanda ſint, ut naturæ actus principalis fa- 53
mulentur, non ut illi advertentur, ab eoque
devient, *D. Auditor de Comitibus deciſ. Senen.
49. nu. 3. & 11., Rot. coram Coccin. deciſ. 1711.
num 5. & 6., coram Penting. deciſ. 384. num. 8.,
coram Merlin. deciſ. 636. num. 20., & deciſ. 792.
num. 14.*

Porrò adeò perſpicua Donantis voluntas ſuſti-
nendi donationem, etiam revocatâ primogeni-
turâ, haudquaquam reſultare poſſe videbatur ex
alibi enunciato pacto reſolutivo in inſtrumento
donationis expreſſo; illud enim intelligi etiam
poteſt in ſenſu abſolutè, & ſimpliciter reſolutivo 54
donationis quoad omnes, prout interpretata
fuit *Sacra Rota*; nàm, ſi verba illa = *quoad voca-
tionem Ugolini, Thereſiæ, & Iſabellæ* = conjungan-
tur cum antecedentibus, non verò cum ſequen-
tibus, itaut faciant ſenſum, quod, revocatâ à
Cumbo, vel aliquo modo diminutâ primogeni-
râ = *quoad vocationem Ugolini, Thereſiæ, & Iſa-
bellæ* = donatio ſit nulla, perinde ac ſi facta non
eſſet, eadem vigore dicti pacti corruere debet 55
quoad omnes; nulla enim in eo facta legitur
perſonarum diſtinctio, minùſque reſolutio do-
nationis taxativè reſtricta dici poteſt ad certas
tantum perſonas, ſed tamquam abſolutè, & ge-
nera-

neraliter indicta, ad omnes indiſtinctè referri
debet, *Peregr. conſ.77. ex num.8., & plurib.ſeqq.
lib.3., Caren. reſol.23. ex num.6., & ſeqq., Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 582. num. 21., Rodulphin.
allegat. 142. num. 17., Surd. deciſ. Mant. 101.
num.7., Rot. deciſ.203. num.23., & ſeqq. par.6.
rec. ubi concordantes.*

Nec propterea verba illa = *quoad vocationem*
56 *Ugolini, Thereſiæ, & Iſabellæ* = in tali ſenſu ac-
cepta, ſuperflua, & inepta abſolutè cenſeri poſ-
ſunt, ſed majoris explicationis gratiâ adjecta
dicuntur, ad demonſtrandas ſcilicet perſonas illas
magis dilectas, quas diminutio ab Andrea fa-
57 cienda reſpicere poterat, id autem ſufficere ad
eluendam ſuperfluitatis notam, dixit *Rota deciſ.
490. num.8. part.4. diverſ.*; & ità ſanè, in ſenſu
nempè demonſtrativo, non autem taxativo poſi-
58 ta fuiſſe in hypotheſi ſuadebat ratio, & cauſa fi-
nalis, quæ Donantem movit ad aggregandum,
& incorporandum dd. ſua Bona primogenituræ
inſtitutæ ab Andrea, quæ alia non fuit, quàm
purus, & ſingularis amor, quo ipſe Donans pro-
ſequebatur Ugolinum pronepotem ſuum, ex quo
ſequitur, quod, ſi Jacobus donationem reſolvi
voluit quoad ipſum Ugolinum ſibi cognitum,
& procul dubio magis dilectum, potiori certè
jure dicendum eſt, illam reſolvi voluiſſe quoad
alios ſubſtitutos incognitos, & minùs dilectos,
*Peregrin. de Fideicomm. art.25. num.48., Molin.
de Primogen. lib.3. cap.5. num.63., Caren. reſol.
237. num.4., Manſ. conſult. 77. num.27. tom.9.,
cum aliis adductis in Deciſione hujus Cauſæ §. Et
quæ*, ne alioquin ſubſidiariè dumtaxat vocati
59 melioris fiant conditionis, quàm illi, qui ſunt
primo loco invitati, quod abſurdum eſſe pro-
bant *Cravett. conſ. 161. num.5., & conſ. 197. n.
2., Altograd. ſen. conſ.45. num.18., & 23. cum
ſeq. lib.1., Rot. deciſ.152. num.36. poſt Torr. de
Primog. Ital. part.3., & alii in ſupracitata Cau-
ſæ Deciſione eodem loco allegati.*

Idque coadjuvatur aliâ etiam ratione, nempè,
quod, ſicuti Andreas donaverat causâ mortis,
& ſic revocabiliter, ità Jacobus, qui inter vivos
60 irrevocabiliter donaverat, cenſetur hoc pacto ſibi
præſervare voluiſſe liberam diſponendi faculta-
tem in caſu, quo ille, ut poterat, & fecit, ſuam
primogenituram aut ex toto revocaſſet, aut ſal-
tem in parte diminuiſſet, ut ità iſtorum duorum
actuum inter ſe omnimodam correſpectivitatem
habentium par eſſet determinatio, ad tradita per
*Bartol. in leg. demonſtratio falſa 17. §. Quod au-
tem ſub num. 13. ff. de condit., & demonſtrat.,
Ancaran. conſ.207. num.8., Surd. conſ.101. n.2.
& conſ. 369. num. 30., & deciſ. 220. num. 19.,
Rot. coram Ludoviſ. deciſ. 136. num. 4., in rec.
deciſ. 87. num. 12. part. 19., in Romana Fidei-
commiſſi 12. Februarii 1700. §. Non regit coram
Rmo dell' Olmo, & in Lucana Livelli 9. Maii
1707. §. E' converſo autem, & §. Profectò, &
ſeqq. coram Rmo Anſaldo*; quæ quidem interpre-
61 tatio eò etiam facilius ſequenda videbatur,
quia per eam Donator ex propria beneficentia
minus remanet læſus, juxta auctoritates cumu-
latas in *Deciſione* hujus Cauſæ *§. penult.*, quibus

conſonat *Rota deciſ. 315. num. 15. part. 17. re-
cent.*

Ex his verò cum pateat, mentem Donantis
fuiſſe revocandi primogenituram abſolutè quoad
omnes; & conſequenter ponendi verba illa =
*quoad vocationem Ugolini &c.* = demonſtrativè,
& non taxativè, deſignando ſolummodò perſonas,
in quarum præjudicium donatio reſolvi debebat,
tametſi verba illa in hoc ſenſu demonſtrativo
ſumpta de aliqua ſuperfluitate redargui poſſent, 62
ea nihilominùs potius toleranda eſſet, quàm ad-
mittenda interpretatio repugnans menti, & vo-
luntati ipſius Donantis, *Rota deciſ.490. num.7.,
& ſeqq. part.4. diverſ.*, quamvis enim ille eſſet
vir Juriſperitus, non inde tamen à ſimili ſuper- 63
fluitatis vitio penitùs immunis cenſeri poteſt ejus
diſpoſitio, cum non rarò videamus, ſimilium
virorum diſpoſitiones eſſe magis dubias, & ob-
ſcuras, quàm illas, quæ conduntur à rudioribus
viris, adeout Teſtatores, quò doctiores, eò mi-
nùs clarè, & appoſitè quandoque ſe explicent, 64
ut alias notavit *Rot. deciſ.1092. num.24. coram
bon. mem. Emerix jun., in rec. deciſ.537. in prin-
cip. part.19. tom.2., & in Maceraten. Legatorum,
& Fideicommiſſi 18. Junii 1710. §.1. coram Rmo
Anſaldo Decano.*

Nec contraria Jacobi voluntas deſumi poteſt
ex teſtamento ab eo condito favore Ugolini eâ-
dem die, quâ donationem fecit; nam hoc po-
tiùs confirmat ſingularem amorem, quo idem
Jacobus Ugolinum proſequebatur, unde magis
inveriſimile redditur, quod donationem revo-
care voluerit quoad ipſum, & non quoad alios,
juxta ſuperius firmata, proindeque in his termi-
nis alienum ab illius mente fuiſſe dici nequit, 65
quod Bona donata libera remanerent apud Ugo-
linum, dum in ipſum omnia illius vota unicè
directa erant, ipſumque contemporaneè ad do-
nationem heredem univerſalem, & liberum ſibi
ſcripſit; quod verò Ugolinus conſenſum præſti-
terit alienationi factæ ab Andrea, ideòque com-
modum ſentire non debeat ex propria culpa, non
ſubſiſtit, quia, eatenus Ugolinus conſenſit alie-
nationi prædictæ, quatenùs in ea comprehende-
bantur etiam Bona à Jacobo donata, & ad ipſum
pertinentia, ad quæ idcircò reſtringitur illius
conſenſus, cum reſpectu aliorum Bonorum ipſius
Andreæ d. conſenſus neceſſarius non eſſet; reſo-
lutio autem donationis procedebat ab alienatione 66
Bonorum à d. Andrea antea primogenituræ ſub-
jectorum, & propterea, ſi quæ adeſt culpa, ea
eſt ſolius Andreæ, non Ugolini, cujus conſenſus,
utpotè reſtrictus ad Bona donata à Jacobo, d. re-
ſolutioni locum non faciebat.

Demum non urget animadverſio illa, quâ di-
cebatur, juri, & rationi congruere, quod dona-
tio reſolveretur quoad filios Andreæ contrave-
nientis, ſecus verò quoad alios penitus innoxios;
quia, ſi privatio, & reſpectivè donationis reſo-
lutio metienda eſt à culpa, non video quâ ra-
tione donatio reſoluta cenſenda ſit magis quoad
filios Andreæ, quàm quoad alios, cum illi nullo 67
modo peccaverint, ſicuti non peccaverunt alii
ſubſtituti; quapropter par æquitatis, & juſtitiæ

ratio ſuaderet, quod filii etiam omni culpâ va-
cantes, & jure proprio vocati, Parentum pœnâ
teneri non debeant, argumento *Textus in leg.
Savinus Cod. de pœn., leg. Paterfamilias 44. ff. de
hered. inſtit., Peregrin. de Fideicomm. art.11. n.
87., & 89., & art.18. num. 29., Magon. deciſ.
Florent. 16. num.17., deciſ.91. num.32., dec.92.
num.46., & ſeqq., & deciſ.138. num.1., & ſeq.,
Rot. deciſ. 339. ſub num. 9. coram Duran.*; juſtâ
igitur ratione affirmari reverà poſſe videtur,
quod reſolutio donationis metienda non ſit à
culpa, quam non conſideravit Donator, ſed à
facto revocationis, & diminutionis primogeni-
turæ, quâ deficiente, donatio à Jacobo facta
68 non fuiſſet; quæ ratio cum generalis ſit, & om-
nes indiſtinctè vocatos complectatur, locum
proinde facit reſolutioni donationis quoad om-
nes, *Caſtill. contr. jur. lib.5. cap.181. ſub num.9.
tom.6., Rota in Carpentoraten. Fideicommiſſi
26. Junii 1709. §. Porro coram bon. mem. Caffa-
rello*.

Hæ ſunt præcipuæ, atque potiſſimæ rationes,
quibus ſuſtineri poſſe videtur ſententia *Sacræ Ro-
tæ* pactum donationis reſolutivum ſimpliciter,
& abſolutè extendens quoad omnes, ſed illis,
quamvis me diù ancipitem tenuerint, firmâ ta-
men animi deliberatione adhærere non valeos,
non invitus in contrariam abirem ſententiam; ſi-
quidem ſenſui *Sacræ Rotæ* opponi, & adverſari
poſſe videtur tum litera donationis, ſive pacti re-
ſolutivi eidem inſerti, tum veriſimilis, & con-
jecturata mens ipſius Jacobi donantis, quod
enim attinet ad primam, magis apta, & con-
gruens literæ cenſeri poteſt interpretatio illa,
quâ ea verba = *quoad vocationem Ugolini, There-
ſiæ, & Iſabellæ* = leguntur conjuncta cum ſubſe-
69 quente parte diſpoſitionis, adeòut reſtringant
reſolutionem donationis ad dd. filios Andreæ;
nam alioquin dd. verba aliter intellecta, prout
illa intellexit *Sacra Rota*, aut ſuperflua omninò
dicenda ſunt, aut ſaltem exponuntur ſenſu pa-
rùm apto; poſito enim, quod Jacobus donator
in illo pacto reſolutivo, dum mentionem fecit
de revocatione, vel diminutione primogenitu-
ræ, eamdem intellexerit relativè ad Bona, non
ad perſonas (quia alioquin ſequeretur, quod po-
tuiſſet Andreas erector primogenituræ illius Bo-
na aut in parte, aut etiam in totum alienare, &
diſſipare, abſque eo quod reſolveretur donatio
Jacobi, quod nemo non videt, quàm fuerit alie-
num à mente ipſius Jacobi, hoc, inquam, poſi-
to, nimirùm ſi revocatio, & diminutio pri-
mogenituræ ex mente Jacobi intelligenda erat
reſpectu Bonorum, quid ſanè operantur verba
illa = *quoad vocationem Ugolini, Thereſiæ, &
Iſabellæ* = unita orationi antecedenti? hoc pro-
fectò non percipitur, fruſtraque dicitur, illa ſta-
re demonſtrativè, hoc eſt demonſtrare perſonas,
quas reſpiciebat revocatio, vel diminutio primo-
genituræ ab Andrea facienda, quia, ſi hujuſmodi
revocatio, & diminutio referebatur ad Bona, illa,
& non perſonæ demonſtrari debebant, ideòque
ſemper, ut ſupra dictum eſt, aut verba ſunt ſu-
perflua, aut ſenſus ineptus, & conſequenter om-
ninò legenda ſunt conjunctim cum oratione ſe-
quente, & intelligenda in ſenſu reſtrictivo reſo-
lutionis donationis quoad filios tantum Andreæ,
ita namque ſuum effectum congruè, aptèque 70
operantur, prout oportet, præſertim in contra-
ctibus, in quibus ſuperfluitas, & incongruitas
ſenſus verborum non admittitur, ſed ea ſemper
capi debet interpretatio, per quam id excluda-
tur, *Rot. coram Gregor. deciſ. 424. num. 6., co-
ram Priolo deciſ.229. num.10., coram Pamphilio
deciſ. 530. num. 2., in rec. deciſ. 112. num. 11.
part.6., deciſ.354. num.35. part. 11., deciſ. 303.
num.10. part.17., deciſ. 218. num. 19. part. 18.,
Rot. in Alexandren. Beneficii 11. Decembris 1711.
§. Non attento, & 11. Aprilis 1712. §. Nec
ſubſiſtere coram R̃mo Aldrovando*; maximè,
quando, prout hic, agitur de diſpoſitione facta 71
à viro Juriſperito, quem ſuſpicari non licet ver-
ba adeò impropriè adhibuiſſe, ſed potiùs omnia
accuratè perpendiſſe cenſendum eſt, ut jam ſu-
pra firmavimus.

Literæ donationis, ſive pacti reſolutivi in ea
adjecti conſonat etiam mens veriſimilis Donan-
tis, qui ſicuti motus amore erga Ugolinum pro-
nepotem fecit donationem, de qua agitur, ità
verens, ne Andreas revocaret, vel diminueret
primogenituram favore ejuſdem Ugolini ordi-
natam in teſtamento per viam donationis causâ
mortis, illum tali pacto reſolutivo donationi ad-
jecto, cohibere voluit, ne d. primogenituram
revocaret, aut diminueret in præjudicium ipſius
Ugolini, & aliorum vocatorum; ſi autem hæc 72
fuit intentio Donantis in appoſitione d. pacti,
prout alia eſſe non potuit, quiſque facilè perci-
pit, illum voluiſſe, donationem reſolvi quoad
filios dumtaxat Andreæ, quippè hoc ſufficiebat
ad avertendum Andream à revocatione, vel di-
minutione donationis; cui quidem rationi, ſi
addatur etiam dilectio ſubſtitutorum, qui erant
nepotes Donantis ex fratre cum tot aliis circum-
ſtantiis ſuperiùs expenſis, & quod agitur de di- 73
ſpoſitione Tranſverſalis, in qua proinde conſide-
rari nequit erga Ugolinum illa ratio affectionis,
quæ conſiderari poſſet in Aſcendente, præſertim
in concurſu nepotum ex fratre ipſius Donantis,
quodque iſti, qui modò ob contraventionem
ſuccederent, ſunt adeò arcto ſanguinis vinculo
cum Donante conjuncti, & in caſu obitus Dona-
tariorum ſubſtituti, & quod demum amori, quo
Donans erga Ugolinum ferebatur, abundè ſatis-
feciſſe videri poteſt illum inſtituendo heredem
univerſalem in teſtamento, eò certiùs affirmari
poſſe videtur, Donantem quoad iſtos nepotes
ſubſtitutos, eorumque Deſcendentes donatio-
nem revocare noluiſſe, cum nil magis veriſimile
ſit, quàm, quod Donans voluerit partem Bono- 74
rum ſuorum pervenire ad dd. nepotes, quos ſub-
ſtituit, & propterea, ne fruſtrata remaneat adeò
juſta, æqua, rationabilis, & veriſimilis ejuſdem
intentio, dicendum eſt, in caſu revocationis, vel
diminutionis primogenituræ donationem reſolvi 75
non debuiſſe quoad illos, ſed tali caſu Donantem
voluiſſe Bona donata ad ipſos deferri, ut ſatis in-
nuit litera, & ſuadet veriſimilitudo, quam in in-
ter-

76 terpretanda, & inveſtiganda mente Diſponentis
omninò ſequendam eſſe, jubet *Text. in leg.97., & 115.ff.de regul.Jur.*, cum aliis concordantibus
juribus, & auctoritatibus cumulatis per *Thabor axiom. Jur. lib.19. cap.11. axiom.1.*

Nec turbat abſurdum, quod videlicet donatio
reſolveretur quoad magis dilectos, non quoad
alios minùs dilectos, quodque ſubſidiariè vocati,
eſſent melioris conditionis primariò invitatis;
uam, quoties ſuffragatur Diſponentis voluntas,
ſive expreſſa, ſive tacita, ea omninò ſequenda,
77 & attendenda eſt, poſthabitis argumentis ab abſur-
do deductis, *Parif. conſ.19. nu.81. & ſeqq. lib.2., Surd. deciſ.41. num. 10., Rota in Carpentora-ctén. Fideicommiſſi 26. Junii 1709. §. Pro remotione coram bon. me. Caſſarella*; Nec idcircò filii
78 conqueri poſſent, tamquam excluſi ex facto, &
culpa Patris; nam illi hoc caſu excluſi minimè
cenſentur primariò, & principaliter ex facto,
& culpa Patris, ſed ex voluntate Diſponentis, cui
integrum eſt talem legem, & conditionem ap-
ponere diſpoſitioni, & Bonis ſuis, *Rot. dec.290. num. 4. coram Royas, in Faven. Primogenituræ 5.Martii 1700. §. Nihilominùs coram clar. mem. Card. Caprara, in Cavallicen. Bonorum 18. Februarii 1707. §. Eòque certiùs coram bon. me. Mo-*
79 *lines*; maximè, quando illa adimplenda non eſt
ab Extraneo, ſed à Patre, *Rot. in d. Carpentora-ctén. Fideicommiſſi 26. Junii 1709. §. Et Jure quidem coram bon. me. Caſſarello*; Cumque filii
tali caſu vocati non cenſeantur, niſi ſub conditio-
80 ne caſuali, & dependente à facto, ſive non facto
Patris, quatenus nempe ille non revocaret, vel
diminueret primogenituram, eâ proindè non
purificatâ, iniquum, & abſurdum minimè eſt,
quod facto Patris à ſucceſſione repellantur, cum
81 defectus conditionis ceſſare faciat illorum voca-
tionem, ut declarando diſpoſitionem *Textus in leg. Paterfamilias 44. ff. de hered. inſtit.*, tuentur
*Peregr. de Fideicom. art.11. num. 86., Rocca diſput. Jur. ſelect. cap.1. num. 8., Roxas de incompatib. part.3. cap.1. n.83. & ſeq., Surd. dec.101. num. 7., Laureat. deciſ. Avenionen. 118. num. 6. & ſeqq., Rot. deciſ.579. num.6. coram Cerro, in rec. dec.86. num.38. part.6., & deciſ. 459. n.22. & ſeqq. part. 9., in Cavallicen. Bonorum 18. Februarii 1707. §. Quoniam objectum coram bon. me. Molines, & 30.Januarii 1708. §. Magiſque præciſè coram Rmo Aldrovando.* At aliter res ſe ha-
bet reſpectu aliorum ſubſtitutorum, quorum vo-
82 catio non pendet à d. conditione, & quos alio-
quin iniquius eſſet excludi ex facto, & culpâ Ex-
tranei, *Cephal conſ.243. nu.44., Fuſar. de ſubſtit. quæſt.575. num.12., & quæſt.582. num. 19., Caſtald. conſult.205. num. 4., Caſtill. lib. 5. cap. 94. num.54. & ſeqq., Torr. de Primogen. Ital. part.2. quæſt.13. num.14., Surd. deciſ.101. à n.6. ad 12.*

Similique modo corruunt etiam omnes aliæ
contrariæ animadverſiones, & præcipuè illa,
quæ fundatur in qualitate acceſſoria, & famula-
tiva aggregationis, quæ per ſe ſubſiſtere nequit,
83 nam, ſi ſpectetur actus, ille profectò ſonat in
aggregationem; & reverà talis eſt, ſed non ſim-
plex, & perpetua, quippè durare debebat, ſolùm
exiſtente lineâ, & deſcendentiâ Andreæ, in cu-
jus defectum Jacobus aggregationem revocavit,
& Bona donata, ac reſpectivè aggregata deferri
voluit ad ſuos ex fratre nepotes, qui certè ſucce-
dere nequibant vigore d. ſimplicis aggregationis;
ideoque dicendum eſt, illam non fuiſſe puram,
& abſolutam, ſed admixtum habuiſſe etiam
alium actum æquè principalem, & per ſe ſtantem,
prout eſt donatio, quæ ſicuti, etiam finitâ aggre-
gatione minimè duraturâ in perpetuum, ſubſi-
ſtere debebat quoad illoſmet nepotes ſubſtitutos
in caſu deficientiæ totius lineæ, & deſcendentiæ
Andreæ Cumbi, ità per ſe ſubſiſtere poteſt in 84
iſto caſu contraventionis ejuſdem Andreæ; A-
mor verò erga Ugolinum nihil efficere valet ad
effectum inducendi reſolutionem donationis quo-
ad omnes, cum immò iſte, ex ſupradictis, cauſam
dederit Jacobo apponendi tale pactum reſoluti-
vum quoad filios tantùm Andreæ, ut ſcilicèt
Andreas in eorum præjudicium non revocaret,
vel diminueret primogenituram; Cui præterea
amori plenè ſatisfeciſſe videri poterat inſtituen-
do Ugolinum heredem ſuum univerſalem; Et
denique minùs urget, quod Jacobus voluerit tali
pacto ſibi præſervare liberam diſponendi faculta-
tem in caſu, quo Andreas primogenituram revo-
caret, vel diminueret, id enim pugnare videtur
tum cum litera donationis, ſive pacti reſolutivi
illi adjecti, tum etiam cum mente Donantis, ut
hactenus notatum eſt, ex quibus contrarium de-
ſumi poſſe videtur.

Verumtamen, his omnibus perpenſis, licèt huic
poſteriori interpretationi lux aliqua veriſimilitu-
dinis aſſiſtat, nihilominus, cum verſemur in
quæſtione merè conjecturali, difficile eſt certum
Judicium, ſententiamque de ea ferre; interpre- 85
tatio namque omnis ex conjecturis elicita, dubia
ſemper eſt, quia contrariis conjecturis elidi po-
teſt; Quamobrem in hac dubietate Cauſam adeo
deſperatam dicere non auſim, ut ſperari non li-
ceat receſſus à deciſis; Non quidem ex eo, quod
factus non fuerit locus pacto reſolutivo donationi
adjecto, ſed ex quo illud reſtrictum eſt ad ſolos
filios Andreæ, nec extenditur ad modernos A-
ctores ſubſtitutos, tantòque magis, quia bujuſ-
modi pactum non benè diſcuſſum, & examina-
tum fuiſſe videtur in dicta *deciſione*, in qua ſup-
ponitur tantùm, ſed non probatur, Jacobum illud
adjeciſſe indiſtinctè quoad omnes, nullatenus ex-
penſâ vi, & tenore ejuſdem pacti; Undè ex ra-
tionibus prædictis DD. requirentes ulteriorem
Judicii aleam tentare poſſe crederem.

### *Melevitana Immiſſionis ſuper fructibus Bonorum aggregatorum Primogenituræ.*

Fideicommiſſi particularis, ejuſdemque conſer-
vatorii, ac pœnalis, nec non etiam obſcuri,
ac dubii fructus non ab illius purificatione,
ſed à tempore contractæ à poſſeſſore malæ fi-
dei debent reſtitui. Ex quibus autem obſcu-
rum, ac dubium dicendum ſit? Mala fides
pro

Digitized by Google

pro reſtitutione fructuum non inducitur ex Judicio nullo, & invalido ob inſubſiſtentiam tituli, ſed ſolum à die productionis novorum jurium, ex quibus poſſeſſor ſuccubuerit.

## VOTUM XVIII.

1 *Fructus an à die purificati particularis fideicommiſſi, an à die motæ litis debeantur, per quàm difficilis quæſtio eſt.*

2 *Fideicommiſſi univerſalis dominium in fideicommiſſarium non tranſit, niſi factâ reſtitutione ſaltem verbali.*

*Fideicommiſſi verò particularis dominium an ſtatim transferatur, contentio olim fuit*, ibid.

*Et affirmativa tandem opinio prævaluit*, ibid., & num. 3.

3 *Fideicommiſſa particularia Legatis à Jure fuerunt exæquata*, & num. 4.

4 *Legatum rectâ viâ ad Legatarium etiam ignorantem transfertur.*

*Ita etiam particulare fideicommiſſum*, ibid.

5 *Fructus dominium conſectantur.*

6 *Fructus debeatur fideicommiſſario particulari ſtatim à die purificati fideicommiſſi.*

7 *Opinio autem hæc eſt receptiſſima.*

*Intellige in fideicommiſſo claro, ſecus in obſcuro, ac dubio*, num. 10. & 11.

*Turbiditas verò debet ex diſpoſitionis litera, non argumentis conſtare*, num. 18.

8 *Fructus in Legatis, & fideicommiſſis particularibus, nonniſi à die motæ litis deberi, procedit de re non propria Teſtatoris.*

9 *Dominium rei alienæ ſtatim non tranſit in Legatarium.*

*Rei verò propriæ Teſtatoris ſtatim tranſit*, ibid.

10 *Fideicommiſſi particularis obſcuri, ac dubii dominium ſtatim in fideicommiſſarium non transfertur.*

11 *Illiuſque fructus, niſi à die motæ litis non debentur.*

12 *Fideicommiſſi clari diſtinctio ab obſcuro, & dubio poſſet quoad reſtitutionem fructuum impugnari: & ex quibus?* ibid., & num. 13. ad 16.

13 *Legis operatio non debet ab opinione hominum quoad fideicommiſſi claritatem, vel turbiditatem pendere.*

14 *Lex eodem modo per retrotractionem operatur, ſive clarum, ſive turbidum fideicommiſſum ſit.*

15 *De exiſtentia fideicommiſſi particularis dubitari ampliùs non poteſt poſt declarationem Judicis.*

16 *Apud Legem nil dubium, & obſcurum, ſed clara omnia, & aperta ſunt.*

17 *Poſſeſſoris bonæ fidei favore plurimùm ſemper valuit æqui, bonique ratio.*

19 *Fructus in fideicommiſſo particulari uſque ab initio debentur, ubi agitur non contra tertios titulo oneroſo, ſed contra gravatos titulo lucrativo poſsidentes.*

20 *Quibus nec æquitas, nec Bona fides ſuffragatur.*

21 *Immò ex ea nec etiam tertium excuſari poſſe, decisit* S. Rota.

*Rectiùs tamen eadem* S. Rota *videtur alteram opinionem tertio favorabilem fuiſſe amplexam*, num. 23.

22 *Fideicommiſſarius particularis, translato in eum dominio, fructuum dominus efficitur tàm reſpectu gravati, quàm tertii poſſeſſoris.*

24 *Dominium rei licèt quis non habeat, ſi tamen bonâ fide poſsidet, fructus lucratur.*

*Ad hunc enim effectum poſſeſsio habetur pro dominio*, ibid.

25 *Procedit, ſive de herede agatur, ſive de tertio poſſeſſore*, &

26 *Et tàm in Legatis, quàm in fideicommiſsis particularibus.*

27 *Dominii translatio in Legatarium, ſeù fideicommiſſarium particularem actionem præſtat pro fructibus extantibus, ac etiam pro conſumptis, quatenùs ex eis poſſeſſor locupletior factus eſt*, & num. 29.

28 *Poſſeſſor bonæ fidei fructus lucrari dicitur ex quadam æquitate.*

30 *Ad fideicommiſſum particulare vocatio elicita ex conjecturis, dubia eſt, & contrariis conjecturis poteſt elidi.*

31 *Sacræ Rotæ judicium plurimi faciendum eſt.*

32 *Fideicommiſſum particulare, elicitâ ſolùm ex conjecturis ad illud vocatione, dubium, & obſcurum dicitur.*

*Et poſſeſſor bonæ fidei a reſtitutione fructuum excuſatur*, ibid.

33 *Præſertim ex juſta qualibet erroris cauſſa.*

*Maximè, ſi agatur de purificatione ejuſdem fideicommiſsi non per obitum gravati, ſed ob contraventionem*, num. 34. 35. & 36.

34 *Fideicommiſſo particulari per gravati obitum purificato, lex ipſa poſſeſſorem interpellat ad effectum reſtitutionis fructuum.*

35 *Secùs, eo purificato per contraventionem.*

36 *Tunc enim interpellatio nec non declaratio Judicis requiritur.*

37 *Sola poſſeſsio jus poſſeſſori tribuit ad fructus, ceſſante malâ fide.*

*Et poſſeſſorem fructus ſequuntur, donec titulus redactus fuerit ad non titulum*, ibid.

38 *Caducitas, & devolutio ſi ab initio clara fuerit, poſſeſſor ad reſtitutionem fructuum condemnatur à die contraventionis.*

39 *Si ſecus, à die tantùm motæ litis.*

40 *Mala fides ab ipſo alienationis momento inducitur in poſſeſſore ſciente prohibitionem, & adhuc alienante.*

*Atque ex tunc titulus redactus dicitur ad non titulum*, ibid.

*Idque ad effectum, ut res Domino unà cum fructibus reſtituenda ſit uſque ab initio*, ibid.

*Vel ab obitu ſaltem poſſeſſoris alienantis*, ibid.

41 *Poſſeſſor ut ex cauſſa rei alienatæ ad fructus teneatur, ſat eſt, quod ſciverit, aut ſcire veriſimiliter potuerit, rem ad alium pertinere.*

42 *In mala fide ex cauſſa alienationis dicitur poſſeſſor conſtitutus à die moti Judicii.*

43 *Ejuſdemque mala fides pro reſtitutione fructuum in illius etiam heredes tranſit.*

44 *Procedit, obtentis etiam ab eo judicatis favorabi-*

*vabilibus in Judicio tum manutentionis, tum poſſeſſionis;* & num.45. ad 48.

45 *Mala fides inducitur ex productione ſcripturarum,* & num.57.

*Nec ceſſat ex eo, quod Reus à Judicii obſervatione abſolutus fuerit, dicto* num. 45.

46 *Mala fides oriri poteſt ex notitia rei alienæ etiam extrajudiciali.*

47 *De fructuum reſtitutione ubi agitur, non attenditur, quod medio tempore acciderit,* & num.63.

*Et poſſeſſor, obtentis licèt judicatis favorabilibus, ad illos condemnatur ab exordio litis;* & *ratio* num.48.

*Intellige tamen, ut* num. 64.

48 *Mala fides per obtenta medio tempore judicata favorabilia non extincta cenſetur, ſed ſolùm conſopita.*

49 *Mala fides in re dubia contra poſſeſſorem, ejuſve heredem non inducitur,* & num. 50.

51 *Juſta credulitas, & titulus ſaltem coloratus ſufficit, ut poſſeſſor fructus faciat ſuos.*

52 *Titulus ad non titulum redactus non dicitur, niſi declaratâ in Judicio Teſtatoris voluntate.*

53 *Solus putativus titulus, licèt injuſtus, ſufficit poſſeſſori ad adquirendos fructus.*

54 *Opinio erronea tàm in facto, quàm in Jure, modò affectata non ſit, ac ſubdola, poſſeſſorem à fructuum reſtitutione excuſat.*

55 *Poſſeſſor ut à reſtitutione fructuum excuſetur, bona fides poſitiva non requiritur, ſed ſufficit dubia, ſeù etiam negativa,* & num. 74.

56 *Malam fidem non contrahit poſſeſſor, ſuam intentionem Actore non fundante.*

58 *Scripturarum productio malam fidem inducit ſolùm quoad titulum in petitione expreſſum.*

59 *Jura producta intelliguntur relativè ad titulum in monitorio deductum.*

60 *Petitio in monitorio reſtricta ad fideicommiſſum reſtitutorium, malam fidem non gignit quoad conſervatorium non deductum.*

61 *Maximè, ſi quoad reſtitutorium Actor ſuccubuit, diuque ſiluit.*

62 *Quo caſu fructus debentur ſolùm à conteſtatione novæ litis ſuper fideicommiſſo conſervatorio,* & num.63. & 64.

64 *Fructus ſi petantur ex titulo prorsùs diverſo in priori Judicio non deducto, non debentur, niſi à die moti ſecundi Judicii.*

65 *Primi Judicii ſtante nullitate ob inſubſiſtentiam tituli, lis habetur, ac ſi non fuiſſet conteſtata.*

66 *Præſertim quoad continuationem bonæ fidei in poſſeſſore pro effectu adipiſcendi fructus.*

67 *Fructuum reſtitutio pendens ex facto alienationis Bonorum fideicommiſſariorum, ſi hæc non fuit in priori Judicio probata, à die moti ejuſdem Judicii non debetur.*

68 *Nec mala fides in Reo conſiderari poteſt ante ejuſdem alienationis probationem in ſecundo Judicio factam.*

69 *Procedit, factâ etiam in priori judicio aliquâ probatione, quæ tamen dubia eſſet.*

70 *Mala fides poſſeſſoris pro reſtitutione fructuum dimetienda eſt à novis juribus, cum quibus ſuccubuit, non verò à prioribus, cum quibus forſan non ſuccubuiſſet.*

71 *Rei, & poſſeſſoris favore in excluſionem malæ fidei, ac reſtitutionis fructuum in dubio judicandum eſt.*

72 *Ad hunc enim effectuum ſufficit cauſſa quælibet etiam imaginaria.*

73 *Reſultans ex dubio, an Jura producta ſufficientia eſſent, ac relevantia.*

CUM nuper pro veritate conſultus ſuper
puncto principali hujus Cauſæ eredide-
rim, DD. Requirentes litem proſequi
poſſe bonâ ſpe obtinendi receſſum à *deciſione*
edita à *bon. mem. Anſaldo Decano* denegante im-
miſſionem Actoribus ad Bona Jacobi Muſcat ag-
gregata primogenituræ ordinatæ ab Andrea
Cumbo Navarra, eò quod donatio, cujus vigore
controverſa Bona d. primogenituræ aggregata
fuerant, juxta ſpeciale pactum eidem adjectum
reſoluta dumtaxat videri poterat quoad Ugoli-
num, Thereſiam, & Iſabellam, at non etiam
quoad modernos Actores, ut latiùs perſpici po-
teſt ex d. mea allegatione; Modò autem conſe-
cutivè ad immiſſionem, quæ obtineri ſperatur,
rogatus ſim, ut ſententiam, judiciumque meum
ferre velim de fructibus reſtituendis, nempe à
quo die illi debeantur Actoribus, an ab ipſo mo-
mento purificati fideicommiſſi, cum agatur de
fideicommiſſo particulari, vel potius à tempore,
quo poſſeſſores in mala fide conſtituti fuerunt;
Difficilem hanc, & nodoſam quæſtionem, ut 1
eam noviſſimè appellavit *Sacra Rota in Romana*
*Immiſſionis ſuper fructibus 15. Martii 1717. §. Qua-*
*mobrem Domini coram R. P. D. Rovault de Ga-*
*maches*, pro viribus enucleare curabo.

Gravis olim, & ardua contentio fuit inter
Doctores, an nimirùm, ad differentiam fideicom-
miſſi univerſalis, quod in dominium fideicom- 2
miſſarii non tranſit, niſi factâ reſtitutione ſaltem
verbali, *leg. 63. ff. ad Senat. Conſul. Trebell.*, *leg.*
*ſi ejus Pupilli §. Si quis rogatus ff. eodem*, in par-
ticulari dominium ipſo Jure, & abſque ullo facto
hominis transferretur in fideicommiſſarium, &
affirmativa tandem prævaluit opinio ob omni-
modam illam exæquationem à Jure factam inter 3
fideicommiſſa particularia, & legata, *in leg. 1.*,
& *in leg. 2. Cod. comm. de legat.* propter quam ſi-
cuti legatum rectâ viâ defertur ad Legatarium
etiam ignorantem, *leg. cum Pater §. Surdo*, & 4
*leg. Legatum 80. ff. de legat. 2.*, *leg. à Titio ff. de*
*furt.*, itâ quoque fideicommiſſi particularis do-
minium rectâ viâ devolui ad fideicommiſſarium,
communiter receptum fuit, & hodie procul eſt
ab omni controverſia.

Conſequenter huic communiſſimæ ſententiæ,
illius Aſſeclæ docuerunt, etiam fructus tamquam 5
conſectarios dominii, *leg. ex diverſo*, & *leg. in*
*fundo ff. de rei vindicat.*, *leg. ſi dominium Cod. de*
*pignor.*, ſtatim miniſterio legis in fideicommiſ-
ſarium particularem, tametſi ignorantem, & 6
pe-

petere negligentem tranſlatos, illi deberi uſque ab
initio, à die nempe purificati fideicommiſſi, per
Text. in leg. Herennius 42. ff. de uſur. ibi = He-
rennius Modeſtinus reſpondit, fructus, qui poſt
acquiſitum ex cauſa fideicommiſſi dominium ex ter-
ra percipiuntur, ad fideicommiſſarium pertinere =,
leg. ſi tibi homo §. Cum ſervus ff. de legat. 1., &
7 hæc hodie eſt receptiſſima ſententia tum apud
Doctores, tum apud Tribunalia, ut perſpici po-
teſt apud Cancer. var. reſol. part. 3. cap. 20. nu. 23.
& ſeq., Card. Mantic. de conject. ultim. volunt.
lib. 7. tit. 10. num. 30. & ſeq., Gall. de fructib. di-
ſput. 17. nu. 3. & ſeq., Peregrin. de fideic. art. 49.
num. 103. & ſeqq., Giurb. deciſ. ſicul. 97. à n. 1.
ad 11., Reverter. dec. Neapol. 582. num. 1., ibi-
que de Mariu. in addit. n. 5. & 6., Vivu. dec. 262.
num. 23. & 30., Rota Januen. apud Manſ. conſul.
346. num. 184. & ſeq., apud Balducc. deciſ., &
rer. judicat. deciſ. 54. num. 39. & 42. tom. 3., Rota
Lucen. apud Palm. nepot. allegat. 214. num. 29. &
30., eamdemque ſententiam conſtanter ſecuta
eſt Sacra Rota, ut coram Prial. deciſ. 51. num. 3.,
in rec. deciſ. 189. num. 5. part. 7., deciſ. 181. n. 10.
part. 14., in Mantiſ. ad clar. mem. Card. de Luc.
de Fideicomm. deciſ. 40. num 17. & 18., deciſ. 43.
num. 1., deciſ. 44. num. 9., &, aliis antiquioribus
omiſſis, in Romana Domus, ſeù Palatii 31. Janua-
rii 1710. §. Sublatis, & in eadem ſuper fructibus
10. Decembris ejuſdem anni §. Reſpiciendo ſiqui-
dem & ſeq., ubi, quod eſt indubia Doctorum, &
Tribunalium ſententia, & opinio communi cal-
culo recepta, & pleniſſimè in eadem Romana Do-
mus, ſeù Palatii ſuper fructibus quoad reſervata
13. Martii 1711. §. Jam ſiuè, ubi, quod eſt re-
gula ſiuè Contradictore firmata, coram R.P.D.
Criſpo, & 22. Junii 1712. §. Admittebant & ſeq.
coram Rm̃o Aldrovando, ubi, quod eſt vera, &
indubitata concluſio, ceteriſque recentioribus re-
latis, articulo latiſsime diſcuſſo, firmatum fuit in
Romana Immiſſionis ſuper fructibus 9. Decembris
1715. §. Obvia, & ſeqq. coram eodem, & 26. Ju-
nii 1716. §. Etenim coram R. P. D. Cerra, & in
pluribus aliis Deciſionibus in eadem Cauſa ema-
natis, & noviſsimè tandem 6. Februarii 1719.
§. Quod enim & ſeqq., & 5. Junii ejuſdem anni
§. De dominio, & ſeqq. coram Illm̃o D. Falcone-
ria Almæ Urbis Gubernatore, in quibus reſpon-
detur etiam Text. in leg. 1., & fin. Cod. de uſur.,
8 & fruct. legat., quibus diſponitur, quod etiam
in Legatis, & fideicommiſsis particularibus fru-
ctus non ex die mortis, ſed nonniſi poſt litis con-
teſtationem debentur, quippè hæc Jura intelli-
genda ſunt, quando res legata non erat propria
Teſtatoris, cujus propterea dominium rectâ viâ
tranſire non poterat in Legatarium, ut benè per
9 Gloſſ. in dicta leg. final. verb. conteſtationem ibi =
Et hoc cum res erat aliena, ſi autem Teſtatoris, ab
adita hereditate tranſit dominium in Legatarium,
ergo ex tunc pertinent fructus =, ut, pluribus cu-
mulatis oſtenditur in dd. Deciſionibus teſtantibus
etiam de communi ſenſu, & recepta ſententia
Sacræ Rotæ.

Quam ſanè ſententiam etſi alii cenſuerint,
& ipſamet Sacra Rota conſenſerit procedere in
fideicommiſſo claro, ſecùs verò in dubio, & 10
obſcuro, quia tunc, ſicuti dominium rectâ viâ,
& ipſo Jure non tranſit in fideicommiſſarium,
ut docet Bartol. in leg. 1. num. 12. in fin., & in
leg. ſervum filii 46. §. Si duos num. 2. ff. de legat.
1., Card. Mantic. de conject. lib. 5. tit. 4. num. 7.,
Rot. deciſ. 189. num. 14. part. 7., ita fructus non
debentur ab initio, , & à die purificati fideicom-
miſsi, ſed ſolum à die, quo poſſeſſores in mala 11
fide ſunt conſtituti, ad firmata per eamdem Rot.
in d. deciſ. 189. à n. 14. & ſeqq. part. 7., in Ave-
nionen., ſeù Vaſionen. Primogenituræ 27. Janua-
rii 1695. §. Quà verò ad fructus, & 22. Martii
ejuſdem anni §. Licèt enim coram bon. mem. Mu-
to, & 16. Januarii 1696. §. Etenim coram clar.
mem. Card. Caprara, in Romana Domus, ſeù Pa-
latii 31. Januarii 1710. §. Et quamvis, & in ea-
dem ſuper fructibus 10. Decembris ejuſdem anni
§. In controverſiam ſanè coram R. P. D. Criſpa,
& 22. Junii 1712. §. Sed nihilominus coram Rm̃o
Aldrovando, & in Romana Immiſſionis ſuper fru-
ctibus 9. Decembris 1715. §. Cui & alia coram
R. P. D. Criſpo; nihilominùs, omiſſo examine
hujus diſtinctionis, quæ alioquin validè impu- 12
gnari poſſe videretur dilemmate illo, videlicet
quod, aut in hujuſmodi fideicommiſsis lex illicò
transfert dominium, & tunc nemo non videt, le-
gis operationem pendere non poſſe ab opinione 13
hominum quoad claritatem, vel turbiditatem
fideicommiſsi, aut verò translatio hujuſmodi fit
per retrotractionem faciendam poſtquam Judex
pronunciavit ſuper exiſtentia, & purificatione
fideicommiſsi, & hoc caſu, ſicuti fit retrotractio
poſt ſecutam Judicis declarationem, quando fi-
deicommiſſum eſt clarum, non eſt, cur eadem
fieri non debeat, etiam quando fideicommiſ-
ſum turbidum eſt, dum, conſtito, fideicommiſ-
ſum exiſtere, ſive illud clarum, ſive turbidum
ſit, lex eodem modo per retrotractionem operari 14
valet, & dominium transferre in fideicommiſ-
ſarium, cum ad iſtum effectum ſufficiat ſo-
la certitudo exiſtentiæ fideicommiſsi particula-
ris, de qua poſt Judicis declarationem dubitari
amplius non poteſt, parùm curato, an illud ſit 15
tacitum, vel expreſſum, clarum, vel obſcurum,
quippè hæc conſiderari poſſunt in opinione ho-
minum, ſecus verò ex mente legis, apud quam
nihil dubium, aut obſcurum, ſed omnia clara, & 16
aperta ſunt.

His, inquam, prætermiſſis, in obſequium Sa-
cræ Rotæ, cujus auctoritati repugnare temerè
non auſerim, præſertim, quia recedendo fortè à
rigidiori Juris cenſura, ſecuta videtur maximam
illam æqui, bonique rationem, quæ plurimùm
ſemper valuit favore poſſeſſoris bonæ fidei, & 17
diſtinctio prædicta in hypotheſi noſtra minimè
officere videtur reſtitutioni fructuum uſque ab
initio faciendæ; nam, ſi, juxta firmata in d. Ro-
mana Domus, ſeù Palatii coram R.P.D. Cri-
ſpo, ea ſolum turbiditas admittitur ad iſtum ef-
fectum, quæ non ab extrinſecis argumentis pro-
veniat, ſed reſultet ex ipſa litera diſpoſitionis 18
præſeferente vocationem omnino tacitam, & ex
conjecturis dumtaxat, & per ſubauditas interpre-
tatio-

Digitized by Google

tationes deſumptam, ac præter, ſive ultra ſigni-
ficationem verborum inductam, ut in prælauda-
ta *Romana Domus, ſeu Palatii* 31. *Januarii* 1710.
*§. Et quamvis*, cujus verba referre juvat ibi = *Ad*
*hoc tamen, ut d. regulæ limitatio ſibi locum vin-*
*dicare queat, opus eſt, ut fideicommiſſum particu-*
*lare, cujus vigore agitur, ſit merè tacitum, in-*
*terpretativum, ac conjecturis extrinſecis à teſta-*
*mento duntaxat demonſtrabile, ſi verò tantam non*
*contineat indaginem, nec ex talium conjecturarum*
*examine vocatio eliciatur, ſed ex ipſa lectura te-*
*ſtamenti, ut hic, aut aliàs ex aperitione librorum*
*deciſio Juris articuli haberi poſſit, tunc ad effe-*
*ctum reſtituendi fructus dici non poteſt omninò ta-*
*citum, dubium, & obſcurum &c.* =, *& in alia*
*ſuper fructibus* 10. *Decembris ejuſdem anni §. Sed*
*iterum Domini* ibi = *Cum ad effectum evitandi re-*
*ſtitutionem fructuum à die purificati fideicommiſſi,*
*fideicommiſſum turbidum reputetur, tunc quando*
*eſt tacitum, & reſultat ex interpretata voluntate*
*Teſtatoris præter, & ultra ſignificationem verbo-*
*rum* = *In Romana Immiſſionis ſuper fructibus* 24.
*Aprilis* 1711. *§. In vanum coram eodem R. P. D.*
*Criſpo, &* 12. *Martii* 1714. *§. Etenim cor. Illmo*
*D. Falconeria Almæ Urbis Gubernatore*, hujus
profectò generis dici minimè poſſe videtur turbi-
ditas ſubſtitutionis, de qua agitur, cum ea non
eliciatur ab extrinſecis conjecturis, ſed ab ipſis
verbis diſpoſitionis, & quidem non præter, aut
ultra, ſed juxta propriam ac magis congruam,
& naturalem ſignificationem acceptis, ut patet
ex deductis in alia mea Juris allegatione ſuper
puncto principali hujus Cauſæ, ad quam me re-
fero.

Certiùs verò iſtiuſmodi fructuum reſtitutioni
uſque ab initio locus eſſe videtur in caſu noſtro,
19 quia non agitur contra tertios poſſeſſores, qui
titulo oneroſo Bona acquiſiverint, ſed res eſt
cum Succeſſoribus univerſalibus gravati, qui ti-
tulo lucrativo Bona poſſidendo, illorum fructus
indebitè perceperunt, quo caſu vix, ac nè vix
20 quidem æquitas ulla, aut bona fides eos excuſare
valet, nè à die purificati fideicommiſſi reſtituant
illos fructus Bonorum, quorum dominium pote-
ſtate legis illicò tranſlatum fuit in fideicommiſ-
ſarium, quam ſubdiſtinctionem, moderando
præcedenter deciſa in illa *Romana Immiſſionis* 18.
*Januarii* 1715. *§. Regula quippè, & ſeqq. coram*
*Illmo D. Falconerio Almæ Urbis Gubernatore, &*
9. *Decembris ejuſdem anni §. Juris hæc, & ſeq.*
*coram R. P. D. Criſpo*, in quibus dictum fuerat,
bonam fidem nec etiam tertio ſuffragari, ſecu-
ta eſt *Sacra Rota* in eadem *Romana Immiſſionis*
*ſuper fructibus* 26. *Junii* 1716. *§. Et quamvis co-*
*ram R. P. D. Cerro, &* 15. *Martii* 1717. *§. Con-*
*tra verò, & ſeqq. coram R. P. D. Rovault de*
*Gamaches*, quamvis illam deindè non probave-
21 rit, quinimmò expreſsè rejecerit in poſtrema il-
lius Cauſæ *deciſione coram Illmo D. Falconerio*
*Almæ Urbis Gubernatore* 5. *Junii* 1719. *§. Nec*
*valet replicatio*, eâ ductâ ratione, quia nempe
fructus in fideicommiſſo particulari in tantum
deberi dicuntur uſque ab initio, in quantum illi-
cò miniſterio legis devolvitur dominium ad fi-
deicommiſſarium, profectò, cum tranſlato domi-
nio, fideicommiſſarius ſit Dominus tàm reſpectu
heredis, quàm alterius tertii poſſeſſoris, indè 22
veluti ex neceſſario antecedenti ſequitur, ab
utroque, eodem Jure, fructus repetere poſſe, &
eorum neutrum ſub obtentu bonæ fidei ab illo-
rum reſtitutione ſe tueri valere, quemadmodum
priùs firmatum fuerat in illa *Romana Domus, ſeu*
*Palatii* 31. *Januarii* 1710. *§. Sublatum; in eadem*
*ſuper fructibus* 10. *Decemb. ejuſdem anni §. Quid-*
*piam coram R. P. D. Criſpo, &* 26. *Junii* 1713.
*§. Nullo propterea coram Emo D. Card. Scotto,*
*& in Romana Domus* 23. *Januarii* 1711. *§. Con-*
*demnatio coram bon. mem. Kaunitz, & in Faven-*
*tina erectionis Collegiatæ ſuper reſtitutione pecu-*
*niarum* 16. *Aprilis* 1714. *§. Ex triplici cor. Illmo*
*D. Falconerio.*

Verùm enim verò, poſthabitâ rigidiori iſtâ
opinione, juxta quam vigore dominii ipſo Jure
in fideicommiſſarium particularem tranſlati, in-
diſtinctè tum gravatus, ejuſque heredes, tum 23
tertius quilibet condemnantur ad fructus ex fi-
deicommiſſo particulari perceptos uſque ab initio
reſtituendos, nullâ habitâ ratione bonæ, vel ma-
læ fidei, in qua verſari potuerint, rectiùs alteri
magis æquæ opinioni eadem *Sacra Rota* adhæſiſ-
ſe videtur in illa *Romana Immiſſionis ſuper fructi-*
*bus* 15. *Martii* 1717. *coram R. P. D. Rovault de*
*Gamaches, &* 6. *Februarii, &* 5. *Junii* 1719. *co-*
*ram Illmo D. Falconerio*, & quidem mota ſum-
mâ, prævalidâque ratione, quod, licèt quis do- 24
minium rei non habeat, ſi tamen bonâ fide poſ-
ſideat, fructus lucratur, cum ad hunc effectum
poſſeſſio cum bona fide habeatur quaſi pro domi-
nio, juxta *Textus expreſs. in leg. qui ſcit* 25. *ff. de*
*uſur.* ibi = *Porrò bonæ fidei poſſeſſor in percipiendis*
*fructibus id Juris habet, quod Dominis Prædio-*
*rum tributum eſt* = *in leg. bona fidei* 48. *ff. de acquir.*
*rer. domin.* ibi = *quia quoad fructus attinet loco*
*Domini penè eſt* = *in leg. bona fides* 179. *ff. de re-*
*gul. Jur.*, ubi = *quod bona fides tantum poſſidenti*
*præſtat, quantum veritas* =, & alibi; Neque in hoc
ullo pacto differt heres à tertio poſſeſſore, ſed, 25
quemadmodum tertius, ità etiam heres bonæ
fidei commoda ſentit, quapropter in terminis rei
legatæ, vel fideicommiſſo particulari ſubjectæ
utrumque indiſtinctè à fructibus propter bonam 26
fidem à fructuum reſtitutione eximi, docuerunt
*Gloſſ. in leg.* 1. *verb. fructus* ibi = *niſi fuerit bonæ*
*fidei poſſeſſor credens rem non eſſe legatam* =, *& in*
*leg. fin. verb. conteſtationem* ibi = *niſi excuſetur*
*heres propter bonam fidem* = *Cod. de uſur., & uſu-*
*fruct. legat. ubi Bald., Salycet., & Azo in ſumm.,*
*Cephal. conſ.* 610. *nu.* 58. *& ſeqq. lib.* 4., *Gratian.*
*diſcept.* 400. *nu.* 32., *Rodulphin. allegat.* 92. *n.* 37.,
*Antonin. variar. lib.* 2. *cap.* 44. *num.* 7., *Petra de*
*Fideicomm. quæſt.* 15. *num.* 113. *in fin., Peregrin.*
*eodem tract. art.* 49. *num.* 109. ibi = *Poſſeſſor bonæ*
*fidei, ſive ſit heres gravatus, ſive tertius poſſeſſor*
*ignorans rem legatam, & fideicommiſſum, fructus*
*ex ea bona fide perceptos, & conſumptos non reſti-*
*tuit, ſed ſuos facit, adeout nec etiam illorum æſti-*
*mationem præſtet* =, *clar. mem. Card. de Luc. de*
*Fideic. diſc.* 185. *nu.* 9., *& diſc.* 186. *n.* 2., *Giurb.*

*deciſ. 97. ſub num. 16., Rot. coram Dunoz. jun. deciſ.672. n.5., in rec. deciſ.189. ergafin. part.7.;* 27 nec idcirco dominium ipſo jure in Legatarium, vel fideicommiſſarium particularem translatum, tali caſu inutile, & inefficax cenſeri valet, quippè illud actionem præſtat pro fructibus extantibus, ac etiam pro conſumptis, quatenus ex eis poſſeſſor factus eſt locupletior, nimirùm pro eo, quod de ſuo fuiſſet expenſurus, cum enim bonæ 28 fidei poſſeſſor fructus lucrari dicatur ex quadam æquitate, *Gloſ. in §. Si quis à non Domino verb. fructus Inſtit. de rer. diviſ., Bartol. in leg. bonæ fidei ff. de acquir. rer. Domin., Covar. lib. 1. variar. cap.3. ſub num. 9. verſ. tertio &c., Petr. de Fideicom. quæſt.15. num. 341. & ſeq., Barz. dec. Bonon. 61. num.4., Rot. in d. Romana Immiſſionis ſuper fructibus 6. Februarii 1719. §. Etenim, & 5.Junii ejuſdem anni §. Quod verò coram Illmo D. Falconerio*, hæc ſanè non ſinit, quem locu- 29 pletari cum aliena jactura, proindéque fructus extantes, & inconſumpti, ac illi, quibus poſſeſſor factus eſt locupletior, vero Domino ſunt reſtituendi, *benè Gloſſ. in leg. qui ſcit §. final. ff. de uſur., & in d. §. Si quis à non Domino, Bald. in leg. 2. num. 5., Cod. de fructib., & lit. expenſ., Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed. 15. num. 580. & 598., Peregrin. de fideicom. art.49. nu. 112., Gall. de fructib. diſput. 2. quæſt. 1. num. 141. & ſeqq., Rot. coram Merlin. deciſ.663. num.38. cum ſeqq., coram Dunoz. jun. deciſ. 672. num. 5., in rec. deciſ. 3. num. 38. & ſeqq. part. 7., in Ferrarien., ſeù Anconitana Fideicommiſſi ſuper fructibus 16. Januarii 1704. §. Salvâ tantummodò coram bon. mem. Anſaldo, in Romana reſtitutionis fructuum 11. Junii 1708. §. Diximus coram eodem, & in dicta Romana Immiſſionis ſuper fructibus 15. Martii 1717. §. Multòque minùs coram R. P. D. Rovault de Gamachet.*

Ex his itaque validiſſimis rationum momentis, rigidâ illâ nimiſque aſperâ opinione poſthabitâ, & ſequendo diſtinctionem *Sacræ Rotæ* ſupra firmatam inter fideicommiſſum clarum, & literale, & dubium, atque obſcurum, ut ſcilicet in primo fructus veniant uſque ab initio, ſecus verò in ſecundo, cenſeo, fideicommiſſum particulare, de quo agitur, clarum dici non poſſe, ſed dubium eſſe, & obſcurum; & quidem eâ dubietate, quæ ad iſtum effectum requiritur, promanante nimirum ex litera teſtamenti, in quo nedum Actorum ſubſtitutio in caſu revocationis, ſive diminutionis primoge- 30 nituræ, in quo verſamur, expreſſa non legitur, ſed eruitur ſolùm ex conjecturis, & veriſimili, ac ſubintellecta mente Donantis, quæ faciliè contrariis conjecturis, & interpretationibus elidi poſſunt, ad tradita per *Rot. coram Bich. deciſ. 617. num.15., in rec. deciſ.189. num.15., & ſeqq part. 7., in Mantiſſ. ad clar. mem. Card. de Luca de fideicomm. deciſ. 43. num. 13., & deciſ. 44. num. 12., & in Romana Immiſſionis ſuper fructibus 15. Martii 1717. §. Nam prò reſponſione, & ſeq. coram R. P. D. Rovault de Gamachet*, & perſpicuum redditur ex plene in utramque partem deductis in mea allegatione Juris pro veritate ſuper puncto principali hujus Cauſæ edita; & multò magis ex eo, quod *Sacra Rota* illam expreſsè rejecit, cenſendo, do- 31 nationem abſolutè quoad omnes fuiſſe reſolutam, quod quidem *Sacræ Rotæ* judicium in dubium venire nequit, quin turbiditatem, & obſcuritatem ſubſtitutionis vehementer comprobet, ex notatis in *Romana Domus, ſeù Palatii ſuper fructibus 22. Junii 1712. §. Adbuc tamen cor. Rmo Aldrovando.*

Et ſanè, cum totum Cauſæ momentum verſetur in eo, an ſcilicet Jacobus Donator, dum in caſu revocationis, vel diminutionis primogenituræ donationem revocavit, & annullavit, illam reſolvi voluerit quoad omnes, vel potius quoad Ugolinum, Thereſiam, & Iſabellam tantum; Talis autem explicatio in teſtamento non legatur; ſed per interpretationem, & argumenta eruatur, cùm verba utrique ſenſui apta- 32 ri poſſint, hoc planè ſufficit, ut fideicommiſſum ad effectum, de quo agitur, clarum, & expreſſum dici nequeat, ut dixit *Rota deciſ. 617. num. 15. coram Bich., deciſ.189. num.19., & 20. part. 7. rec.*, & recedendo à deciſis *coram R. P. D. Criſpo*, benè firmatum fuit in dicta *Romana Domus, ſeù Palatii ſuper fructibus coram Rmo Aldrovando loco mox citata*, cujus caſus erat longè difficilior, quàm noſter, dum ibi vocatio Eliſabethæ, quæ pariter pendebat ab interpretatione verborum teſtamenti, non ſolùm contrariâ *Deciſione*, ut in hypotheſi excluſa non erat, verùm prætereâ in pluribus expreſsè firmata fuerat; & nihilominus clara, & expreſſa non dicitur, ſed tacita, & interpretativa ad effectum excuſandi poſſeſſorem à reſtitutione fructuum uſque ab initio, Potiori itaque, vel ſaltem pari Jure abſolvendi, & excuſandi erunt à ſimili reſtitutione poſſeſſores in caſu noſtro, cum attentâ ſubſtitutione omninò tacitâ, & in- 33 terpretativâ, quæ oculis corporeis legi non poteſt, ſed indiget Judicis declaratione, habere potuerint juſtam errandi cauſam quoad ea, quæ in teſtamento ſcripta reperiuntur, autumando, ut ſenſit *Sacra Rota*, fideicommiſſum evanuiſſe, & expiraſſe quoad omnes per revocationem, ſive diminutionem primogenituræ ab Andrea factam; quamobrem procul dubio conſtituti fuerunt in bona fide, ob quam ante motam litem fructus, quos ſuos fecerunt, reſtituere non tenentur, per *Text. in leg. de ætate §. Ex cauſa ff. de interrogat. action., Bald. conſ.110. col.2. circa fin. verſ. prætereà nulli dubium eſt lib.1., optimè Rota in ſæpè laudata deciſ.189. num. 18. part. 7., & in dicta Romana Domus, ſeù Palatii ſuper fructibus 22. Junii 1712. §. Sed nihilominùs coram Reverendiſſimo Anſaldo, ubi concordantes.*

Præſertim, quia res hodiè non eſt de purificatione fideicommiſſi particularis ſuâpte naturâ 34 per obitum gravati evenientis, quo caſu locum ſibi vindicare poteſt communis illa traditio, quod, cùm rectâ viâ dominium in fideicommiſſarium tranſeat, lex ipſa poſſeſſorem interpellet ad effectum reſtitutionis, ſed agitur de purifica-

eatione fideicommiſſi ob contraventionem , ſive
35 caducitatem incurſam per revocationem , ſive
diminutionem primogenituræ factam ab An-
drea , in quibus terminis neceſſaria omninò erat
ſubſtituti petitio , & interpellatio , nec non Ju-
36 dicis declaratio , ad hoc ut poſſeſſor in mala fide
conſtitutus dominium amitteret , & fructus re-
ſtituere teneretur , cùm alioquin , ceſſante ma-
lâ fide , ſola poſſeſſio tribuat legitimum jus ac-
quirendi fructus , qui regulariter ſequuntur poſ-
37 ſeſſorem , donec titulus redactus fuerit ad non
titulum , *§. Si quis à non Domino Inſtit. de rer.
diviſ. , leg. bonæ fidei ff. de acquir. rer. Domin. ,
leg. qui ſcit ff. de uſur. , Torr. de pact. futur. ſucceſſ.
lib. 3. cap. 13. num. 83. , Rot. deciſ. 217. num. 5.
part. 14. , deciſ. 226. num. 2. & 3. part. 18. , de-
ciſ. 558. num. 3. & ſeqq. part. 19.* , & benè in his
terminis in *Romana Legati de Caraffis ſuper fru-
ctibus 25. Junii 1714. §. Attamen in longe di-
verſis terminis , & ſeq. coram bon. mem. Anſal-
do* , in qua reſponſum fuit contrà Informantem
petentem fructus ob caducitatem antè motam
litem , & declaratur , contraria procedere ,
quando devolutio ob contraventionem eſt cla-
ra , & literalis , proptereaque apta eſt alienan-
tem in ipſo actu alienationis in mala fide conſti-
38 tuere , qualis eſt caſus in illa *Romana Domus , ſeù
Palatii ſuper fructibus coram R. P. D. Criſpo* ,
in qua cum caducitas , & devolutio ab initio
clara viſa fuerit , condemnati fuerunt poſſeſſo-
res ad reſtitutionem fructuum à die contraven-
tionis , verum , quia deindè compertum fuit ,
39 ſubſtitutionem illius , qui in caſu alienationis
ſuccedere contendebat , claram , & apertam
non eſſe ; idcircò , recedendo a deciſis , fructus
illi decreti fuerunt ſolum à die motæ litis , ut
patet ex *deciſione edita coram Rm̃o Aldrovando
22. Junii 1712.* , & explicando *dictam deciſio-
nem in Romana Legati de Caraffis ſuper fructi-
bus* , noviſſime hæc diſtinctio admiſſa videtur in
illa *Romana Immiſſionis ſuper fructibus 6. Februa-
rii 1719. §. Neque in contrarium coram Illuſtriſ-
ſimo D. Falconerio* , quæ optime applicantur no-
ſtræ hypotheſi , in qua ſubſtitutio Actorum in
caſu revocationis vel diminutionis primogeni-
turæ eſt valdè dubia , & obſcura , ex ſupra notatis .

Si igitur ad effectum cogendi poſſeſſores ad
reſtitutionem fructuum perceptorum ex fidei-
commiſſo particulari , præcipuè , quando illud
non eſt clarum , & literale , ſed dubium , & ob-
ſcurum , agiturque de fideicommiſſo conſerva-
torio , & pœnali , non de ſimplici reſtitutorio ,
requiritur interpellatio , & conſtitutio poſſiden-
tium in mala fide , ſive illi ſint heredes , ſive
tertii , inde patet , illud unum prò recta Dubii
reſolutione demonſtrandum ſupereſſe in caſu
noſtro , à quo nempè tempore inceperit mala
fides in poſſeſſoribus ; hanc verò etſi ſuſtineri
40 poſſe videatur inductam fuiſſe in Andrea alie-
nante ab ipſo momento alienationis , & reſpe-
ctivè diminutionis primogenituræ contra præce-
ptum Jacobi donantis ab illo minimè ignora-
tum , quo caſu titulus redactus dicitur ad non
titulum , & ideò res Domino reddenda eſt cum
fructibus uſque ab initio , per ea quæ latè tradit
*Rota in dicta Romana Immiſſionis ſuper fructibus
6. Februarii 1719. §. Animadverterunt , & ſeq.
& §. Ideo coram Illuſtriſſimo Falconerio* , vel ſal-
tem a die obitus Andreæ alienantis , cum ex
tunc Ugolinus ſciens diſpoſita à Jacobo in caſu ,
quo primogenitura ab Andrea revocaretur , vel
quoquomodo diminueretur , agnoſcere potue-
rit , ſubſtitutionem Actorum eſſe purificatam ob
non factam ab illo ſubrogationem aliorum Bo-
norum loco alienatorum , juxtà facultatem ei à
Jacobo impartitam , ex firmatis in prælaudata
*Romana Immiſſionis ſuper fructibus §. Nec deni-
que* , ubi , quod ad excludendam æquitatem illam
lucrandi fructus ex re aliena perceptos ſatis eſt , 41
poſſeſſorem ſciviſſe , aut ſcire veriſimiliter po-
tuiſſe , quod res ad alium pertinebat .

Aut tandem à tempore obitus Ugolini ſecuti
anno 1657. , quo judicialiter agi cepit , & pro-
ducta fuerunt jura , ex quibus Poſſeſſores certio- 42
res facti de eorum malo jure , in mala fide con-
ſtituti fuiſſe videntur , plenè *Rota in Romana
Immiſſionis ſuper fructibus 3. Februarii 1716. , 30.
Martii ejuſdem anni §. Ex hac quidem , & 13.
Januarii 1719. §. Solidis coram R. P. D. Criſpo* ,
quæ tranſivit etiam in eorum heredes , & ſuc-
ceſſores univerſales , omneſque proinde ad fru- 43
ctuum reſtitutionem compellit , *Rota in Romana
reſtitutionis fructuum 11. Junii 1708. §. Impreſ-
ſa verò coram bon. mem. Anſaldo , ubi concordan.* ,
in qua nec etiam curatum fuit , quod poſſeſſo-
res plura obtinuerint judicata favorabilia tam in
priori Judicio manutentionis , quam in altero
immiſſionis , quæ illos in bona fide conſtituere 44
valuerunt ; nam , præterquamquod in Judicio
manutentionis jura Actorum diſcuſſa minimè
fuerunt , ſed reſervata in petitorio ; & in Judi-
cio immiſſionis poſſeſſores abſoluti fuerunt
tantùm ab obſervatione Judicii , undè purgata 45
dici nequibat mala fides in illis inducta ex pro-
ductione ſcripturarum præſeferentium ſcientiam
rei alienæ , ſive alteri reſtituendæ , *clar. mem.
Card. de Luca de Fideicomm. diſc. 186. num. 16. ,
Rota coram Priol. deciſ. 263. num. 3. & 4. , coram
Cerro deciſ. 167. num. 6.* ibi = *mala fides cauſata
per Judicium , non ceſſat , licèt Reus ab illius ob-
ſervatione tamquam nulla fuerit abſolutus , dum
in eodem Judicio fuerit aliquid deductum , per
quod in Reo mala fides deduci poterat = in rec. de-
ciſ. 94. num. 38. part. 7. , & priùs deciſ. 57. num.
26. & ſeqq. eadem part. 7.* , ubi , quod mala fi-
des tamquam in facto conſiſtens poteſt etiam
oriri ex notitia extrajudiciali , & in *Faventina 46
Fideicommiſſi ſuper fructibus 3. Junii 1718. §.
æquivocum coram Rm̃o Lancetta Decano* ; Præte-
reà reſpondetur , ad effectum reſtitutionis fru-
ctuum nullatenus attendi quidquid medio tem-
pore acciderit , ſed exitum dumtaxat ſpectari ,
adeout , quamvis Reus in lite obtinuerit favo-
rabiles ſententias , immò & rem judicatam , ſi 47
poſteà ex iiſdem juribus uſque ab initio produ-
ctis ſuccumbat , fructus ab illo tempore reſtitue-
re teneatur vigore malæ fidei ab ipſo litis exor-
dio inductæ , quæ tunc operatione legis reſurgit ,

cum er Judicata favorabilia non extincta, ſed
conſopita ſolùm, & quaſi ſuſpenſa fuiſſe dicatur,
48 *Rota in Eugubina Bonorum ſuper fructibus 27.
Martii 1715. §. Haud relevante coram Rmo Lan-
cetta Decano, in Romana Immiſſionis ſuper fru-
ctibus 27. Januarii 1716. §. In claris cum ſeq., &
30. Martii ejuſdem anni §. Principalis & ſeq. &
13. Januarii 1719. §. Nulla ſiquidem & ſeqq.
coram R.P.D. Criſpo, & in Bononien. Trebellia-
nicæ ſuper fructibus 11. Januarii 1717. §. Non
relevante coram bon. mem. Anſaldo*, in quibus
aliæ concordantes auctoritates, *& Sacræ Rotæ
deciſiones* pleniſſimè cumulantur.

Crederem nihilominùs, malam fidem in
caſu noſtro neque à tempore alienationis,
neque à die obitus Andreæ alienantis, ne-
que demùm ab illo Ugolini inductam cenſeri
poſſe; Non quidem à tempore alienationis, ſive
diminutionis primogenituræ, quia, licèt An-
dreas non ignoraverit diſpoſitionem Jacobi pro-
hibentem hujuſmodi diminutionem ſub pœna
revocationis, ſive reſolutionis donationis Bo-
norum ab ipſo Jacobo dictæ primogenituræ ag-
gregatorum, non indè tamen conſtitutus dici
valet in mala fide, cùm, attentâ dubietate, &
49 obſcuritate vocationis Actorum in caſu revoca-
tionis, vel diminutionis primogenituræ, rectè
opinari potuerit, per alienationem ab ipſo fa-
ctam fideicommiſſum, ſivè primogenituram
expiraſſe, & donationem Jacobi reſolutam fuiſ-
ſe quoad omnes, quemadmodum reverâ cenſuit
*Sacra Rota*; eamdemque opinionem habere po-
tuit etiam Ugolinus poſt obitum Andreæ alie-
nantis, eo quod, ut ſupra demonſtratum eſt,
ſubſtitutio Actorum in caſu revocationis, vel
diminutionis primogenituræ non clara, & aper-
ta, ſed dubia, & obſcura videtur, proindeque
juſtam errandi cauſam præbere valuit utrique,
50 tum ſcilicet Andreæ, tum etiam Ugolino, qui
tamquàm ducti juſtâ credulitate, & ſuffulti ti-
tulo ſaltem colorato, licèt minùs verò, quod
fideicommiſſum eſſet caducatum quoad omnes,
in dubium venire nequit, quin rectè fecerint fru-
51 ctus ſuos, ut in puncto firmavit *Rota in rec. de-
ciſ. 183. part. 7., quæ priùs num.* 20. reſpondet
argumento reductionis tituli ad non titulum,
ajendo, dictam reductionem in fideicommiſſo
dubio fieri non poſſe, niſi poſt interpretatam,
52 & declaratam Teſtatoris voluntatem, & idcirco
fructus deberi ab ea tantùm die, quâ Teſtatoris
voluntas juſtâ Judicis interpretatione declarata
fuerit, & ſic à die motæ litis, & deindè *num.*
28. ità ſubdit = *Domina Diana non fecit fructus
ſuos occaſione moræ ipſius minoris in petendo, ſed
ex titulo putativo, quod Legatum eſſet caducatum
53 qui titulus, licèt injuſtus, ſufficit prò acquiſitione
fructuum* =, & magis in ſpecie in illa *Romana
Domus, ſeù Palatii ſuper fructibus 22. Junii
1712. §. Minimè attento coram Rmo Aldrovando*
his verbis = *qui ſolus titulus putativus quod fidei-
commiſſum eſſet caducatum, licèt injuſtus, ſatis
ſuperque eſt prò acquiſitione fructuum rei particu-
lari legato, ſeù fideicommiſſo ſubjectæ* = & in *Ro-
mana Legati de Caraffis ſuper fructibus 25. Junii
1714. §. Non juvante coram bon. mem. Anſaldo*; 54
opinio namque erronea tàm in facto, quàm in
jure, dummodo non ſit affectata, & ſupina,
excuſat poſſeſſorem à reſtitutione fructuum,
*Peregrin. de fideicomm. art. 44. num. 118., Roſa
conſult. 12. num. 55., Rot. coram Merlin. deciſ.
163. num. 12.*, cum ad iſtum effectum non requi-
ratur in poſſeſſore bona fides poſitiva, ſed ſuffi- 55
ciat negativa, ſcilicet abeſſe malam fidem, per
*Text. in leg. ſed etſi lege §. Scire, ibique Docto-
res ff. de petit. hered., Rot. coram Bich. deciſ. 60.
num. 4., coram Cavaler. deciſ. 408. num. final.,
in rec. deciſ. 320. num. 2. part. 2., deciſ. 588. nu.
9. part. 19. tom. 2., & in dicta Romana Legati de
Caraffis ſuper fructibus loc. mox citat.*

Minus verò mala fides inducta videri poteſt
ab annis 1657. & 1658., quibus poſt obitum
Ugolini petita fuit priùs manutentio in poſſeſ-
ſione controverſorum Bonorum vigore clauſu-
læ conſtituti in donatione Jacobi adjectæ, & de-
indè etiam immiſſio, ut rurſus factum fuit an-
no 1685. cum productione jurium, nimirum
donationis Jacobi, codicillorum Andreæ, & re-
nunciationis Thereſiæ, & Iſabellæ Monialium;
ſiquidem animadvertendum eſt, duplex fidei-
commiſſum favore Actorum ordinatum videri
in donatione Jacobi, alterum reſtitutorium in
caſu defectus lineæ, & deſcendentiæ Ugolini,
& Andreæ, alterum conſervatorium in caſu
alienationis, ſive revocationis, vel diminutio-
nis primogenituræ ab Andrea faciendæ; Tria
verò prædicta judicia conſtat mota ſolummodò
fuiſſe vigore fideicommiſſi reſtitutorii, nimirum
ſub obtentu defectus lineæ, & deſcendentiæ di-
ctorum Andreæ & Ugolini, quippè Ugolinus ſinè
filiis deceſſerat, & Thereſia, ac Iſabella ejus
ſorores, & reſpectivè filiæ Andreæ tamquam
Moniales jam profeſſæ, & conſequenter ineptæ
ad conſervandam primogenituram, in codicillis
Andreæ Cumbi, ad quos Jacobus Donator rela-
tionem haberi voluit, erant apertiſſimè exclu-
ſæ, quamobrem ſibi blandiebantur Actores à
die obitus Ugolini eorum favore purificatum
fuiſſe fideicommiſſum reſtitutorium cujus vigore
manutentionem priùs, & deinde immiſſionem
petierunt; ſed fruſtrà; nam in utroque judicio
ſuccubuerunt, donec tandem, mutato conſilio,
anno 1711. immiſſionem petierunt vigore alte-
rius fideicommiſſi contraventionalis, ſive con-
ſervatorii eorum favore purificati ob alienatio-
nem, & reſpectivè diminutionem primogenitu-
ræ, nullâ factâ ſubrogatione, ab Andrea peractam,
& fœliciter obtinuerunt.

Inde autem ſequitur, nullam prorſùs malam 56
fidem contraxiſſe cenſeri poſſe Succeſſores Ugo-
lini per Judicia mota annis 1657., 1658., & 1685.,
ac per productionem jurium in eis factam, cum
illa reſpicerent fideicommiſſum reſtitutorium,
vigore cujus agebatur, & in quo Actores inten-
tionem ſuam minus rectè fundabant, non verò
alterum contraventionale, & conſervatorium,
quod ſolùm eis legitimum jus agendi præſtare
poterat, & dumtaxat anno 1711. judicialiter
deductum fuit; quamvis enim utrumque fidei-
com-

commiſſum reſultet ex inſtrumento donationis
Jacobi producto uſque ab anno 1657., & certum
57 ſit, malam fidem induci à die productionis ſcri-
pturarum, quæ Actoris intentionem fundare,
& Reum de ſuo malo jure inſtructum reddere
queant, æquè tamen certi, & explorati juris eſt,
58 hujuſmodi ſcripturarum productionem inducere
malam fidem dumtaxat quoad titulum in moni-
torio, ſive petitione expreſſum, quia jura pro-
59 ducta intelliguntur relativè ad illum, ut colligi-
tur ex firmatis in *Romana Reſtitutionis Fructuum
21. Junii 1708. §. Ceterum cor. bon. mem. An-
ſaldo*; & propterea, cum petitiones factæ annis
1657., 1658., & 1685., reſtrictæ videantur ad
ſolum titulum fideicommiſſi reſtitutorii, quod
jam per alienationem expiraverat, evidens, &
60 apertum redditur, productiones dd. temporibus
factas, utpotè referendas ad titulum d. fideicom-
miſſi reſtitutorii in petitionibus contentum,
aptas minimè fuiſſe conſtituere poſſeſſores in
mala fide quoad aliud prorſus diverſum fidei-
commiſſum conſervatorium non deductum, niſi
anno 1711., cujus vigore modò agitur, & fru-
ctus petuntur; maximè, quia etiam in illo priori
Judicio acto vigore fideicommiſſi reſtitutorii
61 poſſeſſores obtinuerunt tria favorabilia Judicata,
& Actores longo tempore acquieverunt, ut in
propoſito conſiderant *Facchin. contr. jur. lib. 12.
cap. 83. erga fin., cla. me. Card. de Luc. de Fideicom.
diſc. 186. num. 13. verſ. clariùs, Caſtald. conſult.
107. n. 4.* ibi = *potuerunt credere, & opinari, quod
62 Actores agnoſcentes ſuum non jus, deſtiterint,
atque ideò, ſi qui deberentur fructus, veniunt ſo-
lùm a conteſtatione novæ litis* =, *Rot. cor. Merlino
deciſ. 843. num. 4., & 8.* ibi = *ad effectum exclu-
dendi malam fidem ſufficit quælibet cauſa etiam
imaginaria &c., undè multò magis debet ſufficere
Decretum D. Theſaurarii, cui per tot annos ac-
quieverant etiam Partes* =, *cor. b. m. mem. Emerix
jun. deciſ. 1188. num. 6., coram Benincaſa deciſ.
186. num. 11., & 12., adornat. clar. mem. Card.
de Luc. lib. 15. tom. 4., deciſ. 17. num. 2., & in d.
Romana Reſtitutionis fructuum 21. Junii* 1708.
*§. Hæc que pariter, & ſeqq. cor. bon. me. Anſaldo*.

Parvipenſâ reſponſione, quod in Judicio re-
63 ſtitutionis fructuum ſpectetur ſolùm exitus litis,
non attento eo, quod medio tempore acciderit,
id enim procederet, ſi ageretur de illomet Judi-
cio uſque ab initio introducto, quod certè, ſi
tandem benè ceſſiſſet, præſidio eorumdemmet
jurium in exordio litis productorum, quamvis
in illius proſecutione plura emanaſſent contra-
ria judicata, nihilominus fructus venirent uſque
ab initio, in quibus terminis loquuntur auctori-
64 tates in contrarium allegatæ; at aliter res ſe ha-
bet, quoties, ut in caſu noſtro, primum judi-
cium nullum fuit, & invalidum ob inſubſiſten-
tiam tituli, & fructus petuntur vigore novi tituli
prorſus diverſi ab illo, quo actum fuit ab initio,
tunc enim illi non debentur, niſi à die ſecundi
65 judicii noviter introducti, & tituli variati, quia,
attentâ nullitate primi judicii propter inſubſiſten-
tiam tituli, res perinde haberi debet, ac ſi ſemper
integra perſeveraſſet, & in eodem ſtatu, & lis
numquam fuiſſet conteſtata quoad omnes effe-
ctus, & præcipuè quoad continuationem bonæ
fidei ad effectum acquiſitionis fructuum, ut lo- 66
quitur *Rota coram Duran. deciſ. 327. num. 3., &
4., & coram Royas deciſ. 311. ſub num. 3. verſ.
nam fuit*, quibus non adverſantur *deciſ. 167. co-
ram Card. Cerro, & deciſ. 263. coram Priolo*, &
aliæ, quæ in contrarium allegari poſſunt, quia
non loquuntur de nullitate Judicii ob inſubſiſten-
tiam tituli, ut eſt in caſu noſtro.

Sed quando etiam per malam hypotheſim
idem omninò judicium cum primo dici poſſet
illud, quod motum fuit anno 1711. vigore fidei-
commiſſi conſervatorii, adhuc aliâ ratione fru-
ctus deberentur ſolùm à d. anno 1711., & non
ab anno 1657., ſive 1658., quia nimirum in d.
recenti judicio moto anno 1711. poſſeſſores mi-
nimè ſuccubuerunt ex iiſdem juribus in illo prio-
ri judicio productis, ſed ex aliis prorſus novis,
quorum productione doctum fuit de alienatione,
& reſpectivè diminutione primogenituræ locum
faciente purificationi fideicommiſſi conſervato-
rii favore Actorum, de qua quidem alienatione
minimè conſtabat in dicto antiquiori judicio an- 67
ni 1657., & 1658.; nullum enim hujuſmodi
alienationis documentum tunc productum repe-
ritur, & tamen, illâ non probatâ, certum eſt,
agi nequiquam potuiſſe vigore fideicommiſſi
conſervatorii; quonam igitur pacto, ſive quâ
ratione affirmari unquam poterit, poſſeſſores à
d. anno 1657., ſive 1658. in mala fide conſtitu-
tos fuiſſe per ſolam productionem inſtrumenti
donationis Jacobi (ex quo licèt conſtare poſſet
de fideicommiſſo, attamen de illius purificatio-
ne nullo modo conſtabat) quando aliunde do-
ctum non apparet de tali purificatione pendente
ex facto alienationis, ſivè diminutionis primo-
genituræ, quod ſi ſolùm in hoc poſtremo judicio 68
anni 1711. probatum fuit, à d. tempore, & non
priùs deſumenda eſt mala fides, & condemnatio
ad fructus, quia priùs poſſeſſores de malo jure,
quod fovebant, & de injuſtitia poſſeſſionis certio-
res reddi nequiverunt, optimè *Rot. in Romana
Prælaturæ de Vecchiarellis 12. Martii 1706.
§. fin. coram bon. mem. Anſaldo*, in qua poſſeſſo-
res excuſati fuerunt à reſtitutione fructuum à die 69
monitorii, immò etiam à die primæ, & ſecundæ
productionis Jurium, ex ſola dubietate, an d. ju-
ra producta ſufficerent ad Cauſæ victoriam nec
ne, *& in Romana Donationum ſuper fructibus 24.
Junii 1710. §. Hac tamen cor. R. P. D. Criſpo*, ibi
= *quod ſi è contra ſuccumbenti Rei conventi à po-
ſtremis juribus, non verò ab antiquis promanat, tunc* 70
*mala ipſius fides ab iiſdem novis juribus, cum qui-
bus ſuccubuit, non verò à prioribus, cum quibus
fortaſſe non ſuccubuiſſet, dimetienda veniret pro
regulando tempore reſtitutionis fructuum* =, *in Ro-
mana Immiſſionis ſuper fructibus 30. Martii 1716.
§. Replicatione non attentâ* ibi = *quoties igitur
ſuccumbentia Marchioniſſæ Zeccadoriæ non ab an-
tiquis, ſed à poſtremis juribus productis provenit
in dimetienda origine malæ fidei pro fructuum re-
ſtitutione non tempus introducti litigii debet at-
tendi, ſed illud productionis iſtorum jurium, quæ*
vi-

*victoriæ cauſam dederunt* = , & meliùs ad rem 13. *Januarii* 1719. *§. Præciſa autem , & §. Pariterque coram eodem R. P. D. Criſpo* , ajente , = *De hujuſmodi ſanè actibus alienationum , & expoſitæ donationis per prius non conſtiterat , ſed tantummodò per novam Jurium productionem id manifeſtum evaſit , unde propterea Marchioniſſa Lucretia minime conſtituta dicebatur in mala fide , quia plenariam notitiam de his omnibus numquam habuit* =

Clarum itaque videtur in caſu noſtro , fructus non deberi , niſi ab anno 1711. , quo novum judicium Immiſſionis vigore fideicommiſſi conſervatorii introductum fuit , & documenta alienationis producta fuere , quæ poſſeſſores in mala fide conſtituere valebant , juxta ſuperiùs firmata;
71 certius , quia , tametſi aliquale dubium hac in re ſuperesse videri poſſet , nihilominus ſemper favore Rei , & poſſeſſoris in excluſionem malæ fidei , & reſtitutionis fructuum reſpondendum eſt , *Rebuff. in leg. bonæ fidei Emptor* 110. *§. In dubia notandum ff. de verbor. ſignific.* , *Torr. variar. quæſt. part.* 1. *tit.* 12. *quæſt.* 4. *num.* 18. *tom.* 2. , *Capyc. latr. deciſ.* 130. *num.* 12. , *Rot. in Romana Reſtitutionis Fructuum* 11. *Junii* 1708. *§. fin. cor. bo. mem. Anſaldo* ; cum ad iſtum effectum ſufficiat quæ-
72 libet cauſa etiam imaginaria , *Torrr. de Primogen. Ital. tit. de ſucceſſ. in feud. reſp.* 5. *num.* 47. *part.* 2. , *Dexart. deciſ.* 10. *num.* 22. , *&* 23. , *Rot. coram Merlino deciſ.* 687. *num.* 9. , *& deciſ.* 844. *num.* 4. , *&* 8. , *in rec. deciſ.* 255. *num.* 5. 7. , *& ſeqq. part.* 5. , *& coram bon. mem. Anſaldo deciſ.* 93. *num.* 5. , *& in addit. num.* 25. , *&* 25. , ſatis
73 refutans ex alio dubio , quod oriri poſſet ſuper ſufficientia , & relevantia Jurium productorum , *à Ponte conſ.* 28. *num.* 16. *lib.* 1. , *Coſt. Sicul. conſ.* 41. *num.* 32. , *Gobb. conſult.* 97. *num.* 9. , *Giurb. deciſ.* 89. *num.* 18. , *& ſeq.* ; quippè ad evitandam fructuum reſtitutionem non requiritur poſitiva
74 bona fides , ſed exuberat fides dubia , ſeù media , nimirum abeſſe poſitivam malam fidem , *Rota in Romana Prælaturæ de Vecchiarellis* 12. *Martii* 1706. *§. fin. coram bon. mem. Anſaldo , in Piſauren. Hereditatis ſuper reſervatis* 23. *Martii* 170 . *§. fin. coram Emo D. Card. Priolo , & in d. Romana Reſtitutionis Fructuum §. Applicando coram bon. mem. Anſaldo , ubi alii concordantes .*

## *Florentina Succeſſionis .*

In fideicommiſſo aſcendentali condito cum ſubſtitutione , in defectu Maſculorum , primum filiarum immediatè ab herede ortarum , reciprocâ inter illos ordinatâ , deindeque fœminarum ab eodem pariter herede per lineam rectam maſculinam immediatè deſcendentium , locum habere diſpoſitionem *leg. cum Avus , & l. cum acutiſſimi* ad favorem etiam filiorum ex ipſius heredis filia , in excluſionem extranei ſubſtituti , plurimis , quæ in contrarium adferri poſſent , argumentis rejectis , demonſtratur.

## VOTUM XIX.

1 *Fideicommiſſi pendentis à ſola conditione obitus dies veniſſe dicitur , obitu ſecuto .*

2 *A ſucceſſione repellitur , cui objici poteſt exceptio illa* = ſubſtitutio de te non loquitur . =

3 *Diſpoſitio* in leg. cum Avus , & leg. cum acutiſſimi *locum dumtaxat habet , ubi de voluntate quæritur .*

4 *Secùs , quando obſtat voluntas Teſtatoris ex conjecturis elicita .*

5 Papiniani *reſponſum , quod in diſpoſitione Aſcendentis tacita ſubintelligatur conditio* : ſi ſinè filiis , *ſingulare jus conſtituit .*

6 *Illud tamen ſtrictè interpretandum eſt .*

*Etiam in materia favorabili* , & ratio num. 7.

7 *Favor ratione pietatis inductus contra juris regulas , ſtrictam interpretationem debet recipere .*

*Maximè , ſi pietatis conjectura aliis argumentis excludatur* . ibid.

8 *Teſtatoris voluntas undecumque elicita prævalere debet præſumptioni legis illum aliter ſenſiſſe cenſentis .*

*Ejuſdemque præſumptio conjecturis etiam levibus elidi poteſt* , ibid.

9 *In conditione poſiti non cenſentur filii , ſi Teſtator de eis generaliter tantùm cogitaverit .*

*Et , ſi , cum voluit , eos vocavit , ac etiam in conditione poſuit* , num. 13. , & 15.

10 *Filii ut cenſeantur in conditione poſiti , lex plus dictum , quàm ſcriptum præſumit .*

*Præſumptio tamen hæc nequit admitti , ſi conſtat , eos fuiſſe conſultò à Teſtatore omiſſos* , num. 11.

11 *Tacita conditio* : ſi ſinè filiis , *ſubintelligi non debet contra , vel præter mentem Teſtatoris .*

12 *Utque excludatur , ſat eſt , Teſtatorem de illis cogitare potuiſſe .*

14 *Diſcretivus diſponendi modus diverſam arguit Teſtatoris voluntatem , & quando ſecùs ?* num. 55. , & 56.

26 *Quoad filios expreſſim excluſos tacita conditio:* ſi ſinè filiis *nequit ſubintelligi* , & num. 59.

17 *Subſtitutio reciproca favore filiarum facta , etiam* che muojano con figlioli , *indicat fideicommiſſum ad earum dumtaxat vitam duraturam .*

18 *Excluditque tacitam earumdem filiorum vocationem .*

*Procedit , licèt agatur de admittendo Extraneo* , ibid.

*Secus tamen eſt , ſi deficiant verba , & clauſulæ taxativæ* , num. 75.

19 *Appellatione filiarum fœminarum immediatè ab herede deſcendentium , illarum filii non comprehenduntur .*

20 *Vocatio reſtricta ad perſonas immediatè genitas ex certo Patre , & ſtipite , ad earum filios extendenda non eſt .*

21 *Fœmina lineam maſculinam interſecat .*

22 *Filii carentes qualitate à Teſtatore volita , nequeunt dici tacitè in conditione poſiti .*

23 *Teſtator plures à ſe inſtitutos ſubſtitutionum gra-*

gradus non cenſetur ex ſola pietatis conjectura deficere voluiſſe.

24 Prout eſſet, ſi tacita filiorum vocatio, ex diſpoſitione leg. cum Avus inducta cenſeretur.

25 In fideicommiſſo Aſcendentis ad excluſionem aliorum illius filiorum, & Deſcendentium etiam reciprocè ſubſtitutorum ſubintelligitur conditio: ſi ſinè filiis.

26 Maximè ad excluſionem extranei ſubſtituti.

27 Amplia, ut id procedat etiam ad excluſionem piæ Cauſæ.

28 Teſtator ſuos, ut heredis inſtituti filios alienæ ſucceſſioni antepoſuiſſe cenſetur, & num.39.

29 Ab hac autem regula non receditur, niſi ex concludentibus, atque efficacibus conjecturis, & num.53.

30 Præſertim, quando res non eſt inter Deſcendentes Teſtatoris, ſed cum heredibus extraneis.

31 Pro eorum enim excluſione omnis poſſibilis capienda interpretatio eſt.

32 Voluntatis Teſtatoris probatio elicita ex conjecturis, ſemper dubia reputatur.

Una enim conjectura facilè aliâ contrariâ poteſt elidi, ibid.

33 Conjecturæ famulantes regulæ, & favori filiorum aliis contrariis præferendæ ſunt.

34 Diſpoſitioni leg. cum Avus, & leg.acutiſſimi maximè ſit locus ex Teſtatoris voluntate, & num.42.

35 Verba præſuppoſitiva prolata ab habente facultatem diſponendi de re præſuppoſita, diſpoſitionem inducunt.

36 Sic etiam vocationem important perſonæ præſuppoſitivè à Teſtatore conſideratæ.

37 Teſtatoris veriſimilem voluntatem ut juvent, leges, etiam verba ſupplent.

Præſumendo plus dictum, & minùs ſcriptum, ibid.

38 Filii gravati reſtituere extraneis heredibus, per fideicommiſſum gravati dicuntur.

40 Teſtator illegitimos excludendo, legitimos cenſetur incluſiſſe.

41 Teſtatrix prænobilis, atque honeſtiſſima non cenſetur prævidiſſe ortum illegitimorum ex fœminis ab ipſa deſcendentibus.

43 Filii ut ex mente Teſtatoris cenſeantur in conditione poſiti, quælibet ſufficiunt conjecturæ.

44 Eccleſiæ, & Monaſteria filiorum nomine per fictionem veniunt.

45 Fideicommiſſi conditio dici nequit eveniſſe, exiſtentibus adhuc perſonis à certo vocato ſtipite venientibus.

46 In Fideicommiſſis melior numquam debet eſſe conditio perſonæ minùs dilectæ.

47 Teſtator ſi qualitatem aliquam in ingreſſu ſucceſſionis requiſivit, illam non ideò in progreſſu cenſetur voluiſſe, & num.75.

48 Maximè in concurſu Extranei cum Deſcendentibus lineæ jam admiſſæ.

49 Verba = le ſopranominate perſone = vocationem Deſcendentium non reſtringunt ad primum dumtaxat illorum gradum.

50 Sed potiùs illos, tamquam originem perſonarum vocatarum indigitant.

51 Fideicommiſſum in uno dumtaxat gradu lineæ vocatæ conſervari debere, abſurdum eſt.

52 Maximè, ubi illud deprehenditur non temporarium, ſed perpetuum.

53 Teſtator, licet filiabus immediatè ab heredegenitis ſubſtitutum dederit, earum filii excluſi non cenſentur.

Scilicet, ob ſubintellectam à lege eorum favore conditionem: ſi ſinè filiis, ibid.

54 Voluntas non ponendi in conditione filios haud evincitur, ex quo de illis tantum genericè Teſtator cogitaverit.

55 Eoque caſu minus ſcriptum, quàm dictum potius cenſendum.

Et nec etiam illa elicitur ex diſcretivo diſponendi modo, num.56.

56 Diſcretivus diſponendi modus conditionem: ſi ſinè filiis non excludit in ea parte, ubi non fuit repetita.

57 Filiis ſavet naturæ, & pietatis ratio.

Eorumque excluſio non ſolo conſilio, ſed expreſſis verbis perficitur, ibid.

58 Filiis lex ſuccurrit præſumendo per errorem omiſſam illorum ſubſtitutionem.

Eumdemque errorem ipſa corrigit, num. 63.

60 Fideicommiſſum ut inducant conjecturæ, debent ex teſtamenti parte, de qua agitur, eſſe deſumptæ.

61 Nec ſuffragantur, quæ ex aliis partibus ſint elicitæ.

62 Ex filiorum excluſione in una ſubſtitutione ad excluſionem in alia, tacitam præferente conditionem: ſi ſine filiis, nequit inferri, & num.57.

Præſertim ex rationis diverſitate, num. 65.

64 Teſtator cenſetur, quod, ſicut in una, ità & in altera ſubſtitutione, ſi voluiſſet, filios filiarum excluſiſſet.

66 Filiam ſuperſtitem ex Deſcendentibus Teſtatoris præferri filiabus illius filiæ præmorientis, abſonum minùs eſt, quàm his Extraneos præferri.

67 Inter vocationem hominis, & illius excluſionem in una, eademque ſubſtitutione datur medium, legis nempe vocatio.

Præſertim in ſubſtitutione diſtincta, in qua deeſt hominis excluſio, ibid.

68 Et in qua, licèt expreſſa deſit vocatio, legis beneficium non ſit ademptum.

69 Procedit, ut, defectis maſculis in conditione poſitis, fœminæ etiam excluſæ debeant admitti, ex conditione tacitè à lege ſubintellecta.

70 Fœminæ etiam excluſæ, in defectu Maſculorum, admittuntur.

71 Præſertim, ſi agnatio dici nequeat contemplata.

72 Fœmina cenſetur favore Deſcendentium non contemplatione agnationis, ſed ſolà ratione ſanguinis diſpoſuiſſe.

Procedit, licèt Maſculos prædilexerit, quatie's fœminas in eorum defectu, ac etiam Locum pium ſubſtituerit, ibid.

73 Fe-

73 *Favore filiorum ex fœminis facilius ſit locus diſpoſitioni* leg. cum Avus, & l. cum acutiſſim., *quando deficit agnationis contemplatio*.

74 *Vel cum fœminæ, earumque Deſcendentes per modum regulæ excluſæ non reperiuntur*.

77 *Teſtatore digrediente ad plures ſubſtitutionum gradus, non ideò filii filiarum in conditione poſiti non cenſentur*.

*Sed ad ſummum paſſivè vocati cenſeri poſſunt*, ibid.

DOMINA Nannina de Speltis in ſupremo teſtamento ab ipſa condito die 5. menſis Octobris anni 1670. heredem univerſalem ſcripſit bo. me. Cerbonem Recalcati filium ſuum, cui ſubſtituit filios omnes, & Deſcendentes maſculos ejuſdem in infinitum; ſin autem contigiſſet, nullos ab eo filios maſculos ſuſcipi; vel jam ſuſceptos deficere ſinè filiis maſculis, ità diſpoſuit =, *e quando non ci fuſſero di detto Signor Cerbone figli maſchi, ne Deſcendenti maſchi di maſchio legitimi, e naturali, ſoſtituiſco, come ſopra, le figliole femine immediatamente nate di eſſo Signore legitime, e naturali, e in caſo di morte le ſoſtituiſco l'una all'altra, etiam che elle muojano con figlioli* = Has verò ſi nullas exiſtere contigiſſet, alias ſubſtituit fœminas à Deſcendentibus maſculis dicti primi heredis progenitas verbis illis =, *e quando non vi fuſſero figlie femine legitime, e naturali immediatamente nate di eſſo Signor Cerbone, inſtituiſco, come ſopra, volgarmente, e per fideicommiſſo le femine legitime, e naturali, e Deſcendenti per linea retta maſcolina dal Signor Cerbone quando ſi voglia nate, e le ſopraviventi le ſoſtituiſco à quelle, che morranno, prima per reciproca ſoſtituzione compendioſa, e le ſoſtituiſco, come hò detto, una all'altra, ancorchè elle moriſſero con figlioli* =. Et deniquè providens caſui, quo tum linea maſculina, tum etiam fœminæ omnes ſive immediatè à Cerbone, ſive per lineam maſculinam ab eodem deſcendentes penitùs defeciſſent, progreſſus fuit ad aliam ſubſtitutionem ita conceptam = *E ſe avveniſſe, che o per non eſſere cominciata, o per eſſer finita la linea maſcolina legitima, e naturale di detto Signor Cerbone, non fuſſero al Mondo nè figli maſchi legitimi, e naturali, nè Deſcendenti maſchi per linea maſcolina legitimi, e naturali di detto Signor Cerbone, ne figliole femine immediatamente nate di lui, ne femine deſcendenti da eſſo per linea maſcolina, in tal caſo a chi di tutte le ſopranominate perſone deſcendenti da eſſo Signor Cerbone morrà, l'ultimo in tutte le facoltà, che io laſciarò alla morte mia, detrattone i debiti, ed i legati, compendioſamente ſoſtituiſco per un terzo i Buon huomini di S. Martino, perchè ne diſponghino ſecondo gl'ordini loro, e per gl'altri due terzi i figlioli maſchi legitimi, e naturali del già Signor Aleſſandro Spelti mio Padre miei fratelli carnali, e ciaſcheduno di eſſi, e li loro, e ciaſcheduno di loro figlioli, e Deſcendenti maſchi per linea maſcolina* = quibus deindè ſubſtituit Patrueles ſuos.

Confirmatâ diſpoſitione hac per obitum Teſtatricis, hereditatem ſuſcepit Cerbo ejus filius, & heres, qui cum nullos reliquerit filios maſculos, ſed deceſſerit, ſuperſtite dumtaxat D. Annâ Mariâ ejus filiâ, hæc, uti literaliter ſubſtituta, ſucceſſit in Aviæ hereditate, excluſis filiis bon. mem. Margharitæ Sororis ſuæ jam prædefunctæ; li namque agnoverunt, apertè ipſis reſiſtere literam teſtamenti in illo ſuperiùs relato loco =, *e quando non ci fuſſero di detto Signor Cerbone figlioli maſchi, ne Deſcendenti maſchi di maſchio, legitimi, e naturali, ſoſtituiſco, come ſopra, le figliole femine immediatamente nate di eſſo Signor Cerbone legitime, e naturali, ed in caſo di morte le ſoſtituiſco l'una all'altra, etiam ch' elle muojano con figli* =.

Cum autem deceſſerit D. Anna Maria, pluribus ex Aloyſio Bacci Viro ſuo ſuſceptis Liberis, quæritur, an hi vocati cenſeri poſſint ad fideicommiſſum ordinatum à bon. mem. Nannina de Speltis, vel potiùs, iiſdem excluſis, ſucceſſio devoluta fuerit ad Ven. Societatem Divi Martini, & præfatos DD. de Speltis uti ſubſtitutos tàm in caſu, quo extingueretur linea maſculina Cerbonis, quàm etiam in caſu, quo fœminæ immediatè ex eo natæ, aut ab ipſo deſcendentes per lineam rectam maſculinam deficerent, virtute illorum verborum = *in tal caſo a chi di tutte le ſopranominate perſone deſcendenti da eſſo Signor Cerbone morrà, l'ultimo in tutte le facoltà, che io laſciarò alla morte mia &c., ſoſtituiſco per un terzo i Buon huomini di S. Martino &c., e per gl' altri due terzi i figlioli maſchi legitimi, e naturali del già Signor Aleſſandro Spelti mio Padre &c.* = his enim verbis Teſtatrix, poſthabitis filiis filiarum fœminarum, illarum dumtaxat mortem non etiam filiorum non exiſtentiam in conditione poſuiſſe videbatur, ideoque jamdudum ſecutâ morte Annæ Mariæ, veniſſe dicebatur dies fidei- 1
commiſſi pendentis à ſola conditione obitus, argumento *Textus in leg. Statius Florus* 48. *§. fin. ff. de Jur. Fiſc.*, *Curt. jun. conſ.* 33. *num.* 6., *Ger. ſpin. conſ.* 65., *Altograd. ſen. conſ.* 60. *n.* 76. *lib.* 1., *Palm. alleg.* 291. *num.* 53.; ejuſdem enim filiis reſiſtere dicebatur illud omnium ore tritum axioma: ſubſtitutio de te non loquitur maximè ad 2
excluſionem Subſtituti expreſsè vocati, *Rot. in Romana Fideicommiſſi* 15. *Aprilis* 1701. *§. Omiſſo igitur coram R. P. D. Anſaldo*.

Porrò in hac Cauſa Juris rigor, & verborum figura pugnare videntur cum naturæ, & pietatis ratione à *Papiniano* illius amantiſſimo primò evulgata in *leg. cum Avus* 102. *ff. de condit.*, & *demonſtrat.*, & ſummoperè celebrata à Juſtiniano 3
*in leg. cum acutiſſimi Cod. de Fideic.*, & *leg. generaliter §. Cum autem Cod. de inſtit.*, & *ſubſtit.*, ex quarum cenſura licèt in ſubſtitutione facta ab Aſcendente ſemper ſubintelligatur tacita illa conditio = *ſi ſinè filiis* =, impediens tranſitum ad ſubſtitutum, donec illi ſuperſint, & conjectura pietatis, quâ conditio iſthæc ſubauditur, locum habens in ſucceſſione, de qua magis dubitari poterat, nempe, ubi, & ipſe fideicommiſſarius non extraneus, ſed filius erat, & heres, potiori Jure retinenda videatur ad excluſionem Extranei, nè Teſtator alienas ſucceſſiones ſuæ antepoſuiſſe, dicatur

catur *Adden.ad Franciſc.Stephan. dec.39.* nihilominus conjectura iſta pietatis, etſi præcipua ſit, reſtringenda eſt ad illud fideicommiſſorum genus, in quo de ſola voluntate quæritur, & literalis interpretatio facilè admittitur, *Adden.ad Franciſc. Stephan. d.dec.39.*, ceſſatque, quando ex aliis con-
4 jecturis orientibus ex ipſa Teſtatoris diſpoſitione conſtat, illius voluntatem fuiſſe, nè talis conditio ſuppleretur, ut monent *Soccin.ſen. in d.leg. cum Avus nu. 35. 37. 67. & 73.*, *Ruſtic. ad eamd. leg. lib. 1. cap.3. n.17.*, *& cap. 16. n.21. lib.5.*, *cap. 6. n.46.*, *Barbat. in leg. cum acutiſſimi quæſt.5. Cod. de Fideicom.*, *Aucharan. conſ.46. nu. 1.*, *Roman. conſ.370. nu.4.*, *Altograd. conſ.61. num.4. lib.1.*, *Craſſ.recept. ſentent. §.Fideicommiſſum quæſt.30.*, *Mantic. de conject. lib.4. tit. 8. num. 16.*, *Odd. de ſubſtit. tit. de compendioſ. ſubſtit. part.4. quæſt. 1. art.4. in fin.*, *Gabriel. comm. concluſ. tit. de Fideicom. concluſ.2. num.37.*, *Menoch. de præſumpt. lib.4. præſump.89. num.16. verſ. at qui*, *Barry. de ſucceſſ. lib.17. tit.13. num. 6.*, *Magon. deciſ. Florent.52. nu.8.*, *Rot. coram ſan. mem. Alex. VIII. deciſ. 270. num. 5.*, *coram Card. Celſo deciſ. 159. num. 3.*, *in Bononien. Succeſſionis 22. Junii 1686. §. Eadem propemodum coram bo. mem. Benincaſa, quæ eſt Deciſio 80. num.24. & ſeq.*

Immò verò, ut benè notavit *Cujac. in d. leg.*
5 *cum Avus tom.1. oper. poſth. fol. mihi 405. lit. D. & ſeqq.*, cum reſponſum *Papiniani* ſingulare ſit, & Jus ſingulare conſtituat; Ante enim *Papinianum* alii Juris Auctores hanc tacitam conditionem penitùs rejecere, minimè agnoſcentes iſtiuſmodi conjecturam pietatis, qua Avus plus dixiſſe videbatur, quàm Teſtamentarius, id eſt Scriptor teſtamenti, ſcripſiſſet, jus proindè ſingulare
6 promanans ex illius reſponſo producendum non eſt, utpotè contra verba teſtamenti ſuperaddens perſonas non vocatas, excludendo vocatas, ad quas, inſpectis verbis, hereditas deferri debuiſſet, *Soccin. in d. leg. cum Avus n.111.*, *Aretin. in leg. generaliter §. Cum autem ad fin. Cod. de inſtit. & ſubſtit.*, *Joann. de Imol. in leg. filio præterito ff. de injuſt. rupt., & irrit. fact. teſtam.*, *Ruſtic. in d. leg. cum Avus cap.115. nu.2.*, *cap.16. n.30.*, *Gabriel. commun. concluſ. tit. de fideicomm. concl.2. n.2.*, *Rot. dec.503. n.6. part.19.*, *Altograd. conſ.61. n.6. & ſeq. n.12.*, inquiens, id procedere,
7 etiamſi verſemur in materia favorabili, quia favor, peculiaris pietatis ratione inductus contra Juris regulas, ſtrictè eſt interpretandus, maximè, quando alia urgent argumenta d. pietatis conjecturam excludentia; vera enim Teſtatoris
8 voluntas undecumque elicita, adeò prævalere debet præſumptioni legis illum aliter ſenſiſſe cenſentis, ut non ſolùm urgentia, ſed levia etiam adminicula pro hujuſmodi legali præſumptione elidenda admiſerint *Soccin. jun. conſ. 11. nu. 10. & 11.*, *& latiùs conſ.128. num. 69. lib.1.*, *Curt. jun. conſ.33. num. 8.*, *Hieronym. Papon. conſ. 74. num.11. & ſeqq.*, *Ger. Spin. conſ. 65. num.1.*, *& ſeqq.*, *& conſ. 66. per tot.*, *Ruſtic. in d. leg. cum Avus lib.3. cap.15. num.30.*, & ex profeſſo rem examinando docuit *Altograd. ſen. d. conſ.61. n.2. & ſeqq. lib.1.*

Exuberare itaque poſſe videretur pro excludenda ſuabauditione conditionis = *ſi ſinè filiis* =, 9
quod Teſtator genericè tantùm de filiis cogitaverit; ſi enim, ut benè *ex leg. cum acutiſſimi* notavit *Cujac. loco citat.*, conjectura pietatis promanans à veriſimili mente Teſtatoris, tacitam conditionem = *ſi ſinè filiis* = inducit eorum tantùm Liberorum favore, de quibus Teſtator non cogitavit, præſumente *lege* hoc caſu, plus dictum 10
fuiſſe, quàm ſcriptum, quâ ratione præſumptio iſta juſtum locum habere poterit, quando Teſtator nepotum minimè oblitus, non ſolùm de illis cogitaſſe, ſed de illis meminiſſe reperitur; ſi enim pietate ducti erga liberos ſubintelligeremus conditionem = *ſi ſinè filiis* = etiam in caſu, quo illos conſultò omiſit, eorumdem favore non 11
ſuppleremus, ſed contra, vel præter mentem Teſtatoris, novam ſuperadderemus conditionem; cur enim Teſtator cogitans de Liberis eos ad excluſionem ſubſtituti in conditione non poſuiſſet, ſi id voluiſſet? ut, argumento ducto à *Textu in leg. unic. §. Ubi autem verſ. ſin autem Cod. de Caduc. tollen.*, ratiocinantur *Cyriac. contr.281. nu. 78. & ſeqq.*, *Balducc. ad Ramon. conſ. 66. nu.61. & ſeqq.*, *Peregrin. de Fideic. art.28. num.80.*

Quamobrem, ſi Doctores cenſuerunt, ſatis eſſe, Teſtatorem de filiorum Liberis, ſive nepo- 12
tibus ſuis cogitare potuiſſe, eò quòd de illorum nuptiis, & Matrimonio cogitaverit, ut docuerunt *Soccin. ſen. in dicta leg. cum Avus num. 46.*, *Soccin. jun. conſ.128. nu. 75.*, & in ſubſcriptione d. conſilio aliorum inſignium Doctorum *n. 207. & 236.*, *Ger. Spin. conſ.65. num. 8. & 9.*, quantò potiori jure conjectura excluſiva ſubauditionis iſtiuſmodi conditionis urgebit in caſu noſtro, in quo Teſtatrix non ſolùm genericè, & remotè 13
de filiis cogitavit, ſed, quum voluit, diſpoſitivè vocavit, atque in conditione poſuit, ut fecit de filiis Cerbonis primi heredis, quibus non exiſtentibus, aut deficientibus, vocavit ejuſdem filias fœminas, aut alias fœminas ex ejuſdem Deſcendentibus maſculis orituras; ex hoc autem diſcretivo diſponendi modo validiſſimum conſurgit 14
argumentum, quod in ſequentibus ſubſtitutionibus, in quibus ulteriores deſcendentes ex neptibus non vocavit, nec in conditione poſuit, eoſdem conſultò omiſiſſe cenſeatur, ut fideicommiſſum purè poſt illarum mortem reſtitueretur 15
ulterioribus ſubſtitutis, ſive eædem cum filiis, ſive ſinè filiis è vita decederent, ut benè in propoſito conſuluit *Dec. conſ.124. n. 29. 30. & 35.*, in cujus themate agebatur de Teſtatore, qui Taddeo filio decedenti ſinè liberis ſubſtituerat Taddeam filiam, & eâ mortuâ, Bona pervenire voluerat ad nepotes ex fratre, reſpondit autem, mortuâ Taddeâ, factum fuiſſe locum ſubſtitutioni nepotum ex fratre, quamvis illa filios reliquiſſet, idemque docuit *conſ. 416. ſub num. 17. verſ. non obſtat, & conſ. 581. num. 5. in fin.*, *Caſtrenſ. in d. leg. cum Avus, ubi etiam Soccin. nu.8.*, *Ruſtic. ad eamdem leg. lib.1. cap.16. num.29. & ſeqq. ex num. 35. uſque ad fin.*, *Emanuel à Coſta in repetit. cap.11.*, *Pater 12. part. 1. verb. ſi abſque liber. nu. 12. & ſeqq. de teſtam. in 6.*, *Soccin. jun. conſ.100.*

conſ.100. nu.2., & conſ.128. n.43. & ſeq. lib. 1.,
cui ſubſcripiere treſdecim celebres illius ævi Ju-
riſconſulti, ut in ſubſcriptionibus num. 208. 211.
245., Hieronym. Papon. conſ. 74. num. 19., Ger.
Spin. d. conſ. 65. num.1. & 10., & conſ. 66. n. 5.
& 6., Spad. conſ.252. num.5. lib.3., Fuſar. conſ.
224. num.29. & ſeqq., & de ſubſtit. quæſt.393. n.
119., Altegrad. ſen. d. conſ. 61. num. 17. lib. 1.,
Altograd. jun. contr.75. num. 42. & ſeqq., Man-
tic. de conject. lib.10. tit.8. num. 9., Intrigliol. de
ſubſtit. part.4. cap.7. nu.41., Hodiern. contr. 20.
n.53. & ſeqq., Craſſ. in §. Fideicommiſſum quæſt.
25., Cirecch. diſcept.5. n. 34., Manſ. conſult. 37.
nu.13. & ſeqq. tom.9., Rodulphin. alleg.90. n.9.,
clar. mem. Card. de Luc. de Fideicomm. diſc. 74.
num.3. & 6. in fin., & diſc.147. nu.8., Balduec.
ad Ramon. d. conſ. 66. num.60., Magon. dec. Flo-
rent.52. num.12., Baitell. deciſ. ultim. volunt.11.
num.24., Rota coram Peuting. deciſ.340. num. 6.
& ſeqq., coram ſan. me. Alexand. VIII. dec.270.
num.6 & ſeqq., coram Card. Celſo dec.388. n.5.,
in rec. deciſ.326. nu.26. & ſeqq. part.8., dec.285.
num.2. & ſeqq. part.10., deciſ.170. n.5. part.17.,
& deciſ. 102. num. 10., & deciſ. 684. num. 7. &
ſeqq. part.18., parvi verò faciendi ſunt nonnulli
Doctores apud Fuſar. de ſubſtit. quæſt.393. n.45.
& ſeqq. contrarium ſentientes, quia illos repro-
bant, vel declarant Altograd. ſen. conſ. 61. ſub
num.17., Magon. deciſ. Florent.52. num.2., Rot.
deciſ.285. num. 1. & ſeqq. part.10.

Verum Teſtator non ſolùm de filiis cogitavit,
illos, quum voluit, diſpoſitivè vocando, & in
conditione ponendo, ſed, quod magis urget, in
ipſo ſecundo gradu ſubſtitutionis filiarum fœmi-
narum nedum cogitans, ſed etiam expreſſam
mentionem faciens de illarum filiis, apertè decla-
ravit, illos in conditione ponere nolle ad exclu-
ſionem ſubſtituti, ibi =, ed in caſo di morte le ſoſti-
tuiſce l'una all altra etiam che elle muojano con fi-
glioli =, quod repetiit in ſequenti ſubſtitutione
aliarum fœminarum deſcendentium à linea recta
maſculina Cerbonis filii ſui. At verò, ſi ex eo
duntaxat diſcretivo diſponendi modo, videlicet,
16 quod Teſtator, quum voluit filios in conditio-
ne ponere, id fecerit, vehemens oritur conjectu-
ra, eos conſultò omiſiſſe ſuadens, quando eoſ-
dem in conditione non poſuit, quantò fortiùs ur-
gebit argumentum deſumptum non ab eorum
omiſſione, ſed ab expreſſa eorumdem excluſione.

Ex qua conſurgit aliud non levius argumen-
tum aſſumptum confirmans, videlicet quod, ſi
Teſtatrix dd. filias in caſu obitus reciprocè ſub-
ſtituit etiam = che elle muojano con figlioli =, per-
17 ſpicuè innuiſſe videtur, eaſdem gaudere voluiſſe
temporariâ duntaxat fruitione fideicommiſſi ad
earum ſolùm vitam duraturâ, ideoque reſtrictio
18 iſthæc operetur, ut ad excluſionem ſubſtituti,
tametſi extranei, ſubintelligi nequeat conditio = ſi
ſinè filiis = ex conjectura pietatis ſubaudita à dicta
leg. cum Avus ad mentem Gloſſ. in leg. cum acu-
tiſſimi in verb. vitam ſuam Cod. de fideicom., Bar-
tol., & Bellapertica in leg. generaliter §. Cum
autem Cod. de inſtit., & ſubſtit., Emanuel à Co-
ſta in repetit. cap. ſi Pater part. 1. verb. ſi abſque
liberis num. 12. de teſtam. in 6., Ruſtic. in d. leg.
cum Avus lib.1. cap.15. num.1., & cap.16. n. 5.,
& num.21. 31. 37. & 41., ſententiam hanc con-
firmans multiplici Doctorum auctoritate, An-
ton. Gomez. in comment. Jur. civil. tom. 1. cap. 5.
tit. de Fideicommiſ. ſubſtit. num. 37., Dec. conſ.
504. num.8. verſ. & ideò, Ruin. conſ.3. num.26.,
& conſ.108. num.5. lib.2., Soccin. jun. conſ. 126.
num.17., Altograd. conſ.45. num.64. 73. & 76.,
& conſ.61. nu. 18. verſ. 3. conjectura eſt, & n.28.
& ſeq. lib.1., Fuſar. conſ.124. n.24. 28. & ſeqq.,
& de ſubſtit. quæſt.393. n.122., Anton. Gabriel.
concluſ.2. tit. de Fideicom. nu.42. & 66., Suarez.
in Theſaur. recept. ſentent. verb. fideicommiſſarius,
Menoch. de præſumpt. lib.4. præſumpt.89. n. 137.,
Odd. de compend. ſubſtit. part.4. artic. 4. quæſt. 5.
n.3. verſ. limitatur. 2., Mantic. de conject. lib.10.
tit.8. num.5., Matthieu. in leg.11. tit.6. lib.5. re-
copilat. Gloſ. 4., Molin. de Juſt., & Jur. tom. 1.
tract. 2. diſput. 190. §. Dubium etſi Teſtator pag.
mihi 748., ubi contrarios reprobat, Aillon. ad
Gomez. var. reſol. cap.5. num.39., Trentacinq. de
ſubſtit. part.4. cap. 7. num. 2., Magon. deciſ. Flo-
rent.52. num. 13. & 15., Rot. coram Card. Celſo
deciſ.411. num.18. & 19., in rec. dec. 285. nu.1.
part.10.

Accedit his, quod Teſtatrix ad excluſionem
ſubſtituti extranei vocavit filias duntaxat fœmi-
nas immediatè natas à Cerbone, ibi = ſoſtituiſco,
come ſopra, le figliole femine immediatamente na-
te di eſſo Signore =, &, his non exiſtentibus,
ſubſtituit = le femine legitime, e naturali, o De-
ſcendenti per linea retta maſcolina dal Signor
Cerbone =, & abſque eo quod mentionem ullam
fecerit de filiis dd. fœminarum, progreſſus fuit
ad ſubſtitutionem Extraneorum verbis illis = in
tal caſo a chi di tutte le ſopranominate perſone de-
ſcendenti da eſſo Signor Cerbone morrà, l'ultimo
in tutte &c. ſoſtituiſco &c. =, at verò, ſi Teſta-
tor, nullâ factâ mentione filiorum dd. fœmina- 19
rum; vocavit filias fœminas immediatè natas ab
ipſo Cerbone, vel ab eo deſcendentes per lineam
rectam maſculinam, ſub iſta vocatione ad exclu-
ſionem ſubſtituti venire nequeunt filii Annæ Ma-
riæ, utpotè nullibi à Teſtatore nominati, & mi-
nimè comprehenſi ſub nomine fœminarum im-
mediatè natarum ab ipſo Cerbone, aut per li-
neam rectam maſculinam deſcendentes ab eo ob
naturam vocationis taxativè factam, atque reſtri-
ctam ad perſonas immediatè genitas ex certo Pa- 20
tre, & ſtipite, ideoque non extendenda ad filios
præfatæ Annæ Mariæ, quia hi dici nequibant fœ-
minæ immediatè genitæ à Marchione Cerbone,
per Soccin. ſen. in leg. Gallus §. Inſtituens ſub n.5.
ff. de liber., & Poſth., benè Faber. in Codice lib.6.
tit.22. de Fideicom. definit.12. cum ibi Add. n.5.,
& tradunt etiam Corn. conſ.47. nu.7. & 8. lib.4.,
Rimin. jun. conſ.173. nu.9., & plurib. ſeqq., Me-
noch. conſ.215. num. 51. & ſeq., Cyriac. contr. 8.
num.71., Manſ. conſult.40. num. 7. & 8. tom.9.,
Rot. coram Dunoz. jun. dec.981. num.15. & 16.,
coram Emerix ſen. deciſ.149. num.1. & 2., coram
bon. mem. Emerix jun. deciſ.359. n.9., in Carpen.
Hereditatis, & Fideicommiſſi 14. Maii 1687.

§. Po-

*§. Poſitâ Fideicommiſſi exiſtentiâ cum ſeqq., coram*
*Rmo Molines Decano, in Carpen. Fideicommiſſi*
*de Tertullis 21. Martii 1707. §. Præmiſſo enim,*
*& §. Ceſſare viſa fuit coram R. P. D. Lancetta,*
nec ab eo deſcendentes per lineam rectam ma-
21 ſculinam, utpotè geniti à fœmina d. lineam in-
terſecante, ad latè tradita per *Urceol. conſult. fo-*
*renſ. 60. num. 3. & ſeqq.*; Quamobrem locum ſibi
vindicare videtur illa Juris noſtri regula in ſubje-
cta materia paſſim recepta, quod nempe, quum
22 Teſtator reſpexit ad perſonas aliquâ præditas
qualitate, ceſſet conjectura pietatis præſumptæ à
*lege cum Avus*, eò quod, ad excluſionem ſubſtitu-
ti, in conditione poſiti cenſeri nequeant filii dictâ
qualitate carentes, ad tradita per *Bartol. in d. leg.*
*cum Avus, Peregrin. de Fideicom. d. arrtic. 28.*
*nu. 80., Molin. de Primogen. Hiſpan. lib. 3. cap. 5.*
*num. 31., Mantic. de conject. lib. 10. tit. 8. nu. 6.,*
*Rot. coram ſan. mem. Alexand. VIII. deciſ. 270.*
*num. 8., in Bononien. Succeſſionis 22. Junii 1686.*
*coram bon. mem. Benincaſa.*

Denique plurimùm urgere videbatur longa
23 ſeries ſubſtitutionum à Teſtatrice ordinatarum,
nam, præter illam conditam favore lineæ ma-
ſculinæ Cerbonis filii ſui, & aliam ordinatam fa-
vore fœminarum, eiſdem ſubſtituit totam li-
neam, & deſcendentiam maſculinam bon. mem.
Alexandri de Speltis Patris ſui, &, hac deficiente,
ſubſtituit totam deſcendentiam Jo: Baptiſtæ, &
Philippi de Speltis ſuorum Patruelium, ideoque
inveriſimile prorſus eſſe videtur, eamdem voluiſ-
ſe, fideicommiſſorum tanto ſtudio ordinatorum
24 conditionem conjecturâ pietatis deficere, prout
certè deficerent, ſi ad mentem *d. leg. cum Avus*
minùs ſcriptum, quàm dictum inveniretur.

Quamquam verò hæc argumenta, aliaque
plura, quæ à ſapientibus, & Doctoribus in hanc
rem congeri poſſent, adeò urgere videantur, ut
ancipiti diſtrahar conſilio, nihilominus, licèt
anceps, libentius in eam feror ſententiam, quâ
nuncupatio, ſeù mentio filiorum à Teſtatrice
omiſſa in ſubſtitutione Extranei facta neptibus
ſuis, ſuppleta cenſeatur ex conjectura pietatis,
quæ minùs fuiſſe ſcriptum, quàm dictum præſu-
mit, ſupplente lege ex mente Teſtatoris id, quod
25 deeſt illius diſpoſitioni, ideoque, quum agitur
de fideicommiſſo ordinato ab Aſcendente, ſi ad
excluſionem aliorum filiorum, & Deſcenden-
tium Teſtatoris reciprocè ſubſtitutorum ſubintel-
ligitur conditio = *ſi ſinè filiis* =, *Mantic. de con-*
*ject. lib. 10. tit. 7. num. 21., Intrigliol. de ſubſtit.*
*cent. 3. quæſt. 52. num. 3., Menoch. de præſumpt.*
*lib. 4. præſumt. 89. num. 119., Fuſar. de ſubſtit.*
*quæſt. 393. n. 2. & ſeqq., Balducc. in collect. dec.,*
*& rer. judicat. tit. 3. de legat., & fideic. deciſ. 3.*
*num. 2. cum plurib. ſeqq., cum aliis in Camerinen.*
*Fideicommiſſi 3. Julii 1701. §. Rursùs coram bon.*
26 *mem. Muto*, multò magis ſubaudienda erit d. con-
ditio ad excluſionem extranei ſubſtituti, *d. leg. cum*
*Avus ff. de condit., & demonſtrat., & leg. cum*
*acutiſſimi* ibi = *non aliter hoc videri diſpoſuiſſe,*
*niſi, cum filius ejus ſinè ſobole vitam ſuam reliquer-*
*it* =, & paſſim Doctores ibidem, *Giovagnon.*
*conſ. 75. num. 10. & ſeqq., Fuſar. de ſubſtit. quæſt.*
*252. n. 11., & quæſt. 393. nu. 1. & ſeqq., Creſp.*
*de Valdaur. obſerv. 41. nu. 120., Bonden. collect.*
*leg. 12. num. 7. & ſeq. lib. 2., Rot. coram Merlin.*
*deciſ. 864. n. 4., magiſtraliter deciſ. 132. part. 16.,*
*deciſ. 170. num. 7. part. 17., deciſ. 102. nu. 2. & 3.,*
*& num. 5., deciſ. 633. num. 6. & ſeqq. part. 18.,*
*in Fulginaten. Fideicommiſſi 15. Februarii 1683.*
*coram Rmo d. Hervault Archiepiſcopo Turonen,*
*in Bononien. Succeſſionis 22. Junii 1686. §. Eadem*
*propemodum rationes coram bo. me. Benincaſa, in*
*Romana Fideicommiſſi 1. Junii 1699. §. Animad-*
*verſum quippè fuit cor. Emo de la Tremoille, in alia*
*Romana Fideicommiſſi 15. Aprilis 1701. §. Verùm*
*animadverterunt*; in qua magiſtraliter, atque ex
profeſſo articulus iſte examinatur, *coram R. P. D.*
*Anſaldo, in Camerinen. Fideicommiſſi 3. Julii*
*1702. §. Hæc autem injuſtitia cum ſeqq., & §. Rur-*
*sùs coram bon. mem. Muto, & in Romana Fidei-*
*commiſſi 29. Januarii 1706. §. Agitur cor. Rmo*
*Molines Decano*, in quibus animadvertitur, ſum-
mam illam pietatis rationem, quâ in diſpoſitio-
ne Aſcendentium ſubintelligitur ſemper condi- 27
tio = *ſi ſinè filiis* =, tantam eſſe, ut prævaleat
etiam piæ Cauſæ, licèt illius favor in Jure noſtro
præcipuus ſit.

A qua quidem regula fundata in ſumma ra-
tione pietatis proficiſcente à naturali charitate,
ſanguiniſque neceſſitudine, quâ Teſtator juxtà
bene ordinatæ dilectionis leges, ſuos, ac here- 28
dis inſtituti filios alienæ ſucceſſioni antepoſuiſſe
cenſetur, *Rot. in dict. Camerinen. Fideicommiſſi*
*3. Julii 1702. §. Minùs obſtat coram bon. mem.*
*Muto*, non negamus, recedi poſſe contrariis
conjecturis ſuadentibus, Teſtatorem, turbato
naturali ordine, ad remotiores, ſive Extraneos,
ſuis poſthabitis, progredi voluiſſe; Verumta-
men, cum agatur de recedendo à regula non
minùs civili, quàm naturali ratione conſtituta, 29
oportet, conjecturas eſſe vehementes, atque
efficaces, *Ruſtic. ad dict. leg. Cùm Avus lib. 1.*
*cap. 4., Torr. de Primog. Ital. part. 2. quæſt. 16.*
*num. 29. verſ. & ſignanter, Balducc. in collect.*
*deciſ. & rer. judicat. tit. 3. de legat., & fideicom.*
*deciſ. 3. num. 7., & deciſ. 4. num. 1. & 12.*, præ-
ſertim, quando res non agitur inter Deſcenden-
tes ejuſdem Teſtatoris, ſed de ſucceſſione con-
tenditur cum herede extraneo, *Noal. de tranſ-* 30
*miſſ. caſ. 1. num. 71. verſ. non negarem, Mart. de*
*ſucceſſ. legal. part. 1. quæſt. 24. art. 5. num. 17.,*
*Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 490. nu. 73. in fin., Torr.*
*de Primog. Ital. part. 3. quæſt. 17. num. 7., Rot.*
*in dicta Romana Fideicommiſſi 15. Aprilis 1701.*
*§. Hoc enim opus, hic labor erat, & in alia Ro-*
*mana Fideicommiſſi 29. Januarii 1706. §. Quin*
*à præmiſſa*, per hæc verba inquiens = *quamvis*
*enim ab hujuſmodi regula recedatur ex conjectu-*
*ris, quæ contrariam Teſtatoris mentem, & vo-*
*luntatem oſtendant, eæ tamen adeò concludentes,*
*& efficaces eſſe debent, ut ad oculum ferè convin-*
*cant talem contrariam voluntatem*; idcirco *in §.*
*finali* admonemur, quod, cum res agitur cum
ſubſtitutis extraneis, omnis poſſibilis capienda 31
eſt interpretatio pro iſtorum excluſione, *cor. Rmo*
*Decano.*

Ne igitur, poſthabitâ pietatis ratione, in qua
fundatur ſuprarelatarum *legum* diſpoſitio, ex
conjecturata mente Teſtatoris, excludatur pia,
ac juridica ſubauditio conditionis: *ſi ſinè filiis*,
ſatis eſſet oſtendere, conjecturas, & argumen-
ta in rationibus dubitandi deducta per ſe ſpecta-
ta, talia, tantaque non eſſe, ut ad oculum fe-
rè convincant talem contrariam voluntatem Te-
ſtatoris; abſque eo quod egeremus conjecturis,
& argumentis, quibus illa elideremus; nam,
ſi hæc concurrerent, immota maneret pietatis
ratio favens filiis ob illam regulam, quâ admo-
32 nemur, quod, quoties agitur de Teſtatoris
mente elicienda ex conjecturis, probatio ex illis
deſumpta, dubia ſemper cenſetur, eò, quod una
conjectura aliâ contrariâ elidi facilè poſſit, ad
tradita per *Rotam coram Bieb. deciſ.612.num.15.
& ſeqq., coram Card. Cerro deciſ.538.num.3. &
ſeqq., in Firmana Prædii della Parapina 5. De-
cembris* 1687. *§. Minùs urget coram bon.mem. Be-
nincaſa, & in Piſauren. ſucceſſionis* 11. *Mar-
tii* 1689. *§. Primus enim, & §. Nec refert co-
ram Rũo d'Hervault, quæ eſt la* 88. *num.7., &
ſeqq. inter collect. apud Palm.*, hac itaque reten-
tâ regulâ, ſequenda videtur conjectura pietatis
commendata dictis legibus, quia illæ exadver-
ſo allatæ, ejus generis non ſunt, ut neceſſariò
33 concludant contrariam mentem Teſtatoris, &
præterea eliduntur aliis conjecturis, quæ, utpotè
regulæ, & favori filiorum famulantes, præferen-
dæ ſunt contrariis conjecturis, *Rot. in dict. Came-
rinen. Fideicommiſſi* 3. *Julii* 1702. *§. Prout non
relevat cor. bon. mem. Muto, & generaliter Rot.
deciſ.199. num.2. part.19.*

Rem igitur ab iſtis ordiendo, plurimùm urge-
re videtur locus ille teſtamenti, in quo Teſtatrix
per modum regulæ declarans, quoniam intelle-
xiſſet nomine filiorum naturalium, & legitimo-
rum, ait =, *e ſomigliantemente dichiaro, che,
dovunque nel preſente mio teſtamento ſono chiama-
ti, o poſti in condizione eſpreſſa, o tacita i figli,
e Deſcendenti legitimi, e naturali, hò voluto, e
voglio intendere legitimi, e naturali, e di legiti-
mo Matrimonio concetti ſin da principio della con-
cezione loro, talmente, che i legitimati per qua-
lunque privilegio, o di qualunque, quanto ſi vo-
glia ſupremo Principe, Reſcritto, nè ancora per
ſuſſeguente Matrimonio, non vengano compreſi* =
deindeque occurrere cupiens quæſtioni, quâ in-
ter Doctores diſceptatur, an Eccleſia, & Mo-
naſteria filiorum nomine comprehendi poſſint,
immediatè ſubjunxit = *nè la Chieſa, nè il Mo-
naſtero voglio, che vengano ſotto nome, o in luo-
go di figliuoli, o di Deſcendenti, o ſiano poſti in
condizione eſpreſſa, o tacita, o in diſpoſizione* =
Cum autem vocatio filiorum inducta ex *lege cum
Avus, & leg. Cum acutiſſimi*, reſultet ex tacita
dumtaxat illorum poſitione in conditione à *le-
ge* ſubaudita, quà ad excluſionem ſubſtituti Te-
ſtator plus dixiſſe, quàm ſcripſiſſe cenſetur, hinc
manifeſtum fit, quod, ſi Teſtatrix in ſua diſpo-
ſitione ſuppoſuit, adeſſe filios tacitè in conditio-
ne poſitos, illoſque vocavit, dummodò polle-
rent qualitate legitimitatis ex verò Matrimonio 34
quæſitæ in ipſo inſtanti conceptionis, & ſub ea-
dem comprehenſas eſſe nolle declaravit Eccle-
ſias, & Monaſteria utpotè Juris fictione inter fi-
lios relata, ex his, inquam, manifeſtum fit
ipſam præſuppoſuiſſe, atque profeſſam fuiſſe io
aliqua teſtamenti parte, plus dixiſſe, quàm ſcrip-
ſiſſe, *Peregrin. de Fideicomm. art.28. num. 70. 78.
79. & ſeqq.*, ſi itaque id ſuppoſuit, præſuppo-
ſitum iſtud inducit diſpoſitum, juxtà omnibus
notam regulam, quod verba præſuppoſitiva pro-
lata ab eo, qui facultatem habet liberè diſpo- 35
nendi de re enunciatâ, ſive præſuppoſitâ, diſ-
poſitionem inducant, *Nicol. de Paſſer. poſt Gen.
de ſcript. privat. lib.1. quæſt. 3. num. 36. & ſeq.,
& num.42. & ſeq., & quæſt.4. num. 15. 17. 47.
73.80., & pluribus ſeqq., Salgad. in labyrint. cre-
dit. part. 2. cap.10. num.35., Rota coram Seraph.
deciſ. 1339. num.1., in Colonien. Canonicatus* 10.
*Martii* 1687. *§. Nec obſtat cum duobus ſeqq. co-* 36
*ram Rũo d'Hervault*, & melius ad rem no-
ſtram, quod ſecumferant fideicommiſſum, &
vocationem favore perſonæ, quæ præſuppoſitivè
à Teſtatore conſiderata reperitur, probatur ar-
gumento ducto à *Text. in leg. cum proponebatur
ff. de legat.2., Dec. conſ.23. ſub num.4., & conſ.
38. num.2., Odd. conſ. 64. ſub num. 36. verſ. ſe-
cundo principaliter, & num. 77., Caſtill. contr.
jur. lib.2. cap.26. nu.27. & ſeq., & num.77. cum
pluribus ſeqq., Rot. deciſ. 360. num. 6. part.17.,
deciſ.56. num.9., & deciſ.243. num.3. & 4. part.
18., in Romana, ſeù Reatina Fideicommiſſi* 2. *A-
prilis* 1696. *§. fin. coram Emo Card. Caprara, in
Romana Primogenituræ de Fabiis* 12. *Decembris*
1707. *§. Minùſque officit coram Rũo Omanna E-
piſcopo Giennen., & in Aſſiſien. Immiſſionis* 17.
*Decembris* 1708. *§. Quinimmò jura coram R.P.D.
de Polignac*, eam ſuo judicio rationem, quod
leges noſtræ adeò faveant veriſimili Teſtatorum
voluntati, ut ad illam juvandam ſuppleant etiam 37
verba, ſi omiſſa reperiantur, præſumendo plus
dictum, & minus ſcriptum, ac per conſequens
ceſſat quævis præſumptio excluſiva voluntatis
Teſtatricis ſubaudiendi dictam conditionem, ut-
potè cedens veritati reſultanti ex ſubauditione
ab ea expreſsè præſuppoſita, licèt in litera defi-
ceret.

Quæ ſanè præſuppoſita ſubauditio ſi in ullo
teſtamenti loco juſtum locum ſibi vindicat, certè
illum obtinet in ſubſtitutione, de qua agitur,
in qua filii, utpotè gravati poſt mortem reſtitue- 38
re extraneis heredibus, cùm gravati dicerentur
per fideicommiſſum, *Rota in dicta Romana Fi-
deicommiſſi* 15. *Aprilis* 1701. *§. Citrà namque
examinationem coram R. P. D. meo Anſaldo*,
conjectura pietatis expoſcebat, ut iſtiuſmodi fi-
deicommiſſi conditio defeciſſe cenſeretur, ne,
ut alibi diximus, Teſtatrix alienas ſucceſſiones
ſuæ antepoſuiſſe videretur contrà mentem Juris, 39
& contrà ejuſdem voluntatem, quæ à dicta ta-
cita conditione excludendo filios in ipſa concep-
tione ex juſtis nuptiis minimè ſuſceptos, atque
etiam illos, qui fictè venirent ſub nomine filio-
rum,

rum, Eccleſiam nempè & Monaſterium, in-
40 cluſiſſe dicenda eſt veros filios præditos qualitate
ab ipſa volita, *Weſembec. conſ.94. num. 34. lib.
2., quem refert, & ſequitur Thabor. axiom. jur.
lib.5. cap.30. axiom.2.*

Nilque turbat, quod declaratio illa Teſtatri-
cis referri non debet ad ſubſtitutionem, de qua
41 agitur, in qua filiabus immediatè natis ex Cer-
bone, vel aliis filiabus per lineam rectam maſ-
culinam ab eo deſcendentibus ſubſtituebantur
heredes extranei, cum inveriſimile prorſus ſit,
prænobilem, ac honeſtiſſimam Teſtatricem
præcogitaſſe atque providiſſe caſui, in quo
fœminæ ab ipſa deſcendentes, extrà Matrimo-
nium filios conciperent, quia animadverſio iſta
non tollit argumentum deſumptum ex eo, quod
Teſtatrix ſuppoſuerit in ſua diſpoſitione, adeſſe
tacitam poſitionem filiorum in conditione,
ideoque ex voluntate etiam ipſius locum fieri
cenſuræ legis cùm *Avus*, *& leg. cùm acutiſſimi*,
cum voluntas iſta rectè eliciatur ex quacumque
diſpoſitionis parte, ex qua conjici poſſit, Teſta-
torem prę oculis habuiſſe hanc pietatis rationem,
42 ut perſpici poteſt ex dictis *Deciſionibus* editis in
*Romana fideicommiſſi coram R.P.D. Anſaldo, Ca-
merinen. fideicommiſſi coram bon. mem. Muto, &
Romana fideicommiſſi coram Rño Molines*, atque
43 etiam quia reſpectu fœminarum verificari pote-
rat, quod ſub iſta tacita ſubauditione conditio-
nis: ſi ſinè filiis non comprehenderentur ii, qui
non per naturam, ſed per fictionem, filiorum lo-
44 co habentur, quales erant Eccleſia, & Monaſte-
rium.

Summoperè prætereà urget, quod Teſtatrix
ad extraneos ſubſtitutos hereditatem ſuam defer-
ri voluiſſe videtur, eo dumtaxat caſu, quo pe-
nitùs extincta eſſet univerſa deſcendentia Cerbo-
nis, primo loco vocando Deſcendentes maſcu-
los ex eo genitos, deindè fœminas immediatè
ab eodem procreatas, & denique alias fœminas
per lineam rectam maſculinam ab illo deſcen-
dentes, & perindè, ac ſi in conditione poſuiſſet
univerſam lineam tàm maſculinam, quàm fœ-
45 mininam ejuſdem, utrâque deficiente = *in tal
caſo a chi di tutte le ſopranominate perſone deſcen-
denti da eſſo Signor Cerbone morrà, l'ultimo, in
tutte le facoltà, che io laſcierò alla morte mia,
&c. ſoſtituiſco &c.*; = Cùm igitur illa reaſſumens
quodammodo ſubſtitutiones omnes ab ipſa or-
dinatas inter ſuos Deſcendentes, ultimo mo-
rienti ſubſtituerit extraneos heredes, dici nequit,
eveniſſe conditionem, & caſum mortis ultimi
ex deſcendentibus à dicto Cerbone, quando ad-
ſunt filii bon. mem. Annæ Mariæ deſcendentes
ab eo, quem Teſtatrix conſideravit veluti origi-
nem, & ſtipitem perſonarum omnium vocata-
rum ad excluſionem heredis extranei, ut benè
in propoſito conſiderat *Rota in dicta Romana fi-
deicommiſſi 15. Aprilis 1701. §. Prò Coronide
tandem coram R. P. D. Anſaldo*, & quorum
favore cum militaret conjectura majoris dile-
ctionis, militabat etiam generalis, ac perpetua
46 in fideicommiſſis retinenda regula, numquam
debere meliorem eſſe conditionem ejus perſonæ
quæ minùs dilecta fuit, *Faber. in Cod. lib.6. tit.22.
defin.14. in adden. num. 9.*

Fruſtraque objiceretur, Teſtatorem in hac diſ-
poſitionis parte uſum minimè fuiſſe amplis, &
indefinitis verbis complectentibus perſonas om-
nes tum lineæ maſculinæ, tum etiam lineæ fœ-
mininæ, ſed parciùs loquendo, ſubſtituiſſe = *à
chi di tutte le ſopranominate perſone deſcendenti
da eſſo Signor Cerbone morrà, l'ultimò &c.* =
perſonæ autem ſuperiùs nominatæ, aliæ non
erant, quàm fœminæ immediatè, vel per li-
neam rectam maſculinam ab illo deſcendentes.
Nam, licèt Teſtatrix in tranſitu ſucceſſionis à
Maſculis faciendo ad fœminas, in primo in-
greſſu vocaverit illas, quæ immediatè natæ eſ-
ſent à Cerbone, vel ab eo deſcenderent per li-
neam rectam maſculinam, ut in hoc tranſitu,
primoque ingreſſu ſucceſſionis certior eſſet per-
ſona ad ſucceſſionem vocata, attamen ſecer- 47
nenda eſt cauſa ingreſſus à cauſa progreſſus ſuc-
ceſſionis, & ex eo, quod Teſtator in primo ca-
ſu aliquam qualitatem in vocato requiſiverit,
inferri nequit, quod eamdem adeò optaverit in
progreſſu, ut, excluſis lineis, ſive perſonis, in
quibus ſucceſſio radicata jam fuerat, illam de-
ferri voluerit ad Extraneos, *Rot. in una Avenio-* 48
*nen., ſeu Carpen. Fideicommiſſi de Tertullis 27.
Februarii 1704. §. penult. coram R.P.D. Lancet-
ta, confirmata 5. Junii 1705. §. final. coram Caf-
farello, & 2. Decembris ejuſdem anni §. penult.
coram Rño Molines Decano*; quamobrem dicen-
dum eſt, Teſtatricem, quam juxtà civilis, & 49
naturalis juris regulas inveriſimile prorsùs eſt
Extraneos ſuæ ſoboli præferre voluiſſe, verbis il-
lis = *le ſopranominate perſone* = non reſtrinxiſſe
vocationem ad primum dumtaxat illarum gra-
dum, ſed eas indigitaſſe tamquam originem
perſonarum ad ſuum fideicommiſſum vocata- 50
rum, ut innuunt immediatè ſubjuncta verba =
*deſcendenti da eſſo Signor Cerbone* =, *ut ait Rota
in dict. Avenionen., ſeù Carpen. Fideicommiſſi
de Tertullis 2. Decembris 1705. §. Nilque magis
urget*, tamquam abſurdum conſiderans, quod 51
in unico dumtaxat gradu alicujus lineæ vocatæ
fideicommiſſum conſervari debeat, quando ce-
teroquin ex toto contextu diſpoſitionis patet, in
omnibus aliis lineis, & caſibus illud non tem-
porarium, ſed perpetuum eſſe voluiſſe, licèt
igitur Teſtatrix, deficientibus filiis maſculis,
vocaverit fœminas immediatè ab eo genitas,
eiſdemque dederit alium ſubſtitutum, nihilo-
minùs cenſeri nequibunt excluſi filii bon. mem.
Annæ Mariæ ſub obtentu, quod hi dici nequeant
immediatè geniti à Cerbone, quia conjectura
pietatis ſupplere poteſt, quod fuit omiſſum à
à Teſtatrice, quæ in conditione ponendo per-
ſonas omnes ſupranominatas, & = *à chi di tutte le
ſopranominate perſone deſcendenti da eſſo Sig. Cer-* 52
*bone morrà, l'ultimo* = dando extraneum ſubſtitu-
tum, reſpectu illarum, excluſiſſe minimè cenſetur
ſubauditionem conditionis ſubintellectæ à *lege
cum Avus*, licèt ab illa omiſſę, per ea, quę latè tra-
dit

dit *Rot. deciſ.132. part.16. rec.*, *Torr. de majo-
rat.*, *& Primogen. Ital. part. 2. quæſt. 16. num.
17. & ſeqq.*, *& in Mantiſſ. deciſ. ad ornat. tract.
de fideicomm. clar. mem. Card. de Luca deciſ. 64.
num. 46. & ſeqq.*, *in Romana Fideicommiſſi de
Gratia 28. Januarii 1697. §. Nec ex eo uſque
ad fin. coram R. P. D. Priolo*, *in dicta Romana
fideicommiſſi 15. Aprilis 1701. §. Et ſecundo co-
ram R.P.D. Anſaldo*.

Hæc igitur cum ità ſe habeant, & filiis bon.
mem. Annæ Mariæ non ſolùm aſſiſtat regula, &
pietatis favor deſumptus ex dictis *legibus*, ſed
prętereâ eiſdem favere videatur veriſimilis mens
Teſtatricis, quæ ſuppoſuit in ſua diſpoſitione
tacitam ſubauditionem conditionis: ſi ſinè filiis,
fortè minimè verificabilem in alio caſu, quàm
in illo ſubſtitutionis, de qua agitur, & quæ, an-
tequam diverteret ad extraneas ſubſtitutiones,
contemplata fuiſſe videtur univerſam lineam
tàm maſculinam, quàm fœmininam filii ſui,
dicendum eſt, fideicommiſſi conditionem conje-
cturâ pietatis defeciſſe, eò quod minùs ſcrip-
tum, quàm dictum fuerat, inveniretur, juxtà
ſæpiùs memoratam ſententiam *Papiniani in di-
cta leg. cum Avus*.

Neque verò conjecturæ exadverſo allatæ, ſuade-
re poſſunt receſſum à cenſura dictarum legum,
quia, ſi, ut diximus, eaſdem adeò concludentes eſ-
53 ſe oportet, ut ad oculum convincant contrariam
Teſtatricis voluntatem; ſi ea ſemper capienda
eſt interpretatio, quæ, excluſis extraneis, faveat fi-
liis, eò quod horum excluſio à legitima ſucceſſio-
ne jure, & naturâ debita, ſolo conſilio non in-
ducatur, nec perficiatur, ſed præceptum, &
diſerta excluſio ſit neceſſaria, *Thabor. axiom.
jur. lib. 5. cap. 30. axiom. 6.*, hujus generis non
ſunt illæ, quæ in rationibus dubitandi expen-
ſæ fuerunt, nam, quod ſubauditio dictæ tacitæ
conditionis inducta fuerit eorum tantùm Libero-
rum favore, de quibus Teſtator non cogitavit,
54 ideoque locum habere nequeat, quando ille de
iiſdem non ſolum cogitavit, ſed expreſſam fecit
mentionem, id, inquam, non evincit volunta-
tem excluſivam filii, ut fiat locus ſubſtitutioni
Extranei, quando Teſtator in aliis partibus te-
ſtamenti, & diverſis ſubſtitutionibus meminit
filiorum, ſed hic eſſe poteſt caſus, in quo pie-
tas ſubaudita à lege, hanc conditionem ſubau-
diat, & ſuppleat in illo teſtamenti loco, atque
in illa ſubſtitutione, in qua nulla eorum men-
tio, & minùs dictum, quàm ſcriptum inveni-
tur, quaſi omiſsâ per errorem ſubſtitutione, quam
credibile non ſit conſultò fuiſſe prætermiſsam,
ut ait *Faber. in Cod. lib.6. tit.22. definit.14. num.
4.*, & benè *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.393. nu.97. &
n.109.*, inquiens = *nimis durum eſt, & contra natu-
ralem pietatem credere, Avum voluiſſe privare
55 nepotes ſubſtantiis ſuis ex eo ſolùm, quod in gene-
re de eis fuerit cogitatum, cùm potiùs ex diſpoſi-
tione dictæ legis cum Avus præſumendum ſit mi-
nùs ſcriptum, quàm dictum, & veriſimile non eſt,
quod Teſtator voluerit propriam ſobolem exclude-
re, quæ præſumptio cùm ſit fortior illâ ex genera-
li cogitatione deſumpta, potiùs amplectenda eſt* =,
quod etiam docuerunt *Ruin. conſ.131. nu.5. cum
ſeqq. lib. 3.*, *Mantica de conject. ultim. volunt.
lib. 10. tit. 8. num. 22. verſ. ſecundò eſt animad-
vertendum*, *deciſ.3. in Collectan. deciſ. & rer. ju-
dic. apud Balducc. num. 10. & ſeqq. tit. 3. de le-
gat., & fideicomm.*, ubi declarat contrarias au-
ctoritates, *Rota in dicta Romana fideicommiſſi 15.
Aprilis 1701. §. Occurſum ſiquidem fuit cum plu-
ribus ſeqq.*, *in Camerinen. Fideicommiſſi 3. Julii
1702. §. Prout non relevat coram bon. me. Muto*,
*in dicta Romana Fideicommiſſi 29. Januarii 1706.
§. Atque hinc ceſſat coram R̃mo Molines Decano*.

Prout etiam non urget alia priori affinis con-
jectura deſumpta ex diſcretivo diſponendi modo, 56
quia illa paſſim rejicitur à Doctoribus conſenti-
bus, ex eo, quod Teſtator in aliqua ſubſtitutione
expreſsè filios diſpoſitivè vocaverit, vel in con-
ditione poſuerit, dici non poſſe ceſſare conjectu-
ram pietatis, ſeu ſuppletionem legis in ea parte,
ſive ſubſtitutione, in qua ille conditionem: ſi
ſinè filiis non repetiit, ut docuerunt *Zanch. in
leg. heredes mei §. Cum ità num.864. verſ. præ-
miſſæ quæſtionis ff. ad Trebellian.*, *Ruſtic. ad d.
leg. cum Avus lib. 3. cap. 4. num. 5., & 6., &
cap.8. per tot.*, *Corn. conſ.97. num. 6., & 7. lib.
3.*, *Altograd. conſ.44. nu.38. cum ſeqq., & num.
41. lib. 1.*, *Craſſ. de ſucceſſ. §. Fideicommiſſum
quæſt.25. in fin.*, *Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 393. nu.
45., & ſeq. num. 86., & num. 109. cum ſeqq.*,
*Torr. de Majorat., & Primog. Ital. part.2. quæſt.
16. num. 17. cum ſeqq.*, *clar. mem. Card. de Luc.
de Fideicomm. diſc.74. num.2., & diſc.144. num.
70.*, *Balducc. in collect. deciſ., & rer. judicat.
tit.3. de legat., & fideicomm. deciſ.3. num.9. cum
plurib. ſeqq.*, *Rot. cor. Pamphil. deciſ.100. n.12.,
& ſeqq.*, *coram Coccin. deciſ.480. num.5., & 6.*,
*in Romana Fideicommiſſi 15. Aprilis 1701.
§. Quin etiam præciſivè, aliiſque ſeqq. coram R.P.
D. Anſaldo*, *& in Camerinen. Fideicommiſſi 3.
Julii 1702. §. Prout coram bon. mem. Muto*, *in
Romana Fideicommiſſi 29. Januarii 1706. §. In-
ſubſiſtens coram R̃mo Molines Decano*; & rectè
quidem, quia, cum filiis faveat naturæ, & pieta- 57
tis ratio; ideòque eorum excluſio ex legitima
ſucceſſione non ſolo conſilio, ſed expreſſis ver-
bis perficiatur; jure, meritòque futile reputa-
tur argumentum ductum à ſimili diſcretiva,
cum lex ſuccurrat filiis, quaſi per errorem omiſ-
ſam præſumendo ſubſtitutionem, quam credi- 58
bile non eſt conſultò fuiſſe prætermiſſam.

Parvique refert, quod Teſtatrix non ſolùm
genericè, & diſcretivè, ſed, quod magis eſt,
exclusivè de filiis meminerit, ibi = *Soſtituiſce*, 59
*come ſopra, le figliole femine immediatamente na-
te di eſſo Signore legitime, e naturali, ed in caſo
di morte le ſoſtituiſco l'una all'altra, etiam che
elle muojano con figliali* =; nam, ſi, cum agitur de
inducenda vocatione, & fideicommiſſo ex con-
jecturis, hæ deſumi debent ex verbis, & diſpoſi- 60
tis à Teſtatore in ea parte teſtamenti, de qua
agitur, itaut, ſi deſumatur ex dictis, & diſpoſi-
tis in antecedenti fideicommiſſo, ſuffragari mi-
nimè

nimè poſſint, *Rot. cor. Card. Cerro deciſ.* 712.
*num.* 8., *&* 9., quâ juſtâ ratione excluſio filio-
61 rum, quæ non legitur in ſubſtitutione, de qua
eſt quæſtio, deſumi poterit ex diſpoſitis in aliis
ſubſtitutionibus, quando lex ipſa ſupplet illorum
vocationem ? ideòque, cum incluſio filiæ fœmi-
næ ſuperſtitis, ad excluſionem filiorum alterius
filiæ fœminæ præmorientis, facta legatur in ſub-
ſtitutione ſeparata, ac diſtincta ab illa, de qua
62 agitur, ex excluſione filiorum facta in una ſub-
ſtitutione induci nequibit excluſio conditionis:
ſi ſinè filiis ex conjectura pietatis *à leg. cum*
*Avus* ſubintellectæ in alia ſubſtitutione, in qua
filii, utpotè expreſsè non excluſi, omiſſi cenſen-
63 tur per errorem, quem lex ipſa corrigit, immò
verò, ſi Teſtatrix extraneos heredes excludi no-
luiſſet à filiis filiarum Cerbonis, quemadmodum
ab illis excludi noluerat filiam ſuperſtitem alteri
64 decedenti cum filiis, id expreſſiſſet, illos in hac
extraneorum heredum ſubſtitutione privando
beneficio *legis cum Avus*, ſicuti privaverat in
præcedentibus gradibus ſubſtitutionum, ut egre-
giè more ſuo ratiocinatur *R.P.D. Anſald. in d.*
*Romana Fideicommiſſi* 15. *Aprilis* 1701. *§. Et ſe-*
*cundò cum ſeq.*, *ſubdens in §. Hi etenim*; admit-
tendum numquam eſſe pro elidenda conjectura
65 pietatis conſiderata à *Papiniano*, argumentum
deſumptum ab alia ſubſtitutione, quando iſtius
reſpectu ſubeſſe poteſt aliqua ratio non applica-
bilis, vel adeò non urgens reſpectu alterius ſub-
ſtitutionis, prout contingit in caſu noſtro, in
quo abſonum non erat, quod Teſtatrix intrà
66 ſpheram ſuorum Deſcendentium filiam ſuperſti-
tem præferret filiabus alterius filiæ præmorientis,
contrà verò perabſurdum fuiſſet, quod eiſdem
anteponeret extraneum heredem, hoc enim ſe-
cundo caſu magis, quàm in primo urgere vide-
tur d. naturalis pietatis ratio, *Add. ad Franc.*
*Stephan. d. deciſ.* 39.; quæ cum ſit baſis, ſuper
qua conſtituta eſt diſpoſitio *leg. cum Avus*, *& cum*
*acutiſſimi*, ab excluſione facta ab homine in uno
caſu, nequit inferri ad excluſionem in alio caſu.
Immò verò, ſi d. ratio tanti valet, ut etiam,
67 quum agitur de una, eademque ſubſtitutione, in-
ter vocationem hominis, & illius excluſionem
detur medium, vocatio nempè legis, potiori ju-
re id locum ſibi vindicabit in diſtincta ſubſtitu-
tione, in qua deeſſet excluſio hominis, & licèt
non adſit expreſſa vocatio, intacta tamen, & mi-
nime adempta reperiuntur jura, quæ ex legis be-
68 neficio filiis ſuppetunt, *Rot. d. deciſ.* 132. *per*
*tot.*, quæ *num.* 13. loquitur in fortiori caſu, in
quo ſcilicet agebatur de una, eademque ſubſti-
tutione, in qua Teſtator nedum poſuerat in con-
ditione filios maſculos, ſed inſuper fœminas ex-
69 cluſerat, cenſet nihilominùs, quod conditio à le-
ge ſubintellecta, ſuum operetur effectum, adeò-
ut in concurſu Extranei filia non cenſeatur exclu-
ſa, allegando *Rot. coram Seraph. deciſ.* 2016. *nu.*
5., *&* 13., *& in d. Romana Fideicommiſſi* 15.
*Aprilis locis mox citatis*, & jure quidem opti-
mo, quia favor legis, & pietatis ratio tribuit lo-
70 cum per poſteriùs, illas, deficientibus maſculis,
admittendo, *Rot. in Romana Fideicommiſſi de*
*Gratia* 28. *Januarii* 1697. *§. Nec ex eo*
*cum ſeq. cor. R.P.D. Priolo*.

Certòque certiùs in caſu noſtro, quia non
agitur de ſubſtitutione, in qua contemplata dici 71
poſſit agnatio, cum res ſit de diſpoſitione condi-
ta à fœmina, quæ ſolâ ratione ſanguinis mota
videtur erga ſuos Deſcendentes, inter quos, li-
cèt ſexum maſculinum prædilexiſſe appareat, eo 72
tamen deficiente, vocavit fœminas, eiſdemque
ſubſtituit in triente Locum pium, in quo conſide-
rari nequibat ratio agnationis, ſubſtitutis in reli-
quo octuncio illis de ſua familia paterna, con-
ſiderando tamen in eiſdem ſanguinis tantummo-
dò conjunctionem; in hac autem diſpoſitionis 73
ſpecie faciliùs favore filiorum fit locus conjectu-
ræ pietatis ſubintellectæ à *leg. cum Avus*, ad tra-
dita *per Rot. d. deciſ.* 132. *part.* 16., *& in Roma-*
*na Fideicommiſſi de Gratia* 28. *Januarii* 1697.
*§. Nec ex eo cum ſeq. coram R.P.D. Priolo*, in
quibus ſi d. legis, & pietatis conjectura excluſa
dumtaxat cenſetur in caſu, quo agatur de fidei-
commiſſo rigoroſè agnatitio, vel fœminæ, ea-
rumque Deſcendentes per modum regulæ 74
excluſæ reperiantur, in contrario caſu locus erit
illorum admiſſioni per poſterius, *Rot. d. deciſ.*
132. *num.* 15., *& ſeqq. part.* 16., *& in d. Roma-*
*na Fideicommiſſi de Gratia loco mox citato*.

Non immoror conjecturæ illi deſumptæ ex eo,
quod Teſtator in reciproca præferendo filiam ſu-
perviventem filiis alterius filiæ præmortuæ, il-
las temporariè, &, durante earum vitâ dum-
taxat, ſubſtituiſſe dicenda ſit, quia, cum deficiant 75
verba, & clauſulæ taxativæ, tollere nequeunt
ſubauditam conditionem: ſi ſinè filiis, *Soccin.*
*ſen. in leg. cum Avus num.* 25. *ff. de condit.*, *&*
*demonſtr.*, *Altograd. conſ.* 45. *num.* 73., *Fuſar. de*
*ſubſtit. quæſt.* 393. *num.* 6., *&* 22., *Rot. in d.*
*Romana Fideicommiſſi* 29. *Januarii* 1706. *§. Si-*
*quidem coram Rm̃o Decano*; non abs re repeten-
do, quod agitur de argumento deſumpto ex di-
verſis ſubſtitutionibus, ideòque inefficaci ad eli-
dendam conjecturam pietatis, quâ leges noſtræ
filiis favere voluerunt, ſupplendo id, quod ab
Avo inconſultò fuit omiſſum.

Nec etiam urget, quod Teſtatrix ad excluſio-
nem ſubſtituti vocaverit filias fœminas imme-
diatè natas à Cerbone, vel per lineam rectam
maſculinam ab eo deſcendentes, quales dici ne-
queunt filii bonæ memoriæ Annæ Mariæ,
quia, ut alibi animadvertimus, ſecernenda eſt
cauſa ingreſſus à cauſa progreſſus ſucceſſionis, in
primo namque caſu rectè Teſtatrix deſignavit 76
perſonas certam qualitatem habentes, ut in caſu
purificationis ſubſtitutionis certior redderetur
perſona ſubſtituta, at aliter res ſe habet in pro-
greſſu ſucceſſionis, in quo favore Deſcendentium
conjectura pietatis, & lex ipſa ſupplet id, quod
omiſſum, aut neglectum fuit ab homine, ideò-
que, ſi, ut admonet *Rota in d. Romana Fideicom-*
*miſſi* 29. *Januarii* 1706., ea ſemper capienda eſt
poſſibilis interpretatio, quâ Teſtantis ſoboles
præferatur extraneis heredibus, dicendum erit,
Teſtatorem in eo teſtamenti loco non taxativè,
ſed demonſtrativè locutum fuiſſe, indigitando
vi-

Digitized by Google

videlicet ſtipitem perſonarum, ex quo proditur æ erant perſonæ ante extraneum heredem vocatæ.

Denique non officere videbatur longa ſeries ſubſtitutionum, quæ contra mentem Teſtatricis caduca fieri videbatur admittendo filios fœminarum, quia magis videtur repugnare civilis; ac naturalis tum pietatis, tum rationis dictamini, quod, ut ſalvetur fideicommiſſum favore extranei, propria ſoboles excludatur, ideòque, ſi mo-
77 mentum ullum habere videtur adeò diligens, & longa ſubſtitutionum ſeries, hæc inducere quidem poterit gravamen paſſivum in filiis Annæ Mariæ, ſed non idcircò illos excludet à Proaviæ ſucceſſione, ut innuere videtur *Rota in d. Romana Fideicommiſſi 15. Aprilis 1701. §. Maximè quia coram R.P.D. Anſaldo*.

Ex quibus, ſublatis contrariis conjecturis, licèt conſtabilita videri poſſit vocatio filiorum, quos naturæ vox, pietatis ratio, legis auctoritas ad ſucceſſionem invitat, immò Teſtatrix ipſa, minimè oblita naturalis charitatis, haud prætermiſiſſe viſa eſt, nihilominùs, ſi ſcrupuloſiùs inhærendum eſſet literæ teſtamenti, & materiali figuræ verborum, fateor, quod non modicam mihi injicerent dubitationem, nec mirarer, ſi alii me ſapientiores in contrariam abirent ſententiam, prout frequenter contingit in tractationibus, qualis eſt iſta, merè conjecturalibus.

## *Placentina Fideicommiſſorum.*

Tranſactio an ſubſiſtat nec ne ex quibus valeat expendi? Conditionis certas contrahendi nuptias inadimplementum an, & quando fideicommiſſi ſub eo onere relicti adquiſitionem nequeat impedire? Tranſactio extenſa intelligitur ad omnia jura antea in litem deducta; eorumque comprehenſio ex quibus etiam argumentis, & conjecturis poſſit deſumi? Diviſio ad componendas lites, æqualitatemque ſervandam ſuper mutuis inita prætenſionibus, vera tranſactio eſt.

## VOTUM XX.

1 *Tranſactio ſuâptè naturâ ſecumferre dicitur novationem priorum jurium extinctivam.*
*Eâque ſecutâ, primævis actionibus agere non licet, ſed ſolùm pro illius obſervantia*, ibid.
2 *Maximè, ſi ad novanda priora jura initam fuiſſe conſtat.*
3 *Conditio nubendi certo perſonarum generi, in diſpoſitionibus teſtamentariis, valida ſit nec ne, maximè inter Doctores controverſum eſt.*
4 *Alii enim abſolutè illam rejiciendam cenſent.*
5 *Alii multipliciter rem diſtinguunt, eòque magis dubiam quæſtionem reddunt.*
6 *Diſpoſitio omnis non inductiva pœnæ, ſed ſolùm invitativa ad lucrum in eventum certi Matrimonii, valida cenſetur ex* Oldradi conſilio 16.
7 *Matrimonii libertatem tuentur Pontificiæ, civileſque leges.*
*Eamque ſicut perimere videtur incuſſus pœnæ metus*, ibid.
8 *Ità non lædit ſimplex lucri amiſſio in caſu certi non ſecuti Matrimonii.*
9 *Ratio, quia hæc pœnæ nomine non venit.*
10 *Pœna tunc inflicta dicitur, quum non adimplenti, aliquid de proprio ſubtrahitur patrimonio.*
11 *Legitima ab omni onere immunis eſt filiis reſervanda.*
*De reliquo verò patrimonio arbitratu ſuo Parentes poſſunt diſponere*, ibid.
12 *Pater ſi uti filiis denegare poteſt, ità & illis concedere qualificatè, & ſub juſta conditione certas contrahendi nuptias.*
13 *Onus adimplendum, ſive per viam conditionis, ſive modi injunctum illud ſit, perfectæ adquiſitioni ſemper obſtat.*
14 *Lucrum qui dat, poteſt etiam ſive ſub conditione, ſive ſub modo privationis pœnam adjicere.*
15 *Conditionem omnem quoquo modo lædentem Matrimonii libertatem plurimi rejiciunt.*
*Alii verò, etiam plurimi, rem hanc magis æquâ ratione declarandam cenſent*, ut n. 18.
16 *Leges non verbis, ſed rebus ſunt impoſitæ.*
17 *Lucri ademptio perſæpè eſt acerbior pœnâ graviſſimâ.*
18 *Conditio certas contrahendi nuptias ſub honeſta aliqua lucri ſponſione licita eſt; at illicita, ſi lucrum, quod promittitur, magnum ſit.*
*Hujus enim amiſſio æquiparatur pœnæ*, ibid.
*Procedit maximè in lucro jam quæſito* n. 22.
*Licèt titulo lucrativo*, num. 24.
19 *Filios ab hæreditate Parentum ob non contractas nuptias ab eis præſcriptas, excludi, nimium acerbum eſt.*
20 *Filiorum commodo non cedit præceptum certas contrahendi nuptias.*
21 *Immò ex eo perſæpè nuptiis prohibentur ſplendidioribus.*
23 *Contraveniens, ex amiſſione rei jam propriæ effectæ, fieri pauperior dicitur, & pœnam ſentire.*
*Maximè, ſi agatur de re gravi*, ibid.
25 *Conditio certas contrahendi nuptias ob legitima impedimenta, juſtaſque cauſſas remiſſa cenſetur*, & num. 26., & 38.
27 *Præſertim, eâ effectâ impoſſibili.*
28 *Et maximè, bonâ fide concurrente; hæc autem ex quibus deſumi valeat?* num. 29., & ſeq.
29 *Minor ætas bonam fidem præſtat non contrahenti certas nuptias à Teſtatore præſcriptas.*
*Præſumitur enim in Minore ignorantia præcepti ejuſmodi*, ibid.
30 *Teſtatoris certas nuptias optantis præcepta contravenire dolo malo non dicitur Puella, nuptias contrahens auctoritate Patris.*
31 *Vel ſaltem adversùs prætenſam incurſum pœnam reſtitutio in integrum illi competit.*
*Eamdemque non incurrit, niſi interpellata ſit*, num. 33.
32 *Contrarium, ſi agatur de viro majore.*

34 *Te-*

34 *Teſtatorum certas nuptias optantium vota non debent itâ facilè everti, ut voluntas Parentum impleatur.*

*Sed omninò executioni demandanda ſunt*, ibid.

*Sententia hæc plurimos habet contradictores; præſertim, ſi impulſu non Matris, ſed Patris aliæ nuptiæ contrahantur*, num. 37.

35 *Reſtitutioni in integrum locus non eſt, cum nequit ampliùs adimpleri voluntas Teſtatoris.*

36 *Si præſertim læſio abſit. Declara tamen, ut* num. 38. ad. 40.

38 *Læſio non à tempore, quo conditio adimplenda erat, ſed à poſteriori eventu dimetienda eſt.*

39 *Ex ignorantia autem oneris læſio ad tale tempus retrotrahitur.*

40 *Atque ignoranti, ac ſi deceptus fuiſſet, reſtitutio in integrum eſt concedenda.*

41 *Ad ſuſtinendam tranſactionem ſufficit occaſio quælibet dubitandi, licèt modica.*

42 *Sufficit immò, procul abeſſe calumniam evidentem.*

43 *Tranſactioni juſtam cauſſam præbet eximiorum plurium Doctorum auctoritas.*

44 *Immò & unius tantùm.*

45 *Tranſactionem juſtam, validamque reddit lis introducta; immò & ſolus litis timor.*

46 *Ratio ubi eadem eſt, ibi eadem debet eſſe juris diſpoſitio.*

47 *Tranſactia non extenditur ad ea, de quibus lis non erat*, & num. 51.

48 *Si modò contrarium non evincant mens Contrahentium, ac verborum latitudo.*

49 *Hæc autem an ultra expreſſa eam extendat, quando ad rem certam reſtricta eſt, diſputant Doctores.*

50 *Tranſactio inita ſuper re, de qua erat lis, ad omnia extenditur connexa, incidentia, ac dependentia.*

52 *De tranſactionis extenſione fruſtra quæritur, cum agitur de ea ſuſtinenda in re, ſuper qua tranſactum fuit.*

53 *Tranſactiones unicè ad dirimendas lites inventæ ſunt.*

*Eæque ſervari debent, maximè inter perſonas conjunctas*, ibid.

54 *In tranſactione quælibet jura in litem deducta, comprehenſa intelliguntur.*

55 *Subſecutâ præſertim amplâ eidem liti renunciotione.*

56 *Et maximè comprehenſum fideicommiſſum cenſetur ex facta ejus Bonorum diviſione abſque præſervatione ullâ.*

*Hæc enim, quatenus comprehendi illud nollet, fuiſſet requiſita*, ibid.

57 *In tranſactione ex facta rei cujuſpiam, etiam in litem non deductæ, traditione, aliâve diſpoſitione ipſius rei comprehenſio inducitur.*

58 *Contrahentium mens verbis, factoque ipſo patefacta, non eſt per dubias inveſtiganda conjecturas.*

59 *Factum potentius verbis eſt.*

60 *In contractibus omnibus, ac præſertim in tranſactionibus jura maximè ab inæqualitate abhorrent.*

61 *Tranſactio ne ſit inæqualis, debet ad Bona etiam in ea non comprehenſa extendi.*

62 *Maximè inter conjunctas perſonas.*

63 *In tranſactione quid fuerit comprehenſum, optimè declarat obſervantia octuaginta annorum.*

64 *Immò ſufficit, ſi annorum ſit octodecim.*

65 *Tranſactio diù obſervata, impugnari amplius nequit.*

66 *Contrahentium voluntates magis, quàm verba inſpicienda ſunt.*

67 *Diviſio facta etiam de avitis fideicommiſſariis Bonis, tamquam hereditariis Patris, remiſſionem fideicommiſſi inducit.*

68 *Si modò ejus notitiam Condividentes habuerint.*

*Eamdem inſuper remiſſionem inducit facta promiſſio diviſionis obſervandæ ſine ullius contradictione*, num. 70., & 72.

*Mutuaque jurium ceſſio, quâ unus invicem alterum in rem propriam Procuratarem conſtituerit*, & num. 71.

69 *Tranſactionis inæqualitas ut excludatur, Tranſigens quiſque cenſendus eſt omnia ſua prætenſa jura, Bonaque contuliſſe.*

73 *De tranſactione ſuſtinenda nequit agi quoad contractum non tranſactionis, ſed diviſionis à Contrahentibus appellatum.*

*Secus tamen eſt, ſi tranſactionis naturam appareat ſortitus*, num. 75.

74 *Contractui non tàm verba, quàm formalia actus dant naturam, formamque imprimunt.*

76 *Diviſio ad componendas lites, æqualitatemque ſervandam ſuper mutuis inita petitionibus abſque ullius ex juribus deductis præſervatione, vera tranſactio cenſenda eſt.*

77 *Tranſactio nil aliud eſt, quàm de re dubia, & lite incerta non gratuita pactio, ſed aliqua dato, vel remiſſo, vel promiſſo.*


78 *Diviſio omnis, quâ Dividentes de jure ſuo aliquid remittunt, implicita quædam tranſactia dicitur.*

79 *Tranſactio, ac diviſio pro inducenda fideicommiſſi remiſſione promiſcuè uſurpantur, eodemque jure cenſentur.*

80 *In utriſque enim remiſſum illud cenſetur, ubi ipſius ſcientia, aliaque concurrant neceſſaria requiſita.*

81 *Benignior autem potiùs diviſioni, quàm tranſactioni tribuenda eſt interpretatio.*

82 *Cum diviſio, licèt ſit quaſi tranſactia, magis tamen, quàm illa ſit favorabilis.*




ANtonius Anguiſſola Patritius Placentinus poſtquam in teſtamento, quod condidit anno 1585. heredes ſcripſerat Hieronymum, & Claudium filios ſuos, ordinato tum inter eos, tum inter ipſorum Deſcendentes maſculos, perpetuo fideicommiſſo, ità diſpoſuit.

*Item volo, jubeo, mando, & ordino, quod in caſu deficientiæ omnium filiorum, & deſcendentium maſculorum, ut ſupra, ſupereſſent aliquæ filiæ fœminæ ex dictis filiis, & deſcendentibus meis legitimis, &, ut ſupra, nondum nuptæ, quod tunc, & eo caſu, ſi dictæ filiæ ſe Matrimonio copulari voluerint cum aliquibus ex filiis, & deſcendentibus maſculis quondam D. Baptiſtæ Anguiſſolæ ſenioris, & filiæ quondam D. Lancellotti, quod tunc, & eo caſu dictæ tales filiæ ſint, & eſſe debeant heredes univerſales dictorum omnium Bonorum meorum, &, ut ſupra, æquis portionibus, & poſt eas earum filii maſculi legitimi, & naturales ex legitimo Matrimonio nati, & procreati ex familia, & agnatione de Anguiſſolis, & ut ſupra, & in caſu, quo nollent ſe ſe, vel aliqua ex eis nollet ſe Matrimonio copulare cum aliquo, ſeu aliquibus ex filiis, & Deſcendentibus maſculis, & legitimis, & naturalibus dicti quondam D. Baptiſtæ ſenioris, & ut ſupra, in dicto caſu dicta filia, ſeù dictæ tales filiæ, poſſit, vel poſſint, & debeant dotari juxta modum, & conditionem facultatum earum Parentum tunc temporis, & ſi una tantùm ſuperſit filia, & ut ſupra, & ſe Matrimonio copulare voluerit cum aliquo ex dictis Deſcendentibus, & ut ſupra, quod tunc, & in eo caſu dicta talis filia ſit, & eſſe debeat heres univerſalis dictorum omnium Bonorum meorum, & ut ſupra, & poſt eam ejus filii maſculi legitimi, & naturales, & ex legitimo Matrimonio nati, & procreati, & de familia, & de agnatione de Anguiſſolis, &, ut ſupra, & non aliter, & in caſu, quo nollet ſe Matrimonio copulare, habeat tunc temporis dotem condecentem juxta facultates, &, ut ſupra, & non aliter.*

Poſt obitum Antonii, ejuſdem hereditas anno 1590. diviſa fuit inter Hieronymum, & Claudium ipſius filios, & coheredes, & mortuo ſinè filiis Claudio, conſolidata tota fuit in Hieronymum, qui deceſſit anno 1615., relictâ Beatrice, ipſo vivente, nuptâ Comiti Federico Scoto, & Luciâ alterâ filiâ nondum nuptâ, utramque teſtamento condito priore anno 1614. heredem relinquendo in ſuis Bonis liberis, & quia dictas filias pari amore dilectas, ad æquales etiam hereditatis partes vocare cupiebat, juſſit Beatrici, quod dotem jam viro traditam, & tertiam Bonorum partem eidem poſt ſuum obitum promiſſam imputare deberet in medietatem hereditatis, in qua eam inſtituerat, deindèque cupiens, quod Lucia altera filia innupta cum viro copioſæ, præclaræque familiæ ſplendidas nuptias contraheret, deſignavit qualitates, conditionemque Viri, cui illa nubere deberet, ſi eâdem hereditate eidem relicta potiri, fruique vellet, dixitque.

*E più voglio, ed ordino, perchè deſidero grandemente, che detta Signora Lucia mia figliola, ed erede iſtituita, come ſopra, ſi mariti, o ſia maritata più condecoroſamente, ed onorevolmente, che ſia poſſibile, che, ſe per qualſivoglia caſo ſi mariterà, o ſarà maritata in perſona, che non ſia nato di legitimo Matrimonio da principio, e veramente, e non fintamente, e che non ſia nobile, e nato di nobile famiglia, ovvero, ſe ben ſarà nato di legitimo Matrimonio, e, come di ſopra, e ſarà nobile, e nato di nobile famiglia, non abbia Beni ſtabili, che ſiano d'entrata almeno di mille, e cinquecento ſcudi, in quel caſo detta Signora Lucia mia figlia non poſſa avere; nè conſeguire in detti miei Beni, & eredità ſe non per ſua legitima, privandola in quel caſo, come così la privo, di tutto il rimanente della mia eredità, e Beni, qual rimanente voglio, ed ordino, che in detto caſo ſia ipſo jure, & facto applicato incontinente alla detta Signora Beatrice, e ciò, perchè così è ſtata, ed è l'ultima mia volontà, e diſpoſizione. =*

Cum autem paulò poſt Lucia nupſiſſet Cæſari An-

Anguiſſolæ deſcendenti à Joanne Baptiſta quondam Lancellotti cum dote ab ejus Tutore, & Curatore illi conſtituta in libris ſexaginta millibus, graves inter præfatas Sorores ſubortæ fuerunt lites, nam Lucia, tamquam nupta Cæſari Anguiſſolæ, vindicare contendebat Bona omnia avita Antonii, qui, deficientibus maſculis, vocaverat fœminam innuptam, quæ in Matrimonium duceret unum ex Deſcendentibus Joannis Baptiſtæ, qualis erat Cæſar, excluſâ Beatrice extra familiam Anguiſſolam in Matrimonio collocatâ.

Contra verò Beatrix pluribus rationibus excipiebat, hujus contraventionis colore repelli non poſſe ab avita hereditate, immò per viam reconventionis à Lucia ſorore repetebat medietatem hereditatis eâ lege eidem à Patre relictam, ut nuberet viro nobili, ſcuta mille, & quingenta in annuo cenſu, redituque numeranti, quibus Cæſar caruiſſe dicebatur, licèt ceteroquin ornatus aliis omnibus qualitatibus, atque prærogativis à Teſtatore requiſitis.

Mutuis hiſce petitionibus delatis ad Excelſum Ducale Conſilium Placentiæ, acerrimæ jam lites coram eo intendi cœperant inter utramque Sororem, ſed poſt aliquandiù judicialiter diſceptatam Cauſam, tandem die 6. Aprilis 1620. litem omnem tranſigerunt, æqualiter dividendo Bona omnia tàm avita, quâm paterna, per hæc verba. = *Volentes, & intendentes devenire ad partes, & diviſiones Bonorum, jurium, actionum, creditorum, & debitorum, ac aliorum creditorum per prædictum quondam perilluſtrem D. Hieronymum ipſarum DD. Comitiſſæ Beatricis, & Luciæ ſororum olim Patrem in ejus hereditate, & Bonis exiſtentibus tàm in præſenti Civitate Placentiæ, quàm etiam in Loco S. Georgii Ducatus Placentiæ, & alibi, & per eumdem D. Hieronymum tempore ejus vitæ, & mortis tentorum, & poſſeſſorum, ſeù quaſi, & poſt ejus mortem per ipſas DD. Sorores gaviſorum in communi, & pro indiviſo, & in quibus dictæ DD. Sorores inſtitutæ fuerunt heredes univerſales à dicto quondam D. Hieronymo earum Patre in ejus ultimo teſtamento per eum condito, tales partes, & diviſiones fecerunt, & faciunt, ut infra &c.* =

Rerum ita diviſarum dominium ſuum, commoda, utilitateſque omnes altera in alteram condividentem tranſtulit pleno jure, mutuâque conceſsâ facultate de illis liberè diſponendi, utraque condividentem conſtituit Procuratricem in rem propriam, altera pro altera poſſidere conſtituit, ſancitumque fuit, ut unaquæque earum *ſit, & ſuccedat in omnem locum, & jus alterius, & ejus vires in omnibus obtineat*, ſunt verba diviſionis, & tranſactionis, quam demum confirmaverunt pluribus pactis, omneſque præteritas lites obliterando, tum ipſas condividentes, tum earum heredes illam perpetuò ratam habituras profeſſæ fuerunt, ſubdentes, = *& reſpectu litium, & in executivis utraque pars viciſſim promiſit obſervare prædicta omnia ſub obligatione Bonorum, & ſub amplis renunciationibus.* =

Licèt autem dictæ Sorores in hac diviſione aviti fideicommiſſi mentionem nullam fecerint, nihilominus in dubium non venit, quin Bona etiam illi obnoxia in eadem comprehenderint, ut enim omnia à Hieronymo eorum Patre poſſidebantur, ſic etiam ſub nomine hereditatis paternæ promiſcuè illa partitæ fuerunt, proindeque, cum ſcirent, mutuas omnes, univerſaleſque prætenſiones fuiſſe hâc diviſione ſopitas, quoad vixerunt, religiosè eam obſervaverunt, nullo umquam colore illis ampliùs excitatis, licèt plures controverſiæ inter eaſdem, occaſione hereditatis Hieronymi Patris, exortæ fuiſſent.

Quamobrem Comitiſſa Beatrix agnoſcens, collatum ſibi fuiſſe plenum dominium rerum, quas in diviſione habuerat, & idcircò liberè de illis diſponere poſſe, eadem ſubjecit perpetuo fideicommiſſo primùm favore Alexandræ filiæ ſuæ nuptæ Marchioni Aloyſio Scoto, & deindè ceterorum omnium illius Deſcendentium reciprocè ordinato, ſuper cujus fideicommiſſi exiſtentia exortâ lite inter Dominum Marchionem Annibalem Deodatum ex Fabio filio Alexandræ nepotem, & DD. Comites Federicum, & Antonium Mariam de Scotis filios Alexandræ, & Patruos dicti Marchionis Annibalis, Excelſum Ducale Conſilium Placentiæ, ad quod Cauſa delata fuerat, pronunciavit ſuper exiſtentia fideicommiſſi perpetui, & quidem reciprocè pro ſuis Deſcendentibus conditi à Beatrice, adjudicando D. Marchioni Annibali portionem ei debitam, cujus judicati executionem impedire ſatagentes præfati Comites Federicus, & Antonius Maria, captarunt à D. Comite Alexandro Anguiſſola Luciæ filio ceſſionem quamdam aſſertorum jurium ſibi competentium vigore fideicommiſſi ab Antonio conditi favore fœminæ nupturæ in domo Anguiſſola, quo titulo non ſolum retinere contendunt id, quod D. Marchioni Annibali adjudicatum fuit ex fideicommiſſo Beatricis, verùm etiam ab eo repetunt quidquid ex illo ad eumdem devenit; quamobrem duo examinanda mihi proponuntur.

Primò, nempè, an diſpoſitio teſtamentaria dicti Antonii Anguiſſolæ debeat habere locum favore D. Luciæ, ejuſque filiorum maſculorum ad excluſionem Comitiſſæ Beatricis, ejuſque Deſcendentium, cum iſta de conſenſu Patris jam nupſiſſet Comiti Federico Scoto, itàut poſt obitum D. Hieronymi Anguiſſolæ ejus Patris nubere non poſſet deſcendenti ex Baptiſta Anguiſſola, juxta diſpoſitionem avitam, ideòque præferri debeat, & ſuccedere in fideicommiſſo avito D. Lucia, quæ poſt mortem Patris nupſit D. Cæſari Anguiſſolæ deſcendenti ex dicto Baptiſta.

Secundò, an per diviſionem anni 1620. initam inter DD. Comitiſſam Beatricem, & Luciam, præviâ lite prædictâ, dicendum ſit, Sorores renunciaſſe per ſpeciem tranſactionis, prætenſionibus deductis, & portionem æqualiter obventam recepiſſe pro omni, & toto eo, quod utraque reſpectivè prætendere poterat, itàut, dato fideicommiſſo D. Antonii Anguiſſolæ, ejuſque purificatione favore D. Luciæ, iſta intelligeretur recepiſſe medietatem Bonorum pro dicto fidei-

commiſſo, ſtante præſertim mutuâ jurium ceſſione, & teneri eam imputare in ſatisfactionem dicti fideicommiſſi, etiamſi diviſio fuerit facta de Bonis tamquam paternis, & tamquam hereditatis paternæ, abſque mentione dicti fideicommiſſi aviti.

Totum hujus Cauſæ momentum eſt in examine, ac deciſione ſecundi Dubii; ſiquidem hodie non amplius integre diſceptatur de iis, quæ pertinent ad primum Dubium, videlicet de præfatarum Sororum juribus, mutuiſque petitionibus, quoad avitam, & paternam ſucceſſionem, prout olim diſputatum fuit coram Excelſo Ducali Conſilio Placentiæ, illa enim ſolemni diviſione per viam tranſactionis inter eaſdem So-
1 rores celebrata, ſublata, atque extincta fuerunt, per ea, quæ tradit *Vrceol. de Tranſact. quæſt. 73. num. 1.*; cum tranſactio ſuâpte naturâ ſecum ferre dicatur novationem priorum jurium extinctivam, adeout, eâ ſecutâ, primœvis actionibus agere ampliùs non liceat, ſed ſolùm ſuppetat actio pro iſtius obſervantia, & implemento conſequendo, per *Text. in cap. 1. de Tranſact.*, *clar. mem. Card. de Luc. de Alienat., & Contract. prohibit. diſc. 50. num. 26., & in Miſcell. diſc. 5. num. 12.*, *Monach. deciſ. 40. punct. 7. num. 70., & ſeqq.*, utpotè notant præfati Doctores; certòque certiùs id locum ſibi vindicat in caſu noſtro, in quo ex toto tranſactionis contextu, reique geſtæ ſeriè conſtat, poſteriorem con-
2 tractum non fuiſſe ſtipulatum, ad effectum dumtaxat novæ obligationis vinculo confirmandi priorem, ſed illo primœva jura novare, atque perimere voluiſſe, ut perſpicuè patebit ex iis, quæ ſubjiciemus.

Jura ergò utriuſque Sororis ita quidem examinanda ſunt, ut illorum momentis expenſis, inſpectoque ſtatu litis ſuper eiſdem à Beatrice, & Lucia introductæ, recto judicio dijudicari poſſit, an juſtam tranſigendi cauſam habuerint, earumque ſucceſſores ratum habere debeant totum id, quod illæ pro mutuis componendis controverſiis conſtabilivere.

Quamobrem, exordiendo à primo Dubio, res in noſtro caſu plana videri poſſet, nam in
3 gravi illa quæſtione de validitate conditionum nubendi certo perſonarum generi adpoſita ſucceſſionibus in majoratibus, fideicommiſſis, aliiſque ſimilibus relictis, quàm mirum, miſerumque in modum vexant Doctores, alii abſolutè ſentiunt, illas rejiciendas prorsùs eſſe, utpotè
4 minuentes libertatem Matrimonii, quam alligant certis tantùm Perſonis, *Menoch. conſ. 425., & conſ. 1083.*, ubi pro hac Sententia 20. Claſſicos Doctores enumerat, *Morottus conſ. 97. per tot.*, & apud *Rocc. diſput. jur. ſelect. cap. 194. num. 118., & ſeqq.*, & *D. Torr. Excelſi Ducalis Conſilii Præſes emeritiſſimus in ſuo luculento Tractatu de Majorat., & Primogen. Ital. part. 2. quæſt. 49. num. 2.*, alii verò tot diſtinctionum,
5 & limitationum ambagibus quæſtionem involvunt, ut ex illarum ſola notione cuique facilè pateat, quàm gravis, quàm dubia res ſit, ideoque juſtam tranſactioni cauſam præbuiſſe.

Lucia ſiquidem ab avita Antonii ſucceſſione Beatricem Sororem excluſam jure dicere videbatur tamquam non nuptam uni de Agnatis deſcendentibus à Baptiſta Anguiſſola, prout præceperat Teſtator, qui in dubium venire non poterat, quin fœminas ab ipſo deſcenſuras ſpe ſuæ hereditatis conſequendæ, invitare poſſet ad nubendum uni viro nobili de ſua agnatione,
cum in hac materia diſpoſitio omnis, quæ non 6
ſit inductiva pœnæ, ſed ſolùm invitativa ad lucrum in eventum certi Matrimonii deferendum, à jure noſtro valida cenſeatur, juxta *Magiſtrale Conſilium Oldradi 16.*, quem communiter ſequuntur Doctores.

Sicut enim Matrimonii libertatem, quam Pontificiæ, Civileſque Sanctiones enixiſſimè
tuentur, perimere videtur metus pœnæ, quâ 7
quiſpiam ad illa ineunda compellitur, aut ab eiſdem deterretur, juxta *Text. in cap. Gemma 29. de Sponſal.*, *quippe inhoneſtum viſum eſt vinculo pœnæ Matrimonia obſtringi, ſive futura, ſive jam contracta, ex Pauli Sententia lib. 15. reſponſorum relata in Lege Titia quæſt. 134. ff. de verbor. obligat. Bardellon. conſ. 20.*, *Gabriel. conſ. 12. num. 2. lib. 2.*, *Cyriac. contr. 451. num. 74. cum ſeqq.*, *Rota coram Priolo deciſ. 370. num. 2.*, ità etiam eadem libertas nulla ex parte minui, aut lædi dicitur, ſi nuptiæ inter certas perſonas concilientur ſpe lucri, quod, illis non ſecutis,
auferatur, ſeu veriùs non detur, *Guilelm. de* 8
*Benedict. in Cap. Raynutius verb. Cuidam Petro tradiderunt ſub num. 10. de Teſtament. Covarruv. in Epitom. de Matrimon. part. 2. cap. 3. §. 3. num. 8.*, *Sanchez eodem tract. lib. 1. diſput. 33. nu. 7.*, ubi, quod de hac concluſione non dubitat, *Buccaferr. conſ. 53. num. 9., & ſeqq. per tot.*, *Hieronym. Palm. conſ. 47. num. 6., & ſeqq.*, *Hondod. conſ. 95. num. 33., & ſeqq., & num. 99., & ſeqq.*, *ibique Balduc. num. 31., & ſeqq.*, *Gutier. conſ. 18. num. 2., & ſeqq., & Matrim. cap. 20. num. 74. cum ſeqq.*, *Boſſ. eodem tract. cap. 11. num. 464.*, *Mantica de conject. lib. 11. tit. 18. num. 1., & ſeqq.*, *Molin. de Primogen. lib. 2. cap. 13. num. 4., ibique Adden.*, *alter Molin. de juſt., & jur. diſput. 613. ſub num. 1.*, *Duran. de condit., & mod. impraticab. part. 2. cap. 3. num. 48.*, *Barry de ſucceſſ. lib. 17. tit. 14. num. 1.*, *Marta de ſucceſſ. legal. part. 4. quæſt. 12. caſ. 2. nu. 85.*, *Panimoll. deciſ. 51. adnot. 2. num. 1., & 2.*, *clar. mem. Card. de Luca de Teſtament. diſc. 73. ſub num. 21. verſ. Ubi autem, & de Matrimon. diſc. 14. num. 6., & in adnot. ad Concil. diſc. 26. num. 37.*, *D. Præſes Torr. de Majorat., & Primogen. Ital. part. 2. dict. quæſt. 49. num. 5., & ſeqq.*, *Rocca diſput. jur. ſelect. cap. 194. num. 120.*, *Rodulphin. allegat. 41. num. 2.*, *Fragoſ. de Regim. Reip. Chriſtian. tom. 3. diſp. 19. §. 1. num. 9., & ſeq.*, *Rota coram Priol. deciſ. 270. num. 5.*

Moventurque præfati Doctores ex ratione, quod Teſtator in caſu contraventionis non dici-
citur pœnam ullam irrogaſſe, ſed abſtuliſſe lu- 9
crum ſub conditione deferendum, ſi ſcilicet cum certa perſona nuptiæ contrahantur, quod nec nomen meretur, nec pœnæ naturam habet, quæ

quæ tunc inflicta rectè diceretur, quum non
10 adimplenti, aliquid de proprio patrimonio
ſubtraheretur, *Roman. dict. conſil. 95. numer. 34., & ſeqq., Balducc. ad præcedens conſ. 94. num. 55., & ſeqq., Covar. epitome de Matrim. quæſt. 2. cap. 3. §. 3. num. 8., Guttier. eodem tractat. cap. 20. num. 5. verſ. Non enim, Andreol. contr. 222. num. 1., & ſeqq., Torr. dict. quæſt. 49. num. 21., Urceol. de Tranſact. quæſt. 28. nu. 16. in fin., Sanfelic. deciſ. 289. num. 6. lib. 2., Rot. deciſ. 493. num. 4. part. 4. tom. 2. rec., Cardin. de Luca de Matrimon. diſc. 14. loc. cit, aliiſque apud eumdem de teſtam. diſc. 73. nu. 22., Rota coram Bich. deciſ. 89. num. 12.*

Immò, cum omnia Juris noſtri loca, demptâ legitimâ, quam ab omni onere, conditione, & vinculo immunem filiis reſervarunt,
11 plenam Parentibus poteſtatem fecerint de reliquo patrimonio arbitratu ſuo diſponendi, nil æquius, nilque magis conſonum videtur pietati illi, quâ Parentes, cum moriuntur, filiorum imbecillitati conſulere ſtudent, quàm illos ad honeſtas nuptias allicere ſpe conſequendi ea Bona, quæ poterant eiſdem non relinquere. Et quidem quæ juſta ſubeſt ratio, cur Parens, qui poteſt facere plus, non poſſit facere, quod eſt
12 minùs, & qui poteſt nullatenus concedere, ac omninò denegare, non poſſit concedere qualificatè, & ſub juſta conditione contrahendi certas nuptias, præſertim, quando conditio iſta ità diſcretè adpoſita eſt, ut Matrimonii libertatem penitùs non adimat, ut his ferrè verbis ratiocinatur *clar. mem. Cardin. de Luca de Matrimon. diſc. 14. num. 7., & 8., & priùs notaverat diſc. 73. num. 23. de teſtament., & latiùs Roman. dict. conſ. 95. num. 12., & ſeqq., & num. 41.*

Parumque referre dicebatur, an hujuſmodi
13 onus, ſeù præceptum à Teſtatore adpoſitum fuerit inſtar conditionis, ut noſtri dicunt, ſuſpenſivæ, & à parte ante, ſive inſtar modi expoſt adimplendi, ſemper enim obſtant præfatæ perfectæ adquiſitioni, quam vel abſolutè impediunt, vel reſolubilem reddunt, *Cardin. de Luca de Matrimon. dict. diſc. 14. num. 7.*, non enim ambigendum videtur, quin is, qui lucrum dat, ſive illud ſub conditione, ſive ſub modo dede-
14 rit, poſſit etiam privationis penam adjicere, *Guttier. conſ. 18. num. 3., & 4., quod refert, & ſequitur in tract. de Matrimon. cap. 20. num. 5. in fine.*

Verùmtamen, licèt diſtinctio iſta rejiciens conditiones tantùm inductivas pœnæ, & approbans illas, quibus lucrum defertur eâ lege, ut filius, vel filia certo perſonarum generi nubere
15 debeat, videri poſſit verior opinione illâ, quam tradunt plurimi acriores, ſeverioreſque vindices libertatis Matrimonii, qui conditionem quamcumque quoquomodo illam lædentem reprobant, nihilominùs Beatrix, hac ipsâ ſuperiùs traditâ diſtinctione juvari poſſe videbatur, & quia Doctores alii nec numero exigui, nec
16 auctoritate impares præcitatis Auctoribus, mores præcepti, quo admonentur, Leges, non verbis, ſed rebus, impoſitas eſſe, optimèque callentes, ademptionem lucri perſæpè æquipollere, quinimò acerbiorem eſſe graviſſimâ
pœnâ, diſtinctionem illam magis æquâ ratione 17
declarandam eſſe cenſuerunt, atque idcirco, poſthabito nomine pœnæ, & lucri, ſubdiſtinxerunt, licere quidem honeſti lucri ſponſione, atque illecebris invitare ad Matrimonia cum perſonis Teſtatori gratis contrahenda, eademque prohibere perſonis illi invitis, at verò, ſi lucrum, quod ſub certarum nuptiarum condi-
tione promittitur, magnum ſit, quis umquam 18
rectò ſenſu præditus dixerit, illius amiſſionem, ſive ademptionem æquiparandam non eſſe pœnæ? *Angelus Rodulphin. allegat. 31. num. 4., de Marin. var. reſolut. lib. 1. cap. 144. num. 13. in fin.*, & relatis pluribus antiquioribus, docuit *Rota deciſ. 493. num. 3., & ſeqq. part. 4. tom. 2. rec., coram Gregor. deciſ. 326. num. 19., & deciſ. 93. num. 11. part. 10., Rocc. diſput. jur. ſelect. cap. 194. num. 121.*, ubi plurimos refert graviſſimos Doctores, & *Rotæ Deciſiones* ità limitantes concluſionem, quod quis ſpe lucri invitari poſſit ad Matrimonium, atque uno ore recipientes conditionem hanc, ſi ſub ea paterna, aut avita hereditas ad poſteros deferatur.

Nam quid triſtius, quid acerbius Liberis evenire poteſt, quàm repelli ab hereditate eiſdem
quaſi debita, etiam in vita Parentum, & qui- 19
dem non aliud ob crimen ab èa excludi, niſi quia non contraxerunt nuptias ab illo præſcriptas? ut notarunt *Cyriac. contr. 451. num. 83., & ſeqq., Rot. dict. deciſ. 93. loco citato*, quæ ſanè injuria velari nequit commentitio illo colo-
re paternæ pietatis, ac providentiæ, filiorum im- 20
becillitati hac ratione conſulentis, quia tantùm abeſt, quod hujuſmodi præceptis commodum ullum filiis comparetur, ut potiùs iidem illa religioſiùs obſervando perſæpè maximis priventur utilitatibus, & ſplendidis prohibeantur nuptiis, ut evenerat in caſu, ſuper quo reſpon-
dit *Morottus dict. conſ. 97.*, in quo Pater juben- 21
do filiæ, ut nuberet uni de aguatione, eidem intercipiebat præclariſſimas cum Celſiſſimo Principe conſanguineo Regiæ Celſitudinis Ducis Sabaudiæ.

Magis verò, magiſque augeſceret hujuſmodi ademptionis acerbitas, ſi illa à Teſtatore fuiſſet
indicta poſt lucrum filiæ purè, & perfectè quæ- 22
ſitum, tunc enim cum contraventio ſecumferat amiſſionem rei jam effectæ de proprio patri-
monio, contraveniens dicitur fieri pauperior, 23
ac pœnam ſentire, maximè, ſi agatur de re gravi, quæ, tametſi delata fuerit titulo lucrativo, nihilominùs illius privatio pœnam irrogare di-
citur, per ea, quæ tradit *Rota coram Priolo deciſ.* 24
*270. num. 3., & 4., de Marin. variar. reſol. lib. 1. cap. 244. num. 13.*

Hæc autem ſi per ſe ſpectata ſufficerent, ut Beatrix avitæ hereditatis amiſſionem effugiſſe dici poſſet, potiori jure eadem ab omni damno immu-

immunis ſervanda erat, ſi intucamur peculiares
circumſtantias, ob quas eximebatur ab obſerva-
tione præcepti nubendi uni de Deſcendentibus
Baptiſtæ, nam, præterquamquod tempore, quo
illa ad nubilem jam progreſſa ætatem deſponſa-
ta fuit Comiti Federico Scoto, fieri potuit,
quod inter Deſcendentes D. Baptiſtæ nullus
adeſſet, cum quo commodè Matrimonium
inire poſſet, vel ob nimiam diſparem ætatem,
(ut de facto erat in caſu D. Cæſaris habentis ſo-
lùm annos duodecim, cum D. Lucia annos duo,
& viginti numeraret) vel ob alios defectus, &
25 legitima impedimenta, quo caſu, nè penitùs
adempta diceretur libertas Matrimonii, vel ſal-
tem, nè eadem nimium coarctaretur, remiſſius
cenſendus erat hujuſmodi præcepti, & conditio-
nis rigor, per ea, quæ latè tradit *Rocca diſput.
jur. ſelect. cap.194. num.122. cum pluribus ſeqq.*,
*Rota deciſ. 493. num. 61. cum pluribus ſeqq. part.
4.tom.2.rec.*; Certiùs, quia Beatrix nupſerat mul-
tos annos ante delatum avitum fideicommiſſum,
& quidem tempore, quo Hieronymus ejus Pa-
ter habebat ſobolem maſculinam, aliamque ſu-
26 ſcipere poſſe fortè credebatur; erat enim in hu-
manis Lucas Antonius ejus filius, qui vitâ fun-
ctus eſt longè poſt Matrimonium Beatricis, nul-
la autem juſta, ac prudens ratio, non pietas er-
ga fratrem, non denique libertas, quâ gaudere
debent Matrimonia, permittebant, ut illa nup-
tias differret, quaſi expectatura triſtem even-
tum obitus Fratris, quid enim magis ab huma-
nitate omni abhorruiſſet? quidque umquam ex-
cogitari potuerit magis contrarium univerſi Ju-
ris, ac legum menti? ita enim evenire potuiſ-
ſet, quod Beatrix, fratre non decedente, nup-
tiarum, & ſucceſſionis commodum amiſiſſet,
ideoque, cum deindè per obitum Patris, & fra-
tris ejus favore præter ſpem omnem purificatum
27 fuit dictum fideicommiſſum, cum conditio nu-
bendi uni de Deſcendentibus Baptiſtæ de facto,
& de jure impoſſibilis diceretur, ad illud admit-
tenda erat, perindè, ac ſi purè relictum fuiſ-
ſet, nullaque adpoſita hujuſmodi conditio per
ea, quæ latè tradit *Monſ. conſult. 114. tom. 2.
fol. 115.*

Verùm etiam, pro eadem ab omni pœna vin-
dicanda, plurimùm urget bona fides deſumpta,
28 tum ex minori ætate, tum etiam ex ignorantia
hujuſmodi præcepti in Minore ſemper præſu-
29 menda, ex cumulatis apud *Caſtil. contr. Juris lib.
5. cap.127. num. 43., & ſeqq. tom.6.*, tum de-
nique ex eo, quod nobilis illa Puella honeſtè
recuſare, aut contradicere non poterat nuptiis
auctoritate Patris cum Comite Federico de Sco-
30 tis ejus viro conſtabilitis, his enim concurren-
tibus circumſtantiis, cum illa dici non poſſet do-
lo malo contraveniſſe præcepto Teſtatoris pe-
culiares nuptias optantis, idcircò vel nullam
commiſerat contraventionem, quæ plectenda
eſſet pœnâ ademptionis hereditatis avitæ, *Mo-
rott. conſ.97. num. 25.*, *Sanchez. de Matrimon.
lib. 1. diſputat. 34. num. 13.*, *Panimol. deciſ.57.
adnot. 2. num. 16., & ſeqq., cum aliis apud Bich.
deciſ. 89. num.9.*, vel ſaltem eidem ſuccurren-
dum erat ope reſtitutionis in integrum, non qui-
dem adverſus Matrimonium jam contractum,
quod diſſolvi amplius nequibat, ſed adverſus 31
pœnam ademptionis Bonorum, quam ob Ma-
trimonium Patris arbitrio, & auctoritate con-
tractum incurriſſe prætendebatur, *Morott. conſ.
97. ex num. 23. ad finem*, *Altograd. conſ. 77. ex
num. 48. lib.2.*, *Marcian. jun. diſputat.77. num.
24.*, *clar. mem. Cardin. de Luca de Matrimon. dict.
diſc. 14. num.9.*, *Andreol. contr. 222. num. 5.*,
*Angel. Rodulphin. allegat. 41. num. 3.*, *Rota co-
ram Bich. deciſ. 89. num. 10.*, quæ *num. 23., &
ſeq.* id admittit in muliere, licèt contrarium 32
ex facti circumſtantiis ſentiat de viro majore *dict.
deciſ.493. num.75., & ſeqq.*, ubi firmat, requi-
ri interpellationem, ut Puella nubens incidat in
amiſſionem lucri, & reaſſumit *num. 90. cum 33
aliis ſeqq.*

Nihilque turbat, quod hujuſmodi ſpecioſo
prætextu ſuccurrendi imbecillitati Puellarum ex
ea fide obſequentium Parentum votis facilè non
debeat everti ſuprema Teſtatorum voluntas,
quam exitum habere omni jure, oportet, præ- 34
ſertim, cum verſemur in materia, in qua locus
eſſe nequit beneficio reſtitutionis in integrum,
tum quia conditio à Teſtatore volita, adimple-
ri ampliùs non poteſt, ut obſervat *D. Præſes
Torr. de Majorat., & Primogen. Ital. dict. quæſt. 35
49. num. 18., & ſeq.*, tum etiam quia procul
ab ea abeſt læſio, quæ eſt cauſa concedendi di-
ctam reſtitutionem, nam ſive intueamur diſpo-
ſitionem Teſtatoris invitantis Puellam innuptam
ab ipſo deſcendentem ad nubendum uni de agna- 36
tione, ut in ea Bona ſua conſerventur, ſive
ſpectemus nuptias à Beatrice contractas, eadem
nullum præſens damnum, læſionemque patieba-
tur, ſed illud ab incerto pendebat eventu.

Objectum ſiquidem iſtud, licèt ob auctorita-
tem, & rationem, quibus innixum eſt, urge-
re videatur, nihilominus facilè ſubmovetur,
quia, ſi de auctoritate agatur, numero, & nomi- 37
ne Inſignes Doctores ſtant pro alia ſententia,
& ipſemet doctiſſimus D. Præſes, licèt non ex-
cuſet Puellas impulſu Matris nuptias contrahen-
tes cum perſonis non comprehenſis in diſpoſitio-
ne Teſtatoris, nihilominùs aliter ſentire vide-
tur, quando eædem auctoritate Patris ad illas
cogantur, ſi verò rationem expendamus, reſ-
pondemus, quod impotentia adimplendi condi-
tionem impedire nequit reſtitutionem in inte-
grum adverſus lucri amiſſionem, vel pœnam pri- 38
vationis inflictam ob illius non adimplemen-
tum, eò quia iſtud ob antecedentes nuptias de
jure, & de facto impoſſibile reputatur, ideòque
conditio pro non adpoſita habetur, ut jam pro-
bavimus, læſio verò metienda non eſt ex tem-
pore, quo actus nuptiarum expletur, ſed ex
poſteriori eventu; nam, ſi Puella minor, &
ignara oneris contrahendi Matrimonium cum
certo perſonarum genere à Teſtatore impoſiti, 39
obſequendo paternis imperiis, ejus mentem non
impleverit, læſio ex ſubſecuto eventu patefa-
cta

ĉta, retrotrahetur ad tempus nuptiarum, & ju-
ſtam præbebit cauſam concedendi reſtitutionem
Puellæ, quæ, ſuppoſito, quod hujuſmodi con-
40 ditio à Teſtatore adpoſita, obſtare poſſit tempo-
re contracti Matrimonii, fingitur decepta, ut
optimè diſſerit *Altograd. dict. conſ.77. num.57., & ſeqq. lib.2.*

Hæc igitur cum ità ſe habeant, &, ut benè in
ſimili caſu animadvertit *clar. mem. Cardin. de Luca de Matrimon. ſæpiùs citato diſc.14. num.9.*,
tantarum rationum, & auctoritatum funda-
mento Beatrix juſtè credere potuiſſet, ſimiles
conditiones, & præcepta nullo pacto eſſe obli-
gatoria, vel ſaltem adversùs illas juvari potuiſ-
ſe beneficio reſtitutionis in integrum, quo juſto
41 colore dici, affirmarique poterit, tot graviſſima
rationum momenta, quæ certè ſuffeciſſent pro
conſequenda dicta reſtitutione, ſuffragari non
poſſe pro ſuſtinenda tranſactione, eadem ex
cauſa celebrata? juxtà enim cuique notas regu-
las certum eſt, quod ad illius validitatem,
nedum ſufficit quælibet occaſio dubitandi, tam-
etſi modica, *Rota coram Merlin. deciſ.799. num. 20.* poſt *D.Torr. de pact. futur. ſucceſſ. deciſ.174. num. 5., & in rec. deciſ. 17. num. 13. part. 14., deciſ. 107. num. 7., & 8. part. 15., deciſ. 262. num.14., & deciſ. 317. nu.3., & ſeqq. part. 19. rec.*, verùm etiam admittitur prætenſio non ve-
ridica, *Adden. ad Gregor. deciſ. 149. num.6., Rot. deciſ.263. num.2. part.3., & deciſ.67. num. 5. part. 11. rec.*, adeòut ſufficiat procul abeſſe
42 evidentem calumniam, argumento *Text. in leg. In ſumma 65. ff. de condit. indebit. Rota coram Merlin. dict. deciſ.799. num.2., & in Romana tranſactionis, ſeù congruæ 15. Junii 1682. §. Vicario non ſufficiat cor. Rmo D. Hervault Archiepiſc. Turonen.*

Quam quidem calumniæ ſuſpicionem in no-
ſtra hypotheſi removent, tum tot eximiorum
Doctorum auctoritas, quæ procul dubio efficie-
bat, ut in quæſtione, tantâ opinionum varie-
43 tate vexatâ, tranſactio validè interponi poſſet,
*Cyriac. contr. 128. num. 90., Rota coram Priol. deciſ. 161. num.6. poſt Cauſal. ad Peregrin. deciſ. 44. num.6.*, quando unius tantùm Inſignis Do-
ctoris ſententiam juſtam cauſam illi præbere, tra-
44 dunt *Adden. ad Gregor. deciſ.149. num.6., Rota coram ſan. mem. Alexandro VIII. deciſ. 25. num.16., & deciſ.13. part. 14. rec.*, tum etiam
lis in Excelſo Ducali Conſilio introducta, tam-
etſi ſolus illius timor, vel ſola lis extra judi-
cium de facto illata, tranſactionem juſtam, vali-
45 damque reddat, *leg. 2. cod. de tranſact., Alex. conſ.41. num.5. lib.6., Gall. conſ. 12. num. 45., Fachin. contr. 35. in fine lib.1., Rota coram Priol. dict. deciſ. 161. num.4., coram Merlin. deciſ. 854. num. 5., & in rec. deciſ. 13. num. 18. part. 14.* Et denique id, quod omnem dubitatio-
nem tollit, juſtitiamque præfatæ tranſactionis
rei propè dicam evidentiâ confirmat, eſt ſimilis
petitio, quâ D. Beatrix medietatem paternæ
hereditatis à ſorore repetebat, eò quia contra
mentem, & expreſſum Parentis præceptum nup-
ſerat Agnato carenti annuo reditu ſcutorum mil-
le, & quingentorum, ideoque, ſi juſta erat pe-
titio aviti fideicommiſſi promota à Lucia, ex iiſ-
dem rationibus juſta etiam erat reconventio; 46
quâ Beatrix paternæ hereditatis reſtitutionem
poſtulabat, nam ubi eadem erat ratio, ibi eam-
dem juris diſpoſitionem eſſe oportebat, juxta
concordantia loca, & auctoritates relatas apud
*Tabor. axiom. jur. lib.16. cap.7. axiom. 13.*

Conſtabilitâ his omnibus validitate, & juſtitiâ
dictæ diviſionis, ſeù tranſactionis, nullâ juſtâ ra-
tione dubitatur, an ſub illa comprehenſa fuerint
Bona provenientia ab avito fideicommiſſo Anto-
nii, quod, licèt purificatum videri poſſet favore
Luciæ, quæ, nubendo uni de Agnatis contem-
platis à Teſtatore, illius mentem adimpleviſſe
dicebatur, nihilominùs in dubium venire ne-
quit, quin tranſactio ad illud porrigatur, &
quin Lucia in eam cauſam receperit medietatem
Bonorum in diviſione ipſi aſſignatorum, nam
quæſtio, quâ quæritur, an tranſactio extendi
poſſit de re ad rem, & ad ea, de quibus in 47
illa nominatim mentio facta non legitur, locum
habet in iis dumtaxat rebus, ſeu juribus, ſuper
quibus lis nulla mota reperitur, quæ cum ſit
ſubjectum, circa quod verſatur tranſactio, pro-
indeque tranſactio nulla ſit, ubi lis omnis ceſ-
ſat, *Rota coram Emerix deciſ. 1213. num.6.*,
rectè à Majoribus noſtris conſtitutum eſt, ut illa
reſtringatur ſolum ad expreſſa, & ad ea, ſuper
quibus lis erat, prohibitâ quacumque extenſio- 48
ne ad alia, de quibus nulla mota fuerat contro-
verſia, ad normam *Text. in leg. Si de certa 31. Cod. de tranſact.*, dummodo tamen apertè con-
trarium non evincat mens Contrahentium, tenor
verborum, & amplitudo tranſactionis, & na-
tura actus, qui geritur. Et rurſus rectè quoque
inquiri poteſt, an tranſactio ad certam rem re-
ſtricta ob latitudinem clauſularum, quibus mu-
nita reperitur, trahi debeat ad alias res, de qui- 49
bus nec re, nec verbis in ea diſpoſitum reperi-
tur, per ea, quæ latè diſputat *Urceol. de tranſact. quæſt. 81. repetit. conſult. 99.*, paſſimque
apud alios.

At aliter res ſe habet, cum, jam præexiſtente
lite, Cauſa tranſigitur, iſto enim caſu ceſſat 50
omnis quæſtio, nam, ſi tranſactio interpoſita
ſuper re, de qua litigatur, extenditur ad omnia
connexa, incidentia, atque dependentia, adeo-
ut qui de re principali tranſigit de omnibus ap-
pendicibus tranſigere intelligatur, ut poſt *Alciatum*, alioſque, tradit *Mantic. de tacit. lib. 26. tit.6. num. 19. in fin., Urceol. dict. quæſt. 81. num. 24.*, potiori jure res ipſa principaliter in
litem deducta, & quæ, ut diximus, eſt ſubje-
ctum, circa quod verſatur tranſactio, in illa
comprehenſa cenſebitur, cum extenſio prohibi-
ta dicatur ad ea ſolum, de quibus nulla lis erat, 51
*Rot. deciſ.29. num.4. part. 1. rec., & deciſ. 18. num.4. part.2.*; Prout etiam fruſtra de extenſio-
ne tranſactionis diſputatur, quando in ea diſpo-
nitur, & inter Contraſigentes dividitur, ſeù
communicatur res ipſa, de qua quæritur, an
ad illam tranſactio extendenda ſit, hoc namque
caſu non agitur de extenſione tranſactionis, ſed 52
de

de ea ſuſtinenda in re, ſuper qua fuit tranſa-
ctum, nè litium materia ſuperſit, ut benè pon-
derat *Rot. deciſ. 736. nu.10. part.18. rec.*, alio-
quin eluderetur mens legis, & fruſtraretur finis
tranſactionum unicè pro dirimendis litibus in-
53 ventarum, *Menoch. deciſ. Boneſan. 40. punct. 3.
num.58.*, *& ſeq.*, quod maximè procedit, cum
agitur inter perſonas conjunctas, *Menoch. conſ.
289. num.26.*, *& ſeqq.*

Quamobrem, cum lis inter Comitiſſam Bea-
tricem, & Luciam ſororem agitata in Excelſo
54 Ducali Conſilio, verſaretur, tàm ſuper avito fi-
deicommiſſo Antonii, quàm ſuper paterna he-
reditate Hieronymi, ſequitur, quod, ſicuti in
lite comprehendebatur tàm hereditas Antonii,
quàm illa Hieronymi Patris, ſic etiam utraque
in tranſactione comprehenſa fuerit, maximè at-
tentâ ſubſecutâ amplâ renunciatione dictæ liti,
55 ad tradita apud *Cephal. conſ.622. num.43.*, *Cy-
riac. contr.691. nu.58.*, *& ſeqq.*; Prout etiam,
cum certum ſit, quòd dictæ Sorores, nullâ um-
quam factâ præſervatione dicti aviti fideicom-
56 miſſi, prout certè facere debuiſſent, ſi de eo
tranſigere noluiſſent, æqualiter in tranſactione
diviſerint Bona etiam illi ſubjecta, concluden-
dum idcircò eſt, quod de illis etiam tranſigere
voluerunt, ut poſt *Cyriac. contr.128. num. 88.*,
*& 89.*, alioſque tradit *Vrceol. dict. quæſt.31. nu.
18. poſt med.*, qui in fortioribus terminis fir-
mat, per traditionem, ſeù diſpoſitionem de
57 aliqua re in tranſactione factam induci illius
comprehenſionem, tametſi ſuper ea nulla præ-
ceſſerit controverſia.

Quæ cum ita ſint, ſuperfluum eſt recurrere ad
conjecturas, & argumenta emendicata ex clau-
ſulis tranſactionis, quæ uberrimè ſuppeterent ex
toto illius contextu; his enim egeremus, ſi agen-
dum eſſet de tranſactione extendenda ad rem,
nec in lite, nec in illa comprehenſam, at, cum
ex controverſia directè mota ſuper Bonis fidei-
commiſſariis Antonii, atque etiam ex eorum-
dem diviſione facta in tranſactione, evidens, &
apertum ſit, ea fuiſſe ſub illa comprehenſa,
58 inutiliter ageremus de extenſione tranſactionis,
quum verſemur in caſu manifeſtæ comprehen-
ſionis, rectèque notaremur cenſurâ *Bald. in leg.
Certo generi §.1. ff. de ſervit. ruſtic. Prædior.* re-
darguentis imbecillitatem eorum, qui per obſcu-
ras, & dubias conjecturas mentem Contrahen-
tium inveſtigant, quando illa ex verbis pateſit,
59 factoque ipſo, quod eſt potentiùs verbis, ſeſe in-
dicat, quem locum refert, pluribuſque exornat
*Tabor. axiom. jur. lib.3. cap. 30. axiom. 2.*

Verumtamen, licèt in re clara conſultò omit-
tamus inutiles conglomerare conjecturas, nihi-
lominus non pigebit aſſumptum confirmare effi-
caciſſimâ ratione, quam quidem afferimus, non
ut factum, quod manifeſtum eſt, ratione com-
probemus, ſed ut, cur ita fieri debuerit, cur ſci-
licet in tranſactione Bona etiam Antonii com-
prehendi oportuerit, ratione demonſtremus,
ex ſerie namque facti ſuperiùs recenſita conſtat,
dictas Sorores mutuis petitionibus laceſſitas li-
tem intentaſſe ſuper avita, & paterna hereditate,
Luciam petiiſſe primam uti ſibi debitam, Bea-
tricem vindicaſſe illam Patris, ſi autem in ſub-
ſecuta tranſactione actum fuiſſet de ſola Patris
hereditate, deque ea dumtaxat ſorores tranſe-
giſſent, nemo non videt, quàm læſivam, &
quàm fatuam tranſactionem Beatrix iniviſſet;
Lucia enim leoninâ, & omni jure improbatâ di-
viſione occupaſſet totum fideicommiſſum avi-
tum, quod ſibi pertinere contendebat, & præ-
terea extorſiſſet medietatem paternæ hereditatis,
à qua Beatrix illam excluſam eſſe contendebat,
& hæc viceversâ commodum nullum, nullam-
que utilitatem ex tranſactione reportaſſet, imò
cum evidenti damno, omnium ſuorum Jurium ja-
cturam feciſſet; cum autem Jura omnia ab adeò 60
exorbitanti inæqualitate abhorreant, eamque
elimineut tum ab omnibus contractibus, tum
præcipuè à tranſactione, idcircò pro ea evitanda
tranſactio extendenda eſſet ad Bona etiam avita
Antonii, tametſi nullatenùs in ea comprehenſa 61
fuiſſent, *Cephal. conſ.522. num.37.*, *Caren. reſol.
105. num. 2. & 3.*, *Mantic. de tacit.*, *& ambig.
lib.26. tit.6. nu.20. & ſeq.*, & quidem, cur præ-
fatæ ſorores in duas partes æquales avita, &
paterna Bona diviſiſſent, niſi rem ad æqualitatem
reducere intendiſſent? Cum enim agnoſcerent,
tanti æſtimari poſſe litem ſuper paterna heredita-
te, quanti valebat avita hereditas (æqualis enim
valoris fuiſſe ſupponuntur) rectè æquali diviſione
eaſdem partitæ fuerunt, prout exigebat natura
mutuæ petitionis deductæ in Judicium, in quo
Beatrix tantundem; Lucia repetebat, quantum
iſta à Beatrice poſtulabat, eòque magis hæc ur-
gent in caſu noſtro, quia verſamur in tranſactio- 62
ne celebrata inter Sorores, undè ſtrictiſſima ſan-
guinis conjunctio expoſcit, ut religioſiùs inter
eas ſervetur æqualitas, bonaque fides ſanctiùs cu-
ſtodiatur, tametſi tranſactio extendenda eſſet ad
non expreſſa, & ad ea, quæ ſub lite comprehenſa
minimè fuiſſent, *Vrceol. de Tranſact. q.81. n.20.*

Et denique his omnibus robur addit ſubſecuta
obſervantia 80. circiter annorum vetuſtate, at-
que auctoritate comprobata, ex qua conſtat, 63
quòd nec calore controverſiarum poſt tranſa-
ctionem exortarum inter præfatas ſorores, nec
alio umquam quæſito colore, Lucia, ejuſque
filii auſi fuerunt quidquam à Beatrice, vel ejus
heredibus repetere vigore fideicommiſſi aviti,
ex qua profectò adeò longæva obſervantia evi-
dens reſultat argumentum, quòd etiam ſuper eo
tranſactum fuerit, nè ſemen ullum litium inter
perſonas adeò conjunctas ſurgere ampliùs poſſet,
*Rota coram Cavaler deciſ.407. num.9.*, ubi firmat,
ſufficere obſervantiam octodecim annorum, *Lan-* 64
*cellot. Gall. conſ.63. num. 28. & ſeqq.*, *deciſ. 351.
num.29. & ſeq. part.9.*, *dec.44. num.15. poſt Cen-
ſal. ad Peregrin.*, *Bonden. collnct. legal.17. n.67.
& ſeqq. lib. 2.*, nullo igitur jure tot annorum ſi-
lentio deletæ, extinctæque lites hodie ad vitam
revocantur ſub inani prætextu, quòd Bona aviti
fideicommiſſi non fuerint comprehenſa in tran- 65
ſactione, cum Lucia eo nomine jam receperit,
& in eam cauſam imputare teneatur quidquid
ex tranſactione conſecuta fuit.

Hine

Hinc parvi refert, quod Bona in tranſactione
diviſa, denominata fuerint paterna, & non etiam
avita, quia, cum *ſit juſtum, voluntates Contra-*
66 *hentium magis, quàm verborum conceptiones inſ-*
*picere*, ut monuit *Imperator Juſtinianus in leg.*
*fin. Cod. quæ res pignor. oblig. leg. 1., & toto titul.,*
*Cod. plus valere, quod agitur Rot. in una Romana*
*Locorum montium 11. Decemb. 1699. §. Nec Reis*
*cor. R. P. D. della Tremoille*, quâ ratione dici po-
teſt, dictas Sorores diviſiſſe Bona tantum paterna,
quando de facto ſub ea indiſcriminatim compre-
henderunt univerſam etiam Avi hereditatem?

Qin immò tantùm abeſt, quod diviſio iſta, cum
ſit facta ſub nomine Bonorum paternorum, of-
ficere poſſet, ut potiùs aſſumptum confirmaret,
atque ex ea elicere poſſemus omnem fideicom-
miſſi remiſſionem, ſi quæ illius pars ad Beatri-
cem perveniſſet, cum enim præfatæ Sorores ad
dictam diviſionem devenerint, non ut diſſolve-
rent communionem Bonorum tantùm, ſed ut
componerent lites ſuper eiſdem judicialiter illa-
tas, cumque etiam ambigi nequeat, quin utra-
que ſcientiam haberet aviti fideicommiſsi, de
quo à Lucia lis mota jam erat, dum deindè Bona
omnia tàm avita, quàm paterna indifferenter
67 diviſerunt ſub nomine hereditatis paternæ, di-
cendum eſt, quod, removendo cujuſcumque
fideicommiſſi obſtaculum, rem reducere quod-
ammodò voluerint ad terminos inteſtatæ ſucceſ-
ſionis, ſublatâ ſpe omni ad illa umquam redeun-
di ex titulo aviti fideicommiſſi; dubitari namque
poſſet, an diviſio facta de Bonis tamquam here-
ditariis Patris induxiſſet remiſſionem fideicom-
miſſi eo tantùm caſu, quo Condividentes illius
68 ignorantiam habuiſſent, *Rota in una Balneore-*
*gien. Fideicommiſſi 5. Decembris 1691. §. penulti-*
*mo, & 21. Aprilis 1692. §. Quantum autem co-*
*ram R. P. D. Caprara*, & aſſumptum confirmari
poſſet pluribus aliis argumentis elicitis ex natu-
ra, & verbis tranſactionis.

Ex natura quidem actus, quia ex illo reſultaſ-
ſet maxima inæqualitas, ſi in eo nulla fuiſſet ha-
bita ratio avitæ hereditatis, Beatrix quippè libe-
rè dividi paſſa fuiſſet paternam hereditatem, Lu-
cia verò jura omnia, quæ prætendebat ſuper avi-
69 to fideicommiſſo, retinuiſſet, quod repugnat
æqualitati ſervandæ in diviſione, ideoque, ſicuti
Beatrix in communem Bonorum dividendorum
acervum contulit Bona omnia ſua, ſuaque jura,
pari ratione Lucia quoque jura, Bonaque, quæ
vigore fideicommiſſi propria eſſe contendebat,
communicaſſe cenſenda eſt, *Rota apud Urceol.*
*decif. 67. num. 3., decif. 174. num. 2. part. 13. rec.,*
*decif. 135. num. 6. & ſeqq. part. 14., & decif. 55.*
*num. 20. & ſeqq., impreſſ. poſt tract. de pact. futur.*
*ſucceſſ. D. Præſidis Torr.*, maximè quia ageba-
tur de prætenſionibus, quæ mutuæ erant, & reci-
procæ, quo caſu facilius utraque ex Condividen-
tibus jus ſuum remiſiſſe cenſetur, *Mierez. de Ma-*
*jorat. part. 4. quæſt. 22. num. 64.*

Conſonant naturæ actus clauſulæ, quibus ſti-
pulata legitur diviſio, in qua conventum fuit,
70 quod (ſunt verba diviſionis) *unaquaque ipſarum*
*Partium, earumque heredes, & cui dederint præ-*
*dictum totum ſuperiùs unicuique earum in partu*
*obventum &c., habeat, teneat, & exinde, quid-*
*quid voluerit, faciat ſinè alicujus contradictione*,
quo caſu in dubium non venit, quin Condivi-
dentes invicem remiſerint jura omnia fideicom-
miſſi, ex deductis in doctiſſimo *Reſponſ. feudal.*
*2. num. 77. & ſeqq.* apud *D. Præſidem Torre. in*
*ejus tract. de Major., & Primog. Ital. part. 2. fol.*
488. Prætereà ſibi mutuò ceſſerunt jura omnia,
actiones, rationes, defenſiones quomodolibet
competentia, & competitura adverſus quam- 71
cumque perſonam ſeſe invicem conſtituentes
Procuratrices in rem propriam, ut ponderat *Cy-*
*riac. contr. 285. num. 56.*, invicem ſeſe poſuerunt
in locum, jus, & ſtatum alterius, quòd pariter
ad effectum, de quo agitur, expendunt *Caebe-*
*ran. decif. Pedemont. 112. num. 17., Barry de*
*ſucceſ. lib. 8. tit. 18. num. 6.*, & ceteri apud *Rocc.*
*diſput. Jur. ſelect. cap. 21. num. 18. & ſeqq.*, plu-
raque demùm alia addiderunt, quibus tum Con-
dividentes, tum earum Succeſſores ſub omnium
Bonorum obligatione perpetuò ratam habituras 72
dictam diviſionem promiſerunt, adjiciendo ver-
ba, & pacta in rem directa diviſionis realitatem
cum fideicommiſſi remiſſione importantia, quæ
proindè procul dubio D. Beatricem, ejuſque
Succeſſores tutam reddebant ab omni moleſtia,
quæ eidem inferri potuiſſet à Lucia, ejuſque he-
redibus, cum, ut dictum eſt, non ageretur de
diviſione facta ſimpliciter pro communione diſ-
ſolvenda, ſed pro dirimendis litibus exortis in-
ter Sorores habentes ſcientiam fideicommiſſi pro
æqualitate inter eaſdem inducenda, quo caſu non
venit in dubium, quin hæc ſimul juncta, & per-
acta in ſolemni tranſactione, Beatricem, ejuſque
Succeſſores immunem reddiderint ab omni mo-
leſtia, quæ eidem prætextu fideicommiſſi inferri
poſſet, per ea, quæ tradunt *Bonden. collect. le-*
*gal. 17. num. 32. lib. 2., Rocc. diſput. jur. ſelect.*
*cap. 2. num. 20., Palm. alleg. 278. num. 39.*, quæ
omnia ſatis ſit obiter innuiſſe, quia D. Marchio-
ni ſufficit, Bona Antonii comprehenſa fuiſſe in
dicta tranſactione, illaque integrè adjudicata re-
periri Luciæ, Beatricem verò recepiſſe paternam
hereditatem liberam ab omni vinculo, atque ab
omni controverſia immunem, juxta mutuas pe-
titiones ab illis in Judicium deductas.

Quæ cum ita ſint, præoccupata jam videri poſ-
ſet futilis illa objectio, quâ ex adverſo diceretur, 73
contractum, de quo agitur, ubique denomina-
tum reperiri diviſionem, non autem tranſactio-
nem, ideoque agendum non eſſe de ſuſtinenda
tranſactione, ſed quærendum, an efficacia ejuſ-
cemodi diviſionis operari potuerit remiſſionem
fideicommiſſi in præjudicium ad illud vocato-
rum.

Verùm, ut pleniùs Parti adverſæ ſatiſfaciamus,
duplicem huic objecto ſubdimus reſponſionem, 74
quarum prima eſt, quod non tàm figura, & con-
ceptio verborum, quàm formalia actus dant na-
turam, & formam imprimunt contractui, *Thubor.*
*axiom. jur. lib. 3. cap. 84.*, ideoque, ſi ſpectemus
formalia contractus, de quo agitur, in dubium
venire non poterit, quin ille tranſactionis natu- 75
ram



Digitized by Google

ram ſortitus fuerit, nam, ut latiùs probatum eſt
in ſuperioribus locis, interpoſitus legitur ſuper
mutuis dictarum Sororum petitionibus poſt acer-
rimam litem de eiſdem inſtructam, initus appa-
ret non ad ſimpliciter diſsolvendam communio-
nem, ſed ad æqualitatem inducendam, liteſque
inter Sorores componendas, mutuis remiſſis præ-
76 tenſionibus, & demum nulla in eo facta reperi-
tur præſervatio Jurium ex cauſa fideicommiſſi
in litem deductorum. His autem omnibus per-
penſis, quis umquam juſtâ ullâ ratione dubitare
poterit, quin hujuſmodi actus reputandus ſit ve-
ra tranſactio? Hæc enim nihil aliud eſt, quàm
de re dubia, & lite incerta non gratuita pactio,
77 ſed aliquo dato, vel remiſſo, vel promiſſo, prout
definitur apud *Urceol. de tranſact. quæſt.* 2. *nu.* 8.

Altera reſponſio eſt, quod in ſubjecta materia
tranſactio, & diviſio adeò affines, adeoque con-
nexæ ſunt, ut una ab alia ſejungi minimè poſſit,
ſiquidem diviſio omnis, quà Condividentes de
jure ſuo aliquid remittunt, complicatur cum
78 implicita quadam tranſactione, diciturque tran-
ſactio, ut poſt *Angel. in leg. tres fratres 36. ff. de
pact.*, alioſque antiquiores tradit *Boer. dec.* 147.,
79 *Mart. conſ.* 31. *n.* 9.; ideoque DD., quum agunt
de inducenda remiſſione fideicommiſſi, promi-
ſcuè de utraque loquuntur, & utramque eiſdem
regulis determinant, cenſentque, tàm in tranſa-
ctione, quàm in diviſione comprætenſum, &
remiſſum dici fideicommiſſum, quando in Con-
trahentibus adeſt illius ſcientia, aliaque concur-
runt, quæ ad remiſſionem inducendam ſufficiant,
80 ut perlegi poteſt apud *Urceol. de tranſact. quæſt.*
87., ubi ſemper loquitur indifferenter de divi-
ſione, ac de tranſactione. Quinimmò ad effectum,
de quo agitur, ſi quæ diſparitas inter utramque
81 conſtituenda eſt, certè benigniori, ampliorique
interpretatione accipi debet diviſio, quæ, ut
inquit *Cavalcan. deciſ.* 36. *ſub num.* 24., licèt ſit
quaſi tranſactio, eſt tamen magis favorabilis,
quàm ipſa tranſactio, idemque ex *nu.* 21. ad rem
82 noſtram expendit verba, & clauſulas, quas pro
eliciendo ex diviſione remiſſionem fideicom-
miſſi ſupra attulimus.

### *Avenionen.*

Filii in conditione poſiti an, & quando vocati cenſeantur? Illorum vocatio deſumi poteſt ex conjecturis, & ex quibus? Fideicommiſſi remiſſio contra Ignorantem non inducitur. Pacta inter Contrahentes ad eorum favorem inita, aliorum favore extendi nequeunt, aut obligationem parere.

## VOTUM XXI.

1 *Filii in conditione poſiti, ad terminos* = Gloſ. in leg. Lucius la 2. ff. de hered. inſtit. = *non cenſentur diſpoſitivè vocati.*

2 *Verba namque conditionalia non diſponunt.*

3 *Filii in conditione poſiti, ex conjecturis, vocati cenſentur.*

4 *Filiorum in conditione poſitorum vocatio levioribus inducitur conjecturis, quum de Aſcendentis diſpoſitione agitur.*

5 *Item, quum de eorum vocatione tantùm activa.*

6 *Et in Bonis non etiam Patrui, ſed Patris tantùm.*

7 *Vocatio filiorum in conditione poſitorum ex conjecturis de ſe imperfectis non valet elici.*

8 *Procedit, etiam ad excluſionem Deſcendentium.*

*Vocatio filiorum in conditione poſitorum ex quibus excludatur conjecturis?* a n. 9. ad 17.

10 *Verba* = ed in caſo che, & in tal caſo = *adjecta inſtitutioni ordinatæ cum conditione* = ſi ſinè filiis =, *reſtringunt diſpoſitionem ad illum dumtaxat caſum obitus heredis ſinè Liberis.*

11 *Et ad caſum contrarium extenſionem impediunt.*

12 *Filiorum in conditione poſitorum vocatio excluditur ex non injuncto eorum favore reſtitutionis onere.*

13 *Præſertim, ſi, poſitis etiam in conditione ſubſtitutis, vocati expreſſim iſti fuerint.*

14 *Filiorum in conditione poſitorum vocationem excludit diſpoſitio in perpetuum non collata, nec de Succeſſoribus, linea, aut familia mentionem faciens,* & num. 15.

15 *Teſtator ſi non meminit Succeſſorum, lineæ, aut familiæ, cenſetur ſui tantùm heredis perſonam conſideraſſe.*

16 *Filii in conditione poſiti ut vocati cenſeantur, potiſſima conjectura eſt contemplatio agnationis, nec non digreſſus ad plures ſubſtitutionum gradus,*

*Hiſque deficientibus, eorum vocatio regulariter non inducitur,* ibid.

*Aliæque conjecturæ inefficaces remanent,* n. 76.

17 *Agnationis contemplatio excluditur, ſi nullibi de ea conſtet in teſtamento.*

18 *Agnationis contemplatio non inducitur, niſi expreſſè, aut ex urgentiſſimis conjecturis.*

19 *Agnationis contemplatio non ſatis reſultat ex qualitate maſculinitatis, tametſi pluries repetita; & ratio* num. 20.

20 *Maſculinitatis expreſſa qualitas, niſi votum junctum habeat agnationis conſervandæ, iſtam contemplationem non indicat, ſed meram ſexus prædilectionem.*

21 *Agnationis contemplationem non præſefert ſolum onus aſſumendi nomen, & Inſignia Teſtatoris,* & num. 22.

22 *Onus aſſumendi nomen, & Inſignia Teſtatoris pro ſola ipſius nominis memoria, non intuitu agnationis impoſitum præſumitur, conjecturis deficientibus.*

23 *Et maximè, ſi in contrarium conjecturæ urgeant.*

24 *Agnationis contemplatio excluditur, ſi non ſit expreſſa maſculinitatis qualitas.*

25 *Filiorum nomine abſque adjecto maſculinitatis tàm maſculi, quàm fœminæ comprehenduntur.*

26 *Agnationis contemplationi repugnat maſculorum æquè, ac fœminarum comprehenſio.*

27 *Agnatio, ubi deſit expreſſa alienationis prohibitio, non cenſetur contemplata.*

*Di-*

Digitized by Google

28 *Digreſſum ad plures ſubſtitutionum gradus non importat pluralitas ſubſtitutionum, quæ ab una tantùm conditione pendeant*, & num. 31.

29 *Conditio obitus heredis ſinè filiis efficit, ut pro unica habeantur ſubſtitutiones omnes ab illa dependentes.*

*Utque, eá non purificatá, evaneſcant, ac ſi factæ non fuiſſent*, ibid.

*Stantibus præſertim verbis* = in tal caſo =, ibid.

30 *Verba* = in tal caſo = *relata ad caſum obitus heredis abſque filiis, ad iſtum dumtaxat caſum diſpoſitionem reſtringunt.*

32 *Digreſſus ad plures ſubſtitutionum gradus, non-niſi in diverſis caſibus, & gradibus inducitur.*

*Debet ſiquidem non tantùm heredi, ſed ejus etiam filiis ſubſtitutus dari*, ibid.

33 *Filii in conditione poſiti, deficientibus licèt contemplatione agnationis, & digreſſu ad plures ſubſtitutionum gradus, ex aliis conjecturis vocati dici poſſunt.*

*Quales autem hæ ſint, & quomodo hunc in finem conſiderari valeant, oſtenditur* num. 34. & ſeq.

34 *Filiorum vocatio arguitur, ex quo poſiti ſint in conditione ſub gallico nomine* = en tans = *plurium graduum collectivo.*

35 *Non tamen attenditur conjectura hæc, ubi deſit ſucceſſivi temporis connotatio.*

36 *Vocatio filiorum in conditione poſitorum conjicitur ex qualitate legitimitatis, & naturalitatis in illis volita.*

37 *Secus cenſendum eſt, deficientibus aliis conjecturis, & præſertim contemplatione agnationis.*

38 *Conjicitur itidem ex qualitate realis ſubſtitutionis.*

*Hæc autem quando vel non probata, vel inefficax dicatur?* num. 39. 40. & 41.

39 *Subſtitutio licèt ad Bona principaliter directa ſit, realis non eſt, quoties alienatio non fuerit prohibita, nec Bonorum alienatio volita.*

40 *Subſtitutio, ut realis dicatur, unicè attenditur demandata Bonorum conſervatio.*

41 *Subſtitutio realis non eſt conjectura vocationis filiorum in conditione poſitorum, quum ad caſum obitus primi heredis ſinè filiis reſtricta eſt.*

42 *Vocatio filiorum in conditione poſitorum arguitur ex prohibita legitimæ, ac trebellianicæ detractione. Et quando ſecus?* num. 43.

43 *Legitimæ, ac trebellianicæ prohibita detractio pendens ab obitu primi heredis ſinè filiis, aliiſque deſtituta conjecturis, non arguit vocationem filiorum in conditione poſitorum.*

44 *Legitimæ, ac trebellianicæ prohibita detractio prohibitas tantùm perſonas afficit.*

45 *Filiorum in conditione poſitorum vocationem arguit qualitas maſculinitatis, excluſis fœminis, exoptata*, & num. 48.

46 *Intellige, ſi hæc ipſos filios, non ſi alios dumtaxat afficiat ſubſtitutos.*

47 *Diſpoſitio ultro caſus, & perſonas expreſſas non extenditur.*

48 *Maſculinitatis qualitas votum præſefert agnationis conſervandæ.*

49 *Maſculinitatis qualitas de ſe, ac ſinè aliis conjecturis non inducit agnationis contemplationem.*

50 *Filiorum in conditione poſitorum vocatio rectè arguitur ex onere deferendi nomen, & Inſignia, atque ex primogenituræ ordine injuncto ſubſtitutis*, & num. 52.

*Excluditur tamen, ſi ſimul agnationis contemplatio, aliæve non concurrant conjecturæ*, & num. 53.

51 *Onus aſſumendi nomen, & Inſignia, nec non injunctus primogenituræ ordo perpetuum inducunt fideicommiſſum.*

54 *Onera ſubſtitutis injuncta, ſunt ſub iiſdem conditionibus, ſub quibus eorum ſubſtitutiones, intelligenda.*

55 *His autem non purificatis, cenſentur evaneſcere.*

56 *Fideicommiſſum, vel primogenitura deficiunt, non purificatis caſibus, & conditionibus, ſub quibus inſtituta ſunt.*

57 *Procedit, licet agnatio videatur contemplata.*

58 *Ac, etiamſi diſpoſitio cum omnibus clauſulis ſolitis, & neceſſariis concepta fuerit.*

59 *Onus aſſumendi nomen, & Inſignia, nec non perpetuæ primogenituræ ordo, niſi filiis in conditione poſitis injunctus fuerit, ipſorum non inducit vocationem.*

60 *Diſcretivus diſponendi modus diverſam voluntatem arguit*, & num. 74.

61 *Teſtator cur in uno potiùs, quàm in alio caſu fideicommiſſum inſtituerit, inquirendum non eſt*, & num. 64.

62 *In actu voluntario ſtat pro ratione voluntas.*

63 *In actu voluntario nudum factum diſpoſitionis attenditur, rejectá extenſione de caſu ad caſum, etiam ex rationis identitate.*

65 *Diſponendi ratio ex veriſimili inducitur Diſponentis mente.*

66 *Diſponendi ratio, quæ poſſibilis eſt, attenditur, ne extenſio detur ad caſum non expreſſum*, & num. 67.

67 *Extenſio ultra caſum expreſſum ex ſola etiam dubietate impeditur.*

68 *Vocationis filiorum in conditione poſitorum conjectura eſt* = Clauſula Codicillaris =.

*Ea tamen eſt leviſſima*, ibid., *& ratio* nu. 69. & 70.

69 *Clauſula codicillaris ſupplet ſolùm defectum ſolemnitatum, non voluntatis.*

70 *Clauſula Codicillaris cenſenda non eſt apta deſtruere diſpoſitionem* = Textus in leg. Julius la 2. ff. de hered. inſtit. =.

71 *Filii in conditione poſiti, ratione prædilectionis, vocati ſunt cenſendi, vocatis filiis fœminarum pariter in conditione poſitis.*

*Contrarium veriùs, & ratio* num. 72. & 73.

72 *Vocatio filiorum in conditione poſitorum non eſt à majori, vel minori prædilectione ſubſtitutorum dimetienda.*

73 *Confirmatur ex diſpoſitione ipſius* = Textus in leg. Julius ff. de hered. inſtit. =.

75 *Teſtator præſumitur in caſum utiliorem filiis proſpexiſſe ſuis.*

77 *Pro inducenda vocatione filiorum in conditione poſitorum conjecturæ ſimul junctæ conſiderari debent.*

78 *Conjecturæ pro inducenda vocatione filiorum in conditione poſitorum, ſi leves, & imperfectæ ſint, etiam ſimul junctæ, non ſufficiunt.*

79 *Conjecturæ pro inducenda vocatione filiorum in conditione poſitorum non attenduntur, ſi contrariis elidantur conjecturis, vel reddantur ſaltem dubiæ.*

80 *Pro excluſione vocationis filiorum in conditione poſitorum reſpondendum in dubio eſt.*

81 *Procedit, etiam in terminis ſtatuti vocationem prædictam inducentis.*

82 *Verbis, non menti in dubio inhærendum eſt.*

83 *Conjecturas ipſa met earum dubietas tollit.*

84 *Creditoris favore in dubio judicandum pro Bonorum libertate.*

85 *Fideicommiſſi excluſiva obſervantia ex quibus inducatur?*

86 *Ex actibus geſtis à Perſonis veriſimiliter informatis de Teſtatoris mente obſervantia interpretativa elicitur.*

87 *Obſervantia interpretativa in dubio declarat, fideicommiſſum non adeſſe.*

88 *Fideicommiſſi remiſſio inducitur ex acceptatu illius Bonorum donatione, eorumque diviſione inter vocatos facta.*

89 *Donatarius univerſalis æs alienum Donantis tenetur ſolvere.*

90 *Fideicommiſſum, abſque illius ſcientia, remiſſum nequit dici.*

91 *Scientiam non habet ignarus, aut dubius.*

92 *Dubius ignoranti æquiparatur.*

93 *Pacta non ſunt extendenda favore aliorum, præter mentem Contrahentium*, & num. 97. 100. & 101.

94 *Pacta ſunt ſtricti juris.*

95 *Nec ultra expreſſa valent extendi*, & nu. 96.

96 *Remiſſio fideicommiſſi ex actu eam nullimodè inferente, non inducitur*, & num. 98.

100 *Pactum accollationis Debitorum inter Dividentes initum, novam non parit obligationem favore Creditorum.*

*Et tamquam reſtrictum ad commodum Dividentium, favore Creditorum nequit extendi*, ibid., & num. 101.

102 *Donatarius univerſalis non tenetur ad debita Donantis, niſi quatenus Bona donata patiatur, tametſi Inventarium non confecerit.*

*Et maximè, eo legitimè confecto*, num. 103.

103 *Inventario legitimè confecto, indubiè à Creditoribus præſervantur Donatarii univerſalis Bona.*

DOMINI Spiritus, & Petrus filii, & Donatarii univerſales Alamanni de Coccolis anno 1683. ad repellendum D. de Cabrera, qui tamquam Creditor d. Alamanni eorum Patris inſtabat pro executione ſuper Bonis ſitis in Caſtro N., allegarunt cautelam Angeli vigore aviti fideicommiſſi ordinati à Scipione de Coccolis eorum Avo, & inhibitionem obtinuerunt à D. Auditore Generali Avenionen., qui tamen deinde, completo Proceſſu, & agnitâ inſubſiſtentiâ d. fideicommiſſi, illam moderatus fuit relaxando mandatum executivum favore d. D. de Cabrera, rejecto per ſententiam d. avito fideicommiſſo.

At Cauſâ poſtmodum per appellationem devolutâ ad Rotam Avenionen., tres ex illis DD. Auditoribus priorem ſententiam reformandam eſſe duxerunt, autumantes, adeſſe fideicommiſſum, ideoque cautelam Angeli, & inhibitionem ſuſtineri.

In hoc itaque ſententiarum inter sè pugnantium conflictu, rogatus ego, ut quid Juris eſſe
cenſeam, pro veritate dicere velim, & momentum omne hujus Cauſæ poſitum videatur in vocatione dd. DD. Spiritus, & Petri, qui in teſtamento Scipionis Avi in conditione poſiti reperiuntur; præmittam regulam illam communiter apud Doctores, & Tribunalia receptam, quod
videlicet filii in conditione poſiti non cenſentur 1
diſpoſitivè vocati, juxta traditionem *Gloſſæ in leg. Lucius la 2. ff. de hered. inſtit.*, cui firmiter adhæſit etiam *Sac. Rota*, ut, omiſſis antiquioribus, dictum fuit in *Fanen. Fideicommiſſi* 18. *Junii* 1703. *§. Exiſtentia coram clar. mem. Card. Caprara, in Bononien. Fideicommiſſi de Griſonibus* 4. *Julii* 1704. *§. Altero coram bo. mem. Omanna, in Tarentina Immiſſionis* 26. *Februarii* 1706. *§. Siſtebat autem coram Rño Anſaldo Decano, & noviſſimè in Firmana Immiſſionis* 28. *Junii* 1717. *§. Juſta namque coram R. P. D. Foſcaro, & in Sutrina Fideicommiſſi* 17. *Januarii* 1718. *§. Conſtito itaque coram R. P. D. de Herrera*, ob eam
nempe rationem, quia verba conditionalia non 2
diſponunt, ut in propoſito advertit *Conſtantin. ad Statut. Urb. annot. 36. num. 91., Rota coram Arguell. deciſ. 22. num. 54. & ſeq.*

A qua quidem regula etſi eamdem *Sacram Rotam* frequenter receſſiſſe reperiamus, quoties vel adſit ſtatutum diſponens contrarium, vel ex
conjecturis ſatis conſtet de voluntate Teſtatoris 3
vocandi filios in conditione poſitos, *Rota deciſ. 617. num. 5., & 6. part. 18., deciſ. 268. num. 7. part. 19., in Romana Fideicommiſſi Luciæ de Moronis* 21. *Februarii* 1701. *§. Et ſanè coram Rño Anſaldo Decano, in dict. Bonon. Fideicommiſſi de Griffonibus* 4. *Julii* 1704. *§. Altero coram bon. mem. Omanna, & in Firmana Immiſſionis* 27. *Junii* 1708. *§. Et ſanè coram bon. mem. Molines*; præcipuè, quando agitur de diſpoſitione, ſeu Fideicommiſſo ordinato ab Aſcenden-
te, in quo leviores etiam conjecturæ admittun- 4
tur prò inducenda vocatione filiorum in conditione poſitorum, ex traditis in *dicta Romana Fideicommiſſi Luciæ de Moronis loco mox citat., in Fanen. Fideicommiſſi* 18. *Junii* 1703. *§. Præſertim coram clar. mem. Card. Caprara, in Fanen. Aſſociationis* 23. *Martii* 1707. *§. Elicitur ſexta coram bon. mem. Omanna, & in dicta Firmana Immiſſionis §. Secunda conjectura*; Certius verò, ſi ex conjecturis elici contendatur activa dumta-

xat

5 xat illorum vocatio ſejuncta à paſſivo gravamine reſtituendi fideicommiſſum ulterioribus ſubſtitutis, ut communiter diſtinguunt *Doctores*, quos ſequitur *Rota deciſ. 487. num. 3. coram Rembold.*, *in Interamnen. Fideicommiſſi 2. Julii 1708. §. Maximè coram Illmo D. Card. Scotto*, *& in Eugubina Fideicommiſſi 3. Junii 1709. §. Ex tali coram bon. mem. Kaunitz* =, & hujuſmodi tacitæ vocationis virtute filii in conditione poſiti non
6 ad portionem Patrui, ſed ſolummodò ad illam Patris ſe vocatos dicant, ut apud *Ruſtic. de liber. in condition. poſit. lib. 2. cap. 1. num. 11.*, *Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 437. num. 12. & ſeqq.*, *Rot. deciſ. 976. num. 5. coram bon. mem. Emerix jun.*, *deciſ. 500. num. 1. & 2. part. 18. recent.*, *& in celebri Romana Fideicommiſſi de Vareſiis 18. Junii 1708. §. Et quamvis coram bon. mem. Molines.*

Attamen non qualeſcumque ſufficiunt conjecturæ, ſed illæ dumtaxat recipiuntur, quæ tam-
7 quam in ſuo genere perfectæ, morali quadam certitudine ſuadere queant vocationem filiorum in conditione poſitorum, *Ruſtic. dict. cap. 1. nu. 11. & ſeqq.*, *Saminiat. contr. 53. num. 29. & ſeq.*, plurimos referens, *Conſtantin. ad ſtatut. Urb. annot. 36. num. 105. & ſeqq.*, *Rot. deciſ. 383. num. 4. part. 15.*, *& deciſ. 79. num. 1. part. 18.*, cum aliis penè innumeris cumulatis per *Rot. Florentin. apud D. Audit. de Comitibus deciſ. 60. num. 6.*, *& in Tarentina Fideicommiſſi 11. Decembris 1705. §. Quod ageretur*, *& 26. Februarii 1706. §. Atque ex his coram Rmo Anſaldo Decano.*
Cujus ſanè generis conjecturæ ſi deficiant, inte-
8 grum minimè erit recedere à regula deſumpta ex præfata *Gloſſa in leg. Lucius*, retinenda etiam ad excluſionem Deſcendentium, ut advertit *Rota deciſ. 387. num. 1.*, *& 2. coram Buratto*, *deciſ. 383. num. 4. part. 15. rec.*, *in Firmana Immiſſionis 28. Junii 1717. §. Nihilo tamen minùs coram R.P.D. Foſcaro*, *& in Sutrina Fideicommiſſi 17. Januarii 1718. §. Arduam provinciam coram R.P.D. de Herrera.*

Tantum verò abeſt, quod tales, tantæque efficaciæ reputari queant conjecturæ illæ, quæ in
9 hypotheſi, de qua agitur, conſiderari valent ad effectum inducendi vocationem DD. Spiritus, & Petri in conditione poſitorum in teſtamento Scipionis Avi, ut potius, attentè perlecto, maturèque perpenſo toto ejuſdem tenore, illorum vocatio excludi videatur, & quidem prævalidis argumentis tum affirmativis, tum negativis ab eo deductis; Teſtator enim, inſtituto herede univerſali Alamanno filio ſuo, & ſinè filiis obeunti ità ſubſtituit = *& in caſo, che il detto Signor Alamanno veniſſe à morire ſenza figliuoli legitimi, e naturali, e di vero Matrimonio procreati, in tal caſo il detto Signor Teſtatore hà reſtituito, e reſtituiſce, e ſoſtituiſce i ſudetti ſuoi Beni, & Eredità, ſenza però detrazione veruna, nè diminuzione di legitima, e quarta Trebellianica, cioè à quello delli figlioli maſchi del Signor Filippo de Draviſe, e della detta Signora Madalena ſua Moglie, che alla detta Signora piacerà di nominare, & in caſo, che la detta Signora non veniſſe a nominare il detto Erede per li detti Beni, & Eredità, per tanto il detto Signore de Norben ha nominato, & inſtituito in detto caſo il primo figlio maſchio delli detti Conjugi, & alli figliuoli ſuoi, & in caſo, che il primo moriſſe ſenza figli maſchi, come ſopra, procreati, ha egli ſoſtituito, e ſoſtituiſce alli ſudetti Beni il ſecondo figlio maſchio dei detti Conjugi, e de ſuoi figlioli, e così ſuſſeguentemente alli maſchi delli detti Conjugi, & a i loro figlioli maſchi; oſſervando l'ordine di Primogenitura à condizione, che quello, a cui accaderà la detta Eredità, ſarà tenuto a portare il nome, & armi del detto Signore de Norben: E dandoſi il caſo, che tutti li figli maſchi delli detti Signori Conjugi moriſſero ſenza figli maſchi, come ſopra, procreati, il detto Signor Teſtatore hà ſoſtituito, e ſoſtituiſce li ſudetti ſuoi Beni, & Eredità al primo figlio maſchio del detto Signor de Argenta, e della Signora Ludovica de Coccolis Conjugi, e mancando il Primogenito, al ſecondo maſchio di eſſi Conjugi, e delli figli maſchi, che ne naſceranno, oſſervando l'ordine di Primogenitura, come ſopra, e portando il nome, & arme del detto Signore de Norben, ſenza però diminuzione alcuna, e quarta Trebellianica &c.* =

Ex his autem verbis plura reſultant validiſſima argumenta pro excludenda vocatione filiorum Alamanni in conditione poſitorum; Et primum quidem illico ſeſe nobis offert ex litera teſtamenti, in quo Teſtator reſtrinxit gravamen ipſius Alamanni heredis inſtituti ad eum dumtaxat caſum, quo idem Alamannus ſinè filiis obiret, uſus enim fuit dictionibus illis taxativis 10
= *Et in caſo, che, & in tal caſo* = bis repetitis; quæ ſuâpte naturâ diſpoſitionem coarctant, & impediunt illius extenſionem ad alium caſum diverſum, atque contrarium, quo ſcilicet heres 11
cum filiis decederet, *Cyriac. contr. 522. num. 44. & ſeqq.*, *Adulin. reſolut. 61. num. 3.*, *Caren. reſolut. 29. num. 1.*, *Peregrin. de fideicomm. art. 29. num. 36.*, *Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 480. num. 3.*, *Rota coram Cavaler. deciſ. 113. num 5.*, *coram Cerro deciſ. 713. num. 4.*, *coram Priol. deciſ. 110. num. 7.*, *in rec. deciſ. 459. num. 4. part. 13.*, *& in Tyburtina Fideicommiſſi 8. Februarii 1706. §. Præcipuè coram Rmo Anſaldo*; quamobrem, ſi Alamannus gravatus non fuit reſtituere filiis, rectè indè arguitur, filios, tametſi in conditio- 12
ne poſitos, non fuiſſe vocatos, cùm iſta duo ſe mutuò reſpiciant, ſintque omninò connexa & inſeparabilia, ſcilicet gravamen reſpectu illius, qui reſtituere debet, & vocatio reſpectu ejus, cui facienda eſt reſtitutio, adeout, deficiente gravamine in Alamanno, ſubſiſtere nequeat vocatio reſpectu filiorum illius, quemadmodum, generalibus omiſſis, benè in ſpecie notavit *Ramon. conſ. 100. num. 52. verſ. Cum in caſu, qui evenit &c. non debetur onus aliquod, ſcil. gravamen.*

Alterum non leve argumentum elicitur ex eo, quod in ſubſtitutionibus factis Alamanno caſu,

q.io

Digitized by Google

13 quo ſinè filiis decederet, filii dict. ſubſtituto-
rum in conditiooe poſiti, expreſsè vocati fuerunt,
indè dicendum eſt, quod pari modo Teſtator
vocaſſet etiam filios ipſius Alamanni, ſi eos ſub-
ſtituere, & ſuccedere voluiſſet, quod cum non
fecerit, ſed eos tantùm in conditione poſuerit,
ex hoc clarè colligitur, illos vocare, & ſubſtitue-
re noluiſſe, ut benè ad rem tradunt *Anell. Amat.
conſ.91. num.18., Bellon. jun. conſ.26. num.49.,
Manſ. conſult.83. num.10. tom.9., Torr. de Pri-
mogenit. tom.2. quæſt.55. num.68. verſ. tertiò, &
ultimo, Rot. Florent. apud D. Auditor. de Co-
mitibus deciſ. 60. num. 8., Adden. ad Pamphil.
deciſ.43. num.7. verſ. in contrarium, Rota coram
Celſ. deciſ.141. nu.26.*; Certius, quia nulla adhi-
14 buit verba perpetuitatem temporis, & tractum
ſucceſſivum importantia, prout nec in ipſa con-
ditione, nec alibi umquam mentionem fecit ſuc-
ceſſorum, deſcendentiæ, lineæ, aut familiæ,
15 quo innuitur, illum conſideraſſe ſolam perſo-
nam ſui heredis, oec ulterius cogitaſſe de dura-
tione, aut extenſione fideicommiſſi, oiſi in ca-
ſu, quo præfatus heres ſioè filiis maſculis deceſ-
ſiſſet, ut obſervant *Giovagnon. conſ. 97. num. 6.
lib.1., Bellon. conſ. 5. num. 3. & 16., Cyriac.
contr.455. num.25., Gration. diſcept. 468. num.
70. & ſeqq., Ab Eccleſ. diſſert. jur. 46. num.22.
in fin.*

Præterea deſiderantur duæ illæ præcipuæ con-
jecturæ, nimirum contemplatio agnationis, &
16 digreſſus ad plures gradus ſubſtitutionum, quæ
plurimùm à Doctoribus in propoſito conſiderari
ſolent & ſinè quibus regulariter non inducitur
vocatio filiorum io conditione poſitorum, *Rota in
Tarentina Immiſſionis 11. Decembris 1705. §. Sa-
cra Rota, & §. Detruſa, & 26. Februarii 1706.
§. Atque ex his coram Rmo Anſaldo, & in Fir-
mana Immiſſionis 28. Junii 1717. §. Nihilo tamen
minùs coram R.P.D. Foſcaro*; Quod enim atti-
net ad contemplationem agnationis, illa ex nulla
17 teſtamenti parte reſultat, ut benè pro illius ex-
cluſione conſiderat *Rot. in Lauretana Fideicom-
miſſi 6. Martii 1702. §. Tantò magis coram R. P.
D. Lancetta, & in Sutrina Fideicommiſſi 17. Ja-
nuarii 1718. §. Arduam provinciam coram R. P.
D. de Herrera*. Quippè illius ratio habita non
18 dicitur, niſi ſit expreſſa, aut ſaltem ex urgen-
tiſſimis conjecturis deducatur, *Caſanat. conſ. 38.
num.78., Caſtald. conſult.34. num. 9., Cyrocc.
diſcept.61. num.59., Manſ. conſult.349. nu.21.,
Torr. de Primogen. part.1. cap.38. num. 62., Ro-
ta poſt Balducc. ad Ramon. deciſ. 11. num. 7. tom.
2., & inter collect. per Balducc. deciſ. & rer. ju-
dicat. tit.3. de legat., & fideicomm. deciſ.39. nu.
23. & 34., coram Ubald. deciſ.166. num.8., in
rec. deciſ.282. num.4. part.2., deciſ.267. nu. 14.
part. 11., & inter impreſſ. ad ornat. clar. mem.
Card. de Luca de fideicomm. deciſ.11. num.7.*

Nec ad illam ioducendam ſatis eſt ſola qua-
19 litas maſculinitatis, tametſi pluries repetita,
quia, deficientibus aliis verbis, & demonſtra-
tionibus, ex quibus appareat, agnationis con-
20 ſervationem volitam fuiſſe, illa non ad agnatio-
nis contemplationem, ſed ad ſimplicem ſexus
prædilectionem referenda eſt, ut uno ore con-
cludunt *Sard. conſ.329. num.11., Altograd. conſ.
96. num.61. lib.2., Theſaur. quæſt. forenſ. lib. 2.
quæſt.12. num.60., Caſtill. contr. jur. lib.5. cap.
129. num.38. & ſeqq., Mantic. de conject. lib. 2.
tit.14. num.14., Palm. allegat.47. num.36., Ro-
ta coram Seraph. deciſ.1016. num.6., coram Za-
rat. deciſ.31. num. 8. & ſeq., coram Cerro deciſ.
885. num.6., coram Celſ. deciſ.145. num.9., in
rec. deciſ. 244. num.6., & ſeqq. part. 11., deciſ.
463. num.3. part.13., deciſ.349. num.19. part.19.
inter impreſſ. ad ornat. clar. mem. Card. de Luca
de fideicommiſ. deciſ. 14. num. 15. & 16., & in
Mantiſſ. pariter de fideicomm. deciſ. 3. num. 15.,
& deciſ.4. num.14., & in Montis Faliſci Fidei-
commiſſi 11. Maii 1705. §. Nec arguendum coram
clar. mem. Card. Caprara.*

Minùſque agnationis contemplationem præ-
ſeferre valet ſolum onus deferendi nomen, & 21
arma Teſtatoris aliis ſubſtitutis injunctum, ut-
potè quod regulariter pro ſola ſui nominis me- 22
moria ab illo impoſitum fuiſſe præſumitur, quo-
ties non concurrunt aliæ conjecturæ agnationis
contemplationem ſuadentes, eòque magis, ſi
quæ aliæ in contrarium urgeant conjecturæ, pro-
ut io noſtro caſu concurrere ſuo loco demon- 23
ſtrabitur, *Mart. conſ.61. num. 18. & 24., Alto-
grad. conſ.66. num.61., & ſeqq. lib.2., Menoch.
conſ.926. num. 49., Rodolphin. allegat. 124. nu.
22. & ſeqq., Torr. de Majorat. part. 1. cap. 25.
num.128., & cap. 38. num.39. & ſeqq. num.52.,
& 61. num.129., & num.493., & 496., Conſul.
ad Peregrin. de fideicomm. art. 20. §. Neque ve-
rùm, Palm. Nep. allegat.48. num. 36., Rota
coram Priol. deciſ.251. num. 11., inter impreſſ.
ad ornat. clar. mem. Card. de Luca de fideicomm.
deciſ.11. num.9. & ſeqq., deciſ. 12. num. 15., &
deciſ. 13. num.9., & apud Palm. Nepot. allegat.
224. num.1.*

Verùm præterea eadem apertè excluditur,
tum ex quo filii fuerunt poſiti in conditione abſ- 24
que adjecto maſculinitatis, & conſequenter tàm
maſculi, quàm fœminæ ſub dicta conditione in- 25
diſtinctè comprehenduntur, *Giovagnon. conſ. 11.
num.11. lib.2., Rot. deciſ.237. num. fin., & de-
ciſ.581. num.1., & ſeqq. part.5. deciſ.60. num.3.
& ſeqq., & præcipuè num.7. part.10. rec., inter
collect. per Conſtantin. ad Statut. Urb. deciſ.119.
num.15.*, quod apertè repugnat contemplatio- 26
ni, & conſervationi agnationis, ex plenè conge-
ſtis in *Bononien. Fideicommiſſi de Foſcherariis 30.
Aprilis 1717. §. Hujuſce autem ponderis coram
R.P.D. de Herrera, & in Sutrina Fideicommiſ-
ſi 17. Januarii 1718. §. Arduam coram eodem*;
tum quia deeſt expreſſa alienationis prohibitio, 27
ex quo ſicuti conijcitur, Teſtatorem ſollicitum
minimè fuiſſe, quod Bona ſua perpetuò conſer-
varentur in familia, & agnatione, ità etiam ex-
cluditur contemplatio ejuſdem agnationis requi-
rens fideicommiſſum perpetuum, & progreſſi-
vum, *Redenaſc. conſ. 34. num. 61. lib. 1., Alto-
grad. jun. contr. 38. num. 7., Rodulphin. allegat.
60. num.*

60. num.6., Rot. Florent. apud Urceol. deciſ.13.
num.78., & apud D. Audit. de Comitibus deciſ.
44. num. 35. & ſeq., Rot. Roman. coram Celſ.
deciſ.145. num.26., coram Bich. deciſ.342. num.
5. & 6., in rec. deciſ.151. num.4. & ſeqq., & nu.
12. part.5. rec.

Digreſſus quoque ad plures gradus ſubſtitutio-
28 num deficit in noſtra hypotheſi, quia omnes,
quotquot leguntur, ſubſtitutiones pendent ab illa
conditione obitus Alamanni heredis ſinè filiis,
29 quæ efficit, quod omnes ſubſtitutiones pro uni-
ca tantùm reputentur, eâdemque conditione
non purificatâ, evaneſcant, perindè ac ſi num-
quam factæ fuiſſent, Giovagnon. conſ.82. num.20.
lib.1., Ciracch. diſcept.61. num.51., Caſtald.con-
ſult.34. num.21. & 25., Rodulphin. allegat. 57.
num.5., Torr. de Primogen. tom.2. quæſt.55. nu.
63., Conſtantin. ad Statut. Urb. annotat. 36. nu.
189., & ſeqq., ubi affert rationem, Vivn. de-
ciſ. 252. num. 14., Rot. Lucen. apud Saminiat.
contr.55. num. 18. & ſeqq., apud Palm. Nepot.
deciſ.87. num.11., Crivell. deciſ. Dolan.125.nu.
67., Seſſ. deciſ. Aragon. 264. num. 22. & ſeq.,
Rot. Rom. coram Burat. deciſ.385. num.6., cor.
Peuting. deciſ. 258. num. 12., coram Celſ. deciſ.
145. num.19., coram Bich. deciſ.297. num. 19.,
& deciſ.342. num. 7. poſt Torr. de Primog. deciſ.
61. num.10., in rec. deciſ. 221. num. 10. & 11.
part.5., deciſ.401. num.19. part.9., deciſ.80. nu.
23. & ſeqq., & deciſ.383. num.12. part.15., &
in Tridentina Bonorum, ſeù Immiſſionis ſuper ſuc-
ceſſione in Bonis Philippi, Jacobi, & Iſabellæ
15. Martii 1706. §. Nec ad inducendum coram
30 Emo D. Card. Scotto; Præſertim verò inſpectis
illis verbis reſtrictivis = in tal caſo =, quæ omnes
ſubſtitutiones ad unicum tantùm caſum obitus
ſinè filiis reſtringunt, ut, præter ſuprà citatos,
tradunt Pariſ. conſ.31. num.26 lib.1., Surd.conſ.
46. num.9., Honded. conſ.49. num.48. lib.2., Ro-
ta coram Ludoviſ. deciſ.433. num.6. & 21., cor.
Cerr. deciſ.712. num.4., coram Caval. deciſ.454.
num.7., & deciſ.513. num.1., coram Royas deciſ.
87. num.10., in rec. deciſ.221. num. 11. part. 5.
tom.1., deciſ.235. num. 7. part. 16., deciſ. 671.
num.4. part.19. tom.2. poſt Conſtantin.ad Statut.
Urb. deciſ.203. num. 17. & 18., & in Bononien.
Fideicommiſſi de Ghiſellis apud Torr. de Primog.
Ital. pag.mihi 407. num.216. part.1.; Propterea-
que, licet in tali hypotheſi adeſſe dicatur plura-
31 litas ſubſtitutorum, non inde tamen adeſſe dici-
tur pluralitas graduum ſubſtitutionum, quoties
vocatio reſtricta eſt ad unicam tantùm conditio-
nem, & caſum, ad illarum namque pluralita-
32 tem inducendam oportet, illas in diverſis caſi-
bus, & gradibus ordinatas fuiſſe, dando nimi-
rum ſubſtitutum filiis heredis inſtituti, non au-
tem ipſi dumtaxat Inſtituto, juxtà Conſilium
Alexand. 139. lib.6., Altograd. conſ. 60. num.
120. & ſeqq. lib.1., Ramon. conſ.100. num.130.
& ſeqq., Caſtald. conſult. 34. num. 21., Palm.
Nep. allegat. 47. num. 34., & allegat. 48. num.
33., allegat.90. num.34. & 46., Tondut. quæſt.
Civil. part.2. cap.125. num.17., Urceol. conſult.
81. num.17., Rota coram Cardin.Celſ. deciſ.147.
num. 17. & ſeqq., coram Dunoz. Jun. deciſ.777.
num.7., & latè per Rot. Florent. penes D. Audit.
de Comitib. deciſ.60. à num.11. ad 16.

Et quamvis, deficientibus etiam contempla-
tione agnationis, & digreſſu ad plures gra- 33
dus ſubſtitutionum, ex aliis conjecturis recedi
poſſit à d. communi regula deſumpta ex gloſſ. in
leg. Lucius, cum in hujuſmodi quæſtione, quæ
vertit in recta interpretatione voluntatis Teſtato-
ris Sacra Rota, & Doctores cenſuerint quidem, il-
las multùm valere, utpotè perſpicuè ſuadentes vo-
cationem filiorum in conditione poſitorum, quæ
ſinè illis multò difficiliùs probari poſſe videtur,
attamen non rejecerunt alias æquipollentes con-
jecturas, ut conſtat ex latè deductis in celebri Ro-
mana Fideicommiſſi de Vareſiis 18. Junii 1708.
§. Nihil tamen coram bon.mem. Molines, & in
Romana Immiſſionis 3. Junii 1709. §. Quæ ſanè
conjecturæ coram eodem, modò tamen eædem
adeò validæ, urgenteſque ſint, ut religioſi Judi-
cis animum perſuadeant, ejuſque menti patefa-
ciant Teſtatoris voluntatem vocandi filios in
conditione poſitos, ut dixit Rota in Sutrina Fi-
deicommiſſi 17. Januarii 1718. §. Arduam Pro-
vinciam coram R.P.D. de Herrera.

Quales profectò non videntur illæ aliæ, quæ
pro ſuadenda d. vocatione filiorum Alamanni in
noſtra hypotheſi afferri poſſunt; prima namque
elicita ex eo, quod filii poſiti fuerint in conditio- 34
ne ſub gallico nomine Enfant, quod latinè ſigni-
ficat liberos, &, utpotè collectivum plurium
graduum, magis latè patet, juxta Auctores Gal-
los congeſtos apud Rot. coram Celſ. deciſ. 229.,
num.2., & ſeqq., & alios, hæc, inquam, con-
jectura inefficax eſt, quoties non habet conco- 35
mitantiam alterius verbi connotantis tractum
temporis ſucceſſivum, Ramon. conſ. 100. n. 48.,
Conſtantin. ad Statut. Urb. art.36. num.260., &
ſeq., Rot. deciſ.401. num.28., & 29. part.9. rec.
tom.2., ut etiam alia deducta ex qualitate legiti- 36
mitatis, & naturalitatis volita in filiis in condi-
tione poſitis, quæ expenditur in Fanen. Fidei-
commiſſi 18. Junii 1703. §. Prima autem coram
clar.mem. Card. Caprara, in Fanen. Aſſociatio-
nis 23. Martii 1707. §. Quamquam cor. bon. mem.
Omanna, & in Romana Immiſſionis 3. Junii 1709.
§. Verbis accedunt coram bon. mem. Molines, &
alibi paſſim, deficientibus aliis conjecturis, & 37
præſertim contemplatione agnationis, paſſim re-
jicitur, & reprobatur etiam quum agitur de
Deſcendentibus, Saminiat. contr. 53. num. 47.,
& ſeqq., Pacion. allegat. 46. num. 14., Conciol.
alleg. 41. num.30., Caſtald. conſult.34. num.16.,
& conſultat.65. num.6., Mell. alleg.122. num.15.
Creſp. de Valdaur. obſervat.20. num.64., Torr. de
Primog. tom.2. quæſt.55. num.55., & ſeqq., Con-
ſtant. ad Statut. Urb. annot. 36. ſub num. 152.,
Rot. coram Celſ. deciſ. 145. ſub num. 11., coram
Bich. deciſ.297. num. 18., poſt Torr. de pact. fu-
tur. ſucceſſ. deciſ.180. ſub num.11., in rec. deciſ.
200. num.14., & ſeqq. part.15., deciſ. 79. nu. 6.
part.18., apud Palm. nep. deciſ.88. num.4., poſt
clar.mem. Card. de Luc. de Fideicomm. deciſ. 55.
num.8., in Ariminen. Fideicommiſſi 20. Janua-
rii

Google

*rii* 1700. *§. Utraque adhuc corom Rño Anſaldo,*
*in Tarentina Immiſſionis* 11. *Decembris* 1705.
*§. Detruſa coram eodem, in Firmana Immiſſionis*
28. *Junii* 1717. *§. Hujuſmodi porrò coram R.P.*
*D. Foſcaro, & in Sutrina Fideicommiſſi* 17. *Ja-*
*nuarii* 1718. *§. Arduam coram R.P.D. de Herre-*
*ra*; quippè appoſita cenſetur potiùs ex ſtylo No-
tariorum, quàm ex voluntate Teſtatoris, ut,
omiſſis generalibus, firmat in ſpecie *Rot. coram*
*Celſ. d. deciſ.*145. *num.*11., *& deciſ.*383. *num.*9.
*part.*15. *rec.*, *& in d. Firmana Immiſſionis coram*
*R.P.D. Foſcaro loco mox citato.*

Qualitas realis ſubſtitutionis, de qua pro in-
38 ducenda vocatione filiorum in conditione poſi-
torum ad rem noſtram agitur apud *Surd. conſ.*
67. *num.*35. *in fin.*, *& conſ.*96. *num.*36., *Rot. co-*
*ram bon. mem. Emerix jun. deciſ.* 251. *num.* 15.,
*& in Firmana Immiſſionis* 27. *Junii* 1708. *§. Se-*
*ptima conjectura cor. bon.mem Molines*; nec ſatis
39 probata dici poſſe videtur ex eo ſolum, quod Te-
ſtator verba principaliter direxerit ad Bona,
quoties, prout hîc, deficit prohibitio alienatio-
nis, & ratio conſervationis Bonorum penes vo-
catos, prout aderat in *d. Firmana Immiſſionis co-*
*ram bon.mem. Molines*, & quæ unicè ad iſtum ef-
40 fectum attenditur, ex *Odd. de prohibit. alienat.*
*quæſt.*17. *num.*71., *& quæſt.*18. *num.* 87., *Rocc.*
*diſput. jur. ſelectar. cap.* 10. *num.*12., *Cenſal. ad*
*Peregrin. art.*30. *§. Octavo obſerva, & verſ. ter-*
*tiò realis*, *Manſ. conſult.* 622. *num.* 14. *tom.* 7.,
*Rot. in rec. deciſ.*67. *num.*19. *part.* 13., *dec.* 166.
*num.*3., *&* 4. *part.*17., *deciſ.* 276. *num.* 39. *part.*
18., *& in Imolen. Fideicommiſſi* 10. *Maii* 1717.
*§. In nihilum coram R.P.D. Corio*; & prætereà,
41 cum pendeat ab obitu primi heredis ſinè filiis,
nihil ad rem, de qua agitur, operari valet, tam-
quam reſtricta ad caſum, qui non evenit, *Rota*
*Lucen. apud Andreol contr.* 161. *num.* 26., *Rota*
*Florent. apud D. Audit. de Comitib. dec.* 31. *nu.*
51., *Rota Roman. coram Cavaler. deciſ.* 513. *nu.*
4., *&* 5., *coram Coccino deciſ.*1617. *num.* 6., *&*
*ſeqq.*, *coram Dunozet ſen. deciſ.*291. *num.*19.

Eamdemque ob rationem parvi fit prohibitio
42 detractionum legitimæ, & trebellianicæ, quam
alioquin optimam conjecturam vocationis filio-
rum in conditione poſitorum appellat *Rota in*
*Firmana Immiſſionis* 27. *Junii* 1708. *§. Tertia*
*conjectura coram bon.mem. Molines*, &, præter ibi
citatos, examinat *Conſtantin. ad ſtatut.Urb.annot.*
36. *num.* 227., *Rota in d. Fanen. Fideicommiſſi*
18. *Junii* 1703. *§. Quarta coram bon.mem. Card.*
*Caprara*; quia nimirum ipſa quoque pendet ab
43 illa conditione obitus Alamanni ſinè filiis, &
quoties non concurrunt validiora illa argumenta,
quorum ſupra meminimus, contemplationis
nempe agnationis, & digreſſus ad plures gradus
ſubſtitutionum, afficit ſolummodò perſonas pro-
44 hibitas, quapropter illam in terminis hujus quæ-
ſtionis rejecerunt *Alciat. in leg. Pater filium* 36.
*§. Fundum num.* 6. *ff. de legat.* 1., *Giovagnon.*
*conſ.*33. *num.*47., *& ſeqq. lib.* 1., *Surd. dec.* 85.
*per tot.*, *Rot. deciſ.* 669. *num.* 1., *coram Merlino*
*deciſ.*228. *num.*6., *& per tot.*, *coram Celſo deciſ.*
63. *num.*6., *& ſeqq.*, *coram Zarat. deciſ.* 284. *n.*
8., *&* 9. *part.*6. *rec.*, *& in Tarentina Immiſſionis*
11. *Decembris* 1705. *§. Itidem, & duob. ſeqq. co-*
*ram Rño Anſaldo.*

Qualitas verò maſculinitatis pluries repetita,
quam alioquin, attentâ excluſione ſuarum filia- 45
rum facta à Teſtatore, plurimi faciunt, *Surd.*
*conſ.*67. *lib.* 1., *Giovagnon. conſ.* 79. *num.* 10. *ad*
14. *lib.* 1., *& conſ.* 80. *num.* 21., *Conſtantin. ad*
*Statut. Urb. annot.*36. *num.*148., *& alii*, urgere
quidem poſſet, ſi adjecta reperiretur ipſis filiis in
conditione poſitis, in quibus terminis eam conſi- 46
derant adducti, per *Conſtantin. ad Statut. Urb.*
*d. annot.* 36. *num.*135., *& ſeqq.*, at nullius robo-
ris eſt, quoties, prout hìc, non afficit filios in
conditione poſitos, ſed ſolum filios fœminarum
ſubſtitutos in caſu obitus Alamanni ſinè filiis,
proindèque recurrunt ea, quæ ſupra dicta ſunt 47
quoad alias præcedentes conjecturas, ut ſcilicet
operentur, illo caſu eveniente, at non etiam in
contrario; præſertim, quia d.qualitas maſculini-
tatis eatenus efficax reputatur ad inducendam
vocationem filiorum in conditione poſitorum, 48
quatenus ex ea eruitur votum conſervandæ agna-
tionis, ex notatis per *Conſtantin. ad Statut. Urb.*
*annot.*36. *num.*137., *& plurib. ſeqq.*, & idcircò
multum valet unita cum aliis hujuſmodi notam
inducentibus, ut puta, ſi eſſet veſtita ratione Bo-
na in illa conſervandi, ſed per ſe ſolam nihil pro- 49
deſt, quia ex eadem agnatio contemplata non
cenſetur, *Caren. reſol.*91. *num.* 35., *Conſtantin.*
*d. annot.* 36. *num.*144., *Rot. deciſ.*145. *num.* 6.,
*& ſeq.*, *coram Celſ. deciſ.*200. *num.*16., *& deciſ.*
383. *num.*6. *ad* 9. *part.* 15., *& deciſ.* 79. *num.* 6.
*part.*18.

Non abſimili reſponſione ſubmoventur etiam
duæ illæ conjecturæ promanantes ex onere defe- 50
rendi nomen, & arma Teſtatoris, & ex ordine
primogenituræ injuncto ſubſtitutis; illæ enim
etſi plurimùm valere dicantur ad effectum, de
quo agitur, utpotè inducentes perpetuum, & ab-
ſolutum fideicommiſſum, ut de prima dixit *Bel-* 51
*lon. jun. conſ.*87. *num.*8., *Ruſtic. de liber. in con-*
*dit. poſit. lib.*5. *cap.*5. *num.*5., *Mantic. de conject.*
*lib.* 11. *tit.* 5. *num.* 15., *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.*
437. *num.*77., *Petr. de Fideicomm. quæſt.*9. *num.*
195., *Rot. coram Seraphin. deciſ.* 1329. *num.* 3.
*coram bon. mem. Emerix jun. deciſ.*1092. *num.*9.,
& de ſecunda *Rodulphin. alleg.*51. *num.*16., *Rot.* 52
*coram Bich. deciſ.* 424. *num.*5.; attamen, defi-
ciente voto conſervandi agnationem, ſive alia-
rum æquipollentium conjecturarum concurſu, in
noſtra hypotheſi inducere nequeunt vocationem 53
filiorum in conditione poſitorum, quia tamquam
adiectæ ſubſtitutis ſemper intelligendæ ſunt ſub
iiſdem conditionibus, & caſibus, ſub quibus
ſubſtitutiones ordinatæ fuerunt, quæ propterea 54
cum ex ſupradictis pendeant à conditione obitus
Alamanni ſinè filiis, ſicuti, eâ non purificatâ, dd.
ſubſtitutiones prorſus evanuerunt, ità evanuiſſe 55
dicendum eſt onus cognominis, & inſignium, &
ordo primogenituræ, quæ à conditionali eventu
dd. ſubſtitutionum pendebant, ut notarunt *Ra-*
*mon. conſ.* 100. *num.* 146., *&* 280., *Altograd.*
*conſ.* 60. *num.* 39., *& duob. ſeq. lib.* 1., *Tondut.*
*quæſt.*

*quæſt. civil. part. 2. cap. 125. num. 5.*, *Rot. deciſ. 430. num. 3.*, *& 4. part. 4. diverſ.* = *novum quippè
non eſt, immò in dies ſingulos experimur* ( ut ver-
bis utar *Ramonii d. conſ. 100. num. 144.* ) *plures
inſtitui majoratus, pluraque fideicommiſſa, &*
56 *primogenia non ſimpliciter quidem, & in omni ca-
ſu, ſed ſub certis, & peculiaribus conditionibus.
& ſub certis, & determinatis caſibus, quibus per-
emptis, & defectis, totum etiam deficit primoge-
nium, & fideicommiſſum, etiam in caſu, quo ob*
57 *rationem agnationis conſervandæ videretur conſti-
tutum* =, ut latè probant *Alex.*, *Jaſon.*, *Dec.*,
*& plures alii*, quos refert, & ſequitur *Caſanat.
conſ. 2. num. 40.*, *Palm. allegat. 47. num. 70.*, *Rot.
deciſ. 172. num. 7.*, *& ſeqq. part. 14. recent.*

Idque mirum videri non debet, nam in lon-
gè difficiliori caſu, in quo ſcilicet Teſtator reci-
procè ſubſtituendo filios à ſe inſtitutos, eoſque
58 gravando ſub conditione: *ſi ſinè filiis* declara-
verat = *il preſente fideicommiſſo debba durare fi-
no a terza generazione* =, & ad hunc effectum
mandaverat, attendi ſuam diſpoſitionem = *con
tutte le clauſole ſolite neceſſarie apponerſi in ſimili
fideicommiſſi da ſtenderle, quando ſia biſogno, ſe-
condo lo ſtile della Curia Romana, e ſenſo del Sa-
vio* =; nihilominùs, quia unus ex reciprocè Sub-
ſtitutis deceſſit cum filiis, cenſuit *Sacra Rota*,
quod fideicommiſſum duraturum ad tres gene-
rationes deſiiſſet in prima, ob defectum condi-
tionis: *ſi ſinè filiis*, à qua pendebant generationes
uſque in tertium gradum vocatæ, ut *in Laure-
tana Fideicommiſſi 6. Martii 1702.*, *confirmata
13. Januarii 1703. coram R.P.D. Lancetta*, cum
ſucceſſiva etiam expeditione, & terminatione
Cauſæ, quas *Deciſiones* laudat, & ſequitur ea-
dem *Sacra Rota in Tyburtina Fideicommiſſi 8. Fe-
bruarii 1706. §. Adeòque coram R̃ño Anſaldo
Decano, & in Eugubina Fideicommiſſi 9. Maii
1707. per tot. coram R.P.D. Lancetta, & alibi
ſæpiſſimè.*

Nulla igitur valida conjectura vocationis filio-
rum in conditione poſitorum deſumi poteſt ex
ordinatione primogenituræ, onere aſſumendi
nomen, & inſignia, ceteriſque oneribus, &
qualitatibus injunctis filiis fœminarum ſubſtitu-
tis in caſu obitus Alamanni ſinè filiis; ſiquidem
ea omnia tunc demum pro inducenda vocatione
ipſius filiorum in conditione poſitorum ſuffraga-
59 rentur, ſi per illa contemplata dici poſſet agna-
tio, aut volita primogenitura, & fideicommiſ-
ſum perpetuum etiam in filiis ejuſdem Alamanni
in conditione poſitis; quod tamen in caſu noſtro
nequit ullo pacto affirmari, cum in illis Teſtator
nec de maſculinitate, nec de agnatione ſollici-
tus fuiſſe videatur, dum in conditione poſuit
ſimpliciter filios, minùſque de primogenitura,
aut fideicommiſſo cum aliquo verbo perpetuita-
tem, & tractum ſucceſſivum denotante mentio-
nem fecit, ut notant *Caſanat. conſ. 4. num. 169.
& ſeqq.*, *Tondut. d. cap. 125. num. 13.*, *& 25.*,
*Peregrin. de Fideicomm. art. 13. num. 36.*, *& art.
22. num. 53.*, *Palm. nep. alleg. 47. num. 25.*, *&
ſeqq.*, quinimmò, dum filios maſculos fœmina-
60 rum ordine primogenituræ expreſsè vocavit, fi-
lios verò Alamanni dumtaxat in conditione po-
ſuit, inde rectè arguitur voluntas diverſimodè
inter illos diſponendi, *Tondut. quæſt. civil. cap.
20. num. 11. part. 2.*, *Palm. allegat. 47. num. 57.*,
*Altograd. jun. contr. 97. num. 59.*, *clar. mem. Card.
de Luc. de Fideicomm. diſc. 94. num. 9.*, *Carol.
Anton. de Luc. de lin. legal. art. 13. num. 13.*, *&
art. 15. num. 29.*, *Rota coram Card. Celſo deciſ.
145. num. 17.*, *in rec. deciſ. 279. num. 16. part. 13.*

Nec eſt inquirenda ratio, ob quam Teſtator
motus fuerit ad ordinandum fideicommiſſum, 61
ſive primogenituram potiùs in filiis fœminarum
ſubſtitutis caſu, quo Alamannus ſinè filiis dece-
deret, quàm in filiis ipſius Alamanni heredis in-
ſtituti, quatenus exiſterent, nam, quando agitur
de actu voluntario, quia videlicet Teſtator po- 62
terat ordinare primogenituram, eamque non or-
dinare, ſtat pro ratione voluntas, & attenditur
nudum factum diſpoſitionis, rejectâ quâcumque 63
extenſione de caſu ad caſum etiam ex identitate
rationis, *leg. cum quidam in fin.* ibi = *quia hoc vo-
luit Teſtator* = *Cod. de neceſ. ſerv.*, *Altograd. conſ.
46. num. 11.*, *& ſeqq.*, *Rota coram Priolo deciſ.
138. num. 9.*, *& ſeqq.*, *in rec. deciſ. 154. num. 6.
8.*, *& 11. part. 13.*, *in Lauretana Fideicommiſſi
6. Martii 1702. §. Minùs tertia coram R. P. D.
Lancetta*, aliique plures allegati *in Senogallien.
Immiſſionis 28. Novembris 1712. §. Quoniam in
actibus coram Ill̃ño D. Falconerio*; quemadmo-
dum enim quærenda non eſſet ratio, cur Teſta-
tor fideicommiſſum, vel primogenituram nulla-
tenus inſtituiſſet, ità ratio reddenda non eſt, cur
eam ordinaverit in caſu tantùm deficientiæ here- 64
dis inſtituti ſinè filiis, ut docent relati per *Ger.
Spin. conſ. 12. à num. 44. ad 48.*, quibus addi poſ-
ſunt *Caſanat. conſ. 25. num. 12.*, *Fab. de Ann.
conſ. 84. num. 27.*, *Gabriel. conſ. 111. num. 10. lib.
1.*, *latè Fuſar. conſ. 195. num. 38.*, *& ſeqq.*, *Al-
ciat. reſponſ. 44. num. 30. tom. 3. lib. 9.*, *Rocca di-
ſput. jur. ſelect. cap. 25. num. 11. cum pluribus
ſeqq.*

At nihilominùs, ſi aliqua etiam diverſitatis
ratio quæreretur, ea non deficeret, Teſtator
enim cogitans caſum, quo Alamannus heres ſinè
filiis decederet, verenſque, ne ob illius abſen-
tiam à domo, & moram apud quemdam Præfe-
ctum Cohortis militum in Statu Ephebi poſſet,
eveniente illius obitu, in illo, vel alibi, ante-
quam nuberet, ab Extraneis circumveniri, quod
ſanè accidere facilè potuiſſet, ſi quid illi in juve-
nili ætate humanitus accidiſſet, providè illi ſub-
ſtituit filios maſculos filiarum ſuarum, cui ſanè
periculo circumventionis is non ampliùs, aut 65
ſaltem non ità facilè exponeretur, poſtquam nu-
pſiſſet, & filios ſuſcepiſſet; idcirco tali caſu li-
beram illi diſponendi facultatem relinquere vo-
luit, credens, ipſum de Bonis ſuis veriſimiliter in
filios diſpoſiturum, ut non abſimili ratione moti
dixerunt *Pacian. conſ. 23. num. 72.*, *& 95.*, *Ga-
briel. conſ. 95. ſub num. 13. lib. 1.*, *Cyriac. contr.
522. num. 91.*, *Rot. coram Bich. deciſ. 480. num.
27.*, *in rec. deciſ. 279. num. 8.*, *& ſeqq. part. 16.*,
*deciſ. 635. num. 14.*, *& ſeqq. part. 19. tom. 2.*; quæ
quidem ratio non eſt neceſſe, quod ſit illa præ-

66 eſse, quam habuit Teſtator, ſed ſufficit, quod
in ejus mente obverſari potuerit, ut ſic evitetur
extenſio de caſu expreſſo ad omiſſum, juxta no-
tata per Gor. Spin. conſ. 12. num. 10., & duobus
ſeqq., Honded. conſ. 55. num. 45. lib. 2.; ubi, quod
67 nedum diverſitas rationis, ſed ſola dubitatio, an
vigeret eadem ratio, talem impedit extenſio-
nem, Gratian. diſcept. 536. num. 41., Rot. deciſ.
635. num. 15. part. 19. rec. tom. 2.
Rurſus conjectura, quam præbet clauſula co-
68 dicillaris, conſiderata in propoſito à Rota coram
Dunoz. jun. deciſ. 186. num. 8., in rec. deciſ. 481.
num. 22., Rot. deciſ. 640. num. 13. part. 18., in d.
Faven. Fideicommiſſi 18. Junii 1703. §. Præſer-
tim coram clar. mem. Card. Caprara, & in Fir-
mana Immiſſionis 27. Junii 1708. §. In præſenti
cor. bon. mem. Molines, leviſſima eſt, tum quia
69 clauſula codicillaris ſupplet ſolùm defectum ſo-
lemnitatum, non voluntatis, ideòque inducere
nequit vocationem filiorum in conditione poſi-
torum, Cirocch. diſcept. 61. num. 54., Caſtald.
conſult. 34. num. 27., Palm. nep. alleg. 254. n. 10.,
Torr. de Primog. tom. 2. quæſt. 55. num. 68., Con-
ſtant. ad Statut. Urb. annot. 36. num. 253., &
ſeqq., & num. 267., Rot. coram Arguell. deciſ.
32. num. 27., coram Zarat. deciſ. 63. num. 17.,
coram Royas deciſ. 110. num. 16., in rec. dec. 383.
num. 26. part. 15., deciſ. 481. num. 22. part. 18.,
apud Palm. nep. deciſ. 88. num. 4.; tum etiam
quia, ſi aliter diceretur, deſtrueretur regula
70 ſtatuta à Gloſſa in d. leg. Lucius, eò quod, cum
in omnibus teſtamentis talis clauſula ſemper ap-
ponatur, filii in conditione poſiti, ſemper dici
deberent vocati, ut advertunt Fuſar. de ſubſtit.
quæſt. 437. num. 227., Conſtantin. ad ſtatut. Urb.
annot. 36. num. 255., Torr. de Primog. tom. 2.
quæſt. 55. num. 68., Rot. in rec. deciſ. 261. nu. 16.
part. 5., deciſ. 200. num. 28. part. 15., & in dicta
Tarentina Immiſſionis 11. Decembris 1705. §. Iti-
dem coram Rmo Anſaldo Decano.
Ob non abſimilem rationem minoris momenti
eſt conjectura deducta ex vocatione Maſculorum
deſcendentium à filiabus Teſtatoris, ex qua for-
71 tiſſimum argumentum erui contenditur pro vo-
catione filiorum Alamanni in conditione poſito-
rum, ſub obtentu majoris affectionis erga iſtos
militantis, quaſi hæc efficiat, quod veriſimile
non ſit, Teſtatorem proſpicere voluiſſe filiis fœ-
minarum minùs dilectis, & non filiis heredis in-
ſtituti procul dubio magis dilectis, ad tradita
per Caſtald. conſult. forenſ. 52. num. 6., Seſſ. de-
ciſ. Aragon. 264. num. 22. tom 2., Rot. deciſ. 447.
num. 5., deciſ. 686. num. 8., coram Merlin. deciſ.
181. num. 13., coram Card. Celſo deciſ. 223. n. 5.,
coram Priolo deciſ. 276. num. 34., & ſeq. par. 18.,
quibus conſonat Rota in Firmana Immiſſionis 27.
Junii 1708. §. Sexta conjectura cor. bon. mem.
Molines, quoniam, ſi vocatio filiorum in con-
72 ditione poſitorum metienda eſſet à majori, vel
minori dilectione ſubſtitutorum, jam non daretur
caſus, in quo locum habere poſſet diſpoſitio
Gloſſæ in leg. Lucius, ſemperque illi dici debe-
rent vocati, cum ſemper ſubſtituti cenſeantur
minùs dilecti filiis heredum Inſtitutorum, quod
quàm abſurdum ſit, nemo non videt, ideòque hu-
juſmodi conjectura ex majori affectione deducta
parvipendenda eſt, quemadmodum reverà parvi-
penſa fuiſſe videtur à Gloſſ. in d. leg. Lucius, in 73
cujus caſu tametſi ſubſtituti nedum eſſent Extra-
nei, verùm etiam Teſtatoris Servi, nihilominus
ipſa cenſuit, filiis in conditione poſitis ſolam
ſpem ſupereſſe paternam hereditatem ab inteſta-
to aſſequendi, per ea, quæ in his terminis opti-
mè firmat Rota coram Buratt. deciſ. 287. num. 6.,
in Firmana Immiſſionis 28. Junii 1717. §. Ad re-
fellendum etenim coram R.P.D. Foſcaro, & tra-
duunt Venturin. conſ. 2. num. 282., & ſeqq., ac
poſt alios apud Mell. alleg. Jur. 121. num. 26., &
alleg. 122. num. 12., & ſeqq. lib. 3., Cyriac. contr.
536. num. 30., & infra Thomat. deciſ. 23. n. 15.,
Crivell. deciſ. 125. num. 73., Rot. deciſ. 160. nu.
20. part. 10., & deciſ. 383. num. 27., & ſeq. part.
15.; immo verò, quatenus etiam argumentum
prædictum à prædilectione ſumptum procederet,
potiùs retorqueretur, nam, ſi minùs dilectos, ubi 74
voluit, Teſtator, expreſſè vocavit, pari modo vo-
caſſet etiam magis dilectos, ſi voluiſſet, quod
cum non fecerit, iſtos vocare noluiſſe dicendus
eſt, ex alibi firmatis; certiùs, quia tali pacto mi-
nus gravabatur primus heres inſtitutus, qui præ
ceteris dilectus fuiſſe præſumitur, & ejus filiis 75
non adimebatur ſpes conſequendi Bona, quæ vel
ab inteſtato, vel ex Patris diſpoſitione ſperare ali-
quando faciliimè poterant, ut hæc perpenden-
do, benè ad rem arguunt Menoch. de præſumpt.
lib. 4. præſum. 105. num. 18., & præſum. 132. n. 2.,
& præſum. 150. num. 4., & præſum. 155. num. 4.,
Peregrin. de Fideicomm. art. 34. num. 31., Surd.
de aliment. tit. 2. quæſt. 15. num. 124., Urſill. de
Afflict. deciſ. 44. num. 10., Ludovic. deciſ. Peruſ.
23. num. 10., Cacheran. deciſ. Pedemont. 51. nu.
8., & alii quamplures longo ordine relati à Ca-
ſtell. contr. jur. lib. 1. cap. 30. num. 38., & ſeqq.,
& lib. 4. cap. 33. num. 1.
Cum itaque in hypotheſi deficiant præcipuæ
conjecturæ, contemplationis nempe agnationis,
& digreſſus ad plures gradus ſubſtitutionum, ſinè
quibus reliquæ conjecturæ plerumque inefficaces 76
ſunt, ex opinione Rotæ coram Peuting. deciſ. 258.
num. 2., & ſeqq., coram Royas deciſ. 123. num. 1.,
& 2., in rec. deciſ. 79. num. 20., & deciſ. 173. n. 7.,
& 12. part. 15., deciſ. 79. num. 7., & 11. part. 18.,
& deciſ. 287. num. 4., & 5. part. 19., & reverà
illæ hactenus pro vocatione expenſæ, vel leves 77
ſint, vel communiter rejectæ; parvi refert, quod
eædem ſaltem ſimul junctæ conſiderari debeant,
Redenaſch. conſ. 9. num. 18., Saminiat. contr. 106.
num. 41., Conſtantin. ad Statut. Urb. annot. 36.
num. 82., Sperell. deciſ. 111. num. 17., Rot. cor.
Dunoz. jun. deciſ. 487. num. 21., & deciſ. 518. n.
10., coram Bich. deciſ. 424. num. 11., in rec. de-
ciſ. 500. num. 1., & 2 part. 18., in Faven. Fidei-
commiſſi 15. Junii 1703. §. Quæ conjecturæ coram
clar. mem. Card. Caprara, & in Faven. Aſſocin-
tionis 23. Martii 1707. §. Quamquam cor. bon. me.
Omanna; quia; ut demonſtratum eſt, cum ſint
in ſuo genere imperfectæ, nec etiam unitim acce- 78
ptæ diſpoſitivam vocationem inducere valent,
Ca-

*Caſtald. conſult.*34. *num.*28., *Saminiat. controv.* 53. *num.* 63., *Conſtantin. ad Statut. Vrb. d. annot.* 36. *num.*120., *Palm. nep. alleg.* 254. *nu.*11., *Scayn. deciſ. Bonon.* 2. *num.* 180., *Capyc. latr. deciſ.* 1. *num.* 24., *Rot. Florent. apud Monach. deciſ.*20. *num.*35., & 36., & *apud Torr. variar. tom.*1. *tit.*2., *deciſ.*10. *num.*115., & *ſeqq.*, *Rota Romana coram Royas deciſ.*100. *num.* 17., *in rec. deciſ.*231. *num.*20., & *ſeq. part.*8., *deciſ.* 80. *n.* 26., & *deciſ.* 383. *num.* 34. *part.* 15., & *apud Palm. nepot. deciſ.* 87. *num.* 15., & *deciſ.* 88. *num.*4.

Ex quibus propterea omnibus rectè affirmari
poſſe videtur, non conſtare de vocatione filio-
rum Alamanni in conditione poſitorum in teſta-
mento Scipionis Avi, parvi quidem penſis con-
79 jecturis pro illa inducenda adductis, quia vel eli-
duntur aliis contrariis conjecturis, vel ſaltem ex
eiſdem illa dubia redditur, in qua ſanè dubieta-
80 te pro excluſione vocationis, & gravaminis re-
ſpondendum eſt, *Conſtant. ad Statut. Vrb. an-
not.* 36. *num.*124., *Rot. coram Cerro deciſ.* 441.
*num.*26., *in rec. deciſ.*401. *num.* 14., & 15. *part.*
9., & magis in ſpecie, quod, ubi adſunt conje-
cturæ hinc inde, & in conflictu opinionum ſu-
per illarum qualitate, an ſcilicet ſint leves, &
reprobatæ, vel validæ, & urgentes, illis ſit ad-
hærendum conjecturis, quæ ſtant pro excluſione
vocationis, idem *Conſtantin. ad Stat. Vrb. d.an-
not.* 36. *num.*121., & 280., *Rot. deciſ.* 145. *nu.*
35. *coram Cardin. Celſo*, *deciſ.*342. *num.* 17. *co-
ram Bich.*, *deciſ.* 255. *num.* 22., & *ſeqq. coram
Ottbubon. deciſ.* 258. *num.* 17. *coram Peutiag.*,
& *deciſ.* 79. *num.* 17., & *ſeqq. part.* 18., ubi,
81 quod hoc procedit etiam in terminis ſtatuti di-
ſponentis, filios in conditione poſitos cenſeri vo-
catos; in dubio namque verbis Teſtatoris, non
82 præſumptæ menti eſt inhærendum, cum poſſit
illi imputari, cur apertius voluntatem ſuam non
explicaverit, & ad tollendas conjecturas ſatis eſt
83 illas dubias reddere, *Riminald. jun. conſ.* 358. *n.*
172. *lib.*4., *Avell. Amat. conſ.*91. *num.*9., *Con-
ſtantin. ubi proximè num.*123.; maximè, quando,
prout hic, agitur de præjudicio Creditoris ſuſti-
84 nentis libertatem Bonorum, qui cum tractet de
damno vitando, omnem proinde favorem me-
retur, *Avell. Amat. d. conſ.* 91. *num.fin.*, *Ca-
ren. reſol.* 91. *num.*54. *ad* 57., *Conſtantin. d. an-
not.* 36. *num.* 122., *Rota deciſ.* 528. *num.* 16. *co-
ram Peatinger*.

Hactenus dicta ſuadere videntur non exiſten-
tiam aſſerti fideicommiſſi, & cautelæ Angeli
ejus vigore à DD. de Coccolis allegatæ; Ve-
rumtamen, ſi quæ adhuc difficultas hac in re
ſupereſſet, ea penitùs ſublata videri poteſt ex
ſubſecuta obſervantia promanante ex facto tum
Alamanni heredis inſtituti, tum ejus filiorum
85 in conditione poſitorum; primus enim per do-
nationem factam favore filiorum diſpoſuit de il-
lis met Bonis, ad quæ filii modò ſuſtinent ſe eſ-
ſe vocatos de providentia Scipionis Avi, iſti ve-
rò donationem acceptarunt, & deindè in ejus
executionem Bona prædicta tamquam heredita-
ria Patris inter ſe diviſerunt, ac inſuper in in-
ſtrumento diviſionis convenerunt, debita ſol-
venda eſſe ab unoquoque pro medietate, prout
re ipsâ Legata omnia ab Alamanno relicta, nec
non etiam nonnulla ejus debita ſolverunt, un-
dè tam Alamannus, quàm ejus filii agnoviſſe
videntur, aſſertum fideicommiſſum minimè
ſubſiſtere, cùm alioquin nec ille de Bonis Sci-
pionis tamquam de propriis veriſimiliter diſpo-
ſuiſſet, nec iſti talem diſpoſitionem in eorum
præjudicium adeò improvidè, & inconſultò ac-
ceptaſſent, atque executioni demandaſſent;
proptereaque, dum aliter fecerunt, ex his ſanè 86
actibus excluſivis fideicommiſſi geſtis à perſonis
de voluntate Teſtatoris veriſimiliter informatis,
rectè elicitur obſervantia interpretativa in du-
bio declarans, fideicommiſſum non adeſſe, *Ca- 87
ſanat. conſ.*44. *num.*33., & *conſ.* 45. *num.* 144.,
*Ramon. conſ.*61. *num.*16., & *conſ.* 62. *num.*5., &
*conſ.*100. *nu.* 286. & *trib. ſeqq.*, *Florez. de Me-
na variar. quæſt. lib.*1. *quæſt.*16. *num.*43., *Burg.
de Paz. quæſt. civil.*2. *ex num.*129. & *ſeqq.*, *Mo-
lin. de Primogen. Hiſpan. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 39.
*verſ. nona conjectura*, & *lib.* 2. *cap.*6. *num.* 57.,
*Borgnin. Cavalcan. deciſ.*26. *nu.*36. & *ſeqq. part.*
3., *Farinacc. deciſ.*169. *part.*1.

Et ità verius eſſe crederem, omiſſo examine
tum renunciationis, ſeù remiſſionis aſſerti fidei-
commiſſi, quæ elici poſſe dicebatur ex donatio- 88
ne, & diviſione prædictis, tum etiam qualita-
tis donationis univerſalis, cujus vigore Dona-
tarii adſtricti dicebantur ad ſolvendum debita
Donantis, etiam ex propriis Bonis; nam, quod 89
attinet ad primam, neque ex actu donationis,
neque ex alio diviſionis conſtare ullo pacto mihi
viſum fuit, filios Alamanni donatarios, & di-
videntes crediſſe, ullum adeſſe fideicommiſ-
ſum, quin immo illos ſaltem valdè dubios de eo-
rum vocatione fuiſſe, demonſtrant actus in pro-
ximè *præcedenti* §. recenſiti, in quibus terminis
fideicommiſſum minimè cenſeri valet remiſ- 90
ſum, cum deficiat ſubjectum remiſſionis, &
principale requiſitum pro illa inducenda, nimi-
rum, quod illud exiſtat unâ cum poſitiva, &
individua illius ſcientia, ex *Text. in leg. de his ff.
de Tranſact.*, ubi omnes ſcribentes, & commu-
niter docent *Riminald. jun. conſ.*80. *num.*10., &
*conſ.*204. *num.* 45., *Laderch. conſ.* 73. *num.* 1.,
*Bardellon. conſ.* 11. *num.* 30., *Burſat. conſ.* 174.
*num.*2., *Cyriac. contr.* 323. *num.* 31., *Cirocch.
diſcept.*5. *num.* 41., *Peregrin. de fideicomm. art.*
52. *num.*20., *Rot. in rec. deciſ.*724. *num.*5. *part.*
4. *tom.*2., *deciſ.*782. *num.* 19. *coram Cerro*, *de-
ciſ.* 44. *num.* 4. *poſt Conſtantin. ad Statut. Vrb.*,
*in Placentina Bonorum* 25. *Junii* 1708. §. *Con-
tra hanc in fine coram R.P.D. Lancetta*, *in Ma-
ceraten. Legatorum*, & *fideicommiſſi ſuper Præ-
dio della Cimarella*, & *Domuncula cum apothe-
ca* 23. *Junii* 1710. §. *Siquidem*, & *plurib. ſeqq.
coram Rmo Anſaldo Dec.*, & *in Interamnen.
Fideicommiſſi* 25. *Januarii* 1715. §. *Nec porrò
coram Illmo D. Falconerio*, quam ſcientiam cer-
tè non habet ignarus, aut dubius, qui igno- 91
ranti

ranti æquiparatur, *Rota in Ferrarien. Bonorum ſu-*
92 *per datione in ſolutum 31. Januarii 1710. §. Uſ-*
*que adeò in fin. coram eodem Illmo D. Falconerio*,
& melius ad rem in *dicta Interamnen. Fideicomiſ-*
*ſi loco mox citato coram eodem*.

Minus verò dicta remiſſio allegari poſſe vide-
tur à Creditoribus, quia, ſi illa erui contendi-
tur ex Inſtrumento donationis, in eo expreſsè
cautum reperitur, quod nullus, præter Contra-
hentes, poſſit ullo modo ſivè directè, ſivè in-
directè ejus diſpoſitione uti, ibi = *Più s'è conve-*
*nuto, che qualunque altra perſona, che li Con-*
*traenti, non potrà ſervirſi, nè prevalerſi del pre-*
*ſente atto, nè di alcuna convenzione, e patto in*
*eſſo contenuto direttamente, nè indirettamente,*
*così eſpreſſamente convenuto tra le Parti* = & pro-
hibitio in eadem donatione facta Donatariis op-
ponendi, ſivè excipiendi de verò fideicommiſ-
ſo aſcendentali, vel collaterali, eſt apertè re-
ſtricta ad eum dumtaxat finem, ne ſcilicet ſub
93 illorum obtentu impediretur effectus donationis
inter ipſos Contrahentes, non autem, ut fidei-
commiſſa allegari non poſſent ad effectum repel-
lendi Creditores, ut patet ex illis verbis ibi =
*Più, che i detti Signori de Coccoli ſuoi figlioli, e*
*Donatarj non potranno in verun modo opporre, nè*
*ſervirſi d'alcuni fideicommiſſi, nè d'Aſcendenti,*
*nè Collaterali, nè d'alcuna donazione ſia della lo-*
*ro Madre, o della loro Zia, per impedire l'effetto*
*delle preſenti &c.* = & propterea eadem contrà
claram, & apertam mentem Contrahentium,
extendenda non eſt favore Creditorum, cùm
94 pacta ſint ſtricti juris, *leg. ſi unus 27., leg. tres fra-*
*tres 35., leg. qui in futurum 57. ff. de pact., leg. 5.*
*leg. qui cum tutoribus 9. §. fin. ff. de Tranſact.*,
*Roland. a Valle conſ. 39. num. 5. vol. 1.*, & ultra
95 expreſſa non extendantur, *leg. ult. Cod. de falſ.*
*cauſ. adject.*, ſed quod verbis non continetur
pro omiſſo habendum eſt, *leg. unic. §. Sin autem*
*Cod. de Caduc. tollen., Decian. reſp. 22. num. 4.*
*vol. 1., Thabor. axiom. jur. lib. 13. cap. 1. axiom.*
*6.*, & conferunt firmata poſt *Rot. in Placentina*
*Pontis, & Rivi 31. Januarii 1710. §. Ubi verò*
*coram Rmo Anſaldo Dec.*; Sin autem remiſſio fi-
deicommiſſi elici velit ex actu diviſionis inter
fratres donatarios initæ, nec ipſa prodeſſe va-
let Creditoribus, ſivè per ſe ſpectetur, ſivè tam-
quam facta in ſequelam donationis, nam, ſi
actus diviſionis per ſe ſpectetur, cùm geſtus ap-
pareat ad ſolum effectum diſtribuendi, & aſ-
ſignandi partes abſque ulla ſivè ſpecifica, ſivè
generica mentione dicti fideicommiſſi, ulloque
96 pacto, & conventione illius remiſſionem neceſ-
ſariò inferente, talem remiſſionem nequaquam
inducit, ad *Text. in leg. Cùm Pater §. Heredi-*
*tatem ff. de legat. 2.*, *Bartol. in leg. qui Romæ*
*122. §. Duo fratres num. 10. ff. de verbor. obligat.*,
*Cancer. variar. reſolut. lib. 3. cap. 15. num. 282.*,
*Rot. deciſ. 26. num. 12. & ſeq. part. 17. rec.*, *poſt*
*Conſtantin. ad Statut. Urb. deciſ. 41. num. 14.*,
*deciſ. 42. num. 10.*, *deciſ. 43. num. 2.*, *& deciſ.*
*44. num. 8.*, *& in Interamnen. Fideicommiſſi 25.*
*Januarii 1715. §. Hic ità*, *& 26. Junii ejuſdem*
*anni §. A verbis coram Illmo D. Falconerio Al-*
*mæ Urbis Gubernatore*; Si verò conſideretur uti
factus in ſequelam donationis, ad quam in ea-
dem diviſione ſemper habita fuit omnimoda re-
latio, & tunc, quia per indirectum Creditores
venirent contrà pactum in donatione adjectum,
quod fideicommiſſa à Donatariis allegari non
poſſent, obſtat illis dicta conventio inita in ea- 97
dem donatione omninò prohibens, quemquam,
præter Contrahentes, etiam per indirectum illâ
uti, ex ſupradictis.

Ut etiam fruſtrà à Creditoribus obtenderetur
pactum in diviſione adjectum ſolutionis debito-
rum Alamanni ab unoquoque ex fratribus dona-
tariis pro medietate faciendæ ibi = *In quanto, al-*
*li debiti paſſivi della detta Eredità, li detti Signo-*
*ri fratelli ſono convenuti di pagarli la metà per*
*ciaſcuno* = aut enim ex hoc pacto induci præten-
ditur remiſſio fideicommiſſi, &, ultra quam 98
quod illud per ſe dictam remiſſionem non con-
cludit, urget prætereà reſponſio ſupra tradita,
quod iſta à Creditoribus obtendi nequit, quia
ex conventione inita in donatione, in cujus ſe-
quelam facta fuit diviſio, illa, præter Contra- 99
hentes, nemini ſuffragatur. Aut pactum iſtud ac-
cipitur tamquam ſpecies accollationis debitorum
Alamanni, & iſta quidem efficax eſſe poteſt reſ-
pectu ipſorum Paciſcentium, ſecus autem reſpe-
ctu Creditorum, quorum favore novam obliga- 100
tionem non parit utpotè facta ſolum commodo
ipſorum Dividentium, non verò Creditorum, per
*Text. in leg. ſæpè 63. ff. de re jud.*, *leg. modeſtinus*
*10. ff. de except.*, *leg. ſi unus 27. ubi DD. commu-*
*niter ff. de pact.*, *leg. ſi pro Dote 2. Cod. de Dot.*
*promiſſ.*, *leg. ſi actionem 24. Cod. de pact.*, *& tot.*
*tit. Cod. res inter alios actæ nihil proſunt vel no-*
*cent*, *Gaill. obſerv. 17. num. 2.*, *Tiraquell. de*
*utroque retract. part. 1. §. 1. Gloſ. 9. num. 126.*,
*Cacheran. deciſ. Pedemont. 38. num. 3.*, idemque
procedit etiam quoad aliud pactum in principio
diviſionis expreſſum non contraveniendi, aut 101
quidquam allegandi contrà ipſam diviſionem;
nam eſt iſtud pari modo reſpicit, & reſtrictum
eſt ad ſolum commodum Dividentium, nec ex-
tendi valet favore Creditorum, ad quos con-
trahentes minimè reſpexerunt, ex Juribus mox
adductis.

Quodque demùm DD. de Coccolis ſint Do-
natarii univerſales Alamanni eorum Patris pro-
ficere quidem poſſet Creditoribus ad effectum
agendi ſuper Bonis liberis ejuſdem Alamanni,
quatenus adeſſent penes dictos Donatarios, ne- 102
quaquam verò ad perſequenda alia Bona propria
eorumdem Donatariorum, & præcipuè fidei-
commiſſaria, quia Donatarii univerſales non
tenentur ad debita Donantis, niſi quatenus pa-
tiuntur Bona donata, & non ultra, tametſi In-
ventarium non confecerint, *Bartol. conſ. 157. nu.*
*4.*, *Cravet. conſ. 139. num. 5.*, *Amat. reſolut.*
*jur. part. 1. reſolut. 58. num. 3.*, *Cancer. variar.*
*part. 1. cap. 8. num. 73.*, *& part. 3. cap. 7. nu. 120.*,
*Rubei. ad Guidopap. deciſ. 105.*, *clar. mem. Car-*
*din. de Luca de Donat. diſc. 45. num. 17. & ſeqq.*

cum

cum non ſint heredes, ſed ſucceſſores Bonorum, *Coſt. de remed. ſubſid. remed.* 108. *num.* 13. & 14., *Merlin. de pignor. lib.* 4. *tit.* 3. *quæſt.* 144. *nu.* 5.; Certiùs verò ab onere debitorum exempti
103 erunt, ſi Inventarium legitimè confecerint, cujus virtute eorum Bona propria indubiè à Creditoribus præſervantur *Rota coram Benincaſa deciſ.* 358. *num.* 11., & *deciſ.* 2. *ſub num.* 13. *inter impreſſ. ad ornat. clar. mem. Card. de Luca in Mantiſſ. de uſur. lib.* 5., & *alibi paſſim*.

## *Bononien. Fideicommiſſi.*

Deſcendentium maſculorum appellatione an, & quando veniant nedum Maſculi ex Maſculis, ſed Maſculi etiam ex fœminis? Ordo ſucceſſivus inter plures collectivè vocatos an, & quando non per vulgarem, ſed per fideicommiſſariam intelligatur? Repræſentationis, ſeù etiam vulgaris anomalæ beneficio an, & quando remotior de una linea gradum caducatum ſubingrediens, proximiori de altera linea æqualis gradu fiat?

## VOTUM XXII.

1 *Deſcendentium maſculorum appellatione, niſi ſubjecta materia aliter ſuadeat, veniunt tàm Maſculi ex Maſculis, quàm Maſculi ex fœminis.*

2 *Horum autem comprehenſio faciliùs admittitur, cum verba adſunt Maſculos, & fœminas complicantia.*

3 *Procedit maximè, cum res agitur non in concurſu cum Maſculis ex Maſculis, ſed in ſubſidium.*

*Et cum de fideicommiſſo non Tranſverſalis, ſed Aſcendentis* num. 4. & 5.

4 *Tranſverſalis ſolos Agnatos prædiligere cenſetur.*

5 *Aſcendens autem univerſam poſteritatem ſuam.*

6 *Maſculorum ex fœminis excluſionem, in fideicommiſſo Aſcendentis, ut ſuadere valeant conjecturæ, evidentes debent eſſe.*

7 *Omnes autem corruunt, cum deeſt agnationis contemplatio.*

8 *Agnationis contemplatio ut excludatur, ſat eſt ſola mentio, atque admiſſio fœminarum.*

9 *Agnationis contemplatio, modò fœminæ, earumque Deſcendentes per modum regulæ non ſint excluſi, ipſorum excluſionem operatur ſolùm in concurſu Agnatorum, non iſtis deficientibus.*

10 *A* Cumani *theorica in* leg. Cum ita *receditur ex conjecturis, quibus perpetuum, & deſcenſivum fideicommiſſum deprehendatur.*

11 *Maximè in diſpoſitione Aſcendentis.*

*Quæ autem illæ ſint?* à num. 14. ad 19.

12 *Ad fideicommiſſum Aſcendentis, ex levibus etiam conjecturis, vocati cenſentur nedum primi, ſed alteriores etiam Deſcendentes,* & num. 13.

14 *Verbum* = ſoſtituiſco = *commune eſt.*

15 *Et ſubſtitutionem directam detorquet in fideicommiſſariam.*

16 *Verba directa, reſpectu primi vocati, directam ſubſtitutionem important, reſpectu filiorum fideicommiſſariam.*

17 *Ex verbis* = volgarmente, pupillarmente, e per fideicommiſſo = *nedum primò inſtitutus ſed ejus etiam Deſcendentes vocati per fideicommiſſariam cenſentur.*

18 *Diſpoſitio reſpiciens tractum temporis ſucceſſivum comprehendit omnes primi heredis Deſcendentes.*

19 *Perpetuumque inter eos fideicommiſſum efficit.*

20 *Tractus temporis ſucceſſivus ſufficit ſi implicitè, & per ſolas conjecturas deſignetur.*

21 *Idem ſatis reſultat ex vocatione Extranei poſt Deſcendentes omnes.*

*Poſtque extinctam eorum* lineam, & deſcendentiam num. 24. ad 26.

22 *Diſpoſitio continens vocationem Extranei poſt Deſcendentes omnes, nonniſi per fideicommiſſariam cenſetur ordinata.*

23 *Ea namque vocatio illico inter eoſdem Deſcendentes fideicommiſſum ſupponit.*

25 *Verbum* = Linea = *porrigitur in infinitos gradus.*

*Et fideicommiſſariam importat*, ibid.

26 *Idem de verbo* = deſcendenza =

27 *Diſpoſitio viri nobilis ordinata potiùs per fideicommiſſariam, quam per vulgarem præſumenda eſt, & ratio* num. 28. & 29.

28 *Nobilium perſonarum ultimæ diſpoſitiones reſpicere ſolent ad Bonorum conſervationem in familia.*

29 *Ad eamque aſſequendam fideicommiſſaria, non vulgaris conferre poteſt.*

30 *Filii, & Deſcendentes ſi in portione Patrui, eò magis in portione proprii Parentis ſubſtituti, ſunt cenſendi,* & num. 31. & 36.

32 *Maximè, ſi hæc fuiſſe appareat mens Teſtatoris.*

33 *Nomen* = hereditas = *indefinitè à Teſtatore prolatum totam importat hereditatem.*

34 *Idemque de tota diſpoſuiſſe cenſendus eſt.*

35 *Procedit etiam ad effectum inducendi reciprocam linearem in diſpoſitione Tranſverſalis.*

36 *Filii in portione proprii eorum Parentis cenſentur prædilecti.*

37 *Sub nomine* = Lineæ, & deſcendentiæ = *filiorum maſculorum continentur Maſculi ex fœminis deſcendentes.*

*Maximéque Maſculi ex Maſculis* num. 52.

38 *Filiorum exiſtentia in conditione poſita, impedimento eſt ceteris ſubſtitutis.*

39 *Maſculi ex fœminis vocati in parte conditionali, etiam in diſpoſitiva vocati cenſentur.*

40 *Cum pars conditionalis plurimùm conferat ad diſpoſitivam declarandam.*

41 *Sub conditione deficientiæ tàm legitimorum, quàm illegitimorum Deſcendentium, etiam Maſculi ex fœminis dici debent comprehenſi.*

42 *Proindèque diſpoſitivè vocati.*

43 *Te-*

43 Teſtator quod maſculis ex ſuis filiabus præferre voluerit illegitimos, aut fœminas extraneas, veriſimile non eſt.

44 Teſtatur, ex volita ſuorum Bonorum perpetua conſervatione, cenſendus eſt vocaſſe etiam Maſculos ex fœminis.

45 Ex Statuto Bononiæ fœminæ ſemel à Maſculis excluſæ, ſemper excluſæ remanent.

46 Sic etiam earum Deſcendentes, & num.83.

47 Intellige, donec extent Maſculi agnati; ſecus, ceſſante eorum favore.

48 Præſertim, ſi non ſint per modum regulæ à Teſtatore excluſæ.

49 Fideicommiſſum ab ultimo herede gravato relinqui dicitur.

Ab eoque jus ſucceſſionis dimetiendum eſt, ibid.

50 Reciproca inter Maſculos ex Maſculis ordinata cenſetur ex vocatione Deſcendentium ex fœminis, nonniſi poſt illorum extinctam lineam.

51 Reciproca inter Maſculos ex Maſculis inducitur, concurrentibus eorum vocatione, ſubſtitutione facta in tota hereditate, atque etiam ultimo morienti.

52 Subſtitutio in tota hereditate, etiam interpretativè reſultare poteſt.

53 Et præſertim ex indefinita totius hereditatis expreſſione.

54 Maximè autem, ſi ſtet continuativè ad inſtitutionem de tota hereditate factam.

55 Abſurdum eſſet, ſi in tota hereditate Extranei, non verò Teſtatoris Deſcendentes eſſent ſubſtituti.

56 Subſtitutio ultimo morienti, quando agitur de Deſcendentibus, ſatis colligitur ex conjecturis.

57 Atque ex eo, quod ſit facta in defectu lineæ, ſeù deſcendentiæ.

58 Succeſſio fideicommiſſaria eſt ad normam inteſtatæ ſucceſſionis deferenda, & num. 85.

59 Succeſſio fideicommiſſaria æqualiter dividenda eſt inter perſonas ultimo Defuncto pari gradu conjunctas.

60 Pluribus collectivè vocatis, is præfertur, qui tempore delatæ ſucceſſionis proximior eſt.

61 Repræſentatio gradus paterni etiam in fideicommiſſo Aſcendentis non admittitur, quando illud, excepto Patruo, vacat per obitum alterius Tranſverſalis remotioris, & nu. 71.

62 Secus, ſi Deſcendentium vocatio facta ſit per verbum commune = Subſtituo.

63 Item, ſi concurrat tractus temporis ſucceſſivus.

Et quoties ſubſtitutio continet vulgarem anomalam, num.68.

Contrariæ auctoritates procedere declarantur, quando ſucceſſio deferenda eſt ordine inteſtatæ ſucceſſionis, & juxta prærogativam gradus, num. 74.

64 Subſtitutio ex verbis = linea =, & = deſcendentia = tractum ſucceſſivum temporis denotantibus compendioſa dicitur.

65 Tametſi deficiat verbum = quandocumque =.

66 Eademque ſub ſe vulgarem anomalam continet.

67 Præſertim, quando concurrit clauſula = vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum =.

Quo caſu dicitur vulgaris non tacita, ſed expreſſa, ibid.

69 Subſtitutioni vulgari anomalæ faciliùs ſit locus, quando agitur de ingreſſu in plures lineas proximiorum æqualiter vocatorum.

Ne ſcilicet remotior ſemper ab eorum aliquo remaneat excluſus, ibid.

70 Per vulgarem anomalam remotior fit gradu æqualis proximiori.

72 Vulgaris anomala à repræſentatione differt.

73 Ab eaque independenter admittitur.

74 Statutum Bononiæ licèt favore Patrui excludat ab hereditate Nepotis deſcendentes ex fœminis, ipſas tamen non excludit, immò una cum Patruo admittit, & num.82.

75 Teſtator patrio Statuto ſeſe conformare voluiſſe cenſetur.

76 Conjectura autem hæc plurimùm urget pro interpretanda Teſtatorum voluntate.

Intellige, ut num.77. & ſeq.

77 Statutum loquens de inteſtata ſucceſſione locum ſibi non vindicat in fideicommiſſaria.

78 Neque ex eo deſumi valet conjectura voluntatis Teſtatoris.

79 Teſtator vocando Agnatos maſculos, deindèque fœminas ab ipſis deſcendentes, eas tantùm in ſubſidium cenſetur invitaſſe.

80 Fœminæ, nonniſi deficientibus Agnatis maſculis vocatæ, nequeunt ex conjectura voluntatis Teſtatoris à Statuto deſumpta, iis extantibus, admitti.

81 Ipſâ præſertim adverſante Teſtatoris voluntate.

84 Teſtator cum proprio Statuto fœminarum excluſivo ſe conformaſſe cenſetur.

85 In fideicommiſſis attenditur proximitas gravati, non gravantis.

86 Idque etiam ad effectum, ut fœmina proximior gravato Maſculos ſuperſtites valeat excludere.

87 Intellige tamen, id procedere, cum res eſt de potioritate gradus, ſecus in concurſu cum Maſculis Teſtatori prædilectis, & priùs vocatis.

Tunc enim attenditur non proximitas gradus, ſed mens, & affectio Teſtatoris, ibid.

88 Fœminæ non ſimultaneè cum Maſculis, ſed poſt illos vocatæ cenſentur, ſi poſt ipſos ſint ſubſtitutæ.

89 Eas enim ſibi ipſis fuiſſe ſubſtitutas, abſurdum eſt.

Hie-

Digitized by Google

Hieronymus Guidi Teſtator

Maximus — Carolus

Alexander — Hieronymus — Albertus — Artemiſia

Maximus — A:temiſia cum Co: Alexio Coluzzi — Eoeas Brandani

Com. Guido Aſcanius — Marchio Paulus.

HIERONYMUS Guidi in ſupremo teſtamento, cum quo deceſſit anno 1603., heredes inſtituit Maximum ſeoiorem, & Carolum filios ſuos, ordinatâ inter eoſdem reciprocâ ſubſtitutione,ſi alterutrum illorum ſinè filiis decedere contigiſſet. Iiſdem verò relinquentibus filios, & Deſcendentes, ſi aliquandò linea, & deſcendentia Maſculorum naturalium, & legitimorum ipſius Teſtatoris penitùs deficeret, filiis, & Deſcentibus maſculis præfati Maximi ſen. impartitus fuit facultatem vocandi ad ſucceſſionem filios etiam illegitimos, legitimatos tamen, eoſque, vel ſolos, vel etiam unâ cum fœmiois arbitrio ultimi gravati admitti poſſe voluit. Sin autem univerſa ipſius deſceudentia tàm legitima, quàm illegitima penitùs extingueretur,ultimo ex eiſdem filiis, & Deſcendentibus Maximi ſenioris dedit poteſtatem tranſeundi ad Tranſverſales, adoptando aliquam filiam legitimam, & naturalem, aut unum deſcendentem ex Franciſco Guidi, aut ex familia de Bandis; Quoniam verò Teſtator ſummoperè optabat, Bona ſua ſemper conſervari peues perſonas ab ipſo vocatas, conceſſit Maximo ſeniori plenam poteſtatem arctioris fideicommiſſi vinculis gravandi filios, & nepotes ſuos, prout nempe ipſi ad perpetuam dd. Bonorum conſervationem aſſequendam expedire viſum fuiſſet. Deniquè, ſi, extinctâ tum lineâ legitimâ, aut legitimatâ, tum etiam lineâ filii adoptivi, vota ſua directa ad d. perpetuam Bonorum conſervationem in tot ſubſtitutorum lineis falli contigiſſet, ultimo loco ſubſtituit quemdam Locum pium.

Mortuo Teſtatore, ejus hereditas, & fideicommiſſum agnitum, ſuſceptumque fuit à Maximo, & Carolo ejus filiis, ſed, iſto prædefuncto ſinè Liberis, totum fideicommiſſum conſolidatum fuit in Maximo, qui deceſſit anno 1630., ipſi ſuperſtitibus Alexandro, Co. Hieronymo jun., & Alberto, qui, excluſâ Artemiſiâ ſen. eorum Sorore, in univerſo avito fideicommiſſo ſucceſſerunt. Sed, prædefuocto Alberto, fideicommiſſaria illius portio delata fuit ad Alexandrum, & Hieronymum jun., ex quo jamdudum defuncto ſuperſtites fuerunt Com: Maximus jun., & Artemiſia jun. illius filii, quâ excluſâ, in portione fideicommiſſi ad Patrem delata,ſolus dictus Com. Maximus ſucceſſit, donec ipſe etiam moriens, nullis relictis Liberis, locum fecit conſolidationi univerſi fideicommiſſi in perſona longævi Patrui, videlicèt Alexandri, qui fuit ſupremus maſculus ex linea Hieronymi Teſtatoris.

Ipſe autem moriens, condito teſtamento, uſus minimè fuit facultatibus à Teſtatore elargitis ultimo Maſculo, nominaudi videlicet illegitimos, vel adoptandi aliquem deſcendentem a Franciſco Guidi, aut ex familia Bandi; Quamobrem dubitari contingit, an fideicommiſſum iſtud adhuc duret in deſcendentibus ex fœminis, & quatenùs pro ejus duratione reſpondendum videatur, an ad illud coæqualiter, ſive pro quibus portioobus ſuccedere debeant D. Guido Aſcanius Coluzzi, & D. Marchio Paulus de Brandanis deſceodentes ex fœminis, vel potius prætatus D. Com. Guido Aſcanius præferendus ſit D. March. Paulo de Magnanis, ſuper quibus Dubiis rogatus, ut pro veritate ſententiam meam dicere velim, rem ordiar à primo.

Cenſerem igitur, fideicommiſſum minimè deſiſſe in perſona clar. mem. Alexandri Capraræ ultimi maſculi ex linea Hieronymi Teſtatoris, ſed illud adhuc durare favore deſcendentium ex fœminis; nam, licèt Teſtator, donec extarent Maſculi agnati, excluſis fœminis, d. fideicommiſſum de Maſculo in Maſculum agnatum deferri voluerit, ut perſpici poteſt ex pluribus teſtamenti locis alibi expendendis, nihilominus fœminas perpetuò, & abſolutè non excluſit, quinimmò, deficientibus omnibus Maſculis, & universâ deſcendentiâ, & lineâ maſculinâ ſuorum filiorum, & heredum penitùs extinctâ, eaſdem, earumque Deſcendentes expreſsè vocavit; perſpicua ſunt verba illa, quibus Teſtator Carolo filio ſuo decedenti ſinè filiis ſubſtitoit Maximum ſeniorem, ejuſque filios, & Deſcendentes maſculos, & fœminas ibi = *al qual Carlo inſtituiſco, e ſoſtituiſco il ſopradetto Maſſimo, ed i ſuoi figlioli, e Deſcendenti maſchi, e femine legitime, e naturali volgarmente pupillarmente, e per fideicommiſſo* =. At verò, ſi, quoties deſcendentes ex fœminis excluſi non reperiuntur verbis expreſſis, aut æquipollentibus expreſſis, vel eorumdem excluſio non elicitur ex argumentis, & conjecturis neceſſariò illam præſeferentibus, ſemper vocati cenſentur ſub nomine Deſceudentium ma- 1
ſculorum ſuâpte naturâ, & ex propria ſignificatione comprehendente tàm Maſculos ex Maſculis, quàm deſcendentes maſculos ex fœminis, juxta famigeratum *conſ. Fulgoſ. 85.*, quod vim regulæ obtinuit apud Doctores, & Tribunalia, ut, omiſſis antiquioribus, tradunt *clar. me. Card. de Luc. de Fideic. diſc. 24. num. 5. & n. 14., & diſc. 25.*

& diſc.25. nu. 28. & ſeqq., alter de Luc. de linea
legat. lib. 2. art. 76. num. 2., Manſ. conſult. 387.
num. 11., & num. 13., conſult. 552. num. 19., &
num.21., Palm. nep. alleg. 221. nu. 2., Calderon.
reſol.77. num.44. & ſeq., reſol.97. num.44., Rot.
in Bononien. Fideicommiſſi de Bullattinis coram
clar. mem. Card. Caprara inter recollect. per Bal-
duc. ad Ramon. deciſ.22. num.1. tom.2., in Bono-
nien. Fideicommiſſi de Ghiſleriis 17. Junii 1697.
§. Quæ communis coram Rmo Molines, in Bono-
nien. Fideicommiſſi de Roſſenis 4. Junii 1708. §. De-
veniendo coram bon. me. Omanna, in Peruſina Fi-
deicommiſſi 26. Junii 1709. §. Ratio coram Rmo
Molines, &, nullis aliis, quæ lato calamo cumu-
lari poſſent, plenè firmatum fuit à Rota Januen.
in celebri Januen. Primogenituræ de Inurea 7.
Maii 1711. num.11., & num.52. edita à D. Au-
ditore Bichio; Quanto potiori Jure nomine
Deſcendentium comprehenſi cenſendi erunt
Maſculi ex fœminis, quando, ut in noſtra
hypotheſi, tantum abeſt, quod Deſcendentes
ex fœminis verbis expreſſis excluſi dici queant,
ut potiùs expreſsè vocati appareant verbis
illis = ed i ſuoi figlioli, e Deſcendenti maſchi,
e femine legitime, e naturali =, his enim verbis,
2 quibus complicantur Maſculi, & fœminæ, pro-
cul dubio vocati dicendi ſunt deſcendentes ex
fœminis, juxtà animadverſa per Surd. conſ. 21. n.
9. & 10., & conſ.564. ſub num. 7. verſic., & ubi
hæc ſententia, Manſ. conſul.463. nu.33. & ſeqq.,
& in ſupplem. tom.9. conſul.101. num.2. in fin., &
num.13., R.P.D. Fattinell. reſp.96. n. 7. & 10.,
Rot. poſt Bonden. dec. 17. num. 1., & dub. ſeqq.
tom.1.; præſertim verò in caſu noſtro, tum quia
non agitur de excluſione, ſive illorum concurſu
3 cum Maſculis ex Maſculis, ſed, iſtis penitùs ſubla-
tis, in ſubſidium, & ad conſervandum fideicom-
miſſum, agitur de admittendis deſcendentibus ex
fœminis, Rot. coram Coccin. deciſ. 294. num. 8.
& ſeq., coram Priol. deciſ.283. num.3., coram bo.
mem. Emerix jun. deciſ. 1213. num. 18. & ſeq.,
4 tum etiam quia verſamur in fideicommiſſo con-
dito non à Tranſverſali, qui regulariter potiùs,
quàm naturali pietate, & ſanguinis prædilectio-
ne, civili ratione ſolos Agnatos prædiligere cen-
ſetur, ex animadverſis per clar. mem. Card. de
Luc. de Fideicomm. diſc. 43. num. 6., Rot. in rec.
dec.102., nu.5. & dec.631. n.7. & ſeqq. part.18.,
& in Ariminen. Fideicommiſſi 3. Martii 1692.
§. Quin urgeat cor. Rmo de Heraault, impreſſ. in
Mantiſſ. ad clar. mem. Card. de Luc. de Fideic.
deciſ.13. num.14., ſed verſamur in fideicommiſ-
5 ſo ordinato ab Aſcendente, qui ob naturalem
charitatem, quâ univerſam poſteritatem ſuam
prædilexiſſe præſumitur, cenſetur in ſubſidium
ſaltem, deficientibus Deſcendentibus maſculis
agnatis, vocaſſe Deſcendentes cognatos ex fœ-
minis, teſte Bald. in leg. Cum acutiſſimi in princ.
C. de Fideicom., Soccin. jun. conſ.126. n.24. lib.1.,
Peregrin. de Fideicom. artic.20. num. 2. poſt med.
verſ. tertiò probatur, Fuſar. de ſubſtit. quæſt.484.
nu.17. & 30., optimè Rot. coram Merlin. dec.520.
nu.14. verſic. dumque agitur, & in Aquipenden.,
ſeù Montis Faliſci Fideicommiſſi 11. Maii 1705.
§. Tertiò confert cor. clar. mem. Card. Caprara.

Quæ conjectura pietatis non interverſa, ſed
coadjuvatâ literâ teſtamenti, ſublata dici nequit 6
ullis contrariis argumentis, quæ ſi evidentia eſſe
oportet, leg. 1. ibi, = niſi alia Defuncti voluntas evi-
dentior probetur = Cod. de condit. inſert., & con-
ſert. Text. in leg. ſi plures in fin. ff. de vulgar., &
pupillar., & docuerunt Fulgoſ. d. conſ.85. nu. 4.,
Altograd. jun. contr. 68. nu. 4., Rot. poſt Cenſal.
ad Peregr. deciſ.38. §. Quoniam, in rec. deciſ.638.
num.4. part. 18., Rot. in Bononien. Fideicommiſſi
de Ghiſleriis 2. Martii 1693. §. Quoniam, & 10.
Junii 1693. §. final. coram bon. mem. Benincaſa,
in Aquipenden., ſeù Montis Faliſci Fideicommiſſi
11. Maii 1705. §. Et licèt coram clar. mem. Card.
Caprara, in Bononien. Fideicommiſſi Annibalis
de Elephantutiis 25. Junii 1708. §. Et tam coram
R. P. D. Anſaldo, cum aliis apud Rot. Januen.,
in dicta Januen. Primogenituræ de Inurea 7. Maii
1711. num.23., quænam contraria conjectura in 7
noſtro caſu afferri poterit, quando deficit illa, à
qua ceteræ omnes vim, & robur aſſumunt, illa
nempe deſumpta ex contemplatione agnationis,
quæ in noſtro caſu excluditur ſolâ mentione, 8
atque admiſſione fœminarum, Caſtill. contr. jur.
lib.2. cap.4. num. 177., Caſtald. conſult.34. nu.7.
& ſeq. tom. 1., Rocc. diſput. Jur. ſelect. cap. 3.
num. 33., Bonden. collect. legal. 33. num. 67., &
collect. ſeq. num. 33. lib. 2., Palm. nep. alleg. 93.
n.36., Turr. de Majorat., & Primog. Ital. part.1.
cap.25. num.274., & cap.38. num.35., & varior.
Jur. quæſt. tom.1. tit.1. quæſt.12. num. 18., Cal-
deron. reſol.99. n.10., Rot. in rec. deciſ.11. n. 12.
part.13., & deciſ.125. num.12. part.16., & apud
Calderon. reſol.97. num.111., in Carpentoracten.,
ſeù Avenionen. Fideicommiſſi de Tertullis 27. Fe-
bruarii 1704. §. Quoniam coram R. P. D. Lancet-
ta, in Tudertina Fideicommiſſi 8. Februarii 1706.
§. Utique coram R. P. D. Anſaldo. Et præterea,
tametſi in noſtro caſu adeſſet expreſſa, ac rigo- 9
roſa agnationis contemplatio, modò tamen fœ-
minæ, earumque Deſcendentes perpetuò, & per
modum regulæ excluſi minimè eſſent, excluſio-
nem deſcendentium ex fœminis operari poſſet
in concurſu Maſculorum agnatorum, non autem
iſtis deficientibus, ut, præter alibi allegata, ad
rem noſtram tradunt Menoch. conſ.680. num.24.,
Rot. cor. Card. Cerr. deciſ. 80. num. 4. & ſeqq.,
cor. Bich. dec. 546. num. 9., egregiè in Bononien.
Fideicommiſſi de Boatteriis impreſſ. in rec. deciſ.
133. num.4. & ſeqq., & num. 30. & 31. part. 9.,
in Avenionen., ſeù Carpentoracten. Fideicommiſ-
ſi de Tertullis 5. Junii 1705. §. Nec ex quo coram
bon. mem. Caffarella, in Interamnen. Juriſpatro-
natus 22. Martii 1706. §. Et demum, confirmata
10. Decemb. ejuſd. anni coram Illmo Scotto Almæ
Urb. Gubernatore, & in Balneoregien. Beneficii
21. Januarii 1707. §. Ratio autem §. Nec pro ar-
guenda cum ſeq. coram Rmo Kaunitz Epiſcopo
Labacen., & Rot. Januen. in d. Januen. Pri-
mogenituræ de Inurea num.102. & 103.

Neque verò expreſſa ſubſtitutio Deſcenden-
tium maſculorum, & fœminarum Maximi ſen.
deſumpta ex ſupra relato teſtamenti loco, ordi-
nata

Digitized by Google

nata dici poteſt per ſimplicem vulgarem, quæ,
adeunte Maximo, expiraverit, ad theoricam
10 *Cumani in leg. Cùm ità §. In fideicommiſſo ff. de*
*legat.* 2. dicentis, pluribus vocatis nomine
collectivo, ſubſtitutionem intelligi potius dire-
ctam vulgarem, quàm fideicommiſſariam, ab
iſta enim theorica receditur, quoties ex conje-
cturis deprehenditur, Teſtatorem ordinare vo-
luiſſe perpetuum, & deſcenſivum fideicommiſ-
ſum, *Doctores in leg. Gallus §. Quidam rectè ff.*
*de liber., & poſth. idem Cuman. loco citato, Co-*
*var. in Cap. Rayoutius §.2. num.7. de teſtament.,*
*Altograd. conſ. 80. num. 63. lib.2., Fuſar. conſ.*
*154. num.18., & de ſubſtitut. quæſt.383. per tot.,*
*& quæſt.476. nu.14. verſ. ſi tamen ultro, & num.*
*93. verſ. declaratur 2., Mantic. de conject. lib.*
*8. tit.12. num. 21., Peregrin. de fideicomm. art.*
*18. num.24. verſ. quartus caſus, Molin. de Pri-*
*mogen. Hiſpan. lib 1. cap. 5. nu. 28. verſ. niſi con-*
*jectura perpetuitatis, Roſ. conſult. 42. num. 3.,*
*clar. mem. Cordin. de Luco de fideicom. diſc. 93.*
*pariter num.3., Surd. deciſ.346. num.21., Rot.*
*Bononien. apud Rodulphin. allegat.107. num.28.,*
*Rota coram bon. me. Emerix jun. deciſ.313. num.*
*2., latè in Fanen. Fideicommiſſi 22. Junii 1705.*
*coram bon. mem. Omanna, in Romana hereditatis*
*14. Junii 1709. §. Non attento coram Emo Car-*
*din. Priolo*; Certiùs, quando agitur de diſpoſi-
11 tione Aſcendentis, qui conjecturâ pietatis evul-
gatâ primùm à *Papiniano in leg. Cùm Avus ff. de*
*condit., & demonſtrat.*, deinſeque ſummoperè
celebrata ab Imperatore in *leg. Cum acutiſſimi*
12 *Cod. de fideicom.* non ſolùm de primis, ſed de
ulterioribus ſuis Deſcendentibus cogitaſſe, &
providentiâ ſuâ illis conſuluiſſe cenſetur, & qui-
dem ex levioribus conjecturis hanc ejus men-
13 tem, & voluntatem deducendo, *Peregrin. de*
*fideicom. conſ. 33. num. 27. lib.3, Fuſar. de ſub-*
*ſtitut. quæſt. 381. num.52., clar. mem. Card. de*
*Luca de fideicomm. diſc.92. num.3. verſ verùm in*
*unoquoque, Rot. poſt Merlin. de legit. deciſ. 129.*
*num.19., coram Burat. deciſ.385. num.2., ibique*
*Adden. verſ. & licèt coram bon. mem. Emerix*
*jun. deciſ.599. num.1., in Avenionen., ſeù Va-*
*ſionen. Primogenituræ 4. Decembris 1693. §. Ta-*
*lis autem coram clar. mem. Cardin. Caprara, in*
*Fanen. Fideicom. 22. Junii 1705. §. Conjecturæ*
*in princ. cor. bon. mem. Omanna.*

Porrò non leves, ſed graviſſimæ in noſtra hy-
potheſi concurrunt conjecturæ, quibus ſuade-
tur, omninò recedendum eſſe à theorica *Cuma-*
*ni*, eædemque deſumuntur tum ex verbis, qui-
bus concepta eſt dicta ſubſtitutio, tum etiam ex
illius ſubſtantia; ſi enim ſpectemus verba, Teſta-
14 tor uſus non fuit verbo tantùm directo = *inſtitui-*
*ſco* =, ſed verbo etiam = *ſoſtituiſco* =, quod, ut-
potè commune, per ea, quæ tradunt *Caren. re-*
*ſolut. 78. nu.2., Rocc. diſput. jur. ſelect. cap. 13.*
*num.4., Sominiot. contr.101. num. 15., Rota*
*coram Carillo deciſ. 183. num. 5., coram Bich.*
*deciſ. 27. num.3., deciſ.548. num.5., in rec. de-*
*ciſ.653. nu. final. part. 18. poſt Torr. de pact. fut.*
*ſucceſſ., deciſ.50. num.12. apud Palm. deciſ.240.*
*num.7., cum aliis in Vaſionen. fideicommiſſi 21.*
*Martii 1708. §. Siquidem coram bon. mem Oman-*
*na* ſubſtitutionem directam detorquet in fidei- 15
commiſſariam, ut unanimi conſenſu tradunt
Doctores in *leg. Centurio ff. de vulgar., & pu-*
*pillar., Grotian. diſcept. 744. num. 29. verſ. tum*
*ex vi verborum, Rodulphin. allegat.105. num. 6.*
*verſ. tum etiam, Rot. Bonon. apud eumdem alle-*
*gat.107. num.7., Rot. in rec. deciſ.320. part.1.,*
*& deciſ. 344. utrobique num.5., & ſeqq part. 2.,*
*deciſ. 30. num. 7. part. 14.*, eo tamen modo,
quo incongruum non eſt, quod verba directa, 16
reſpectu quidem primi vocati importent ſubſti-
tutionem directam, reſpectu verò filiorum fidei-
commiſſariam, optimè *Rot. deciſ.579. num.12.*
*part. 1. diverſ., in rec. dict. deciſ.320. num.11.*
*part.1., cor. Ubald. deciſ.22. nu.5. verſic. etiamſi*
*Teſtator*; ſed longè magis urget Clauſula illa =
*volgarmente, pupillarmente, e per fideicommiſ-*
*ſo* =, verba namque iſta, tamquàm reſpicientia 17
non ſolum Maximum primum heredem inſtitu-
tum, ſed etiam ejus filios, & deſcendentes ma-
ſculos, efficiunt, quod iidem etiam per fidei-
commiſſariam vocati dicantur, ut notant *Pere-*
*grin. de fideicomm. art.18. num. 23., Fuſar. de*
*ſubſtitut. quæſt. 479. nu.35. verſ. maximè, Tren-*
*tacinq. eodem tract. part.5. cap.10. num. 10., Ro-*
*dulphin. dict. allegat. 105. num.10., Rota Bonon.*
*apud eumdem dict. allegat. 107. nu. 11. verſ. quod*
*ſinè ullo dubio, Rota coram Seraphin. deciſ. 914.*
*num.10., coram Coccin. deciſ.1255. num. 3., co-*
*ram bon.mem. Emerix jun. deciſ. 56. poſt princip.,*
*deciſ.538. num.7.* ibi = *quæ clauſula importat cla-*
*ram voluntatem Teſtatoris ſubſtituendi filios, nepo-*
*tes, & pronepotes non ſolùm per vulgarem, ſed*
*etiam per fideicommiſſum* =, *deciſ. 599. nu.5., &*
*deciſ. 1124. num.11., in rec. deciſ.472. num.30.,*
*& ſeq. part.14., deciſ.570. num. 4. part. 18., in*
*Fanen. Fideicommiſſi 22. Junii 1705. §. Certiora*
*autem coram bon.mem. Omanna.*

Si verò ſpectemus ſubſtantiam diſpoſitionis,
hæc continet, atque porrigitur in tractum ſuc- 18
ceſſivum temporis, ſub quo ſicuti comprehen-
duntur omnes Deſcendentes Maximi ſen., ſic
etiam, excluſâ vulgari, ad eoſdem extendit fidei- 19
commiſſum, efficiendo illud perpetuum, *Pe-*
*regrin. de fideicommiſ. art.18. num. 14. & ſeqq.,*
*Fuſar. de ſubſtitut. quæſt.479. nu.93., clar.mem.*
*Card. de Luca de fideicomm. diſc.93. ſub num. 7.,*
*Palm. Nep. deciſ.219. num.1., & ſeqq., Rot. in*
*rec. deciſ. 49. num.10., deciſ. 320. num. 5 part.*
*1., deciſ.97. nu.5., & ſeqq. part.4., deciſ.190.*
*num.8. part. 11., deciſ. 30. num. 3., & num. 8.*
*& ſeqq., & deciſ. 472. num.31. part.14., deciſ.*
*339. num.4., deciſ.355. num. 7. part. 17., coram*
*bon. mem. Emerix jun. deciſ. 538. num.4. & ſeq.,*
*deciſ. 1040. num 1., deciſ.1124. num.1. & ſeqq.,*
*in Romano Juriſpatr. 3. Julii 1705. §. Clariora*
*ſunt coram Rmo Molines, confirmato 14. Decem-*
*bris ejuſdem anni §. Idemque coram eodem, in*
*Romana hereditatis 14. Junii 1709. §. Non atten-*
*to cor. Emo Card. Priolo.*

Is verò tractus ſucceſſivus, quem ſufficit im-
plicitè, & per ſolas conjecturas deſignari, *Si-* 20
*mon. de Pret. de interpret. ultim. volunt. lib. 13.*

*ſolut.5. num.46.*, *Molin. de Primogen. lib.1. cap.
5. num.3.*, *Rota in rec. dict. deciſ. 320. num. 13.
verſ. nam prædicta part. 1.*, *in Avenionen.*, *ſeù
Vaſionen. Primogenituræ 4.Decembris 1693. §.Et
denique coram clar. mem. Card. Caprara*, *in Romana
Donationum 4. Junii 1700. §. Et denique
coram Rmo dell' Olmo Epiſcopo Conchen.*, *& in
dicta Romana Juriſpatr. 3. Julii 1705. §. Verbis
accedunt conjectura coram Rmo Molines*. Is,
21 inquam, tractus ſucceſſivus ſufficienter reſultans
ex eo, quod Teſtator poſt mortem omnium Deſcendentium,
alios vocavit, nonniſi enim ſuc-
22 ceſſiva, & per fideicommiſſariam ordinata cenſeri
poteſt diſpoſitio illa, cujus vigore poſt omnes
Deſcendentes ſuccedere debet ſubſtitutus ex-
23 traneus, cujus vocatio fideicommiſſum illico inter
illos ſupponit, *Ramon. conſ. 17. num. 6., &
ſeq.*, *Mantic. de conject. lib.7. tit.5. num.3.*, *Fuſar.
de ſubſtitut. quæſt. 579. num.119.*, *Roſa conſult.42.
num.12.*, *Peregrin. deciſ. Patavin. 111.
num.5.*, *Rot. in rec. deciſ. 212. num. 4. part. 2.*,
*coram Ubald. deciſ. 22. num. 10. verſ. accedit*,
*confirmata deciſ. 313.*, ſed evidens, & apertus
redditur ex eo, quod talis ſubſtitutus vocatus
24 fuit poſt penitus extinctam lineam, & deſcendentiam
filiorum maſculorum Teſtatoris, ibi = *ſe
verrà il caſo, che la mia linea, e deſcendenza
de figli maſchi legitimi, e naturali rimanga finita,
& eſtinta* =, verbum enim = *linea* =, ſicuti
25 longo tractu complectitur, atque porrigitur in
infinitos gradus, ſic etiam importare dicitur ſucceſſivam
diſpoſitionem fideicommiſſariam porrectam
ad gradus omnes, quotquot ſub nomine
lineæ continentur, *Laderch. conſ. 72. num. 4.*,
*Rota coram Seraph. deciſ.934. num. 7., & ſeq.*,
*coram bon. mem. Emerix Jun. deciſ. 279. nu.15.*,
*in rec. deciſ.617. num.16. part.18.*, *in Bonon. Fideicommiſſi
inter collect. per Balduc. ad Ramon.
deciſ.7. num. 5. tom. 2.*, *in Bonon. Fideicommiſſi
27. Junii 1708. §. Prædicta in fin. coram R.P.D.
Falconerio*, *in Romana fideicommiſſi Camilli de
Palumbaria 1. Decembris 1710. §. Quia ſubſiſtat
coram R.P.D. Aldrovando*, *in Lucana Fideicommiſſi
12. Junii 1711. §. Maximè quia coram R.P.
26 D.Criſpo*; Prout etiam ſimilem effectum reſultare
ex vocatione, & verbo illo = *deſ.endenza* =,
in propoſito notant *Buccafer. conſ. 25. num. 2.,
& num. 5.*, *Altograd. conſ. 80. num. 96. lib.
2.*, *Palm. Nep. allegat. 215. num. 11.*, *Rot. in
rec. deciſ. 733. num. 4., & ſeqq. part.18.*, *in
Lucana fideicommiſſi 14. Decembris 1708. §.
Id quod, & ſeqq. coram Rmo Kaunitz. Epiſcopo
Labacen.*, *confirmata 1. Julii 1709. §.
Præſuppoſita coram Illmo Scotto Almæ Urbis Gubern.
& 12. Junii 1711. §. Clarior. ſanè cor. R.
P.D. Criſpo*.

Nec denique omittenda conjectura deſumpta
ex perſona Teſtatoris, qui cum eſſet vir in pri-
27 mis nobilis, præſumendus eſt diſpoſitionem ſuam
ordinare voluiſſe potiùs per fideicommiſſariam,
quàm per vulgarem, *clar. mem. Card. de Luc. de
fideicomm. diſc.228. num.4.*, *Rocc. diſput. jur. ſelect.
cap. 19. num. 19.*, *Hieronym. Leo deciſ. 60.
num. 13.*, *Rot. deciſ. 5. num. 2. verſ. & prima
part. 1. diverſ.*, *coram Arguell. deciſ. 54. num.
38. verſ. quod certi it*, *cum aliis in Romana fideicommiſſi
de Alveris 12. Januarii 1711. §. Verſamur
ſiquidem coram R.P.D. Criſpo*; ob eam ra-
tionem, quod perſonæ nobiles, utpotè in ſimi- 28
libus diſpoſitionibus contemplantes perpetuam
Bonorum conſervationem, in ipſorum familiis,
per fideicommiſſariam potiùs, quàm vulgarem
diſpoſuiſſe cenſentur, quippè illa, non iſta con-
ferre poteſt ad aſſequendum finem ab ipſis voli- 29
tum, ut conſiderant præcitatæ auctoritates.

Iſtaque fideicommiſſaria ſubſtitutio Maximi
ſen., ejuſque filiorum, & Deſcendentium maſculorum
facta reſpectu Caroli, reſtringi nequit
ad illius dumtaxat portionem, abſque eo quod
comprehendat illam ipſius Maximi, nam, ſi
dicti filii, & Deſcendentes maſculi ſubſtituti 30
fuerunt in portione Caroli Patrui, facilius admittenda
eſt eorumdem vocatio, atque ſubſtitutio
ad portionem proprii Parentis, *Gozzadin.
conſ.64. num. 10.*, *Ruin. conſ. 160. num. 24. lib.
2.*, *Decian. reſp. 44. num. 20. verſ. ſecunda eſt
lib. 3.*, *Honded. conſ. 54. num.37. lib.2.*, *Menoch.
de præſumpt. lib.4. præſumpt.76. num.52.*, *Intrigliol.
de ſubſtitut. cent.3. quæſt.26. num.112.*, *R.
P.D. Fatinell. reſp.70. num.13.*, *Rot. in rec deciſ.
144. num.3. part.1.*, *deciſ.355. num.6. part.
4. tom.2.*, *coram Coccin. deciſ.267. num. 1.*, *coram
Merlin. deciſ. 359. num. 6. & ſeq.*, *coram
Card. Celſo deciſ.229. num.13.*, *coram Priol. deciſ.
223. num. 3.*, *& benè coram bon. mem. Emerix
jun. deciſ.538. num.11., & deciſ.599. nu.6.*,
exemplo filiorum, qui ſi in conditione poſiti, &
vocati legantur reſpectu portionis eorum Patrui, 31
potiori Jure vocati cenſendi ſunt in portione
proprii Parentis, *Jaſon. conſ.101. num. 19., &
ſeqq. lib.4.*, *plenè Eugen. conſ. 52. num. 25., &
ſeqq. lib.1.*, *Menoch. conſ.135. num.7. verſ. quinto
confert conſ. 393. nu.28. & ſeqq, & conſ.481.
num.2.*, *Fuſar. de ſubſtitut. quæſt.437. num. 85.
referens plures Sacræ Rotæ deciſiones*, *Rot. in
rec. deciſ.100. num.1. part.1.*, *coram Rembold. deciſ.487.
num.6.*

Præſertim verò in caſu noſtro, in quo in du-
bium revocari nequit hanc reverà fuiſſe Teſta- 32
toris mentem, nam, ut perſpicitur ex toto contextu
teſtamenti, ille ſemper diſponere cogitavit
de tota ſua hereditate, ſimpliciter, & indefinitè
de illa loquendo, tum in ea parte, quâ
expreſſit votum conſervationis ſuorum Bonorum,
tum in illa alia, quâ dedit facultatem vocandi
illegitimos, vel adoptandi Extraneos, tum
demùm, quando, deficientibus omnibus ab ipſo
vocatis, ſubſtituit Locum pium, ſemper enim
locutus fuit ſimpliciter, & indefinitè de ſua he-
reditate, quo nomine ità indefinitè prolato, ſi 33
non quota, aut pars, ſed tota hereditas continetur,
*Bellon. jun. conſ. 39. num. 92.*, *Menoch.
præſumpt. 62. nu.21. lib.4.*, *Gob. conſul.50. num.
40.*, *Capyc. Latr. deciſ.1. num.75.*, *Rota coram
Duran. deciſ. 258. num. 12.*, *coram Card. Cerr.
deciſ.409. num.9.*, *in rec. deciſ.142. num.6. part.
10.*, *deciſ.136. nu.11. part.13.*, *deciſ. 326. num.
4. part.14.*, *in Mantiſſ. ad clar. mem. Cardin. de
Luc.*

Luc. de conflict. leg. & ration. deciſ.27. num. 27.,
& in Bononien. Fideicommiſſorum de Herculanis
13. Junii 1701. §. Et demum, & §. Tertium de-
nique coram bon. mem. Muto, & in Romana Im-
miſſionis 3. Junii 1709. §. Quoniam objectum in
fin. coram Rño Molines, dicendum eſt, eumdem
non de ſola portione, ſed de tota hereditate diſ-
34 poſuiſſe, ut eadem tota, & integra perveniret
ad ſubſtitutos, Altograd. conſ.92. nu.19., & ſeqq.
lib.1., & conſ.80. nu.61. lib.2., clar. mem. Car-
din. de Luca de fideicomm. diſc.101. num.3., Roec.
diſput. jur. ſelect. cap.16. num.21. & ſeq., Rota
in Bononien. Fideicommiſſi de Urſis 10. Maii 1709.
§. Omnemque ceſſare coram R.P.D. Aldrovando,
in Ravennaten. Fideicommiſſi Julii Camilli de
Abbioſis 1. Julii 1707. §. Minuſque cum ſeqq. co-
ram R.P.D. Lancetta, confirmata 7. Aprilis 1710.
§. Et ſanè coram R.P.D. Criſpo, noviſſimè in Ro-
mana, ſeù Nicien. Fideicommiſſi 6. Martii cur-
rentis anni §. Quin pro excludenda, confirmata
19. Junii coram R. P. D. Falconerio. Quæ ferè
omnes auctoritates loquuntur in difficiliori caſu,
35 ad effectum ſcilicet inducendi reciprocam linea-
rem in diſpoſitione ordinata à Tranſverſali, &
ſanè quid magis à recta ratione aberrat, quàm,
quod Teſtator, qui nepotes magis prædilexiſſe
36 cenſetur in portione proprii Parentis, eoſdem
activè, & paſſivè vocaverit ad Patrui, non au-
tem ad illius portionem, Spad. conſ.341. nu.15.
lib.2., Ciarlin. contr.166. nu. 2., & ſeqq., Al-
tograd. jun. contr. 36. num.36., Rot. in rec. deciſ.
233. num.5., & deciſ.146. num.6. part.1., deciſ.
422. num.10., & 11. part. 4. tom.2., deciſ. 526.
num.11. part.13., & deciſ.474. nu.6. part.14.

Quamquam vero ſolo ſuperiùs relato teſta-
menti loco ſatis conſtabilita videri poſſet vo-
catio per fideicommiſſum Deſcendentium maſ-
culorum ex fœminis, nihilominùs non deſunt
aliæ ejuſdem partes, quibus illarum Deſcenden-
tium vocatio confirmatur, idem enim daturus
Maximo filio ſuo facultatem vocandi filios ille-
gitimos, eam exerceri voluit, eo dumtaxat ca-
ſu, quo linea, & deſcendentia filiorum maſcu-
lorum legitimorum, & naturalium penitùs ex-
tincta remaneret, ibi = ſe verrà il caſo, che la mia
linea, e deſcendenza de figli maſchi legitimi, e
naturali rimanga finita, & eſtinta = Cum autem
ſub nomine = lineæ = & = Deſcendentiæ = filio-
37 rum maſculorum ipſius Teſtatoris continean-
tur etiam Maſculi deſcendentes ex fœminis, Al-
tograd. conſ.82. num.41. lib. 2., Peregrin. de Fi-
deicomm. art.22. num.74., Mel. allegat.72. num.
22., & allegat.78. num.8. lib.2., Carol. Anton.
de Luca de linea legal. art.15. num. 12., & ſeq.,
Rodulphin. allegat.179. num.3., Boaden. collect.
legal. 34. num. 73. & ſeq., & num. 101. lib. 1.,
clar. mem. Card. de Luca de fideicomm. diſc. 117.
num.3., & in ſumm. num.274., Palm. alleg.222.
num.2., Calderon. reſolut. 63. num. 16., Rota
coram Cardin. Cerro deciſ. 885. num. 3., in rec.
deciſ.424. num.1. part.2., deciſ.97. num. 8. part.
7., & deciſ.80. num.2., & num.12. part.19., alii-
que apud Rot. Jannen. in dict. Jannen. Primogen.
de Invrea num.57., ità quidem, ut iſtorum exi-
ſtentia poſita in conditione impedimento ſit ce- 38
teris ſubſtitutis, Bero conſ.77. num.6. & ſeq. lib.
2., Caſtill. quotid. contr. jur. lib.5. cap. 93. num.
4. in fin., Gratian. diſcept. 773. num. 4. & ſeq.,
Seſſe deciſ. Aragon. 412. num.13. & ſeq., & nu.
17., & ſeq. tom. 4., Rota coram Carillo deciſ.
266. num.1., & proſequitur Rot. Jannen. in dict.
Jannen. Primogenituræ de Invrea num.100., di-
cendum procul dubio eſt, quod in parte diſpoſi- 39
tiva Teſtator appellatione Deſcendentium maſ-
culorum non ſolùm comprehenderit Maſculos ex
Maſculis, verùm etiam Maſculos ex fœminis,
quippè pars conditionalis plurimùm confert ad
interpretandam partem diſpoſitivam, Balduce. 40
ad Ramon. conſ.17. num.3., Calderon. reſolut.97.
num.114., Palm. Nep. allegat.93. num.22. verſ.
prima, & deciſ.263. num. 265., Rot. in rec. de-
ciſ. 132. num. 14., & ſeq. part. 16., & in dicta
Jannen. Primogenituræ de Invrea num. 67.,
& ſeq.

Non abſimile eſt argumentum deſumptum ex
illo alio teſtamenti loco, in quo Hieronymus
Teſtator dans poteſtatem adoptandi filium, vel
filiam aut Deſcendentem aliquem Franciſci Gui-
di Tranſverſalis, aut ex familia Bandi, in con-
ditione poſuit univerſam deſcendentiam ſuam 41
tàm legitimam, quàm illegitimam, cum autem
ſub hac conditione comprehenſi dici debeant
Maſculi etiam deſcendentes ex fœminis, Man-
tica de conject. lib. 8. tit. 28. num. 15., & ſeqq.,
& lib.11. tit.15., Peregrin. de fideicom. art. 22.
num.24., Manſ. conſult.350. nu.39., Rodulphin.
allegat.179. num.3., Torr. var. jur. quæſt. tom.1.
tit.1. quæſt. 12. num. 6., Rot. in rec. deciſ. 462.
num.7., & ſeq. part.14., coram bon. mem. Eme-
rix jun. deciſ.1213. num.18. & ſeq., cum aliis in
Avenionen., ſeù Carpen. Fideicommiſſi de Ter-
tullis 2. Decembris 1705. §. Adhuc tamen coram
Rño Molines, & in dicta Jannen. Primogenitu-
ræ de Invrea num.56., evidens, & apertum red- 42
di videtur, Teſtatorem vocare voluiſſe univer-
ſam deſcendentiam ſuam legitimam, vel illegi-
timam, cujus omnimodam deficientiam in con-
ditione poſuerat, antequam locus fieri poſſet
perſonæ adoptandæ ex alienis familiis, Peregrin.
de fideicomm. art.22. num.46., Fuſar. de ſubſtit.
quæſt.43. num. 3., Mantic. de conject. lib.11. tit.
8. num.20., clar. me. Card. de Luca de fideicom.
diſc.16. num.9. verſ. his tamen non obſtantibus, diſc.
29. num.7. & ſeq., diſc.75. num.4., & in ſumm.
num.121., & num.128., Rot. Florent. apud Torr.
de Primog. Ital decis.57. nu.9., Rota coram Bich.
deciſ. 307. num. 3., in rec. deciſ. 132. num. 27.
part. 16., in dicta Jannen. Primogenituræ de In-
vrea num.58.

Iſtud verò argumentum fortiùs urget, ſi animad-
vertatur, quod Teſtator ultimo Maſculo ex Maſ-
culis poteſtatem dedit nominandi filium illegiti-
mum, aut, eo non exiſtente, adoptandi filium
maſculum, aut etiam fœminam de familiis ex-
traneis, quid autèm tum à recta ratione, tum
etiam à veriſimili Teſtatoris mente magis abhor-

ret, quàm, quod ipſe propriæ ſoboli, & De-
ſcendentibus maſculis legitimis, & naturalibus
43 fœminarum ab ipſo progenitarum præferre vo-
luerit illegitimos, aut fœminas de alienis fami-
liis; adeò enim abſurda, adeoque irregularis
diſponendi ratio ferenda non eſt, ideoque dicen-
dum, quod, antequam deveniretur ad iſtos ſub-
ſtitutos, Teſtator vocare voluerit Maſculos om-
nes, tametſi per medium fœmininum ab ipſo
deſcendentes, *Cephal. conſ.133.num.42.& ſeqq., clar. mem. Cardin. de Luca de fideicomm. diſc.25. num.17. verſ. tertio, & diſc.146. nu.5., & ſeq., diſc.231. num.13., Torr. de Majorat., & Primogen. Ital. tom.1. cap.37. num. 139., Rot. apud eumdem deciſ. 57. num. 23. poſt contr. deciſ. 29. num. 6., coram Dunoz. jun. deciſ. 46. num. 2., deciſ.984. num.14., & in rec. deciſ. 385. nu. 23. part.9., in Romana fideicommiſſi de Alberinis 6. Junii 1704. §. Rurſus deficiente coram bon. mem. Omanna, in Aquipenden. ſeu Montis Faliſci fideicommiſſi 11. Maii 1705. §. quarto demum coram clar. mem. Cardin. Caprara, & in Peruſina fideicommiſſi 26. Junii 1709. §. Et in prædictum cor. Rmo Molines.*

Quæ omnia argumenta validiſſimè coadju-
vantur ex cauſa finali diſpoſitionis, videlicet he-
reditatis ſuæ conſervationis in ſuis Deſcendenti-
bus à Teſtatore ſummoperè optatæ, dum à le-
gitimis tranſitum fecit ad illegitimos, & utriſ-
44 que deficientibus demum dedit ſubſtitutos ex-
traneos, quàm porrò perpetuitatem ſi facilius
ipſe aſſequi poterat admittendo etiam Deſcen-
dentes Maſculos ex fœminis, iidem vocati cen-
ſendi ſunt, *Bero. conſ.77. num. 16., & ſeqq. lib. 2., Gratian. diſcept. 148. num.14. & ſeqq., Torr. de Majorat., & Primogen. Ital. tom. 1. cap. 37. nu.137., Seſſ. deciſ. 412. num. 21., Rota coram Merlin. deciſ.85. num.8. & ſeqq., cor. bon.mem. Emerix Jun. deciſ.1211. nu.2., & in dicta Januen. Primogenituræ de Iuvrea num.60.*

Ex his autem argumentis, quibus validiſſimè
confirmatur vocatio deſcendentium maſculorum
ex fœminis, ſublata remanet contraria illa ob-
jectio, quod videlicet, ſicuti ex patrio Teſta-
45 toris ſtatuto, de quo apud *Monterent. lib. 4. de ſucceſſ. ab inteſt. fol. 195. & ſeqq.*, fœminæ ſe-
mel excluſæ à Maſculis una cum ſuis Deſcenden-
tibus, perpetuò excluſæ remanent, ità etiam ob
præſumptam Teſtatoris conformationem dicto
ſtatuto, fœminis ſemel excluſis per Maſculos,
veluti ſuccisâ radice, earum quoque Deſcen-
46 dentes perpetuò excluſi cenſendi ſint; argumen-
tum namque iſtud locum ſibi vindicat, quouſ-
que adſunt Maſculi agnati, quibus vigore ſimi-
lis præſumptæ conformationis tribuitur prælatio
47 adverſus fœminas, quæ tamen, Maſculis defi-
cientibus, per poſterius admittuntur tamquam
iiſdem vulgariter ſubſtitutæ, abſque eo quod à
ſucceſſione eas amplius arcere poſſit ſtatutaria
diſpoſitio, quæ ceſſat, ceſſante favore maſcu-
lorum, *R. P. D. Anſald. in annot. ad deciſ. 46. num.20. & ſeq., Panimoll. deciſ.45. annot.2. num. 104., Urceol. deciſ. Florent.13. num. 81., Rot. in rec. deciſ.122. num.6. part.19., in Romana Fideicommiſſi de Palazzolis 18. Aprilis 1704. §. Tertia, confirmata 4. Julii ejuſdem anni §. Quo verò coram bon.mem. Muto, in Suterina Immiſſionis ſuper fideicommiſſo 19. Aprilis 1709. §. Perperam verò in fin. coram Rmo Molines, & admittitur in Hortana Immiſſionis 6. Junii 1710. §. final. coram bon.mem. Caſſarello*, & præciſè de hoc
Bononienſi ſtatuto loquitur *Rota coram Merlin. deciſ.890. num.3., 7., & 8., coram Caril. deciſ. 147. num. 17., & 18., coram Cardin. Cerr. deciſ. 65. num.21.22., & 26., & in rec. deciſ.133. num. 9. 17., & 31. part. 9.*; Certius verò, quando
Teſtator, prout contingit in noſtra hypotheſi, 48
fœminas per modum regulæ minimè excluſit,
ſed eas potius expreſsè inſtituit, atque ſubſtituit;
tunc quippè eò facilius fœminas, earumque De-
ſcendentes poſt Maſculos agnatos admitti poſſe,
firmat *Rot. in rec. deciſ. 306. num. 3. part. 12., coram Cardin. Ceiſ. deciſ.227. num.5., & 7., & coram Priol. deciſ.223. num.12., & 13.*, ubi de
Statuto Bononiæ, & de eodem Statuto *coram Merlin. deciſ.890. num. 8. verſic. ſed inevitabile, & coram Cardin. Cerro deciſ.85. nu.30., & ſeqq.*

Prima pars Cauſæ confecta eſt, plenè enim his
omnibus firmata videtur exiſtentia, ac purificatio
fideicommiſſi favore fœminarum, ſeu deſcen-
dentium ex fœminis; progrediendum nunc eſt ad
ſecundam, in qua, ſuppoſitâ fideicommiſſi dura-
tione favore deſcendentium maſculorum ex fœ-
minis, diſceptatur quomodo, & pro quibus por-
tionibus illius ſucceſſio deferenda ſit ad D. Co-
mitem Guidonem Aſcanium Coluzzi, & D.
Marchionem Paulum Brandani, pro cujus quæ-
ſtionis definitione innuendum videtur, quod jus 49
ſucceſſionis metiendum non eſt ex perſona Ma-
ximi Jun., ſed ex perſona Alexandri Guidi ejus
Patrui, à quo, utpotè ſuperſtite nepoti prædefun-
cto, fideicommiſſum veluti ab ultimo Maſculo
gravato relinqui dicitur, ex notatis apud *Corn. conſ.96. num. 1., & 22. lib. 2., Rub. Alexand. conſ.36. num.5., Soccin. jun. conſ. 133. num. 23. lib.1., Peregrin. conſ.71. num. 12. lib. 5., & de fideicomm. artic.25. num.49., & 55., & artic.30. num.20., & 23., Fuſar. de ſubſtitut. quæſt. 481. num. 10., latè Altogr. jun. contr.53. num.3., & Rota in Romana, ſeu Ariminen. Fideicommiſſi 24. Martii 1710. §. Idque viſum in fine cor. Rmo Kaunitz*, & quidem totum, nam portio Ma-
ximi nepotis per ejus obitum conſolidata fuit in
Patruo, ideoque ab iſto, non ab illo reſtituen-
da eſt deſcendentibus maſculis ex fœminis; Te-
ſtator ſiquidem, dum voluit, quod fideicom-
miſſum ab ipſo conditum minimè devolveretur 50
ad deſcendentes ex fœminis, niſi penitùs extin-
ctâ lineâ Maſculorum ex Maſculis, quæ per prius
vocata ab ipſo fuerat, procul dubio ordinaſſe
cenſetur reciprocam locum habituram inter om-
nes Maſculos ex Maſculis, cujus vigore totum fi-
deicommiſſum conſolidari poſſet in ultimo Ma-
ſculo ex Maſculis, aliis ſubſtitutis reſtituere gra-
vato, *Rota coram ſan. mem. Alexandro VIII. dec. 177. num.5. & ſeqq., coram Arguel. deciſ. 79. num.4.,*

*num.4., coram Bichio deciſ.271. num.19., in Firmano Immiſſionis 27. Junii 1708. §. Eoque coram Rm̃o Molines, & in Sutrina Immiſſionis ſuper fideicommiſſo 19. Aprilis 1709. §. De exiſtentia, & §. Eòque certiùs coram eodem.*

Prò iſta enim cciproca inducenda inter Deſcendentes, & quidem non de linea ad lineam, ſed in columnello Maximi concurrere videntur omnia requiſita famigeratæ *leg. Titia Sejo §. Seja libertis ff. de legat.2.*, quod nempè omnes Maſculi ex Maſculis fuerint honorati, quod ſubſtitutio facta ſit in tota hereditate, quodque denique facta ſit ultimo morienti. Porrò vocatio omnium Maſculorum ex Maſculis reſultat ex parte tum diſpoſitiva, tùm conditionali, in quibus vocavit univerſam deſcendentiam, & li-
51 neam ſuam, ſub qua ſi comprehenſum reperiebatur genus omne deſcendentium maſculorum etiam ex fœminis, juxtà probata ſuperioribus locis, procul dubio comprehenſi fuerunt deſcendentes Maſculi ex Maſculis tamquam ſpecies ſub ſuo genere, ut in propoſito arguunt *Altograd, ſcn. conſ.89. num.22., & ſeqq. lib.2., Roxas de Incompatib. part.1. §. 6. verſic. ſecundò nu. 520., Caſtill. quotid. jur. contr. lib.5. cap.129. nu.45., Torr. var. jur quæſt. tit.1. quæſt.12. num.31., & ſeqq. tom.1., Rot. Januen. in dict. Januen. Primogenituræ de Invreo num.43., & 52.*

Prout etiam ſubſtitutio facta reperitur in tota
52 hereditate, etiamſi deſint verba expreſſa importantia totalitatem, atque integritatem, nam ſi ſufficit, quod interpretativè ſubſtitutio ad totam hereditatem referri queat, *Golvon. conſ.34. n. 29., Rot. in rec. dec.183. in fin. part.10., dec.326. n.4. part. 14., dec.218. n.12., & 13. part 19., ad ornot. clar. mem. Card. de Luc. de Fideicomm. dec. 70. num.7., & in Forolivien. Fideicomm. de Torellis 15. Januarii 1703. §. Et quamvis in princ. cor. bon. mem. Muto*, quonam pacto in dubium revocari poterit in noſtro caſu, in quo, ut probavimus ſuperioribus locis, Teſtator in tranſitu
53 faciendo ad filios illegitimos, vel ad Extraneos adoptandos, indefinite locutus fuit de tota hereditate, *Rudulphin. alleg.9. num.5., Rot. corom Arguell. deciſ.79. num.8., & ſeqq., coram Bich. deciſ.271. num.3., in rec. deciſ.326. num.4. part. 14.*; certius in caſu noſtro, tum quia ſubſtitu-
54 tiones indefinitè factæ in hereditate, ſtant continuativè ad inſtitutionem, in qua procul dubio diſpoſitum fuit de tota hereditate, *Decion. conſ. 3. num.70. verſ. accedat cum ſeq. lib.1., Peregr. conſ.32. num.44. verſ. & in omnibus Bonis lib. 2., Bellon. jun. conſ.36. num. 93., Rot. coram Bich. deciſ.271. num.30., & ſeqq., cum aliis in Romana, ſeù Cortonen. Fideicommiſſi ſuper Immiſſione 5. Martii 1700. §. Ratio cor. bon. mem. Jacometto, in Forolivien. Fideicommiſſi de Torellis 28. Junii 1702. §. Ultra cor. bon. mem. Muto, & in Romana Fideicommiſſi de Palazzolis 18. Aprilis 1704. §. Probato cor. eodem*; tum etiam quia ab-
55 ſurdum eſſet, quod ſubſtitutio Illegitimi, & adoptandi, aliorumque heredum extraneorum facta eſſet in tota hereditate, & non etiam illa Deſcendentium ipſius Teſtatoris, *Giovagnon. conſ. 12. num.15. lib.2., Altograd. contr.69. num.15., Molin. de Primogenit. Hiſpan. lib.3. cap.3. n.31., & 32., Mantic. de Conject. ult. volunt. lib. 11. tit. 10. num. 34. verſ. hæc limitatio, Rot. deciſ. 481. num.5. part.13. rec.*

Ex quo conſurgit tertium requiſitum, ſubſtitutionis nempè factæ ultimo morienti, quæ, quoties agitur de Deſcendentibus, ſatis eſt, quod abſque formali expreſſione colligatur ex
conjecturis, *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.479. n.119., Actolin. reſol. 115. num. 37., Rot. corom Bich. deciſ. 271. num. 27., & ſeq., Rot. coram Card. Cerro deciſ 539., & ſignanter num.7. cum ſeqq, coram Arguell. deciſ.79. num.3., & ſeqq., & deciſ.95. num.6., cor. Priol. deciſ.177. num.5., in rec. deciſ.183 num.7. part.10., deciſ.45. num. 5. part.13., deciſ. 332. num.9. part.14., deciſ. 715. num.4. port.18., deciſ.570. num.5. part.19., latè in Forolivien. Fideicommiſſi de Torellis 15. Januarii 1703. §. Et quamvis in fin. cor. bon. mem. Muto*; ideoque ad hunc effectum exuberat, quod agatur de ſubſtitutione facta in defectu lineæ, 56
ſive deſcendentiæ, *Aldrin. conſ.92., Galvan. conſ.34. num.107., & ſeqq., Peregr. conſ.54. lib. 1. conſ. 19. num. 5., & ſeqq. lib. 5., Surd. conſ. 331. ſub num 16. cum ſeqq., Rot. cor. ſan. mem. Alexandr. VIII. deciſ. 177. num. 8., corom Arguell deciſ.79. num.3, & deciſ.91. num. 21., & ſeqq., coram Card Cerro deciſ.409. num.2., & ſeqq., in rec. deciſ.18. num.1., & ſeqq., & num. 17., & ſeqq., & dec 183. num.6., & ſeq. part. 8., deciſ. 45., & deciſ. 442. part. 13., deciſ. 326. part. 14., deciſ 570. num.5. part.19., ad ornat. clar. mem. Card. de Luc. de Fideicomm. deciſ. 70. n.6., in Bononien. Fideicommiſſorum de Herculanis 13. Junii 1701. §. Et demum, & §. Tertium denique cor. bon. mem. Muto, & in Forolivien. Fideicommiſſi de Torellis 28 Junii 1702. §. Ultro expreſſam in fin. cor. eod.* 57

Si igitur jus ſucceſſionis in noſtra hypotheſi metiendum eſt ex perſona Alexandri Guidi ultimi Maſculi ex Maſculis, in quo totum fideicommiſſum conſolidatum fuit, dicendum eſſet, quod illa æqualiter deferenda eſſet tàm ad D. Paulum de Brandanis ejus ex Artemiſia ſen. pronepotem, quàm ad D. Com. Guidonem Aſcanium Coluzzi, ejuſdem ex Artemiſia nepte pariter
pronepotem; quippè agitur de ſucceſſione fideicommiſſaria, quæ tamquam deferenda ad formam inteſtatæ ſucceſſionis, per *Text. in leg. cum ità §. In Fideicommiſſo ff. de legat.2., Fuſar. de ſubſtit. quæſt.481. num.1., Mart. de ſucceſſ. legal. part.1. quæſt.11. art.1. num.7., & num.17., Rot. in Aven., ſeù Carpen. Fideicommiſſi de Tertullis 2. Decembris 1702. §. Sufficeret coram Rm̃o Molines*; dividenda æqualiter videretur inter iſtos 58
duos pronepotes pari gradu ultimo Defuncto conjunctos, *Dec. conſ. 1. num.6. verſic. aut agitur, Decian. reſponſ.1. num.358., Molin. de Primog. Hiſpan. lib. 3. cap. 9. num. 11., Peregr. de Fideicomm. artic.21. num.5., & 12., Fuſar. de ſubſtit. quæſt.48. num.1., Manſ. conſult 84. num. 11., & ſeqq., & num. 18., clar. mem. Card. de Luc. de Fideicomm. diſc.20. num.3., diſc.21. n.3., diſc.* 59

Digitized by Google

*diſc.36. num. 3.*, *Saminiat. contr. 62. num. 16.*, *Rot. coram Zarat. deciſ.52. num.2.*, & 3.

Verumtamen D. Paulo de Brandanis obſtare
dicebatur exiſtentia D. Artemiſiæ jun. matris D.
Com. Guidonis Aſcanii Coluzzi, iſta enim tam-
quam ex Hieronymo jun. fratre neptis Alexan-
dri, & reſpectivè ſoror Comitis Maximi jun.,
proximior eſt ultimo Defuncto, ideoque, reten-
tâ normâ inteſtatæ ſucceſſionis, præterenda ob
illam Juris regulam, quod, pluribus nomine
60 collectivo vocatis, is præfertur, qui tempore de-
latæ ſucceſſionis proximior eſt, per *Text. ex-
preſſ. in leg. cum ità 33. §. In Fideicommiſſo*, &
*leg. peto 71. §. Fratre ff. de legat.2.*, *leg. Pater fi-
lium ff. ad leg. falcid.*, *leg. final. Cod. de verbor. ſi-
gnif.*, *Molin. de Primog. Hiſpan. lib. 1. cap.5.
num.3.*, *Peregr. de Fideicomm. art. 21. num. 1.*,
& *ſeqq.*, *Mierez. de Majorat. part. 1. quæſt. 72.
num.1.*, *Rot. in rec. deciſ. 24. num. 5.*, & *ſeqq.
part.19.*; nec D. Paulus juvari poſſe videtur be-
neficio repræſentationis Æneæ ejus Patris, quia,
61 excepto Patruo, repræſentatio non admittitur,
etiamſi agatur de fideicommiſſo Aſcendentis,
quando idem vacat, ut in caſu, per obitum al-
terius Tranſverſalis remotioris, qualis erat Ale-
xander Propatruus D.Pauli, *Rot. in Auximana,
ſeù Camerinen. Fideicommiſſi 1. Julii 1709.
§. Sed alio coram R.P.D. Criſpo*, & *16. Junii
1710. §. Rursùs coram R. P. D. Anſaldo*.

At veriùs crederem in caſu noſtro, eidem D.
Paulo denegandam minimè eſſe coæqualem ſuc-
ceſſionem cum d. D. Artemiſia jun. matre D.
Guidonis Aſcanii de Coluzzis, quia vocatio deſ-
cendentium maſculorum ex fœminis facta eſt
62 per verbum commune, quale eſt verbum =*ſubſti-
tuo*=, ut probavimus in *§. Porro non leves*: pro-
ptereàque concurrit tractus ſucceſſivus temporis,
63 quem important verbum =*linea*=, & verbum =*de-
ſcendentia*=, prout pariter probatum fuit in *§. In
verò tractum ſucceſſivum*, ac proinde ex his ſequi-
tur, quod adeſſe dicenda ſit ſubſtitutio compen-
64 dioſa, juxta doctrinam *Bartol. in leg. Centurio
num.2. ff. de vulg.*, *Peregr. de Fideicomm. art.34.
num.4.*, & *9.*, *Intrigliol. de ſubſtit. centur. 3.
quæſt.4. num.8.*, *Mantic. de conject. ultim. volunt.
lib.5. tit.2. num.8.*, *Menoch. de præſum.51. n.7.*,
& *ſeqq. lib.4.*, *Capyc. latr. conſul.76. num.4. lib.
2.*, *Rocc. diſput. jur. ſelect. cap.13. num 1.*, *Rot.
coram Duran. deciſ. 105. num. 3.*, *coram Card.
Celſ. deciſ. 33. num. 10.*, *coram Priol. deciſ. 59.
num.3.*, & *ſeqq.*, *coram Bich. deciſ.445. num.15.*,
*coram bon. mem Emerix jun. deciſ. 1071. num.2.*;
65 tametſi deficiat verbum =*quandocumque*=, *Ho-
diern. ad Surd. deciſ. 37. num. 5.*, *Capyc. latr.
conſul. 76. num. 4. verſ. nec refert lib. 2.*, latè
*Rocc. diſput. jur. ſelect. cap. 13. num. 2.*, *Sami-
niat. contr.101. num. 14.*, *Barſ. deciſ. Bonon. 9.
num.32.*, *Rot. coram Duran. deciſ. 339. nu. 12.*,
*coram Bich. deciſ. 445. num. 15.*, *coram Priolo
deciſ.110. num.12.*, *coram bon.mem. Emerix jun.
deciſ.1071. num.2.*, *cum aliis in Bononien. Fidei-
commiſſi 27. Junii 1708. §. Denique circa med.
coram R.P.D. Falconerio*, ſub qua compendioſa
66 continetur vulgaris, quam vocant anomalam,
*Bartol. in d. leg. Centurio num.25. ff. de vulgar.*,
& *pupillar.*, *gloſſ. in cap. ſi Pater. verb. abſque
deductione de teſtam. in 6.*, *Peregr. de Fideicom.
art.34. num. 4.*, *Menoch. de præſum. lib. 4. præ-
ſum. 71. num. 12.*, *Rocc. diſput. jur. ſelect. cap.
13. num. 5.*, *Rot. in rec. deciſ. 201. num. 8.*, &
*ſeqq.*, & *num.12. part.8.*, *coram Dunoz. ſen. de-
ciſ.233. num.1.*, *coram Priol. deciſ.110. num.10.*,
*coram bon.mem. Emerix jun. deciſ. 1071. num. 3.
inter collect. per Balduce. ad Ramon. deciſ. 7. n.4.
tom. 2.*, *in Vaſionen. Fideicommiſſi 21. Martii
1708. §. Siquidem coram bon.mem. Omanna*, *in
Bonon. Fideicommiſſi 27. Junii ejuſdem anni §. Si-
quidem coram R. P. D. Falconerio*, *in Romana,
ſeù Ariminen. Fideicommiſſi 15. Maii 1711. §.
Undè cum coram Rmo Kaunitz Epiſcopo Labacen.*,
præſertim verò, quando concurrit clauſula =*vul- 67
gariter, pupillariter &c.*=, quæ efficit, ut vul-
garis non ampliùs tacita, ſed expreſſa dicatur,
*Bartol.*, *Bald.*, & *Angel. in leg. quærebatur ff.
de teſtam. milit.*, *Rip. in leg.1. num.113. ff. de
vulg.*, & *pupill.*, *Surd. conſ.236. num. 19.*, *Pe-
regrin. conſ. 55. num. 18.*, *conſ. 57. num. 4.*, &
*conſ.69. num.12. lib.3.*, & *de Fideicomm. artic.2.
num.67. in fin. princ.*, *Rot. in Bononien. Fidei-
commiſſi 27. Junii 1608. §. Prædicta*, & *§. Cete-
rùm cor. R.P.D. Falconerio*, & *in Romana, ſeù
Ariminen. Fideicommiſſi 24. Martii 1710. §. In-
juſtitiam junct. §. Idque viſum verſic. vulgaris cor.
Rmo Kaunitz &c.*; hujus autem vulgaris virtute
D. Paulus ingrediens locum, & gradum Patris
prædefuncti conſequitur eam portionem, quam
Æneas ejus pater, æquali gradu, ac D. Artemiſia 68
jun. conjunctus Alexandro, conſecutus fuiſſet,
ad *Text. in leg. coheredi ſubſtitutus in princ. ff. de
vulg.*, & *pupillar.*, *leg. cum Pater §. Cum Pater
ff. de legat.2.*, *leg. quamdiù inſtitutus ff. de acquir.
hered.*, *leg. unic. §. Pro ſecundo*, & *§. Sin autem
aliquid*, *Cod. de caduc. toll.*, & *eſt celebris theo-
rica Bartoli in d. leg. quamdiu num. 10.*, *Soccin.
jun. conſ.116. ex num.1. lib. 1.*, *Odd. conſ. 39. n.
42. ad fin.*, & *num.60.*, & *ſeqq.*, *Altograd. conſ.
64. num. 22. ad med. lib. 1.*, *Peregrin. de Fidei-
comm. art.15. num.14.*, *Amat. reſol.40. num.8.*,
& *ſeqq.*, *Tondut. quæſt. civil. part.2. cap. 110. n.
48.*, *Manſ. conſul.510. num.9.*, *clar. mem. Card.
de Luc. de Fideicomm. diſc.32. num.5. diſc.42. n.
4.*, *Rodulphin. allegat. 150. num. 5.*, *Saminiat.
contr.101. num.11.*, & *num. 18.*, *Rot. in rec. de-
ciſ.134. num.11.*, & *ſeqq. part.17.*, *poſt Urceol.
de tranſact. deciſ.65. num. 24.* *inter collect. per
Balducc. ad Ramon. deciſ.7. num. 3. tom. 2.*, *cum
aliis in Ferrarien. Fideicommiſſi 18. Martii 1707.
§. Ceterum coram Emo Card. Priolo*, *in Vaſionen.
Fideicommiſſi 21. Martii 1708. §. Siquidem cor.
bon. mem. Omanna*, *in Bononien. Fideicommiſſi
27. Junii ejuſdem anni §. Siquidem coram R.P.D.
Falconerio*, *in Maceraten. Fideicommiſſi 6. Maii
1709. §. Magis tandem coram R.P.D. Anſaldo*,
*in Romana, ſeù Ariminen. Fideicommiſſi 14. Martii
1710. §. Injuſtitiam*, & *15. Maii 1711. §. Subſiſtere*,
& *§. Undè cum, confirmatu 18. Aprilis 1712. §. Ità
dicendum cor. Illmo Scotto Almæ Urbis Guberna-
tore.*

Po-

Potiori verò jure procedunt in caſu noſtro,
quia agitur de ingreſſu fideicommiſſi in plures li-
neas proximiorum æqualiter vocatorum, quam-
69 obrem, ſi remotior de una linea æqualiter præ-
dilecta excluderetur à proximiore alteriùs lineæ,
fideicommiſſum reſpectu illius remotioris dice-
retur caducatum, & quouſque extaret aliquis de
linea proximioris admiſſi, remotior ille ſemper
eſſet excluſus. Quæ excluſione ſequatur, faciliùs
fit locus vulgari anomalæ, per quam remotior
70 fit æqualis in gradu proximiori, ut benè obſer-
vant *clar. mem. Card. de Luc. de Fideicomm. diſc.
17. num. 7., & ſeqq., diſc. 18. num. 9., & ſeqq.,
Manſ. conſult. 610. num. 12., Rot. coram Card.
Cerro deciſ. 875. num. 5., & ſeqq., in Romana,
ſeù Ariminen. Fideicommiſſi 15. Maii 1711. §. Ob-
jectum coram Rm̃o Kaunitz.*

Nec ſubingreſſio iſta ſublata dici poteſt ex eo,
71 quod D. Paulus juvari nequeat beneficio repræ-
ſentationis, utpotè locum non habente in fidei-
commiſſo purificato per obitum Collateralis
quarto gradu ab eo remoti, juxta deciſa in dicta
*Auximana, ſeù Camerinen. Fideicommiſſorum,
72 allegata in objecte*; ſubingreſſio namque illa,
quæ fit vigore vulgaris anomalæ, diverſa eſt à
repræſentatione, *clar. mem. Card. de Luc. de Fi-
deicomm. diſc. 18. num. 4. in fin., Magon. deciſ.
Florent. 147. num. 11., & ſeqq., Urceol. de tran-
ſact. deciſ. 65. num. 28.*; ideoque, tametſi ceſſet
73 repræſentatio, independenter ab ea admittitur
vulgaris anomala, quâ ſubſtitutus remotior ex
propria perſona ingrediens gradum caducatum,
æqualiter ſuccedit cum eo, qui ſe dicit proximio-
rem, *Soccin. jun. conſ. 116. num. 1., & ſeqq. lib.
2., Odd. conſ. 39. num. 39., & ſeqq. lib. 1., Rocc.
diſput. jur. ſelect. cap. 13. num. 5., Manſ. conſult.
56. ſub num. 34. verſ. hinc propterea in ſupplem.
de Fideicomm. tom. 9., Rot. in rec. deciſ. 197. nu.
7. part. 4. tom. 2., poſt Urceol. de tranſact. dec. 65.
num. 28., cum aliis relatis in Balneoregien. Fidei-
commiſſi 13. Junii 1712. §. final. coram R. P. D.
Aldrovando*; auctoritates verò in contrarium al-
legatæ, intelligendæ ſunt in caſu, quo Teſtator
mandaverit, ſervari gradus prærogativam, & ſuc-
ceſſionem deferendam eſſe juxta ordinem inte-
ſtatæ ſucceſſionis, ut explicat *clar. mem. Card. de
Luc. de Fideicomm. diſc. 18. num. 6., & ſeqq.,
Rot. in rec. deciſ. 437. n. 7., & in d. Romana, ſeù
Ariminen. Fideicommiſſi 15. Maii 1711. §. Au-
ctoritates verò coram Rm̃o Kaunitz.*

Minus urget illa alia animadverſio, quod, li-
cèt D. Comitiſſa Artemiſia jun. proximior ex-
cludere nequiverit à ſucceſſione Alexandri D.
Marchionem Paulum ei parem in gradu effe-
ctum auxilio vulgaris anomalæ, nihilominùs,
defuncto Maximo jun. ejus fratre, in portione
fideicommiſſaria, quæ ab iſto poſſidebatur, &
quæ erat ſemis, ipſa pro virili ſucceſſerit unà
cum Alexandro, ità diſponente patrio ſtatuto
Bononienſi *lib. 4.*, quod, licèt favore Patrui
74 excludat ab hereditate nepotis prædefuncti de-
ſcendentes ex fœminis, attamen non excludit
ipſas Sorores, quinimmo illas unà cum Patruo ad
ſucceſſionem admittit in Bonis provenientibus
ex latere paterno. Quamobrem, cum Teſtator
ſe conformare voluiſſe præſumatur patrio ſtatu-
to, quoties contrarium apertè non diſpoſuit, 75
ità quidem, ut talis cenſeatur voluntas Teſtato-
ris, qualis eſt voluntas ſtatuti, *Rot. in Romana,
ſeù Savenen. Succeſſionis 4. Decembris 1699.
§. Altera reſponſio coram R.P.D. Lancetta, &
13. Martii 1705. §. Ceterum, & 8. Februarii
1706. §. Secundò coram R. P. D. Anſaldo, in
Hortana Immiſſionis 6. Junii 1710. §. Quoniam
coram bon. mem. Caffarello*, hinc ſequi dicebatur,
quod ex aſſe fideicommiſſario deducendæ erant
tres unciæ per obitum Maximi delatæ ad Arte-
miſiam jun. æqualiter cum Patruo ſuccedentem
fratri, ac reſpectivè nepoti, relictâ D. Paulo
coæquali ſucceſſione unà cum Guidone Aſcanio
in reliquis novem unciis delatis per obitum Ale-
xandri.

Nam, etſi conjectura deſumpta ex conforma-
tione iſta diſpoſitioni ſtatutariæ plurimùm urgeat 76
pro interpretanda Teſtatorum mente, attamen,
ſi diſpoſitio ſtatutaria, utpotè loquens de inte-
ſtata hereditate, locum ſibi vindicare nequit in
ſucceſſione fideicommiſſaria, quæ defertur ex 77
peculiari hominis diſpoſitione, *Menoch. conſ. 124.
num. 13., Gallerat. de renunc. lib. 4. cap. 2. nu. 28.
verſ. non trahitur, Torr. de Primog. Ital. part. 1.
cap. 35. num. 92., Rot. coram R. P. D. Anſald.
deciſ. 57. num. 8. juxta Roman. impreſſ.*, in noſtra
hypotheſi ceſſare prorſus videtur conjectura de-
ſumpta ex d. ſtatuto, nam, ut probatum fuit ſu- 78
perioribus locis, & patet ex toto teſtamentariæ
diſpoſitionis contextu, qui unicè attendendus eſt
pro aſſequenda vera voluntate Teſtatoris, *Torr.
de Majorat., & Primog. Ital. part. 2. quæſt. 33.
num. 64., dec. 191. nu. 3. inter collect. apud Palm.
nep., Rot. coram Dunoz. jun. deciſ. 827. num. 10.,
in rec. deciſ. 21. num. 16. & ſeq. part. 5., dec. 313.
num. 14. part. 10., deciſ. 139. num. 6. part. 19.,
Rot. Jannen. in dicta Jannen. Primogenituræ de
Invrea num. 69.*, Teſtator primo loco ſuccedere
voluit Maſculos dumtaxat ex Maſculis, donec
aliquis ex illis extitiſſet; dum verò vocavit etiam
fœminas deſcendentes Maximi ſen., nihil aliud 79
egiſſe cenſendus eſt, quàm quod, extinctis Agna-
tis maſculis, in ſubſidium, ac per poſteriùs ſuc-
cedere poſſent fœminæ, *Ramon. conſ. 16. nu. 85.,
Altograd. jun. contr. 68. num. 2., Roſa conſul. 69.
num. 24., clar. mem. Card. de Luc. de Fideic. diſc.
16. in fin., & diſc. 25. n. 21., Manſ. conſult. 107.
num. 33., conſult. 108. nu. 14. & ſeqq. lib. 9., Rot.
in rec. deciſ. 133. nu. 4. & ſeqq. part. 9., deciſ. 170.
num. 9., & deciſ. 527. num. 4. part. 14., ad ornat.
clar. mem. Card. de Luc. de Fideic. deciſ. 14. n. 2.,
deciſ. 27. num. 11., in Sutrina Immiſſionis ſuper
Fideicommiſſo 19. Aprilis 1709. §. Repetita & ſeq.,
& §. Minùſque coram Rm̃o Molines, latiſſimè in
d. Jannen. Primogenituræ de Invrea num. 101.*,
ſi igitur fœminæ, nonniſi in ſubſidium, &, defi-
cientibus prorsùs Maſculis, ſuccedere poterant,
quonam pacto, extantibus Maſculis ex Maſculis, 80
ex conjectura deſumpta à ſtatuto admitti poterit
fœmina, ejuſque Deſcendentes; ut benè tradunt
*Soccin. ſen. conſ. 227. n. 7. verſic. non obſtat quartu*

*ra-*

*ratio lib.2.*, *Ruin. conſ.117. nu.24.*, *& conſ.154. num.7. lib.2.*, *Peregrin. conſ. 42. num. 10. verſic. Quod autem Teſtator lib. 5.*, *Rot. Bononien. apud Rodulphin. alleg.107. num. 27. in fin.* ibi = *Fœmina enim dicitur ſubſtituta, Maſculis prædictis deſicientibus* =, *& S. Rot. in Bononien. Fideicommiſſi de Boatteriis impreſſ. in rec. dec. 133. num.9. & 25. part.9.*; Et ſanè ſi ex Com. Alberto alio fratre Alexandri, & pariter Patruo Comitiſſæ Artemiſiæ jun. ſupereſſent Maſculi, in dubium revocari non poſſet, quin fideicommiſſum in iſtis duraret, excluſis fœminis, earumque Deſcendentibus, & nihilominùs, ſi valeret conjectura deſumpta ex patrio ſtatuto, D. Comitiſſa Artemiſia jun. unà cum Patruo concurrens ad ſucceſſionem Com. Maximi jun. illis præriperet medietatem fideicommiſſi deferendam in extraneam familiam, quando adhuc ſupererant Maſculi ex Ma-
81 ſculis, penes quos conſervari poterat, quod nemo non videt penitus adverſari menti Teſtatoris, & toti contextui teſtamenti, ut optimè ad rem advertit *Caſtren. in leg. filia §. Filium ff. de legat.2.*, *Sperell. deciſ.152. n.47.*, *& Rot. Bononien. apud Rodulphin. d. alleg. 107. num. 30.* ibi = *Alioquin fœmina à præſumpta Teſtatoris voluntate excluſa ob Maſculorum exiſtentiam, ſuccederet præter ejus votum, & excluderet ipſos Maſculos* =.

Verum enim verò, ſi quæ adhuc in ſpecie propoſitâ dubietas ſupereſſe poſſet, ea penitùs ſubla-
82 ta dicenda eſſet ex animadverſione illa, quod ſtatutum, cujus vigore Soror Defuncti à Patruo non excluditur, loquitur de ſucceſſione Collateralium; At verò nos agimus de ſucceſſione Aſcendentis, qualis eſt Hieronymus fideicommittens, in quo caſu extat alia Rubrica, cujus me-
83 minimus ſuperiùs in *§. Ex his autem argumentis*, excludens generaliter, & indefinitè fœminas propter Maſculos, abſque eo quod d. excluſio ad ullos gradus ſit reſtricta, ac limitata, cum quo ſanè ſtatuto tamquam proprio Teſtator ſeſe con-
84 formare voluiſſe præſumitur, non autem cum illo dante normam ſucceſſioni heredis gravati, ut, omiſſis generalibus, in puncto ſtatuti, de quo agitur, firmat egregiè *Provenzal. apud Rodulphin. alleg 105. num. 25. & 25.*, *& alleg. 106. n. 11.* ibi = *Quis ſtante ſtatuto Bononiæ de ſucceſſ. liber. Patr.*, *vel Matr. morien. ab inteſt. in princ. excludente ab hereditate Aſcendentium fœminas propter Maſculos, Helena ſub hac diſpoſitione non dicitur comprehenſa, nec poteſt venire ſub vocatione filiorum, & Deſcendentium, cum Teſtator præſumatur eum d. ſtatuto ſe conformaſſe, & ſic vocaſſe Maſculos per priùs, & fœminas per poſteriùs, Fuſar. &c.* =, *& num. 12.* ibi = *Nullatenùs adverſante alio ſtatuto rubric. de ſucceſſ. ab inteſt. Deſcend.*, *& Collater.*, *per quod Soror Defuncti præfertur Maſculis ultra quartum gradum, quia hæc rubrica loquitur de ſucceſſione Collateralium; nos verò ſumus in ſucceſſione Aſcendentium, de qua extat alia rubrica excludens fœminas propter maſculos, nullâ factâ limitatione gradus &c.* =, & totidem ferè verbis *Rot. Bononien. apud eumdem Rodulphin. alleg.107. num.24. cum trib. ſeqq.*, *& S. Rota in eadem Cauſa cor. Emer. jun. dec. 1124. num. 10.* ibi = *Quia cum eodem ſtatuto tamquam proprio Teſtator præſumitur ſe conformaſſe, non autem cum ſtatuto normam præbente ſucceſſioni ab inteſtato heredis gravati* =.

Parvique refert, quod, cum Artemiſia junior proximior eſſet Maximo jun. fratri ſuo, eidem propterea ſaltem ex cenſura Juris communis delata dici debeat ſucceſſio, cum in fideicommiſſis, ad normam inteſtatæ ſucceſſionis, attendatur pro- 85
ximitas gravati, non autem gravantis; Objectio namque iſta urgere forſan poſſet in caſu, quo res eſſet de potioritate gradus, an ſcilicet d. Artemiſia junior tamquam proximior gravato exclu- 86
dere poſſet à fideicommiſſo Maſculos ſuperſtites; At aliter res ſe habet in noſtra hypotheſi, in qua quæritur, an d. Artemiſia vocata ſit ad hoc fideicommiſſum in concurſu Maſculorum, in quibus terminis non proximitas gradus, ſed mens, & 87
affectio Teſtatoris ſervanda eſt, ut in terminis docet *Peregrin. de Fideic. art.20. nu. 11. & 23.*, *& aliis adductis*, *Provenzal. apud Rodulphin. allegat.105. num. 26.*, *& alleg.106. num. 13. & 14. & ibidem Rot. Bononien. alleg. 107. n.29. & 30.*, *& S. Rot. cor. Emer. jun. d. deciſ.1124. num.7. 8. & 9.*

Quam quidem Teſtatoris affectionem, mentemque in caſu noſtro directam priùs fuiſſe in Maſculos ex Maſculis, revocari in dubium non poſſe videtur, ex ſupra deductis, quibus non leve argumentum accedit ex eo, quòd fœminæ ſubſtitutæ ſunt filiis, & Deſcendentibus maſculis 88
Teſtatoris, ibi = *E ſe verrà il caſo, che la mia linea, e deſcendenza de' figli maſchi legitimi, e naturali rimanga finita, ed eſtinta, concedo autorità, e facoltà alli dd. miei eredi, ed alli figlioli, e Deſcendenti di Maſſimo predetto di poter chiamare, e ammettere i lor figliuoli illegitimi di qualſivoglia ſpecie, e dannato coito, o ſoli, e in concorſo di femine, benchè legitime, e naturali* =! Si igitur fœminæ ſubſtitutæ ſunt Maſculis, dicendum procul dubio 89
eſt, eaſdem non ſimultaneè cum Maſculis, ſed ſucceſſivè poſt Maſculos eſſe vocatas; quid enim magis abſonum, & magis ab omni jure, & rectæ rationis dictamine aberrat, quam fœminas ſibi- 90
ipſis eſſe ſubſtitutas? ut, miſſis generalibus, firmat in ſpecie *Rot. dec.374. num.6 part.1. diverſ.*, *& in rec. deciſ. 125. n parit. 6. part.7.* ibi = *Quod manifeſtè excludit fœminarum comprehenſionem ſub nomine proximiorum &c. cum implicet contradictionem, ut ſub tali nomine comprehendantur fœminæ agnatæ de Gluvarinis, & in illorum defectum Bona debeant diſtribui in fœminis maritandis* =.

## *Urbanien. Fideicommiſſi.*

Subſtitutio filiæ primogenitæ naſcituræ ex Deſcendentibus maſculis, Teſtatoris in eorum defectu, abſque progreſſu ad ulteriores ſubſtitutionum gradus ordinata, oſtenditur per Primogenitæ prædeceſſum ultimo gravato, caducata non fuiſſe, ſed adhuc durare in Maſculis, etiam per duplex medium fœmininum, ab ipſa deſcendentibus = *Primogenitæ* = nomen ex qui-

Digitized by Google

quibus conjiciatur in ſua non naturali, ſed civili ſignificatione à Teſtatore acceptum: Maſculi ex fœminis, ſi qua in teſtamenti parte vocati ſint, ſemper cenſentur poſt Maſculos ex Maſculis admiſſi ad fideicommiſſum etiam agnatitium.

## VOTUM XXIII.

1 Subſtitutio non prodeſt ei, de quo non loquitur.

2 Perpetuæ primogenituræ ordo non repetitus in ſecunda ſubſtitutione, in ea non cenſetur inſtitutus.

3 Præſertim, non vocatis ulterioribus Deſcendentibus, nec diſpoſitione in perpetuum collatâ.

4 Talis autem ſubſtitutia per prædeceſſum Subſtituti caducatur.

5 Primogenitura perpetua inſtituta cenſetur ex ſola Primogeniti vocatione.

6 Verba = ſervato l'ordine, come ſopra = poſteriorem ſubſtitutionem ad Superioris formam redigunt.

7 Per verba = ſervato l' ordine, come ſopra = repetitus cenſetur idem ſuccedendi ordo in ſuperiori diſpoſitione conſtitutus, & num. 20.

8 Primogenitura non ad unum, ſed relatè ad plures conſtituta, primo admiſſo, non expirat.

9 Primogenitura conſtituit jus reale, nec ab unius perſona pendere poteſt.

10 Subſtitutia ordinata favore filiæ primogenitæ, quomodò ob ejus prædeceſſum caducata dici nequeat ? & num. 11. ad 24.

11 Primogenitæ nomen à Teſtatore non reſtrictum ad ſolas filias immediatè naſcituras, ad Nepotes etiam extenditur.

Præſertim ubi agitur de diſpoſitione Aſcendentis, num. 12.

12 Diſpoſitio Aſcendentis ut porrecta cenſeatur ultra filios ab illo nominatos, leves ſufficiunt conjecturæ.

13 Diſpoſitio in perpetuum collata, pluresque ſubſtitutiones continens, omnes complectitur Deſcendentes habentes qualitates à Teſtatore volitas.

14 Ad fideicommiſſum inſtitutum cum prohibitione alienationis, ac digreſſu ad plures ſubſtitutionum gradus, ſub nomine filiorum, veniunt etiam Nepotes.

15 Subſtitutio una ab altera declaratur.

16 Teſtamenti una pars alteri interpretationem dat.

17 Primogeniti nomen cenſetur à Teſtatore adhibitum, ut in aliis teſtamenti locis, in ſenſu non naturali, ſed civili.

18 Primogeniti nomen, niſi in ſenſu civili accipiatur, ſubſtitutio per prædeceſſum unius caducaretur, aliis etiam extantibus Primogenitis.

19 Primogeniti nomine in civili ſignificatione accepto veniunt Nepotes etiam, ac Pronepotes ex Primogenito deſcendentes.

21 Primogeniti vocatio in remotiſſimum tempus collata comprehendere dicenda eſt tum Primogenitos immediatè naſcituros, tum eos, qui adſint ſucceſſionis tempore.

22 Primogenitæ ſubſtitutio ad ejus Deſcendentes maſculos non extenditur, ex regula, quod fœmininum non concipit maſculinum.

23 Ab hac regula receditur ex veriſimili Teſtatoris mente.

24 Primogenitæ nomine, ubi agitur de evitanda fideicommiſſi caducatione, etiam Primogeniti maſculi vocati reputantur.

25 Subſtitutio Deſcendentium maſculorum ex fœmina etiam Maſculos comprehendit ex duplici medio fœminina deſcendentes.

26 Maſculi ex duplici etiam medio fœminino deſcendentes habere dicuntur qualitatem maſculinitatis à Teſtatore volitam.

27 Excipe tamen, quum Teſtator in Maſculis ex fœminis ſemiagnatitiam optavit qualitatem.

28 In fideicommiſſo agnatitio, quando in aliqua teſtamenti parte Maſculi ex fœminis vocati ſunt, ſemper cenſentur poſt Maſculos ex Maſculis admiſſi.

29 Fideicommiſſum deſcenſivum perpetuum ſemel in unam lineam ingreſſum, ab ea non egreditur, Maſculo ſuperſtite, etiam ex fœmina.

30 In fideicommiſſis deſcenſivis perpetuis mens Teſtatoris proclivior cenſetur in Maſculos ex Maſculis, quàm in Maſculos ex fœminis.

31 Intellige tamen, ut iſti ſemper in ſubſidium admiſſi cenſeantur, niſi apertè conſtet de contraria Teſtatoris mente.

NICOLAUS Brogi in ſupremis, cum quibus deceſſit, tabulis heredes univerſales ſcripſit Octavianum, & Clementem filios ſuos legitimos, & naturales, cumque optaret, res, & Bona ſua perpetuò conſervari in familia, & Deſcendentibus maſculis, ſive eorum linea maſculina, reciprocam inter eoſdem ordinavit, utrique verò ex dd. ſuis filiis morienti ſinè filiis, ſubſtituit Petrum Brogi nepotem ſuum, & gradatim ejuſdem filios maſculos legitimos, & naturales, repetendo votum, ut Bona ſua perpetuò conſervarentur in Deſcendentibus maſculis legitimis, & natûralibus dicti Petri, atque idcircò prohibendo quamcumque alienationem, & detractiones tum quotitativas, tum quantitativas.

Sin verò contigiſſet, dictum Petrum, tàm viventibus Octaviano, & Clemente, quàm poſt eorum obitum mori ſinè filiis maſculis legitimis, & naturalibus, voluit, quòd in ſuis Bonis, & hereditate ſuccederet, ut ſupra, primus filius maſculus oriturus ex Orianna Brogi nepte ſua, relictis tantùm dotibus filiabus Petri, & ſucceſſivè vocavit Deſcendentes maſculos Primogeniti Oriannæ, injungendo eiſdem onus aſſumendi cognomen, & arma Teſtatoris, ac gradatim vocando ſecundò, & tertiogenitum, in caſu, quo filius Primogenitus Oriannæ non adimpleret onera ipſi à Teſtatore injuncta.

Simili modo in caſu, quo Orianna nullos haberet filios maſculos, aut iidem quocumque tempore deficerent, vocavit ad Bona, & hereditatem ſuam filium primogenitum maſculum Margharitæ neptis ex violante ejuſdem Teſtatoris filia, repetito ordine ſucceſſionis, & gravaminibus Primoge-

nitis, & Deſcendentibus maſculis Oriannæ in
ſuperiori ſubſtitutione adpoſitis.

Denique conſiderans caſum, quod nulli adeſ-
ſent Primogeniti, vel Deſcendentes maſculi ex
Orianna, & Margharita nepotibus ſuis, diſpoſuit
his verbis =, *ed in difetto di figli maſchi di tutti
quanti, ſucceda la figlia femina primogenita di
Pietro, ſe vi ſarà, altrimente di Orianna, e
Margherita, ſervato l'ordine, come di ſopra* =, ut
patet ex teſtamento d. Nicolai ad me tranſmiſſo.

Eo defuncto, paternam hereditatem ſuſcepe-
runt Clemens, & Octavianus filii, & primi here-
des ſubſtituti, quibus decedentibus ſinè filiis,
eamdem nactus eſt Petrus, qui deceſſit, relictis
tribus filiis, Nicolao nempe, Antonio, & Octa-
viano jun. Archipresbytero Eccleſiæ Collegiatæ
Mercatelli, qui cum reliquus ſit ex univerſa de-
ſcendentia maſculina Teſtatoris, quæritur, an,
ipſo moriente ſine filiis, fideicommiſſum omne
expiraturum ſit, tamquam in ultimo gravato
ex linea Petri, ideoque de Bonis illi obnoxiis
liberè diſponere poſſit, vel potiùs idem fidei-
commiſſum purificandum ſit favore filiorum
Hieronymæ filiæ Margharitæ Teſtatoris neptis.

In hac quæſtione duo mihi communicatæ fue-
runt Juris informationes invicem contrariæ, in
prima enim, quæ anonima eſt, reſpondetur, pro
duratione fideicommiſſi, in ſecunda verò illius
extinctio firmatur, dicitur enim, non conſtare de
1 expreſſa vocatione filiorum Hieronymæ; nam
Teſtator, deficientibus Maſculis vocatis in præ-
cedentibus ſubſtitutionibus, ſubſtituit dumtaxat
filias primogenitas, abſque eò quod progreſſus
fuerit, ad ulteriores ſubſtitutionum gradus, aut
ſaltem, ad excluſionem alterius ſubſtituti, in
conditione poſuerit filios Primogenitæ Petri,
vel Oriannæ, & Margharitæ, ideoque iidem
repelluntur illo omnium ore trito Juris axioma-
te: ſubſtitutio de te non loquitur.

Fruſtraque tacita ſaltem illorum vocatio elici
poſſe dicebatur ex eo, quod Teſtator in præce-
denti ſubſtitutione filiorum maſculorum Orian-
næ, & Margharitæ ordinaverit primogenituram
perpetuam cum onere aſſumendi cognomen, &
2 arma ſuæ familiæ Brogiæ, quia d. primogenitu-
ra, atque onera à Teſtatore repetita minimè
fuerunt in ſubſtitutione filiæ fœminæ primoge-
nitæ Petri, vel Oriannæ, & Margharitæ, ſed
ſiſtendo in perſona dumtaxat filiæ primogenitæ
3 illorum, diſpoſitionem ſuam non porrexit ad ul-
teriores Deſcendentes, nullamque adjecit clau-
ſulam, ac verba tractum ſucceſſivi temporis, aut
perpetuitatem fideicommiſſi importantia, ideo-
que, cum Hieronyma filia Primogenita Margha-
ritæ jampridem prædeceſſerit D. Octaviano jun.,
4 ejus ſubſtitutio caduca effecta fuerit, eademque
extendi nequeat ad nepotes, ſive ulteriores De-
ſcendentes d. Hieronymæ, ut latè firmatur in d.
informatione.

Etſi hæc valde urgere poſſe videantur pro in-
ducenda extinctione fideicommiſſi, nihilominùs
crederem, verius eſſe, quod dictus Octavianus
Jun. reſtituere gravetur filiis Hieronymæ, nam
hic non agitur, nec ad hodiernam quæſtionem
pertinet aſſumere examen, an Teſtator vocan-
do filiam primogenitam Petri, & Oriannæ,
ac Margharitæ, primogenituram perpetuam
in hujus etiam Deſcendentibus inſtituere volue-
rit, in qua quidem quæſtione plures magni no-
minis Auctores, qui afferri poſſent, cenſuerint, ob
ſolam Primogeniti vocationem inſtitutam dici 5
poſſe primogenituram perpetuam, faciliùs in caſu
noſtro, tum quia primogenialis ſuccedendi or-
do reſpectu dictæ filiæ primogenitæ, ejuſque
Deſcendentium inductus videri poſſet vigore
clauſulæ repetitivæ ibi = *ſucceda la figlia femina* 6
*Primogenita di Pietro &c., ſervato l'ordine, co-
me di ſopra* =, ideoque, ſi in præcedentibus ſub-
ſtitutionibus filiorum maſculorum fœminarum
primogenialis ſuccedendi ordo conſtitutus fue-
rat, idem repetitus cenſeri debeat reſpectu Pri- 7
mogenitæ, illis deficientibus, vocatæ, juxta om-
nibus notam vim hujuſmodi clauſularum, tum
etiam quia in caſu noſtro, inſpectis verbis dictæ
diſpoſitionis, rigoroſè dici nequit, quod Te-
ſtator vocaverit filiam primogenitam alicujus
certæ perſonæ, dum ſubſtituendo filiam primo-
genitam Petri, &, hac non exiſtente, filiam ſi-
militer primogenitam Oriannæ, & Margharitæ
ſuarum filiarum, vocationem Primogenitæ non
ad unam tantùm perſonam, ſed ad plures colle- 8
ctivè conſideratas retuliſſe videatur, ideoque,
admiſſo primo, in eo primogenitura non expi-
rat, ut benè hunc caſum diſtinguendo ab alio,
in quo vocatio primogeniti directa ſit ad ali-
quam certam dumtaxat perſonam, tradunt *Hon-
ded. conſ.46. nu.17., & ſeq. lib. 2., Redenaſch.
conſ.17. num.3., & 4., Cyriac. contr.281. num.
62., & ſeq., Hodiern. contr. forenſ. cap. 33.
num.3., & ſeq., & num.18., Caſtill. contr. jur.
lib.5. cap. 143. num.4. verſ. tertio principaliter,
Barry de ſucceſſ. lib.8. tit. 7. ſub num. 1., Rocc.
diſput. jur. ſelect. diſput.4. num.4., & 5., Torr.
de Primogen., & majorat. Ital. part. 1. cap. 10.
num.187., de Luca de linea legal. art.13. nu. 13.,
Deciſ. Siciliæ apud clar. mem. Cardin. de Luca
de feud. num. 174., Rota coram Arguell. deciſ.
16., & deciſ. 28.*, qua ſanè retentâ diſtinctio-
ne, certa omnino videri poſſet vocatio filiorum
Hieronymæ, tametſi jam præmortuæ, eo quod
primogenitura, tamquam conſtituens jus reale,
& lineale, ab unius perſona pendere non poſſit, 9
*Rot. in recent. deciſ.407. nu.7. part.9., in Ave-
nionen., ſeù Vaſionen. Primogenituræ 4. Decem-
bris 1693. §. Ex his coram Emo Caprara, & in
Camerinen. fideicommiſſi, ſeù Primogenituræ 11.
Maii 1703. §. Præſertim coram Rmo Molines De-
cano*. Licèt, inquam, juſto, colore hæc ſu-
ſtineri poſſent, attamen, admiſſo etiam, quòd
in Deſcendentibus filiæ primogenitæ Petri, O-
riannæ, & Margharitæ repetita non fuerit pri-
mogenitura, ſed dictâ Primogenitâ admiſsâ, il-
la ſtatim expiratura eſſet, nihilominùs ob præ-
deceſſum Hieronymæ dicta ſubſtitutio filiæ pri-
mogenitæ caducata cenſeri nequit.

Aſſumptum probari videtur, quia dicta po-
ſtrema ſubſtitutio, deficientibus omnibus filiis
maſculis, ordinata favore filiæ primogenitæ = *di* 10
*Pie-*

*Pietrò, ſe vi ſarà, altrimenti di Orianna, e Mar-
gherita*=, ut in noſtra hypoteſi caducata dici poſ-
ſit, eo quod Hieronyma jam prædeceſſerit D.
Octaviano ultimo Maſculo ex linea Petri, dicen-
dum eſſet, quod Teſtator dictum nomen filiæ
primogenitæ Petri, vel Oriannæ, & Margha-
ritæ acceperit in ſua naturali, ac rigoroſa ſigni-
ficatione reſtricta ad ſolas filias immediatè geni-
tas ex perſonis ab ipſo nominatis, excluſis Ne-
potibus, & Deſcendentibus ulterioris gradus,
vocationem ſcilicet reſtringendo ad illas dumta-
xat perſonas, quæ, juxta naturalem ordinem
naſcendi, dici poſſent filiæ primogenitæ Petri,
aut Margharitæ, iſtiuſmodi autem interpreta-
tio repugnare videtur menti Teſtatoris elicitæ
tum ex natura, & qualitate diſpoſitionis, tum
ex verbis, quibus poſtrema dicta ſubſtitutio con-
cepta fuit, tum denique ex aliis conjecturis, qui-
bus haud obſcurè innuitur, Teſtatorem nomen
illud filiæ primogenitæ minimè reſtrinxiſſe ad
ſolas filias immediatè naſcituras ex perſonis ab
11 ipſo nominatis, ideoque, his perpenſis, rece-
dendum eſt à regula, quâ traditur, diſpoſitio-
nem ordinatam favore filiorum non porrigi ad
nepotes, *Mart. Medic. examin. 1. num. 24., &
ſeqq., & deciſ. 1. num. 41., Rota in rec. deciſ.
693. num. 4. part. 2., coram Merlin. deciſ. 206.
num. 12., & 13., & num. 16., coram Card. Celſo
deciſ. 229. num. 7., & 8., in Urbevetana Fidei-
commiſſi 17. Martii 1684. 12. Januarii 1685., &
8. Februarii 1686. coram Rño d' Hervault Ar-
chiepiſcopo Turonen., in Reatina Fideicommiſſi
de Vincentiis 14. Junii 1697. §. Abſque eo quod
coram bon. mem. Muto*, præſertim quando, ut in
caſu noſtro, agitur de diſpoſitione ordinata ab
12 Aſcendente, tunc enim conjecturis longè leviori-
bus diſpoſitio extenditur ultra perſonas filiorum,
*Rota in Romana Fideicommiſſi 8. Martii 1697.
§. 1. in fin. cor. bon. mem. Urſino*.

Porrò, ſi intueamur naturam diſpoſitionis, hæc
non ſolùm undequaque perpetua eſt, & porre-
cta in tempus infinitum; verùm Teſtator con-
13 ſtituens triplicem ſubſtitutionum ordinem primo
loco vocavit Maſculos agnatos deſcendentes ex
filiis, & Petro nepote ſuo, quocumque verò
tempore deficientibus veris Agnatis, ſe convertit,
ad Cognatos vocando deſcendentes dumtaxat
maſculos ex fœminis, impoſito eiſdem onere
aſſumendi cognomen, & arma ſuæ familiæ Bro-
giæ, & denique, nullis etiam amplius extantibus
ex dictis Deſcendentibus maſculis, Teſtator non
minus cupiens conſervationem ſuæ agnationis,
quàm Bonorum in ſuis Deſcendentibus, & mo-
tus charitate, & vinculo ſanguinis, vocavit
etiam fœminas, quamobrem, inſpectâ hujuſmo-
di ſubſtitutionum ſerie, à mente Teſtatoris aber-
rare videtur, quod, dum adhuc in hoc tertio or-
dine ſubſtitutorum extant perſonæ, in quibus vi-
get ratio ſanguinis à Teſtatore conſiderata, re-
pelli debeant à ſucceſſione, ut Bona ab ultimo
ex Maſculis agnatis transferri poſſint ad Extra-
neos, ad tradita apud *Mart. Medic. dicta deciſ.
1. num. 46. verſ. ſecunda conjectura cùm ſeqq.*, ubi
conſiderat voluntatem Teſtatoris optantis, Bona
pervenire ad perſonas omnes, quæ haberent ali-
quam qualitatem ex illis ab eo volitis.

Fortius verò hæc urgent, ſi conſideremus
prohibitionem alienationis, digreſſus ad plures
gradus ſubſtitutionum, perpetuitatem denique 14
fideicommiſſi à Teſtatore exoptatam, quibus
concurrentibus, Doctores omnes, etiam qui magis
tenaciter inſiſtunt regulæ ſtatuenti, quod in vo-
catione filiorum minimè veniant nepotes, do-
cent illam minimè reſtringendam eſſe ad ſolos
filios, ſed ad nepotes omnes extendendam, li-
cèt autem dicta alienationis prohibitio, digreſſus
ad plures gradus ſubſtitutionum, & perpetuitas
à Teſtatore volita, adpoſitæ fuerint in aliis teſta-
mentariæ diſpoſitionis partibus, attamen nega-
ri non poteſt, quin eædem plurimùm valeant
pro interpretanda hac poſteriori ſubſtitutione, 15
juxtà omnibus notam regulam, qua traditur,
unam ſubſtitutionem ab alia declarari, & ex uno
teſtamenti loco juſtam capi alteriùs interpreta- 16
tionem.

Naturæ diſpoſitionis conſonat forma verbo-
rum, quâ Teſtator uſus eſt vocans = *la figliola
femina primogenita &c.* = quo teſtamenti loco
ille procul dubio ea verba = *figlia primogenita* =
non accepit in ſenſu naturali, ſed in ſuo ſenſu ci-
vili, ut evidens, & apertum redditur tum ex
eo, quod in aliis omnibus teſtamenti locis, ſi-
mile nomen in hoc ſenſu adhibuit, ideoque ex
illo rectè aſſequimur in quo ſenſu hoc etiam loco 17
eadem verba uſurpaverit, per ea, quæ tradit *Ro-
ta in Romana Primogeniture de Salviatis ſuper
Jacalibus, & Tabulis pictis 22. Martii 1706. §. 8.
in fine coram Rño Molines Decano*, tum etiam
ex eo quod, ſi Teſtator reverâ in ſenſu natura-
li uſurpaſſet nomen Primogenitæ, pro ea nem- 18
pe, quæ prima ex utero matris prodiiſſet, ſe-
queretur, quod, ſi tempore purificatæ ſubſtitu-
tionis illa prædeceſſiſſet, ſubſtitutio caducare-
tur, tametſi adeſſent aliæ filiæ fœminæ, quæ
tempore delatæ ſucceſſionis verè Primogenitæ
dici poſſent, ut apud *Rocc. diſputat. jur. ſelect.
cap. 4. n. 14.*; Si itaque Primogenitæ nomen uſur-
patum cenſendum eſt in civili ſignificatione, di-
cendum quoque eſt, Teſtatorem non ſolùm vo-
caſſe filiam primogenitam immediatè genitam
ex Petro, aut Orianna, & Margharita, ſed
etiam nepotes, & pronepotes ex ea deſcenden- 19
tes, qui tempore delatæ ſucceſſionis Jus, & præ-
rogativam Primogeniti haberent, ad tradita in
*deciſ. 2. num. 31. apud Torr. de majorat, & Pri-
mog. Ital.*

Eòque certiùs id procedit in caſu noſtro, in
quo Teſtator dictam filiam primogenitam Pe-
tri, Oriannæ, & Margharitæ ſubſtituit = *ſervo-
to l'ordine, come di ſopra* =, hoc enim caſu,
quemadmodum Teſtator in præcedentibus ſub-
ſtitutionibus in vocatione Primogeniti compre- 20
henderat Nepotes, & Pronepotes in infinitum,
ità etiam eoſdem in hac poſtrema ſubſtitutione
comprehendiſſe cenſetur, *Mart. Medic. dicta deciſ.
1. num. 53., & ſeqq.*, occurrens objecto, quo
dici poſſet, clauſulam illam =, *ſervato l'ordine,
come di ſopra* = importare ſolùm modum ſucce-

dendi inter filias primogenitas Petri, Oriannæ, & Margharitæ, ut videlicet ad ſucceſſionem non conjunctim, ſed gradatim earum Primogenitæ vocatæ dicerentur, quemadmodum gradualis hic ordo inter Petrum, Oriannam, & Margharitam ſuperius inductus fuerat, nam, ut benè advertit præfatus Auctor, id non excludit, quin dicta verba aliud etiam importare poſſint, cum Teſtator non ſolùm ſucceſſivum ordinem, ſed aliquid aliud clauſulâ illâ = *ut ſupra* = connotare voluerit.

Denique his omnibus accedit, quod agitur de vocatione Primogenitæ collata in remotiſſimum tempus, quo veriſimiliter ſuperſtites eſſe nequi-
21 bant filiæ primogenitæ immediatè natæ ex Petro, ſive Orianna, & Margharita, hoc autem caſu, ne poſtrema hæc ſubſtitutio inanis reddatur, dicendum eſt, quod appellatione filiæ primogenitæ non ſolùm veniant illæ, quæ immediatè orituræ erant ex Petro, Orianna, & Margharita, ſed etiam illæ omnes, quæ tempore delatæ ſucceſſionis primogenialem prærogativam habituræ erant, *Mart. Medic. dicta deciſ.1. nu 64., & ſeqq., Palm. alleg. 93. num.11., egregiè Rota Lucana inter collectas per eumdem Palm. deciſ.263. num.24. cum pluribus ſeqq., Rocc. diſput. jur. ſelect. cap.27. num.8., & 23., pleniſſimè, Rota coram Merlino deciſ.206. num.14., & ſeqq., deciſ.228. num. 2., & 3., in rec. deciſ. 6. num. 14., & ſeqq., deciſ.21. per tot. part.5., deciſ.162. num.1., & ſeqq. part.6., Magiſtraliter in Parmen. Beneficii 16. Februarii 1693. §. Voluntas cùm ſeqq., confirmata 15. Januarii 1694. §. In præſenti, & per tot. coram bon.mem. Urſino, in Auximana Juriſpatronatus 9. Maii 1703. §. Quarta demùm coram bon.mem. Muto, & in Aquipenden., ſeù Montis faliſci fideicommiſſi 11. Maii 1705. §. Hactenùs coram Emo D. Caprara.*

Nilque turbat, quod Teſtator vocaverit filiam primogenitam, ideoque, cùm non extet Hieronyma filia primogenita Margharitæ, ſed ejus dumtaxat Deſcendentes maſculi, eidem ſuffragari nequeat dicta ſubſtitutio, eò quia, tametſi
22 verum eſſet, quod eadem non reſtringeretur ad ſolas Primogenitas primi gradus, & immediatè genitas ex perſonis à Teſtatore nominatis, nihilominùs nullo pacto compræhendere poſſet Deſcendentes maſculos dictæ Primogenitæ, ex regula, quod fœmininum concipere nequeat
23 maſculinum, nam ab hac regula receditur, concurrente veriſimili voluntate Teſtatoris, ut dictum fuit in *Romana Juriſpatronatus 3. Julii 1705. §. Penult. coram Rmo Molines Decano*, quæ veriſimilis voluntas Teſtatoris reſultat ex ſupra relatis conjecturis potiori Jure locum ſibi vindicantibus in noſtra hipotheſi, in qua fœminæ non concurrunt ad excluſionem Maſculorum, ſed potiùs agitur de eorum vocatione inducenda ad ef-
24 fectum evitandi caducationem ſubſtitutionis, quæ ſequeretur ex non admiſſione illorum, qui, ad ſenſum D. Octaviani ultimi gravati, in nulla alia teſtamenti parte vocati reperirentur, ideoque ne ex illorum excluſione ſequatur caducatio fideicommiſſi, legitima capienda eſt interpretatio, quod ſub nomine filiæ primogenitæ compræhenſi etiam cenſeantur Primogeniti maſculi, ad tradita per *Rotam in Avenionen., ſeu Carpentoracten. Fideicommiſſi de Tertullis 2. Decembris 1705. §. Minùſque officit coram Rmo D. Molines Decano.*

Hæc attigiſſe libuit examinando fundamenta, ac momenta rationum contenta in informationibus ad me tranſmiſſis, ceterum pro ſtatuenda ſucceſſione filiorum Hieronymæ duplex alia urget ratio, quarum prima eſt, quod Teſtator, 25
deficientibus veris Agnatis, ſubſtituit deſcendentes maſculos ex Orianna, & Margharita, ideòque, cum adſint hujus ex Hieronyma nepotes, qui maſculi ſunt, & deſcendunt ex Margharita, iidem, eveniente caſu extinctionis veræ agnationis, vocati dicendi ſunt, habent enim qualitatem maſculinitatis volitam à Teſtatore, & apti ſunt ad artificialem renovationem naturalis agnationis, etiamſi iidem deſcendant per duplex medium fœmininum, nam & hi verè dicuntur 26
Deſcendentes maſculi, eorumque veniunt appellatione, ut, me ſcribente, latiſſimè firmatum fuit in una *Avenionen., ſeù Carpentoracten. Fideicommiſſi de Tertullis 27. Februarii, & 21. Novembris anni 1704. coram R. P. D. Lancetta, & 5. Junii ejuſdem anni coram Illmo Caffarello Almæ Urbis Gubernatore, & 2. Decembris 1705. coram Rmo Molines Decano*, in quibus omnibus *Deciſionibus* firmatur, contrarium procedere poſſe eo dumtaxat caſu, quo conſtaret, Teſtatorem in Maſculis deſcendentibus ex fœminis oxoptaſ- 27
ſe ſemiagnatitiam qualitatem, ſive, quod idem eſt, reduplicativè tàm ex parte Generati, quàm Generantis maſculinitatis qualitatem requiſiviſſe.

Et ſanè, ſi ex Margharita ortus fuiſſet Primogenitus maſculus, qui deinde alios reliquiſſet filios maſculos, in dubium venire nequiret, quin Primogenitus ex illis vocatus dici poſſet, pari igitur ratione ſuo tempore vocatus dicendus erit Primogenitus ille, qui extabit tempore apertæ ſucceſſionis, licèt deſcendat à Margharita per aliud medium fœmininum, cum verè hic etiam ſit Primogenitus maſculus ex Margharita deſcendens, habeatque utramque qualitatem, primogenialem nempè, & maſculinam volitam à Teſtatore unà cum aptitudine renovandi artificialiter illius agnationem.

Huic rationi adjici poſſe videtur, quod filii Hieronymæ, eveniente caſu obitus D. Octaviani ultimi Maſculi agnati, non prohiberentur, quin ſaltem uti vocati per poſterius, ad ſucceſſionem admitti poſſent, quia, cum Teſtator in præce- 28
dentibus ſubſtitutionibus non abhorruerit Deſcendentes maſculos ex fœminis, immò verò, deficientibus Agnatis, illos expreſſè vocaverit, & præterea ultimo loco ſubſtituerit filias fœminas primogenitas, nihil proponi poſſe videtur, cur filii Hieronymæ, qui maſculi ſunt, & deſcendunt ex Margharita, admitti non debeant, *Rota in Aquipenden., ſeù Montis Faliſci Fideicommiſſi 11. Maii 1705. §. Minùs vis fieri poteſt coram Emo D. Cardinali Caprara*, hoc enim caſu

eiſdem

eiſdem duplex aſſiſtere videtur Juris noſtri ra-
29 tio, quarum prima eſt, quod, cùm agitur de fi-
deicommiſſo deſcenſivo perpetuo, nulla juſta
ratio finit, ut, donec in linea, & deſcendentia,
in qua illud jam ingreſſum, & radicatum eſt,
ſupereſt perſona aliqua capax ſucceſſionis, ſive
Maſculus ſit ex Maſculo, ſive Maſculus ex fœmi-
na, in eo ſuccedere non debeat, *clar. mem. Card.
de Luc. de Fideicomm. diſc. 34. num. 6., & 7.,
diſc. 42. num. 20., diſc. 174. num. 6., diſc. 141.*;
30 altera ratio deſumitur ex veriſimili mente Te-
ſtatoris, quæ, licèt in hujuſmodi perpetuis fidei-
commiſſis magis perpenſa cenſeatur in Maſculos
ex Maſculis, in quibus rigoroſè agnatio conſer-
vatur, attamen, ſi proprietas verborum, aut vo-
luntas Teſtatoris expreſsè non repugnat, procli-
31 vior ejuſdem affectio in hoc juvat Maſculos ex
Maſculis, ut ipſi in concurſu præferantur Maſcu-
lis ex fœminis in ſubſidium dumtaxat vocatis,
perinde ac ſi, Agnatis totaliter deficientibus, vul-
gariter ſubſtituti eſſent alii deſcendentes ex fœ-
minis, *clar. mem. Card. de Luc. de Fideicomm.
diſc. 38. num. 3., diſc. 39. num. 5., diſc. 128. nu. 2.,
diſc. 146. num. 5., diſc. 234. num. 2., & 3. de ſuc-
ceſſ., diſc. 3. num. 9., diſc. 8. num. 32., Surd. deciſ.
82. num. 9., Rot. coram Card. Cerro deciſ. 65. n.
21., & ſeqq., & deciſ. 80. num. 4., cum pluribus
ſeqq. poſt Cenſal. ad Peregrin. deciſ. 40.*; qui om-
nes docent, contrarium procedere eo dumtaxat
caſu, in quo, fœminis, & deſcendentibus ex eis
per modum regulæ ſempèr excluſis, certò conſta-
ret, Teſtatorem voluiſſe condere fideicommiſ-
ſum merè agnatitium, excluſis penitus Cognatis,
quæ excluſio tantum abeſt, quod concurrat in
caſu noſtro, ut potiùs urgeat expreſſa admiſſio
tum maſculorum deſcendentium ex fœminis,
32 tum etiam ipſarum fœminarum, ideòque fit lo-
cus regulæ, quâ traditur, quod, quoties Teſtator
hujuſmodi perſonas abſolutè non abhorruit, ſed
eaſdem in aliqua teſtamenti parte vocavit, per
poſterius admiſſæ cenſeantur, deficientibus ſcili-
cet Agnatis, in quorum dumtaxat concurſu illæ
excluſæ cenſentur, *Rota coram Card. Cerro dec.
80. num. 30., & ſeqq.*

## *Lucana Fideicommiſſi.*

Fideicommiſſum perpetuum & ſucceſſivum an, & quando inductum cenſeatur? Filiorum appellatione an, & quando omnes comprehendantur ulteriores Deſcendentes? Gravamen in Bonis heredis fideicommiſſo obnoxiis à Teſtatore, ex falſa credulitate, quod libera in ſui perſona eſſent effecta, demandatum, non ſuſtinetur; minùſque heredi, ejuſque ſucceſſoribus, præſertim ex proprio jure venientibus obeſt hereditatis aditio. Ad fideicommiſſum perpetuum in defectu Secundogenitorum vocatorum, admiſſis Primogenitis, hi numquam veniunt, niſi verificatâ illorum deficientiæ conditione.

## VOTUM XXIV.

1 *Subſtitutiones ſpectandæ ſunt non ex earum verbis, ſed ex mente Diſponentis.*

2 *Ad fideicommiſſum inducendum non requiruntur explicita, ſed quælibet ſufficiunt verba, animum Teſtatoris indicantia.*

3 *Præſertim, cum agitur de fideicommiſſo favorabili, quale eſt conſervatorium.*

4 *Deſcendentiæ Teſtatoris favore faciliùs perpetuum fideicommiſſum inductum præſumitur.*

5 *Proemialis pars regulariter in diſpoſitionibus rationem habet cauſſæ finalis ceteras partes declarantis.*

*Et ſufficit pro conſtabilienda fideicommiſſi perpetuitate.*

6 *Fideicommiſſi perpetuitas optimè deſumitur ex relatione habita ad perpetuas Majorum diſpoſitiones.*

*Item ex contemplata agnatione*, num. 8.

*Et Bonorum volitâ conſervatione in familia*, num. 10.

*Ex Maſculorum vocatione cum repetita ſæpiùs qualitate maſculinitatis*, num. 15., *atque etiam legitimitatis*, num. 25., *perpetuâque fœminarum excluſione*, ibid.

*Excluſione itidem Clericorum, atque Religioſorum*, num. 17.

*Nec non ex probibita Bonorum alienatione, etiam ex Reſcripto Principis, caducitatis pœnâ indictâ illud impetrantibus*, num. 19., *aut quomodolibet Teſtatoris menti contravenientibus*, num. 20., *probibitâque etiam quâcumque detractione*, d. num. 25.

7 *Relatio fieri poteſt, vel quoad perſonas, vel quoad res, vel quoad modum.*

8 *Relatio habita ad aliam diſpoſitionem, ſi nequeat nec quoad perſonas, nec quoad res verificari, quoad modum intelligenda eſt.*

9 *Agnationis contemplatio reſultat ex volita Bonorum conſervatione in familia.*

11 *Teſtatoris voluntas, ſi abſque perpetui fideicommiſſi inductione adimpleri nequeat, pro illo reſpondendum eſt.*

12 *Teſtatorum voluntates plenum exitum habere debent.*

13 *Fideicommiſſum expiraturum in primo, vel ſecundo ſubſtitutorum gradu, perpetuum dici nequit.*

14 *Fideicommiſſum perpetuum dicitur ex volita Bonorum conſervatione, verbis in rem directis.*

16 *Maſculinitatis qualitas cauſativè requiſita à Teſtatore cenſetur, ut ſcilicet Bona in agnatis conſerventur.*

17 *Agnationis contemplationem præſefert ex luſio Clericorum, & Religioſorum.*

*Procedit etiam, ubi in codicillis reſtricta fuerit ad Clericos dumtaxat ſeculares, quoties facta eſt pro Bonis in familia conſervandis*, ibid.

22 *Deſcendentium vocatio ordine perpetui fideicommiſſi facta in caſu contraventionis, eodem ordine in caſu obitus facta cenſetur.*

23 *Aſi-*

Digitized by Google

23 A fideicommiſſo ordinata in caſu contraventionis inferri nequit ad fideicommiſſum in caſu obitus.

Intellige, quoties de illo extendendo agatur, ſecus, ſi de interpretatione dumtaxat ab eo deſumenda, ibid.

26 Fœminæ à Teſtatore excluſæ, vocatæ ſunt cenſendæ in dote ipſis conſtituenda ex fructibus Bonorum fideicommiſſariorum.

Ad eaque Bona vocati ſunt cenſendi Maſculi dotare obſtricti ex eorumdem fructibus, ibid., & ratio, num.27.

27 Fœminæ excluſæ non debent melioris eſſe conditionis, quàm maſculi excludentes.

28 Familiæ nomine Agnati æquè ac Cognati comprehenduntur.

Secus, ubi Teſtator in vocatis requiſivit qualitatem maſculinitatis, excluſis fœminis, num.29.

Et præſertim, quando cognomen propriæ familiæ expreſſit, num.30.

Tunc enim nomen illud = familiæ = ſolis Agnatis convenit, num.31.

29 Ad fideicommiſſum vocatis Agnatis, æquè ac Cognatis, nequit illud agnatitium dici.

32 Fideicommiſſum agnatitium, etiam ſucceſſivum, & perpetuum cenſendum eſt, & n. 35.

Præſertim, ſi Teſtator ſolemne fideicommiſſum condere profeſſus eſt, num.36.

33 Filiorum nomine ſolùm filii primi gradus ad fideicommiſſum veniunt.

Ex legis tamen interpretatione veniunt etiam nepotes, num.38.

Quum præſertim conſtat, eos ex Teſtatoris mente comprehenſos eſſe, num.39.

Et maximè in fideicommiſſo Aſcendentis, num.40.

34 Fideicommiſſum agnatitium efficit ratio agnationis conſervandæ totam diſpoſitionem regens.

37 Teſtatorum arbitria rectâ ratione interpretanda ſunt.

41 Filiorum nomine omnes ulterioris gradus Deſcendentes veniunt, ſi fideicommiſſum ſit agnatitium.

42 Item, ſi adſit prohibitio alienationis, cum voto perpetuæ Bonorum conſervationis in familia.

44 Quæ prohibitio in res, non in perſonas directa ſit.

45 Concurrentibus præſertim verbis perpetuitatem temporis importantibus.

46 Et quidem ſæpius repetitis.

47 Sacræ Rotæ Deciſiones contrarium ſtatuentes declarantur.

48 Gravamen in re heredis ut ſuſtineatur, illius acceptatio, & voluntas Teſtatoris requiritur.

Hæc autem ex quibus excludatur? à num. 50. ad 63.

49 Teſtatoris voluntas gravandi heredem in Bonis propriis ut excludatur, qualibet capienda interpretatio eſt.

50 Eadem voluntas excluditur, ſi Teſtator ignoraverit, Bona ad heredem pertinere.

Et maximè, ſi illa eſſe propria Teſtator per errorem crediderit, ibid.

Sacræ Rotæ Deciſiones contrarium firmantes declarantur, num.52.

51 Conſenſui, & voluntati nil tàm contrarium, quàm ignorantia, ſive error.

53 Teſtatoris voluntas gravandi heredem in Bonis propriis, ſtante etiam ignorantiâ, quod ſint fideicommiſſaria, ſuſtineri forſan poſſet.

54 Secus, ſi talia fuiſſe ſciverit, perque errorem putarit, libera in ſui perſona fuiſſe effecta.

55 Diſpoſitio facta per errorem Diſponentis, habenda eſt, ac ſi facta non fuiſſet, & num.65.

56 Teſtator cenſendus eſt, quod, ſi ſciviſſet, fideicommiſſum adeſſe, de illius Bonis non diſpoſuiſſet in præjudicium vocatorum.

Maximè, ſi ex Bonis, quæ ſua eſſe credidit, eis conſultum eſſe voluit, num.58.

57 Teſtator nequit vocatos ex perſona propria à fideicommiſſo excludere, niſi æquivalenti relicto emolumento.

59 Enunciativæ memoria poſt lapſum decennii abolita cenſetur.

Ex eoque inducitur etiam teſtamenti revocatio, contrariâ concurrente Teſtatoris voluntate, ibid.

60 Dubitans ab ignorante non diſtat.

61 Scientia pertinentiæ Bonorum ad heredem, requiſita ad validitatem gravaminis ſuper iis à Teſtatore impoſiti, ſtante dubietate, deficit.

62 Erranti obſtat illud commune axioma = quod potuit, noluit, quod voluit, adimplere nequivit.

63 Non dubitans, ſed errans dicitur, qui de Bonis fideicommiſſariis tamquam de liberis diſponit.

64 Hereditatis aditio non nocet Ignoranti fideicommiſſum, & num.66.

67 Vel ſaltem ei competit reſtitutio in integrum, & num.70.

68 Minùſque nocet aliis ex proprio jure venientibus, & num.69.

71 Filius non efficitur heres Patris, niſi poſt illius mortem.

72 Filio ex propria perſona vocato non nocet hereditatis aditio à Patre facta.

73 Nullâ præſertim ab eo emiſsâ obligatione filiorum nomine.

Quo caſu eò magis contra factum Patris poteſt venire, ibid.

74 Ubi lex clara Teſtatoris adeſt, ceſſat omnis quæſtio.

75 Ad fideicommiſſum, nonniſi in defectu Secundogenitorum vocatus Primogenitus, non verificatâ conditione hâc, nequit admitti.

76 Procedit inter filios, nedum primi, ſed etiam ulterioris gradus, quoties perpetua eſt diſpoſitio.

LUDOVICUS Caminati perſpiciens, Hieronymum Patruum ſuum conſuluiſſe conſervationi, ac ſplendori ſuæ prænobilis familiæ fundatione opulentiſſimæ primogenituræ, quam ipſe poſſidebat, conſilia omnia, votaque ſua intendit ad majorem illius amplificationem, ideoque animo revolvens ſuo, quod,

Digitized by Google

quod, licèt ope primogeniturarum Bona unita conſerventur in familiis, & hâc unione obvietur incommodo diviſionis divitiarum in plures, ex qua perſæpè contingit, illarum dignitatem imminui, attamen, cum eadem hæc unio Bonorum in una dumtaxat perſona Primogeniti, efficiat, ut familiæ, quarum conſervationi tantopere ſtudent Teſtatores, facilius extinguantur, vel quod Secundogeniti divitiarum præſidio deſtituti, inglorium vitam in obſequiis Primogeniti ducere cogantur, prudens Teſtator huic etiam malo occurrere curavit, condendo fideicommiſſum favore filiorum ſecundogenitorum, qui non ſolùm domi juſtis nuptiis familiam propagare, ſed honores aſſequendo illius dignitatem augere poſſent, ut perſpicuum fit ex teſtamento ab ipſo condito.

Cujus diſpoſitionis virtute Alexander ejus filius ſecundogenitus, & Hieronymus Caminati filius tertiogenitus fideicommiſſum iſtud conſecuti fuerunt, excluſo Vincentio primogenito, vocato ad longè ampliorem primogenituram, ut dictum eſt, à Hieronymo ipſius Patruo magno ordinatam.

Obiit Vincentius, unico dumtaxat ſuſcepto, vel relicto filio, nempè Franciſco Caminati, per cujus mortem paucis abhinc annis ſecutam, delatâ, atque conſolidatâ d. primogeniturâ in D. Bonviſio filio Alexandri, & ipſius Patruele, poſſeſſore totius fideicommiſſi à Ludovico Avo conditi, dubitari contingit, an D. Alexander ejus filius primogenitus expreſsè vocatus ad primogenituram conditam à Hieronymo ſen. capere etiam debeat univerſa Bona provenientia ex Ludovico Proavo, vigore diſpoſitionis Hieronymi Caminati, qui ſupponens, d. fideicommiſſum uti temporarium expiraſſe, nedum portionem ſuam, ſed illam etiam Alexandri fratris per quamdam aggregationem uniri mandavit antiquiori primogenituræ, gravando Primogenitos pro tempore, onere ſubminiſtrandi ſecundogenitis annuam præſtationem ſcutorum duorum millium inter illos dividendam, impartitâ Dom. Bonviſio facultate d. præſtationem ſuo arbitrio augendi, ac diminuendi, vel ſaltem, an idem D. Alexander primogenitus unà cum Hieronymo ſecundogenito admitti debeat ad coæqualem ſucceſſionem in d. fideicommiſſo?

Quamobrem pius, prudenſque Pater cupiens antevertere lites, quæ fraternum filiorum ſuorum amorem turbare, atque imminuere poſſent, meum judicium, ſententiamque pro veritate ſuper his controverſiis exquiſivit, ut, dum adhuc ipſe in humanis eſt, paternâ charitate, & prudentiâ ſuâ à filiis mala, & incommoda litium depellat. Ut igitur injuncto mihi muneri ſatisfaciam, rei, Cauſæque ſummam ad tres redigam quæſtiones.

Primò videlicet, an fideicommiſſum à Ludovico conditum, temporarium ſit, & reſtrictum ad ſolas perſonas filiorum primi gradus, vel perpetuum; ſi enim temporarium eſſet, procul dubio ſuſtineretur aggregatio Bonorum provenientium ex fideicommiſſo Ludovici à Hieronymo facta primogenituræ?

Secundò examinandum erit, an, ſuppoſitâ etiam perpetuitate fideicommiſſi, valeat nihilominus d. aggregatio, ob communem Doctorum, & Tribunalium ſententiam docentium, gravatum, concurrente præſertim conſenſu Fideicommiſſarii, diſponere poſſe de re ad heredem pertinente virtute antiquioris fideicommiſſi?

Denique inquirendum ſupererit, an in caſu, quo vel ex defectu voluntatis, vel poteſtatis dicta aggregatio Bonorum à Hieronymo facta minimè teneat, D. Alexander vocatus ad longè ampliorem primogenituram repellendus ſit à coæquali ſucceſſione cum Hieronymo fratre in Bonis fideicommiſſariis Ludovici communis Proavi, quaſi hæc, ex illius mente excluſis Primogenitis, præcipua eſſe debeant filiorum dumtaxat ſecundogenitorum.

Rem igitur ordiendo â prima quæſtione, cenſeo, perpetuitatem fideicommiſſi à Ludovico conditi clariorem eſſe ex litera teſtamenti, quàm ego dicendo verbis, aut confirmando argumentis demonſtrare poſſim, nam, ſi contemplatio agnationis, ſi digreſſus ad plures ſubſtitutionum gradus, ſi vehemens illud, ardenſque votum Teſtatoris, quo cupiens, Bona ſua perpetuò conſervari in agnatione, prohibuit alienationem verbis in rem directis, & tractum perpetui temporis importantibus: in caſu delicti privationis pœnam delinquentibus inflixit, Profeſſos in Religione excluſit, fœminas numquam admiſit, præcipiendo, eiſdem ſubminiſtrari ſubſidia dotalia ex fructibus, & denique, ne quis umquam attentaret evertere fideicommiſſum ab ipſo ordinatum, indicta pœnâ caducitatis, vetuit, ut nec etiam à ſuprema Principis poteſtate illius derogatio obtineri poſſet, ſi, inquam, hæc omnia apta non ſunt pro inducenda perpetuitate fideicommiſſi, vix, ac ne vix quidem afferri umquam poterunt argumenta, quæ pro illa probanda ſufficientia videri poſſint, & quidem contra omnes Juris regulas, quibus edocemur, fideicommiſſarias ſubſtitutiones non ità legibus conſtitutas eſſe, ut certis verbis fiant, aut ſub certi figura ſermonis exprimantur, ſed ſola 1
Diſponentis voluntas pro eiſdem ſubintelligendis ſpectetur, juxta egregium *Text. in leg. unum ex famil.67. §. fin. ff. de legat.2., ubi benè Cuiac. in lib.19. quæſt., Papin. fol. mihi 552. tom. 1. oper. poſth., Rocc. diſput. jur. ſelect. cap.23. num.13.*; ideoque, etiamſi deſint explicita verba, pro fideicommiſſo inducendo, ſufficiunt quæcumque verba Fideicommittentis mentem indicantia, ad 2
*Text. in leg. cum proponeretur, & leg. fideicommiſſ. ff. de legat. 2., leg. cum virum Cod. de Fideicomm. leg.2., Cod. commun. de legat., & fideicomm., leg.21. Cod. de legat.*

Certiùs hæ veriſſimæ Juris noſtri regulæ juſtum locum ſibi vindicant, quando agitur de fideicommiſſo non quidem odioſo, ſed favorabili, 3
quale dicitur illud ordinatum pro conſervandis Bonis in deſcendentia, & familia Teſtatoris, *Faber. in Cod. lib. 6. tit. 22. definit. 4. num. 6.*, amor enim ille, quo Teſtator univerſam ſuam deſcendentiam, & agnationem dilexiſſe, eidemque conſulere voluiſſe cenſetur, efficit, ut faci- 4
liùs

liùs illius favore perpetuum fideicommiſſum in-
ductum præſumatur, *Peregrin. de fideicom. art.
27. num. 15., Rota coram bon. mem. Emerix jun.
decif. 1659. num. 7., & decif. 1092. num. 15.,
Rota in una Aven., ſeu Vaſionen. Primogenituræ
4. Decembris 1693. §. Talis autem coram Eño
Card. Caprara, & in una Fanen. Fideicommiſſi
22. Junii 1705. §. Conjecturæ autem coram Rño
Omanna Epiſcopo Giennen.*

Verùm, ut magis, magiſque conſtet de men-
teTeſtatoris fideicommiſſi perpetuitatem optan-
tis, non pigebit percurrere præcipua teſtamenta-
riæ diſpoſitionis loca, ex quibus hæc illius vo-
luntas evidens, & aperta redditur.

Et quidem incipiendo à parte proemiali regu-
5 lariter in omni diſpoſitione obtinente rationem
cauſæ finalis declarantis ceteras illius partes, *Rot.
coram Coccin. decif. 2305. num. 57., & ſeqq., in
Urbevetana Fideicommiſſi 8. Februarii 1686. §.
Ex donatione coram Rño D. Hervault. Archie-
piſcopo Turonen.*, Teſtator in illa mentem
ſuam declaravit illis maximâ notâ dignis verbis,
= *E perchè la dignità delle famiglie ſi conſerva
ſpecialmente per mezzo delle facoltà, avvenendo
bene ſpeſſo, che con la perdita de' Beni ſottopoſti
per loro medeſimi alla variazione, col variar del
tempo s'eſtingua, e perda la memoria della loro
antichità, e riputazione, la quale col manteni-
mento del patrimonio ſi va perpetuando, e facendo
maggiore, deſiderando eſſo Signor Teſtatore gran-
demente la conſervazione, e l'accreſcimento della
famiglia ſua de' Caminati, per imitare ancora le
lodevoli veſtigie de' ſuoi Anteceſſori, e particolar-
mente a ciò invitato dalla buona memoria del Signor
Girolamo Caminati ſuo Zio, parendogli, che det-
ta dignità maggiore, ornamento, e fermezza poſſa
ricevere dalla moltiplicazione de' ſoggetti, e me-
glio ſi poſſa ſoſtenere per molti, che per un ſolo, e
conſiderando, che Vincenzo ſuo primogenito, il
quale deve ſuccedere nei Beni del fidecommiſſo di
detto Signor Girolamo, averà largamente a ba-
ſtanza da poterſi mantenere con onorevolezza in-
tenda, e voglia detto Signor Teſtatore, che i ſuoi
Beni ſtabili non abbino da uſcire dalla ſua famiglia
ma in quella conſervar ſi debbano col fondare, e
ſtabilire di eſſi un ſolenne fidecommiſſo a favore
degl' altri ſuoi figli maſchj &c. perciò il d. Signor
Teſtatore in tutti, e ſingoli ſuoi Beni &c., inten-
de, vuole, diſpone, ed ordina, che ſuccedano, e
ſucceder debbano tutti gl' altri figlioli maſchj legi-
timi, e naturali, e di vero, e legitimo Matrimo-
nio nati, che a Dio piaceſſe di concederli, i quali
morendo ſenza figli maſchi legitimi, e naturali,
ſoſtituiſce l'uno all' altro volgarmente, pupillar-
mente, e per fidecommiſſo, ed in ogn'altro miglior
modo.* =

Porro ex hac proemiali diſpoſitionis parte per-
ſpicua redditur perpetuitas fideicommiſſi, tum
6 inſpectâ relatione ad Majorum diſpoſitiones, &
præſertim illam conditam à Hieronymo ſen.,
tum etiam attentâ agnationis contemplatione,
quam veluti finem totius diſpoſitionis in ea pro-
poſuit. Quod attinet ad relationem ad illam
Hieronymi ſen., cum iſtiuſmodi relatio pluri-
bus modis fieri poſſit, ſcilicet vel quoad perſo-
nas, vel quoad res, vel quoad modum, ut tra- 7
dit *Simon. de Pret. de interpr. ultim. volunt. lib.
2. interpret. 4. dub. 2. ſolut. 2. num. 230. fol. 171. à
tergo*, & in caſu noſtro verificari nequeat quoad
perſonas, eò quod in teſtamento Hieronymi ſen.
vocantur Primogeniti; in illo verò Ludovici vo-
cantur ſecundogeniti, minùs etiam conſiderari
poſſit quoad res, cum utraque diſpoſitio reſpiciat 8
diverſum omninò patrimonium, dicendum eſt,
quod relatio omnis, ſive conformitas unius di-
ſpoſitionis cum alia verificetur quoad perpetuita-
tem fideicommiſſi, ut videlicet in hoc ſecundo
teſtamento in infinitum vocati cenſeantur De-
ſcendentes omnes Teſtatoris, quemadmodum
vocati leguntur in relato, licet iidem in refe-
rente omiſſi eperirentur, ad tradita per *Rot. co-
ram bon. mem. Emerix jun. decif. 1087. in §. fin.*

Quod verò attinet ad contemplationem agna-
tionis, hæc clarior eſſe nequit, nam Teſtator 9
non ſolùm illam conſervare, & augere voluit, ut
majus ornamentum, & firmitatem reciperet *dal-
la moltiplicazione de' ſoggetti*, verum prætereà
voluit, ut Bona perpetuò in iiſdem conſervaren-
tur, illis verbis, = *che i ſuoi Beni non abbiano da
uſcire dalla ſua famiglia, ma in quella conſervar ſi
debbano col fondare, e ſtabilire di eſſi un ſolenne fi-
decommiſſo*, fruſtra autem diſceptatur de tempo-
raria, vel perpetua qualitate fideicommiſſi, quan-
do Teſtator proſpexit conſervationi agnationis, 10
hoc enim caſu illud ſemper perpetuum cenſetur,
*Surd. conſ. 443. num. 20., Peregr. de Fideicomm.
art. 19. num. 17., & decif. Patavin. 111. num. 2.
verſ. quorum opinio, Rot. cor. Arguell. decif. 28.
num. 50., decif. 56. num. 8., & 9., decif. 41. nu. 2.
poſt Michelor. de fratr. coram Coccin. decif. 267.
num. 13., in rec. decif. 125. num. 7. part. 1., decif
465. num. 16., & ſeqq. part. 14., decif. 81. nu. 9.
part. 16., decif. 581. num. 3. part. 19., in Romana,
ſeu Firmana Fideicommiſſi de Burattis 15. Junii
1699. coram R.P.D. meo Priolo*, tanti enim valet
ratio iſthæc conſervandi Bona in familia, ut
ſucceſſivum inducat fideicommiſſum, licèt nulla
legatur facta ſubſtitutio, *Bald. in leg. quoties n. 8.
Cod. de Fideicomm., Surd. conſ. 67. num. 52., &
ſeqq., & conſ. 96. num. 13., & ſeqq., Riminald.
conſ. 739. num. 53., & ſeqq. lib. 7., Soccin. jun.
conſ. 181. num. 39. lib. 2., Card. Mantic. de conject.
ultim. volunt. lib. 6. tit. 15. num. 5., Menoch. de
præſumpt. lib. 4. præſum. 68. num. 9., Peregrin. de
Fideicomm art. 5. num. 8., Rocc. diſput. jur. ſelect.
cap. 23. num. 9., Rot. decif. 180. num. 4. part. 5.,
in Sutrina Immiſſionis 28. Novembris 1708. §. Ad
conſtabiliendum coram Rño Molines Decano.*

Et quidem, cum in jure noſtro vix reperiatur
regula ulla, certior illâ, quâ ſtatuitur, quod, 11
ſi mens, atque voluntas Teſtatoris adimpleri ne-
quit abſque perpetui fideicommiſſi inductione,
pro illo reſpondendum, ac judicandum omninò
ſit, oportet enim, Teſtatorum voluntates ple-
num exitum habere, ut admonent Juris Inter- 12
pretes, ad *Text. in leg. Titia Sejo 89. §. Seja li-
bertis ff. de legat. 2., Decian. reſp. 33. num. 43. lib.
2., Rocc. diſput. jur. ſelect. cap. 23. num. 12., Rot.
co-*

coram Merlin. deciſ326. num.10. verſ. tum etiam
quia, coram Bich. deciſ. 287. num. 5., cor. Card.
Cerro deciſ. 387. num. 20., & 21., in rec. deciſ.
20. num. 3., & ſeqq. part. 19., quonam pacto
Teſtator, qui, ut Bona ſua = non abbiano da
uſcire dalla ſua famiglia, ma in quella conſervar
ſi debbano col fundare, e ſtabilire di eſſi un ſolenne
fidecommiſſo, finem hunc conſequi poterit ſinè
perpetuo fideicommiſſo, vel quâ ratione ſolem-
13 ne reputari poterit fideicommiſſum illud, quod
in primo, vel in ſecundo ſubſtitutorum gradu
eſſet expiraturum? ad Text. in leg. peto 71. §.
Fratre, & leg. 91. §. Inſtituto ff. de legat. 2.,
Rot. in Sutrina Immiſſionis 28. Novembris 1707.
§. Ad conſtabiliendum coram Rño Molines De-
cano. Eòque certiùs in caſu noſtro, quia verba
Diſponentis directa ſunt in rem, hoc enim caſu
conſervatio relata ad ipſa Bona, efficit, ut illa
14 obnoxia reddantur fideicommiſſo perpetuo favo-
re agnationis, in qua volita fuit ſempiterna iſta
Bonorum conſervatio, ut proſequitur Rot. in d.
Sutrina Immiſſionis §. Quod eò fortiùs.

Quamquam verò ſola pars proemialis præſe-
ferens cauſam finalem diſpoſitionis, ſufficeret
pro conſtabilienda perpetuitate fideicommiſſi,
nihilominus ad eamdem confirmandam conſpi-
rant ceteræ diſpoſitivæ partes eamdem agnatio-
nis contemplationem, & votum in ea perpetuò
15 conſervandi Bona omnia Teſtatoris patefacien-
tes, Teſtator enim ſemper Maſculos vocavit;
ſæpiùs autem repetita qualitas maſculinitatis, &
in omnibus vocatis à Teſtatore volita, perſpicuè
demonſtrat, contemplatam fuiſſe agnationem, eo
quod eadem qualitas cauſativè agnationis favo-
16 re, & pro conſervandis Bonis in Agnatis volita,
ac repetita cenſeatur, Surd. conſ. 241. num. 11.,
& conſ. 316. num. 9., Altograd. conſ. 92. num. 4.
lib. 1., Molin. de Primogen. lib. 3. cap. 5. nu. 25.,
Rota coram Gregor. deciſ. 514. num. 9. in Roma-
na, ſeù Florentina fideicommiſſi 1. Junii 1682.
§. Scilicet cum ſeq., confirmata 5. Aprilis 1683.
§. Enim verò prima cum ſeqq. coram Rño d'Her-
vault Archiepiſcopo Turonen., & deciſ. 213. num.
4. poſt Torr. de pact. futur. ſucceſſ.

Conſonat his excluſio Clericorum conſtituto-
rum in ſacris Ordinibus, aliorumque Profeſſo-
17 rum in Religionibus, quæ licèt in codicillis mo-
derata fuerit quoad Clericos ſeculares, attamen
procul dubio præſefert contemplationem agna-
tionis, quæ ſemper reſultare dicitur ab excluſione
Religioſorum factâ non in odium Religionis, ſed,
18 ut noſter Teſtator expreſsè profeſſus fuit, pro
conſervandis Bonis in familia, & Deſcendenti-
bus ſuis, Fuſar. de ſubſtitut. quæſt. 499. num. 26.,
Caren. reſolut. 128. num. 24., Rodulph. allegat.
173. num. 7., & 12. cum ſeqq., Rot. deciſ. 269.
num. 20., & ſeq. part. 25. rec.

Sed clariùs perpetuitatem fideicommiſſi de-
monſtrat prohibitio alienationis effrænatis ver-
bis, & ampliſſimis clauſulis concepta, & à Te-
19 ſtatore ordinata in §. Et à fine, cum ſeq., in quo
caducitatis pœnam indixit iis, qui fideicommiſ-
ſi derogationem à ſupremo Principe impetrare
tentaſſent, hæc omnia ad eum dumtaxat finem
dirigendo, nempè =, & à fine, che queſta ſua
volontà, e diſpoſizione ſortiſca il debito effetto, e
più fermamente, & inviolabilmente ſia oſſervata,
e detti Beni da eſſo laſciati ſotto fideicommiſſo, co-
me ſopra, ſi mantenghino nelli detti ſuoi figli &c. =
hæc enim ſic qualificata prohibitio procul dubio
inducit abſolutum, & perpetuum fideicommiſ-
ſum inter omnes Deſcendentes Teſtatoris, Al-
tograd. conſ. 92. num. 19., & ſeqq., & num. 31.
lib. 1. conſ. 81. num. 4., & conſ. 94. num. 4., &
ſeqq. lib. 2., Manſ. conſult. 84. num. 30., Rocc.
diſput. Jur. ſelect. cap. 15. nu. 5., Rot. deciſ. 284.
num. 1., & ſeqq. part. 6., deciſ. 372. num. 6. part.
15., deciſ. 581. num. 7. part. 19., in Romana, ſeù
Reatina fideicommiſſorum de Vincentinis 2. Apri-
lis 1696. §. Septima elicitur coram Eño D. Car-
dinali Caprara, in Romana fideicommiſſi 26. No-
vembris 1696. §. Concurrit coram eodem, confir-
mata 20. Junii 1698. §. Quarto ex prohibitione
cum pluribus ſeqq., & 9. Maii 1701. §. Certiùs,
& §. Tantò magis coram Rño Decano, & in Pe-
ruſina, ſeù Cortonen. Bonorum ſuper re judicata
5. Maii 1700. cor. bon. mem. Jacometto.

Non abſimile eſt argumentum, quod pro per-
petuitate fideicommiſſi, & contemplatione 20
agnationis elicitur ex pœna privationis à Teſta-
tore ſancita adverſus delinquentes, aut contra-
venientes ſuæ diſpoſitioni, hoc enim caſu, ſicuti
gradatim, & per fideicommiſſum perpetuum
vocati leguntur omnes Deſcendentes, ità etiam
dicendum eſt, eodem ordine illos in caſu obitus
vocatos, & ſubſtitutos fuiſſe, deciſ. 50. num. 28. 21
apud Balducc. in collect. deciſ. & rer. Judic.,
Rota coram Bich. deciſ. 605. num. 13., in Car-
pentoracten. hereditatis, ſeù fideicommiſſi 14.
Martii 1687. §. Rurſus in caſu coram Rño Moli- 22
nes Decano, in Romana fideicommiſſi de Vareſiis
6. Aprilis 1696. §. Profectò coram eodem, & in
Romana Primogenituræ de Fabiis 12. Decembris
1707. §. Certò autem certiùs coram Rño Omanna
Epiſcopo Giennen.

Nilque turbat vulgaris illa oppoſitio, quod
nempè ex fideicommiſſo ordinato in caſu alie- 23
nationis, vel delicti, & contraventionis, ar-
guere non liceat ad fideicommiſſum inducen-
dum in caſu obitus, quia id procederet, ſi fortè
tentaretur extenſio fideicommiſſi expreſsè reſtri-
cti ad certos caſus, certaſque perſonas, tunc 24
enim illatio ab una ſpecie diſpoſitionis ad aliam
non curreret, at quoties, ut in caſu noſtro, in
confirmationem perpetuitatis à Teſtatore volitæ
in caſu obitus, affertur pinguior declaratio elicita
ex diſpoſitis in prohibitione alienationis, vel
in caſu delicti, & contraventionis, in dubium
venire nequit, quin ex his deſumi valeat efficaciſ-
ſimum argumentum pro perpetuitate, & dura-
tione fideicommiſſi, ut de prohibitione aliena-
tionis tradunt Cyriac. contr. 301. num. 31., &
ſeqq., Cardin. de Luca de fideicommiſ. diſc. 144.
num. 8., Rota coram Arguell. deciſ. 16. num. 29.,
deciſ. 28. num. 111. & 118., coram Bich. deciſ.
605. num. 13. & 14., coram Merlin. deciſ. 83.
num. 6., coram Ubald. deciſ. 751. num. 14., &
ſeqq., in rec. deciſ. 44. num. 5. part. 1., deciſ. 269.

*num. 11., & 12. part. 15., deciſ. 278. num. 12. & 13., deciſ. 531. num. 16. part. 18., in Urbevetana Cenſuum 28. Junii 1696. §. Non minùs urgens coram Emo Caprara, in Romana fideicommiſſi de Vareſiis 6. Aprilis ejuſdem anni §. Quod profectò coram Rmo Decano, in Romana Donationum 4. Junii 1700. §. Deſcendit tertia coram Rmo dell' Olmo, & in Faven. Fideicommiſſi 18. Junii 1703. §. Quod comprobatur cum ſeqq. coram Emo Caprara*, & de privatione in caſu delicti, vel contraventionis ait *Rota in dicta Romana Primogenituræ de Fabiis §. Quod verò à caſu delicti*.

Denique, omiſſis aliis argumentis, quæ pro contemplatione agnationis, & perpetuitate fi-
25 deicommiſſi elicere poſſemus ex vocatione Maſculorum cum qualitate legitimatis ex prohibitione omnium, & quarumcumque detractionum, aliiſque his ſimilibus, deſinam uno hoc, perpetuâ nempè excluſione fœminarum, quibus, nonniſi ex fructibus, dotes ſubminiſtrari poſſe voluit, in dubium autem venire nequit, quin fœminarum perpetua excluſio conjuncta cum qualitate maſculinitatis in omnibus vocatis ſemper exoptata, prohibitione alienationis factâ ut Bona perpetuò conſervarentur in familia Caminati, aliiſque conjecturis ſuperiùs relatis, manifeſtam præſeferat contemplationem agnationis, *Pariſ. conſ. 1. num. 25. lib. 3., Menoch. conſ. 205. num. 13., & conſ. 216. num. 8., conſ. 463. num. 6., conſ. 565. num. 7., conſ. 585. num. 3., Surd. conſ. 241. num. 11. & ſeqq., Peregrin. de fideicomm. art. 25. num. 26., Fuſar. de ſubſtitut. quæſt. 439. num. 15., Sperell. deciſ. 151. num. 25., Rota coram Coccin. deciſ. 267. num. 12., in rec. deciſ. 125. num. 7. part. 1., in Ariminen. Fideicommiſſi 19. Junii 1690. §. Votum autem coram Rmo Decano, 3. Martii 1692. §. Penult., & 4. Maii 1693. §. final. coram Rmo d' Hervault Archiepiſcopo Turonen., & in Amerina Fideicommiſſi 21. Februarii 1698. §. Penult. coram bon. mem. Muto*.

Augeturque efficacia hujus argumenti animad-
26 vertendo, quod, ſi fœminæ excluſæ à ſucceſſione, ex judicio Teſtatoris vocatæ dicendæ ſunt in dote conſtituenda ex fructibus Bonorum fideicommiſſariorum, potiori Jure vocati cenſentur Maſculi ex Bonorum fructibus dotes ſubminiſtrare obligati filiabus fœminis, ipſorum favore excluſis, ne ſequatur, fœminas excluſas melioris eſſe conditionis Maſculis excludenti-
27 bus, *Ripa in leg. Centurio num. 163. ff. de vulgar., & pupillar. ſubſtit., & reſponſ. 1. nu. 11. ad med. de ſubſtitut., Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 76. num. 30., Rodulphin. allegat. 53. num. 9., Rot. in Oſtunen. Primogenituræ 12. Junii 1699. §. Vocatio verò coram Rmo dell' Olmo Epiſcopo Conchen., & in Reatina fideicommiſſi 4. Februarii ejuſdem anni §. Quoniam placuit coram Rmo Molines Decano*.

Nìque turbat, quod Teſtator diſpoſitionem
28 ſuam condiderit pro conſervandis Bonis in familia, cujus appellatione cum Agnati æquè, ac Cognati comprehendantur, agnatitium proindè dici nequeat fideicommiſſum eorum favore ordinatum; quia, licèt quandoque *familiæ* nomine Co- 29
gnati etiam comprehendi poſſint, attamen id non procedit, quando Teſtator in vocatis requiſivit qualitatem maſculinitatis, excluſis fœminis; cer- 30
tiùs verò, ſi, ut in caſu noſtro, expreſſit cognomen propriæ familiæ, tunc enim omnes, *nemine diſcrepante concordare videntur, quod, ubi accedit dicti nominis ſpecificatio, tunc vocabulum familiæ, nonniſi Agnatis conveniat*, ut per hæc verba ait *clar.* 31
*mem. Card. de Luca de Jurepatr. diſc. 26. num. 8., & paſſim apud alios, & Rotam*.

At verò, ſi fideicommiſſum, de quo agitur, agnatitium eſt, ideoque perpetuum cenſendum tum ob expreſſam agnationis contemplationem, 32
tum etiam ob alias conjecturas hactenus enumeratas, fruſtra idem temporarium, & ad ſolos filios primi gradus, vel nepotes in conditione poſitos reſtringendum eſſe dicitur ſub obtentu, quod Teſtator de filiis dumtaxat locutus fuerit, 33
quorum nomine ulteriores Deſcendentes venire nequeunt, in hanc rem afferendo *Deciſiones* in una *Romana, ſeù Reatina fideicommiſſi de Vincentinis 12. Junii 1699., & 6. Februarii 1702. cor. R.P.D. Scotto*.

Nam ſi in dubium revocari nequit qualitas agnatitia fideicommiſſi, de quo agitur, eò quod, ut vidimus, ratio agnationis conſervandæ totam regat diſpoſitionem; ut tradit *Rota in Ur-* 34
*bevetana fideicommiſſi 17. Martii 1684. §. Non obſtante coram Rmo d'Hervault*, idem procul dubio reſtrictum dici non poterit ad unum, vel alterum dumtaxat gradum, cum agnationis conſervationem aſſequamur in ſolo fideicommiſſo ſucceſſivo, & perpetuo, non autem in illo, quod expirat in primo herede decedente cum fi- 35
liis, vel in uno tantùm gradu ſubſtitutionum, *Rota in Bonon. fideicommiſſi de Boviis 20. Junii 1687. §. Cum autem agnatio coram Rmo d' Hervault*; Eòque certiùs in caſu noſtro, in quo Teſtator diſertis, ac inculcatis verbis profeſſus fuit ſolemne condere fideicommiſſum, ut Bonorum conſervatione, & divitiarum præſidio familia 36
Caminati ſemper clareſceret, vocando idcircò Maſculos, fœminas excludendo, Deſcendentibus omnibus prohibendo alienationem, eoſdemque privando in caſu delicti; hæc enim omnia ſi à providis, & prudentibus Teſtatoribus diſponuntur in ordinandis fideicommiſſis perpetuis, nimis à recta ratione aberrat, quod prudentiſſimus ille Teſtator in teſtamento celebrato longè antequam moreretur, hæc omnia ordinaverit, ut temporarium, & in primis heredibus expiraturum conderet fideicommiſſum; ſuprema enim 37
Teſtatorum arbitria ità interpretari debemus, ut numquam à recta ratione aberrent, illa numquam detorquendo interpretatione, quæ in ſanam mentem cadere nullo pacto poſſit.

Quamobrem parvi refert, Teſtatorem tum in inſtitutione, & parte vocativa, tum in pluribus aliis teſtamenti locis filiorum nomen 38
adhibuiſſe, quia, cum juſtâ legis interpretatione filii appellatione nepos quoque comprehendi poſſit, ad *Text. in leg. juſta interpretatio 201. ff.*
*de*

de verbor. ſignific., Bartol. in leg. liberorum 220.
num.10. & ſeqq. eodem tit., Cepol. in leg. filii 84.
eodem pariter tit., Alexan. conſ.9. num.3. lib.1.,
conſ.26. num.11. lib.3., conſ. 37. num. 10. lib. 6.,
Rot. in Urbevetana fideicommiſſi 12. Januarii
1685. §. Hæc tamen omnia coram Rño d' Hervault,
& hæc juſta legis interpretatio ſemper locum
ſibi vindicet, quoties ex mente proferentis
39 conſtat, filiorum appellatione nepotes compre-
henſos, & fideicommiſſum illorum favore con-
ditum fuiſſe, Rodulphin. allegat.25. num.12. &
ſeqq., Rota coram Card. Celſo deciſ.229. num.7.
& ſeq., in Urbevetana Fideicommiſſi 17. Martii
1684., 12. Januarii 1685., 8. Februarii 1686. co-
ram Rño d'Hervault, in Parmen. Beneficii 26.
Februarii 1693. §. Neque perpenſa, & 15. Ja-
nuarii 1694. §. Taleſque conjecturæ coram bo. me.
Urſino, præſertim, quando agitur de fideicom-
miſſo Aſcendentis, Mart. Medic. deciſ. 1. ex
40 num.35., Rota in Romana fideicommiſſi 8. Mar-
tii 1697. §. 1. in fin. coram bon. mem. Urſino,
inquiens, hoc caſu leviores ſufficere conjectu-
ras.

In noſtro caſu dubitari nullo pacto poteſt, ex
mente Teſtatoris, Deſcendentes omnes ulterioris
gradus filiorum nomine fuiſſe comprehenſos,
41 cum agatur de fideicommiſſo ordinato favore
agnationis, Mart. Medic. dict. deciſ.1. num.51.,
in Urbevetana fideicommiſſi 17. Martii 1684. §.
Non obſtante, 12. Januarii 1685. §. Hæc tamen
omnia, 8. Februarii 1686. §. Ex Donotione coram
Rño d' Hervault, in rec. deciſ.465. num. 5. part.
14., & Teſtator pro Bonis in eadem conſervan-
dis adjecerit prohibitionem alienationis, ut per-
42 petuò manerent in ſua familia, Rot. deciſ. 693.
num. 5. part.1., in Urbevetana Fideicommiſſi 17.
Martii 1684. §. Non obſtante coram Rño d'Her-
vault, votum enim perpetuò conſervandi Bona
in agnatione apertè pugnat cum fideicommiſſo
43 reſtricto ad ſolos filios maſculos, vel nepotes
immediatos, Mart. Med. dict. deciſ.1. num.45.,
Rota in Romana Fideicommiſſi 8. Martii 1697. §.
Denique id ipſum coram bon. mem. Urſino, magis
verò conjectura iſthæc urget, quando prohibi-
44 tio alienationis, & conſervatio Bonorum in fa-
milia concepta minimè legitur verbis perſonali-
bus, ſed, ut in caſu noſtro, abſoluta eſt, & in res
ipſas dirigitur, Rota in Romana, ſeù Reatina
Fideicommiſſi de Vincentinis 14. Junii 1697. §.
Cujuſmodi generis cor. bon. mem. Muto.

Prout etiam eadem comprehenſio elicitur ex
privatione in caſu delicti, Rota in dicta Romana
45 Fideicommiſſi 8. Martii 1697. §. Denique id ip-
ſum coram bon. mem. Urſino; Accedunt his di-
ctiones perpetuitatem temporis, & tractum ſuc-
ceſſivum importantes in pluribus teſtamenti lo-
cis repetitæ, Rota coram Coccino deciſ.1162. num.
3., in Romana, ſeù Reatina Fideicommiſſi de
Vincentinis 14. Junii 1697. §. Etenim quidquid
foret coram bon. mem. Muto, dicta Romana fidei-
commiſſi 8. Martii ſub initium, & 28. Junii 1697.
§. Vocatio namque cum ſeq. coram bon. mem. Urſi-
46 no, in quibus animadvertitur, ſimiles dictiones
fortiùs urgere, quando ſæpiùs repetitæ repe-

riuntur, & denique ad aſſumptum confirman-
dum conferunt conjecturæ, & argumenta om-
nia ſuperiùs examinata pro inducenda perpe-
tuitate fideicommiſſi, & contemplatione agna-
tionis.

Proindeque ex his patet, noſtræ hypotheſi mi-
nimè applicari poſſe Deciſiones editas in Roma-
na fideicommiſſi de Vincentinis, quia in illarum
hypotheſi deerat contemplatio agnationis, quæ 47
per modum cauſæ finalis regeret totam diſpoſi-
tionem; prohibitio alienationis erat perſonalis;
& deficiebant cetera omnia argumenta, quæ pro
extenſione nominis filiorum ad nepotes, cete-
roſque ulteriores Deſcendentes concurrunt in
noſtro caſu.

Jam verò, conſtabilitâ dictâ perpetuitate fidei-
commiſſi, proficiſcor ad ſecundum articulum, in
quo quæritur: an vigore teſtamentariæ diſpoſi-
tionis Hieronymi Caminati ſuſtineatur aggre-
gatio controverſorum Bonorum ab eo facta anti-
quioris primogenituræ conditæ à Hieronymo Se-
niore, & verius eſſe crederem, non ſuſtineri,
eâ motus ratione, quod, ut ſuſtineatur grava-
men in re heredis, præter poteſtatem, de qua
hic non diſputo, requiritur voluntas Teſtato- 48
ris, & acceptatio ex parte heredis, juxta tradita
in celebri voto edito in Ferrarien. fideicommiſſi de
Turchis coram bon. mem. Emerix impreſſo ad or-
natum claræ mem. Cardin. de Luca de Fideicomm.
deciſ. 91. ſub initium, Rota in Reatina fideicom-
miſſi 24. Novembris 1694. §. Penult., & fin. co-
ram Eminentiſſ. Cardin. Caprara, in Bononien.,
ſeu Imolen. Bonorum ſuper Bono jure 12. Junii
1693. coram bon. mem. Urſino, confirmata 11. Ja-
nuarii 1694. §. Verùm licèt &c. coram eodem, in
Bononien. fideicommiſſi 1. Martii 1697. §. Non ju-
vante cor. Reverendiſſ. Molines Decano.

In noſtro autem caſu apertè deficere crederem
Teſtatoris voluntatem, nam, ſi ea ſemper ample-
ctenda eſt opinio, quæ excludat voluntatem gra-
vandi heredem in Bonis propriis, cui, tamquam 49
iniquæ, modis omnibus occurrendum, monet J.C.
in leg. cum Pater §. Titio Fratri &c. ff. de legat.
2., claræ mem. Card. de Luca de fideicommiſſ. diſ-
curſ. 134. num.15., in dicta Ferrarien. fideicom-
miſſorum de Turchis poſt clar. mem. Card. de Luca
de fideicom. deciſ.90. num.14., & deciſ. 92. num.
7., Rota coram Priol. deciſ.378. num.4., in Bo-
nonien., ſeu Imolen. Bonorum ſuper bono jure 11.
Januarii 1694. §. Undè quamvis coram bon. mem.
Urſino, quonam pacto in noſtra hypotheſi con- 50
ſtare dici poterit de iſtiuſmodi Teſtatoris volun-
tate, quando in eo non ſolùm minimè probatur
ſcientia fideicommiſſi, ſed, quod magis eſt,
probatur erronea credulitas, quâ falsò exiſtima-
bat, fideicommiſſum expiraſſe, & Bona penes
eum libera effecta fuiſſe, cum nihil tam contra-
rium ſit conſenſui, ſeu voluntati, quàm igno-
rantia, ſive error, ut, ex Text. in leg. ſi quis per 51
errorem &c. ff. de juriſdict. omn. Judicum, aliiſ-
que juribus, concluditur in dicto voto Ferrarien.
fideicommiſſi deciſ.90. num.15., Rota in Illerden.
hereditatis de Gomar. 4. Junii 1703. §. Firmis
itaque hiſce principiis coram R.P.D. Anſaldo, &

*in Ravennaten. Fideicomm ſ. Julii Camilli de Ab-*
*bi.ſis 16. Januarii 1705. §. Firmatu &c. coram*
*R.P.D. Lancetta.*

Et licèt *Rota*, fortè nimis extendendo hanc
Teſtatoris poteſtatem *in Romana, ſeù Verulana*
*fideicommiſſi coram Eminentiſs. Caprara poſt cla-*
52 *ræ mem. Card. de Luca de fideicom. deciſ. 87. num.*
*10.*, firmaverit, gravameo in re heredis ſuſtine-
ri, ſive Teſtator ſciverit, ſive ignoraverit, rem
ad illum pertinere virtute antiquioris fideicom-
miſſi, nihilominùs dicta *deciſio* ob duplicem ra-
tionem non applicatur caſui noſtro, quarum pri-
ma eſt, quod, ut patet ex omnibus *Deciſionibus*
tàm *coram Eminentiſs. Cardin. Caprara*, quàm
*coram bon. mem. Pio*, in dicta Cauſa editis, in il-
larum caſu concurrebat implicita ſaltem, & ge-
nerica ſcientia fideicommiſſorum antiquiorum;
aderat acceptatio heredis; & demùm id, quod
fuit præcipua ratio decidendi, emolumentum
longè excedebat, vel certè æquivalebat grava-
mini in re propria impoſito heredi, qui proindè
jure, meritòque judicio Teſtatoris obſequi tene-
batur.

Altera verò ratio promanat ex eo, quod hic
53 non agitur de Teſtatore, qui ſimpliciter ignorave-
rit antiquius fideicommiſſum, quo caſu, relicto he-
redi æquivalenti emolumento, ſuſtineri forſan
poſſet ejus deliberata voluntas illum gravandi in
re propria, at aliter res ſe habet in caſu no-
54 ſtro; nam Teſtator ſciebat, adfuiſſe fideicom-
miſſum, ſed per errorem credidit, illud expiraſ-
ſe, & hac erroneâ credulitate ductus, Bona il-
li obnoxia, tamquam effecta libera, aggrega-
vit antiquiori primogenituræ, ideoque hujuſmo-
di nova diſpoſitio facta per errorem Diſponen-
55 tis, habenda eſt, perindè ac ſi facta non fuiſſet,
optimè *Rota coram bon. mem. Emerix jun. deciſ.*
*476. num. 2. & 3.*

Potiori autem jure id affirmandum videtur
in noſtro caſu, quia juſtâ ratione conjicere poſ-
ſumus, quod, ſi Teſtator ſciviſſet, fideicommiſ-
56 ſum adhuc durare favore Secundogenitorum, in
eorumdem præjudicium illud primogenituræ
non aggregaſſet tum quia, nullo relicto æquiva-
lenti emolumento, eoſdem excludere nequibat à
fideicommiſſo, ad quod ex propria perſona vo-
57 cabantur. *Surdus conſ. 505. num. 5., Peregrin.*
*conſ. 38. num. 4. lib. 3., Molina de Primogen. Hiſ-*
*paniar. lib. 4. cap. 1. num. 2., Cyriac. controverſ.*
*312. num. 84., & ſeqq., Rot. in recent. deciſ.*
*429. num. 15. part. 13., deciſ. 1. num. 9. part. 14.,*
*deciſ. 278. num. 4. part. 15., coram bon. mem. E-*
*merix jun. dicta deciſ. 476. num. 2., in Senogal-*
*lien. fideicommiſſi 28. Januarii 1698. §. Tantò*
*magis &c. coram bon. mem. Rondinino, & in*
*Sutrina immiſſionis 28. Novembris 1717. §. De-*
*veniendo coram Rmo Molines Decano;* Tum etiam
quia mens Hieronymi non fuit dictos ſecundo-
genitos ſuis commodis privare; nam Primoge-
nitum gravavit onere eiſdem elargiendi annuam
præſtationem ſcutorum duorum millium illius
arbitrio augendam; ſi autem Teſtator ex Bo-
nis, quæ ſua eſſe credidit, conſulere voluit
58 commodis Secundogenitorum, potiori jure di-
cendum eſt, quod eiſdem minimè ademiſſet il-
la, quæ ſua erant.

Nec prò excludendo errore, ſive ignorantia
fideicommiſſi, urget quædam diviſio ab eodem
Hieronymo facta cum ſuis fratribus, in qua
enunciatur illius perpetuitas, ſubdendo, ſatis
eſſe, quod idem de hoc dubitare potuerit, ut
dictæ diſpoſitionis acceptatio præjudicet D. Bon-
viſio, ejuſque heredibus, nam, quod attinet
dictam enunciativam, poſt lapſum decennii il-
lius memoria abolita cenſetur; tantique valet 59
dicti temporis lapſus, ut ex illo non ſolum præ-
ſumatur oblivio, ſed, concurrente contrariâ
voluntate Teſtatoris, inducatur etiam teſtamen-
ti revocatio, juxta concordantia Juris loca, &
auctoritates cumulatas apud *Thabor axiomat. ju-*
*ris lib. 13. cap. 8.*, nec ſatis eſt, quod Teſtator
dubitare potuerit de exiſtentia fideicommiſſi, 60
tum quia dubitans ab ignorante non diſtat, *Tha-*
*bor axiomat. juris lib. 4. cap. 58. axiomat. 2.*, ideò-
que, attentâ dictâ dubietate, deficeret ſcientia
fideicommiſſi ad validitatem gravaminis requi-
ſita, ut alibi diximus, tum etiam quia, ut mi- 61
hi ſupponitur, cum Teſtator reverâ diſpoſue-
rit de dictis Bonis tamquàm liberis, non dubi-
tans, ſed errans dici merebatur, eidemque ob-
ſtat illud omnium ore tritum juris axioma, quo
dicitur = *Quod potuit, noluit, quod voluit, adimple-*
*re nequivit* =; ſi enim dubitabat de exiſtentia 62
fideicommiſſi, cur loco de illis ſimpliciter diſ-
ponendi, de eiſdem diſpoſuit tamquàm de ſuis
Bonis, prò ita diſponendi cauſa aſſignando li- 63
bertatem, quâ dicta Bona carebant?

Ex quibus patet, minùs officere poſſe accepta-
tionem teſtamenti, & gravaminis factam à D.
Bonviſio adeundo hereditatem Hieronymi Pa-
trui ſui. Hæc enim aditio nocere nequivit Igno- 64
ranti fideicommiſſum, *Ruin. conſ. 117. num. 20.*
*in fin. lib. 2., Menoch. conſ. 707. nu. 8. in fin. num.*
*19. & 24. in fin., Caſanat. conſ. 23. num. 26.,*
*& ſeqq., Sambiniat. controverſ. 54. num. 7., &*
*ſeq.*, quod etiam admiſſum fuit in *Deciſionibus*
editis *in Romana, ſeù Verulana Fideicommiſſi co-*
*ram Eminentiſſimo Cardinali Caprara, & bonæ*
*mem. Pio*, quæ ſe fundant in præſumptâ ſcientia
in caſu noſtro ſufficienter excluſa ex eo, quod
D. Bonviſius hereditatem adiverit ex teſtamen-
to, in quo Teſtator profeſſus fuit diſponere de
controverſis Bonis, tamquam de liberis, quæ
ſi procederent in caſu, quo ſuſtineretur grava-
men illi injunctum à Hieronymo cum ſcientia,
& deliberata voluntate diſponente de re here-
dis, quantò potiori Jure locum obtinebunt in ca- 65
ſu noſtro; in quo agitur de diſpoſitione facta per
errorem, quo caſu, cum illa perindè habeatur,
ac ſi facta non fuiſſet, ut ſuperiùs diximus ex
*Rota coram bon. mem. Emerix. jun. dicta deciſ.*
*466. num. 3.*, heres contravenire non dicitur vo-
luntati Defuncti, ideoque per aditionem here- 66
ditatis non impeditur ex propria perſona vindi-
care Bona, de quibus ille, motus falsâ creduli-
tate, quod eſſent libera, tamquam de ſuis diſpo-
ſuit, & in omnem caſum heredi ſuccurrendum
eſſet beneficio reſtitutionis in integrum, ut in
no-

noſtris terminis firmatum fuit in dicta *Ferrarien.*
67 *Fideicommiſſi de Turchis deciſ.90. in fin. poſt clar. mem. Card. de Luca de fideicomm.*

Longè verò minùs hæc nocere poſſunt filiis ſecundogenitis D.Bonviſii venientibus ex jure proprio ad fideicommiſſum ordinatum à Ludovico
68 eorum Proavo, quia nullum à gravante receperunt æquivalens emolumentum, ideoque in re propria gravari non poterant, atque etiam quia in eorum poteſtate eſſet, renunciando quidquid
69 ex judicio Hieronymi percipere poſſent, conſequi avitum fideicommiſſum, ad quod vocantur.

Nec iidem ſecundogeniti cogi poſſunt ad declarandum, ſe nolle eſſe heredes Patris, primò quia, ſi, ut pluries diximus, aggregatio controverſorum Bonorum à Hieronymo facta primogenituræ, ex defectu voluntatis, non tenet,
70 tamquàm demandata per errorem, & ex falſa credulitate, quod Bona eſſent libera, D. Bonviſius eorum Pater adeundo hereditatem Hieronymi, non prohibebatur uti ſua vindicare controverſa Bona.

Secundò quia filius, cum non efficiatur he-
71 res Patris, niſi poſt mortem illius, non tenetur id præventivè declarare, ad *Text. in leg. non quemadmodam 35.ff.de judic.*, *ibique Gloſſ.in verb. non poſſe*; minùs verò obſtringitur aditione à Patre factâ, quia, tametſi illa Patrem afficeret,
72 filio tamen non noceret, hic enim non tenetur ex facto Patris tendente ad eum privandum Bonis, quæ ipſi ab homine, vel à lege deferantur, *Gloſ. in tit. de ſucceſſ. feudal. §. Hoc quoque in verb. inveſtiri*, *Oſaſch. deciſ. Pedemont. 77. num. 5.*, *Grammatic. deciſ.93. num. 10. verſ. præterea*, & *4.*, *Hodiern. in leg. hac Ædictali quæſt.18. num. 20.*, & *ſeqq.* dicens, hoc præcipuum eſſe in filio, qui neceſſariò à Patre debet inſtitui heres, *Surd. deciſ. 11. num.14.*; fortiùs, quando agitur de ſimplici aditione facta abſque ſpeciali ob-
73 ligatione celebrata nomine etiam ſuorum filiorum, & heredum, hoc enim caſu filii, & heredes non prohibentur venire contra factum Defuncti, *Rot. poſt Zacch. quæſt. Medic. legal. deciſ.63.*, & *deciſ.224. num.5.*, & *ſeqq. part.13.*

Sed fruſtrà de his egimus, nam hæ quæſtiones agitari poſſent in caſu, quo D. Bonviſius ejuſque heredes tenerentur obſervare dictam aggregationem Bonorum, à Hieronymo factam primogenituræ, ſed, cum illa irrita ſit, ſuperfluum eſt quærere, an heres ad menſuram virium hereditariarum teneatur obſervare factum Defuncti.

Denique deveniendo ad ultimam quæſtionem, crederem, D. Alexandrum vocatum ad longè ampliorem primogenituram, repellendum eſſe à coæquali ſucceſſione in Bonis fideicommiſſariis à Ludovico Teſtatore relictis pro Secundogenitis;
74 Clara namque eſſe videtur illius excluſio deſumpta ex toto contextu teſtamenti, in quo profeſſus fuit conſulere velle Secundogenitis, illam copioſiùs, clariùſque explicando *in §. Item detto Sig. Teſtatore*, ubi ait = *dichiara ancora, ordina, e diſpone, che, avvenendo il caſo, che alcuno de' ſuoi figlioli chiamati à queſta ſucceſſione, come ſopra, ſuccedeſſe nel fidecommiſſo laſciato già dalla fel. me. del Signor Girolamo ſuo Zio, in tal caſo, & evento detto Signor Teſtatore intende e vuole, che tal ſuo figlio in eſſo fideicommiſſo del prefato Sig. Girolamo ſuo Zio ſuccedente, s' intenda, e ſia privato, come fin da ora detto Sig. Teſtatore lo priva, d'ogni ragione del preſente fideicommiſſo di modo, che non lo poſſa più tenere, nè detti Beni à eſſo ſottopoſti godere, nè di eſſi pretender coſa alcuna, ma vuole, che eſſi Beni con ogni loro ragione ipſo jure ſi traſferiſchino, e poſſino negl'altri figlioli di eſſo Sig. Teſtatore ſoſtituiti, come ſopra, di maniera, che quello, che poſſederà il fidecommiſſo laſciato dal detto Sig. Girolamo non poſſa più godere, nè poſſedere i Beni del preſente fidecommiſſo, nè parte alcuna di quelli fino à tanto, che ci ſaranno altri figlioli di eſſo Sig. Teſtatore; ma, mancando detti ſoſtituiti ſenza figlioli, allora, & in tal caſo detto Sig. Teſtatore vuole, che detti Beni al preſente fidecommiſſo ſottopoſti, poſſino eſſer goduti, e poſſeduti dal poſſeſſore del fidecommiſſo di detto Signor Girolamo nel modo, e forma, che hà detto di ſopra, di Vincenzo ſuo Primogenito, che quì intende, e vuole, che s' abbia per repetito* =, quamobrem, cum, juxtà mox relata verba, aperta ſit incompatibilitas primogenituræ cum fideicommiſſo, ceſſat omnis quæſtio, juxtà regulam *Text. in leg. ille aut ille §. Cùm in verbis ff. de legat.3.*, quam in propoſito affert *Card. de Luca de fideicomm. diſc.7. num.7.*

Nec dicta incompatibilitas inducta cenſeri poteſt inter filios primi dumtaxat gradus, quia Te- 75
ſtator in *§. = E perchè la dignità delle famiglie =* declarans, Vincentium filium ſuum, ceteroſque Primogenitos ab eo naſcituros provviſos eſſe opulentâ primogeniturâ, proteſtatus fuit conſulere velle filiis ſecundogenitis ſolemni fideicommiſſo, & quidem, ut probavimus, perpetuò id exprimens veluti cauſam finalem ſuæ diſpoſitionis, ad quod fideicommiſſum admittere noluit Primogenitos, niſi in caſu, quo nulli exiſterent Secundogeniti, ut in *§§. ſeqq.*; Cùm itaque fideicommiſſum ſit perpetuum, & conditum reperiatur favore dumtaxat Secundogenitorum, admiſſo Primogenito ſub illa dumtaxat negativa conditione non exiſtentiæ ſecundogenitorum, ſequitur, quod idem, non verificatâ hac conditione, adſpirare nequeat ad hoc fideicommiſſum, ad *Text. in leg. hæc conditio*, & *leg. ſi legatum ff. de condit.*, & *demonſtr.*, *Rota in Romana Prælaturæ de Vecchiarellis ſuper fructibus 12. Martii 1706. §. Aſt verba cor. R. P. D. Anſaldo*, & *in Spoletana Legatorum 16. Decembris 1707. §. Siquidem in fine cor. Illmo Caffarello Almæ Urbis Gubernatore*, & viceverſâ Secundogeniti, tam-
quàm expreſsè vocati, ſemper admitti debent, ex- 76
cluſo Primogenito, utpotè facientes deficere conditionem, ſub qua ille vocatus reperitur; Fideicommiſſum namque hoc, utpotè perpetuum, & informatum unicâ illâ ratione conſulendi Secundogenitis, eamdem ſemper retinet naturam, & recipere debet determinationem.

*Aſſ-*

*Aſſiſten. Fideicommiſſi.*

Deſcendentium maſculorum nomine, ubi deſit agnationis contemplatio, etiam Maſculi ex fœminis, præſertim in ſubſidium, comprehenduntur; Succeſſio autem ad eos, ſive paris, ſive imparis ſint gradus, in ſtirpes deferenda eſt. Fœminæ numquam veniunt nomine *Deſcendentium Maſculorum*, factiſque alienationibus, fideicommiſſum reintegrare tenentur, itemque fructus reſtituere, à die tamen motæ litis perceptos, quoties juſtâ excuſari valeant credulitate. Et quando hæc juſta reputanda ſit?

## VOTUM XXV.

1 Deſcendentium maſculorum *nomine veniunt etiam deſcendentes maſculi ex fœminis.*

2 *Niſi per verba expreſſa, aut expreſſis æquipollentia fuerint excluſi.*

3 *Vel eorum excluſio ex argumentis, & conjecturis poſſit deſumi.*

4 Deſcendentium maſculorum *nomen ſuâpte naturâ æquè comprehendit Maſculos ex Maſculis, ac Maſculos ex fœminis*, & nu.95.

5 Fulgoſii conſil. 85., *quod tàm Maſculi ex Maſculis, quàm Maſculi ex fœminis ſub nomine Deſcendentium maſculorum comprehendantur, vim regulæ obtinuit apud Doctores, & Tribunalia.*

6 Deſcendentium maſculorum *nomine faciliùs Maſculi ex fœminis cenſeri debent in ſubſidium comprehenſi.*

7 *Præſertim, ſi res ſit de fideicommiſſo condito non à tranſverſali.*

*Sed ob Aſcendente* num.10.

8 *Tranſverſalis regulariter ſolos Agnatos prædiligere cenſetur.*

9 *Aſcendens univerſam poſteritatem ſuam.*

11 *In fideicommiſſo aſcendentali ut Maſculi ex fœminis non cenſeantur in ſubſidium comprehenſi ſub nomine =* Deſcendentium maſculorum =, *evidentia requiruntur argumenta.*

12 Deſcendentium maſculorum *nomine Maſculi ex fœminis cenſeri debent in ſubſidium comprehenſi, quoties deſit agnationis contemplatio.*

13 *A qua ceteræ omnes pendent conjecturæ.*

14 Familiæ *nomine quandoque agnatio cenſetur deſignata.*

15 *Præſertim, juncto pronomine aliquo poſſeſſivo agnationem indicante*, & nu. 16.

16 *Pronomen =* Sua = *additum nomini =* Familia= *agnationem præſefert.*

17 Familiæ *nomen latam habet ſignificationem.*

18 *Et, niſi graviora concurrant argumenta, non Agnatos dumtaxat, verùm & Cognatos comprehendit*, & num.22.

19 Familiæ *nomen, abſque ulla cognominis expreſſione, complectitur Agnatos nedum, ſed etiam Cognatos.*

20 *Procedit, licet adſit Pronomen =* Sua =, *vel =* ipſius Teſtatoris =

21 *Pronomen =* Sua = *vel =* ipſius Teſtatoris = *additum nomini =* Familia =, *iſtius propriam non alterat ſignificationem.*

23 Familiæ *conſervandæ votum ab altero differt* agnationis *conſervandæ.*

24 *Agnationis contemplatio excluditur, ſi à Teſtatore non fuit expreſſa in ulla teſtamenti parte.*

25 *Etſi nullibi fuit demandata fœminarum excluſio.*

26 *Agnationis contemplatio, etiam expreſſa, non efficit, ut nomine =* Deſcendentium maſculorum = *comprehenſi in ſubſidium non cenſeantur Maſculi ex fœminis.*

27 *Niſi fœminæ, earumque Deſcendentes fuerint per modum regulæ perpetuò excluſi.*

28 *Deſcendentium maſculorum nomine quando ex mente Teſtatoris cenſeri debeant in ſubſidium vocati Maſculi ex fœminis?* & nu.29. ad 37.

29 *Teſtatoris mens valet elici ex ejus finali diſponendi cauſſa.*

30 *Fideicommiſſum ubi reale eſt, progreſſivum dicitur, & perpetuum.*

31 *Fideicommiſſi realitas deſumitur ex alienationis prohibitione in rem, non in perſonam directa.*

32 *Fideicommiſſi realitas elicitur ex verbis perpetuitatem, ac infinitatem temporis importantibus.*

33 *Dictiones =* in infinitum, & = perpetuò = *temporis perpetuitatem, & infinitatem ſignificant.*

34 *In Fideicommiſſo reali Teſtator cenſetur voluiſſe etiam Maſculos ex fœminis vocare.*

35 *Fideicommiſſi perpetuitas à Teſtatore volita, faciliùs per admiſſionem Maſculorum ex fœminis adimpletur*, & num.37.

36 *Fideicommiſſum non debet contra Teſtatoris mentem reſtringi.*

38 *In ſucceſſione inteſtata, Conſobrini, ſeù Patrueles, Patruo non concurrente, vel Avunculo, in ſtirpes non ſuccedunt, ſed in capita.*

39 *Secus in ſucceſſione ex teſtamento, quo contrarium diſponatur.*

40 *Verba teſtamenti =* Ad invicem in ſtirpes &c. ſubſtituit = *excluſiva ſunt ſucceſſionis in capita.*

41 Succedere in ſtirpes, & = ſuccedere in capita= *opponuntur inter ſe.*

42 Succedi in ſtirpes *dicitur, quando non capitum, ſed ſtirpium ratio habetur.*

43 *Hoc eſt quando non virilis portio cuique tribuitur, ſed filii unius dimidiam partem ferunt, alteram verò dimidiam filii alterius, licèt numero pauciores.*

44 *Deſcendens ex unica fœmina, utpotè ſemiagnatus, præferendus eſt alteri ex duplici fœmina procedenti.*

*Secus, ubi agitur, an ſint comprehenſi nomine =* Deſcendentium maſculorum num.45.

45 Deſcendentium maſculorum *nomine ut comprehenſi cenſeantur Maſculi ex fœminis,*

*non*

*non attenditur, unum nè an duplex medium fœmininum intercedat.*

46 *Semiagnatitia qualitas eſt merum commentum, ac ſubtilitas à Doctoribus inventa.*

47 *Nec ullo numero habenda, niſi gravioribus circumſtantiis coadjuvata.*

48 Deſcendentium maſculorum *nomine fœmina nequit venire.*

49 Deſcendentium maſculorum *nomine ſuccedi nequit niſi ex utraque inſimul qualitate, deſcendentiæ ſcilicet, & maſculinitatis.*

50 *Verbum* = Familia =, *nec non verbum* = Deſcendentes = *adhibita abſque expreſſione maſculinitatis in inferiori teſtamenti parte, diſpoſitionem favore* Deſcendentium maſculorum *in ſuperiori factam non immutant,* & num. 52.

*Et quando operentur fœminarum incluſionem?* num. 54., & 55.

51 *Verbum* = Familia, *& verbum* = Deſcendentes = *æquè fœminas, ac Maſculos comprehendunt,* & nu. 52. 53., *&* 54.

53 *Teſtamenti pars prohibitiva refertur ſemper, ac reſtringitur ad caſus, & perſonas in parte diſpoſitiva conſideratas.*

56 *Fœminarum excluſio quandocumque procedit, ubi eadem ratio militat.*

57 *Fœminis licèt excluſis, poſſunt earum Deſcendentes Maſculi ad fideicommiſſum adſpirare,* & num. 58.

58 *Maſculus ex fœmina ad fideicommiſſum venire dicitur non ex perſona Matris, ſed ex propria vocatione,* & nu.96., & nu.98.

59 *Fœmina à Fideicommiſſo excluſa, de re non ſua diſponit, cum res fideicommiſſarias alienat.*

60 *Earumque pretium pro reintegratione fideicommiſſi debet inveſtire.*

61 *In fideicommiſſo univerſali fructus, nonniſi à die motæ litis debent reſtitui.*

62 *Secus in fideicommiſſo particulari.*

63 *Poſſeſſor quilibet, bonæ fidei præſumitur pro effectu adquiſitionis fructuum.*

64 *Et mala fides debet concludenter ab Allegante probari.*

65 *Sive poſſeſſor titulum habeat, ſive non,* & num.66.

66 *Ad fructuum adquiſitionem titulus non requiritur.*

67 *Si mala fides abſit.*

68 *Mala fides ſemper abeſſe præſumitur, niſi adfuiſſe probetur.*

69 *Bonam inter, & malam fidem medium datur.*

70 *Poſſeſſor bonam inter, & malam fidem poſitus, nec in bona, nec in mala fide eſſe dicitur.*

71 *Fructus tamen perceptos, & conſumptos lucratur* & num.72., & 77.

72 *Bonam inter, & malam fidem quando poſitus quis cenſeatur?*

73 *In mala fide non dicitur fuiſſe, qui ſe tamquam heredem ex errore geſſit.*

74 *Intellige ex errore juris.*

75 *Bonam inter, & malam fidem ubi medium eſt, iſtud non ſufficit ad uſucapionem.*

76 *Ad uſucapionem requiritur bona fides.*

77 *Ad fructuum adquiſitionem ſat eſt, malam fidem abeſſe.*

78 *Donatio ejus viro ab uxore facta non valet quoad adquiſitionem dominii.*

79 *Prodeſt tamen, ut is fructus lucretur, ſi donationem valere crediderit.*

80 *Fœminæ præſumuntur ignaræ legalis proprietatis verborum, nec juris callere ſubtilitates.*

81 *Fœmina ex juſta credulitate excuſatur à reſtitutione fructuum perceptorum.*

*Intellige, ut* num. 82.

82 *Credulitas, quæ juſta ſit, uſque eò à reſtitutione fructuum excuſat, quò locupletior quis factus non ſit.*

83 *A fructuum reſtitutione favore coheredis non excuſatur, qui illos uti ſuos percepit, coheredem ſciens habere.*

84 *Credulitatis juſta cauſa magis excuſat à reſtituendis fructibus è fideicommiſſo perceptis, ſi tacuit, qui poterat ad illud adſpirare.*

85 *Cauſſis hinc inde concurrentibus, mutua intrat compenſatio.*

86 *Agenti de damno vitando potiùs jura favent, quàm agenti de lucro captando.*

87 *Bona fides quoad fructus jam perceptos non eſt ex præterito metienda, &* num.88.

88 *Veritate juris, vel facti poſtmodum detectâ, non admittitur retrotractio in præjudicium poſſeſſoris.*

89 *In Legatis, & fideicommiſſis particularibus fructus non moræ, vel malæ fidei ratione vindicantur, ſed in ſequelam dominii.*

90 *In Legatis, & fideicommiſſis particularibus, dominium miniſterio legis illico in Legatarium, ac fideicommiſſarium tranſit.*

91 *In Fideicommiſſo particulari non claro, ſed conjecturali, fructus ex juſta credulitate percepti, debent à die tantùm motæ litis reſtitui, &* num.92.


93 *In ſucceſſione inteſtata, ſecluſo beneficio repræſentationis, proximior remotiorem excludit.*

94 *Secus in ſucceſſione teſtata.*

95 Deſcendentium maſculorum *nomine æquè Maſculi ex Maſculis, ac Maſculi ex fœminis dici debent comprehenſi, ſive paris, ſive imparis ſint gradus.*

97 *Repræſentatio non datur, neque in fideicommiſſo aſcendentali in infinitum, quando non vacat per obitum alicujus Aſcendentis, vel Patrui.*

Sfortia




SFORTIA Ciottus anno 1586. ſupremum condidit teſtamentum, & = *heredes ſuos* (ſunt verba d. Teſtamenti) *univerſales inſtituit, & fecit, & ore proprio nominavit, & eſſe voluit dictos, & infraſcriptos ejus filios legitimos, & naturales, æquis portionibus, videlicet Chriſtophorum, & Hieronymum præfatos, eoſque ad invicem, & viciſſim, ſi ſinè filiis legitimis; & naturalibus maſculis deceſſerint, aut aliquis eorum deceſſerit, vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum ſubſtituit: nec non dd. ſuorum filiorum filios, & ſucceſſores quoſcumque deſcendentes ex eis legitimos, & naturales maſculos in infinitum, & ſi ſinè filiis maſculis legitimis, & deſcendentibus tantùm, & naturalibus deceſſerint, aut eorum aliquis deceſſerit, ad invicem in ſtirpes, vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum ſubſtituit; probibendo, quod dd. ſua Bona aliquo modo non poſſint alienari, ſed perpetuò remanere in familia ipſius Teſtatoris, ut decentiùs Deſcendentes ipſius Teſtatoris vivere poſſint, & caſu, quo per aliquem ipſorum heredum, & heredes heredum fuerit facta alienatio aliquorum Bonorum ſtabilium, voluit, quod dicta Bona poſſint recuperari per alios non alienantes, & nullo modo intelligatur translatum dominium dd. Bonorum in Emptorem, ſeu Emptores &c* =

At verò, cum nuper fato ceſſerit Paulus Antonius ultimus maſculus è familia Ciotta, de pluribus dubitari contingit, & primò quidem, an fideicommiſſum ordinatum à Sfortia Ciotto expiraverit per obitum D. Pauli Antonii, an potiùs duret adhuc in deſcendentibus ex fœminis, quales ſunt DD. Paulus Antonius, & Thomas filii Vincentii Fani, & D. Stephanus filius D. Ceciliæ Fanæ, & quatenus pro ejuſdem duratione reſpondendum videatur, an ad illud coæqualiter, ſive pro quibus portionibus ſuccedere debeant D. Stephanus, & filii Vincentii Fani? Rursùs quæritur, an D. Comitiſſa Eleonora Ciotta nupta in familia de Fluminibus, uti fœmina, excluſa remaneat ab iſtiuſmodi fideicommiſſo; an animalia ad illud ſpectantia alienare potuerit, & denique, an fructus perceptos fecerit ſuos, ità quidem ut illos reſtituere minimè teneatur? Super quibus Dubiis rogatus, ut pro veritate ſententiam meam dicere velim, rem ordior à primo.

Cenſerem igitur, fideicommiſſum minimè deſiiſſe in perſona bon. mem. Pauli Antonii ultimi
Maſculi ex linea maſculina Sfortiæ Teſtatoris,
ſed illud adhuc durare favore deſcendentium 1
maſculorum ex fœminis; hi enim quoties excluſi 2
non reperiuntur verbis expreſſis, aut æquipollen- 3
tibus expreſſis, vel eorumdem excluſio non
elicitur ex argumentis, & conjecturis neceſſariò
illam præſeferentibus, ſemper vocati cenſentur
ſub nomine *Deſcendentium maſculorum* ſuâpte
naturâ, & ex propria ſignificatione æquè com- 4
prehendente tàm Maſculos ex Maſculis, quàm
Deſcendentes maſculos ex fœminis, juxta *Text.*
*in Auth. de hered. ab inteſtat. venien. §. Si quis*
*igitur* ibi = *Si quis igitur Deſcendentium fuerit*
*ei, qui inteſtatus moritur, cujuslibet naturæ, &*
*gradus, & ſive ex Maſculorum genere, & ſive ex*
*fœminarum deſcendens* =, & paulò inferiùs = *nul-*
*la introducenda differentia, ſive maſculi, ſive fœ-*
*minæ ſint, & ſeù ex maſculorum, ſeu fœmina-*
*rum prole deſcendant* =, atque hinc paſſim rece-
ptum fuit famigeratum conſilium *Fulgoſii* 85., 5
quod vim regulæ obtinuit apud Doctores, & Tri-
bunalia, ut, omiſſis antiquioribus, tradunt *Peregr.*
*de Fideicomm. art. 25. num. 17., clar. mem. Card.*
*de Luc. eod. tract. diſc. 24. num. 5., & 14., &*
*diſc. 25. num. 28., & ſeqq., alter de Luc. de lin.*
*legal. lib. 2. art. 76. num. 2., Manſ. conſult. 387.*
*num. 11., & 13., & conſult. 552. num. 19., &*
*21., Sa-*

21., Samiuiat. contr. 201. num. 3., Palm. nep.
alleg.221. num.2., Calderon. reſol.77. num. 44.,
& ſeqq. , & reſol.97. num.44., Fattinell. reſponſ.
96. num.7. tom.1., Rota inter collect. per Balducc.
ad Ramon. deciſ.22. num.1. tom.1., in Aquipenden., ſeù Montis Faliſcè Fideicommiſſi 11. Maii
1705. §. Quarum prima coram Card. Caprara, in
Bononien. Fideicommiſſi Annibalis de Elephantutiis 15. Junii 1708. §. In præſenti coram Anſaldo, in Balneoregien. Fideicommiſſi 13. Junii
1712. §. Indubitata coram R.P.D. Aldrovando, in
Narnien., ſeù Sabinen. Fideicommiſſi 13. Februarii 1713. §. Quamobrem coram Anſaldo, &
in Peruſina Fideicommiſſi 20. ejuſdem menſis, &
anni §. Ulteriuſque coram Falconerio; prout
etiam contineotur ſub nomine filiorum, & ſucceſſorum, ut, aliis relatis, tradit Rota in Faventina Erectionis Collegiatæ 9. Maii 1712. §. Nec
refert coram Falconerio. Præſertim verò in caſu
6 noſtro, tum quia non agitur de excluſione, ſive
illorum concurſu cum Maſculis ex Maſculis, ſed,
iſtis penitus ſublatis, in ſubſidium, &, ad conſervandum fideicommiſſum, agitur de admittendis deſcendentibus ex fœminis, Mantic. de tacit.
lib.22. tit.6. num.13. verſ. item illa regula, Altograd. jun. contr.68. num.2., Saminiat. controv.
201. num.4., Fattinell. reſp.96. num. 9. tom. 1.,
Larr. deciſ Granat. 34. num. 11., Hieronym.
Leo deciſ. Valent. part. 1. num. 69. lib.3., Rota
coram Coccin. deciſ.294. num.8., & ſeqq., coram
Priolo deciſ.283. num.3, coram Bich. deciſ. 305.
num. 5., coram Cerro deciſ. 682. num. 7., coram
Emerix jun. deciſ. 1213. num. 18., & ſeq., & in
Narnien., ſeù Sabinen. Fideicommiſſi 13. Februarii 1713. §. Nil faciente coram Anſaldo.
7 Tum etiam quia verſamur in fideicommiſſo condito non à Tranſverſali, qui regulariter, potiùs
quàm naturali pietate, & ſanguinis prædilectione, civili ratione ſolos Agnatos prædiligere
8 cenſetur, ut obſervant Card. de Luc. de Fideicommiſſ. diſc.43. num.6., Rota in rec. deciſ. 102.
num.6., & deciſ.633. num. 7., & ſeqq. part.18.,
& in Mantiſſ. ad clar. mem. Card. de Luc. de Fideicomm. deciſ.13. num. 14.; ſed verſamur in fideicommiſſo ordinato ab Aſcendente, qui ob
9 naturalem charitatem, quâ univerſam poſteritatem ſuam prædilexiſſe præſumitur, cenſetur, in
ſubſidium ſaltem, deficientibus Deſcendentibus
10 maſculis agnatis, vocaſſe Deſcendentes cognatos
ex fœminis, teſte Bald. in leg. cum acutiſſimi in
princip. Cod. de Fideicomm., Soccin. jun. conſ.
125. num.24. lib.1., Peregr. de Fideicomm. art.
20. num.2. poſt med. verſ. tertiò probatur, Fuſar.
de ſubſtit. quæſt. 484. num. 17., & 30., optimè
Rota coram Merlino deciſ. 520. num. 14. verſ.
dumque agitur, & in Aquipenden., ſeù Montis
Faliſci Fideicommiſſi 11. Maii 1705. §. Tertio
confert coram Card. Caprara.

Quæ conjectura pietatis non interverſa, ſed
11 coadjuvata literâ teſtamenti, ſublata dici nequit ullis contrariis argumentis, quæ, ſi evidentia eſſe oportet, leg.1. ibi = niſi alia Defuncti voluntas evidentior probetur = Cod. de condit. inſert.
& confect., Text. in leg. ſi plures in fine ff. de vulgar., & pupillar., Rota in d. Aquipenden., ſeù
Montis Faliſci Fideicommiſſi 11. Maii 1705. §.
Et licèt coram Card. Caprara, in Bononien. Fideicommiſſi Annibalis de Elephantutiis 25 Junii
1708. §. Et tam coram Anſaldo, cum aliis apud
Rotam Januen. in Januen. Primogenituræ de Invrea 7. Maii 1711. num.23. coram D. Auditore
Brichio, quænam contraria conjectura in noſtro 12
caſu afferri poterit, quando deficit illa, à qua
ceteræ omnes vim, & robur aſſumunt, illa nem- 13
pè deſumpta ex contemplatione agnationis, ad
tradita per Peregrin. de Fideicomm. art. 16. num.
15., Molin. de Primog. Hiſpan. lib. 3. cap. 5. num.
48., Fattinell. d. reſp. 96. num. 8., Rota coram
Bich. deciſ.307. num.13., & coram Cerro deciſ.
682. num.1., & noviſſimè in Romana Fideicommiſſi R. P. D. Pauli de Alveris 11. Maii 1714.
§. Extraneo verſ. ità quod coram R. P. D. Criſpo
ibi = Agnationis contemplatione ſeclusâ, Maſculi
ex fœminis ſub Deſcendentium maſculorum appellatione æquè ac Maſculi ex Maſculis comprehenſi
omninò noſcuntur. =

Etenim, licèt Teſtator voluerit, Bona perpetuò remanere in familia, & familiæ nomine 14
aliquando deſignata cenſeatur agnatio, ut ex
Textu in leg. Pronunciatio §. Familiæ, ibique
gloſſ ff. de verb ſignif., latè tradit Simon. de Pret.
de interpr. ultim. volunt. lib. 3. interpr. 1. dub. 1.
ſolut. 10. num. 25., Rota cor. Card. Cerro deciſ.
910. num. 11.; & coram Benincaſa deciſ. 359.
num. 3., certiùs, ſi adſit pronomen aliquod poſſeſſivum, indicans propriam Teſtatoris fami- 15
liam; ſive agnationem, ut de pronomine Sua
ponderat Peregrin. de Fideicomm. art.25. num.
47., Rota coram Benincaſa deciſ. 359. num 5.; 16
nihilominus tamen longè receptior, ac communior ſententia eſt, quod = Familiæ = nomen, ni- 17
ſi graviora concurrant argumenta, utpotè latam
habens ſignificationem, non Agnatos dumtaxat, 18
verum etiam Cognatos comprehendat, ad Text.
in leg. cum Pater 79. §. Libertis, & §. Cum inter
ff. de legat. 2. leg. final. Cod. de verb. ſignif., Alciatus in leg. Pronunciatio §. Familiæ verbo Agnatorum ff. de verbor. ſignif., Soccin. jun. conſ. 13.
num.10. lib.3., Molin. de Primog. Hiſpan. lib. 3.
cap.4. num.9., Caſtill. quotid. jur. contr. lib.6. cap.
131. num. 27. §. Concluditur, Tondut. quæſt. civil. 138. num.21. lib.2., Rota in rec. deciſ.463. n.
5. part.13., deciſ.101. num. 13. part. 15., deciſ.
585. num.5. part.18., deciſ.207. num.6. part. 19.
in Mantiſſ. ad Card. de Luc. de Fideicomm. dec.4.
num.11., & 12., in Romana Fideicommiſſi de Goris 9. Maii 1701. §. Ejuſdem coram Anſaldo, in
Bononien. Fideicommiſſi Annibalis de Elephantutiis 25. Junii 1708. §. Hiſque coram eod., eòque
magis, quando, prout contigit in noſtra ſpecie, 19
prolatum fuit abſque ulla particulari expreſſione
cognominis, ut, ex Text. in leg. voluntas Cod.
de Fideicom., advertunt Bald. conſ.6. n.5. lib.2.,
Odd. conſ.46. n. 5., Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 352.
num.5., & 9., Ciarlin. contr.107. n.78., & 79.,
Altograd. jun. contr.38. num.10., & ſeqq., Card.
de Luc. de Dot. diſc. 100. num.2., Turr. de Primog. Ital. part.1. cap.38. num.270., Rota coram

Pamphil dec. 313. num. 5., & ſeqq., coram Be-
nincaſa deciſ. 334. num. 8., in Mantiſſ. ad Card.
de Luc. de Fideicomm. deciſ. 5. n. 8., & in d. Bono-
nien. Fideicommiſſi Annibalis de Elephantutiis
25. Junii 1708. §. Hiſque in fin. cor. Anſaldo;
20 tametſi adeſſet pronomen = Sua =, vel = ipſius Te-
21 ſtatoris =, cujus vigore alterari, & interverti mi-
nime poſſe propriam verbi ſignificationem com-
22 prehendentem tàm Maſculos ex Maſculis, quàm
Maſcutos ex fœminis, docuerunt Menoch. conſ.
680. num. 21., Ruin. conſ. 58. num. 10., & 16.
lib. 1., Barbat. de Fideicomm. part. 1. cap. 9. num.
23., Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 318. num. 47., Alto-
tograd. jun. contr. 38. num. 11., & ſeqq., latè
Torr. de Primog. Ital. part. 1. cap. 38. §. 9. n. 255.
cum ſeqq., Calderon. reſol. 45. num. 12., & apud
ipſum Rota reſol. 77. num. 66., & in Mantiſſ. ad
Card. de Luc. de Fideicomm. deciſ. 4. num. 13., &
deciſ. 5. ex num. 8., & in ſpecie, quod votum
23 conſervandi Bona in familia ſua, ſeu conſervan-
di familiam ſuam longè, multùmque differat à
voto conſervandæ agnationis, firmat, aliis alle-
gatis, Rota in rec. deciſ. 278. num. 6. part. 19, co-
ram Benincaſa deciſ. 334. num. 12., & deciſ. 359.
num. 11.

Rursùs pro agnationis contemplatione exclu-
24 denda ſatis eſſet in noſtra hypotheſi animadver-
tere, illam à Teſtatore in nulla teſtamenti parte
fuiſſe expreſſam, per ea, quæ tradit Rota coram
Coccin. deciſ. 1036. num. 20., coram Royas deciſ.
123. num. 3., coram Dunoz. jun. deciſ. 46. nu. 10.
& ſeqq., coram Zarat. deciſ. 13. num. 14., in rec.
deciſ. 267. num. 14. part. 11., deciſ. 79. num. 7.
part. 18., in Melevitana Fideicommiſſi 21. Fe-
bruarii 1710. §. Pro ſufficienti in princip. coram
Card. Priolo, & in Senogallien. Immiſſionis 28.
Novembris 1712. §. Neque fieri coram Falcone-
25 rio; & nullibi fœminarum excluſionem fuiſſe
demandatam. Capyc. latr. deciſ. 128. num. 15.,
& ſeqq., Rota coram Dunoz. jun. deciſ. 46. n. 15.,
& ſeqq., & deciſ. 74. num. 15., & 16., & coram
Benincaſa deciſ. 334. num. 10.; non omittendo
26 denique, quod, licèt in noſtro caſu adeſſet ex-
preſſa, & rigoroſa agnationis contemplatio,
modò tamen fœminæ, earumque Deſcendentes
perpetuò, ac per modum regulæ excluſi mini-
me eſſent, illa excluſionem Deſcendentium ex
27 fœminis operari poſſet in concurſu Maſculorum
agnatorum, non autem, iſtis deficientibus, Me-
noch. conſ. 680. num. 24., Rota coram Card. Cer-
ro deciſ. 80. num. 4., & ſeqq., coram Bich. deciſ.
546. num. 9., benè deciſ. 133. num. 4., & ſeqq.,
& num. 30., & 31. part. 9. rec., in Avenionen.,
ſeù Carpentoracten. Fideicommiſſi de Tertullis 5.
Junii 1705. §. Nec eo quo coram bon. mem. Caf-
farello, in Interamnen. Juriſpatronatus 22. Mar-
tii 1706. §. Et demum, confirmata 10. Decembris
ejuſdem anni coram Scotto, in Balneoregien. Be-
neficii 21. Januarii 1707. §. Ratio autem §. Nec
pro augenda cum ſeq. coram Kaunitz, & Rota
Januen. in Januen. Primogenituræ de Invrea 7.
Maii 1711. §. 102., & ſeq.

Verùm enim verò, tametſi, inſpectâ ſolâ pro-
prietate, atque indole verborum, quibus conce-
pta legitur teſtamentaria Sfortiæ Ciotti diſpoſi-
tio, procul dubio vocati dicendi eſſent etiam Ma-
ſculi deſcendentes ex fœminis, nihilo minus for- 28
tius, quàm propria ſignificatio verborum, urget
mens, & voluntas Teſtatoris elicita ex cauſa fi-
nali ipſius diſpoſitionis; ille enim cum progreſ- 29
ſivum, perpetuumque ordinaverit fideicommiſ-
ſum, quale profectò dicendum eſt illud deſum- 30
ptum tum ex realitate ipſius fideicommiſſi re-
ſultante in caſu noſtro ex alienationis prohibitio- 31
ne, non in perſonam, ſed in rem directa, Cuſa-
nat. conſ. 2. num. 1., Peregrin. conſ. 56. num. 12.
lib. 1., Surd. conſ. 315. num. 20., Rota coram
Merlino deciſ. 83. num. 16., & 17., & deciſ. 326.
num. 1., & ſeqq., coram Cerro deciſ. 796. num. 7.,
coram Celſo deciſ. 357. num. 3., in rec. deciſ. 171.
num. 15. part. 11., & aliis omiſſis, in Firmana Im-
miſſionis 26. Junii 1708. §. Animadverſum quip-
pè fuit coram Molines, confirmata 26. Aprilis
1709. §. Et quidem coram eodem, & in Sutrina
Immiſſionis ſuper fideicommiſſo 19. Aprilis 1709.
§. Attento præſertim coram eodem; tum ex ver- 32
bis perpetuitatem, infinitatemque temporis im-
portantibus, prout illam important dictiones = in 33
infinitum, & perpetuò = Pariſ. conſ. 1. nu. 30. lib.
1., Peregrin. conſ. 62. num. 21. lib. 1., conſ. 23. nu.
3. lib. 4., & conſ. 50. num. 6. lib. 5., Menoch. conſ.
730. num. 1., & conſ. 1155. num. 18., Rocca diſput.
jur. ſelect. cap. 19. num. 14., Rot. in rec. deciſ. 278.
num. 4. part. 18., & deciſ. 441. num. 8. part. 19., in
Sutrina Immiſſionis ſuper fideicommiſſo 19. Apri-
lis 1709. §. Eòque certiùs in fine coram Molines,
& in Ravennaten. Fideicommiſſi Julii Camilli de
Abbiſiis 7. Aprilis 1710. §. Teſtatorem verſ. tum
ob illus coram Criſpo; tum denique ex verbo illo
= remanere = quod ſuâpte naturâ ſecumfert tam
realitatem, quàm tractum ſucceſſivum, & actum
permanentem, ex notatis per Manſ. conſult. 186.
num. 5., Rot. in rec. deciſ. 135. num. 1., & 2. part.
8., deciſ. 168. num. 18., & ſeqq. part. 17., cum aliis
latè cumulatis in Lucana Fideicommiſſi 14. Decem-
bris 1708. §. Et quod heredes coram Kaunitz, con-
firmata 1. Julii 1709. §. Potiſſimè coram Illmo
Scotto, & in d. Sutrina Immiſſionis ſuper Fidei-
commiſſo 19. Aprilis ejuſdem anni §. Eòque cer-
tiùs in princip. coram Molines; ex hoc veluti ex 34
neceſſario antecedenti ſequitur, Teſtatorem vo-
care voluiſſe etiam Maſculos deſcendentes ex
fœminis, quorum admiſſione facilius aſſequi po- 35
terat perpetuitatem ab ipſo ſummoperè optatam,
cum alioquin reſtringendo fideicommiſſum ad
Maſculos dumtaxat ex Maſculis, immaturam, 36
præproperamque ejuſdem fideicommiſſi expira-
tionem induceremus contra mentem, volunta-
temque Defuncti; Bero conſ. 77. n. 16., & ſeqq.
lib. 2., Peregrin. de Fideicomm. art. 32. num. 33.,
Grotian. diſcept. 648. num. 14., & ſeqq., Manſ.
conſult. 487. num. 15., Torr. de Primog. Ital. par.
1. cap. 37. num. 173., Seſſ. deciſ. Aragon. 412.
num. 23., Rota coram Merlin. deciſ. 864. num. 8.,
coram Ubugo deciſ. 91. num. 3. verſ. quæ cum tra-
ctum ſucceſſivum, cor. bon. mem. Emerix jun. de-
ciſ. 1213. num. 23., in Mantiſſ. ad clar. mem. Card.
de Luc. de Fideicomm. deciſ. 14. num. 10., in Aqui-
pen-

*penden.*, *ſeù Montis Faliſci Fideicommiſſi* 11. *Maii* 1605. *§. Et hinc coram Caprara*, *in Avenionen.*, *ſeù Carpentoracten. Fideicommiſſi de Tertullis* 2. *Decembris ejuſdem anni §. Sufficeret coram Rmo Molines*, *latè in Narnien.*, *ſeù Sabinen. Fideicommiſſi* 13. *Februarii* 1713. *§. Profectò cum duob. ſeqq. coram Anſaldo*, *& Rota Januen. in d. Januen. Primogenituræ de Iuvrea num.60.*, ibi = *Ex quibus non eſt dubium*, *quin inductum cenſeatur fideicommiſſum perpetuum ad favorem maſculorum omnium Deſcendentium*,
37 *cum appareat*, *quod Teſtator voluit*, *& deſideravit perpetuitatem*, *quæ obtineri non poſſet eo modo*, *quo voluit*, *ſi ad ſucceſſionem admitteretur dumtaxat Maſculi ex Maſculis* = .

Jam verò, diſcuſſâ juxta primum Dubium, firmatâque exiſtentiâ, ac purificatione fideicommiſſi favore Deſcendentium maſculorum ex fœminis, diſceptatur, quomodo, & pro quibus portionibus illius ſucceſſio deferenda ſit ad DD. Paulum Antonium, & Thomam filios Vincentii Fani, & D. Stephanum filium Ceciliæ Fanæ. Cujus ſanè quæſtionis plana, ac facilis videtur definitio, controverſum nempè fideicommiſſum in ſtirpes eſſe dividendum; licèt enim, ſi res eſſet de ſucceſſione inteſtata, nulluſque concur-
38 reret Patruus, ſeù Avunculus, nec Amita, vel Matertera, illa æquis portionibus ad unumquemque deferenda eſſet, ob eam rationem, quod Conſobrini, ſive Patrueles, quando ſoli ſunt, non in ſtirpes, ſed in capita ſuccedunt, juxta ſententiam, quam *Azo* ſuſtinet adversùs *Accurſium*, & de qua *Rocca diſput. jur. ſelect. cap.9. ex num. 28.*, *Rota in rec. deciſ.287. num.8.*, *& ſeq. part.4. tom.2.*, *deciſ.71. num.2.*, *& ſeqq. part.8.*, *in Romana, ſeù Reatina Fideicommiſſi de Vincentinis* 14. *Junii* 1597. *§. Levioris ponderis coram Muto*, *confirmata* 14. *Februarii* 1702. *coram Scotta*, *& in Auximana*, *ſeù Camerinen. Fideicommiſſorum* 16. *Junii* 1710. *§. Finali coram An-*
39 *ſaldo*. Nihilominùs, cùm agatur de ſucceſſione fideicommiſſaria, in qua Teſtator contrarium apertè diſpoſuit, ea proinde ita partienda eſt, ut dimidia filio Ceciliæ tribuatur; perſpicua ſunt verba illa = *nec non dd. ſuorum filiorum filios*, *& ſucceſſores quoſcumque deſcendentes ex eis legitimos*, *& naturales maſculos in infinitum*, *ſi ſivè filiis maſculis*, *legitimis*, *& deſcendentibus tantùm*, *& naturalibus deceſſerint*, *aut eorum aliquis deceſſerit*, *ad invicem in ſtirpes vulgariter*, *pu-*
40 *pillariter*, *& per fideicommiſſum ſubſtituit* = . Si ergo ſuccedi voluit in ſtirpes, conſequens eſt, ut excluſerit ſucceſſionem in capita; pugnant enim
41 hæc inter ſe, atque ex diametro opponuntur *ſuccedere in ſtirpes*, & *ſuccedere in capita*, ad *Text. in leg. cum filius 6. inſtit. tit. de heredit. quæ ab inteſt. deſer. §. Hoc etiam 4. inſtit. tit. de legit. agnat. ſucceſſ.*, *Rota deciſ.71. num.2. part.8.*
42 *rec.*, & ſuccedi in ſtirpes dicitur, quando non capitum, ſed ſtirpium ratio habetur, hoc eſt,
43 quando non virilis portio cuique tribuitur, ſed filii unius tres, aut quatuor dimidiam partem ferùnt, alteram verò dimidiam ferunt filii alterius, licèt numero pauciores, vel etiam unus tantùm, ad *Text. in leg. 2.*, *& Auth. in ſucceſſione Cod. de ſuis*, *& legit. hered. d. §. Cum filius 6. inſtit. tit. de hered.*, *quæ ab inteſt. deſer.*, *Rota in d. Auximana*, *ſeù Camerinen. Fideicommiſſorum* 16. *Junii* 1710. *§. finali coram Anſaldo*.

Nilque turbat, quod D. Stephanus, utpotè natus ex D. Cecilia filia Hortentiæ Ciottæ, procedat ex duplici medio fœminino; vice autem verſâ Domini Paulus Antonius, & Thomas progeniti ſint ex unico tantùm medio fœminino, ideòque, tam- 44
quam ſemiagnati, præferendi ſint D. Stephano.
Objectio namque iſta facili negotio ſubmovetur; 45
ut enim ſub nomine Deſcendentium maſculorum comprehenſi cenſeantur Maſculi deſcendentes ex fœminis, nulla penitus ratio habetur, unum ne, an duplex medium fœmininum intercedat, ut unanimiter tradunt *Card. de Luc. de Fideicomm. diſc.28. num.5.*, *& diſc.29. num.4.*, *alter. de Luc. de lin. legal. part.10. art.10. num.17. Balduc. ad Ramon. conſ.17. num.2.*, *Rot. coram Card. Celſo deciſ.141. num.6.*, *& ſeqq.*, *in rec. deciſ.32. num.16. part.16.*, & magiſtraliter diſcuſſo articulo, *in Avenionen.*, *ſeù Carpen. Fideicommiſſi de Tertullis* 27. *Februarii* 1704. *§. Et ſanè*, *& §. Ceteris coram Lancetta*, *confirmata* 21. *Novembris ejuſdem anni §. Innixi*, *& §. Et tandem cor. eod.*, *&* 25. *Junii* 1705. *§. Minùs ponderis coram Caffarello*; *&* 2. *Decembris ejuſdem anni §. Nam iterum verſ. quæ opinio coram Molines*, *in Balneoregien. Fideicommiſſi* 13. *Junii* 1712. *§. Non obſtante cor. R.P.D. Aldrovando* ibi = *Conſilium Falgoſii locum obtinet etiam in iſto ſecundo caſu*, *nec attenditur*, *an unum*, *vel duplex medium fœmininum intercedat ad effectum comprehenſionis ſub nomine Deſcendentium maſculorum* = *In Narnien.*, *ſeù Sabinen. Fideicommiſſi* 13. *Februarii* 1713. *§. Quamobrem in fine cor. Anſaldo & in Bononien. prætenſi Fideicommiſſi de Ramacciottis* 3. *Julii* 1713. *§. Et ideò cor. Illmo Scotto.*
Qualitas verò ſemiagnatitia eſt merum commen- 46
tum, ac ſola ſubtilitas à Doctoribus inventa, quæ
nullo prorsùs numero habetur, niſi aliis gravio- 47
ribus circumſtantiis coadjuvetur, ut proſequitur *Card. de Luc. de Fideicomm. d. diſc.28. num.9. §. Iſtæ rationes*, *& Rota in d. Balneoregien. Fideicommiſſi* 13. *Junii* 1712. *§. Parùm curato coram Aldrovando*.

Æquè facilis eſt reſolutio tertii Dubii, quo quæritur, an D. Com. Eleonora excluſa dicenda ſit ab iſtiuſmodi fideicommiſſo, etenim, ſi Teſta-
tor vocavit ſemper filios, ſucceſſores, ac De- 48
ſcendentes maſculos, colore nullo, nullâque juſtâ ratione ſuccedere poteſt d. D. Comitiſſa, quæ non maſculus, ſed fœmina eſt, ut uno ore affirmant *Bartol. in leg. cum Avus num.5. ff. de condit.*, *& demonſtr.*, *Tondut. quæſt. civil. 112. n.1.*, *Peregrin. de Fideicomm. art.27. num.10.*, *Bellon. de jur. accreſc. cap.9. quæſt.12. num. 56.*, *Rodulphin. alleg.179. num. 5.*. *Rota cor. Buratto deciſ. 206. num.4.*, *& deciſ.274. num. 3.*, *in rec. deciſ. 230. num.14. part.12.*, *& ad ornat. Card. de Luc. de Teſtam. deciſ.43. num. 9.*; cum enim in caſu 49
noſtro ſuccedere contendens, utramque qualitatem, deſcendentiæ ſcilicet, & maſculinitatis ha-

bere debeat, *latè Balduc. ad Ramon. conſ. 17. nu.
3., Rota in d. Balneoregien. Fideicommiſſi 13.
Junii 1712. §. Indubitata coram R.P.D. Aldro-
vando*, licet D. Comitiſſa polleat primâ, caret
tamen ſecundâ. Abſque eo quod officiat, Te-
50 ſtatorem in inferiori teſtamenti parte adhibuiſſe
verbum = *Familia* = & verbum = *Deſcendentes* =
abſque expreſſione maſculinitatis, quorum
51 utrumque comprehendit etiam fœminas, ut de
primo firmât, aliis relatis, *Rota coram Rembold.
decif. 475. num. 2., in Fulginaten. Succeſſionis
quoad Clarolinam 1. Julii 1709. §. Et quamvis
verſ. quam appellationem familiæ coram Molines*,
52 & de ſecundo advertit *Rota coram Pentinger.
deciſ. 258. num. 6., & 8., coram Priolo deciſ. 23.
num. 11. cum duob. ſeqq., in rec. deciſ. 125. n. 1.,
& 2. part 19., cum aliis in Mantiſſ. ad Card. de
Luc. de Fideicomm. deciſ. 5. num. 1., & dec. 47.
num. 11.*; quia ſucceſſiva vocatio facta in parte
53 prohibitiva alienationis refertur ſemper, ac re-
ſtringitur ad caſus, & perſonas, quæ fuerunt in
parte diſpoſitiva conſideratæ, juxta celebre
*conſilium Decii 636*, paſſim *à Doctoribus, & Sa-
cra Rota* receptum, ut videre eſt apud *Carenam
reſol. 233. num. 3., Gizzarell. ad Capyc. latr. dec.
103., Saminiat. conſ. 8. num. 25., & ſeq. poſt tom.
2. controv. Altograd. jun., Rota in rec. dec. 14.
num. 1., deciſ. 100. num. 7., & deciſ. 193. nu. 12.,
& ſeqq. part. 1., deciſ. 323. la prima num. 11. par.
12., in Auximana Cenſuum 5. Maii 1710. §.
Aliàs, confirmata 12. Januarii 1711. §. Neque
robur coram Anſaldo, in Faventina Fideicommiſ-
ſi de Paſiis 17. Februarii 1713. §. Abſque eo
quod coram Lancetta, confirmata 19. Junii 1713.
§. Minimè attentis coram eod.*; non prætereundo,
54 quod ad ſummum verba illa communia, æquè
Maſculos, ac fœminas complectentia, operari
effectum ſuum poſſent, deficientibus omnibus
55 omninò Maſculis, qui qualitatem à Teſtatore
requiſitam habent, ut egregiè caſum à caſu di-
ſtinguendo, firmat *Rota in Aquilana Beneficii
2. Junii 1708. §. Non relevante coram Illmo
Scotto*.

Hinc verò ſuperflitum omninò fuiſſet ſingilla-
tim examinare Dubium, quod in notula facti
mihi communicata excitatur reſpectu Dominæ
Ceciliæ Matris Domini Stephani Fani, an
ipſa videlicet, uti proximior, vindicare ſibi poſſit
ſucceſſionem, de qua agitur, ad excluſionem
omnium Maſculorum ex fœminis deſcenden-
tium remotiorum? Sicut enim excluſam dixi-
mus D. Comitiſſam Eleonoram, ità pari ratione
56 excluſam credimus D. Ceciliam. Neque idcircò
tamen mirum videri debet, quod Maſculus ex
57 ea adſpirare queat ad controverſum fideicom-
miſſum, quia ſuccedit non quidem ex perſona
58 Matris, ſed ex propria, ex ſua ſcilicet vocatione,
*Soccin. jun. conſ. 2. num. 18., 19., & 24. lib. 3.,
Peregrin. de Fideicomm. art. 27. num. 9., Rota
poſt Urceol. de Tranſact. deciſ. 65. num. 33., & in
Balneoregien. Fideicommiſſi 13. Junii 1712. §. fi-
nal. in fin.* ibi = *Julianus venit jure propriæ, &
expreſſæ vocationis tamquam maſculus, & de-
ſcendens à Brigitta comprehenſus ſub nomine De-
ſcendentium maſculorum* = *coram R.P.D. Aldro-
vando*.

Longè faciliùs expedimur à quarto Dubio, an
ſcilicet D. Comitiſſa Eleonora diſtrahere potuerit
animalia ad fideicommiſſum pertinentia, ità qui-
dèm, ut de pretio ex eorum venditione recepto
diſponere liberè poſſit? Nam, ſi pluribus ſupra
probare conati ſumus, fideicommiſſum, de quo
agitur, durare adhuc favore deſcendentium ma-
ſculorum ex fœminis, ab eodemque excluſam eſ-
ſe D. Comitiſſam Eleonoram; hinc ſequitur,
quod illa alienando res ad d. fideicommiſſum per- 59
tinentes, diſpoſuit de re non ſua, proindeque
pretium inveſtire tenebatur favore fideicommiſ- 60
ſi pro ejuſdem reintegratione, juxtà ea, quæ latè
tradunt *Peregrin. de Fideicomm. art. 32. num. 18.
verſ. contra verò, & art. 45. num. 15., Card. de
Luc. de Dot. diſc. 40. num. 5., diſc. 35. num. 4. &
5., & diſc. 142. num. 101., cum aliis latè deductis
per Rotam in Romana Primogenituræ de Maximis
18. Februarii 1704. §. Animadverterunt coram
bo. mem. Caffarello, in Foroliviеn. Fideicommiſſi
de Torellis ſuper relaxatione mandatorum 22. Ja-
nuarii 1706. §. Primò enim, & §. Quo ad reten-
tionem coram bon. mem. Muto, in Ariminen. Fi-
deicommiſſi Baudi de Baudis ſuper reintegratione
quoad prædium S. Mariæ in Cerreto 21. Martii
1710. §. Poſita enim coram Lancetta, confirmata
19. Junii 1711. §. Quo verò coram Falconerio, &
20. Februarii 1713. §. Duæ enim coram R.P.D.
Aldrovando*.

Denique ſupereſt quintum Dubium reſpiciens
fructus perceptos, an videlicet D. Comitiſſa illos
reſtituere teneatur? Quâ quidem in re negativè
reſpondendum eſſe cenſerem ob duplicem æquè
certam, immotamque juris noſtri regulam, qua-
rum unâ traditur, quod in fideicommiſſis uni-
verſalibus, quale eſt illud, de quo res eſt, fru- 61
ctus non veniunt, niſi à die motæ litis, ut diſtin-
guendo inter univerſale, ac particulare fideicom- 62
miſſum, latiſſimè dixit *Rota in Romana Domus,
ſeu Palatii 31. Januarii 1710. §. Sublatis, & in
eadem ſuper fructibus 10. Decembris ejuſdem anni
§. Reſpiciendo, & §. Altera, & quoad reſervata
13. Martii 1710. §. Jam ſinè, confirmata 22. Ju-
nii 1711. §. Non videbatur cor. Criſpo, & in Ro-
mana Immiſſionis ſuper fructibus 24. Aprilis 1711. §.
Videtur cor. eod.*; alterâ edocemur, quod unuſquiſ-
que bonæ fidei poſſeſſor præſumitur, ad effe- 63
ctum, ut fructus conſumptos faciat ſuos, & irre-
vocabiliter lucretur, ità quidem, ut, ſi quis alle- 64
get malam fidem, evidentiſſimis probationibus
illam demonſtrare teneatur, ut communiter tra-
dunt Canoniſtæ in *cap. gravis de reſtitut. Spoliat.,
& præcipuè Abb. num. 8., Gabriel. conſ. 109. n. 3.
lib. 2., Aldovin. conſ. 50. num. 3., Gall. de fruct.
diſput. 12. art. 1. ex num. 1. ad 4.*; idque procedit, 65
ſive poſſeſſor habeat titulum, ſive non habeat,
eum ad fructuum adquiſitionem titulus non re- 66
quiratur, dummodò abſit mala fides, quæ tamen 67
ſemper abeſſe præſumitur, niſi adfuiſſe probetur; 68
datur enim inter bonam, & malam fidem me- 69
dium quoddam, in quo poſitus poſſeſſor, quam- 70
quam nec in bona, nec in mala fide eſſe dicatur,
lu-

71 lucratur nihilominus fructus perceptos, & con-
ſumptos. Bellamer. in d. cap. gravis num. 40. de
reſtit. ſpoliat. conſ. 115. num. 6., latè Gall. de
fructib. diſp. 11. art. 1. num. 37. verſ. in contra-
rium, & num. 38., & diſput. 12. art. 1. num. 2.,
& 6., Card. de Luc. de Dot. diſc. 130. num. 16., de
Fideicomm. diſc. 176. num. 3., & 4. ibi = Ex re-
cepto principio, quod habemus etiam in ſpeciali-
bus terminis Poſſidentis hereditatem, ut, ad effe-
ctum excuſationis à fructibus perceptis, & con-
ſumptis, ſufficiat bona fides, quinimmò etiam me-
72 dia, quodque abſit mala poſitiva &c. = & de hered.
diſc. 9. num. 9., Rota coram Merlino deciſ. 163.
num. 10., in rec. deciſ. 320. num. 1., & ſeqq., &
deciſ. 528. num. 7. part. 2., & deciſ. 3. num. 1., &
2. part. 7.

Porro in noſtra hypotheſi abeſſe malam, &
concurrere mediam bonam fidem, evidens, &
apertum redditur ex eo, quod excluſio D. Co-
mitiſſæ à controverſo fideicommiſſo non eſt lite-
ralis, ſed elicitur ex variis argumentis, ac con-
jecturis; Ideoque, ſi illa vocatam ſe credidit,
73 cum reverâ vocata non eſſet, in jure erraſſe di-
cenda eſt, proindeque caruiſſe malâ fide, ut
74 reſpondet Ulpianus in leg. ſed et ſi, lege 28. §. Sci-
re ff. de petit. heredit. ibi = Scire ad ſe non perti-
nere, utrum is tantummodò videtur, qui factum
ſcit, & an is, qui in jure erravit? putavit enim
rectè factum teſtamentum, cum inutile erat, vel
cum eum alius præcederet Agnatus, ſibi potiùs de-
ferri. Et non puto, hunc eſſe prædonem, qui dolo
caret, quamvis in jure erravit =, Bartol. ibidem
verbis illis = ad adquiſitionem fructuum non requi-
ritur titulus, ſed ſufficit, quod abſit mala fides,
quæ abeſt, ubi eſt juris error &c.; eſt enim medium
75 inter bonam fidem, & malam, iſtud non ſufficit
ad uſucapionem, in qua requiritur bona fides po-
76 ſitivè, ſufficit tamen ad adquiſitionem fructuum,
in qua ſufficit, malam fidem abeſſe = & priùs Gloſ-
77 ſa in leg. quod uxor 16. ff. de adquir. poſſeſſ., ubi,
quod, ſi uxor donaverit viro, licèt non valeat
78 donatio quoad acquiſitionem dominii, prodeſt
tamen, ut Maritus fructus lucretur, ſi dona-
79 tionem valere, crediderit, Alex. in leg. juſtè
poſſidet num. 21. ff. de acquiren. poſſeſſ., Felin. in
Cap. quarta num. 29. de præſcript., Becc. conſ. 95.
num. 12. & 15., & per tot., Menoch. de recupe-
ran. poſſeſſ. remed. 15. num. 530., Peregrin. de
fideicomm. art. 49. num. 118., Oſaſch. deciſ. 160.
num. 3., Surd. deciſ. 247. num. 12., & deciſ. 281.
num. 5., & 7., & conſ. 115. num. 3., Covarruv.
var. reſolut. lib. 1. cap. 3. num. 8., latè Gall. de
fructib. diſput. 11. art. 1. num. 18. & ſeqq., &
præcipuè num. 39. & ſeqq., Rota poſt Cenc. de cen-
ſibus deciſ. 203. nu. 7., & in rec. deciſ. 265 num.
6. & ſeqq. part. 17., & benè Card. de Luca de
hered. diſc. 9. nu. 11., Præſertim verò, cum agi-
80 tur de fœmina ignara legalis proprietatis, ſigni-
ficationiſque verborum, ac minimè callentis
ſubtilitates Juris, quæ cum ſeſe unicam ſuperſti-
tem agnatam, ſororemque ultimi Maſculi Poſ-
ſeſſoris fideicommiſſi videret, nec Maſculos de-
ſcendentes ex fœminis ex alia remotiori linea,
ac de aliena familia apertè vocatos legeret, ju-
ſtam habuit cauſam credendi, fideicommiſſum
ſibimetipſi debitum fuiſſe, ideoque excuſanda
eſt à reſtitutione fructuum perceptorum, ut in- 81
quit J. C. in leg. Item veniunt 22. §. Præter ff.
de petit. heredit. ibi = Eos autem, qui juſtas cau-
ſas habuiſſent, quare Bona ad ſe ſpectare exiſti-
maſſent, uſque eo duntaxat, quo locupletiores ex 82
ea re facti eſſent, condemnandos eſſe = Gloſſ. in leg.
non ambiguum verbo augeri Cod. famil. erciſc. ibi =
Hoc ſi percipiat tamquam heres ſciens, ſe habere
coheredem, & fundum hereditarium eſſe, ſed 83
quid, ſi ſuum credebat, vel ex alia cauſa commu-
nem, vel percepit cum non credebat, ſe habere co-
heredem? videtur, quod non teneatur =, & ſe-
quuntur Bald. in leg. 2. num. 5. Cod. de fructibus,
& lit. expenſ., Gabriel. conſ. 35. num. 21., &
ſeq. lib. 2., Surd. conſ. 115. num. 19., Caball.
conſ. 163. num 39., & ſeqq. lib. 1., Menoch. de
recuper. poſſeſſ. remed. 15. nu. 582. cum ſeq. num.
597., & ſeq., latè Gratian. diſceptat. 422. per
tot., ibique Carol. Anton. de Luca num. 4., An-
dreol. contr. 188. num. 10., Marcian. diſcept. 9.
per tot., Gall. de fructibus diſput. 14. art. 3. num.
6., Dexart. deciſ. 10. num. 50., & 62., Rota
Lucen. inter collect. per Palm. Nepot. deciſ. 84.
num. 35., Rota in rec. deciſ. 3. à num. 38. part. 7.,
& deciſ. 485. num. 3. part. 13.

Quæ ſanè juſta ſic credendi cauſa longè juſtior
evaſit ex ſilentio eorum, qui ad iſtiuſmodi fi- 84
deicommiſſum adſpirare poterant, ut præciſè ob-
ſervat clar. mem. Card. de Luca de hered. diſc. 9.
num. 11. ibi = Ipſiſque Sororibus rectè conſciis de
morte Patris, & fratris imputandum erat, cur
tamdiù tacuerint, ac paſſæ ſint, ut frater totum
poſſideret, undè in concurſu ignorantiæ, vel cau- 85
ſæ hinc indè intrat mutua compenſatio, ac po-
tior eſt conditio Rei, & Poſſeſſoris, ità conten-
dentis de damno vitando in concurſu alterius A- 86
gentis de lucro captando = & diſc. 10. num. 8.; Abſ-
que eo quod poſitiva iſthæc, vel ſaltem media
bona fides D. Comitiſſæ interverſa dici debeat
ex eo, quod, perſpectâ, examinatâque literâ te-
ſtamenti, Doctorumque ſententiis, quod ad
rem hanc attinet, maturè, ac diligenter expen-
ſis, prò excluſione dict. D. Comitiſſæ reſpon-
dendum videatur. Etenim bona fides metienda
non eſt ex tempore præſenti, ſed ex præterito, 87
illo nempè, quo percipiebantur fructus, nec id-
circò detectâ poſtmodum facti, vel Juris veri- 88
tate admittitur retrotractio in præjudicium Poſ-
ſeſſoris, ut benè advertit Card. de Luc. de hered.
dict. diſc. 9. num 10. & 11., & egregiè Rota in
Æſina cenſus 10. Junii 1697. §. Tota ratio cum
pluribus ſeqq. cor. Priolo.

Confirmantur hæc omnia haud abſimili exem-
plo deſumpto ex Legatis, & fideicommiſſis
particularibus; In illis enim licèt fructus non mo- 89
ræ, non malæ fidei ratione vindicentur, ſed in
ſequelam dominii, quod miniſterio legis abſque
ullo facto hominis rectâ viâ tranſit in Legatarium, 90
ſeu fideicommiſſarium; attamen ſi fideicommiſ-
ſum non ſit clarum, ſed conjecturale, dubium, &
ali-

Digitized by Google

91 aliquam requirens indaginem, cujus ratione
poſſeſſor juſtè credere potuerit, illud non exiſte-
re, Bonaque ad ſe liberè ſpectare, non damna-
tur ad reſtitutionem fructuum antè motam li-
tem conſumptorum, ſed illos refundere tene-
92 tur à die petitionis dumtaxat, juxta conſtantem
*Sacræ Rotæ* ſententiam, *de quo in recent. deciſ.*
183. *per tot.*, *& præcipuè ex num.* 14. *ad* 20.
*part.*7., *& in Avenionen.*, *ſeu Vaſionen. Pri-*
*mogenituræ* 27. *Januarii* 1695. *§. Quo verò ad*
*fructus, confirmata* 22. *Martii ejuſdem anni §. Li-*
*cèt enim, &* 16. *Maii ejuſdem pariter anni §. Ad-*
*hac Domini coram bon. mem. Muto, &* 16. *Ja-*
*nuarii* 1696. *§. Etenim coram Caprara*, quæ om-
nes *deciſiones* impreſſæ habentur in *Mantiſſ. ad*
*clar. mem. Card. de Luca de fideicomm. ex deciſ.*
40. *ad* 45., & noviſſimè admiſſum fuit *in Ro-*
*mana Domini*, *ſeu Palatii* 31. *Januarii* 1710. *§.*
*Et quamvis certiſſima coram Criſpo*, & tandem
ex profeſſo reſolutum fuit in eadem Cauſa *ſuper*
*fructibus* 2?. *Junii* 1712., *&* 22. *Februarii* 1713.
*cor. R.P.D. Aldrovando*.

Hæc ſcripſeram, quum admonitus fui, per
id tempus, quo deceſſit bon. mem. Paulus An-
tonius ultimus Maſculus ex familia Ciotta, ſu-
pervixiſſe bon. mem. Vincentium Fani ex Hor-
tentia Ciotta deſcendentem; id quod in notula
facti mihi communicatâ, fuerat prætermiſſum.
Quamobrem ſcrupulus quidam D. Requirenti
adhuc ſupereſſe videtur, utrum ſcilicet dictus
Vincentius uti proximior excludere potuerit D.
Stephanum D. Ceciliæ filium, uti remotiorem?
Sed facilè ſcrupulus iſte eximi poteſt, animad-
93 vertendo, quod non agitur de ſucceſſione inte-
ſtatâ, in quâ, ſecluſo beneficio repræſentatio-
nis, proximior remotiorem excludit, ſed res eſt
94 de ſucceſſione teſtata, in qua Sfortia Ciottus
vocando filios ſucceſſores, ac Deſcendentes maſ-
culos in infinitum, admiſiſſe dicendus eſt Maſ-
culos omnes etiam ex fœminis deſcendentes, ſi-
95 ve paris, ſive imparis gradus extitiſſent, ut exa-
minando primum Dubium, latè ſupra firmavi-
mus; Ideoque, cum D. Stephanus non tam-
quam heres inteſtatus, nec beneficio repræſen-
tationis, ſed tamquàm heres teſtamentarius, &
virtute propriæ vocationis, uti maſculus, & à Te-
96 ſtatore deſcendens ſuccedere contendat, non eſt,
cur ad ipſius excluſionem arctior Vincentii pro-
ximitas obtendatur, ut huic objectioni præcisè
reſpondet *Rota in Balneoregien. fideicommiſſi* 13.
*Junii* 1712. *§. Finali coram R.P.D. Aldrovan-*
*do*, ibi = *Et hinc etiam ceſſare viſa eſt poſtrema*
*objectio, quod inter plures Vocatos nomine colle-*
*ctivo præferendus ſit in ſucceſſione proximior in*
*gradu, qualis eſt ipſe Petrus Avunculus, Pere-*
*grin. de fideicomm. art.* 21. *num.* 1. *&* 2., *abſque*
*eo, quod Juliano nepoti ſuffragari poſſit repræ-*
*ſentatio gradus materni, cujus beneficio Julianus*
97 *effici poſſit gradus coæqualis, dum repræſentatio*
*non datur neque in fideicommiſſo aſcendentali in*
*infinitum, quando, ut hic, non vacat per obitum*
*alicujus Aſcendentis, vel Patrui, ſed Propa-*
*trui, vel Proavunculi, qualis erat Stephanus fi-*
*lius Teſtatoris ultimus defunctus, cujus reſpectu*
*repræſentatio à Jure non admittitur, juxtà firmata*
*in Auximana, ſeu Camerinen. fideicommiſſorum*
1. *Julii* 1709. *§. Sed alio coram R.P.D. Criſpo;*
*Quoniam Julianus non indiget beneficio repræ-*
*ſentationis, ſed venit jure propriæ, & expreſſæ*
*vocationis, tamquam Maſculus, & deſcendens à* 98
*Brigitta comprehenſus ſub nomine Deſcendentium*
*maſculorum ex ejus linea, per ea, quæ dixit Rota*
*deciſ.*65. *num.*31. *poſt Urceol. de tranſact.*, *& in*
*Romana, ſeu Ariminen. fideicommiſſi* 18. *Apri-*
*lis proximè præteriti §. Majore aliquâ cor. Illmo*
*Scotto* =

## *Anconitana Fideicommiſſi.*

A fideicommiſſo condito pro perpetua Bonorum conſervatione in familia, cum onere Cognatis in defectu Agnatorum ſubſtitutis injuncto de ipſius familiæ nomine, & inſignibus aſſumendis, an, & ex quibus cenſeri debeant excluſi Agnati nomen, & inſignia alterius familiæ deferentes? Caducitatis pœna in caſu contraventionis ab herede incurritur, licèt non ſit expreſſa? Onus aſſumendi nomen, & inſignia Teſtatoris, an, & quando inferat agnationis contemplationem?

## VOTUM XXVI.

1 *Fideicommiſſum conditum pro perpetua Bonorum conſervatione in familia, verè agnatitium eſt.*

2 *Teſtatore plures requirente qualitates, alteram tantùm habere non ſufficit.*

3 *Hereditates duæ cum onere aſſumendi cognomen, & Inſignia Teſtatorum de diverſa familia ſunt in eadem perſona incompatibiles.*

4 *Atque unius retentio alterius conſecutionem prohibet.*

5 *Gravamen locum non habet, niſi eveniente caſu ſubſtitutionis, cui adjectum eſt.*

6 *Gravamen aſſumere non tenetur is, cui à Teſtatore non eſt impoſitum.*

7 *Onus aſſumendi cognomen, & inſignia Cognatis à Teſtatore injunctum, quomodo etiam Agnatos cenſeatur afficere?* & num. 8., & ſeq.

8 *Agnationis conſervatio cenſetur principaliter à Teſtatore volita, ſi Maſculi ex Maſculis ſemper invitati ſint.*

9 *Agnatorum maſculorum priùs facta vocatio, ad cauſam agnationis conſervandæ referenda eſt.*

10 *Agnationis conſervandæ votum in primis perbibet aſſumptio ejus cognominis, & inſignium à Teſtatore injuncta poſt naturalem extinctam agnationem.*

11 *Onus aſſumendi cognomen, & inſignia Cognatis à Teſtatore injunctum, etiam Agnatos afficere cenſetur, ſtante agnationis conſervandæ voto,* & num. 19., & 21.

12 *Familiæ alienæ nomen, & inſignia gerentes, ſumi-*

familiam Teſtatoris conſervare non dicuntur, & num. 41.

13 Familia, nonniſi ex ejus cognominis, & inſignium delatione conſervatur, & num. 45.

14 Agnationem, originem, ac familiam arguunt nomen, & inſignia.

15 Vocati nequeunt eorum familiæ nomen, & inſignia dimittere.

16 Teſtatoris optantis conſervationem ejus nominis, & familiæ, voluntas eluditur, ſi alienæ familiæ nomen, & inſignia gerentes admittantur, & num. 18. 39., & 49.

17 Domum vendere, in qua defecit Pater, aut non videre fixas Majorum imagines lugubre eſt.

18 Magiſque luctuoſum eſt, depoſitis agnatitiis inſignibus, & avito nomine, ad alienas familias commigrare.

20 In primis Deſcendentibus vera agnatio conſervari poteſt.

22 Familiæ Teſtatoris memoria deleri poſſet, Agnatis ad alienas familias commigrantibus.

23 Familiæ nomen, & inſignia aſſumere Agnatos non teneri, ſed tantùm Cognatos, eſt contra mentem Teſtatoris enixè optantis, agnationem conſervari.

24 Familiæ conſervatio in Agnatis abſque onere illius cognominis, & inſignium dari nequit.

Aliàs enim daretur qualitas ſinè ſubſtantia, ibid.

25 Onus aſſumendi cognominis, & inſignium magis Agnatis, quàm Cognatis convenit, & ratio ibid., & num. ſeq.

26 Agnationis vera, & rigoroſa conſervatio in Cognatis nequit ſpectari.

27 Onus aſſumendi cognomen, & inſignia impoſitum cenſendum eſt, donec Agnati exiſtunt.

28 Onus ejuſmodi eos omnes comprehendere cenſendum eſt, quibus mens Teſtatoris poteſt convenire.

29 Ratio eadem ubi in omnibus gradibus, & perſonis vigeat, gravamen ad aliquas reſtrictum, ad omnes protrahendum eſt.

30 Illudque, licèt in aliqua ſubſtitutione omiſſum, pro expreſſo haberi debet.

31 Teſtatoris diſpoſitionem, lex, ex veriſimili illius mente, interpretatur, ac ſupplet.

32 Teſtator onus aſſumendi cognominis, ac inſignium primis Maſculis non adjiciens, cenſetur, illud adijcere ſuperfluum judicaſſe.

Idemque onus in illis præſuppoſuiſſe, nu. 34., & 39.

33 Onus aſſumendi cognomen, & inſignia Teſtatoris, eſt primis Maſculis naturaliter inſitum.

35 Ad fictionem recurrendum non eſt, niſi poſtquam veritas defecerit.

36 Teſtator non præſumitur, per fictionem tantùm, ejus agnationem conſervari voluiſſe.

37 Dum præſertim id aſſequi poterat vero modo, ac naturali.

38 Teſtator præſumitur Cognatis nedum, ſed etiam Agnatis adjeciſſe onus cognominis, & inſignium.

40 Hereditate eum poſſe frui, qui gentilitia depoſuerit inſignia, abſurdum eſt.

42 De familia illa, cujus nomine quis appellatur, eſſe cenſetur, & num. 44.

43 Familiæ ex diverſo cognomine, & inſignibus diſtinguuntur.

45 Memoria, ac nomen familiæ Teſtatoris conſervari nequit, niſi ex nominis, & armorum delatione.

46 Nomen domus, & arma familiæ retinere coguntur vocati ad fideicommiſſum pro agnationis conſervatione conditum.

Procedit, tali etiam onere non expreſſo, ibid.

47 Alienationis, ac detractionis cujuſcumque probibitio pro conſervatione familiæ, vocationem arguit eorum dumtaxat, qui familiæ nomen, & inſignia deferant.

48 Præſertim, ſi facta ſit etiam filiis, aliiſque primis heredibus inſtitutis.

50 Nomen = Caſatæ, domus & familiæ, convenit dumtaxat familiæ nomen retinentibus.

51 Ex alienationis probibitione facta =, ut proprietas ex nomine, & genere Teſtatoris in alium non transferatur =, Bona cenſentur ad eos tantùm deferenda, qui nomen Teſtatoris gerant.

52 Hoc eſt, ad eos, qui ſint de ejus familia, & cognomento, & num. 53.

53 Famiſia, & nomen pro eodem accipitur, & num. 55.

54 Ad fideicommiſſum ordinatum pro iis, qui ſint de Teſtatoris nomine, hi dumtaxat admittuntur.

55 Vox = nomen = ſuâpte naturâ pertinet ad ſolos Agnatos, per quos nomen Defuncti conſervatur.

57 Caducitatis pœna ex quibus cenſeri debeat inflicta, licet non ſit expreſſa?

58 Caducitatis pœna, licèt non expreſſa, reſultare valet ex verbis, identitate rationis, atque ex clara Teſtatoris mente.

59 Lex favet voluntati Teſtatorum.

Præcipitque, ut, quæ ab ipſis diſpoſita ſunt, adimpleantur.

60 Teſtatoris voluntatem, qui non ſervant, hereditate privandi ſunt.

Procedit, licèt expreſſa non adſit caducitatis pœna.

63 Onus aſſumendi ejus nominis, & inſignium à Teſtatore impoſitum, Agnati implere debent ſub caducitatis pœna, licèt non ſit expreſſa.

64 Hereditates duæ cum onere deferendi cognomen, & inſignia Teſtatorum non ſunt in eadem perſona incompatibiles, niſi alienæ familiæ mixtura ſit prohibita.

65 At ſufficit, in alterutra talem probibitionem contineri.

66 Caducitatis pœna arguitur ex deficiente veri-

*riſimili Diſponentis voluntate.*

67 *Ex onere aſsumendi nomen, & inſignia Teſtatoris inferri nequit agnationis contemplatio.*

68 *Idem onus non egreditur perſonas, quibus non eſt injunctum.*

*Nec tacitè reſultare valet*, ibid.

69 *Declara, ex tali onere non benè inferri agnationis contemplationem in caſu, quo, poſthabitis Agnatis, Extranei cum eo onere vocati ſunt, ſecus in caſu priùs factæ Agnatorum vocationis*, & num.70., & 71.

*Et juxta hanc diſtinctionem explicantur*, ibid. Deciſiones relatæ, dicto num.67., *& vid.* num.72., & ſeq.

74 *Agnationis conſervatio primùm naturali modo, deindeque artificiali contemplata cenſetur, ſi poſt Agnatos Extranei vocati ſunt cum onere nomen, & inſignia deferendi.*

PERENNEM ſui nominis, familiæque conſervationem exoptans nobilis Vir Joannes Maria de Peruginis, condidit anno 1495. perpetuum deſcenſivum fideicommiſſum, ad quod primo loco vocavit quatuor, quos habebat, filios maſculos heredes inſtitutos, illiſque ſubſtituit omnes eorum filios, & Deſcendentes maſculos legitimos, & naturales, donec aliquis de deſcendentia maſculina ipſius Teſtatoris ſupereſſet, omnibus verò Deſcendentibus ſuis maſculis deficientibus, præter alias, atque alias ſubſtitutiones longo ordine diſpoſitas, ſubſtituit proximiores Agnatos de agnatione, Caſata, & familia ipſius Teſtatoris, & Deſcendentes maſculos procreandos de legitimo thoro, quos pariter ad invicem inſtituit, & ſubſtituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, modo, formâ, & ordine, de quibus ſupra, ſalvâ ſemper gradus prærogativâ; quibus pariter non extantibus, Teſtator ità diſpoſuit =. *In eventum verò, in quem extingueretur in totum linea maſculina dicti ejuſdem Teſtatoris heredum inſtitutorum, & ſubſtitutorum, &, ut ſuprà, vocatorum omnium, prò manutentione, & conſervatione Caſatæ, & Familiæ ipſius D. Teſtatoris, ſeu verius illius nominis, mandavit, quod eligeretur unus Maſculus legitimus & naturalis, & de legitimo Matrimonio natus eidem D. Teſtatori, & ejus Deſcendentibus præfatis propinquus, & attinens de ejus cognatione, qui ſe, & ejus Deſcendentes maſculi, & per Maſculum legitimi, & naturales, & de legitimo Matrimonio nati uſque in infinitum &c. nominari, & vocari faciat, & faciant de Caſata, & Familia dicti D. Teſtatoris, videlicet illorum de Peruginis, & non de alia agnatione, ſeu Caſata, debeat, ſeu debeant etiam pro eorum Inſigniis, & armis deferre arma, & Inſignia dictorum de Peruginis, & maximè, quibus nunc utitur dictus D. Teſtator &c. & caſu, quo talis ſic eligendus ſe appellare non faceret de Caſata de Peruginis, vel armis, & inſigniis prædictis uti noluerit &c., voluit, Bona deferri ad ſubſtitutos contravenientis, qui prædicta obſervare debeant &c. Et demum, quia expreſſis, & apertis verbis declaraverat, mentem atque voluntatem ſuam eſſe, quod omnia Bona ſua, & præſertim illa ab ipſo recenſenda devenirent, & conſervarentur penes ſuos filios heredes, & ceteros omnes inſtitutos, atque ſubſtitutos, & quod in æternum, & perpetuis futuris temporibus in agnatione conſerventur, & ſemper remaneant; idcircò ex ejuſmodi Bonis &c. prohibuit omnem detractionem &c. eaque omninò alienari, permutari, locari, pignorari vetuit &c. hocque ideo, ut Bona ſemper, & continuò in familia, & agnatione remaneant, & ut proprietas, & poſſeſſio ex nomine, & genere ipſius D. Teſtatoris in alium non transferatur, quia omninò, & cum effectu omnia Bona præfata voluit eſſe, & perpetuò ſtare, & remanere in Domo, agnatione, Caſata, & Familia ipſius D. Teſtatoris, & nullo pacto, causâ jure, prætextu, ſeu vigore alienari, quia omninò idem Teſtator voluit, Bona, & prædicta eſſe, & reſtare in agnatione, familia, & deſcendentia maſculina ipſius Teſtatoris, & dictorum ejus heredum &c. Inſtitutorum, & ſubſtitutorum &c., & prædicta omnia fecit, & reliquit dictus Teſtator pro manutenenda, & conſervanda agnatione, Caſata, & Familia ipſius D. Teſtatoris =.*

Cum autem nuper per obitum ſinè liberis Ludovici de Peruginis purificatum fuerit d. fideicommiſſum cum DD. fratribus de Peruginis, ad illius ſimultaneam ſucceſſionem adſpirat etiam Dom. Antonius Amorini filius Jo. Andreæ Amorini filii Thaddei de Peruginis eâ fretus ratione, quod, licèt ipſe ex diſpoſitione Matthei de Amorinis illius cognomen, & Inſignia abſque ulla prorſus mixtura deferre teneretur, nihilominus, cum in teſtamento Joannis de Peruginis fideicommittentis onus aſſumptionis cognominis, & armorum, caſatæ, ſeu familiæ Bologninæ ſub pœna privationis adiectum non legatur heredibus, & ſubſtitutis de vera domo, & familia de Peruginis, ſed ſolum Extraneis in illam adſcitis, atque eligendis de genere Cognatorum, juxtà formam à Teſtatore præſcriptam hujuſmodi præceptum, & caducitatis pœna à Teſtatore inflicta Cognatis d. præceptum non implentibus non afficiat ipſum, eò quod ſit de vera familia Perugina, licet aſſumpſerit cognomen, & inſignia familiæ Amorinæ, illudque retineat, ex regula, quod pœna à Teſtatore comminata Subſtitutis extraneis, non extendatur ad Inſtitutos, & Subſtitutos de agnatione; in qua controverſia cum à præfatis DD. fratribus de Peruginis requiſitus fuerim, ut meam ſententiam prò veritate dicere velim, num ſcilicet D. Antonius, ex quo retinet, & retinere vult hereditatem Matthei Amorini præcipientis, poſſeſſorem hereditatis ſuæ denominari debere de Amorinis, & arma, & inſignia d. familiæ geſtare ſinè ulla mixtura alicujus alterius familiæ, denominationis, & Inſignium, num, inquam, conſequi etiam poſſit fideicommiſſum Joannis Mariæ de Peruginis, vel potius ulla ac-

fit

ſit incompatibilitas, ob quam alterutrum dimit-
tere teneatur, in qua gravi, atque ancipiti quæ-
ſtione, licèt plura in utramque partem conge-
rere poſſem argumenta, quibus Doctores rem
ſubtiliùs examinant, atque pertractant; nihilo-
minus, illis poſthabitis, operæ pretium me fa-
cturum arbitror, ſi mentem Teſtatoris inveſti-
gando, eamque ex litera, & ab eo diſpoſitis in
teſtamento, eliciendo, & juxtà verioris Juris
regulas interpretando, germanam illius volun-
tatem aſſequi curavero, quamobrem diligenti
ſtudio pluries, pluriesque d. teſtamentariâ diſ-
poſitione examinatâ, atque maturè perpensâ,
veriùs eſſe crederem, rejecto D. Antonio de
Amorinis, fideicommiſſum deferri DD. fratribus
de Perugiois.

Moveor, quia in dubium venire nequit, quin
præſens controverſia verſetur ſuper ſucceſſione
in fideicommiſſo à Jo. Maria Perugino condito
1 prò perpetua conſervatione, & manutentione
Bonorum in ipſius *caſata*, *domo*, *& familia*,
ideoque agatur de fideicommiſſo verè agnatitio,
in quo ex Diſponentis expreſſa voluntate ſucce-
dere prohibentur illi, qui non ſint de vera agna-
tione, & qui Teſtatoris nomen, memoriam, &
familiam conſervare nequeant, & per conſe-
quens videtur à d. hereditate conſequenda repel-
lendus D. Antonius Amorinus, qui, quamvis
ſit de Teſtatoris agnatione, tamen ob aſſump-
tionem, quam fecit familiæ Amorinæ, caret al-
terâ qualitate volitâ à Fideicommittente, quod
nuncupetur de familia Bolognina, & proindè
eidem obſtat firmiſſima illa Juris noſtri regula,
2 quâ ſtatuitur, quod, Teſtatore requirente in
vocatis plures qualitates, alteram tantùm ex eis
illos habere non ſufficit, juxtà *Text. in leg. Si
heredi plures 5. ff. de Condit. Inſtit.*, *Honded.
conſ.60. num.16. lib.1.*, *Manſ. conſult.102. ſub
§. Et proindè tom.9.* Cum itaque Fideicommit-
tens voluerit, quod hereditatis ſuæ poſſeſſores
propriam conſervarent agnationem, & fami-
liam, perpetuoque denominarentur de ſua *ca-
ſata*, *& domo*, utique ad hanc ſucceſſionem
concurrere nequit D. Antonius Amorinus prop-
ter incompatibilitatem dd. hæreditatum, cum
utraque vocatis onus injungat geſtandi Inſignia,
3 & nomen Teſtatorum abſque aliquâ alterius no-
minis, & ſtemmatis commixtione, ideoque,
cùm nequeant eodem tempore penes eamdem
perſonam manere, ipſe, qui hereditatem Amo-
4 rinam retinere vult, alteram conſequi prohibe-
tur, ad tradita per *Molin. de Primog. lib.2.
quæſt.14. nu.26., & 27.*, *Fuſar. conſ.175. n.2.*,
*Larrea deciſ. Granaten. 51. num.3.*, *cum aliis per
clar. mem. Card. de Luc. de fideic. diſc.12. n.7.*,
*& diſc.13. nu.35.*, *Torr. de Primog. Ital. part.2.
quæſt.56. num.4. 49. & 50.*, *& quæſt.58. num.6.*,
*Rot. deciſ. 103. num.2.*, *& deciſ.437. per tot.
part.14. rec.*

Nilque turbat, quod onus aſſumendi nomen,
& deferendi Inſignia familiæ Peruginæ à Fidei-
committente adpoſitum tantùm fuerit Cognatis
vocatis, deficiente primo, & ſecundo gradu
5 ſubſtitutionum inter Agnatos ordinatarum, &
propterea hujuſmodi gravamen ſub pœna priva-
tionis adiectum cenſeatur, poſtquam eveniſſet
ejuſdem ſubſtitutionis caſus, & non anteà, per
ea, quæ tradit *Altograd. Jun. contr.33. num.46.*,
ac per conſequens ceſſare dicatur in D. Antonio
quælibet incompatibilitas prò retentione utriuſ-
que hereditatis, Amorinæ ſcilicet, & Perugi-
næ, dum quoad iſtius ſucceſſionem ipſe D. An-
tonius non eſt de genere illorum vocatorum,
quibus tale onus injunctum reperitur, utpotè
qui eſt de Agnatis maſculis, quibus cum expreſ- 6
sè à Teſtatore adiectum non fuerit, ad illud
aſſumendum cogendus non ſit, ut notat *Torr.
de Primog. Ital. part.1. cap.38. num.102.*

Iſtiuſmodi namque obiectum facili ratione
ſubmovetur, ſi perpendatur, Teſtatorem in 7
conſtitutione hujus perpetui deſcenſivi fideicom-
miſſi contemplatum ſuiſſe agnationem, & lon-
gævam nominis durationem cum perenni Bono-
rum conſervatione in familia ſua exoptaſſe, ut
facti, propè dicam, evidèntiâ evincit ſuperiùs
expoſitus teſtamentariæ diſpoſitionis tenor, in
qua ille ſummoperè ſollicitus perpetuæ conſer-
vationis propriæ agnationis, inſtituit primò qua-
tuor filios ſuos maſculos, quibus tàm in reci-
proca, quàm in aliarum ſubſtitutionum gradi-
bus ſubſtituit eorum filios, & Deſcendentes
maſculos, atque ità primò vocavit filios, qui
erant de agnatione, & maſculi ex maſculo, &
poſteà eorum Deſcendentes eâdem qualitate
præditos; donec aliquis de deſcendentia maſcu-
lina ipſius Teſtatoris ſupereſſet; Secundò, his
omnibus ſublatis, ſubſtituit proximiores Agnatos
*de agnatione*, *caſata*, *& familia* ipſiuſmet
Teſtatoris, & cujuslibet eorum filios, & De-
ſcendentes maſculos; Et demum, deficientibus
omnibus etiam maſculis agnatis, præcepit, eli-
gi unum Maſculum de cognatione ſua, qui ſe,
ſuoſque filios deſcendentes maſculos, & per
maſculum uſque in infinitum vocaretur, & de-
nominaretur de *caſata*, *& familia* Fideicom-
mittentis; Quæ quidem longa inſtitutionum, 8
& ſubſtitutionum diverſarum perſonarum, gra-
duum, & ordinum ſeries in infinitum protracta
cum multiplici, & ſæpèſæpiùs repetita, ac ſem-
per in toto inſtitutionis, ac ſubſtitutionum præ-
dictarum contextu tàm in partibus diſpoſitivis,
quàm in conditionalibus volitâ qualitate maſcu-
linitatis, eâdemque tanto ſtudio in ſingulis caſi-
bus expreſsâ, præſefert, Teſtatorem agnationis
conſervationem concupiviſſe, & ideò primò
Maſculos agnatos invitaſſe, ut per continuatam 9
Maſculorum ſucceſſionem Bona in agnatione
conſervarentur, ut optimè notant *Surd. conſ.96.
num.31.*, *Decian. reſp 31. num.95. lib.1.*, *Roſa
conſult.69. num.160., & 161.*, *Knipſchilt de
fideicom. cap.6. num.210.*, *clar. mem. Card. de
Luc. eodem tract. in ſumma num.242.*, *Manſ.
conſult.104. num.14. tom.9.*, *Palm. deciſ. Lucen.
210. num.13., & ſeqq.*, *& deciſ.275. num.26.*,
*Rot. deciſ.95. num.9. 10. & 11. part.13.*, *dec.69.
num.18., & 19. part.17.*, *deciſ.232. num.6.
part.19. rec.*, *& in Romana fideicommiſſi de Mo-
ronis 10. Maii 1697. §. Potiſſimùm verò corâm*

*bis me. Pio inter collectas poſt Card. de Luc. ad ornat. de fideicom. deciſ.17. num.13.*

Magis vero agnationis conſervandæ deſide-
rium eluceſcit ex illa omnium ſupereminenti
demonſtratione deſumpta ex eo, quod Teſtator
perpetuo fideicommiſſo univerſæ poſteritati ſuæ
10 proſpicere volens, primò vocavit veros, & na-
turales Agnatos, in quibus familia de Peruginis
verè conſervabatur, quos ſi temporum viciſſi-
tudine deficere contigiſſet, familiæ ſuæ renova-
tionem; tum etiam fideicommiſſi perpetuam
conſervationem optans in Cognatis, mandavit,
eligi unum Maſculum ex eis, qui cum univerſis
Deſcendentibus ſuis maſculis progenitis ex Ma-
ſculis uſque in infinitum vocarentur *de familia*,
*& caſata* ipſius Teſtatoris, ex hoc enim nomi-
nis & armorum onere poſt omnium Agnatorum
defectum impoſitum Cognatis ad artificialem
agnationis ſuæ renovationem invitatis, evidentiſ-
ſimum promanat argumentum evincens, vota
omnia Teſtatoris, veluti ad unicum, & ultimum
finem; directa fuiſſe ad perpetuam conſervatio-
nem Bonorum in agnatione, & familia ſua,
dum; naturali agnatione extinctâ, eamdem
ſaltem ficte, & per artificium reſtaurare voluit,
ut nomen; & familiam ſuam memoriæ quaſi
ſempiternæ mandaret; ut optimè notat *Ripa in
leg. Centurio num.164. ff. de vulgar., & pupillar.,
Pariſ. conſ.19. n.34. lib.2., Rimin. Jun. conſ.21.
num.86.; & ſeqq., & conſ.23. n.82., & ſeqq.,
Cuſanut. conſ.20. num.28., & ſeqq., Peregrin.
de fideicomm. art.25. num.27.; Roſa conſult.69.
num.163., Palm. Nep. allegat. 310. num.15.,
Ridolphin. allegat.34. num.4., Palm. deciſ. Lu-
cen. 275. num.22., & 25., Rot. deciſ.95. n.12.
part.13.; & deciſ.232. num.9. part.19. rec., &
optimè Manſ. conſult.102. num.8. ſub §. Verùm
ſi conjecturis verſ. præter has inquam.*

Quamobrem, cum Teſtator id unum præ
mente habuerit; ut nempè tota ſua hereditas in
familia; & agnatione naturali, & vera, quoad
licuiſſet, maneret, deindeque in artificiali, &
11 ficta de Peruginis conſervaretur, Idcircò ex eo,
quod; deficiente ſuâ naturali agnatione, ad eam
artificialitèr renovandam invitaverit Cognatos
de aliena familia, eos gravando ad aſſumendum
familiæ ſuæ Inſignia, & cognomen, manife-
ſtum ſit; quod noluit; ad hereditatis, ſeù fidei-
commiſſi à ſe conditi ſucceſſionem venire poſſe
veros Agnatos; & Maſculos, alienæ familiæ
nomen; & Inſignia gerentes, licèt in primis in-
ſtitutionis; ſeù ſubſtitutionum gradibus compre-
henſos, quia vehemens illius deſiderium conſer-
vationis hereditatis in ſua agnatione naturali pri-
mum; & poſteà artificiali votis omnibus expen-
ſæ fruſtratum remanſiſſet, ſi Agnati primo loco
vocati, relictâ propriâ, ac naturali familiâ,
dimiſſoque Teſtatoris nomine, ac Inſignibus,
12 ad alteram convolaſſent; hujus nomen, & ar-
ma aſſumendo, quorum delatione minimè adim-
pletur Inſtitutoris voluntas exoptantis in vocatis
ad fideicommiſſum conſervationem agnationis,
& memoriæ nominis, & familiæ ſuæ, quæ, non-
13 niſi ejuſdem cognominis appellatione; & Inſi-
gnium delatione conſervari, & manuteneri po-
teſt. Quamobrem, cum ex his perennis memo-
ria familiarum, & domorum habeatur, & ve-
luti a ſuo fonte per perſonas à Teſtatoris ſangui- 14
ne proficiſcentes ejus memoria ad poſteros tranſ-
mittatur, ut benè in propoſito docuit *Knipſchild.
de fideicomm. famil. nobil. cap.14. num.21., &
ſeqq.*, verbis illis= *quemadmodum ſtigma militem,
habitus, & Cuculla Monachum, & Clericum,
Clamys Militem, Purpura Regem, Stola Sacer-
dotem, Toga Advocatum; Brichus Ruſticum
oſtendit, ita Inſignia originem, agnationem, &
familiam arguunt, ac talis quis præſumitur, qua-
le nomen; & Inſignia gerit &c.; qui enim idem
cognomen, ſeù genuinum nomen alicujus familiæ
gerit, is quoad ſubſtantiam ejuſdem ſanguinis fa-
miliæ, & agnationis eſſe cenſetur* = & prius di-
xerat *cap.6. num.127.* inquiens=, *tàm ex nomine,
quàm ex Armis, & Inſignibus familiarum agna-
tionem, & cognationem, ut & virtutis, & re-
rum præclarè geſtarum memoriam in Succeſſoribus
conſervari*=; nequeunt proindè à vocatis dimitti
nomen; & deſeri Inſignia, quæ originem, 15
agnationem, & familiam arguunt; ut tradide-
runt *Pariſ. conſ.19. num.36., & ſeqq. lib.2.,
Ancharan. conſ.113. n.3. & 4., Fuſar. conſ.175.
num.9. & 10., Molin. de Primogen. Hiſpan. lib.2.
cap.14. num.5. & 6., Knipſchilt. de fideicom.
cap.6. num.127., Caſtill. contr. Jur. lib.5. de
conject., & interpret. ultim. volunt. cap.136.
num.76. §. Et memoriæ.* Ut igitur voluntas Jo.
Mariæ Perugini ſuum ſortiatur effectum, dicen-
dum eſt, quod D. Antonius Amurinus admitti 16
non debeat, niſi adimpletâ mente Teſtatoris,
deferendi videlicet nomen, & Inſignia familiæ
Peruginæ, quibus depoſitis, nominis, & fami-
liæ memoriæ conſervationem aſſequi minimè
poterat, ut proſequitur *Fuſar. d. conſ.175. n.10.
in fin., Caſtill. d. cap.36. num.76. d. §. Et me-
moriæ circa finem*:

Et ſanè; ſi, ut deplorat *Imperator Conſtanti-
nus in leg. lex quæ Tutores 22. §. Nec verò Cod.
de adminiſtr. Tutor.* = *domum vendere, in qua de-* 17
*fecit Pater, minor crevit, in qua Majorum ima-
gines aut non videre fixas, aut revulſas videre,
ſatis eſt lugubre* = *Cujac. ad d. tit. Codic. tit.38.
lib.5. oper. poſthum. fol. mihi 599. litt.D.*, quan-
tò magis juſto dolore commotus fuiſſet, videns,
Agnatos, qui memoriam nominis Teſtatoris per-
petuò repræſentare debebant, agnatitiis Inſigni- 18
bus, & avito nomine depoſito, in extraneas fa-
milias commigrare; ab omni igitur juſta ratione
aberrat, quod Teſtator votis omnibus familiæ,
& nominis ſui conſervationem exoptans, ideo-
que veros; & naturales agnatos omnes primùm
vocans, &, his deficientibus, ad naturalem agna-
tionem modò ficto renovandam Cognatos invi- 19
tans, injuncto eiſdem onere aſſumendi cogno-
men, & arma familiæ Bologninæ, voluerit
primos Deſcendentes maſculos de vera, & natu-
rali agnatione vocatos, & per quos voti ſui com-
pos fieri poterat, immunes, & exemptos eſſe à
gravamine deferendi proprium cognomen, &
arma, eiſdemque permiſiſſe, relictâ propriâ fa-
miliâ,

miliâ, neglectiſque propriis Inſignibus, aliud co-
gnomen, & extraneum ſtemma aſſumere, reti-
nendo, & poſſidendo Bona præcisè relicta, &
deſtinata pro conſervatione, manutentione, &
perpetuitate *caſatæ, nominis, & familiæ ſuæ;*
patet itaque in caſu noſtro, quod, admiſſis pri-
mis Deſcendentibus agnatis maſculis vocatis abſ-
que onere prædicto deferendi cognomen, & In-
ſignia familiæ Peruginæ, maximum ſequeretur
abſurdum directè repugnans menti Teſtatoris,
qui poſtquam undequaque conquiſiviſſet media
omnia, quibus ſuum deſiderium impleretur,
20 fruſtrà ad hoc opus perficiendum primùm vocaſ-
ſet Deſcendentes omnes maſculos in infinitum
de vera, & naturali agnatione, &, hac penitus
extinctâ, cum amplius ſperare non poſſet con-
ſervationem nominis, & armorum à natura, in
veris ſcilicet Agnatis, illam mutuare voluerit ab
arte, & fictione, ſi ad ſenſum D. Antonii Amo-
rini primi Deſcendentes, in quibus vera agnatio
conſervari, & deſiderium Teſtatoris expleri po-
terat, admittendi eſſent ad ſucceſſionem abſque
onere prædicto geſtandi nomen, & Inſignia Te-
ſtatoris eo ſub obtentu, quod tale gravamen non
fuerit eis injunctum, idemque limitatè adpoſi-
21 tum cenſeatur ſolis Cognatis, illiſque ſubſtitu-
tionum gradibus, quibus expreſsè adiectum le-
gitur, quæ ſanè reſtrictio nemo non videt quan-
tum repugnet menti Teſtatoris, inanis namque
fuiſſet diligens cura, & ſtudium, atque incul-
cata præcepta, quibus ille Cognatis hoc onus
adiecit, ſi antequam ad eos ſucceſſio deveniret,
jam per alienas familias, & diverſo nomine,
quàm Peruginorum, diviſa, poſſeſſaque fuiſſet
ejus hereditas, hac enim ratione vel, in perpe-
tuum, Peruginorum cognomen tot mediis voli-
22 tum, votiſque omnibus exoptatum à Teſtatore,
perpetuâ oblivione in Agnatis obrueretur, aut
ſaltem, nonniſi poſt plura ſecula reviviſceret, ut
egregiè ponderat *Manſ. d. conſult. 102. ſub n. 8.
§. Verùm ſi conjecturis verſ. hic manifeſtè tom. 9.*

Quo circà, nè mediis omninò inefficacibus,
& contrariis ad tantoperè optatum finem Teſta-
tor adſpiraſſe videatur, dum progreſſus fuit ad
delectum perſonarum, quibus agnationem na-
23 turalem ficto modo reſtaurare voluit, omninò
dicendum eſt, cum tali gravamine non deferendi
cognomen, & arma familiæ Peruginæ vocaſſe
etiam primos Deſcendentes, & Subſtitutos, quam-
vis hoc onus eiſdem expreſsè non adpoſuerit,
aliàs enim deſtrueretur finis præcipuus perpetuò
manutenendi, & conſervandi nomen, domum,
& familiam Peruginam in omnibus Maſculis
24 agnatis, his tantummodò omnibus deficienti-
bus, ordinando ſubſtitutionem favore Maſculi
ex Cognatis eligendi cum onere ſupradicto,
adeout, ſi, nonniſi cum tali gravamine, dicerentur
vocati omnes etiam primi Deſcendentes agnati,
daretur qualitas ſinè ſubſtantia, ut ponderat
*Altògrad. conſ. 92. num. 27. lib. 1., & conſ. 81.
n. 16. & 28. lib. 2., Balducc. obſervat. ad conſ. 15.,
Ramon. num. 56. & 57., & rer. Judicat. tit. de
legat. deciſ. 3. num. 14., & ſeqq., Rota in Piſau-
ren. Fideicommiſſi de Bigazzinis 14. Novem-
bris 1605. coram Litta, apud Giovagn. conſ. 75.
num. 72. lib. 1., coram Arguell. deciſ. 54. n. 26.
& 27., & deciſ. 20. num. 3. & 4. part. 19. rec.*

Naturalis itaque rationis dictamini maximè
conſonum eſt, quod præceptum deferendi no-
men, & arma à Teſtatore injunctum ob eum
dumtaxat finem, nè ſui nominis memoria um- 25
quam interiret, magis convenit primis Agnatis
maſculis vocatis, quibus ſuperſtitibus, naturalis
agnatio durat, & ſubſiſtit, quàm Cognatis ſub-
ſtitutis. Quæ enim vera, & rigoroſa agnationis
contemplatio ex hujuſmodi delatione armorum, 26
& nominis familiæ conſiderari poteſt in iis per-
ſonis, quæ extraneæ ſunt, & agnatitiam quali-
tatem non habent, & quæ, nonniſi extinctis ve-
ris Agnatis, ideoque ſublato ſubiecto, in quo
vera agnatio conſervatur, admittendæ ſunt ad
ſucceſſionem? ut optimè ratiocinatur *Torr.
cap. 38. n. 60. part. 1. de Primogen., & majorat.
Ital.* Præceptum igitur deferendi nomen, & In- 27
ſignia Fideicommittentis ex veriſimili illius vo-
luntate demandatum cenſendum erit quouſque
extent veri Agnati, & per conſequens latam re-
cipiendo interpretationem comprehendet eos
omnes, quibus generalis ratio, & præſumpta 28
Inſtitutoris mens convenire, & adaptari poteſt,
prætereaque, cum ratio illa generalis, & præci-
pua, quam noſter Fideicommittens expreſſit,
quod *prædicta omnia fecit, & reliquit pro manu-
tenenda, & conſervanda agnatione, caſata, &
familia ipſius D. Teſtatoris* = æquè vigeat in om- 29
nibus gradibus, & perſonis, efficit, ut grava-
men, quod videbatur certas perſonas, & gra-
dus reſpicere, porrigi, ſivè trahi debeat ad omnes
gradus, & perſonas ſinè præfinitione aliquâ,
quoniam in eis eadem militat identitas rationis,
& præſumpta Diſponentis voluntas, unde eâdem
generali ratione urgente, gravamen in uno ca- 30
ſu, aut ſubſtitutionum gradu à Teſtatore omiſ-
ſum pro expreſſo habendum eſt, ex illa inter-
pretatione, vel ſuppletione, quam lex ex veri- 31
ſimili Teſtantis voluntate facere ſolet, ad *Text.
in l. cum autem ff. de condit., & demonſtr., leg.
acutiſſimi Cod. de fideic., leg. Cum Pater §. Dul-
ciſſimis ff. de legat. 2., Imola in leg. Si quis ità
§. Eà lege num. 9. ff. de verbor. oblig., Bald. in
leg. Quod verò nu. 1. ff. de legib., Corn. conſ. 173.
col. 3. ſub num. 30. lib. 4., Pariſ. conſ. 83. num. 21.
22., & ſeqq. lib. 2., Caſanat. conſ. 4. ex num. 59.
uſque ad 80., Maſcard. de probat. concluſ. 1136.
ex num. 8. uſque ad 13., Mantic. de conject. ulti-
mar. volunt. lib. 6. tit. 14. num. 8., Molin. de Pri-
mogen. lib. 1. cap. 4. num. 24., & plurib. ſeqq.,
& cap. 5. num. 6., & ſeqq., & num. 9., Mierez.
de Majorat. 2. part. quæſt. 4. illat. 8. num. 212., &
ſeqq., optimè Caſtill. de more ſuo plures congerens
quotid. contr. Jur. lib. 5. de conjectur. & interpret.
ultim. volunt. cap. 181. à num. 5. ad 24., ſignanter
à num. 6. ad 13., clar. mem. Card. de Luc. de fi-
deicom. diſc. 49. num. 6., & egregiè diſc. 253. n. 3.
in ſupplem., Rocca diſput. Jur. ſelect. cap. 194.
num. 136., & ſeqq., Balducc. deciſ. & rer. Ju-
dic. tit. de legat. d. deciſ. 3. num. 18. 19. & 20.*

At cur in re non dubia argumentis utimur

non neceſſariis ? Quippe Jo: Mariæ Perugini
mentem fuiſſe, ut primi inſtituti, & ſubſtituti
invitati ſuccederent in ejus hereditate cum obli-
gatione deferendi nomen, & arma familiæ Pe-
ruginæ evidens, & apertum ſit, iterum, atque
iterum memoriâ repetendo teſtamentariam di-
ſpoſitionem, in qua ille primo loco vocavit fi-
lios ſuos maſculos, & deſcendentes ab eis, ſem-
per tamen maſculos ex maſculis in infinitum, his
deficientibus ſubſtituendo proximiores Agna-
tos *de agnatione, caſata, & familia* ipſius Te-
ſtatoris ſemper maſculos, & denique, ſi hos
quoque ob humanarum rerum viciſſitudinem de-
ficere contigiſſet, mandando eligi unum Maſcu-
lum ex Cognatis cum onere, & præciſo grava-
mine aſſumendi nomen, & Inſignia Teſtatoris,
ex hoc enim diſponendi modo apertè ſuade-
tur, ſolertiſſimum Teſtatorem primis Maſculis,
aliiſque ſubſtitutis de vera agnatione Perugino-
rum jam nuncupatis, onus aſſumptionis no-
minis, & delationis Inſignium familiæ ſuæ,
32 ideo adiicere omiſiſſe, quia ſuperfluum omninò
duxerat hoc gravamen imponere illis, quibus ex
origine, & qualitate naturaliter inſitum, &
33 ingenitum eſſe ſciebat, & per conſequens illos
vocavit, nullâ penitus factâ expreſſione cogno-
minis, & Inſignium, quia in eiſdem præſuppo-
ſuit præfatas qualitates, & quod procul abeſſet
34 periculum mixturæ, atque aſſumptionis alterius
cognominis, ut benè ratiocinatur *Soccin. Jun.
conſ.69. ſub num.22. verſ. ex quo poteſt lib.3., Aymon. conſ.985. num.51. antè fin., Caſanat. conſ.47. num.59., & ſeqq., Caſtill. quotidian. contr. Jur. lib.5. d. cap 181. ſub num.7. verſ. Imo caſus omnes, bene Manſ. d. conſult.102. num.9. §. Neque forte tom.9., Rot. coram Cerro dec.910. ſub num.9., deciſ.98. num.6. in fin. part.8., deciſ.316. num.16. part.11., deciſ.65. num.15., & deciſ.181. num.21. part.17. rec., & in Romana Fideicommiſſi de Mutinis 25. Junii 1694. §. Tum etiam ponderatâ coram R.P.D. meo Muto impreſſ. poſt clar. mem. Card. de Luca ad mater. de fideic. deciſ.14. num.4.*

Huic verò apertæ, & claræ Teſtatoris volun-
tati conſonat naturæ, & Juris ratio, nam, cum
35 ad fictionem non ſit recurrendum, niſi poſtquam
defecerit veritas, ut notant *Palm. deciſ. Lucen. 275. num.25., Rot. coram Dunoz. Jun. deciſ.739. num.4. & 5., d deciſ.69. num.35. part.17. rec.,*
colore nullo ſuaderi poterit, Teſtatorem adeò
36 ſollicitum conſervationis propriæ agnationis, &
familiæ, per fictionem tantum aſſequi voluiſſe
perpetuitatem illam, quam per legitimum, &
37 naturalem modum magis perfectè obtinere pòte-
rat, veriſque Agnatis permiſiſſe in alienas ſe con-
jicere familias, & quamvis extranea arma, &
38 nomen gererent, eiſdem indulſiſſe fruitionem
ſuorum Bonorum, impenſo ſtudio, & diligenti
curâ relictorum, primò prò naturalis, deinde-
que pro artificialis familiæ Peruginæ conſerva-
tione, unde, ſi artificiales Agnatos cum onere
numquam deferendi cognomen, & Inſignia ſua
invitavit, magis juſtâ ratione credendum eſt,
cum eodem gravamine Deſcendentes ſuos vocaſ-
ſe, noluiſſeque, ullo umquam tempore ab eis de-
poni poſſe, ut optimè proſequitur *Manſ. d. conſult.102. num.9. verſ. Secundo, clar. mem. Card. de Luc. de fideicom. d. diſc.253. num.4. in ſupplem.*;
& hoc gravamen ideò expreſsè illis adiicere omi-
ſiſſe, quia primò diſpoſuerat inter filios, & De-
ſcendentes, qui eiſdem Inſigniis, armis, & no-
mine utebantur, &, eis deficientibus, proximio-
res, & eos, qui ex ſua familia procederent, ſub-
ſtituerat, qui paritèr eiſdem cognominibus nun-
cupabantur, atque idcircò delatio ejuſdem no-
minis uſque adeò eis conveniebat; propriumque
erat, ut de hoc minimè ambigens Teſtator nihil 39
deliberandùm putaverit, ſuperfluumque credi-
derit illos admonere, ſpeciale injungendo grava-
men, quâ ſpe ſi fruſtraretur Teſtator, fruſtra-
rentur etiam omnia illius vota; poſſent nam-
que Subſtituti, poſitis gentilitiis inſignibus, & no-
mine, frui Bonis ab ipſo relictis, quo nihil eſſet ab- 40
ſurdius, & adverſaretur rectæ, & benè ordina-
tæ illius menti, ut notant *Caſtill. quotid. lib.5. de conject., & interpret. ultim. volunt. cap.136. ſub num.76. §. Primò raro, aut numquam, Torr. de Primogen. Ital. part.1. cap.38. num.138., & firmant Manſ., & Card. de Luc. ſupra allegati.*

Fortiùs verò hæc urgent, ſi ſpectemus, Teſta-
torem, deficientibus omnibus Agnatis ſuis pri-
mo loco vocatis, nè ſuæ familiæ nomen um-
quam periret, ſed perennis illius memoria per-
petuò vigeret, deveniſſe ad vocationem Cogna-
torum = *In eventum, in quem extingueretur in totum linea maſculina dd. ejuſdem Teſtatoris heredum inſtitutorum, ac, ut ſupra, vocatorum omnium pro manutentione, & conſervatione Caſatæ, & Familiæ ipſius D. Teſtatoris, ſeù veriùs illius nominis* =,
ex quibus verbis planum fit, hanc qualitatem,
& onus gerendi nomen, & ſtemma gentilitium,
Teſtatorem expetiiſſe etiam in primis ſubſtitu-
tionum gradibus, quamvis literalitèr non ex-
preſſerit, nam, cum eos vocaverit, ut manute-
nerent, & conſervarent *caſatam, familiam*, ſeù
veriùs *illius nomen*, utique hoc conſervare ne-
quibant primi Succeſſores agnati inſtituti, & 41
ſubſtituti diverſa inſignia, & cognomen defe-
rentes, quia tunc reputari ampliùs non poterant
de familia, & nomine Perugino, ſed de genere 42
illo, cujus cognomine appellabantur, ex diver-
ſo enim cognomine, & diverſis Inſignibus fa- 43
miliæ diſtinguuntur: & qui idem cognomen,
ſive genuinum nomen alicujus familiæ gerit, is
quoad ſubſtantiam ejuſdem ſanguinis, familiæ,
& agnationis eſſe cenſetur, *leg. ſtigmata Cod. de* 44
*Fabricen., & in leg. ad cognoſcendum Cod. de ingen. manumiſſ., Cephal. conſ.90. num.17., & 18. vol.1., Caſſan. in Cathalog. Glor. Mund. part.1. conſiderat.48. num.41., cum aliis per Knipſchilt. de fideicom. d. cap.13. ſub num.19., & num.22. verſus finem, Torr. de Primog. Ital. part.1. cap.38. num.450., Rot. coram Cerro d. deciſ.910. n.8.*

Et vota Teſtatoris optantis conſervationem
ſuæ *caſatæ, familiæ, & nominis* cum quaſi
ſempiterna, & numquam interrupta continua-
tione fideicommiſſi à ſe conditi in ſua familia,
adimpleri perfectè non poterant, niſi pro tem-
pore

pore in illo ſucceſſuri, eodem cognomine Peru-
45 gino ſe nuncuparent, eiſdemque uterentur In-
ſignibus, memoriæ enim, nominiſque conſerva-
tio nullo alio medio obtineri poteſt, quàm ex
nominis, & armorum delatione, ſicut ex eorum
omiſſione memoria Teſtatoris omninò perit,
atque penitus aboletur, ideoque non modò ve-
riſimilitèr, ſed etiam neceſſario omninò creden-
dum eſt, quod id Teſtator voluerit etiam in
primis gradibus, quamvis non expreſſerit, eo
46 ipſo, quod conſtituere profeſſus fuit perpetuum
deſcenſivum fideicommiſſum pro conſervatione
agnationis, domus, caſatæ, & familiæ, proin-
deque ad illud vocati coguntur nomen domus
conſervare, & arma familiæ retinere, ut opti-
mè probat *Fuſar. d. conſ.175. num.12. & 13.*,
*Caſtill. quotid. contr. Jur. lib.5. cap.136. num.76.
tot. §. Et memoriæ, & ſeqq.*

Id etiam confirmatur argumento ducto ab ex-
preſſa prohibitione alienationis facta, ut Bona
ſub fideicommiſſo relicta, perpetuò conſervaren-
tur, & devenirent in Teſtatoris filios heredes,
& ceteros omnes inſtitutos, & ſubſtitutos, utque
perpetuis futuris temporibus in agnatione rema-
nerent, d. prohibitionem nedum faciendo omni-
bus inſtitutis, & ſubſtitutis, verùm etiam illam
extendendo ad eos omnes actus, qui ſub hoc vo-
cabulo latiſſimè ſumpto venire poterant, & de-
mum ſub eadem prohibitione comprehendendo
legales omnes detractiones, adpoſitâ, & expreſsâ
latiſſimâ, omniumque caſuum comprehenſivâ
ratione, videlicet = *ut Bona ſemper, & conti-
nuò* ſunt verba diſpoſitionis, *in familia, & agna-
tione remaneant, & ut proprietas, & poſſeſſio ex
nomine, & genere ipſius D. Teſtatoris in alium
non transferatur, quia omninò, & cum effectu
omnia Bona præfata voluit eſſe, & perpetuò ſtare,
& remanere in domo, agnatione, caſata, &
familia ipſius D. Teſtatoris* =, iterum adjiciens,
quod nullo pacto, causâ, prætextu alienari poſ-
ſent, = *quia omninò idem Teſtator voluit, Bona
prædicta eſſe, & reſtare in agnatione, & fami-
lia, & deſcendentia maſculina ipſius D. Teſtato-
ris, & dd. ejus heredum inſtitutorum, & ſubſti-
47 tutorum* = hæc enim tàm rigida, & arcta prohibi-
tio cujuſcumque alienationis, & detractionis ex
quacumque cauſa, & prætextu indicta, ex ra-
tione, ut Bona perpetuò obnoxia eſſent fidei-
commiſſo condito pro conſervatione *domus,
agnationis, caſatæ, & familiæ*, ac deſcen-
dentiæ maſculinæ ipſius Teſtatoris, rei eviden-
tiâ evincit, Teſtatorem in animo, menteque
habuiſſe eos tantùm vocare, qui deferrent no-
men, & Inſignia ipſius familiæ, nàm, cùm
tàm primis filiis, & aliis omnibus heredibus in-
ſtitutis proximioribus de familia, quàm Cogna-
tis expreſsè vetuerit omnem alienationem, ut
Bona in caſata, familia, & agnatione perpetuò
manerent, profectò adeò enixum deſiderium
conſervandi Bona in agnatione, & familia vo-
lüum, & demandatum etiam filiis, & primis
48 heredibus inſtitutis apertè demonſtrat excluſio-
nem illorum, qui non deferrent nomen, & In-
ſignia Teſtatoris, nam ceteroquin non adimple-
retur votum Teſtatoris conſervandi Bona in ejus
*caſata, & familia*, ſi admitterentur Agnati, 49
alienæ familiæ nomen, & Inſignia uſurpantes,
ideoque, cum Teſtator proſpexerit conſervationi
agnationis, *caſatæ, & familiæ ſuæ*, oportet,
eumdem vocaſſe ad fideicommiſſum ſolos Ma-
ſculos ex agnatione ſua procedentes, & per con-
ſequens illos, qui retinerent nomen familiæ gen- 50
tilitiæ, & vocarentur de Peruginis, cum iſtis
tantùm conveniat nomen illud *caſatæ, domus,
& familiæ*, ad *Text. in leg. Familiæ 196. ff. de
verbor. ſignific., leg pronunciatio §. Familia ff.
eod., Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſum. 88.
num.12., Mantic. de conject. ultim. volunt. lib.8.
tit.12. n.17., Caſtill. quotid. contr. lib.5. cap.93.
§.17. à num.1. ad 5., Mierez. de majorat. part.2.
quæſt.6. num.419., Knipſchilt. de fideicom. cap.1.
num.35., & latiùs num.35., Torr. de majorat. &
Primog. Ital. cap.25. §.9. num.111. & 112., &
cap.38. §.11. num.282., & plurib. ſeqq., optimè
Rot. coram Ubag. decis.24. n.6., in rec. decis 170.
num.2. part.16., decis.127. num.6. part.18., &
coram bon. mem. Emerix decis.1335. num.4., &
in Romana Fideicommiſſi de Moronis 4. Maii 1699.
coram R. P. D. meo Priolo inter collect. à Palma
decis. Lucen. decis.218. num.5. 7. 8. & 9.*

Maximâque notâ digna ſunt verba illa, & ra-
tio adpoſita in prohibitione alienationis, ſcili- 51
cet, = *ut proprietas, & poſſeſſio ex nomine, & ge-
nere ipſius D. Teſtatoris in alium non transfera-
tur* =, quæ expreſſa ratio cum indicet præciſam
voluntatem Teſtatoris, ut Bona conſerventur
in iis, qui ſunt de ſuo nomine, perſpicuum fit,
quod, ſi Agnati in primo, & ſecundo ſubſtitutio-
num ordine vocati aſſumentes alienam fami-
liam ſuccedere poſſent in fideicommiſſo conſti-
tuto a Perugino, proprietas, & poſſeſſio Bono-
rum exiret ex genere, & nomine Fideicommit-
tentis, & transferretur in diverſum nomen, &
alienam familiam contra apertam voluntatem
Teſtatoris prohibentis tàm primis heredibus,
quàm omnibus aliis ſubſtitutis quamcumque alie-
nationem, expreſsâ causâ, ne Bona ex nomine,
& genere ſuo exirent, hoc eſt, ut manerent in 52
iis, qui eſſent de ſua *familia, & cognomento*,
cum *familia*, & *nomen* pro eodem accipiatur, 53
idemque ſit dicere: de meo *nomine* non exeat, ac
velle: de *familia* mea, de mea agnatione non
exeat, & proinde neceſſe eſt, ut, qui vocantur, 54
ſint ex eodem nomine, aliàs non admittuntur ad
hoc fideicommiſſum, ut, per *Text. in d. leg. it,
qui cum plures 94. ff. de legat.3., leg. Cum ità §. In
Fideicommiſſo ff. de legat.2.*, *egregiè probat Cuiac.
oper. poſth. tom. 4. part. 1. Comment. ad leg. filius
familias 114. §. Divi ff. de legat. 1. ſub lit. A*, ibi
= *plerumque autem exprimitur hæc cauſa, nè de* 55
*nomine meo exeat, quibus verbis Teſtator id facit,
ut res conſervetur in iis, qui ſunt de ſuo nomine,
familiam, & nomen pro eodem accipimus, leg. om-
nia &c. ità exprimit, nè de familia exeat, ne ex
nomine familiæ, aut familia nominis* =, *fol. mihi
1159., Alexand. conſ.105. num.6. tom.7., Per-
alta in leg. cum ità legatur §. In fideicommiſſo ff.
de legat.2. num.18. verſ. ſed & gloſſ. fol.364.*, ubi
inquit,

56 inquit, quod vox illa *nomen* de ſui natura eſt ſpe-
cialis, & ſtricta, quia pertinet ad ſolos Agnatos,
per quos conſervatur cognomentum Defuncti,
& ſic memoria ipſius, ſubditque, hoc non indi-
gere ulteriori confirmatione, & optimè firmat
*Hieron. Lea deciſ. Valent. tom. 2. deciſ. 170. à
num. 4. ad 9.*

Hæc igitur cum ità ſe habeant, parùm officere
57 videtur, quod Teſtator veris Agnatis, ut ſupra,
inſtitutis, & ſubſtitutis non indixerit pœnam
caducitatis, & privationis in caſu non geſtatio-
nis inſignium, & nominis gentilitii, quia, præ-
terquam quod ille abſtinuit ab expreſſà pœnæ ul-
lius irrogatione, eò quod ſuppoſuerit, iſtos tam-
quam de ſua familia, & agnatione numquam il-
lud fore rejecturos; proindeque, licèt caducita-
tis pœna materialibus verbis inflicta non legatur
in ea teſtamentariæ diſpoſitionis parte, in qua
Agnati maſculi inſtituti, & ſubſtituti reperiun-
tur, attamen ex verbis, ex identitate rationis,
58 & ex clara denique mente Teſtatoris, iſtis quo-
que illam impoſitam omni ratione cenſendum
ſit, ſi hi ullo umquam tempore fideicommiſſum
ſuum obtinere præſumpſiſſent abſque delatione
nominis, & inſignium familiæ Perugini, *Palm.
alleg. 230. num. 5.*; *Rota in Urbevetana Fidei-
commiſſi 12. Januarii 1685. §. Attentà præſer-
tim, & in Ariminen. Fideicommiſſi 3. Martii
1692. §. Idque clarius coram R̃mo D. Hervault.*

Satis eſſet dicere, quod lex ſivens Teſtatorum
59 voluntati præcipit, ut ea, quæ diſpoſita ſunt à
morientibus, impleantur, ideòque inobſequen-
tes, de mera Juris cenſura, commodis omnibus,
60 utilitatibuſque ex teſtamento delatis orbantur,
tametſi Teſtator expreſsè privationis pœnam
61 non irrogaverit, ut ſancitur in *§. Si quis autem
non implens Auth. de hered., & falcid.*, ex qua
ſumpta eſt *Auth. hoc amplius, & leg. final. in fin.
Cod. de Fideicomm.*, ubi *Imperator* reſpiciens le-
ges, quæ juſtis diſpoſitionibus Teſtatorum omni-
modè heredes obedire compellunt, ait, quod
62 ſtrictiùs illæ cauſam exigentes, etiam amittere
lucrum hereditatis ſanciunt eos, qui Teſtatoribus
ſuis minimè paruerint, ut benè, ex his juribus,
ad rem noſtram concludunt *Paris conſ. 1. n. 68.,
Theſaur. quæſt. forenſ. lib. 1. quæſt. 34. num. 13.,
& ſeqq., Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 582. num. 2.,
Ciarlin. contr. 43. per tot., & contr. 126. n. 26.,
& ſeqq., Palm. alleg. 45. num. 34, clar. mem.
Card. de Luc. de Fideicomm. diſc. 7. num. 13.,
diſc. 13. num. 18., diſc. 14. num. 8., & in Summ.
num. 348., Rot. deciſ. 437. num. 4. part. 4. rec.*

Cum itaque lex ipſa inviolabiliter obſervari
præcipiens, & exitum habere optans ſuprema
morientium arbitria, adverſus inobedientes
63 pœnam ſtatuat privationis, indè fit, quod in
noſtra hypotheſi Agnati in primo, & ſecundo
ſubſtitutionum ordine vocati tenebantur ex men-
te non dubia Teſtatoris deferre cognomen, &
arma, privationis pœnam ſubituri, ſi tale onus
detrectaſſent, etiamſi illa expreſsè à Diſponente
ſtatuta non fuerit, ut in ſpecie tradit *Barry. de
ſucceſſ. lib. 17. tit. 18. de condit. nomin., & inſign.
defer. num. 2., & ſeqq., Urceol. conſult. 84. num.
23., Rota in Albanen. Caſtri Nemoris 14. Maii
1688. §. 1., & §. Demum cor. clar. mem. Card.
Caccia, & cor. bon. mem. Emerix jun. dec. 1059.
num. 15., & in Romana Fideicommiſſi de Avila
4. Martii 1694. §. Non obſiſtente coram R.P.D.
meo Muto.*

Minus urget, quod dd. duo fideicommiſſa,
Peruginum, & Amorinum, non ſint incompati-
bilia, ex quo in illo Perugino non continetur
præceptum deferendi arma, & nomen familiæ 64
ſimpliciter ſinè mixtura aliorum, quia, cum ta-
lis mixtura prohibita reperiatur in fideicommiſſo
Amorino, hoc ſufficit, ut dd. fideicommiſſa
ſint invicem incompatibilia, cum utrumque fi- 65
deicommiſſum poſſideri nequeat citra violatio-
nem voluntatis, ſaltem Matthæi de Amorinis,
mandantis delationem cognominis, & inſignium
propriæ familiæ ſinè ulla mixtura alterius agna-
tionis, & familiæ, eâque propter, cum D. An-
tonius poſſideat hereditatem Amorinam, non
poteſt utrumque præceptum adimplere, & per
conſequens debet fideicommiſſi Perugini ſucceſ-
ſione carere, etiamſi à Fideicommittente ex-
preſsè inflicta non legatur pœna caducitatis, cum 66
iſta ſubintelligatur, veluti ex deficiente veriſi-
mili Diſponentis voluntate, *Bartholom. Soccin.
conſ. 70. num. 25. lib. 4., & conſ. 188. num. 12. lib.
2., Valenz. conſ. 69. ex num. 26. uſque ad nu. 46.,
Molin. de Primog. Hiſpan. lib. 2. cap. 14. nu. 26.,
& de juſtit, & Jur. tom. 1. diſput. 615. num. 6.,
Theſaur. jun. lib. 1. quæſt. forenſ. quæſt. 34. n. 13.
cum ſeqq.*, & optimè post ent *Caſtill. contr. jur.
lib. 5. de conject., & interpret. ultim. volunt. d.
cap. 136. num. 77., Card. de Luc. de Fideicomm.
d. diſc. 13. num. 17., & 18.*

Extremum eſt, ut reſpondeamus *Deciſionibus
in Bononien. Fideicommiſſi de Ghiſellis 24. Ja-
nuarii 1685., & 17. Maii 1686. coram R̃mo D. 67
Hervault., & 4. Julii 1677. cor. clar. mem. Card.
Caccia inter impreſſ. poſt Balducc. ad Ramon. de-
ciſ. 11., 12., & 13.*, in quibus firmatur, quod
ex onere ſubſtitutis adpoſito deferendi nomen,
& inſignia Teſtatoris, non deſumatur argumen-
tum contemplationis agnationis, cùm d. onus
non egrediatur perſonas, quibus demandatum 68
fuit, nec tacitâ interpretatione trahi poſſit ad
ſubſtitutiones, & partes teſtamenti omninò di-
ſtinctas, & ſeparatas, in quibus à Teſtatore præ-
termiſſum legitur.

Quoniam, ſi dd. *Deciſionum* termini benè per-
pendantur, tantum abeſt, quod adverſentur no- 69
ſtræ hypotheſi, ut potius nobis mirabiliter fa-
veant; Omiſſo enim, quod in illis non diſcepta-
tur, an ſubſtituti ſuccedere valerent abſque onere
deferendi nomen, & inſignia de Ghiſelliis, ſed ſo-
lummodò quærebatur, an, defuncto ultimo Ma-
ſculo alterius lineæ, ſuperſtitibus tamen fœmi-
nis, & Maſculis ex eis, Maſculus ex Maſculo ex
alia linea virtute reciprocæ inter dd. lineas ordi-
natæ excluderet Maſculos procedentes à dd. fœ-
minis, ad quod negativè *Sacra Rota* reſpondit,
ob eam rationem, quia Teſtator in unaquaque
linea vocaverat filios, & Deſcendentes tantum-
modò, ſub qua vocatione tàm fœminæ, quàm
Ma-

Digitized by Google

Maſculi ex fœminis includuntur, nec ab hac ſen-
tentia recedere valuit ſub obtentu, prout præ-
tendebat Actor, quod Teſtator motus fuiſſet vo-
to conſervandi Bona in agnatione, quod dedu-
cebat ex onere aſſumendi cognomen familiæ de
Ghitellis ſubſtitutis injuncto, quia, ut benè ſub-
diderunt *Deciſiones*, & præſertim prima *num.7.*,
70 onus deferendi nomen, & inſignia tunc arguit
contemplationem agnationis, quando, vocatis
priùs veris Agnatis, in eorum deinde defectum
cum d. onere Teſtator invitat extraneas perſo-
nas, quia hoc caſu perſpicuum eſt, Diſponen-
tem in animo habuiſſe conſervandi hereditatem
in ſua agnatione naturali primùm, quoad potuit,
& poſtea in artificiali, aliter verò res ſe habet,
71 quando, extantibus adhuc veris Agnatis, qui
modo non ficto naturalem agnationem conſer-
vare potuiſſent, his poſthabitis, vocati fuerunt
Extranei, eiſdem injuncto hoc onere, hoc enim
caſu talis obligatio cenſeri nequit impoſita gra-
tiâ agnationis conſervandæ, ſed dumtaxat ad
qualemcumque proprii nominis perennitatem in
ficta agnatione conſequendam, quam æquè con-
ſervare poſſunt deſcendentes ex fœminis, ac
quilibet alius Maſculus ſubſtitutus, & in his etiam
72 terminis, & retentâ hac diſtinctione, loquitur
*Deciſio in Bononien. Fideicommiſſi de Ballattinis 3. Junii 1683. cor. R. P. D. meo Caprara impreſſ. deciſ. 2. poſt Balducc. ad Raman. num. 18. tom.2.*

Et propterea adhærendo etiam dd. *Deciſionum*
diſtinctioni confirmatur, Joannem Peruginum
ex onere injuncto Cognatis ſubſtitutis aſſumendi
nomen, & deferendi inſignia propriæ familiæ
proſpexiſſe ſemper contemplationi agnationis,
& conſervationi proprii nominis, & familiæ,
dum ipſe inſtituit primùm quatuor filios maſcu-
los verè agnatos, & deſcendentes ab eis in infi-
nitum, ſemper maſculos legitimos, & natura-
les, quibus extinctis, vocavit proximiores de
ſua agnatione, & familia in infinitum, &, his
omnibus deficientibus, in ſubſidium poſtea ad
73 artificialem conſervationem ſuæ agnationis con-
volavit, vocando Cognatos cum d. onere, quo
caſu nemo eſt, qui dubitet, cenſeri à Teſtatore
habitam rationem agnationis conſervandæ, ut
optimè firmant *dd. Deciſiones, prima num. 7., & 8., & ſecunda ſub num. 11., & 12. cor. Rmo Hervault*, ubi ait, quod, ſi poſt defectos omnes ve-
ros agnatos habiles ad propagandam naturalem
74 agnationem, Teſtator cum d. onere vocaverit
Extraneos, eo caſu dubitari non poſſit, = *Teſta-
torem votis omnibus ſtuduiſſe agnationis conſerva-
tioni, dum, naturali ſolùm extinctâ, artificiali
modo reintegrare curaſſet* =, & optimè has *Deci-
ſiones* explicat, & declarat *Manſ. d. conſult. 102. à num.10. ad finem tom.9.*

Cum itaque in noſtra hypotheſi, evolutâ totâ ſerie teſtamentariæ diſpoſitionis Senatoris, ſemper appareat, illius primarium, & præcipuum finem fuiſſe proſpicere perpetuæ conſervationi Bonorum in ſua agnatione, *familia*, *domo*, & *caſata*, hancque ſemper contemplatam fuiſſe, naturali priùs, & poſteà artificiali modo, conſequens eſt, quod ii, qui ad illius hereditatem, & Bona adſpirant, deferre debeant ejuſdem nomen, & inſignia, cum iſtorum tantùm delatione memoria Teſtatoris, & agnatio conſervetur, ex ſuperius allegatis.

## *Maceraten.*

Nominis, & inſignium aſſumptionis declaratio non requiritur, quando non eſt injuncta. A caducitate ob contraventionem excuſat juſta, legitimaque cauſa: & quando ex defectu interpellationis caducitas non incurratur? Caducato herede ob omiſſam nominis, & inſignium aſſumptionem, Subſtitutus cum eiſdem vinculis, & conditionibus, hereditatem adeundo, idem onus debet aſſumere. Summo Pontifici poteſtas eſt commutandi ſupremas Defunctorum voluntates. An autem, & quando cenſendus ſit ejuſmodi gratiam conceſſurus? Caducato herede, ejus filii, ſi non tamquam eidem ſubſtituti, ſuccedere tamen debent ultimo gravato ex ſubſtitutione proximiorum ipſi facta. Secundogenito ſubſtitutis omnibus ejus filiis, omnes æqualiter debent admitti, non illius dumtaxat Secundogenitus. Fœminarum excluſio non afficit earum filios maſculos.

## VOTUM XXVII.

1 *Onus aſſumendi nomen, & inſignia Teſtatoris, per illorum aſſumptionem ſatis adimpletum dicitur*, & num. 3.
*Etiam nullâ ejus rei declaratione factâ, quoties hæc à Teſtatore non ſit injuncta*, ibid. & n.8.
2 *De onere ubi agitur, ſtrictiſſima capienda interpretatio eſt.*
4 *Nominis, & inſignium delatio continuata præſumitur, niſi intermiſſa probetur.*
5 *Ipſaque continuatio ſupplet quamcumque ejus rei faciendam declarationem.*
6 *Facta meliùs, quàm verba voluntatem declarant.*
*Cum facta effectum ipſum oſtendant; verba verò quandoque contra voluntatem proferantur*, ibid.
7 *Obligatione reali meliùs, quàm verbali quis à mora liberatur.*
9 *Per pactum negativum efficaciùs declaratur Agentis voluntas.*
10 *Nominis, & inſignium alterius familiæ delatio regulariter vel non fit, vel non permittitur abſque præcedenti titulo.*
11 *Stante autem præcepto Teſtatoris, ad illud referenda eſt.*
12 *Ignorantia oneris præbet inadimplementi excuſationem.*
13 *Ignorantia juris ſibi delati in Succeſſore, ac etiam in Minore præſumitur.*
14 *Patris culpa filio ignoranti nocere non debet.*
15 *Contraventio illa in armorum aſſumptione præjudicat, quæ delicti ſpeciem habet.*
*Quamque nec error valet excuſare*, ibid.

16 *Er-*

16 *Error ex poſſibili juſta credulitate ſemper præſumitur in perſona ad onus obligata.*

17 *Error à caducitate excuſat.*

18 *Contraventio ex juſta ratione dolum excludit.*

19 *Ob ignorantiam juris cum onere delati reſtitutio in integrum concedenda eſt.*

*Nec obeſt ſcientia præſumpta*, num. 20.

20 *Scientia præſumpta delatæ ſucceſſionis eſt, quæ deducitur ex cohabitatione, conjunctione, & ſimilibus.*

21 *Scientia præſumpta non ſufficit pro amiſſione lucri.*

22 *Filius ex reverentia ergo Patrem non parens Teſtatori, etiam ſciens, excuſatur.*

23 *Ob contraventionem nemo debet ſinè interpellatione privari emolumento jam quæſito*, & num. 38.

24 *Procedit, etiam cum tempus eſt adjectum conditionis implemento.*

25 *Onus per viam non conditionis, ſed modi, per viam pœnæ injunctum dicitur.*

*Pœna autem ex contraventione non incurritur, niſi præcedat interpellatio*, ibid., & nu. 37.

26 *Diſpoſitio ex quibus conditionalis potiùs, quàm modalis cenſenda ſit?* & num. 27. ad 36.

27 *Onus nominis, atque armorum præſumitur modum potiùs, quàm conditionem importare.*

28 *Procedit & de alio quocumque onere.*

29 *Diſpoſitio conditionalis à modali ſecernitur, tribus concurrentibus requiſitis.*

*Inſtitutione ſcilicet purâ, adjectione oneris, & privationis pœnâ in caſu contraventionis*, ibid.

30 *Inſtitutionem puram arguunt ſubſtitutiones factæ per verba præſentis temporis.*

31 *Præſertim, quando adquiſitionis actus à nullius oneris implemento pendet.*

32 *Onus implendum poſt adeptam hereditatem, adquiſitionis actum reſpicere non dicitur.*

33 *Onus nominis, & armorum, per viam licèt conditionis explicatum, in præceptum reſolvitur.*

34 *Privationis hereditatis pœna in caſu contraventionis deſumitur ex facta aliorum vocatione.*

35 *Conditio poteſtativa adjecta cenſetur per viam non conditionis, ſed pœnæ.*

36 *Modus à conditione in eo differt, quod is, etiam poſt quæſitum emolumentum poteſt adimpleri.*

38 *Ob contraventionem ut quis privetur hereditate jam quæſita, requiritur nedum interpellatio, ſed etiam ſententia caducitatis declaratoria*, & nu.n. 39

40 *In diſpoſitione conditionali caducitatem quis effugit declarando, ſeſe onus adimplere velle.*

41 *Voluntatis quæſtio ceſſat, ubi nulla in verbis eſt ambiguitas.*

42 *Frater Fratri ab inteſtato ſuccedit.*

43 *Onus impleri non debet, niſi ab iis, quibus expreſsè injunctum fuit.*

44 *In conditione voluntaria non admittitur extenſio de caſu ad caſum.*

45 *In ſubſtitutionibus ſufficit facti, & materialis caſus diverſitas, ne conditio repetita cenſeatur.*

*Præſertim, ſi concurrat diverſitas perſonarum, & mutatio tum illarum, tum graduum*, n. 48.

*Procedit, concurrentibus etiam dictionibus illis repetitivis* = cum iiſdem vinculis, & conditionibus, ut ſupra = num. 49.

*Eædem enim repetitionem conditionis maximè inducunt, cum diverſitas adeſt graduum, & perſonarum*, num. 50.

*Et potiùs ad modum ſuccedendi referendæ ſunt* num. 51.

*Itidemque ſtare dicuntur demonſtrativè, ſeù declarativè*, num. 52.

46 *Teſtator onus adjicere noluiſſe cenſetur, ubi illud non expreſſit.*

47 *Diſpoſitio qualibet ſuis debet eſſe contenta qualitatibus.*

53 *Proximiorum nomine veniunt fœminæ æquè ac Maſculi.*

54 *Nominis aſſumendi onus agnationis conſervationem innuit*, & num. 133.

55 *Abſurdum autem eſt, quod illud fœminis injunctum fuerit*, & num. 73.

*Nomen enim familiæ conſervare nequeunt*, ibid.

56 *Conditionis repetitio abſurda locum faciens, cenſetur conſultò à Teſtatore omiſſa.*

57 *Repetitio inducitur vel ex unicitate orationis, vel plurium connexione, aut ex rationis identitate*, & num. 74.

58 *Diſtinctæ ubi ſunt ſubſtitutiones, ac ſeparata oratio, diverſa poteſt eſſe voluntas Teſtatoris.*

59 *Nec repetitio admittitur.*

60 *Sub una, eademque oratione plures ſubſtitutiones quomodò oſtendi valeant comprehenſæ.*

61 *Oratio non deſinit eſſe una, atque eadem, cum ab uno non regitur dumtaxat verbo.*

62 *Orationem unicam, aut diverſam arguit contextus, forma, ipſoque dicendi ratio.*

63 *Ordinata oratio plerumque res multas uno verbo regi non permittit.*

65 *Clauſulæ* = cum eiſdem vinculis, & conditionibus = ut ſupra = & non aliàs = *ſuâptè naturâ repetitivæ ſunt*, & num. 66.

67 *Et, ſi quam certam reſpiciant conditionem, ejus repetitionem inducere cenſentur.*

68 *Ex agnationis voto adjecto in omnibus ſubſtitutionibus, repetitum etiam in omnibus cenſetur onus nomen, & inſignia aſſumendi.*

69 *Præſertim, ſi in parte, quæ ſit velut norma totius diſpoſitionis, injunctum illud legitur.*

70 *Lex clara, atque expreſſa tradita in priori teſtamenti parte, normam præbet ad alias declarandas.*

71 *Onus in priori ſubſtitutione expreſsè adjectum, etiam in aliis cenſetur repetitum.*

*Concurrentibus præſertim clauſulis illis* = & cum eiſdem vinculis, & conditionibus, ut ſupra, & non aliàs = num. 72.

72 *Clauſulæ* = & cum eiſdem vinculis, & conditionibus = ut ſupra = *poſteriorem ſubſtitutio-*

*tionem antecedenti omnino parificant.*

74 *Onus nominis, & armorum non rarò etiam fœminis imponitur.*

75 *Neque id abſurdum debet cenſeri.*

76 *Voluntati Teſtatoris ſerviendum omninò eſt.*

77 *Repetitioni conditionis reſultanti ex teſtamenti verbis, abſurdi exceptio nequit apponi.*

78 *Soli Pontifici convenit derogare Teſtatorum voluntatibus.*

79 *Magiſtratuum ſententiæ, ſi ſint legibus mitiores, corruptæ videntur eſſe.*

80 *Principes autem decet Juris inflectere ſeveritatem*, & num.103.

81 *Princeps eſt legibus ſolutus.*

*Et poteſt etiam, quæ ſunt contra jus*, ibid.

*An verò poſſit ſupremas hominum commutare voluntates, inter Doctores controverſum eſt*, ibid.

*Alii enim adfirmant, alii negant*, num. 82. ad 87.

*Ea tamen poteſtas hodie in Principe de ſtylo præſupponitur*, num.88.

82 *Teſtandi facultas non jure civili, ſed jure gentium data reperitur.*

83 *Cauſſa tamen adquirendi ex teſtamento jure civili prodita eſt.*

84 *Teſtamenti factio eſt publici juris, nempè Romanorum*, & num.86.

*Et propriè à lege obvenire hereditates dicuntur*, ibid.

85 *Fideicommiſſorum jura fuere à Cæſare Auguſto conſtabilita, non gentium moribus, & conſenſu Populorum.*

86 *Teſtamenti effectus à jure confertur in tempus obitus Diſponentis.*

88 *In Principe ſtylus inductus voluntates commutandi, jus facit.*

*Maximè in Summo Pontifice*, ibid.

89 *Pontifex non minùs ſpiritualis, quàm temporalis poteſtatis plenitudine pollet.*

*In eoque ſolum de voluntate quærendum eſt*, ibid.

*Et quomodò?* à num.91. ad 114.

90. *Juſtus Princeps æquitatem à Juris civilis ratione numquam ſejungit.*

92 *Gratiam commutationis voluntatis in præjudicium agnationis Princeps nequit concedere.*

93 *Principis Reſcripto, jus alteri quæſitum, læſum non cenſetur.*

*Maximè, ſi inde everteretur ſubſtantia ipſa diſpoſitionis*, num. 95.

94 *Ultimæ diſpoſitiones in præjudicium eorum, quibus jus quæſitum eſt, commutandæ non ſunt*, & num.107.

96 *Supremis hominum judiciis nil ſanctiùs, firmiùſque eſſe oportet.*

97 *Voluntates hominum audiendæ, non jubendæ ſunt.*

98 *Jus ſuum unicuique tribuendum, nec Princeps juri alieno præjudicare debet* ibid.

99 *Principes ſeſe legibus alligatos profitentur.*

*Et principatum legibus ſubmittere majus imperio eſſe gloriantur.*

100 *Voluntates Teſtatorum everti nequeunt, niſi ex juſta, & neceſſaria cauſſa.*

*Talis autem non reputatur familiæ nobilitas, ac decor; & ratio* num. 101., & 102.

101 *Ultimarum voluntatum commutationibus locus eſt, nonniſi publicâ intercedente utilitate.*

103 *Quæ talis ſit, ut aliâ ratione publico bono conſuli nequeat.*

104 *Intellige, id procedere ſecundùm juris regulas.*

*Juxta quas non ſemper Principem decet, quod abſolutè poteſt*, ibid.

105 *Principis poteſtas juſtâ ratione eſt moderanda.*

106 *Et, quæ Principem non decent, nec poſſe is dicitur.*

108 *Teſtatoris proviſio in caſu voluntatis extenditur ad caſum etiam impotentiæ*, & num.117.

109 *Juſtitia, & æquitas mutuò conjungendæ ſunt.*

110 *Æquitas non ſuadet, quod ſupremæ hominum voluntates commutentur in alterius præjudicium.*

111 *Æquitati ſit locus ad Juris rigorem temperandum*, & num.113.

112 *Non ad conferendum beneficium cum injuria alterius, iniquitas id enim potiùs eſt*, ibid.

114 *Commutatio voluntatis cum damno alterius, aut injuria Teſtatoris juſtitiam non minùs, quàm æquitatem lædit.*

115 *Commutationi voluntatis an, & quando locus eſſe poſſit ex veriſimili Teſtatoris mente?* nu. 116., & ſeqq.

116 *Veriſimilis Teſtatoris voluntas in claris, & ubi deeſt calumniæ metus, non attenditur*, & num.117.

*Minùſque æquitas, aut voluntatis conjecturæ*, dicto num.116.

118 *Ultimæ voluntates non debent ſemper in incerto eſſe, ſed firmum ſtatum habere.*

119 *Heres in caſu obitus ſinè filiis nequit de fideicommiſſo perpetuò liberè diſponere in præjudicium vocatorum; & quando illud perpetuum cenſendum ſit?* num.121., & 122.

121 *Onus aſſumendi nominis, & inſignium conſervationem agnationis, ac perpetuum fideicommiſſum arguit.*

122 *Fideicommiſſum perpetuum ſatis reſultat ex digreſſu ad plures ſubſtitutionum gradus, voto perpetuitatis, & conſervationis Bonorum.*

*Inde autem excluditur eorumdem Bonorum libertas in herede ſinè filiis obeunte*, ibid.

123 *Eaque ad ulteriores ſubſtitutos deferenda ſunt.*

124 *Filii jure proprio vocati, non debent pœnâ Patris, abſque eorum culpa teneri.*

125 *Secus, cum de pœna agitur inflictâ toti contravenientis deſcendentiæ.*

126 *Tunc enim pœnam ſubire non dicuntur primariò ex facto Patris, ſed ex Diſponentis voluntate*, & num.127.

*Intellige, hæc procedere de excluſione contravenientis non perſonali; ſed reali* num. 130.

128 *Filios etiam afficit pœna Patris contravenientis, ubi alter in caſu contraventionis ſubſtitutus fuerit:*

129 *At, ſi non tamquam ſubſtituti eorum Patri, ſuccedere tamen debent ultimo gravato ex ſubſtitutione proximiorum ipſi facta:*

131 *Secundogeniti ſubſtitutis omnibus illius filiis; omnes pro æquali debent admitti, non illius dumtaxat Secundogenitus:*

132 *Fœminæ vocatione Maſculorum non comprehenduntur:*

*Stante præſertim agnationis contemplatione* num. 133:

134 *Cum voto perpetuæ conſervationis Bonorum in familia.*

135 *Atque expreſſâ illarum excluſione.*

136 *Fœminarum excluſio ad earum filios maſculos non extenditur.*

137 *Solaque ſpes illorum procreationis impedit, ne ſubſtituti remotiores admittantur.*

138 *Suſpenſâ interim ſucceſſione, ac delatâ Bonorum adminiſtratione heredi heredis gravati, non autem ad fideicommiſſarium.*

139 *Procedit, etiam in diſpoſitione per viam primogenituræ ordinata.*

Julius Cæſar Berninus:

Maria Monialis profeſſa.
Anna Antonia Monialis profeſſa:
Franciſcus obijt ſine filiis.
Maria Pandolphina nupta bon. mem. Mario Pecci:
Catherina nupta; ſed obijt ſine filiis.

Julius Cæſar Primogenitus.
Joannes Franciſcus Secundogenitus.

FIDEICOMMISSUM quond. Julii Cæſaris Bernini inſtitutum his verbis = *heredem ſuum univerſalem fecit Franciſcum Berninum ejus &c. ex ſe, & D. Franciſca Bonaccurſia natum, illiuſque filios, nepotes, & pronepotes, & alios Deſcendentes maſculos legitimos, & naturales in infinitum, in ſtirpes, & non in capita, fœminis ſemper excluſis, vulgariter, pupillariter; & per fideicommiſſum, ſed caſu, quo dictus Franciſcus ejus filius, & heres decederet ſine filiis maſculis &c., tali caſu per fideicommiſſum ſubſtituit filium ſecundogenitum naſciturum ex filia primogenita dicti ſui filii, quatenus extet, ſin minus ex filia ſecundogenita, & ſic gradatim; illiuſque filios, nepotes, pronepotes, & alios Deſcendentes maſculos legitimos &c. in perpetuum &c., ut ſupra: Qui heres, ut ſupra, ſubſtitutus, & alii prædicti teneantur infra menſem poſt adeptam hereditatem prædictam aſſumere cognomen, arma, & inſignia domus, & familiæ ipſius Teſtatoris abſque alia mixtione: Et quatenus in præmiſſis, aut aliquo præmiſſorum deficeret, ſeu deficerent, eodem titulo fideicommiſſi ſubſtituit eum, vel eos, qui ipſi ab inteſtato ſuccederent, qui modo, quo ſupra, teneantur pariter aſſumere cognomen, arma, & inſignia domus, & familiæ ipſius Teſtatoris.* =

*Caſu verò, quo prædictus Franciſcus ejus filius, & heres, ut ſupra, inſtitutus deceſſerit abſque filiis, vel filiabus, tali caſu idem D. Teſtator in prædicta ejus hereditate, & Bonis eodem jure fideicommiſſi ſubſtituit filium maſculum ſecundogenitum naſciturum ex Primogenita ſupradictarum ejus filiarum, quatenùs extet, ſin minùs ſecundogenitum ex ſecundogenita, & ſic gradatim, ut ſupra; dictique ſecundogeniti filios, nepotes, & pronepotes, & alios Deſcendentes maſculos legitimos, & naturales in perpetuum, & infinitum, ut ſupra, qui heres, ut ſupra, ſubſtitutus, aliique, ut ſupra, vocati, teneantur pariter infrà menſem poſt adeptam hereditatem prædictam aſſumere cognomen, arma, & inſignia domus, & familiæ ipſius Teſtatoris abſque alia mixtione, ut ſupra, &, ſi contrafecerint, cadant ipſo jure ab omni commodo hereditatis hujuſmodi, eiſdemque ſubſtituit, ac eodem jure fideicommiſſi, & cum eiſdem vinculis, & conditionibus, ut ſupra, & non aliàs &c. ſuccedere voluit eum, vel eos, qui ipſis ab inteſtato ſuccederent, ut ſupra, & hoc ſervari voluit in perpetuum, & in infinitum.* =

*Sed, ſi prædictæ ejus filiæ filios maſculos non procrearent, tali caſu idem D. Teſtator in præſcriptis ejus hereditate, & Bonis eodem jure fideicommiſſi, & cùm conditionibus, & vinculis ſupradictis ſubſtituit, & ſuccedere voluit filium maſculum ſecundogenitum naſciturum ex filia primogenita ſupradictæ ejus filiæ primogenitæ, quatenùs extet, ſin minùs filium maſculum ſecundogenitum naſciturum ex Primogenita ſupradictæ filiæ Secundogenitæ, & ſic gradatim, ut ſupra de aliis dictum eſt, ac cum eiſdem vinculis, obligationibus, & perpetuis ſubſtitutionibus.* =

*In caſu verò, in quem prædictæ omnes ejus filiæ decederent ſinè filiis tàm maſculis, quàm fœminis, in prædicta ejus hereditate, & Bonis ſubſtituit D. Catherinam Berninam ipſius Teſtatoris germanam ſororem &c.* = Poſt quæ legitur excluſio à dicta hereditate illius, qui indignationem Principis incurreret, donec gratiæ ejuſdem Principis reſtitutus ſit, & latius ex illius teſtamento.

Fi-

Fideicommiſſum, inquam, hiſce verbis conſtitutum, locum modò facit pluribus controverſiis; nam, mortuo anno 1677. Franciſco herede abſque filiis, apertâque ſubſtitutione favore Joannis Franciſci filii ſecundogeniti Mariæ Pandolphinæ filiæ Teſtatoris, quæritur

Primò, an dictus Joannes Franciſcus, qui à Teſtatore aſſumere cogitur infrâ menſem cognomen, & arma domus Berninæ, debuerit hoc exequi à die purificati fideicommiſſi, aut implere hoc debuerit infrâ menſem à die obitus Marii ſui Patris, qui interea ejus nomine adminiſtraverat iſthæc Bona ſideicommiſſaria, emittendo ſuper hoc explicitam declarationem, & an idem Joannes Franciſcus illud nomen, ſtemmaque domus Berninæ ferre debeat abſque mixtura gentilitii cognominis?

Secundò, an dictus Joannes Franciſcus, geſtando cognomen tantùm familiæ Pecci, ac hereditatem, de qua agitur, dimittendo, locum faciat ſucceſſioni Julii Cæſaris fratris tamquam proximioris Teſtatori, & an hic etiam aſſumere debeat nomen domus Berninæ abſque mixtura familiæ gentilitiæ?

Tertiò, an iidem Jo: Franciſcus, aut Julius Cæſar impetrare poſſint derogationem à Sanctiſſimo, ut retinere valeant hereditatem Berninam, utendo nomine, & ſtemmate familiæ Pecci?

Quartò, ſuppoſitâ acceptatione factâ à dicto Joanne Franciſco hereditatis Berninæ cum dimiſſione gentilitii cognominis, vel, ſuppoſitâ derogatione voluntati Teſtatoris, an in caſu ejus obitus ſinè filiis ille poſſit pro libito diſponere de hiſce Bonis fideicommiſſariis, vel potiùs locus ſit ſucceſſioni favore Julii Cæſaris fratris cum eiſdem vinculis fideicommiſſariæ vocationis?

Quartò, an, Joanne Franciſco caducato ab hereditate, Julius Cæſar ſucceſſionem adeptus, ſi ſinè filiis obierit, poſſit liberè de eadem hereditate diſponere, ſeu illam tranſmittere teneatur ad filios Joannis Franciſci caducati?

Sextò, an filii maſculi Jo: Franciſci, quatenus hic nomen, armaque domus Berninæ aſſumat, ſuccedere poſſint æqualiter in hiſce Bonis, vel potiùs illius Secundogenitus?

Septimò, cui nam debeatur hæc hereditas, ſi Joannes Franciſcus relinquat ſolam filiam fœminam in Monaſterio profeſſam?

Octavò, an, ſi idem Joannes Franciſcus moriatur cum filia fœmina viro nupta, hæc aſſequi debeat iſthæc Bona fideicommiſſaria abſque mixtura nominum?

Super hiſce Dubiis de mea ſententia rogatus, illam dicere aggredior, & quoad primum quæſitum, quod eſt, an Joannes Franciſcus obligatus intra menſem aſſumere inſignia domus Berninæ, debuerit hoc exequi poſt menſem à die purificati fideicommiſſi, aut à die poſſeſſionis adeptæ per obitum ſui Patris, explicitè hoc declarando actu valido, cunctiſque perſpecto? quoad hoc quæſitum, inquam, ſuſtinere poſſe mihi videor, hoc fruſtrâ in controverſiam vocari; nam Teſtator nequaquam Subſtitutos gravavit onere declarandi infrâ menſem, quod, patrio ſtemmate dimiſſo, utantur in futurum inſignibus domus Berninæ, ſed ipſum actum geſtationis armorum materialiter conſiderans, inquit = *Qui heres, & alii teneantur infra menſem, poſt adeptam hereditatem, aſſumere cognomen, arma, & inſignia domus, & familiæ Te-*
*ſtatoris abſque alia mixtura* = ex quibus verbis 1
nulla impoſita fuiſſe videtur neceſſitas declarandi rem hanc; Undè, ſi actus ipſe aſſumptionis Inſignium requiſitus fuit, id dumtaxat inſpiciendum eſt, an arma domus Berninæ aſſumpta verè fuerint? *Leg. Statius Florus 48. §. Cornelio ff. de jur. Fiſc., leg. qui heredi 44. in princip., & leg. Mutius 14. ff. de condit., & demonſtrat., Manſ. conſult. 76. num. 5., & conſ. 91. num. 1., Palaez. de Majorat. part. 2. quæſt. 4. nu. 14., Carleval. part. 2. diſput. jur. lib. 1. tit. 3. diſput. 5. num. 20.*, quoties enim de onere quæſtio eſt, litera teſtamenti ſtrictiſſimè intelligi debet,
*Dec. in leg. Factum §. In pænalibus num. 11. ff. de* 2
*regul. jur., Menoch. de arbitr. caſu 276. per tot., Rota coram Seraphino deciſ. 537. num. 3., & ſeqq.*

Cum igitur Joannes Franciſcus à ſuo ortu cognomen domus Berninæ retinuerit, & hac nuncupatione relatus fuerit in album baptizatorum, cum præter hæc alium actum poſitivum geſta-
tionis armorum perficere nequiverit, cum 3
etiam actum contrarium non expleverit, quia interim Marius ejus Pater Bona fideicommiſſaria poſſedit, adminiſtravitque, ſequitur, quod idem Joannes Franciſcus mentem Teſtatoris abundè impleverit, nullâque prorsùs notari poteſt
culpâ quoad executionem hujus præcepti Teſta- 4
toris; nam incepit, ut neceſſarium erat, ferre illius cognomen, & quidem à primo ortu, & eum numquam illud deſiiſſe demonſtretur, continuare præſumitur in hac geſtatione cognominis
familiæ Berninæ, quæ res quamcumque decla- 5
rationem ſupplet, immò illâ major eſt; Facta ſiquidem meliùs, & pleniùs, quam verba vo-
luntatem declarant, cum facta effectum ipſum 6
oſtendant, verba verò aliquando contra voluntatem proferantur, *Caſtill. contr. jur. lib. 1. cap. 2. nu. 117., & ſeqq., & lib. 5. cap. 107. num 17.*
undè trito, vulgatoque axiomate dicitur, obla- 7
tione reali melius, quàm verbali liberari à mora. *leg. ſi ſervum §. Sequitur ff. de verbor. obligat., Bartol. in leg. acceptam in 2. quæſt. verſ. item Cod. de uſur., Carocc. de oblat. part. 1. qu. 7. §. De reali num. 10.* Certiùs verò hæc procedunt, quia, ut diximus, hæc declaratio de-
mandata non fuit à Teſtatore, *leg. Mulier ff. de* 8
*Trebell., Ruin. conſ. 74. ſub num. 5. in fine lib. 5., Galganet. de condit. part. 2. cap. 1. quæſt. 106. ſub num. 17., Venturin. conſ. 49. num. 112., & ſeqq. & nu. 125., Caſtill. contr. cap. 25. nu. 33. 34. lib. 5., clar. mem. Cardin. de Luca de Fideicomm. diſc. 154. num. 17., Manſ. conſult. 796. num. 19. tom. 8.*, cujus voluntati ſi contraveniebatur per a-

9 ctum negativum non gerendi illius cognomen,
& ſtemma, obtemperatum fuiſſe dicendum eſt
per actum affirmativum tum quia, utpote ex-
cludens contrarium actum negativum, effica-
cius declaravit voluntatem agentis, *Caſtill.contr.
jur. lib.5. cap. 107. num. 34.*, tum etiam quia,
10 quoties agitur de actibus, qui regulariter vel
non fiunt, vel non permittuntur ſinè præceden-
ti titulo, qualis eſt ille gerendi cognomen, &
ſtemma alterius familiæ, ſi ſimilis actus explea-
tur, referendus eſt ad cauſam, & titulum præ-
11 cedentem, *Caſtill. contr. jur. lib.5. cap.113.num.
12. & ſeq.*

Verum enim verò, etſi colore ullo affirmari
poſſet, Jo: Franciſcum debuiſſe à die purificati
fideicommiſſi mentem Teſtatoris implere, id-
12 que ſufficienter non præſtitiſſe, nomine ejuſdem
in Sacro Fonte aſſumpto; illi tamen integrum
videtur nunc id explere, tum quia, cum ipſe
obnoxius hactenus fuerit patriæ poteſtati, qui
Bona fideicommiſſaria adminiſtravit, ob igno-
rantiam juris ſibi delati, & competentis, quæ
13 præſumitur tum in ſucceſſore, *Conciol. allegat.
79. num. 17.*, *Caſtald. conſult. 113. num. 25.*,
*Rota coram Duran. deciſ.426. num.12.*, *coram ſan.
mem. Alexand.VIII. deciſ.156. num.11.*, tum in
Minore, *Rota coram Baratto deciſ. 182. num.6.*,
competit eidem Jo: Franciſco reſtitutio in inte-
grum, *Caſtald. conſult.113. num.13.*, *Dunoz.jun.
deciſ.487. num.41.*, *Bich. deciſ.7. num. 25.*, &
*deciſ. 50. num. 5.*, *Ubald. deciſ. 350. num. 9.* &
*10.*, *Celſ. deciſ.63. num.11.* & *12.*, *Merlin de-
ciſ.258. num.7.*, ne ſcilicet culpa Patris noceat
14 filio ſuum jus ignoranti non conſtituto in æta-
te ſatis apta, Patrique obſequentiſſimo; *leg.
Sancimus Cod. de pœnis*, *leg. Pater familias 44. ff.
de hered. inſtit.*, *Peregrin. de Fideicomm. art.11.
num.87.* & *89.*, & *artic. 18. num. 29.*, *Magon.
deciſ. Florent. 16. num.17.*, *deciſ. 91. num. 32.*,
*deciſ.92. num.46.*, & *47.*, & *deciſ.138. num. 1.*,
& *ſeqq.*, *Rota Romana coram Duran. deciſ. 339.
ſub num.9.*, & *in Carpentoraten. Fideicommiſſi
26. Junii 1709. §. Quo poſito coram bon. mem.
Caſſarello.*

Præſertim verò, quia contraventio in armo-
rum aſſumptione tunc demum præjudicat, quum
15 ſpeciem habet delicti, nullâque juſtâ ratione
excuſari poteſt, *clar. mem. Card. de Luca de Fi-
deicomm. diſc. 7. num. 20.*, & *de legat. diſc. 29.
num.9.*, *Rota ad ornatum ejuſdem in Mantiſſa
tom. 10. deciſ. 7. §. ult.*, & *in Sancti Severini
caducitatis 14. Junii 1694. §. Ceterum coram bon.
mem. Pio*, ità quidem, ut nec etiam excuſari
16 poſſit ſub obtentu erroris, qui ſemper adeſſe
præſumitur, quando perſona ad onus obligata
contrarium juſtè credere potuit, *Urceol. conſult.
forenſ. cap.37. num.17.18.*, & *ſeqq.*; error, in-
quam, excuſat à caducitate, *Corbul. de privat.
17 ob canon. non ſolut. limit. 20.*, *Seſſ. deciſ. 35. num.
2.*, *Rota deciſ. 896. num. 1. part. 4. diverſ.* Qui
autem nomen deferre omittit, cum rem hoc
18 onere ſibi relictam non adminiſtrat, eamque ab
alio teneri juſtâ ratione ſinit, injuriam non di-
citur committere, *Rota in dicta S. Severini Ca-
ducitatis dicto §. Ceterum*, & *per tot. coram bon.
mem. Pio*, *clar. mem. Card. de Luca de legat. diſc.
29. num.7.*, & *10.* Undè idem Joannes Franciſ-
cus vel excuſandus, vel ſaltem in integrum re- 19
ſtituendus videtur, quia præcepto Teſtatoris non
paruit ob ignorantiam juris hoc onere ſibi dela-
ti, & quia eâ, quæ filium decet, noſtriſque le-
gibus commendatur, obſervantiâ, ſe, Bonaque
ſua curæ Patris commiſerat.

Quapropter illi obeſſe nequiret ſcientia ſuæ
ſucceſſionis ad hanc hereditatem, ea nempè
ſcientia, quæ præſumpta dicitur, & ex cohabi- 20
tatione, & conjunctione, & ſimilibus conje-
cturis deducitur; Nam, præterquamquod ſimi-
lis ſcientia prò amiſſione lucri non ſufficit, ut
plenè, *Manſ. conſult.796. nu.8.* & *ſeqq. tom.8.*, non 21
indè ille poterat, ac debuerat non ſilere, non ab
ore, votiſque ſui Patris tacitus pendere, dum Pa-
ter rei ſuæ curam gerebat? vel ſaltem, ſi de hoc
Patrem monere, ſi, ſciens, Teſtatori parere omi-
ſit, juſtâ aliquâ ratione prò ſua fiducia in Patris 22
providentia id fecit.

Quamquam verò hæc omnia in tuto ponere
videantur jura D. Joannis Franciſci, nihilomi-
nùs, ſi quâ negligentiâ, ſi quâ culpâ notari idem
poſſet in non religiosè adimplenda voluntate
Teſtatoris, prò evitanda quacumque caducitate
juvaretur auxilio familiarium regularum, qui-
bus edocemur, quod judiciali interpellatione
monendus antea, requirenduſque erat, ut no-
men Teſtatoris ſinè ullâ mixturâ deferret, ne-
mo oamque ob contraventionem privari poteſt 23
rei dominio, & emolumento jam quæſito ante-
quam impleta fuerint ea omnia, quæ in *Auth.
hoc ampliùs Cod. de fideicomm.* conſtituta ſunt, &
præſertim, antequam præcedat interpellatio,
*Pariſ. conſ.19. num.214. lib.2.*, *Molin. de Pri-
mogen. lib.2. cap.14. num.22.* & *ſeqq.*, *Gratian.
diſcept. 798. num. 1.*, *Rota in Romana, ſeù Ti-
burtina donationis 25. Januarii 1700. §. Atta-
men coram R.P.D. Anſaldo*, etiamſi tempus à
Teſtatore adjectum fuerit, quo conditio implen- 24
da ſit, *Peregrin. conſ.72. num.11. lib. 3.*, *Ven-
turin. latè conſ.49. nu. 90.* & *91.*, *Manſ. conſult.
796. num.5. tom.8.*, agitur enim de onere impo-
ſito non per viam conditionis ſuſpenſivæ, ſed
modi, ob cujus non implementum ſi hereditas 25
adimatur, ademptio per viam pœnæ fieri dici-
tur, ideoque, ut illi locus eſſe queat, ſemper re-
quiritur interpellatio, juxta in ſubjecta materia
nota juris principia.

Diſpoſitionem verò, de qua agitur, moda-
lem eſſe, non autem conditionalem, perſpi- 26
cuum fieri videtur tàm ex præſumptione Juris,
juxta quam ſimilia onera in modum potiùs,
quàm in conditionem reſolvuntur, *Molin. de Pri- 27
mogen. lib.2. cap.11. num.11. verſ. nominir, atque
armorum*, & *cap.14. num. 12. verſ. quod magis*,
*Rota coram Duran. deciſ. 333. nu.2.*, *in rec. de-
ciſ.310. nu.5.*, & *ſeqq. part.7.*, *deciſ. 148. num.
27. part.12.*, & *in Mantiſſ. ad ornat. clar. mem.
Cardin. de Luca de donat. deciſ.4. num.7.*, & ge-
ne-

28 neraliter de quocumque alio onere, *Molin. de Primogen. dict. cap.12. nu.19., & nu.41.*, *Peregrin. de fideicomm. art. 11. num. 114.*, quam
etiam ex illo teſtamenti loco = *heredem ſuum univerſalem fecit Franciſcum Bernini ejus filium &c., illiuſque filios, nepotes &c. per fideicommiſſum ordine ſucceſſivo &c., & caſu, quo dictus Franciſcus decederet ſinè filiis &c., ſuccedere voluit filium ſecundogenitum naſciturum ex filia primogenita, qui heres, ut ſupra, ſubſtitutus, & alii prædicti teneantur infrà menſem poſt adeptum hereditatem prædictam aſſumere cognomen, arma, & inſignia domus &c. abſque alia mixtione &c.*, quâ ratione diſponendi Teſtator utitur etiam in ſequentibus ſubſtitutionibus.

At verò, ſi juxta theoricam *Aretini in leg. Titia 134. ſub num. 3. col. 3. circa med. verſ. ſed iſta ſua ratio ff. de verbor. obligat.*; quam communiter ſequuntur Doctores relati in famigerata *Romana hereditatis de Ruſpolis 13. Junii 1704. coram Reverendiſſimo Molines §. 30.* pœnalis, ſive modalis diſpoſitio ſecernitur à con-
29 ditionali, tribus concurrentibus requiſitis, videlicet, ut ait præcitatus Auctor, = *Si inſtitutio eſt pura, & poſtea injungitur aliquod onus heredi, ſi illud non impleat, privetur relicto, tunc ademptio dicitur in pœnam contraventionis, & legatum eſt pœnale* =, & præterea ſecuta eſt, *Rota deciſ. 103. num.27. part.15., in Romana Immiſſionis 20. Januarii 1706. §. Siquidem, & in Cavallicen. Bonorum 18. Februarii 1707. §. Prout non urget coram eodem Reverendiſſimo Decano*, in dubium revocari nequibit, quin, inſpectâ figurâ verborum, & modo diſponendi, quibus uſus eſt Teſtator, diſpoſitio, de qua agitur, non conditionalis, ſed modalis, ſivè pœnalis cenſenda ſit, talem enim demonſtrant præfata tria requiſita in ea concurrentia.

Porrò, quod attinet ad primum, inſtitutionem nempè Jo: Franciſci, eam puram eſſe, re-
30 ſultat non ſolùm ex verbis præſentis temporis, quibus Teſtator ſubſtitutos honoravit, *Rota deciſ. 43. num.5. part.14., & deciſ. 103. num. 42. part.15., & antea deciſ.148. nu.28. 29.30. part. 12., & in Sancti Severini caducitatis 14. Junii 1694. §. Ceterùm coram bon. mem. Pia*, ſed præterea confirmatur ex eò, quod ità purè omnes
31 ſubſtituti vocati ſunt ad hanc hereditatem, ut nec eorum vocatio ulli conditioni alligata, nec actus adquiſitionis pendeat ab antecedenti adimplemento alicujus præcepti, *Molin. de Primog. dicto lib.2. cap.14. num.11., Rota coram Dunoz. dict. deciſ. 333. num.1. verſ. cum præceſſerit, & dict. deciſ. 148. num.26. part.12., in dicta Romana hereditatis de Ruſpolis 13. Junii 1704. §.30., in Romana Immiſſionis 20. Januarii 1706. §. Siquidem, & in Cavallicen. Bonorum 18. Februarii 1707. Prout coram Reverendiſſimo Molines*; quinimò, cum in appoſitione oneris expreſſis verbis dicatur, quod Subſtituti illud obſervare te-
32 neantur poſt adeptam hereditatem, reſpicere idcircò non dicitur actum adquiſitionis hereditatis purè delatæ, ſed refertur ad tempus futurum, quod nempè adimplendum ſit poſt hereditatem quæſitam, alioquin, ut bene obſervat *deciſio in dicta Romana hereditatis de Ruſpolis §. 31. in fine*, numquam daretur caſus, quod ulla diſpoſitio continere poſſet antecedentem, ſive ſubſequentem diſpoſitionem puram.

Prout etiam non deficit ſecundum requiſitum juxta theoricam *Aretini* exoptatum, præceptum nempè adimplendi onera à Teſtatore impoſita heredibus, quod etiam in figura verborum explicatum fuit per viam præcepti importati verbis illis = *Quibus, ut ſupra, ſubſtitutus, & alii teneantur aſſumere &c.* = licèt etiam in caſu, in
quo explicatum appareret per viam conditionis, 33
reſolveretur in præceptum, *Rota in dicta Romana hereditatis de Ruſpolis §.32.*

Denique concurrit privatio heredum, nam Teſtator in caſu, quo ipſius præceptis parere ne-
gligerent, fideicommiſſum eiſdem ademptum 34
transferri voluit ad alios vocatos =, *& quatenùs in præmiſſis, aut aliqua præmiſſorum deficeret, ſeù deficerent, eodem titulo fideicommiſſi ſubſtituit eum, vel eas, qui ipſis ab inteſtato ſuccederent* = & concludit *Rota in dicta deciſ. §. 33.*; Hiſce argumentis conſonat natura ipſa oneris à Teſtatore adjecti, quod poteſtativum eſt, ejuſque implementum pendet ab arbitrio ipſius Sub-
ſtituti, quo caſu privatio, & ademptio indicta 35
minimè cenſetur ad ſuſpendendam Juris adquiſitionem, ac heredis vocationem, ſed ad compeſcendam, plectendamque ejus inobedientiam, & contraventionem, & ſic per viam pœnæ, non autem conditionis, *Rota in dicta Romana hereditatis de Ruſpolis §.34.*, inquiens, quod conditio poteſtativa, ad hunc effectum, habetur pro pura.

Hæc itaque cum ità ſe habeant, & plenè demonſtratum videri poſſit, diſpoſitionem, de qua agitur, conditionalem minimè eſſe, ſed
pœnalem, atque modalem, hinc ſequitur, 36
quod, cum hæc ab alia differat in eo, quod modus etiam poſt emolumentum quæſitum adimpleri poteſt, juxtà theoricam *Barthol. in leg. quibus la 40. §. Thermilius num. 1. ff. de condit., & demonſtr.*, *Peregrin. de Fideicomm. art.11. num. 113.*, *clar. mem. Cardin. de Luca de legat. diſc. 29. num.5.*, *Rota coram Duran. deciſ.333. nu.2., in rec. deciſ. 148. num. 32. part. 12.*, translatio fideicommiſſi, ſeù cujuſvis alterius emolumenti ſub prætextu contraventionis, aut negligentiæ
à priùs vocato facta in alium poſteriori loco vo- 37
catum, ità interpellationem, quam res ipſa, utpotè pœnalis, requireret, *Rota in dicta Romana hereditatis de Ruſpolis §.35.*, ità, inquam, interpellationem expoſcit, ut nedum illa debeat præ-
ire privationem hereditatis ob inſignia, nomen- 38
que haud delata, *Soccin. conſ. 174. num. 6. lib. 2. cap.14. num. 20. & ſeqq.*, *Gratian. cap. 798. num. 10.*, *Rota dicta deciſ.148. nu.12. & ſeqq., in Terracinen. Fideicommiſſi 23. Junii 1690. §. clarè coram bon. mem. Benincaſa*, ſed etiam neceſſarium ſit formale Judicium ſuper contraven-
tione cum ſententia declaratoria caducitatis, quæ 39
omnia cum deficiant in caſu noſtro, hinc con-
cludi

cludi debet, quod, tametſi D. Joannes Franciſcus reverà defeciſſet in implemento conditionum, & onerum à Teſtatore impoſitorum, illiuſque voluntati contraveniſſet, non ideircò tamen privari poſſet hereditate pure ipſi delatâ, *Molin. de Primogen. lib.2. cap.14. nu. 20. & ſeqq., Mierez. de Majorat. part.2. quæſt.4. limit.8. nu.321., clar. mem. Cardin. de Luca de legat. diſc. 29., Rota in dict. Sancti Severini caducitatis in Mantiſſ. ad titul. de donat. clar. mem. Cardin. de Luca deciſ.7. num.4., & in Romana, ſeù Tiburtina donationis 25. Junii 1700. §. Attamen coram R. P. D. Anſaldo*; ità quidem, ut caducitatem omnem effugiat, declarando, ſe paratum eſſe ob-
40 ſequi voluntati Teſtatoris, qui non ante, vel in ipſo actu aditionis implementum conditionis requiſivit, ſed juxtà naturam modalis diſpoſitionis, & pœnalis præcepti illud ex poſt adimpleri poſſe noluit, *Rota in rec. deciſ.43. nu.5. part.14., & deciſ.103. nu.42. part.15., & dict. deciſ.148. num. 28. & ſeq. part.12., & in dict. Sancti Severini caducitatis in fine*.

Expendimus primam partem primi quæſiti, ſuſtinendo, vel Jo: Franciſcum impleviſſe vota Teſtatoris aſſumptione nominis ipſius, & quidem à primo ortu in actu chriſtianæ regenerationis, vel ademptum non eſſe locum implemento oneris à Teſtatore ſuis heredibus impoſiti, quia nempè ejus Pater hactenus iſthæc Bona fideicommiſſaria adminiſtravit, qui præjudicium inferre nequivit filio jus ſibi delatum, onuſque illi conjunctum ignoranti, nec poſito in ætate ſatis apta, & quia idem Jo: Franciſcus monendus antea fuerat interpellatione judiciali, immò etiam formali Judicio, & præſertim, cum onus illi impoſitum fuerit per viam modi, ac præcepti pœnalis, ſupereſt, ut quoad ſecundam partem primi quæſiti dicamus, an ipſe teneatur ferrè nomen Teſtatoris abſque mixtione patrii cognominis?

Verùm ità clara ſunt verba teſtamenti eo loco = *qui heres, & alii teneantur aſſumere cognomen &c. abſque aliâ mixtione* =, conſultò repetita in omnibus ſubſtitutionibus, ut ſuperfluum
41 ſit de hoc diſſerere, locumque fiat regulæ, quod, ubi nulla eſt ambiguitas in verbis, ceſſet penitus voluntatis quæſtio, ad famigeratum *Textum in leg. ille, aut ille ff. de legat.3.*

Prout etiam, dum inquiritur juxtà ſecundum Dubium = *An, caducato Joanne Franciſco ob omiſſum hujus nominis aſſumptionem, Julius Cæſar ejus frater valeat aſſequi hanc hereditatem* = res vacare videtur difficultate. Nam, quoties ipſe Julius Cæſar ſuccedat ab inteſtato fratri caducato, comprehenſus clarè videtur in ea ſubſtitutione conditionali iiſdem verbis repetita in omnibus locis teſtamenti = *Et quatenùs in præmiſſis, aut aliquo præmiſſorum deficerent, ſeù deficeret, eodem titulo fideicommiſſi ſubſtituit eum, vel eos, qui ipſis ab inteſtato ſuccederent* =; quo loco advertendum eſt, quod Teſtator diverſimodè ſubſtituit in caſu obitus, ac in caſu delicti. Primo namque caſu expreſsè nominavit mox *filium maſculum ſecundogenitum naſciturum ex primogenita ſuarum filiarum* =, mox = *ſecundogenitum ex ſecundogenita* =, mox = *filium ſecundogenitum ex Primogenitu filiæ ſuæ ſecundogenitæ* =; mox verò = *Catherinam Berninam ſuam Sororem*, tum autem in caſu delicti ſubſtituit proximiores, qui delinquentibus ab inteſtato ſuccederent, tum etiam, quotiès poſt tot ſubſtitutiones cogitavit de ſubſtitorum contraventione, toties ſucceſſionem contulit ad proximiores, qui aſſequi valerent illorum inteſtatam hæreditatem; quapropter ex 42
perſpicua litera teſtamenti Julius Cæſar admittendus videtur, ſiquidem dubitationi locus non eſt, quod ipſe Joanni Franciſco ſuo fratri ab inteſtato ſuccedit; ex *Text. in novell.118. de hæred. ab inteſt. venien., in cap. ſi igitur defunctus deſcendentes verſ. Si verò, in Auth. defuncto Cod. ad Senat. Conſult. Tertull.*

Quæritur etiam, = *an d. Julius Cæſar teneatur ferre nomen Teſtatoris* =; ratio dubitandi oritur ex eo, quod eo loco teſtamenti, quo vocatur proximior *ſecundogenito ex filia ſecundogenitu*, qui delinqueret, Inſignia familiæ Berninæ non ferendo, minimè expreſſum videtur literalitèr idem onus aſſumendi cognomen, armaque Teſtatoris; Nam dicitur = *ſuccedere voluit filium maſculum ſecundogenitum naſciturum ex Primogenita ejus filiarum, ſin minùs ſecundogenitum ex ſecundogenita, dictique ſecundogeniti filios &c., qui hæres, ut ſupra, ſubſtitutus, aliique, ut ſupra, vocati, teneantur pariter infrà menſem poſt adeptam hæreditatem aſſumere cognomen, arma, & Inſignia domus ipſius Teſtatoris, abſque aliâ mixtione, ut ſupra, & ſi contrafecerint, cadant ipſo Jure ab omni commodo hæreditatis, eiſdemque ſubſtituit, ut eodem jure fideicommiſſi, & cum eiſdem vinculis, & conditionibus, ut ſupra, & non aliàs &c. ſuccedere voluit eum, vel eos, qui ipſis ab inteſtato ſuccederent, ut ſupra.* =

Non enim Teſtatur, ut in prima ſubſtitutione, literaliter diſpoſuit = *Et quatenus in præmiſſis, & aliquo præmiſſorum deficeret, vel deficerent, eodem titulo fideicommiſſi ſubſtituit eum, vel eos, qui ipſis ab inteſtato ſuccederent, qui modo, quo ſupra, teneantur pariter aſſumere cognomen, arma, & Inſignia domus ipſius Teſtatoris.* = Omiſſa 43
nam jàc fuerunt hæc poſtrema verba; Undè, ſi onus non debet adimpleri, niſi ab iis, quibus expreſſe fuit injunctum, *Rodulphin. alleg.78. num.11., & alleg.110. num.2.*, ſi in conditione
voluntaria non admittatur extenſio de caſu ad 44
caſum, *Altograd. conſ.46. num.50. & ſeqq. lib.1., Cyriac. contr.281. num.57., & ſeqq., Rocca diſput. Jur ſelect. cap.25. num.4., & ſeqq., Rota deciſ.196. num.23., & ſeqq. coram Bich., & coram Priolo deciſ.138. num.9. & 10., & in Bononien. fideicommiſſi 27. Junii 1708. §. Verùm coram R. P. D. Falconerio*: ſi ſat eſt, quod con-
currat diverſitas facti inter ſubſtitutiones, & ca- 45
ſus materialiter diſcrepent, ne conditio repetita cenſeatur, ubi expreſſà non legitur, *Decian. conſ.12. num.45., & conſ.17. num.78. lib.1., Altograd. conſ.54. num.28., & ſeqq., & num.43. in fine lib.1., & conſ.90. num.44. lib.2., Fuſar. de ſubſtit. quæſt.31. num.80., Palm. Nep. alleg.31. num.31.*,

Digitized by Google

*num.31., & ſeqq., Rota Lucen. deciſ.56. num.7.*
*poſt Torr. de Primog., & Rota Romana deciſ.32.*
*num.4. & 7. poſt Michalor. de fratribus, & in*
*Interamnen. fideicommiſſi 15. Januarii 1694. §.*
*Nec coram bon: mem. Benincaſa, & 4. Februa-*
*rii 1695. §. Replicatione coram bo. mem. Muto,*
ſequi videtur, quod Julius Cæſar obſtrictus haud
46 eſt eodem onere, quo alii Subſtituti gravati fue-
runt. Hoc enim Teſtator, ut facilè poterat, ac
ut alibi fecit, ipſi expreſsè adieciſſet, ſi hac il-
lum conditione noluiſſet onerare, *Rota inter*
*collect. ad ornat. clar. me. Card. de Luc. de fidei-*
*com. deciſ.12. num.19., & deciſ.14. num.5.,* ita
47 etiam exigente regulâ, quâ edocemur, unam-
quamque diſpoſitionem ſuis qualitatibus conten-
tam eſſe debere, *Bartolus in L. In repetendis ff.*
*de legat.3., Pariſ. conſ.38. num.23., & ſeqq.,*
*& num.28. lib.2., Menoch. conſ.111. num.25.,*
*Fuſar. conſ.4. num.23., & de ſubſtit. quæſt.403.*
*num.8., Peregrin. de fideicomm. art.16. num.36.,*
*Mantic. de conject. lib.6. tit.13. num.10., Ma-*
*ſcard. de probat. concl.1265. num.20., & ſeqq.,*
*Adden. ad Buratt. deciſ.202. num 9.*

Præſertim verò, quia concurrit diverſitas per-
48 ſonarum, & mutatio tum illarum, tum gra-
duum, *Soccin. Jun. conſ.90. num.17. lib.1.,*
*Surd. conſ.21. num.10., & ſeqq., Menoch. con-*
*ſil.95. num.33., Honded. conſ.57. num.33. lib.1.,*
*Peregrin. de fideicom. art.15. num.29., & ſeqq.,*
*Rota coram Ubald. deciſ.166. num.6. tom.1., co-*
*ram Dun. Jun. deciſ.36. num.24., coram Ot-*
*thob. deciſ.265. num.8., in Sabinen. Cenſus 10. Ju-*
*nii 1638. §. Eòque magis coram bo. me. Muto.*

Quæ certiſſimæ Juris regulæ juſtum locum
49 ſibi vindicant, etiamſi concurrant dictiones illæ
repetitivæ = *cum iiſdem vinculis, & conditioni-*
*bus, ut ſupra* =, quas non ſufficere, ſenſerunt
*Menoch. conſ.215. num.188. & 191., Gabriel.*
*conſ.95. num.12. lib.1., Cephal. conſ.253. n.26.,*
*Burſat. conſ.227. num.57., Decian. conſ.27. n.34.*
*lib.1., Peregrin. de fideicom. art.16. num.47.;*
Maximè, quoties agitur de diverſis diſpoſitioni-
50 bus, & præſertim adeſt diverſitas perſonarum,
& graduum, ut de prima tradunt *Mantic. de*
*conject. lib.6. tit.13. num.10.*, & de ſecunda
*Rota in rec. deciſ.581. num.5., & ſeqq. part.5.,*
*coram Dunoz. Jun. d. deciſ.45. num.24., poſt Cen-*
*ſal. ad Peregrin. deciſ.34. num.5., coram Priol.*
*deciſ.283. num.6., & ſeqq.,* ſed hoc caſu dictio-
51 nes repetitivæ referri debent ad alia, ut puta, ad
modum ſuccedendi, non autem ad onus à Te-
ſtatore minimè expreſſum, *Rota in rec. dec.581.*
*num.12., & ſeqq. part.5., deciſ.144. num.11.*
*part.6., deciſ.172. à num.2., & ſeqq. part.14.,*
52 & ſtare dicuntur demonſtrativè, ſeù declarativè,
*Rota deciſ.910. num.1. & 2. coram Buratto.*

Maximèque, cum hoc caſu vocati fuerint pro-
ximiores, qui aſſequerentur inteſtatam ſucceſ-
53 ſionem delinquentis, inter quos proximiores
comprehenſæ dicendæ ſunt etiam fœminæ jure
noſtro Maſculis æquatæ: quapropter abſurdum
videri poſſet, quod Teſtator onus aſſumptionis
54 ſui nominis, quod innuit conſervationem agna-
tionis, *Cyriac. contr.584. num.33., Rodulphin.*
*alleg.174. num.5., Rota deciſ.566. num.5. part.1.,*
*& deciſ.627. ante finem part.2., & poſt Cenſal.*
*ad Peregrin. deciſ.17. num.7., & in Romana Pri-*
*mogenituræ de Fabiis 12. Decembris 1707. §. Pro-*
*ſtatis coram Rmo Omanna*, imponere voluerit fœ- 55
minis, quæ nomen familiæ conſervare nequeunt;
Ideoque cenſendum eſt, Teſtatorem conſultò
hoc loco minimè repetiiſſe conditionem alibi li-
teraliter expreſſam, utpote quæ hic repetita ab- 56
ſurdo locum faceret *Fuſar. conſ.119. num.11. &*
*12., Surd. conſ.471. num.43.*

Verùm, his non obſtantibus, puto etiam in
hac ſubſtitutione, quâ proximior vocatur ad hoc
fideicommiſſum, ſubintellectam dicendam eſſe
repetitionem oneris aſſumendi Inſignia familiæ
Teſtatoris; nam, ſi repetitio, ut inquit *Bald.* 57
*conſ.153. num.5. lib.5.*, quem laudat, & ſequi-
tur *Peregrin. de fideicomm. art.6. num.12.*, velu-
ti ex ſuo fonte, promanat vel ex unicitate ora-
tionis, vel ex conjunctione, & connexione ora-
tionum inducta dictionibus copulativis, vel
denique ex identitate rationis; profectò repeti-
tio d. oneris inducta in caſu noſtro cenſeri debet
de una ſubſtitutione ad aliam; Nam agitur non 58
de diſtinctis ſubſtitutionibus inter diverſas perſo-
nas ordinatis, & quidem in diverſa, & ſeparata
oratione, quo caſu ſicuti inter vocatos poteſt
concurrere diverſa Teſtatoris voluntas, atque
& probabilis ratio differentiæ, cur magis in uno,
quàm in altero caſu conditio adiecta fuerit, ità
etiam ejus tacita repetitio non admittitur, *Rota* 59
*inter collect. ad ornat. clar. me. Card. de Luc. de*
*fideicomm. deciſ.3. num.17., & ſeqq., & deciſ.4.*
*num.16., & in Melevitana fideicommiſſi 21. Fe-*
*bruarii 1710., & 13. Junii ejuſdem anni coram*
*R. P. D. Priolo.*

Sed agitur de duabus ſubſtitutionibus factis in
eadem parte teſtamenti, imò in una, & eadem
oratione, eidemque perſonarum generi; ſiqui-
dem Teſtator vocans Secundogenitum ex filia ſua
Primogenita, ſeù ſecundogenita, novam ſub-
ſtitutionem diſtinctam à prima orditur hiſce ver-
bis = *caſu verò, quo prædictus Franciſcus ejus fi-* 60
*lius &c. decederet abſque filiis, vel filiabus, ſub-*
*ſtituit, & ſuccedere voluit filium maſculum ſe-*
*cundogenitum naſciturum ex Primogenita ejus fi-*
*liarum, ſin minùs ſecundogenitum ex ſecundoge-*
*nita &c.* = deindeque adiiciens illis onus aſſu-
mendi nomen, continuat orationem hoc modo =
*Qui heres ſubſtitutus, aliique teneantur aſſumere*
*cognomen &c.* = conſiderans verò, eos poſſe ſua
vota non implere, non aliâ oratione utitur, non
diverſo ſermone inchoat, ſed progreditur = *Et, ſi*
*contrafecerint, cadant ipſo jure ab omni commodo*
*hereditatis, eiſdemque ſubſtituit eodem jure fidei-*
*commiſſi cum eiſdem vinculis, & conditionibus,*
*ut ſupra, & non aliàs, eum, vel eos, qui ipſis*
*ab inteſtato ſuccederent* = Quo ſermone confecto,
ad novam ſubſtitutionem verba, mentemque
dirigens, ità orditur, ut diverſam orationem
componere videatur = *ſed, ſi prædictæ ejus filiæ*
*filios maſculos non procrearent, tali caſu &c.* =

En igitur, quod literali demonſtratione per-
ſpicuum fit, quod Teſtator unâ, eâdemque ora-
tione

tione duas ſubſtitutiones complexus fuit, aliam
nempe in caſu obitus *Franciſci ſinè filiis*, aliam
verò (& ab hac neceſſariò procedentem) in eo
alio caſu, quo Subſtitutus, nempè *ſecundogeni-
tus maſculus naſciturus ex ſecundogenita* ſuum
nomen non aſſumeret, ut illi in hac eadem ſub-
61 ſtitutione præcipitur; non enim hæc oratio eſſe
deſinit unus, idemque ſermo, quia ab uno tan-
tum verbo non regitur, ut ſæpè fit, nam con-
62 textus, formaque orationis, & ratio ipſa dicen-
di principalitèr inſpici debet, ut conjiciatur, an
illa unica ſit, ac diverſa, alioquin dici num-
quam poſſet, quod multæ res conjunctæ ſunt
oratione, quia plerumque ordinata oratio, &
grammaticalis loquendi modus non permittit,
63 quod multæ res uno verbo regantur; Cum igitur
in ſubſtitutione proximiorum, de qua agitur,
facta verbis illis = *Et, ſi contrafecerint, cadant
ipſo jure &c., eiſdemque ſubſtituit &c. eum, vel
eos* = Teſtator reaſſumpſiſſe videatur totam ſub-
ſtantiam præcedentis diſpoſitionis, ita ut con-
juncta evidentiſſimè appareat antecedenti ſubſti-
tutioni, in qua expreſsè legitur = *Qui heres, ut
ſupra, ſubſtitutus, aliique, ut ſupra, vocati, te-
neantur paritèr infra menſem aſſumere arma, &
Inſignia domus abſque aliâ mixtione* =, repetita
neceſſariò dici debet in hac ſecunda ſubſtitutione
64 eadem conditio ferendi nomen Teſtatoris; id
enim de juris cenſura ſequitur ſivè ex connexio-
ne, & conjunctione, ſivè ex unicitate orationis,
quâ hæ duæ ſubſtitutiones colligantur, *Peregrin.
conſ. 23. num. 6. lib. 3., Rodulphin. alleg.* 110.
*num.11., alleg.111. num.5., alleg.1709. num.9.,
Rota dec.237. num.4., & ſeqq. part.5., dec.402.
num.1. part.9., dec.33. num.8. part.13., dec.23.
num.13. part.19.*

Confirmari id videtur clauſulis illis à Teſta-
tore adhibitis = *cum eiſdem vinculis, & conditio-
nibus, ut ſupra, & non aliàs* =; nam, ſi illa-
65 rum natura repetitiva eſt, ut de clauſula = *cum
eiſdem vinculis, & conditionibus* = *Rota in Aqui-
penden., ſeù Montis faliſci fideicommiſſi 11. Maii
1705. §. Minùs coram clar. mem. Card. Caprara,*
66 & de clauſula = *ut ſupra* = docent *Manſ. conſult.99.
num.7. lib.9., Cuſtald. conſult.61. num.2. & 3.,
& conſ.62. num.11., & ſeqq., & conſ.179. n.2.,
Rota penes Torr. var. Jur. quæſt. tom.2. deciſ.17.,
& in Recen. deciſ.166. num.4. part.18. tom.1.*,
quid hæ clauſulæ à Teſtatore ibidem poſitæ, at-
que inculcatæ repetere nunc valerent, ſi non re-
peterent hoc onus ferendi nomen Teſtatoris?
An repetitio hiſce clauſulis inducta verificari
poſſet de ſubſtitutione fideicommiſſaria? Ve-
rùm de hoc Teſtator jam egerat verbis illis = *ac
eodem jure fideicommiſſi* = illiſque = *in perpetuum,
& in infinitum* =; Num de prohibitione delicti,
ac de excluſione Fiſci? At de hoc Teſtator ha-
ctenus locutus non fuerat, imò expreſsè adiecit
poſteriori loco teſtamenti. Certum ergo eſt,
quod hæ clauſulæ repetunt eamdem conditionem
aſſumendi Inſignia familiæ Teſtatoris, utpotè
quia de hoc onere ſuperiùs actum fuerat, & vo-
67 luntas Teſtatoris vocandi hæredes per fideicom-
miſſum non dubiis verbis expreſsè hic repetita
jam fuerat; Ubi autem ſimiles clauſulæ legun-
tur, & præſertim clarè ſpectare videntur ad cer-
tam aliquam conditionem, ibi repetitio de jure
inducta cenſetur, *Palm. Nep. alleg. 55. num.6.,
alleg.156. num.4., alleg.175. num.8. tom.2., al-
leg.255. num.6., & alleg.250. num.1. tom.3.,
Rocc. diſput. Jur. cap.18. n.31. vol.1., & cap.124.
num.24. tom.2., Proſculus apud Torr. de Primog.
tom.2. reſp.4. num.148., & ſeqq., Rota in Bo-
nonien. fideicommiſſi de Elephantutiis 25. Junii
1708. §. Attamen coram R.P.D. Anſaldo.*

Prædictaque confirmantur identitate rationis,
quæ intercedere videtur inter has omnes ſubſti-
tutiones, eaque deſumitur ex voto conſervandæ 68
artificialitèr ſuæ agnationis, quod votum ſi tàm
ſedulò Teſtator ubique ſibi propoſuit, ut illud
in filiis ſuarum filiarum in caſu obitus primorum
heredum ſubſtitutis literaliter requiſiverit, quam-
cumque commixtionem prohibens (quod etiam
demonſtrat, quantum ob oculos Teſtatoris iſthæc
ratio conſervandi agnationem obverſata fuerit),
cur hoc onus, quo ſumma votorum Teſtatoris
continetur, repetitum eſſe negabimus in ſubſti-
tutione proximiorum illius, qui huic præcepto
Teſtatoris non pareret? cur Teſtatorem tàm an-
xiè huic rei incumbentem in vocatione aliorum
dicemus ab hac commendatiſſima animi ſui ſen-
tentia diſceſſiſſe in ea ſubſtitutione, in qua delin-
quentes, nec Teſtatori quoad hoc obtemperan-
tes gravi pœnâ afficiuntur, privatione ſcilicet
hereditatis, & tranſitu Bonorum ad proximiores?

Præſertim verò, quia in ſuperiori parte teſta-
menti, in qua Teſtator ad ſucceſſionem invitavit
*filium maſculum ſecundogenitum naſciturum ex* 69
*Primogenita ſui filii* heredis primo loco inſtituti;
in qua idem onus aſſumendi ſuum ſtemma Te-
ſtator adiecit: in qua etiam heredi non obtempe-
ranti ſuæ juſſioni *ſubſtituit eum, vel eos, qui ipſi
ab inteſtata ſuccederent*: in qua demum eiſdem
penè verbis; eodem ordine, eâque voluntate
locutus fuit, quibus poſteriorem ſubſtitutionem
compoſuit, in hac, inquam, parte teſtamenti,
in qua, tam juris rei gerendæ normam continen-
te, Teſtator debuit ſe latius explicare, expreſsè
*ei, vel eis, qui ipſis*, ſcilicet delinquentibus *ab
inteſtato ſuccederent*, commiſit, ut *teneantur
pariter aſſumere cognomen, arma, & Inſignia do-
mus ipſius Teſtatoris*.

Ex qua re non jam illud argumentum jure eli-
citur = *Si ubi voluit, hoc Teſtator expreſſit; id* 70
*noluit ubi hæc non repetiit* =: verum ob identita-
tem rationis docemur, quod Lex clara, expreſ-
ſaque tradita à Teſtatore in hac priori parte te-
ſtamenti, norma, principium, obiectumque eſt,
ex quo aliæ diſpoſitiones ſumere debent declara-
tionem, ità ut tantum ſit in ſequentibus, quan- 71
tum legitur in prima ſubſtitutione, *Bonden. collect.
legal.8. num.176. vol.2., Oſaſch. deciſ.167. n.27.
& 28., Torr. de Primog. Ital. cap.25. §. 24.
num.264. fol.156., & cap.33. num.99., & cap.40.
num.120. fol.650. part.1., & quæſt.12. num.15.
& 16., & quæſt.53. num.51. part.2., & deciſ.1.
n.11., & dec.9. nu.33. & 34. part.3., & Rot. in rec.
dec.287. n.1. part.1., & cor. Buratt. dec.774. n.12.*;

Unde

Undè hi, *qui ab inteſtato ſuccederent Secundo-*
*genito ex Secundogenita* Teſtatoris poſteriori loco
ſubſtituto in caſu ejus inobedientiæ, aſſequi de-
beot hanc fideicommiſſariam hereditatem cum
ſimili onere, proùt à Teſtatore expreſsè dictum
fuit de his, *qui ab inteſtato ſuccederent filio ſe-*
*cundogenito ex Primogenita ſui filii* vocato in prio-
72 ri parte teſtamenti; maximèque, cum Teſtator
adhibuerit, ut diximus, ea verba, *& cum eiſ-*
*dem vinculis, & conditionibus, ut ſupra* = quibus
clauſulis denotavit, ſe hanc ſubſtitutionem velle
antecedenti omninò parificare, *Cuſtald. conſult.*
*147. num.6., & conſult.174. num.19., Rota de-*
*ciſ.269. num.8. part.5., deciſ.984. num.12. & 13.*
*coram Dunoz. Jun., & in Aquipenden., ſeù Mon-*
*tis faliſci fideicommiſſi 11. Maii 1705. §. Minùs co-*
*ram clar. me. Card. Caprara.*

Nulla verò ratio haberi debet abſurdi, quod
73 oriri poſſe videtur, *ſi inter eos, qui* delinquen-
tibus *ab inteſtato ſuccederent*, fœminæ connu-
merarentur, quod nempè etiam his impoſitum
cenſeretur onus ferendi Inſignia Teſtatoris, id-
que nè ſequatur, diceodum potiùs ſit, repeti-
tam non fuiſſe eamdem conditionem in hac ſub-
ſtitutione, quæ fœminas æquè, ac Maſculos
74 complectitur: Nam non raró accidit, ut etiam
fœminis hoc onus imponatur, illudque benè
ſuſtineant, ut ouper *Rota in Romana fideicom-*
*miſſi de Alveris 11. Januarii 1711. cor. R.P.D.*
*Criſpo*; Undè non eſt, cur id abſurdum cenſeri
debeat, præſertim verò, quando Teſtator prio-
ri ſubſtitutioni, in qua *ſubſtituit eum, vel eos,*
*qui ipſis ab inteſtato ſuccederent*, & conſequenter
75 vocare viſus fuit tàm Maſculos, quàm fœminas,
expreſsè adiecit d. conditionem, ſivè onus, *qui*
*modo, quo ſupra, teneantur paritèr aſſumere co-*
*gnomen, arma, & Inſignia domus, & familiæ*
*ipſius Teſtatoris*; Quapropter, ſi prætenſum abſur-
dum hic non efficit, quin proximiores in caſu
inobedientiæ ſubſtituti, aſſumere debeant Teſta-
toris Inſignia, ſi ille eodem onere hic gravavit
76 Maſculos, ac fœminas; Si voluntati demùm
Teſtatoris ſerviendum ſemper eſt, idem abſur-
dum efficere mioimè poterit, quin repetita cen-
ſeatur in poſteriori loco conditio, quam repeti-
77 tam ceteroquin ſuadent conjunctio orationis,
qualitas clauſularum, rationis identitas.

Progredimur ad tertium Dubium, quo in-
quiritur = *an ſupplicandum ſit Summo Pontifici*
*pro derogatione voluntati Teſtatoris, itaut Jo.*
*Franciſcus, ſeù Julius Cæſar retinere poſſint*
*iſthæc Bona fideicommiſſaria, non Teſtatoris, ſed*
*Patrium nomen ferendo abſque mixtione* =? In du-
bium revocari non poteſt, quod hæ preces fe-
78 rendæ ſunt ad Summum Pontificem, cui ſoli
convenit voluntatibus derogare, *ac inter æquita-*
*tem, juſque interpoſitam interpretationem &*
*oportet, & licet inſpicere*, ut dicitur in *tit. de le-*
79 *gib., & Conſtit. Princip., & Edict.*, alia enim
eſt conditio Magiſtratuum, ut inquit *Simmacus*,
quorum corruptæ videntur eſſe ſententiæ, ſi ſint
legibus mitiores, alia Dominorum Principum
80 poteſtas, quos decet acrimoniam ſeveri juris in-
flectere, quæ verba refert *Hug. Grot. in flor.*
*ſparſ. ad jus Juſtinian. fol.329.* Ex quo colligitur,
etiam nefas eſſe de poteſtate Principis in hac re
dubitare.

Etſi enim certent DD., an Princeps, ſi non ju-
re ordinario, quo in cujuſquam injuriam benefi-
cium tribuere illius moris non eſt, ſaltèm pleni- 81
tudine illius poteſtatis, quâ legibus ſolutus, *ut*
*L. Princeps 31. ff. de legib., & L.1. ff. de Conſtit.*
*Princip. §. Sed & quod Princeps Inſtit. de Jur.*
*natur. gent. & civil.*, & quâ tamquam poſitus
ſupra jus, poteſt illa etiam, quæ ſunt contra
jus, *Peregrin. de fideicomm. art.52. num.121.*,
concedere poſſit ex gratia commutationem diſpo-
ſitionis, & plures hoc negent, eâ moti ratione,
quia teſtandi poteſtas non jure civili, ſed jure 82
gentium, quod ſupra Principem eſt, homini-
bus data reperitur, juxta rationes, ac auctorita-
tes relatas in una *Romana, ſeù Januen. Laudi*
*26. Februarii 1698. §. Hinc non officere coram*
*Emo de la Tremoille*; Contrà verò plenam alii
Supremo Principi aſſerant poteſtatem derogandi
teſtamentis, ſupremaſque hominum voluntates
commutandi, quia, licèt rerum dominia, & po- 83
teſtas diſponendi teſtamento de rebus ſuis jure
gentium inventa ſint, attamen cauſa acquirendi
ex teſtamento jure civili prodita eſt, *Gloſſ. in*
*L.1. verb. Civitatis noſtræ, ff. de acquiren. rer.*
*domin., clarè Bartol. in leg. Ex hoc jure num.5.*
*verſ. ulteriùs appono, & in L. Qui à latronibus in*
*principio ff. de teſtam.*, cum teſtamenti factio pu- 84
blici juris ſit, nempè Romanorum *L.3. ff. de te-*
*ſtam.*, & teſtamentariæ hereditates, tamquam
confirmatæ Lege duodecim Tabularum, propriè
à lege obvenire dicuntur, ut reſponderunt *Pom-*
*pon. in L. verbis legis 120., & Vulpian. L. obve-*
*niſſe 130. ff. de verbor. ſignif.* Ut etiam fideicom-
miſſorum jura non Gentium moribus, Populo- 85
rumque conſenſu, ſed à Cæſare Auguſto conſta-
bilita fuere *§.1. Inſtit. fideicomm. heredit.*; Quam-
obrem, cum acquiſitio ex teſtamento permiſſa
ſit benignitate juris poſitivi conferentis poteſta-
tem diſponenti, & teſtamenti effectum in tem-
pus, & caſum, quo ille non eſt amplius domi- 86
nus rerum ſuarum, juxtà optimam *Gloſſ. in leg.*
*illa Inſtitutio 32. verb. pendere ff. de hæred. inſtit.*,
*Abb. conſ.63. num.7. lib.1.*; Princeps proindè, qui
lege, & jure poſitivo ſolutus eſt, contrario im-
perio impedire poteſt acquirendi modum jure ci- 87
vili inventum, & jus teſtamento delatum, ut
probant *Angel. de Peruſ. conſ.323., Villelm. Lu-*
*ducell. in tract. de ultim. volunt. part.2. cap.1. verb.*
*cauſa efficiens teſtamenti, clar. me. Card. de Luca*
*de fideicomm. diſc.241. num.36., Monet. de com-*
*mut. ultim. volunt. cap.13. ex num.13.*

Nunc hac quæſtione penè obſoletâ, præſuppo-
nitur hæc poteſtas in Principe ex quodam etiam 88
ſtylo tot commutationibus voluntatum inducto,
quem ſtylum jus facere, inquit *Moneta eodem*
*loco num.6.*, & maximè, quum res eſt de Sum- 89
mo Pontifice, qui non minùs ſpiritualis, quàm
ſecularis poteſtatis plenitudioe pollet; Idcircò
inquirendo ſolùm de voluntate, ut monet *clar.*
*me. Card. de Luc. de Teſtam. diſc.87. ſupplem.*
*part.3.*, dubitandum eſſe videtur, an Summus
Ponti-

Pontifex donare velit eoſdem Jo: Franciſcum,
ac Julium Cæſarem hac derogatione menti Te-
ſtatoris?

Quia in re, ſi mihi meam ſententiam dicere
90 fas eſt, utpotè quia ſub Principe vivimus, qui,
ut *Sulpitius* apud *Ciceronem*, æquitatem à juris
civilis ratione numquam ſejungit, ac ità ſe ju-
ſtum, atque æquum præſtat, ut naturâ magis,
quàm diſciplinâ conſultus videatur; vereor, nè
voluntas Summi Pontificis contraria ſit hujuſ-
91 modi precibus; Nam, cum diſpoſitio, cujus de-
rogatio petitur, contineat ſpecialem rationem
conſervandi familiam, nomenque Teſtatoris,
ſivè derogatio petatur ex gratia, & æquitate,
ſivè ex veriſimili mente Teſtatoris debita quo-
dammodo contendatur, neutrâ ex cauſa concedi
poſſe mihi videtur.

92 Non quidem ex gratia, quia iſta ſub ſe invol-
vit commutationem voluntatis in præjudicium
agnationis, ideoque concedi nequit de ordina-
ria illa poteſtate, quâ ſi Princeps, qui Leges
93 tuetur; numquam Reſcriptis ſuis læſiſſe cenſetur
jus certæ perſonæ quæſitum ex teſtamentis, fidei-
commiſſis, aliiſque diſpoſitionibus; undè hæ
94 cum certa injuria illorum, quibus jus quæſitum
eſt, ex gratia, & æquitate commutandæ non
ſunt, *Bero conſ.49. ex num.1., Amoſtaz. de cauſ.
piis lib.2. cap 14. num.10., & ſeqq., Capyc. latr.
conſult.66. num.24., Rota in Romana, ſeu Ja-
nuen. Legati 5.Maii 1698. §.At longè coram Emo
de la Tremoille*, quantò potiori jure præſumi de-
bet; quod idem derogare noluit voluntati Te-
ſtatoris in hac hypotheſi, in qua ſua derogatio
95 non jus alteri quæſitum deſtrueret, verùm ſub-
ſtantiam ipſam diſpoſitionis: ſummam ipſam vo-
torum Teſtatoris labefactaret: cauſamque illam
finalem, ob quam ille favore Deſcendentium ex
domo Pecci teſtatus fuit, everteret: deleret
enim ex hominum memoria nomen Teſtatoris,
quod cum ipſe perpetuum eſſe cuperet, idque
ſibi præſtare non poſſe videret ſolos ſuos filios,
atque Deſcendentes, adinvenit artificialem hanc
aſſumptionem ſui ſtemmatis, eamque impoſuit
ſuis heredibus; ut illâ ſuum nomen ſpe ſuâ lon-
gius quodammodò produceretur.

Quamobrem, ſi nil in Jure ſanctiùs, firmiuſ-
96 que eſſe oportet ſupremis hominum judiciis,
quæ publicè expedit exitum habere, *L. vel nega-
re 5. ff. quemadmodum Teſtam. aper.*, ſi nihil eſt,
quod magis hominibus debeatur, quàm, ut ſu-
premæ voluntatis liber ſit ſtylus, & licitum,
quod iterum non redit, arbitrium, *Leg.1. Cod.de
Sacroſ.Eccleſ.* ideoque voluntates hominum au-
97 diendas, non jubendas eſſe, ſanxerunt Imperato-
res Honorius, & Theodoſius *L. Omnium 19.
Cod. de Teſtam., & in Auth. de nupt. in præfat.
verſ. diſponat itaque*; Si nil demùm univerſis Le-
98 gum præceptis religioſiùs commendatur, quàm,
ut jus ſuum unicuique tribuatur, quàm ut Prin-
ceps tam quàm juſtus omnium Pater, numquam
juri alieno præjudicet conceſſionibus, & Reſcri-
ptis ſuis, juxtà concordantes auctoritates Civiles,
& Canonicas relatas à *Fagnano in cap.cauſam,quæ
num.12., & cap. ceterùm num.23., & ſeqq. de
Reſcript., Cravet. conſ.296. num.3., Peregrin.
de fideicomm. art.52. num.119.*, quod Inſtitutum
Principes adeò colunt, ut majeſtatem ſuam Le-
gibus alligatam profiteantur, & Principatum Le- 99
gibus ſubmittere, majus imperio eſſe glorien-
tur, *L. Digna vox 4. Cod. de legib., Franc. Dua-
ren. in Comment. Jur. tit. de legib. tom.1. fol.6.,
Peregrin. ubi ſupra num.118.*, quâ ratione, aut
quo colore præſumi poteſt, quod Summus
Pontifex ex gratia, & æquitate commutare velit
diſpoſitionem, de qua agitur, certâ injuriâ Te-
ſtatorem ipſum afficiendo in re, quæ ipſum prin-
paliter lædit; tollit enim ſuum nomen, ſuumque
ſtemma, non ità deinceps manſurum, ut ſua res 100
familiaris maneret, ac apud illos maneret, apud
quos ille tali lege eſſe voluit? Non ità ſane Sum-
mus Pontifex admonetur à *Sacra Tridentina Sy-
nodo*, quæ *ſeſſ.22. cap.6.* commendat, abrogan-
da non eſſe teſtamentorum jura, evertendo cla-
ram Teſtatorum voluntatem commutationibus,
niſi ex juſta, & neceſſaria cauſa id fiat, & latè
probat *Hoſtienſ. cap. ſuper eo num. 4. de Bigam.,
Fagnam. ibid. num. 18., Franciſc. Top. Politian.
in ſuo tract. de poteſt. Princip. §.5. num. 13., &
ſeqq., Monet. de commut. ultim. volunt. cap.5. nu.
152., & ſeqq., & cap.6. quæſt.1., clar.mem.Card.
de Luc. de teſtam. diſc.87. num.3.*

Neque verò juſta aliqua ratio, ob quam iſthæc
voluntas commutanda ſit, conſiderari poteſt in
eo, quod domus Pecci præcipuâ nobilitate ful-
get inter familias Civitatis Maceratæ, ac Ordini
Hieroſolymitano ſæpè illa nomen dedit, non ità
verò domus Bernina, quæ ab Oppido Montis San-
cti profecta, illuſtri Majorum imagine non orna-
tur, quod etiam è domo Pecci nunc adſunt Joan-
nes Franciſcus, & Julius Cæſar, qui Archidia-
conatum obtinet in Eccleſia Cathedrali Civita-
tis Maceratæ; unde, ſi Joannes Franciſcus, patrio
nomine dimiſſo, aſſumeret illud Teſtatoris,
jam non eſſet, in quo familia Pecci procreatio-
ne filiorum continuari poſſet; vel, ſi Julius Cæ-
ſar ſervire Eccleſiæ deſineret, ut uxorem ducens
labenti ſuæ domui ſuppetias ferret, jam ille opu-
lentâ Præbendâ orbatus, diviſâ præterea re fa-
miliari cum fratre, nequiret, ut par eſt, digni-
tatem familiæ Pecci ſuſtinere; quod demum
iſthæc Bona fideicommiſſaria à Teſtatore relicta,
nunc aſcendunt ad ſola ſcuta duodecim millia,
poſita in prædiis ruſticis, ac urbanis, quorum
Bonorum reditus non hi ſunt, ut decori nominis
Bernini ſuſtinendo conſultum eſſe poſſit, ac ut
ſtemma opulentioris, nobilioriſque domus ob
illorum conſecutionem dimitti prudenter va-
leat.

Non, inquam, hæ rationes tanti valent, ut
juſtâ, certâque ſpe mihi poſſim polliceri, Sum- 101
mum Pontificem conceſſurum fore hanc dero-
gationem: doceor enim, hoc a Principe tum de-
mum fieri, quum publica intercedit utilitas,
*Cravett. conſ. 296. vol. 8. ſub init., Valenzuel.
conſ. 69. num. 176., Covar. var. reſol. cap. 6. ex
num.5., Peregrin. de Fideicomm. art.52. n.117.,
& ibi Cenſal. verſ. tertia eſt aſſertio fol. mihi
352., Molin. de Primog. Hiſpan. lib.2. cap.8. n.
31.*,

*31., & ibi Adden. Antunez de Donat. part. 2.*
*lib. 1. cap. 11. num. 68., & ſeqq., Andreol. contr.*
*413. num. 23., Magon. deciſ. Lucen. 33. nu. 51.,*
202 quæ quidem ea ſit, ut aliâ ratione publico Bono
conſuli nequeat, *Antunez d. cap. 11. num. 67.,*
*& ſeqq., Add. ad Molin. d. cap. 8. ad num. 28.,*
*& ſeqq. verſ. ſecundò non ſufficit, Coſtill. quotid.*
*contr. Jur. lib. 6. cap. 4. ſub num. 192. verſ. ſed*
*pro majori, Florez Diaz de Mena in addit. ad*
*Camb. deciſ. Luſitan. 279. verſ. 6. concluſio; Rota*
*deciſ. 386. num. 7., & deciſ. 479. num. 4. par. 18.*
*rec.*; nemo autem aſſerere poteſt, in rationibus
mox adductis verſari aliquem videri cauſam pu-
blicæ utilitatis, ob quam Romanus Princeps,
qui jura tuetur, unico ictu totam hujus teſtamen-
ti ſubſtantiam juſto deſiderio, multiſque vigiliis
à Teſtatore excogitatam velit evertere: quod
103 quum aſſero, ſcio, arbitrium regulis Juris mo-
deratum Judicibus dumtaxat, & Magiſtratibus
reliquum eſſe, ut initiò dixi, non autem Princi-
pi, qui ſupra legem poſitus eſt; *leg. 31. ff. de le-*
*gib. leg. 1. ff. de conſtit. Princip. §. Sed & quod*
*inſtit. de jur. natur. gent., & civil., clar. mem.*
*Card. de Luc. de teſtam. diſc. 87. num. 2.*; undè
104 non inficior, ſupplicandum eſſe Pontifici; at re-
ſpondeo, ſecundùm regulas Juris, juxta quas
non ſemper decet Principem facere, quod abſolu-
tè poteſt, & nullâ publicâ urgente causâ, illum
ſolvere Leges, *Hoſtienſ. cap. ſuper eo num. 4. de*
*Bigam., Fagnan. ibid. num. 18.*; nam ejus pote-
105 ſtas, quantacumque ſit, juſtâ tamen ratione re-
genda, eâque continentiâ moderanda eſt, quam
*Vellejus Patercul. lib. 2. hiſtor. Roman.* ſummo-
perè commendavit *in Gn. Pompejo*, de quo ſcri-
pſit, potentiâ ſuâ numquam ad impotentiam
uſum; quæ quidem ratio tanta eſt, ut quæ Prin-
106 cipem non decent, neque etiam poſſe non im-
propriè dicatur, *Franc. Top. in ſuo tract. de po-*
*teſt. Princip. §. 5. num. 13., & 14.*

Maximè verò, quia Teſtator heredibus hoc
præceptum non implentibus ſubſtituit ipſorum
proximiores, ex quo nedum colligitur, eò mi-
nùs Principem debere, hanc voluntatem tollen-
207 do, hoc onere heredes liberare, quia auferret
jus quæſitum hiſce ſubſtitutis, quo circa hæc res
verſari ulteriùs videtur in eo caſu, quo agatur
de tollendo gratiâ Principis jure alterius, quo
caſu Pontificem à regulis Juris numquam defle-
ctere, numquam voluntates commutare, dixi-
mus; verùm etiam perſpicuum fit, quod, ſi pa-
ria ſunt nolle, ac non poſſe: Si proviſio in caſu
208 noluntatis extenditur ad caſum impotentiæ, ip-
ſiuſmet Teſtatoris judicio, ſi non expreſſo, ſal-
tem tacito conſultum videri poteſt præcipuis
hiſce rationibus, ob quas iidem heredes renuunt
ejus nomen ferre, nam ipſe proximiores ſubſti-
tuit, eaque ſubſtitutio, hoc etiam caſu, locum
illis facere poteſt, ex regula juris adducta.

Nec juris, legumque vocem adeò mihi inter-
109 pellare videtur earum moderatrix æquitas, ut
cenſeam, illâ Principem compelli poſſe ad con-
cedendam hujuſmodi derogationem; nam juſti-
tia, & æquitas ſunt mutuò conjungendæ; *leg.*
*placuit num. 8. Cod. de judic.*, ut utramque rectè
conjunxit *Triphoninus in leg. Bona fides 31. ff. de-*
*poſiti*, qui loquens de æquitate dixit = *Et hanc*
*puto eſſe juſtitiam, quæ ſuum cuique tribuit, ut*
*non diſtrahatur* =, ibique *Bartol., Cuiac. ad d. leg.*
*8. tom. 5. oper. poſthum. fol. mihi 129. litt. D.,*
*Franc. Duaren. Comment. ad tit. de pact., Ulpian.*
*lib. 4. ad edict. fol. mihi 48. col. 2., & ſeqq. tom. 2.,*
*Briſſon. de verbor. ſignif. verb. æquum, & bonum*;
undè æquitatem minimè ſuadere, ait, quod ſu-
premæ hominum voluntates commutentur in 110
præjudicium alterius, ac cum everſione voto-
rum Teſtatoris, & probat *Rota in celebri Romana,*
*ſeù Jannen. Legati coram bon. mem. Emerix inter*
*ſuas dec. 898., dec. 979., dec. 1042., dec. 1064.,*
*& latiùs coram Emo D. Card. de la Tremoille 8.*
*Maii 1698. per tot.*

Porrò æquum ex ſuo genere ſubordinatum ju-
ſto, & quaſi illi ſubcenturiatum tunc demum
præſtò eſt, cum propter rigorem juris ſcripti 111
evidens fieret injuria, & aliunde jus ſuum læſo
ſervari nequiret, ut benè explicat *Cuiac. d. leg. 8.*
*fol. mihi 130. litt. C.*; at contra, ſi cum alterius
evidenti injuria prætextu æquitatis alteri benefi-
cium conferendum ſit, æquitas iſta commenti- 112
tia prorsùs eſt, & imaginem habet, nomenque
meretur iniquitatis; vera enim æquitas non ir-
rogat, ſed ſervat ab injuria, *Creſp. de Valdaur.* 113
*obſer. 11. num. 25., Sola in comment. ad non. conſtit.*
*Sabaud. Gloſſ. 2. num. 7.*, & his penè verbis
*Rota in d. Romana, ſeù Jannen. Legati cor. Emo*
*de la Tremoille §. Eſt igitur*, ubi inquit, quod
non minùs juſtitia, quàm æquitas ipſa graviter
læditur, ſi damno alterius, aut injuriâ Teſtato- 114
ris ſimiles gratiæ à Principe tribuantur.

Hactenus de hac re diſſerui juxta Juris regu-
las, & æquitatem, quibus regi Principes ſolent 115
in hujuſmodi derogationibus; reliquum modò
eſt expendere, an iſthæc commutatio fieri poſſit
ex veriſimili mente Teſtatoris: at, præterquam-
quod veriſimilis mens non attenditur, ubi non
eſt metus calumniæ ullus, quia evidens eſt ſcri- 116
ptum, quo caſu ſcripturam teſtamenti ſequi
oporteret potiùs, quàm interpretationem æqui-
tatis, aut conjecturis voluntatis, juxta concor-
dantia loca in *d. Romana, ſeu Jannen. Legati co-*
*ram Emo de la Tremoille §. Quia æquitas*; quam-
obrem; cum certa ſit voluntas Teſtatoris, qui
conſervationem ſui nominis votis omnibus opta-
vit; qui hâc lege omnes heredes admiſit; qui
clauſulis, verbiſque firmioribus hoc explicavit
in ſuo teſtamento, nonniſi contra apertam ſen-
tentiam, & literam teſtamenti permitteretur
heredibus Bona fideicommiſſaria retinere,
ſtemma verò, nomenque familiæ Teſtatoris non
ferre.

Quis enim ſanæ mentis ſuadere ſibi poterit,
quod Teſtator, nullâ ſuam familiam ſervandi
captus cupiditate, diſpoſuiſſet favore horum he-
redum abſque hoc onere ſuum ſtemma aſſu-
mendi, illiſque permiſiſſet frui ſuis Bonis, etſi
ipſi ſuo præcepto non parerent, eaque de cauſa
minimè parerent, quia turpe, ac damnoſum
ipſis eſſe cenſerent ferre hujuſmodi nomen?
Profectò, ſi hæc Teſtator prævidere potuiſſet,

ad alias perſonas ſuam hereditatem contuliſſet,
in illis artificialiter ſuam familiam ſtabiliendo;
nec confugiendum ad inopinatos eventus, ob
quos dicitur nunc commodè, ac honeſtè imple-
ri haud poſſe voluntatem Teſtatoris, quod even-
tus ſi idem Teſtator prævidiſſet, præſumendum
117 eſſe, aſſeritur, quod ultrò ille in hanc ſententiam
veniſſet; enim verò ut quærere omittam de pon-
dere horum eventuum, certum eſt, quod com-
mutanda non ſunt ea, quæ evidenti ſcripturâ
teſtamenti manifeſta fiunt, nullamque rationem
habendam eſſe de hiſce eventibus, nè ſemper
nutent ſupremæ hominum voluntates, firmum-
118 que ſtatum, quem leges illis tribuerunt, num-
quam habeant, ut benè *Rota in d. Romana, ſeù*
*Januen. Legati §. Minus, coram bon. mem. Emerix*
*deciſ. 979., & coram Emõ de la Tremoille §. Simi-*
*lique*.

Deſcendendo ad quartum quæſitum, quod
habet = *An, ſuppoſitâ acceptatione factâ à Joanne*
*Franciſco hereditatis Bernina cum dimiſſione*
*gentilitii cognominis, vel, ſuppoſitâ derogatione*
119 *voluntati Teſtatoris, an in caſu ejus obitus ſinè fi-*
*liis, ille poſſit pro libito diſponere de hiſce Bonis*
*fideicommiſſariis?* = facilè expedior ab hoc Du-
bio verbis *Sacræ Rotæ in celebri Romana Fidei-*
*commiſſi de Avila inter deciſ. bon. mem. Emerix*
*1059. num. 11.* = *Teſtator in unaquaque parte di-*
*ſpoſitionis ſemper locutus fuit cum ſingulari qua-*
*dam prægnantia verborum, Perſonas enim grava-*
*tas onere delationis cognominis, & armorum ex-*
*preſſit cum diſtinctione plurium graduum, & cum*
*repetitis dictionibus in perpetuum: prohibitionem*
*mixturæ alterius cognominis, & armorum pluries*
*explicuit: executionem, & uſum ipſius oneris de-*
*mandavit generaliter in quolibet actu, pluribus ex-*
*quiſitis verborum formulis, ac pluribus etiam acti-*
*bus pro ſecuriori voluntatis implemento ſpecificè*
*deſignatis, & demum obligationem injunxit eiſ-*
*dem perſonis parendi præfato oneri, in eoque con-*
*tinuandi cum dictione* = omninò =, *ac per diver-*
*ſa verba, abſurdum eſt quippè aſſerere, quod hæc*
*omnia peregerit tantâ plenitudine, ac ſtudio, nec*
*vice verſâ ordinaverit fideicommiſſum* = hactenus
*Rota* ibidem, quibus verbis nos addere poſſu-
mus, = *& vice verſâ voluerit, quod Joannes*
*Franciſcus moriens abſque filiis liberè de hiſce Bo-*
*nis diſponat, ſic fideicommiſſo; ſic nomine ſuæ fa-*
*miliæ, ſic tot aliis ſubſtitutionibus everſis?*

Porrò præſumptio Juris, & mens, verbaque
120 Teſtatoris, quod ille Bonorum libertatem impe-
dire voluerit in Joanne Franciſco ità ſinè filiis
moriente; & quidem præſumptio Juris hoc edo-
cet, quia onus aſſumendi nomen Teſtatoris præ-
fert votum conſervandi agnationem, & ſic ar-
121 guit longiorem fideicommiſſi extenſionem, ſinè
qua hujuſmodi votum fieret inane, *Fuſar. de ſub-*
*ſtit. quæſt. 499. num. 13., & 14., Menoch. præ-*
*ſumpt. 69. num. 10. lib. 4., Rota deciſ. 128. n. 34.,*
*& ſeqq., coram Carillo deciſ. 433. num. 15. part.*
*18., & deciſ. 232. num. 9. part. 19., & in d. Ro-*
*mana Fideicommiſſi de Avila coram Emerix d. de-*
*ciſ. 1059. num. 3., & 4., & deciſ. 1092. num. 2.,*
*& ſeqq.*

Mens autem, verbaque Teſtatoris idem ſatis
demonſtrant; nam primò ſubſtituti leguntur filii
maſculi Teſtatoris; deindeque filius ſecundoge-
genitus ex filia ejuſdem primogenita, ſeù ſecun- 122
dogenita; ſecundo loco maſculus ſecundogenitus
naſciturus ex Primogenita ſuarum filiarum, ac
poſt eum filius ſecundogenitus oriturus ex filia
primogenita filiæ ſuæ primogenitæ, aut ſecun-
dogenitæ; demumque d. Catharina Bernina ſo-
ror Teſtatoris; prout etiam in quacumque parte
adhibitæ leguntur clauſulæ = *in perpetuum, & in*
*infinitum* =, & poſita poſt omnes ſubſtitutiones
legitur hæc ratio = *Intentio ipſius d. Teſtatoris*
*fuit, & eſt, quod omnia ejus Bona in ejus familia,*
*& agnatione perpetuò conſerventur* =, ex qua tot
ſubſtitutionum ſerie, ex qua etiam ratione, ac 123
verborum efficacia clariſſimè colligitur volun-
tas, quàmlongiſſimè hoc fideicommiſſum pro-
trahendi tranſitu Bonorum de uno in alium ex
ſubſtitutis, ut ex digreſſu ad plures gradus ſub-
ſtitutionum deſumunt *Rota coram Celſo dec. 181.*
*num. 14., coram Ottbob. deciſ. 1. num 26., & deciſ.*
*690. num. 3. part. 18. tom. 1. rec., in Interamnen.*
*Fideicommiſſi 2. Julii 1708. §. Conjectura coram*
*R.P.D. Scotto*, & luculentiſſimè ex his omnibus
ad rem noſtram hanc ſucceſſionem fideicommiſ-
ſariam concludit *Rota in Romana Fideicommiſſi*
*de Alveris 12. Januarii 1711. §. Verſamur, &*
*ſeqq., & §. Signanter coram R.P.D. Criſpo*.

Ex quibus promanat reſponſio quinto Dubio,
quo quæritur, =, *an, Joanne Franciſco caducato ab*
*hereditate, Julius Cæſar ſucceſſionem adeptus, ſi*
*ſinè filiis obierit, poſſit liberè de eadem hereditate*
*diſponere?* ſupereſt, ut juxta idem quintum Du- 124
bium videamus, an eamdem hereditatem tranſ-
mittere teneatur *ad filios Joannis Franciſci cadu-*
*cati?* Circa quod etſi æquitatis, & juſtitiæ ratio
prohibere videatur, quod filii omni culpâ vacan-
tes, Parentum pœnâ teneri debeant, ut ex *leg. ſan-*
*cimus Cod. de pœnis, leg. Paterfamilias 44. ff. de*
*heredib. inſtit.*; attamen dicendum videtur,
quod cum Joanne Franciſco in caſu inobedientiæ
cadere debeant ejus filii ab hac hereditate, eò
quod Teſtator voluerit, ut caducitatis, & priva- 125
tionis pœnâ in caſu inobedientiæ tota linea, ac
deſcendentia contravenientis afficiatur: ideo-
que, cum filii, & Deſcendentes excluſi non di-
cantur primariò ex facto Patris, quo certum eſt
eos gravari non debere, verùm ex diſponentis
voluntate, cui integrum eſt talem legem ſuæ 126
diſpoſitioni adjicere, *Simon. de Pret. de inter-*
*pret. ultim. volunt. lib. 4. interpret. 2. dub. 4. nu.*
*14., & ſeqq. fol. 451., Rota deciſ. 190. num. 4.,*
*coram Royas, in Fanen. Primogenituræ 5. Maii*
*1700. §. Nihilominus cor. clar. mem. Card. Capra-*
*ra, & in Carpentoracten. Fideicommiſſi 26. Junii*
*1709. §. Et jure quidem coram bo. mem. Caſſarel-*
*lo*, jure ipſis præcluditur via amplius ſuccedeu-
di, *Cuman. in leg. Paterfamilias num. 3., ac com-*
*muniter DD. ff. de hered. inſtit., Ruin. conſ. 150.*
*num. 9. lib. 3., Creſp. de Valdaur. obſerv. 22. nu.*
*72., & ſeqq., Torr. de Majorat. part. 2. quæſt. 56.*
*num. 10., & ſeqq., Rota deciſ. 403. num. 4. coram*
*Emerix, aliique in d. Carpentoracten. Fideicom-*
com-

*commiſſi coram bon. mem. Caſſarello §. Pro remo-
tione*; in dubium autem venire nequeat, quin
127 privatio contravenientis porrigatur etiam ad fi-
lios, & ſucceſſores illius; Teſtator ſiquidem in
eventum contraventionis filio ſecundogenito ex
filia ſua ſecundogenita, nempe Joanni Franciſco,
ſpecialiter prohibitæ, vocavit loco ejus filiorum,
& Deſcendentium, quos jam illi in caſu obitus
ſubſtituerat, vocavit, inquam, *eum, vel eos, qui
ipſi ab inteſtato ſuccederent*, eos nempè, qui in-
teſtatam ipſius hereditatem aſſequerentur, poſt-
habitis filiis; non enim Teſtator complecti vo-
luit hiſce verbis = *eos, qui ipſi ab inteſtato ſuccede-
rent* = ejus filios, quos ut paulò ante nominave-
rat, ſic ibi nominaviſſet, ſi de eis intelligere vo-
luiſſet, ſed vocavit alios proximiores ab inteſta-
to illi ſuccedentes, præter filios, ac Deſcendentes,
utpotè qui delicto Patris affici deberent; ubi
128 autem ex cauſa contraventionis datus legitur al-
ter ſubſtitutus, quàm is, qui comprehenſus an-
tecedenti ſubſtitutione literaliter jam fuerat,
certiſſimi juris eſt, privationem afficere filios,
ut plenè in *dict. Carpentoracten. Fideicommiſſi §.
Tum etiam cor. bon. mem. Caſſarello*,

Verumtamen hoc caſu veriùs crederem, fi-
lios Joannis Franciſci contravenientis poſſe ſuc-
cedere, quia iidem veniunt non vigore ſubſtitu-
129 tionis ordinatæ in caſu contraventionis, quæ
jam habuit ſuum effectum ob caducitatem in-
curſam à contraveniente, & ſucceſſionem hoc
caſu delatam ad proximiorem, ſed ſuccedere
dicerentur ex capite alterius, & novæ ſubſtitu-
tionis, illius nempè ordinatæ in caſu obitus ul-
timi gravati decedentis ſinè filiis, quo caſu ipſi
tamquam illi proximiores, & ceteroquin capa-
ces, ſuccedere deberent, juxtà ea, quæ in ſi-
mili firmata fuerunt *in Ferrarien. Primogenitu-
ræ apud Balducc. in collect. deciſ. & rer. judic.
tit. 13. deciſ. 22. num. 36. & ſeqq.*, & ea, quæ in
contrarium adducta fuerunt, non videntur ap-
plicari caſui noſtro, in quo excluſio contrave-
nientis dici potiùs debet perſonalis, quàm rea-
130 lis, ità quidem ut adeò non afficiat totam li-
neam contravenientis, ut hæc incapax reddatur
ſucceſſionis, etiam in caſu, quo defecerit linea
ſubſtituti in caſu contraventionis, nihilominus
libuit hæc innuiſſe D. requirenti, ut prævidere
poſſit pericula, & incommoda litium, quibus
in hoc caſu ſubijci poſſent ejus Deſcendentes.

Ad ſextum Dubium =, *An ſcilicet filii maſcu-
li Jo: Franciſci, quatenùs hic nomen, armaque
domus Berninæ aſſumat, ſuccedere poſſint æqua-
liter in hiſce Bonis, vel potiùs illius ſecundogeni-
tus?* =, patet reſponſio ex lectura teſtamenti, in
quo invenitur, quod Teſtator Franciſco Berni-
no primo heredi ſubſtituit filium ſecundogeni-
131 tum naſciturum ex ſuis filiabus; At huic ſecun-
dogenito ſubſtituit = *omnes illius filios, nepotes,
& pronepotes, & alios deſcendentes maſculos
&c.* =, ſic vocato ſecundogenito ſuarum filia-
rum ad conſtituendum ſtipitem, ex quo filii,
vel ulteriores ſubſtituti procedere noſcerentur,
non autem ad limitandam ſubſtitutionem ad ſo-
lùm heredem qualitate ſecundogeniti pollen-
tem, ut in ſimili benè *Rota in Romana fideicom-
miſſi de Alveris ſuper reſervatis* 19. *Junii* 1711.
*§. Minimè cor. R.P.D. Criſpo*.

Idque perſpicuum fit, conſideratâ ratione,
ob quam Teſtator filium ſecundogenitum ex ſuis
filiabus vocavit, ſubſtituitque, non enim ea
fuit particulare aliquod Teſtatoris deſiderium
conſtituendi in lineis ſuarum filiarum ſecundo-
genituram; verùm ratio, & cauſa hujus diſpo-
ſitionis verſata fuiſſe videtur in eo, ut faciliùs
impleretur aſſumptio ſui nominis ab ipſo heredi-
bus vocatis injuncta, quaſi nempè, dum Primo-
genitus ex ſuis filiabus gentilitium ſtemma fer-
ret, earumdem ſecundogenitus alienam fami-
liam, ſcilicet Teſtatoris, conſtabiliret; Id au-
tem cum impletum jam dicatur ſucceſſione il-
lius ſecundogeniti, in eo namque artificialiter
renovatur familia Teſtatoris, adeò ut Deſcen-
dentes à ſecundogenito jam eſſe cenſeri poſſunt
ex domo Teſtatoris, ob hanc artificialem nomi-
nis aſſumptionem, benè poſſunt iidem Deſcen-
dentes æqualiter aſſequi hanc hereditatem, ut
contingeret de filiis Franciſci Maſſucii filii Te-
ſtatoris, inter quos, utpotè eodem nomine
Teſtatoris naturaliter inſignitos, ille ſucceſſio-
nem ad unum non reſtrinxit, verùm omnes æ-
qualiter admiſit.

Poſtremo loco quæritur, quid ſentiendum
ſit; = *Si Joannes Franciſcus relinquat filiam fæ-
minam viro nuptam, ſeù filiam in Monaſterio pro-
feſſam* = Cui Dubio facilè reſpondetur litera te-
ſtamenti, quâ vocantur ſolum filii maſculi ex
ſecundogenito filiarum Teſtatoris, ut eo loco = :
*Sed caſu, quo dictus Franciſcus ejus filius dece-
deret ſinè filiis maſculis &c., ſubſtituit filium
ſecundogenitum &c., illiuſque filios, nepotes,
pronepotes, & alios Deſcendentes maſculos* = Ut
etiam Maſculi tantùm vocantur in ſequentibus
ſubſtitutionibus; Undè perſpicuum eſt, neutram
ex dictis filiabus Joannis Franciſci aſſequi poſſe 132
hanc hereditatem; nam fœminæ vocatione Ma-
ſculorum minimè comprehenduntur, *Bartol. in
leg. cum avus num. 5. ibique Scribentes ff. de con-
dit., & demonſtrat., Tondut. quæſt. civil.* 112.
*num. 1., Rota coram Buratto deciſ. 206. num. 4.,
& deciſ. 274. num. 3., & in rec. deciſ. 230. num.
14. part. 12., & ad ornat. clar. mem. Card. de Lu-
ca de Teſtam. deciſ. 43. num. 9.*

Præſertim verò, quia à Teſtatore conſultum
fuit ſuæ agnationi, quam primùm naturaliter in
filiis ſuis maſculis conſervari, exindè verò arti- 133
ficialiter in filiis maſculis ſuarum filiarum aſ-
ſumptione ſui nominis renovari voluit, ex qui-
bus contemplatia dicitur conſervatio Bonorum in
agnatione, *Rota in Ravennaten. Fideicommiſſi
Julii de Abioſis 7. Aprilis 1710. §. Teſtatorem
coram R.P.D. Criſpo, & in dicta Romana fidei-
commiſſi de Alveris 12. Januarii 1711. §. Au-
getur coram eodem*; Certiùs, inſpectâ eâ ratione
in poſteriori parte teſtamenti poſitâ = *Intentio ip-
ſius Teſtatoris fuit, & eſt, quod omnia ejus Bo-* 134
*na in ejus familia, & agnatione perpetuò conſer-
ven-*

*ventur*; Undè eò minùs fœminæ nomine Maſ-
culorum venire poſſunt; *Caſtill. quotid. contr.
lib.2. cap.29. num.6.12., & num. 23., Rota de-
ciſ.95. num. 16. part. 11., & deciſ. 269. num. 8.
part.15., & deciſ.69. nu.19., & ſeqq. part.17.,
& ad ornat. clar. me. Card. de Luca de Fideicom.
deciſ.14. nu.13.*, & confert clarior voluntas Te-
ſtatoris explicata in prima ſubſtitutione *Deſcen-*
135 *dentium ſui filii maſculi fœminis ſemper excluſis*=.

Cum igitur idem ſit mori abſque filiis, ac cum
filiis à ſucceſſione excluſis, locus fiet hoc caſu ſub-
ſtitutis in caſu obitus Secundogeniti abſque filiis.

Nihilominùs hoc caſu crederem, ad ſucceſſio-
nem admitti poſſe filios maſculos dict. filia-
136 rum, quia hi maſculi ſunt, & deſcendere di-
cerentur à Secundogenito dictæ filiæ fœminæ
Teſtatoris, & apti ſunt ad artificialem renova-
tionem familiæ Teſtatoris, juxtà ea, quæ latiſ-
ſimè firmata fuerunt in *Avenionen., ſeù Car-
pentoracten. fideicommiſſi de Tertullis 27. Fe-
bruarii, & 21. Novembris 1704. coram R.P.D.
Lancetta, & 5. Junii 1703. coram bon. mem.
Caffarello, & uberrimè die 2.Decembris 1705.cor.*
137 *Rño Molines Decano*; Immò verò, donec ad-
eſſet ſpes, quod ex filia fœmina procreari poſſet
aliquis Maſculus, fieri minimè deberet tranſitus
ad alios ſubſtitutos remotiores, ſive poſteriori
138 loco vocatos, ſed, donec adeſſet talis ſpes, quod
ſupervenire poſſet ſubſtitutus de linea magis di-
lecta, ſucceſſio in ſuſpenſo maneret, delatâ cu-
ſtodiâ, ſive adminiſtratione Bonorum heredi he-
redis gravati, non autem ad fideicommiſſarium,
139 *Rota coram bon. me. Emerix jun. deciſ. 902. num.
8. cum ſeqq.*, quæ loquitur in difficiliori caſu, diſ-
poſitionis videlicet ordinatæ per viam primo-
geniture, quæ magis abhorret à dicta ſuſpen-
ſione.

## *Anconitana Fideicommiſſi.*

Fideicommiſſario pro fideicommiſſi recuperatione agenti, præſtitâ ab eo cautione aliis vocatis totum, vel partem reſtituendi, officere non poſſe exiſtentiam alteriùs proximioris gradu, quoties hic non de alia priùs vocata, ſed de eadem ipſius Actoris linea exiſtat, latè diſcuſſo articulo, reſolvitur; ſimulque oſtenditur, an, & quando una, & non plures dicantur conſtitutæ lineæ; proximitatem itidem gravanti, & non gravato, ubi cum tertio poſſeſſore agitur, attendendam non eſſe; præſtitâque cautione ejuſmodi, minùs requiri præfixionem termini aliis vocatis, ut declarent, an velint agnoſcere nec ne?

## VOTUM XXVIII.

1 *Deſcendentium maſculorum nomine veniunt Maſculi tàm ex Maſculis, quàm ex fœminis.*
2 *Et ſive ab unica, ſive à duplici fœmina procedant.*
3 *Ex vocatione collectivè facta, ſucceſſio non ſimultaneè, ſed ſucceſſivo ordine defertur.*
4 *Accedente præſertim Teſtatoris voluntate.*
5 *Succedendi ordo à Teſtatore præſcriptus, ſervandus eſt.*
6 *In ſucceſſione deferenda ſecundùm prærogativam gradus, proximitas ultimo gravato, non gravanti attenditur*, & num. 14. 22., & 65.
7 *Succeſſio fideicommiſſaria ab ultimo moriente, non autem à Teſtatore deferri dicitur.*
8 *In fideicommiſſis regulariter ſuccedi dicitur gravanti, & non gravato.*
9 *Intellige, non quoad effectum regulandæ ſucceſſionis.*
10 *In ſucceſſionibus primum locum occupat linea, in eaque gradus.*
11 *Succeſſio in unam lineam ingreſſa, ab ea non egreditur, donec ſupereſt perſona ſucceſſionis capax*, & num.66.
12 *Unius lineæ duratio aliam excludit, & omnes, qui in ea ſunt.*
13 *Ratio continuationis in linea poſſeſſoris, alterius ingreſſui prævalere debet.*
14 *Fideicommiſſo non purificato, immiſſio non debetur.*
15 *Exceptio non purificationis fideicommiſſi licèt ſit de jure tertii, excluſiva tamen eſt juris Agentis, & etiam à tertio poteſt opponi*, & *num.20., & quando ſecus?* nu. 38. & ſeq., & num.44. ad 61.
16 *Fideicommiſſum purificatum favore plurium ejuſdem gradus poteſt unus petere, aliis id negligentibus.*
*Intellige, præſtitâ cautione reſtituendi aliis portiones ſuas*, ibid., & num.32.
17 *Secus tamen eſt inter perſonas diſparis gradus*, & num.35.
*Tunc enim, ſi primus ſubſtitutus fideicommiſſum non petat, ſecundus non admittitur*, ibid.; *Sed vid.* nu. 36. & ſeq., & nu.61.
*Procedit maximè contra remotiorem de diverſa linea*, nu.21. & 62.
18 *In quolibet judicio jus ex parte Actoris metiendum eſt; Sed* vid. nu.27. & ſeq.
19 *Actori carenti jure petendi fideicommiſſum ob exiſtentiam proximioris, poteſt à Reo objici exceptio illa* = quoad te liberas ædes habeo. =
20 *Poſſidenti ſufficit nuda facti poſſeſſio, tametſi jure, & titulo deſtituta.*
*Modò tamen Actor bonum jus non foveat pro eo excludendo*, ibid.
23 *Agnitio fideicommiſſi ab ejus Anteceſſoribus facta, Actori non ſuffragatur, niſi expreſſa, & ſpecifica fuerit.*
24 *Jus agnoſcendi fideicommiſſum tricenario temporis lapſu præſcribitur?* vid. num. 74.
*Declara, temporis lapſum in vita prædeceſſorum non nocere aliis jure proprio venientibus*, num.75.
25 *Vocatis ad fideicommiſſum debet ab illius petitore præfigi terminus ad declarandum, an velint agnoſcere nec ne?*

*Huic*

*Huic tamen cautelæ ſuppletur, præſtitâ cautione de eorum portiones reſtituendo*, nu. 77.

26 *Fideicommiſſum reciprocum ex quibus inductum cenſeatur?*

27 *Ad fideicommiſſum vocatus quis cenſetur ſi præſeferat qualitates à Teſtatore volitas.*

28 *Vocatio ad fideicommiſſum levioribus inducitur conjecturis, cum agitur de diſpoſitione inter Deſcendentes.*

29 *Fideicommiſſario, ad obtinendam immiſſionem, ſufficit, ſi alius non compareat, qui ſe proximiorem probet.*

30 *Præſertim, ſi res non ſit cum aliis vocatis, ſed cum poſſeſſore extraneo.*

31 *Tunc enim ſat eſt, quod doceat, ſe eſſe in gradu ſucceſſibili*, & num. 73.

32 *Procedit, licèt alii adſint de genere vocato, qui negligant fideicommiſſum petere*, & nu. 33. & 34.

37 *Ab Actore jus metiendum ſemper eſt, ſive par, ſive proximior alius exiſtat ad fideicommiſſum vocatus.*

*Et jus ille habet agendi ad ſolidum, præſtitâ tamen cautione de reſtituendo eidem vocato portionem ſuam*, num. 48. & ſeq.

38 *Exceptio juris tertii quando nequeat dici excluſiva juris Agentis?* & num. 39., & ſeq.

39 *Exceptio non purificati fideicommiſſi ob exiſtentiam proximioris, eſt quoad ſubſtitutum agentem exceptio juris incerti.*

*Nec poteſt eſſe illius intentionis excluſiva*, ibid. & num. 46., & ſeq.

*Præſertim, quia tale jus pendet ab ipſius proximioris voluntate*, num. 40.

*Eoque non opponente, nequit opponi*, num. 41., *amplia, ut* num. 46.

40 *Jura fideicommiſſaria ad quempiam non ſpectant, niſi ipſo volente.*

41 *Et, nonniſi ipſo volente, ſunt excluſiva juris Agentis.*

42 *De jure, quod tertio quæratur ad ejus duntaxat utilitatem, alius nequit excipere.*

43 *In fideicommiſſis voluntas Teſtatoris ſpectanda eſt.*

44 *A Teſtatore diſpoſitum illud cenſetur, quod, interrogatus, reſpondiſſet.*

48 *Fideicommiſſario pro immiſſione agenti, præſtitâ ab eo cautione de aliis reſtituendo eorum portiones, nequit à tertio opponi exceptio exiſtentiæ proximioris*, & num. 49. ad 54.

*Intellige*, ut num. 71.

50 *Coheres ad portiones aliorum, quaſi ſub conditione vocatus cenſetur.*

51 *Curator Bonis dandus eſt, dum pendet conditio; quæ ſic non deficit, neque purificatur.*

52 *Coheres in partem ſuam uti heres, & dominus, in partes verò aliorum uti Curator debet immitti.*

53 *Fideicommiſſarius, abſente eo, qui primo Inſtituto ſucceſſurus eſt, poteſt contra tertium poſſeſſorem petere, Curatorem Bonis aſſignari.*

54 *Immò ſimul fideicommiſſum, & Curatorem petere poteſt.*

*Cura autem Bonorum ipſi, præſtitâ legitimâ cautione, erit deferenda*, ibid.

*Procedit, etiam non expectatâ morte primi Inſtituti*, ibid. & num. 55.

*Quæ omnia procedunt, etiam in terminis vocationis ad Juſpatronatus, dicto* num. 56.

55 *Abſens faciliùs recuperare poterit à Curatore, qui ejus nomine adminiſtravit, quàm ab eo, qui ſe heredem fecit.*

56 *Ex Jurepatronatus rectè ad fideicommiſſum arguitur.*

57 *Excluſo primo vel quia nolit, vel quia non poſſit, res ulterioribus defertur ſubſtitutis.*

*Et hi jure ſuo capere dicuntur*, ibid.

59 *Proximior gradu, idem eſt, quod non extet, ac quod extet, & non agnoſcat.*

60 *Poſſeſſoris extranei nihil intereſt huic vel illi ex vocatis reſtituere.*

*Vocatorum verò intereſt, Bona apud Extraneos non remanere*, ibid.


61 *Auctoritates firmantes, proximiore ad fideicommiſſum non agente, remotiorem admittendum non eſſe, declaratur procedere in remotiore non de eadem, ſed de diverſa linea ſecundò vocata*, & nu. 62. ad 64.

63 *Vocationis ad fideicommiſſum conditio purificata dici nequit, donec perſonæ de linea priùs vocata exiſtant.*

64 *Exceptio non purificatæ conditionis ob exiſtentiam perſonarum de diverſa linea priùs vocata, nequit admitti inter perſonas de una, eademque linea.*

*Inter has enim ſolùm de proximitate gradus contendi poteſt*, ibid.

Petrus




PEtrus Frezza in teſtamento condito anno 1460.heredem univerſalem ſibi ſcripſit Antonium Mariam ex Antonio Petro filio præmortuo nepotem,& unum,vel plures poſthumos, qui d. Antonio Mariæ annaſci poterant ex Savina ipſius Matre, & reſpectivè uxore Patris ſui prædefuncti, eidem verò ſic inſtituto ſubſtituit his verbis = *Et ipſorum Antonii Mariæ, & cujuſque poſthumi maſculi eidem quond. Antonio Petro naſciturorum ex dicto ventre dictæ Savinæ olim Uxoris ſuæ liberos legitimos maſculos, & ex legitimo Matrimonio procreandos in ſtirpes, & non in capita, eoſque omnes ablatricos meos, & eorum liberos ſibi invicem ſubſtituo, & ſuccedere volo, ac mibi heredes inſtituo vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, & prout meliùs valere poterit, legitimæ tamen ſucceſſionis graduum prærogativâ inter eos in cujuſque, & qualiſcumque ſubſtitutione, & ſucceſſione ſervatâ* = Sic legitur in particula teſtamenti relatâ in ſpecie facti ad me tranſmiſſa. His verò omnibus deficientibus, eâdem prorsus figurâ verborum, quâ concepta fuit ſubſtitutio facta Antonio Mariæ, ſubſtituit Antoniam filiam ſuam, ejuſque Liberos maſculos.

Ex d. autem Antonio Maria orti fuerunt Eques Marcus Antonius Frezza, & Valeria nupta D. Com. Antonello de Sanctis Tritavo DD. Comitum Pauli, & Joannis Georgei de Sanctis. Plures præfatus Eques Marcus Antonius ſuſcepit filios, Antonium nempè Mariam, Annibalem, & Petrum Mariam: Primi duo deceſſerunt ſinè Liberis, ſed Petrus Maria licèt reliquerit Fulviam filiam nuptam Com. Bartholomæo Zanardo Abavo D. Com. Bartholomei Jun. Zanardi hodiè viventis, & Marcum Antonium; nihilominùs, quia Fulvia excludebatur à fideicommiſſo Petri Frezza, qui vocaverat Maſculos, & Marcus Antonius prædeceſſerat Annibali Patruo ſuo, in iſto tamquam ſolo Maſculo ſuperſtite ex omnibus Deſcendentibus Fideicommitentis conſolidatum fuit totum fideicommiſſum, idem verò moriens ſinè liberis anno 1624. Bona ex illo provenientia unà cum reliquis ſuis Bonis ſubjecit primogenituræ ordinatæ favore D. Marchionis Annibalis Junioris agnati ſui, licèt minimè vocati ad fideicommiſſum à Petro conditum.

Quamobrem præfati Comites Paulus, & Joannes Georgeus de Sanctis deſcendentes à Valeria, ideoque procul dubio vocati ad d. fideicommiſſum Petri, Bona eidem obnoxia vindicare contendunt à Marchione Annibale Juniore Reo illa occupante vigore mox relatæ primogenituræ, eidem verò plura pro ſua tuenda, retinendaque poſſeſſione ſuffragari videntur; Licèt enim ſupponatur certa vocatio DD. Comitum de Sanctis venien-

venientium ſub nomine Deſcendentium maſcu-
lorum, juxtà famigeratam doctriuam *Fulgoſii*
*conſ.*85., complectente Maſculos, tàm ex Maſ-
lis, quàm ex fœminis progenitos, & tradunt
*Bonden. colluct. legal.*34. *num.* 106. *lib.* 2., *Ro-*
*dulphin. allegat.*22., *& allegat.* 179. *utrobique*
*num.*10., *Rota deciſ.* 69. *num.* 8., *& ſeqq. part.*
17., *deciſ.*164. *num.*5., *& ſeqq. part.* 18., *coram*
*Priolo deciſ.* 283. *num.* 1., *in Bononien. Fidei-*
*commiſſi de Ballattinis coram clar. mem. Cardin.*
*Caprara, impreſſa poſt Balduec. ad Ramon. deciſ.*
22. *num.*1., *& ſeqq.*, *in Bononien. fideicommiſſi*
*de Ghiſleriis* 17. *Junii* 1697. *§. Quæ communis*
*regula coram Rm̃o Molines Decano*, *in Romana*
*fideicommiſſi de Moronis* 10. *Maii* 1697. *§. Quan-*
*doquidem*, *confirmata* 27. *Januarii ſeq. anni §.*
*Hæc autem coram bon. mem. Pio*, *in Romana fi-*
*deicommiſſi de Goris* 9. *Maii* 1701. *§. Immò enim*
*coram R.P.D. meo Anſaldo*, dictaque certiſſima
Doctorum traditio procedat tum in Maſculis ab
2 unica tantum, tum etiam in illis à duplici fœmi-
na deſcendentibus, *ad Text. in leg.*1. *Cod. de*
*condit. inſert.*, *Mandell. conſ.*86. *num.*5., *Man-*
*tica de conject. lib.* 8. *tit.* 18. *num.* 12., *Mart. de*
*ſucceſſ. legal. part.*1., *quæſt.* 1. *art.* 5. *num.* 21.,
*Romas de incompatib. part.* 1. *cap.* 6. *num.* 325.,
*Balduec. ad Ramon. conſ.*17. *num.* 2., *clar. mem.*
*Cardin. de Luca de fideicomm. diſc.*29. *num.*4., *&*
*num.*6. *verſ. tum ob rationem*, *diſc.*33. *nu.*4., *Lar-*
*rea deciſ. Granaten.* 34. *num.* 70., *Rota coram*
*Cardin. Celſo deciſ.*141. *num.*8., *in rec. deciſ.*32.
*num.*16. *part.*16., *& inter collect. ad ornat. clar.*
*mem. Cardin. de Luca tit. de fideicomm. deciſ.* 1.
*num.*12., nihilominùs in caſu noſtro inter dictos
Deſcendentes maſculos ex fœminis ſervandus
videbatur ordo ille, qui non minùs à Jure, quàm
à Teſtatore in noſtra hypotheſi præſcriptus re-
peritur.

Teſtator enim vocavit quidem Maſculos utri-
uſque generis, ſed eorum vocatio, utpotè col-
3 lectivè facta, non ſimultaneè, ſed ordine ſuc-
ceſſivo, & prout ab inteſtato ſuccederetur, jus
ſuccedendi defert, ad mentem *Textus in leg. cum*
*ità §. In fideicommiſſo ff. de legat.*2., *& leg. fina-*
*li Cod. de verbor. ſignific.*, *Bartol. in leg. Gallus*
*§. Quidam rectè num.*4. *ff. de liber.*, *& poſthum.*,
*Peregrin. de Fideicomm. art.*19. *num.*24., *&* 33.,
*Fuſar. de ſubſtitut. quæſt.* 383. *num.* 41., *Magon.*
*deciſ. Florent.* 102. *num.* 5., qui Juris ordo eò
certiùs in noſtra hypotheſi ſervandus videtur,
4 quia præſcriptus etiam reperitur à Teſtatore,
cujus voluntas non obſcurè reſultat ex verbis il-
lis = *legitimæ tamen ſucceſſionis*, *& graduum præ-*
*rogativâ inter eos*, *& cujuſcumque*, *& qualiſ-*
*cumque ſubſtitutione*, *& ſucceſſione ſervatâ* = Si
itaque ordo à Teſtatore præſcriptus ſervandus
5 eſt, *clar. mem. Cardin. de Luca de Fideicommiſ.*
*diſc.*33. *num.*16., dum ille in noſtro caſu legiti-
mam ſucceſſionem, & graduum prærogativam
6 attendendam eſſe, juſſit, per conſequens voluit
etiam, ſucceſſionem deferri juxtà proximitatem
gravato, & non gravanti, *Peregrin. de Fidei-*
*comm. art.*10. *num.* 9., *Gallus de cacept. ſucceſſ.*
*tit.*4. *cacept.* 26. *num.*93. *part.*2., *Fuſar. de ſub-*
*ſtitut. quæſt.*484. *num.*47., *& conſ.*80., ideoque
illam deferri ab ultimo moriente, non autem à 7
Teſtatore, *Fuſar. de ſubſtit. mox cit. quæſt.* 484.
*num.*11., *de Luca de Fideicomm. diſc.* 201. *num.*
15.; tametſi enim regulariter in fideicommiſſis
gravanti, & non gravato ſuccedi dicatur, id ta-
men intelligendum eſt ad effectum dumtaxat, nè 8
ſucceſſor agnoſcere teneatur in authorem ulti-
mum morientem, ejuſque facto obligari, ſed
non etiam ad effectum regulandi ſucceſſionem, 9
ut benè diſtinxit *clar. mem. Cardin. de Luca de*
*Fideicomm. diſc.*202. *num.*15., *& diſc.*234. *num.*
6., *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.*311. *num.*48., *Care-*
*na reſolut.*108. *nu.*11., *Andreol. contr.*288. *num.*
3., *& ſeqq.*

At verò, ſi ordo legitimæ ſucceſſionis, ſi
gravati, & non gravantis proximitas attenden-
da eſt, cum ab Antonio Maria nepote, & pri-
mo herede gravato Petri fideicommittentis to-
tum fideicommiſſum ſuſceperit Eques Marcus
Antonius illius filius, & ab ipſo devolutum fue-
rit ad Petrum Mariam, qui deceſſit, relictâ
Fulviâ filiâ nuptâ Comiti Bartholomæo Zanar-
do, & Annibalem ſeniorem, qui reliquus fuit
omnium Deſcendentium maſculorum ex maſcu-
lis Teſtatoris, ſi ab iſtis tranſitus fieri debeat ad
Maſculos cognatos, præferendi procul dubio vi-
dentur Deſcendentes ex Fulvia, tamquam pro-
ximiores Annibali ultimo defuncto, excluſis
DD. Comitibus de Sanctis deſcendentibus à Va-
leria Sorore Equitis Marci Antonii, utpotè de
linea remotiori, cum juxtà elementares regulas 10
Juris ſucceſſorii primum locum occupet linea,
& in linea gradus, quamobrem, quoties ſucceſ-
ſio devenit ad unam lineam, numquam fit tran- 11
ſitus ad aliam, donec in linea jam admiſſa ſuper-
eſt perſona ulla capax ſucceſſionis, *Fuſar. conſ.*
80. *num.* 5., *Tiraquell. de Primogen. quæſt.* 40.
*num.*229., *Altograd. Jun. contr.* 68. *§. penult.*,
*Tondut. reſol. civil. part.*2. *cap.*89. *in fine*, *Torr.*
*de Majorat.*, *& Primogen. Ital. part.* 1. *cap.* 15.
*num.*35., *& ſeqq.*, *& cap.*41. *num.* 67., *de Luca*
*de linea legal. tit.*20. *num.*15., *Palm. alleg.*226.
*num.*69. *&* 91., *Cenſal. deciſ. Lucen.*90. *num.*2.,
*Rota deciſ.*209. *num.*1., *&* 2. *part.*2. *diverſ.*, *in*
*rec. deciſ.*63. *num.*30. *part.*17., *in Romana Ca-*
*ſalis Aguzzani* 21. *Junii* 1701. *§. Si verò petit*
*coram Rm̃o Molines Decano*, ex quo promanat
illud omnium ore tritum axioma, durationem 12
unius lineæ aliam excludere, omneſque, qui in
ea ſunt, *Ramon. conſ.* 100. *num.* 409., *Mart.*
*de ſucceſſ. legal. part.*4. *quæſt.*21. *art.*16. *num.*16.
*& ſeqq.*, *Rota coram Merlino deciſ.*863. *nu.*33.,
*in rec. deciſ.*65. *num.*2. *&* 6. *part.*8., Juſtitiæ ſi-
quidem, & naturalis rationis dictamini maximè 13
conſonum eſt, quod ratio continuationis in li-
nea poſſeſſoris prævaleat alterius ingreſſui, *A-*
*len. in quodam reſponſo* 2. *impreſſ. poſt allegat. de*
*Marin. num.*8. *&* 9., *clar. mem. Card. de Luca*
*de Fideicomm. diſc.* 203. *num.* 11. *in fine ſupplem.*
*part.*3., *Rocca diſput. jur. ſelect. cap.*3. *num.* 12.
*cum ſeqq.*, *in Bononien. Fideicommiſſi de Ballatti-*
*nis deciſ.* 22. *in fin. apud Balducc. ad Ramon.*
*tom.* 4.

Fruſtra igitur DD. Comites de Sanctis agunt
pro immiſſione conſequenda ex fideicommiſſo
Petri, exiſtentibus namque Maſculis deſcenden-
14 tibus ex fœmina proximiore ultimo gravato, &
de linea, in quam ſucceſſio ingreſſa eſt, repel-
luntur exceptione illâ, quod deficiat extremum
neceſſarie requiſitum pro immiſſione obtinen-
da, purificationis nempè fideicommiſſi, *Rota*
*coram ſan. mem. Alexand. VIII. deciſ. 225. num.*
*2.*, quæ exceptio licèt ſit de Jure tertii, atta-
15 men, utpotè ipſo Jure excluſiva Juris agentis,
objici poteſt etiam à tertio, juxtà optimam de-
ciſionem *Theſauri la quarta*; & docuerunt, *Ri-*
*minald. jun. conſ. 112. num. 114. & ſeqq.*, *Cloch.*
*conſ. 29. num. 81. lib. 1.*, *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.*
*606.*, *Gratian. diſcept. forenſ. 691. num. 12.*,
*Andreol. contr. 241. num. 10.*, *Cyriac. contr. 569.*
*num. 13.*, *Sabell. in Summa §. Proximitas num.*
*4. tom. 3.*, *Vin. deciſ. 835. num. 2. & 8.*, *Magon.*
*deciſ. Florent. 102. nu. 5. & 8.*, *Rota apud Poſth.*
*de manut. deciſ. 302.*, *coram Ludoviſ. deciſ. 415.*
*num. 3.*, *coram Cardin. Cerro deciſ. 536. num.*
*6.*, *& coram ſan. mem. Alexand. VIII. dict. deciſ.*
*225. num. 3.*, *& 4.*

Parvique referre dicebatur, quod fideicom-
miſſum, de quo agitur, utpotè numquam agni-
tum à DD. Comitibus de Zanardis maſculis de-
ſcendentibus ex Fulvia debeatur DD. Comiti-
bus de Rubeis, tamquam nedum ab anno 1627.
ab eorum Anteceſſoribus, ſed ab ipſis etiam
agnitum, & petitum in præſenti Judicio; nam
D. Marchio Frezza Reus juvatur diſtinctione il-
lâ, quâ traditur, quod, ſi agatur de fideicom-
16 miſſo purificato favore plurium in uno, eo-
demque gradu exiſtentium, tunc, aliis non pe-
tentibus, aut fideicommiſſum agnoſcere negli-
gentibus, rectè unus tantùm illud petere po-
teſt, præſtitâ cautione reſtituendi aliis portiones
ſuas; At aliter res ſe habet, quoties res agitur
inter fideicommiſſarios diſparis gradus, eo enim
17 caſu ſi primo loco ſubſtitutus fideicommiſſum
agnoſcat, aut petat, ſecundus non admittitur,
ſed rectè rejicitur exceptione, quod adſit alius,
qui eum gradu præcedat, ob eam rationem, quod
18 in quolibet Judicio jus metiendum ſit ex parte
Actoris, ideoque, ſi iſte careat Jure petendi fi-
deicommiſſum, eò quod adſit alius, qui eum
gradu præcedat, Reus juvatur exceptione illâ =
*quoad te liberas ædes habeo* =, ſufficit namque
19 poſſidenti nuda facti poſſeſſio, tametſi jure, &
titulo deſtituta, modò tamen Actor Bonum jus
non foveat pro eo excludendo, proindeque iſti-
uſmodi exceptio, licèt ſit Juris tertii, attamen,
utpotè excluſiva intentionis Agentis, rectè oppo-
20 ni poteſt adversùs petitorem fideicommiſſi gra-
du remotiorem, *Fuſar. de ſubſtitut. quæſt. 608.*,
*Andreol.*, *& Sabell. locis mox citatis*. Nilque
curandum videbatur, an ageretur de pluribus
ſubſtitutis in una, vel diverſa linea exiſtenti-
bus; nam exceptio iſta fortiùs urgens contra
21 eum, qui eſſet de linea remotiori, afficere etiam
videbatur ſubſtitutum gradu remotiorem, tam-
etſi in eadem linea exiſtentem, ob voluntatem
Teſtatoris, qui legitimam ſucceſſionem, &
gradùum prærogativam attendendam eſſe vo-
luit, juxtà quam ſucceſſio deferri ſemper debet, 22
inſpectâ proximitate ultimo morienti, ex allega-
tis in *§. Teſtator enim in fine*.

Denique his omnibus addebatur, quod DD.
Comitibus de Sanctis integrum amplius non erat
agnoſcere controverſum fideicommiſſum; non
enim juvantur agnitione anno 1627. ab ejus An- 23
teceſſoribus factâ, cum illa non fuerit expreſſa,
& ſpecifica, prout requiri, tradunt *Cravett. conſ.*
*33. num. 22.*, *conſ. 37. nu. 4.*, *Dec. conſ. 445. num.*
*54.*, eâ verò deficiente, idem fideicommiſſum
agnoſci hodiè nequivit à DD. Comitibus de San- 24
ctis, eò quod vel tricenarii temporis lapſu jus
omne agnoſcendi fideicommiſſum præſcriptum
cenſeatur, *Gloſs. in leg. quamdiù, & ibi Odofred.*
*Cuman.*, *& Caſtrenſ. ff. de acquiren. hered.*,
*Andreol. contr. 241. num. 14.*, vel admiſſo etiam,
quod tale jus præſcriptione nondum ſublatum
fuerit; nihilominùs Actores obtinere non poſ- 25
ſent, niſi priùs aſſignato DD. Comitibus de
Zanardis termino ad deliberandum, an velint
agnoſcere nec ne?, *Andreol. controver. 241.*
*num. 16.*

Quamquam verò hæc graviſſima ſint; nihilo-
minus graviora adhuc momenta rationum urge-
re videntur favore DD. Comitum de Sanctis
Actorum, quibus immiſſionem concedendam
eſſe crederem: ſuppoſitâ ſiquidem vocatione
Maſculorum omnium deſcendentium ex fœ-
minis Antonii Mariæ, non controverſâ à D.
March. Frezza Reo, & probatâ in *§. Quamobrem,*
*præfati Comites*, in dubium revocari nequit bo- 26
num jus Actorum, utpotè reſultans ex abſoluto
fideicommiſſo reciproco deſcenſivo, à Petro fi-
deicommittente ordinato inter omnes Deſcen-
dentes maſculos Antonii Mariæ, quos nedum
mutuis ſubſtitutionibus vocavit, ſed, ipſis defi-
cientibus, eorum ultimo ſubſtituit Antoniam
filiam ſuam, ejuſque Deſcendentes maſculos,
& quidem in tota hereditate; quamobrem, cum 27
DD. Comites deſcendant à Valeria filia Antonii
Mariæ, ex hujuſmodi diſpoſitione certa reddi-
tur illorum vocatio, *Merend. contr. lib. 8. cap. 5.*
*num. 5.*, *Spad. conſ. 339. num. 12. lib. 2.*, *Rede-*
*naſch. conſ. 9. num. 94. lib. 1.*, *clar. mem. Card. de*
*Luca de Fideicomm. diſc. 100. nu. 8. verſ. & qui-*
*dem*, *Rota coram Carillo deciſ. 105. num. 32. &*
*ſeq.*, *in rec. deciſ. 183. num. 1. & ſeq. part. 10.*,
*deciſ. 281. nu. 1. part. 13.*, præſertim vero, cum
agatur de diſpoſitione inter Deſcendentes, in 28
qua pro illa inducenda leviores etiam conjecturæ
ſufficiunt, *Honded. conſ. 65. num. 30. lib. 1.*, *Ca-*
*vena reſolut. 128. num. 2.*, *Actolin. reſolut. 46.*
*num. 48.*, *Sperell. deciſ. 152. num. 97.*, *Rota co-*
*ram Buratt. deciſ. 897. nu. 8.*, *coram Bichio deciſ.*
*287. num. 31.*, *in rec. deciſ. 87. num. 15. part. 8.*;
Cum itaque ipſi ſint de genere vocato, id ſuffi- 29
cit, ut immiſſionem conſequi poſſint, dum alius
non comparet, qui ſe proximiorem probet, ut
poſt *Jaſon.*, *& alios in leg. Is poteſt ff. de acquir.*
*hered.*, *tradit. Peregrin. de Fideicomm. art. 43.*
*num. 60. in fin.*, *Rota coram Seraph. deciſ. 1219.*
*num. 1.*, *coram Cavaler. deciſ. 575. num. 7.*, *cor.*

*Duran.*

Duran. deciſ. 443. num. 2., deciſ. 448. num. 8.,
coram Buratto deciſ. 559. num. 2., & ibi Adden.
literâ B., in rec. deciſ. 284. num. 29. part. 6.,
deciſ. 88. num. 4. part. 7., certius, quandò quæ-
ſtio non eſt inter Agnatos, ſive alios vocatos,
30 ejuſdem fideicommiſſi jure inter ſe de ſucceſſio-
ne contendentes, ſed res agitur cum poſſeſſore
prorſus extraneo, alio jure, quàm fideicommiſ-
ſi, Bona retinente, hoc enim caſu ſatis eſt, quod
Actor doceat, ſe eſſe de genere vocatorum, at-
31 que in gradu ſucceſſibili, juxta tradita per Ro-
tam in Bononien. Immiſſionis 15. Januarii 1691.
§. Quæ profectò, & 9. Maii 1692. §. Aut porrò
coram Rmo d' Hervault Archiepiſcopo Turonen.,
in Ariminen. Fideicommiſſi 3. Martii 1692. §.
Probatio enim coram eodem, & in Ferrarien.
Primogenituræ 10. Martii 1704. §. Nec obſtat
coram R.P.D. Lancetta.

Quæ certiſſima Juris regula locum ſibi vindi-
cat, etiamſi adſint alij de genere vocato, & qui
32 ad fideicommiſſariam ſucceſſionem adſpirare
poſſint; nam, ſi illi negligant vindicare, ac pe-
tere fideicommiſſum, is, qui comparet, totum
vindicare poteſt, præſtitâ cautione de reſtituen-
da portione alteri fideicommiſſario, idque pro-
33 cedit non ſolùm in caſu, quo ſperetur ſuperve-
nire poſſe alium vocatum, ſed etiam quandò il-
le actu adeſt, juxtà egregium conſ. Surd. 359.,
quem communiter ſequuntur DD., ut apud
Gratian. diſcept. 330. num. 8. & ſeqq., ubi de
Luca num. 12., & diſcept. 694. num. 23. & ſeq.,
ubi pariter de Luca ſub num. 9. verſ. contrarium,
idem de Luca de linea legal. lib. 2. art. 71., Can-
cer. var. reſolut. part. 3. cap. 22. num. 208., Ar-
gel. de acquir. poſſeſſ. quæſt. 8. art. 9. num. 263. &
ſeqq., Fontanell. de pact. nupt. tom. 2. clauſ. 7.
gloſſ. 3. part. 1. ex num. 33., & deciſ. 592. per tot.,
Leo deciſ. Valent. 72., & ſequendo dictum con-
ſilium Surdi, hanc opinionem ſecuta ſemper eſt
Sacra Rota, ut coram Mortino Andrea deciſ. 87.
num. 13., & ſeqq., coram Coccino deciſ. 166. num.
4., coram Durun. deciſ. 448. num. 10. & ſeq.,
coram Merlino deciſ. 440. nu. 6., deciſ. 652. num.
17., coram Royas deciſ. 374. nu. 5. & 6., coram
Cardin. Celſo deciſ. 92. num. 15., coram Cardin.
Cerr. deciſ. 21. nu. 12., deciſ. 782. in fin., coram
Priol. deciſ. 177. in fine, deciſ. 45. nu. 13. poſt Torr.
de Majorat., & Primogenit. Ital., poſt clar. mem.
Cardin. Albitium de inconſtant. in Judic. deciſ.
49. num. 38., in rec. deciſ. 148. num. 13. part. 4.
tom. 2., deciſ. 67. num. 34. part. 9., deciſ. 144.
num. 18. part. 13., deciſ. 318. nu. 4. & ſeqq. part.
17.; quo circa rectè DD. Comites de Sanctis A-
ctores per remotionem DD. Comitum de Zanar-
dis non comparentium vindicare poſſunt Bona
34 ſuppoſita fideicommiſſo, ad quod ipſi vocantur,
ad Text. expreſſ. in leg. filius familias §. Cùm pa-
ter ff. de legat. 1., & leg. Peto §. Patre ff. de le-
gat. 2., Peregrin. de Fideicommiſſ. artic. 22.
num. 77.

Nilque turbat, quod petitio unius ex fidei-
commiſſariis vindicantis totum fideicommiſſum,
35 quando alii negligunt portiones ſuas petere, ju-
ſtum locum obtinere poſſit, quoties agitur inter
vocatos ejuſdem gradus, aliter verò res ſe habet,
quoties, negligente primo ſubſtituto, ſequens
in gradu petit fideicommiſſum, juxta deducta in
§. Parvique referre dicebatur; Objectio nam-
que iſta, in qua vertit momentum omne contra-
riæ defenſionis, & quâ, veluti firmiſſimo præſi-
dio, D. Marchio Reus poſſeſſionem ſuam tueri
conatur, ſubſiſtere minimè videtur, eò quod 36
iſtiuſmodi exceptio, vel ſemper admittenda eſ-
ſet, ſive poſſeſſor illam opponat, ſive non ad-
verſus petitorem fideicommiſſi habentem alium,
qui ipſum gradu præcedat, cum ſumma illa ju-
ris ratio, quod jus non ex parte Rei, ſed ex
parte Actoris metiendum ſemper ſit, juſtum lo-
cum ſibi vindicet, tum in caſu, in quo petitor
habet alium, qui cum ipſo fideicommiſſum pe- 37
tere poſſit; tum etiam in alio, in quo adſit, qui
eum gradu præcedat, quia, ſicuti ob dictam ra-
tionem remotior in gradu non poteſt admitti,
donec locus ſit iis, qui eum præcedunt, ità
etiam, cum plures eodem gradu ſunt vocati,
non debet unus totam ſubſtantiam conſequi, do-
nec alius adire poteſt.

Vel è contrario exceptio iſthæc reijcienda ſem-
per erit, nullâ factâ diſtinctione, an illa oppo-
natur adversùs petitorem fideicommiſſi haben-
tem alios paris, vel diſparis gradus, eò quod
eadem re verâ ſemper ſit exceptio juris tertii;
quæ licèt allegari poſſit, quoties eſt ipſo jure ex- 38
cluſiva intentionis agentis; nihilominùs talis il-
la dici nequeat in noſtro caſu, quia in dubium
revocari nequit, quin ſubſtitutus, ſive par in
gradu, ſive remotior ſit, nihilominùs poten-
tiâ, & habitu habet jus ſuccedendi, ex quo pro-
ficiſcitur ſpes illa valdè probabilis ſe aliquando
fideicommiſſum conſequi poſſe, ſi alii deceſſe-
rint, vel renunciaverint, aut repudiaverint, vel
alio quopiam modo excluſi fuerint; Ideoque, 39
cum exceptio iſta juris tertii, utpotè pendens à
futuro eventu dicatur exceptio juris incerti, ne-
quit eſſe ipſo jure excluſiva intentionis agentis,
præſertim verò, quandò tale jus pendet â volun-
tate tertii, qualia ſunt jura fideicommiſſaria, 40
quæ ad aliquem non ſpectant, niſi illo volente,
ad Text. in leg. 1. §. Sed & quoties verſ. cum au-
tem, ubi Soccin. & Ripa ff. ad Trebellian., leg.
cogi §. Metiamus, ubi Caſtrenſ. ff. eodem, Jaſon.
in leg. 1. §. de illo num. 12. ff. eodem; hoc enim
caſu jus, quod, nonniſi ipſo tertio volente, eſt
excluſivum juris agentis, illo non opponente, 41
opponi nequit, Pacian. de probat. lib. 1. cap. 7.
num. 71., Rota coram Coccino deciſ. 166.
num. 5.

Et ſanè, ſi de jure illo, quod ità tertio quæ-
ritur, ut ad ejus tantùm utilitatem quæratur,
alius excipere nequit, Bald. in leg. ſi cui non nu-
meratæ num. 10. Cod. de non numerat. pecun. ibi =
Quoddam eſt jus, quod eſt acquiſitum tertio ad uti- 42
litatem ejus tantùm, & de illo jure non poteſt
alius objicere = & docuit etiam Ger. Spin. conſ.
16. num. 37., quonam pacto admitti poterit,
quod, comparente eo, qui ex judicio Teſtato-
ris ad fideicommiſſum vocatus reperitur, & il-
lius voluntati obſequendo, Bona fideicommiſſa-



Digitized by Google

ria vindicare vult è manibus tertii poſſeſſoris,
reijci poterit exceptione, quod adſit alius, qui
illi gradu par, vel proximior eſt, ad cujus uti-
litatem ordinatum eſt fideicommiſſum; ſi enim
43 ſequenda eſt veriſimilis Teſtatoris voluntas,
prout eam ſequi jubemur, *leg. in conditione ff.
de condit., & demonſtrat., leg. cum verùm ff. de
fideicomm., & in §. Diſponat. Auth. de nuptiis,
Gratian. diſcept. 31. nu. 14., Sperell. deciſ. 152.
num. 33., Rota coram Dunoz. Jun. deciſ. 851.
num. 1., coram ſan. mem. Urbano VIII. deciſ. 91.
num. 8., in rec. deciſ. 23. num. 2., & deciſ. 255.
num. 23. part. 8., deciſ. 166. num. 30. part. 9.*, ſi
illud diſpoſitum, & mandatum videtur à Te-
44 ſtatore, quod, interrogatus, veriſimiliter reſ-
ponderet, *leg. tale pactum §. Finale ubi Gloſſ. &
DD. ff. de pactis, Calcan. conſ. 103. num. 2., Ce-
phal. conſ. 318. num. 56., Surd. conſ. 347. num.
25., Rota deciſ. 131. num. 1. part. 2. diverſor., co-
ram Arguell. deciſ. 14. num. 38.*, quis ambigere
umquam poterit, quin ille perpetuum, & de-
45 ſcenſivum fideicommiſſum ordinando favore
ſuorum Deſcendentium, abhorruerit, quod
Bona ipſius judicio in Deſcendentes ſuos perpe-
tuò tranſitura, apud Extraneos permanerent,
volueritque, quod, negligentibus aliis voca-
tis, alter illa vindicare poſſet? Ex mente ita-
que Teſtatoris admittendus ſemper erit petitor
fideicommiſſi, rejectâ exceptione juris alteri vo-
cato competentis, tamquam ipſo jure non ex-
46 cluſiva intentionis agentis; *Surd. dict. conſ.
359. num. 17., Fontanell. dict. deciſ. 592. num. 3.*
inquiens, petitori fideicommiſſi ſufficere ſolam
poſſibilitatem, quod alii agnoſcere nolint, *Ro-
ta coram Coccino deciſ. 166. num. 5., cor. Royas
deciſ. 374. num. 6. aliique allegati in §. Quæ cer-
tiſſima juris regula.*

Quamobrem Doctores tum ex mente juris,
tum ex voluntate Teſtatoris agnoſcentes, parui
faciendam eſſe nudam poſſeſſionem facti, in qua
reperitur detentor Bonorum fideicommiſſi omni
titulo deſtitutus, ſed longè magis curandam
ſpem illam, & jus habituale ſuccedendi, quod
habet fideicommiſſarius comparens prò illis vin-
dicandis, atque unâ etiam conſulendum eſſe in-
columitati aliorum vocatorum, qui habent jus
coæquale, vel potentius illo, quo utitur petitor
47 fideicommiſſi, cenſuerunt, illum ſemper ad-
mittendum eſſe, quoties offert cautionem fidei-
commiſſum reſtituendi aliis poſtea comparenti-
bus, quorum ſummoperè intereſt, rem auferri
ab injuſto poſſeſſore, ut luculenter explicavit
*Argel. de acquir. poſſeſſ. quæſt. 8.*, qui poſtquam
*toto articulo 9.* quæſtionem hanc enucleavit,
expenſis juris locis, & rationum momentis, ac
auctoritatibus, quæ pro utraque ſententia afferri
ſolent, concludit cum *Surdo*, & *Gratian.*, quod,
ejecto tertio poſſeſſore, ſinè ullo titulo, Bona fi-
deicommiſſaria occupante, admittendus ſit pe-
titor fideicommiſſi offerens cautionem, ità enim
habet num. 265. = *Verùm pro defendenda opinione
Surdi, & Gratiani, poſſumus fortè reſpondere,
d. leg. 2. & 3. loqui, circumſcriptâ cautione, &
rationem differentiæ eſſe, quia, licèt reverà
agens ipſe non habeat jus, niſi pro virili, ſpem
tamen valdè probabilem habet pro toto; Si enim
coheres non agnoſcat ſuam partem, vel tempore
excludatur, totum ſpectabit ad agentem, ideo-
que ejus intereſt, rem auferri ob injuſto poſſeſſore,
ut, ſecutâ repudiatione, vel quâlibet excluſione
coheredis, poſſit totum jus ſuum conſequi; verùm,
quia talis ſpes, & intereſſe non debet tantùm ope-
rari, ut præjudicetur juri tertii, ſed reſervanda
eſt illi facultas, non diminuta, ſuum jus obti-
nendi quandocumque intrà opportunum tempus il-
lud agnoverit, nullâ oblatâ cautione de reſtituen-
do ei ſuam portionem, non videtur admittendus,
quia, ſi eam non offerat, non videtur ſimpliciter
agere prò ſui juris conſervatione, & indemnitate,
ſed pro uſurpatione juris coheredis, eâ verò obla-
tâ, quia conſtat, eum non velle jus alienum op-
primere, ſed illud conſervare, tunc nihil repu-
gnat, quin ſit admittendus; eodem modo procedit
regula, jus eſſe metiendum ex parte agentis,
cautione enim non præſtitâ, non videtur jus habere 48
agendi ad ſolidum, quaſi velit jus tertii opprime-
re, eô verò oblatâ, habet jus agendi ad ſolidum
prò conſervatione ſui juris in ſpe exiſtentis, ut co-
heredibus repudiantibus, ſolidum ad eum faciliùs
ſinè novâ lite pervenire poſſit, vel, ut veriùs di-
cam, apud eum conſervari, ità ut duplex Judi-
cium effugiat, quo deberet neceſſariò uti, ſi, pen-
dente aliorum deliberatione, virilem tantùm con-
ſequi poſſet; nam, ſecutâ repudiatione, vel aliâ
cujuſvis generis excluſione, iterùm eſſet agendum,
eodem quoque modo videtur procedere exceptio, quo-
ad te liberas ædes habeo.* =

Perſtrinxit his verbis citatus Auctor, atque
rejecit rationes omnes, quibus innititur opinio
eorum, qui ſentiunt, injuſtum Bonorum fidei-
commiſſi poſſeſſorem juvari poſſe exceptione iſtâ
juris tertii, ideoque non dubitans, illum injuſtâ
poſſeſſione deturbandum eſſe, ſolùm quærit de
modo tutiori, quo conſulatur incolumitati alio-
rum fideicommiſſariorum, qui poſtea agnoſcere,
ac fideicommiſſum judicialiter petere velint, &
uberiùs explicando doctrinam *Surdi, & Gratia-
ni num. 266., & ſeqq.*, ſubdit = *Vel ſecundò poſ-
ſumus dicere, quem intentore legis noſtræ benefi-
cium, vel uti heredem de jure civili, vel uti Bo- 49
norum poſſeſſorem de jure prætorio mediante Bono-
rum poſſeſſione ſecundùm tabulas: Primo caſu pro-
cedunt jura, & rationes ſupra allegatæ, ut, ſal-
tem præſtitâ cautione, poſſit unus ex heredibus
ſolidum petere; Nàm, cum ſpem habeat, futu- 50
rum eſſe, ut per jus accreſcendi, aliis repudian-
tibus, vel tempore excluſis, ſolidum ad eum per-
veniat, quaſi ſub conditione ad partes aliorum vo-
catus videtur, ſi repudiaverint, vel tempore fue-
rint excluſi, ideò dandus eſt Curator Bonis, dum
pendet conditio, & ità neque deficit, neque pu- 51
rificata eſt; pluribus tradidit in parte inſcripta de
legitimo contradictore quæſt. 11. nu. 12. cum ſeqq.,
& ità in partem ſuam erit immittendus ut heres,
& Dominus; in partes aliorum, ut Curator; &
ſic præſtitâ cautione, quam Curatores dare ſolent 52
de cuſtodiendo, utiliter adminiſtrando, & reſti-
tuendo ſuas partes coheredibus, ſi aliquandò eas
oppor-*

*opportunè agnoverint; quod ſi repudiaverint, vel
intrà opportunum tempus non agnoverint, ità ut
ſint excluſi, poſſeſſio, quæ facti erat, reſolvitur
in poſſeſſionem juris, juxta ea, quæ tradidi dictâ
quæſt.11. num.12. cum ſeqq., & hanc arbitror
eſſe optimam cautelam, ut unicus heres, coheredi-
bus tacentibus, immiſſionem obtineat in ſolidum,
per quam omnes controverſiæ, & tricæ evitentur,
quam tene menti* = Idque etiam antè *Argel.* do-
cuerunt *Fontanell. de pact. nupt. tom.2. clauſ.7.
Gloſſ.2. part.10.*, qui cum *num.33., & ſeqq.*,
eamdem quæſtionem examinet, *num.42., & ſeq.*
concludit his verbis = *Sed quid tum, quando vi-
det is, qui ſuccedere habet poſt mortem abſentis,
re uti, & frui, eumque non habere, quique Bo-
na reſtituere habet, erit nè meliùs, ut iſte ſinè
jure, & ratione rem habeat ex fructibus patiatur,
quàm ille, qui tàm proximus eſt in ſucceſſione?
Non reliquerunt rem hanc jura noſtra ſinè reme-
dio. Illud eſt, quod ab eo, qui ſucceſſurus eſt pro-
pter intereſſe, quod habet, ſi mors prioris ſubſti-
tuti negetur, petit, Curatorem Bonis aſſignari, qui
prò abſente illa cuſtodiet, & conſervabit, ac prò
eodem ipſo, qui ſuccedere habet, quando mors
præcedentis ſubſtituti continget, idque, præſtitâ
53 optimâ cautione, quæque ſit ad id ſufficiens; Imò
& idem ipſe prætenſor poteſt ſimul, & ſemel in
eodem libello petere fideicommiſſum, tamquàm pu-
rificatâ conditione per mortem primi inſtituti, aut
ſubſtituti, & caſu, quo mors negetur, quod ſibi
abſentis Bonorum cura deferatur, & deferri de-
54 bebit ſinè dubia cum legitima cautione, prout in
terminis terminantibus docet Anton. Faber in ſuo
Cod. lib.4. tit.7. de obligat., & action. defin.2.,
Munoz. de Eſcobar. de ratiociniis cap.6. num.47.,
Soccin. Jun. in conſ.26. lib.2., Montan. de tutel.
cap.28. num.72., Brukner. d. corollar.1. in add.it
num.63., atque iſta modo, ut ſucceſſuro cura Bo-
narum abſentis formâ prædictâ deferatur, non uti
eidem heredi Bona adjudicentur practicandum
hanc rem fore ſecundùm quod jura diſponunt,
arbitror, ſic fiet, ut & recti juris tramites ſe-
quantur, & abſens, ſi redit, faciliorem habeat
55 modum recuperandi à Curatore, qui ejus nomine
adminiſtravit, quàm ab eo, qui ſe heredem fecit,
dominum, & proprietarium.* =

Conveniunt itaque DD. in eo, quod tertius
poſſeſſor titulo omni deſtitutus in injuſta poſſeſ-
ſione, quam occupat, confovendus minimè ſit
iſtiuſmodi exceptione juris tertii, quando com-
paret is, qui ſpe, & habitu jus habet aliquando
ſuccedendi in toto fideicommiſſo, & juxtà con-
cordantes auctoritates allegatas in *§. quæ certiſſi-
ma juris regula*, à petitore ſolummodò expo-
ſcunt cautionem totum, vel partem reſtituendi
aliis vocatis poſtea comparentibus, rejectâ pror-
sùs exceptione illâ, quod adſit alius gradu pro-
ximior, quâ poſſeſſor injuſtè occupans Bona ob-
noxia fideicommiſſo illa vindicantem repelle-
re contendat, ut tradunt *Cuman. conſ.43. per
tot., Cancer. var. reſol. part.3. cap.22. nu.208.,
Fontanell. loco mox citato, & d. deciſ.592.*, in
qua Senatus expreſsè admiſit ſequentem ſubſti-
56 tutum, non expectatâ morte præcedentis, &
in ſimilibus terminis vocationis ad juſpatrona-
tus, ex quo rectè argui ad fideicommiſſum,
tradunt *Valenzuol. conſ.35. nu.44., & conſ.172.
num.8., Menoch. conſ.11. num.75., Covar. pra-
ctic. quæſt. cap.38. num.13. verſ. ego verò uſque ad
finem, Molin. de Primogenit. Hiſpan. lib.1. cap.1.
num.26. & 27., & lib.3. cap.7. num.19., Bar-
boſ. loc. comm. 58. num.1.*, rejectus fuit tertius
poſſeſſor Beneficii ſimilem exceptionem adver-
sùs oppoſitorem allegans, quod nempè adeſſet
alter, qui potentius jus haberet, *Rota in Hi-
druntina Cappellaniæ inter collect. ad ornat. clar.
me. Card. de Luca de Jurepatronat. in Mantiſſa
deciſ.5. in fine* ibi = *Non etiam relevante, quod
turnus Didaci ob electionem Franciſci jam effectum
ſortitum remanſerit conſumptus, ac proindè totum
jus ſuccedendi in Cappellania pertineat filiis alte-
rius Franciſci, quos Teſtator voluit alternatim
cum aliis Didaci de eadem Cappellania provideri,
quia cum idem Teſtator voluerit, illam ſemper
obtineri à Deſcendentibus Didaci, & Franciſci,
non ex eo, quod hodiè ex vocatis alterius lineæ,
vel non reperitur capax, vel illi non ſe opponunt
renunciationi factæ ad favorem Franchi, ratio,
& æquitas patitur, ut, iſto neglecto, in electione
præferri debeat Extraneus, ſignanter quia excep-
tio hujuſmodi eſt de jure tertii, quâ nentiquam
juvari debet Marcus Antonius, juxtà regulam de
qua Rota cor. Zarat. dec.35. n.30., & alibi paſſim,* =
hactenus *Rota*. Et ſanè, ſi excluſo primo, quia
noluit, vel quia non poſſit, res defertur ulterioribus 57
ſubſtitutis, *L. Si Titius, & L. Coheredi in princip.
ff. de vulgar., Peregr. de Fideicomm. art.15. n.11.,
Rota deciſ.96. num.15. poſt Merlin. de legit. repe-
tit. in rec. deciſ.198. num.10. part.4.*, qui, non
conſideratâ perſonâ primi, jure ſuo capere di- 58
cuntur, *Imol. in leg. quamdiù ff. de acquirend. he-
redit., Corn. conſ.180. num. 4. lib.4., Gabriel.
conſ. 95. num. 19., Bartol. in leg. Titia §. Titia
num.10. ff. de legat. 2., Rot. in rec. dec.403. nu.
11. part.2.*; ſi idem eſt, quod non extet alius de
gradu præcedenti, ſive quod extet, & non 59
agnoſcat fideicommiſſum, ad tradita per *Curt.
jun. conſ.83., Pariſ. conſ.73. num.29. lib.3., Ro-
ta deciſ.180. num.19. part.5.*, nihil proponitur,
cur, ſi prior gradu negligat illud petere, ſequens
repelli poſſit ab Extraneo poſſeſſore, cujus, ut-
potè neceſſariò coacti Bona fideicommiſſaria di-
mittere, nihil intereſt huic, vel illi reſtituere, 60
vice autem versâ multum intereſt vocatorum,
nè apud Extraneos Bona remaneant cum eorum
ſaltem eventuali præjudicio difficiliorem red-
dendi illorum conſecutionem in caſu purifica-
tionis fideicommiſſi, *Cancer. var. reſol. part. 3.
cap.22. d. num.208., Rota coram Duran. d. deciſ.
448. num.11., coram Royas deciſ.374. num.4.*

Ex quibus patet, non urgere auctoritates in
contrarium allegatas, quia contrà magis com-
munem Doctorum, & Tribunalium ſententiam
firmant, admittendum non eſſe ſecundum ſub- 61
ſtitutum, quoties adeſt primus vocatus non
agens ad fideicommiſſi petitionem, atque etiam
quia eædem, tametſi aliquo Juris fundamento
innixæ dici poſſent, nihilominùs ſimpliciter in-
telligen-

telligendæ non ſunt, ſed procedunt cum con-
grua, atque juridica caſuum diſtinctione, ut
videlicet ſequens ſubſtitutus admittendus ſit
cum oblatione cautionis reſtituendi aliis voca-
tis, = *quoties, vocato certo genere perſonarum in eodem ſubſtitutionis gradu cum ordine proximiori-*
*tatis, unus comparet, qui de illo perſonarum ge-*
*nere ſe probet, tunc enim, altero non comparente,*
*non tenetur quis probare ſe proximiorem, ſed ſuf-*
*ficit eſſe de illis, quorum vocatio purificata eſt;*
*præſtitá tamen d.cautione de reſtituendo proximio-*
*ri venienti* =, ut his verbis recte docuit *clar.mem.*
*Card. de Luc. de Fideicomm. diſc. 85. num. 10.*,
inquiens, in his terminis admittendam eſſe cau-
telam traditam à *Surdo conſ. 359.*, & ſæpè ap-
probatam à *Rota*, idemque hunc caſum diſtin-
guendo ab alio, rem aliter ſe habere tradidit,
62 = *ubi veniens eſt de diverſo perſonarum genere in*
*diverſo ſubſtitutionis ordine vocato, poſtquam li-*
*nea, vel genus primò vocatum defecerit, quia,*
*donec extent perſonæ de linea, vel genere primò*
*vocato, non dicitur purificata conditio ſuæ voca-*
*tionis, quamvis illi non compareant, neque ſucceſ-*
*ſionem obtineant, cum ipſa exiſtentia de facto*
*ſufficiat ad impediendam conditionis purificatio-*
*nem, atque gravatus repellere illum poteſt per ex-*
*ceptionem non purificatæ conditionis* =, ut *deciſ.*
*151. part.3.*, & hunc caſum exemplificans ſub-
dit =: *ideòque, cum pauper proximior deſcendens*
*per fœminam eſſet vocatus, deficiente lineá ma-*
63 *ſculiná Agnati primò vocati, ſequitur, quod,*
*donec iſta ſupereſt, non dicitur purificata conditio*
*ſuæ vocationis* =, & hanc diſtinctionem ſequitur
alter *de Luca ad Gratian. d. diſcept.634. n.9. verſ.*
*diſtinguit in hac re, & de linea legal. lib.2.art.71.*

Eam verò applicando caſui noſtro, res verſari
dici poteſt in ſecundo membro hujus diſtinctio-
nis, ſi, adhuc exiſtentibus Maſculis agnatis de-
ſcendentibus ab Antonio Maria primo herede
inſtituto, iiſque negligentibus agnoſcere fidei-
commiſſum, illud peteretur ab aliquo deſcen-
dente maſculo ex fœminis, nonniſi deficiente li-
neâ maſculinâ, vocato, tunc enim rectè repel-
leretur exceptione iſtâ, quod adeſſet alius ante
eum vocatus, & hæc exceptio, licèt eſſet de jure
tertii; nihilominùs diceretur excluſiva juris
agentis, eò quod conditio ſuæ vocationis purifi-
cata dici nequiret, donec extarent perſonæ de
linea maſculina, vel de genere prius vocato;
ſola namque eorum exiſtentia de facto ſuffice-
ret ad impediendam conditionis purificationem,
prout etiam eâdem exceptione repelli poſſent
Deſcendentes maſculi Antoniæ filiæ Petri fidei-
committentis poſtremo loco ſubſtituti, ſi hi
adeſſent, &, non curantibus dd. Comitibus de
Zanardis vindicare à d. Marchione Frezza Bona
fideicommiſſi, illud hodie peterent: at hodierna
quæſtio verſatur in primo membro diſtinctionis;
64 nam res agitur inter deſcendentes maſculos ex
fœminis Antonii Mariæ, ideòque inter perſonas
ejuſdem generis, inter quas contendi ſolùm po-
teſt de proximitate gradus, non autem de defe-
ctu conditionis, cujus purificatio impedita dici
poſſit per ſolam exiſtentiam perſonarum diverſi
generis priùs vocati, ideòque, ſi intra idem ge-
nus, proximiore negligente, remotior petat ad-
mitti ad fideicommiſſum, repelli nequibit exce-
ptione, quod adſit alius, qui eum gradu præce-
dat, quoties, præſtitâ cautione, paratum ſe of-
fert eidem comparenti reſtituere fideicommiſ-
ſum.

Quæ cum ità ſint, nil turbant ea, quæ lato ca-
lamo in contrariis rationibus deducebantur, vide-
licet, Teſtatorem vocaſſe Maſculos deſcenden-
tes ex fœminis ordine ſucceſſivo, & ſervatâ le-
gitimæ ſucceſſionis, & graduum prærogativâ,
ac per conſequens voluiſſe attendi proximitatem 65
gravati, & non gravantis, quæ ſi ſemper inſpi-
cienda eſt in fideicommiſſariis ſucceſſionibus,
potiori jure attendenda videbatur in caſu noſtro,
in quo deſcendentes ex Fulvia tamquam de li-
nea, in quam ſucceſſio ingreſſa jam erat, exclu-
dere dicuntur alios Deſcendentes maſculos de
linea Valeriæ, juxtà ea, quæ latè deducta fue-
runt in *§. Teſtator enim vocavit quidem cum ſeqq.*; 66
objectio enim iſta urgere poſſet, ſi reverà verſa-
remur in caſu, in quo adeſſet linearum diverſi-
tas, tunc enim, juxtà firmata in *§. præcedenti*,
ſola exiſtentia perſonarum de linea priùs vocata
impedire poſſet purificationem conditionis favo-
re perſonæ de linea per poſteriùs vocata, quæ
proinde â tertio poſſeſſore repelli poteſt exce-
ptione: quoad te liberas ædes habeo; at ſecus eſt
in caſu noſtro, in quo agitur de Maſculis ex fœ-
minis unius, ejuſdemque lineæ, Teſtator ſiqui- 67
dem unicam ab initio lineam conſtituit, & vo-
catio deſcendentium maſculorum ex fœminis
directa fuit ad unum tantùm, Antonium nempe
Mariam, qui conſideratur tamquam primus, &
unicus ſtipes, unicam conſtituens lineam, non 68
attentâ ſubdiſtinctione tractu temporis ſecutâ in
plures ramos, ſeù columnellos, quorum omnes
dicuntur de una linea, inſpecto ſtipite, ſeù trun- 69
co, non curatis ramis, ad differentiam caſus, in
quo ab initio Teſtator plures diſcretas lineas con-
ſtituiſſet ob inſtitutionem plurium filiorum, qui
eſſent reſpectivè propriarum linearum ſtipites,
juxtâ veram, & receptam diſtinctionem deſum- 70
ptam ex *Textu in cap.1. de natur. ſucceſſ feud.*,
*& cap.1. de eo, qui ſibi, & heredibus ſuis in uſib.*
*feudor.*, *Altograd. conſ. 25. num.41. lib. 1.*, *Jo-*
*ſeph de Roſa conſult. 69. num.62.*, *& ſeqq.*, *clar.*
*mem. Card. de Luc. de Fideicomm. diſc.17. n. 6.*,
*& 7.*, *diſc.104. num 2.*, *diſc. 117. num. 5.*, *diſc.*
*202. num.2.*, *& de jurepatron. diſc. 33. num. 5.*;
ſi itaque agitur de eodem genere perſonarum,
&, inſpectâ unicitate lineæ deſumptâ ab unico
ſtipite, verſamur inter perſonas ejuſdem lineæ,
jam amplius res non eſt de tranſitu faciendo de
una linea ad aliam, ſed ſolum quæri poteſt de 71
prærogativa gradus, quâ ſolâ juvari nequit ter-
tius occupans Bona fideicommiſſi ad effectum
repellendi remotiorem, qui, negligente proxi-
miore, fideicommiſſum petere velit, juxtà latè
deducta ſuperioribus locis.

Quamobrem nec etiam arbitror, quod ſucceſ-
ſio deferenda ſit juxta ordinem inteſtatæ ſucceſ-
ſionis, & attendenda proximitas gravati, & non
gra-

gravantis, quia de his ratio haberi poſſet, ſi de
72 ſucceſſione contenderetur inter ipſos fideicom-
miſſarios; ſi nempè proximior ultimo gravato
defuncto excludere vellet alium gradu remotio-
rem; at hæc ſilent in caſu noſtro, quia DD. Com.
de Sanctis nec de ſucceſſione, nec de prærogati-
va gradus contendunt cum DD. de Zanardis,
ſed, ſuppoſito, quod iidem æquales; vel etiam
ipſis priores ſint in gradu, eis tamen negligenti-
bus petere fideicommiſſum, illud avocare ſata-
gunt à manibus tertii poſſeſſoris, omni titulo
73 deſtituti, ad quem effectum, præſtitâ cautione,
ſufficit quod doceant, ſe eſſe de genere vocato.
Conſultò omittimus reſpondere alteri objectio-
ni, quâ in §. *Denique his omnibus* dicebatur præ-
ſcriptum fuiſſe jus agnoſcendi fideicommiſſum,
74 nam, omiſſo, quod, ut patet ex *Fontanella*, &
*Leone deciſ. Valentin.*, aliiſque allegatis in §. *Quæ
certiſſima*, etiam poſt lapſum triginta, immò etiam
ſeptuaginta octo annorum, ut apud eumdem
*Fontanell. de pact. nupt. tom. 2. clauſ. 7. gloſſ. 3.
part. 1. num.* 34., admiſſus fuit Fideicommiſſa-
rius, dicimus, quod exceptione iſtâ repelli for-
ſan potuiſſent primi, qui longi temporis ſpatio
fideicommiſſum agnoſcere neglexiſſent, at quæ-
vis præſcriptio, licèt centenariam excedens, no-
cere non poteſt DD. Com. Actoribus ex proprio
75 jure agentibus ad vindicandum fideicommiſſum,
nam tempora prædeceſſorum computanda non
ſunt contra eos, qui independenter ab illis pro-
priam vocationem deſumunt, ob eam prævali-
dam rationem, quod contra non natum, & id-
76 circò agere non valentem non currit præſcriptio,
juxta latè deducta in una *Bononien. Juriſpatro-
natus de Ghisleriis* 31. *Januarii* 1675. §. *Hinc
in neceſſarium*, & §. *Reliquum tantùm eſt*, *ubi
nota*, & *concordantes auctoritates coram bo. me.
Pio*, *confirmata* 22. *Aprilis ejuſdem anni coram
eodem*; neque idcircò DD. Comites actores cu-
rare debent, quod terminus præfigatur aliis voca-
tis ad fideicommiſſum, quia huic cautelæ ſup-
plet illa cautionis, quâ abſque aliâ præfixione
termini Doctores, & Tribunalia ſatis conſultum
cenſuerunt incolumitati ceterorum vocatorum,
quibus terminus præfigi deberet eo dumtaxat ca-
ſu, quo petitor fideicommiſſi ſe tali cautione ob-
ſtringere nollet.

Et ità ex his omnibus probabilius eſſe crede-
rem, D. Marchionem Scottum Reum poſſeſſionem
ſuam tueri minimè poſſe exceptione iſtâ, quod
adſit alius fideicommiſſarius æqualis, vel prior
gradu, cum ſit exceptio Juris tertii, & in caſu
noſtro eſſe nequeat ipſo jure excluſiva intentionis
agentis.

### *Fanen. Fideicommiſſi.*

Ad fideicommiſſum ſubſtitutis Liberis filiorum, atque etiam Liberis Liberorum, quando perpetuum, & progreſſivum ad omnes Liberorum Deſcendentes illud cenſeatur? Liberorum nomine omnes illorum Deſcendentes comprehenduntur, niſi aliter ſit de mente Teſtatoris. Hæc autem ex quibus eliciatur? Agnationis contemplatio tacita, ſive expreſſa ex quibus reſultare valeat? Ex prohibita in fideicommiſſo particulari Bonorum alienatione, eorumque volita conſervatione in domo, & familia, quando, & quomodo inducatur omnium in ipſo comprehenſorum vocatio ad univerſale fideicommiſſum? A conſil. *Oldradi* 21. ex quibus recedatur?

## VOTUM XXIX.

1 *Fideicommiſſum, ex gravamine injuncto ultimo gravato reſtituendi proximioribus de domo, & familia, perpetuum, & progreſſivum cenſetur.*

2 Linea *eſt nomen collectivum plurium graduum, & perſonarum.*

*Idem venit* Liberorum *nomine*, ibid.

3 *Subſtitutio facta quandocumque decedenti ſinè* Liberis *maſculis, perinde eſt, ac, deficiente lineâ, omnibuſque Deſcendentibus pariter maſculis*, & num. 36.

4 Liberorum *nomine comprehenduntur omnes filiorum Deſcendentes.*

5 Liberorum *nomen magis latè patet, quàm illud* filiorum, *cum iſtud præcipuè deſignet filios primi gradus, illud omnes, qui ex eodem genere orti ſunt.*

*Intellige, niſi aliter de voluntate Teſtatoris appareat*, ibid.

*Et ex quibus non alia dicatur fuiſſe Teſtatoris mens?* num. 6., & ſeq.

7 Liberorum *nomine promiſcuè à Teſtatore non uſurpato cum nomine* filiorum, *cenſetur ille utroque uſus fuiſſe in ſua recta, ac propria ſignificatione.*

8 *Diſcretiva uſurpatio nominis tum* Liberorum, *tum* filiorum *indicat diverſam Teſtatoris voluntatem.*

9 *Dictio* = quandocumque = *tractum ſucceſſivum ſecumfert.*

*Procedit, licèt etiam deſint dictiones* = in perpetuum = in infinitum =, *& ſimilia*, ibid.

10 *Dictio* = quandocumque = *operatur, ut nomine Liberorum comprehendantur omnes filiorum Deſcendentes.*

11 Liberorum *nomine comprehenſi reputantur omnes filiorum Deſcendentes, ſi concurrat agnationis contemplatio, etiam tacita.*

12 *Præſertim, ſi expreſſa; & ex quibus ſive tacita, ſive expreſſa inducatur?* n. 13., & 14.

13 *Agnationis contemplatio tacita deſumitur ex ſæpiùs repetita, & volita in omnibus ſubſtitutis qualitate maſculinitatis, omiſſâ penitùs mentione fœminarum.*

14 *Expreſſa verò ex eo, quod poſt inſtitutos, & ſubſtitutos inter ſe filios maſculos, eorumque filios pariter maſculos, proximior, ſeù proximiores de domo, & familia ſubſtituti fuerint.*

15 *Cognominis familiæ denominatio veram importat agnationem.*

16 *Agnationis contemplatio conjecturam præbet ſucceſſivi, & perpetui fideicommiſſi.*

18 *Sub-*

Digitized by Google

18 *Subſtitutio reciproca ordinata inter primos heredes cognitos, & dilectos, volita etiam cenſetur quoad eorum Deſcendentes remotos, atque incognitos*, & num.20.

19 *Præſertim, ſi reſtricta non fuerit ad filios inſtitutos, ſed extenſa etiam ad filios præmorientium.*

21 Liberorum *nomine quomodo in ſuſtbitutione reciproca omnes Deſcendentes cenſeantur comprebenſi?* & num.22.

22 *Jus ſuccedendi in defectu unius lineæ, Deſcendentibus alterius nequit competere, niſi ubi agitur de fideicommiſſo perpetuo, & progreſſivo in qualibet linea.*

23 *Alienationis probibitio in fideicommiſſo particulari inducit omnium in eo comprebenſorum vocationem ad univerſale fideicommiſſum.*

*Intellige, ſi diverſæ in eo perſonæ non ſint vocatæ*, num.24.

24 *Alienationis probibitio in fideicommiſſo particulari, ſi ad fideicommiſſum univerſale diverſæ perſonæ non ſint vocatæ, ad iſtud acceſſoriæ, & conſecutivè ſtare dicitur.*

25 *Fideicommiſſum particulare, ex probibita in eo Bonorum alienatione, ut perpetuò in familia remaneant, extenditur ad omnes vocatorum Deſcendentes.*

26 *Iſtorumque vocationem inducit ad univerſale etiam fideicommiſſum.*

27 *Intellige, quatenus ad iſtud perſonæ diverſæ non ſint vocatæ.*

28 *Alienationis probibitio aliud eſt, ſi ad novum inducendum fideicommiſſum, aliud, ſi ad declarandam voluntatem Teſtatoris adducatur.*

29 *Conjecturæ, ubi agitur de arguenda vocatione ad fideicommiſſum, debent unitim, non ſeorſim accipi.*

30 *Teſtator, vocatis nedum Liberis primi gradus, ſed ulterioribus etiam Deſcendentibus, cenſetur perpetuam durationem fideicommiſſi in Deſcendentibus filiorum exoptaſſe.*

31 *Et progreſſivum fideicommiſſum conſtituiſſe.*
*Præſertim, cum agitur de diſpoſitione Aſcendentis*, num.32.

32 *In fideicommiſſo condito ab Aſcendente, benignior ſemper favore Deſcendentium ſumenda eſt interpretatio.*

33 *Conjecturæ leviores ſufficiunt, ubi agitur de admittenda duratione fideicommiſſi ab Aſcendente conditi.*

34 *Fideicommiſſum ordinatum in caſu obitus filiorum ſinè filiis, expirat per illorum obitum cum filiis, juxta* Conſ. Oldradi 21.

35 *Ceſſat tamen idem* Oldradi *conſilium, cum ſubſtitutio non eſt reſtricta ad caſum obitus primorum Inſtitutorum, ſed indeterminata eſt.*

37 *Teſtator cenſetur proximiores poſt omnes Deſcendentes vocare voluiſſe, ſi expreſſit, illos in caſu obitus filiorum, eorumque Deſcendentium ſuccedere debere.*

38 *Proximiorum vocatio poſt omnes, & quoſcumque Deſcendentes, reſtricta dici nequit ad caſum obitus filiorum ſinè filiis.*

39 *Subſtitutione Proximiorum admiſsâ, eò magis debet admitti vocatio Deſcendentium prælativè facta.*


40 *A* Conſ. Oldradi 21. *ut recedatur, conjecturis opus non eſt, quoties ex contextu diſpoſitionis noſcitur, illud ceſſare.*
*Præſertim, ſi diſpoſitio ſit Aſcendentis* n.21.

41 *Aſcendens toti ſuæ poſteritati conſulere voluiſſe præſumitur.*

NOBILIS Vir Comes Vincentius de Arrighis in ultimo, cum quo deceſſit, teſtamento, fideicommiſſum ordinavit his verbis=*In omnibus autem aliis ſuis Bonis mobilibus, & immobilibus, juribus, & actionibus, tàm præſentibus, quàm futuris ſuos heredes univerſales inſtituit, ejus ore proprio nominavit, reliquit, & eſſe voluit Hieronymum, Hectorem, & Nicolaum ejus filios maſculos legitimos, & naturales ex ipſo D. Teſtatore, & prædicta D. Dorothea natos, ac omnes, & quoſcumque alios filios maſculos legitimos, & naturales ex d. D. Dorothea, & alia quacumque ejus legitima Uxore naſcituros æqualiter, & æquis portionibus, eoſque ad invicem ſubſtituit vulgaritèr, pupillaritèr, & per fideicommiſſum, &, dd. ejus filiis, ſeù altero quandocumque decedente, ſeù decedentibus ſinè liberis maſculis legitimis, & naturalibus, tunc, & eo caſu tali ſic decedenti, ſeu decedentibus ſinè liberis, ut ſupra, ſubſtituit ſuperviventem, ſeù ſuperviventes ex eis, & præmortui, ſeù præmortuorum liberos maſculos legitimos, & naturales, in ſtirpes, & non in capita, & ultimo ex dd. ejus filiis, ſeù ex dd. eorum liberis quandocumque decedenti ſinè liberis maſculis legitimis, & naturalibus ſubſtituit proximiorem, ſeù proximiores de domo, & caſata ſua DD. de Arrighis, ſalvâ gradus prærogativâ, ità tamen, quòd filii dumtaxat præmortuorum ſubintrent in locum Parentum ſuorum. Probibuit inſuper idem D. Teſtator omnem, & quamcumque venditionem, & omnem, & quamcumque alienationem unius palatii habitationis ipſius D. Teſtatoris, cujus ipſe habuit, & habet medietatem prò indiviſo cum Magnifico D. Comite Marco Antonio ejus fratre poſit. &c., & hoc pro eo, quia voluit idem D. Teſtator, palatium prædictum perpetuò remanere in domo, ſeù familia dd. DD. de Arrighis.* =

Ex quibus ſupradicti Teſtatoris filiis Nicolaus abſque prole deceſſit, ex Hieronymo verò, & Hectore nati ſunt, & deſcendunt ii omnes, qui recenſentur in Arbore, quam hìc ſubjicimus, nimirum.

Vincen-




A me itaque quæritur, ut prò veritate dicere
velim, an fideicommiſſum ſuprà relatis verbis
ordinatum, progreſſivum dici debeat uſque ad
ultimos duos, Dominos nempè Alphonſum, &
Marcum Antonium; & = *affirmativè* = reſpon-
dendum crederem.

Quoties enim Teſtator *ultimo ex dd. ejus filiis,*
1 *ſeù ex dd. eorum liberis, quandocumque decedenti
ſinè liberis maſculis legitimis, & naturalibus,
ſubſtituit proximiorem, ſeù proximiores de domo,
& caſata ſua &c.*, ordinare voluiſſe cenſendus
eſt fideicommiſſum progreſſivum ad omnes Li-
beros, & Deſcendentes filiorum, alioquin fru-
ſtrà ultimus ex eis gravaretur reſtituere proxi-
mioribus de domo, & caſata de Arrighis, niſi
prius ad omnes illorum Liberos, & Deſcenden-
tes fideicommiſſum progredi debuiſſet, ut tra-
dunt Scribentes in *leg. heredes mei §. Cum ità ff.
ad Trebell.*, *Surd. conſ.344. num.16., & ſeqq.*,
*Peregrin. conſ.54. num.6., & ſeqq. lib.1.*, *Ur-
ceol. conſult. forenſ. cap.12. num.6.*, *Fuſar. de
ſubſtit. quæſt.688. num.89., & quæſt.689. nu.9.*,
*Fontanell. deciſ.36. num.13., & ſeqq.*, *Rot. cor.
Card. Cerro deciſ.409. num. 1. 2. & 7.*, *coram
Pen. deciſ. 559. num. 2. & 3.*, *coram ſan. mem.
Alexand. VIII. deciſ.177. num.5., & ſeqq.*, *in
rec. deciſ.97. num.6. part.7.*, *deciſ.385. num.3.,
& ſeqq. part.9.*, *deciſ.326. num.10. part. 14.*,
*deciſ.97. num.10. part.19. tom.1.* ibi = *quæ cum
recipere debeat ab ultimo de linea, pernecesse ſup-
ponit, omnes ex illa deſcendentes fuiſſe anteceden-
ter vocatos* =, *& in Faventina Fideicommiſſi, ſeù
Primogenituræ 14. Decembris 1705. §. Neque ob-
ſtat*, ibi = *In hypotheſi verba non poſſunt eſſe magis
aperta, nec conjecturæ magis ſtringentes; verba
quidem, nam Teſtator in caſu, quo extingueretur
linea maſculina Balaſſi, & ejus filiorum, ultimo
ex eis decedenti ſinè filiis ſubſtituit Nicolaum,
ejuſque Primogenitos, ex quo pernecesſè ſequitur,
quod inter omnes Maſculos de linea Balaſſi fuerit
ordinatum ſucceſſivum, & graduale fideicommiſ-
ſum, cum aliàs non poſſet ultimus de linea fidei-
commiſſum, ſeù primogenituram relinquere Ni-
colao, & ejus Primogenitis, niſi omnes de linea
gravati fuiſſent eidem ultimo reſtituere &c.* = *co-*
2 *ram Emo D. Card. Scotto*. Cum enim non ſo-
lùm lineæ nomen, ſed, ut jam dictum, illud
quoque *Liberorum* collectivum ſit plurium gra-
duum, & perſonarum, ſubſtitutio idcircò facta 3
quandocumque decedenti ſinè filiis, vel Liberis
maſculis, perindè intelligi debet, ac ſi facta le-
geretur, deficiente lineâ, nulloque amplius ſu-
perextante ex Deſcendentibus maſculis, ut lo-
quitur *Rota coram Penia deciſ.559. num.2., &
ſeqq.*

Neque verò in dubium revocari poſſe vide-
tur, quin ſub nomine *Liberorum*, quorum po- 4
ſtremò ſubſtituti fuerunt proximiores, compre-
hendantur omnes Deſcendentes filiorum Teſta-
toris; id namque probant apertiſſimi *Textus in
leg. liberorum 220. ff. de verbor. ſignific.*, *in leg.
ultim. Cod. de legitim. hered.*, *& in Auth. de he-
red. ab inteſt. ven. §.1.*, quibus apertè diſponi-
tur, verbum *Liberorum* magis latè patere, quàm 5
illud *filiorum*, cum iſtud præcipuè deſignet filios
primi gradus, illud verò omnes, qui ex eodem
genere orti ſunt, complectatur, niſi aliter de vo-
luntate Diſponentis appareat, & docent com-
muniter Doctores latè congeſti per *Barboſ. appel-
lat.130. num.1. 2. & 3.*, *Peregrin. de fideicom.
artic.22. num.43.*, *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.327.
num.1.*, *Gratian. diſcept.120. num.26.*, *Menoch.
de præſumpt. lib.4. præſumpt.84. nu.22., & ſeq.,
& præſumpt.89. num.74.*, *Surd. deciſ.66. num.3.
& 10.*, *Rot. coram Coccin. deciſ.111. num.8., &
deciſ.480. num.3.*, *cor. Card. Mantica deciſ.375.
num.6.*, *coram Celſ. deciſ.255. num.1.*, *coram
Pen. deciſ.559. num.2. & 5.*, *in rec. deciſ.529.
num.6. part.14.*, *& alibi paſſim*.

In noſtra autem hypotheſi nedum nullum
contrariæ voluntatis argumentum afferri poteſt;
verum prætereà univerſus diſpoſitionis contextus 6
perſpicuè demonſtrat, mentem Teſtatoris fuiſſe
comprehendendi ſub nomine *Liberorum* omnes
Deſcendentes in infinitum; ille enim promiſcuè
utroque hoc vocabulo, *filiorum* nempè, & *libe-* 7
*rorum* uſus fuiſſe dici nequit, ſed utrumque in
ſua recta, & propria ſignificatione uſurpaſſe vi-
detur, dum loquens de filiis primi gradus, ſem-
per adhibuit nomen *filiorum*, horum verò filios,
& alios Deſcendentes nomine *Liberorum* appella-
vit, ut patet ex ſupra relatis verbis. Hujuſmodi 8
autem diſcretiva verborum uſurpatio validiſſi-
mum præſtat argumentum diverſæ Teſtatoris
volun-

voluntatis, ut ſcilicet dd. vocabula minimè pro
ſynonimis habendo, appellatione *filiorum* de
illis dumtaxat primi gradus intellexerit, nomine
verò *Liberorum* reliquos omnes Deſcendentes
comprehendere voluerit, *Bartol. in leg. Libero-
rum ſub n.4. ff. de verb. ſignific.*, *Decian. conſ.94.
num.1. lib.5.*, *Soccin. Sen. conſ.73. nu.21. lib.4.*,
*Rota coram Pen. deciſ.559. num.8.*, *& ſeqq.*, *in
rec. deciſ.378. num.12. part.14.*, *& deciſ.19. n.4.
inter impreſſ. ad ornat. clar. mem. Card. de Luc.
de fideicomm. lib.10.*

Certius, quia non deſunt verba indetermi-
9 nata, & tractum ſucceſſivum temporis impor-
tantia; nam, licèt nullæ legantur dictiones = *in
perpetuum* =, *in infinitum*, = aliæque his ſimiles;
adeſt tamen dictio = *quandocumque* = relata, & adje-
cta caſui, quo Liberi omnes decederent, ibi = *&
ultimo ex dd. ejus filiis, ſeù ex dd. eorum Liberis
quandocumque decedenti &c.* = quæ porrò dictio
efficit, ut ſubſtitutio locum habere debeat quo-
cumque tempore, & caſu Liberos deficere con-
tingat, ideoque, tamquam ſecumferens tractum
ſucceſſivum, ut per *Doctores in leg. Centurio ff.
de vulgar. & pupillar.*, *Peregrin. de fideicomm.
art.18. num.13.*, *& ſeqq.*, *Rota coram Mantic.
deciſ.375. num.3.*, *& coram bon. mem. Emerix
Jun. deciſ.437. num.9. & 10*, operatut, quod
10 nomine *Liberorum* comprehendantur omnes De-
ſcendentes filiorum, ut proſequitur *Rota coram
Card. Mantic. d. deciſ.375. num.3. & 4.*, *& co-
ram Pen. d. deciſ.559. num.2. & 3.*, cujus verba
libet hic repetere ibi, = *Sequens ſubſtitutio facta
ultimo morienti in eventum, quod dd. ejus liberi
quandocumque decederent ſinè filiis, vel Liberis
maſculis, debuit intelligi, ſi deficeret linea De-
ſcendentium, nec ſupereſſet aliquis ex Deſcenden-
tibus maſculis.* =

11 Præterea concurrit contemplatio agnationis,
non ſolum tacita, quæ ſufficeret, *Panimoll. de-
ciſ.43. annot.3. num.21.*, *Rot. deciſ.113. num.18.
12 coram ſan. mem. Alexandro VIII.*, ſed etiam
expreſſa. Prò tacita quidem inducenda, præter
conjecturas infra ſubjiciendas, primo oculorum
conjectu ſeſe offert illa deſumpta ex qualitate
maſculinitatis ſæpius repetita, & in omnibus Sub-
13 ſtitutis volita, omiſsâ penitus mentione fœmi-
narum, quod aliâ ratione factum videri nequit,
niſi ut per Maſculos agnatio conſervaretur, *Rot.
cor. Arguell. deciſ.28. num.56.*, *in rec. deciſ.602.
num.16. part.19.*, *inter impreſſ. ad ornat. clar.
mem. Card. de Luc. de fideicomm. deciſ.11. nu.7.*,
*& ſeqq.*, *in Faventina Fideicommiſſi, ſeù Primo-
geniturae 14. Decembris 1705. §. Tacita enim co-
ram Emo D. Card. Scotto*, *in Baren. Immiſſionis
3. Junii 1709. §. Quantò magis coram Rmo Al-
drovando*, *& in Romana locorum Montium 4. Ju-
nii 1714. §. Plenius autem coram bon. mem. An-
ſaldo.*

Expreſſa verò reſultat ex eo, quod, poſt in-
14 ſtitutos, & ſubſtitutos inter ſe filios maſculos,
& Liberos maſculos filiorum, tandem ultimo lo-
co ſubſtituit proximiorem, ſeù proximiores *de
domo, & caſata ſua de Arrighis*, undè rectè in-
fertur, quod etiam in præcedentibus ſubſtitu-
tionibus ſemper ad propriam domum, & agna-
tionem reſpexerit, *Fontanell. deciſ.36. num.5.*,
*Rota in d. Faventina Fideicommiſſi, ſeù Primoge-
nituræ 14. Decembris 1705. §. Expreſſa verò co-
ram Emo D. Card. Scotto*, denominatio enim *fa-
miliæ*, & *domus* cum adjuncto *de Arrighis*, im-
portat veram agnationem, per ea, quæ tradit 15
*Rota deciſ.232. num.8. part.19.*, *in Spoletana he-
reditatum 11. Junii 1704. §. Teſtatricem in fin.
coram bon. mem. Omanna*, *& in d. Faventina Fi-
deicommiſſi, ſeù Primogenituræ loc. mox citat.*;
Conjectura autem deſumpta ex agnationis con- 16
templatione ſicuti ſummoperè valet prò arguen-
do ſucceſſivo, & perpetuo fideicommiſſo, *Rot.
coram Bich. deciſ.622. num.17.*, *& ſeqq.*, *in rec.
deciſ.81. num.7. part.16.*, *deciſ.276. n.42. part 18.*,
*deciſ.120. num.8. poſt Conſtantin. ad Statut. Urb.*,
*& in d. Faventina Fideicommiſſi, ſeù Primogeni-
turæ §. Elicitur*, ità ſub nomine Liberorum ne-
ceſſariò includit Deſcendentes in ſimili perpetuo 17
fideicommiſſo ſucceſſuros, *Ruſtic. in leg Cum
Avus lib.6. cap.12. num.24. & 44.*, *Fuſar. de
ſubſtit. quæſt.320. nu.28. & 31.*, *Rot. deciſ.657.
num.9.*, *& ſeqq.*, *& deciſ.693. num.4. part.2.
rec.*, *cum aliis apud Barboſ. appellat.99. nu.106.
& 107.*

Accedit his reciproca expreſsè ordinata inter
primos heredes cognitos, & dilectos, ex qua ori- 18
tur præſumptio, quod ſimili onere gravati fue-
rint etiam illorum Deſcendentes incogniti, &
remotiores, *Rot. deciſ.283. num.9. part.13.*, *de-
ciſ.570. num.20.*, *& deciſ.600. num.5. part.19.*,
*in Bononien. Fideicommiſſi de Urſis 26. Martii
1708. §. Et tamen coram bon. mem. Molines*; Præ-
ſertim, quia reciproca non fuit reſtricta ad filios 19
inſtitutos, ſed in ea comprehenſi quoque fuerunt
filii premorientium, ibi = *& præmortui, ſeù præ-
mortuorum Liberos maſculos legitimos, & natura-
les &c.* Cum ergò inſtituta fuerit reciproca inter
Patruos, & nepotes, veriſimile eſt, ordinatam 20
fuiſſe etiam inter ipſos nepotes, ceteroſque De-
ſcendentes, ex mox relatis auctoritatibus, qui-
bus additur *Rot. deciſ.646. num.34. part.19.*, &
ſequitur *in d. Bononien. Fideicommiſſi de Urſis
§. Incaleſcitque*, & ponderando verba noſtris ſi-
milliina, tradit expreſsè *Rot. coram Mantic. de-
ciſ.375. num.2.*, & hinc quoque eruitur validiſ- 21
ſimum argumentum prò comprehenſione om-
nium Deſcendentium ſub nomine Liberorum,
nam deſcendentibus ex una linea dari nequit jus
ſuccedendi in caſu, in quo defecerint deſcenden- 22
tes ex altera, niſi, veluti per neceſſarium, &
omninò antecedens præſupponatur ordinatum fi-
deicommiſſum deſcenſivum, & progreſſivum
in qualibet linea, juxtà firmata per *Rotam in Ro-
mana Fideicommiſſi de Goris 9. Maii 1701. §. Exi-
ſtente igitur*, *in Firmana Fideicommiſſi 2. Martii
1712. §. Ceterum*, *& in Romana locorum Mon-
tium 4. Junii 1714. §. Efficaciùs coram bon. mem.
Anſaldo.*

Et tandem, aliis omiſſis, plurimùm urget
prohibitio alienationis concepta, & munita ra- 23
tione perpetuæ conſervationis in d. domo, & fa-
milia de Arrighis, quæ quidem prohibitio, etſi
parti-

particularis, & reſtricta legatur dumtaxat ad palatium, validum nihilominus præbet argumentum prò inducenda vocatione omnium ſub 24 illa comprehenſorum ad totum fideicommiſſum, quia, cum ad d. palatium vocatæ non appareant perſonæ diverſæ ab illis, quæ vocatæ fuerunt ad fideicommiſſum univerſale, illa ſpecialis prohibitio ſtare dicitur acceſſoriè, & conſecutivè ad fideicommiſſum univerſale, *Carol. Anton. de Luc. de pluralit. homin. legal. cap.71. num.3.*, *Rot. deciſ.44. num.5. part.2. rec.*, *deciſ.210. num.12.*, *& deciſ.312. num.29. part.6.*, *& deciſ.399. num.17.*, *& ſeqq. part.9. tom.2.*; 25 quemadmodum igitur reſpectu palatii particulariter alienari prohibiti, ob rationem expreſſam ampliſſimis illis verbis = *& hoc prò eo, quia voluit idem D. Teſtator, palatium prædictum perpetuò remanere in domo, & familia dd. DD. de Arrighis*, fideicommiſſum procul dubio extenditur ad omnes Deſcendentes filiorum, *Surd. conſil.67. num.11.*, *& ſeqq.*, *& num.20.*, *& ſeqq.*, *Peregrin. de fideicomm. art.14. num.14. & 15.*, *Rota deciſ.89. num.2. coram Remboldo*, *deciſ.285. num.6. part.7.*, *deciſ.142. num.52. ad 54. part.10.*, *deciſ.444. num.2. & 5.*, *& ſeqq. part.19. tom.2.*, *cum aliis in Firmana Fideicommiſſi 27. Junii 1708. §. Animadverſum, & ſeqq. coram bo. me. Molines*, *& in Imolen. Fideicommiſſi 10. Maii 1717. §. Ratio coram R. P. D. Corio*. Ita quoque ad 26 illos extendi debet vocatio ſuper reliquis Bonis eidem fideicommiſſo ſubjectis, non quidem ex eo, quod ratio prædicta directè & ſuâpte naturâ inducat fideicommiſſum univerſale, ſed quia Teſtator optans, prædictum palatium perpetuò remanere in domo, & familia de Arrighis, ſed 27 tamen ad illud non vocans perſonas diverſas à vocatis in fideicommiſſo univerſali, ſatis declaraſſe videtur, jam ex mente ſua comprehenſos fuiſſe in fideicommiſſo univerſali omnes illos, qui votum prædictum perpetuæ conſervationis palatii in domo, & familia de Arrighis implere poterant, ut benè diſtinguendo caſum, in quo 28 prohibitio alienationis adducatur ad inducendum novum fideicommiſſum, ab alio caſu, in quo tantùm afferatur prò declaranda mente Teſtatoris, adnotarunt *Rodulphin. allegat.170. n.21.*, *Rocca diſput. Jur. ſelect. cap.19. num.27.*, *Rota coram Merlin. deciſ.83. num.6.*, *in rec. deciſ.135. num.1. & 2. part.8.*, *deciſ.269. num.11. part.15.*, *deciſ.278. num.12. & 13. part.18.*, *& in d. Firmana Immiſſionis 27. Junii 1708. §. Eòque potiſſimè coram bo. mem. Molines*.

Ex his igitur non ſeorſim, ſed unitim acci- 29 piendis, ut ſæpè admonet *Rota*, &, aliis omiſſis, traditur *in Romana Locorum Montium 4. Junii 1714. §. Quibus demùm coram bon. mem. Anſaldo*, cum perſpici poſſit, Teſtatorem, ponendo in conditione, ac ſubſtituendo Liberos filiorum 30 ſuorum, atque etiam Liberos Liberorum, non intellexiſſe dumtaxat de Liberis primi gradus, ſed æquè de omnibus ulterioribus Deſcendentibus, eoſque tàm activè, quàm paſſivè vocare voluiſſe, adeout perpetuam durationem fideicommiſſi in Deſcendentibus filiorum exoptaſſe videatur, per ea, quæ benè ad rem animadvertit *clar. mem. Card. de Luca de Fideicomm. diſc. 85. num. 5. & 6.*, *Rot. deciſ. 142. num. 4.*, *& pluribus ſeqq. part. 10. rec.*, *& in Imolen. Fideicommiſſi 10. Maii 1717. §. Hæ autem coram R.P. D. Corio*; jam ambigi minimè poſſe videtur, quin fideicommiſſum, de quo agitur, progreſ- 31 ſivum dici debeat ad DD. Alphonſum, & Marcum Antonium ultimos de deſcendentia filiorum Teſtatoris, præſertim, cum res ſit de fidei- 32 commiſſo condito ab Aſcendente, ex præſumpta mente, & affectione Teſtatoris benigniùs ſemper interpretanda favore Deſcendentium, ut *ex dict. leg. liberorum 220. in fin. ff. de verbor. ſignif.*, & paſſim alibi; quod propterea efficit, ut levioribus etiam conjecturis fideicommiſſi 33 duratio in Deſcendentibus admittatur, *Rota in Romana Primogenituræ de Fabiis 12. Decembris 1717. §. final. coram bon. mem. Omanno*, *& in dicta Imolen. Fideicommiſſi §. Junctis potiſſimùm coram R. P. D. Corio*, *& alibi frequentiſſimè*.

Fruſtrâ itaque objiceretur, fideicommiſſum expiraſſe per obitum duorum ex primis heredibus cum filiis, juxta celebre *conſil. Oldradi 21.*; 34 iſtud enim ceſſat, quando ſubſtitutio non refertur, nec eſt reſtricta ad dictum caſum obitus primorum Inſtitutorum, ſed indeterminata eſt, 35 & concepta legitur verbis comprehendentibus omnes Deſcendentes, tunc enim illa locum ſibi vindicat quandocumque ſivè primi inſtituti, ſivè ulteriores ſubſtituti ſinè filiis deceſſerint, *Mantic. de conjectur. lib.11. tit.6. nu.7.*, *Rot. cor. Mantic. deciſ.375. num. 7. & ſeq.*, *coram Burat. deciſ. 689. num. 1. & ſeqq.*, *coram Cerro deciſ. 409. num.20. & ſeqq.*, *coram Merlin. deciſ.360. num.7.*, *in Faventina Fideicommiſſi, ſeù Primogenituræ 14. Decembris 1705. §. Abſque eo quod cor. Emo D. Card. Scotto*.

Cujus ſanè generis videtur eſſe ſubſtitutio proximiorum in caſu noſtro, utpotè quæ facta re- 36 peritur ultimo ex filiis, ſive Liberis quandocumque deficienti ſinè Liberis, ideòque perindè eſt, ac ſi facta fuiſſet, deficientibus omnibus filiis, & illorum Liberis; paria enim ſunt ſubſtituere, deficientibus filiis, aut Liberis, vel ultimo morienti, *Rota coram Duran. deciſ. 258. num.11.*, *coram Cerro deciſ. 409. num.7.*, *coram Otthobon. deciſ. 177. num.8.*, *in rec. deciſ.283. num. 6. part. 13.*; Cumque Teſtator clarè expreſſerit, proximiores ſuccedere debere tàm in defectum filiorum 37 ſuorum, quàm Liberorum ex illis naſciturorum, dubitari non poteſt, quin voluerit eoſdem vocare poſt omnes Deſcendentes, *Rota deciſ. 559. num.3. coram Pen.*, *& deciſ. 326. num. 14. part. 14.*, atque idcircò vocatio, ſive ſubſtitutio proximiorum reſtringi nequit ad ſolum caſum obi- 38 tus filiorum ſinè filiis, iſtiuſmodi namque reſtrictio adverſaretur literæ expreſſæ complectenti omnes, & quoſcumque Deſcendentes, *Cyriac. contr. 281. num.85. & ſeqq.*, *Rot. deciſ. 6. num. 21. & ſeqq.*, *& deciſ.21. num.19.*, *& ſeqq. part. 5. rec.*, *coram Cerro deciſ.409. num.23. & ſeqq.*;

*in Lucana Fideicommiſſi 14. Decembris 1708. §. Talis profectò coram bon. mem. Kaunitz, & in Interamnen. Fideicommiſſi ſuper Immiſſione 26. Junii 1715. §. Non obſtat coram Illuſtriſſimo Falconerio.*

Adhuc itaque vigente poſtremâ ſubſtitutione
39 proximiorum, multò magis vigere debet vocatio Deſcendentium prælativè facta, ad tradita per *Rot. deciſ. 177. num. 29. coram ſan. mem. Alexand. VIII.* Confirmari hæc poſſent argumentis, & conjecturis quæ afferri ſolent pro receſſu à *con-*
40 *ſilio Oldradi*; ſed illas conſultò omitto, quippè mens Teſtatoris ſatis reſultare videtur ex toto contextu diſpoſitionis, præſertim verò, cum illa
41 condita fuerit ab Aſcendente, qui toti ſuæ poſteritati conſulere voluiſſe præſumendus ſemper eſt, juxta in ſubjecta materia notas regulas.

## *Romana, ſeù Fanen. ſucceſſionis.*

Pro reciproco inducendo fideicommiſſo requiſita omnium vocatio; ſubſtitutio facta ultimo morienti; eaque in tota hereditate, an, & quando concurrere cenſeantur? Et ex quibus etiam conjecturis illud valeat reſultare? Quando itidem reciproca non diſcretivè in unaquaque linea, ſed de linea ad lineam dicatur conſtituta? Mors abſentis an, & quando, & ex quibus conjecturis, & præſumptionibus, ad ſucceſſionis effectum, poſſit probari?

## VOTUM XXX.

1 *Reciproca linearis, licèt non adſit expreſſa, tacitè reſultare valet.*
*Et ex quibus?* ibid.

2 *Reciproca linearis inducitur, ſi hæc tria concurrant requiſita; omnium ſcilicet vocatio, ſubſtitutio facta ultimo morienti, eademque in tota hereditate.*
*Hæc autem quando adeſſe cenſeantur?* nu. 3., & ſeq.

3 *Ad reciprocam linearem inducendam requiſita omnium vocatio ſatis reſultat ex his verbis* = E morendo tutti li detti ſuoi Eredi ſenza figli maſchi =.

4 *Filii in conditione poſiti, ex diſpoſitione Statuti Urbis, cenſentur diſpoſitivè vocati, &* num. 65.

5 *Etiam filii in conditione poſiti, comprehenduntur* heredum *nomine.*

6 *Filii in conditione poſiti, dicuntur heredes tacitè ſubſtituti.*

7 Heredum *nomine is maximè comprehenditur, cujus expreſſa præceſſerit ſubſtitutio.*

8 *Subſtitutio quod ſit facta ultimo morienti, quibus ex verbis demonſtrari valeat?*

9 *Maſculo non deſignato, à quo hereditas reſtituenda ſit, onus ejuſmodi injunctum ultimo Maſculo cenſetur.*

10 *Ac ſi eidem ſubſtitutio facta eſſet.*

11 *Fœminæ poſt Maſculos vocatæ, nonniſi poſt illos poſſunt admitti.*

12 *Subſtitutio quando in tota hereditate cenſeatur facta?* & num. 13., & ſeq.

13 *Ex ſubſtitutione fœminarum facta abſque ſpecificatione quotæ, ad quam eſſent ſubſtitutæ, earum ſubſtitutio in tota hereditate agnitur.*

14 *Si præſertim univerſalis præceſſerit heredum inſtitutio.*

15 *Teſtator in dubio cenſetur præcedenti univerſali inſtitutioni ſubſtitutionem conformare voluiſſe.*

16 *Reciproca linearis requiſita ſufficit, ſi per æquipollens impleantur.*

17 *Reciproca, licèt non concurrant ejus tria requiſita, conjecturis, & argumentis poteſt induci, etiam de linea ad lineam,* & num. 53.

20 *Ac etiam in diſpoſitione Tranſverſalis.*

21 *Declara, graviores requiri conjecturas in diſpoſitione Tranſverſalis; leviores verò ſufficere in altera Aſcendentis, & quæ illæ ſint?* num. 23., & ſeq.

22 *Reciproca, etiam de linea ad lineam volita à Teſtatore cenſenda eſt, quoties aliter ejus voluntas nequit adimpleri,* & num. 53.

23 *Reciproca linearis à Teſtatore inducta cenſetur, ex volita ab eo in poſteritate ſua integra Bonorum conſervatione,* & num. 25.
*Reſultatque ex ipſomet adhibito* poſteritatis *nomine, & quomodo?* num. 26. 27. 28., & 57.
*Elicitur itidem ex prohibitione alienationis, etiam tacita,* num. 29.
*Item ex vocatione alterius Succeſſoris in caſu delicti* num. 30., *& ratio* num. 31.

24 *Teſtatoris voluntas non debet eluſoria remanere.*

26 Poſteritatis *nomine Deſcendentes cujuſque lineæ à Teſtatore efformatæ, comprehenſi ſunt cenſendi,* & num. 27. & ſeq.

29 *Alienationis prohibitio tacitè inducta cenſetur ex voto perpetuæ Bonorum conſervationis.*

31 *A reciproca ordinata in caſu delicti, benè ad reciprocam infertur in caſu obitus.*

32 *Saltem per viam declarationis, ſive interpretationis voluntatis Teſtatoris.*

33 *Præſertim, ſi diverſa ratio inter utrumque caſum aſſignari nequeat,* & num. 35.

34 *Ratio conſervationis Bonorum adjecta poſt omnes ſubſtitutiones, totam diſpoſitionem informare dicitur.*

35 *A reciproca ordinata in caſu delicti, benè ad reciprocam infertur in caſu obitus in diſpoſitione principaliter directa ad Bona conſervanda.*

36 *Ratio conſervationis Bonorum efficit, ut à caſu contraventionis ad caſum obitus argumentum valeat.*

37 *Cauſa finalis ſi generalior dicto eſt, plus dictum, quàm ſcriptum debet cenſeri.*

38 *Sub ratione generali caſus omnes, quibus ea congruit, dicuntur comprehenſi.*

39 *Re-*

39 *Reciproca linearis faciliùs in diſpoſitione reali admittitur.*
*Quando autem realis cenſenda ſit?* à num. 40. ad 43.

40 *Diſpoſitio principaliter ordinata ad Bona, realis dicitur.*

41 *Diſpoſitionem principaliter ad Bona ordinatam oſtendunt verba* = Et i ſuoi Beni ſi conſervino nella poſterità =, *ac ſimilia.*

42 *Tum etiam Bonorum devolutio ad alios Succeſſores, in caſu delicti, demandata,*

43 *Si præſertim eorum totalitas expreſſa fuerit.*

44 *Indefinita fœminarum excluſio in ultimis voluntatibus æquipollet univerſali.*
*Tamquam generaliter complexiva cujuſcumque lineæ*, ibid.
*Multùmque confert ad reciprocam linearem inducendam* num. 45.

45 *Sinè reciprocâ lineari nequit locum habere fœminarum excluſio favore Maſculorum, neque Bonorum apud eos conſervatio*, & num. 69.

46 *Requiſitæ maſculinitatis, & legitimitatis conjectura, in fideicommiſſo aſcendentali, argumentum præbet reciprocæ, etiam de linea ad lineam*, & num. 60.

47 *Reciproca expreſſim inter primos inſtitutos ordinata, faciliùs cenſeri debet inter ulteriores vocatos repetita.*
*Præſertim, ſi ordinata expreſsè fuerit, etiam favore filiorum præmorientis* num. 50.
*Quo caſu repetita cenſetur inter filios, ac nepotes cujuſque lineæ, ſeù columnelli*, ibid.
*Expreſsè autem ordinata quibus ex verbis dicenda ſit?* num. 49.

48 *Teſtator gravamen reſtitutionis injunctum primis, maximè ulterioribus inſtitutis cenſetur injunxiſſe.*

51 *Teſtator filium, & nepotem primos heredes inſtituendo in determinatis Bonis, duplicem lineam ab initio deſignaſſe dicitur.*

52 *Duplici lineâ à Teſtatore ab initio conſtitutâ, reciproca non de linea ad lineam, ſed diſcretivè in unaquaque linea debet cenſeri inducta.*

54 *Secus, eâ duplici lineâ per modum unius conſideratâ.*

55 *Intelligitur autem per modum unius; ſi Teſtator hereditatem ſuam ſingulariter expreſſit.*

56 *Item, ſi in poſteritate, non in poſteritatibus Bona conſervari præcepit*, & num. 59.
*Et, ſi alteri ex heredibus ſinè filiis decedenti ſubſtituit ſuperviventem, vel ejus filios* num. 58.

58 *Ex ſubſtitutione ſuperviventis facta alteri ex heredibus ſinè filiis decedenti, tota unius hereditas alteri debet accreſcere.*

59 *Heredes plures unicam reſpectu Teſtatoris lineam conſtituunt.*

61 *Reciprocam linearem arguit excluſio Fiſci in caſu delicti.*

62 *Item digreſſus ad plures ſubſtitutionum gradus.*
*Tum etiam Inſtitutorum, & ſubſtitutorum vocatio facta cum clauſula in ſtirpes, & non in capita* num. 65.
*Maximè autem illam arguit ſubſtitutio filiarum ipſius Teſtatoris, in defectu omnium heredum ſinè Maſculis, ordinata* num. 66., & 68.
*Quando præſertim eſt in tota hereditate*, dicto num. 68., & num. 70.

63 *Digreſſus ad plures gradus ſubſtitutionum ſatis reſultat ex vocatione primùm fœminarum, earumque filiorum in defectu Maſculorum omnium, deindeque filiarum ipſius Teſtatoris.*

67 *Reciproca de linea ad lineam inducta cenſetur ex Maſculorum utriuſque lineæ vocatione.*

70 *Fœminis, earumque filiis remotioribus ad totam hereditatem vocatis, magis ad eam vocati ſunt cenſendi Maſculi proximiores.*

71 *Reciproca expreſſa inter filios primi gradus, concurrentibus conjecturis, cenſeri debet volita etiam inter ulteriores vocatos utriuſque lineæ.*

72 *Subſtitutio fœminarum facta* = morendo tutti li detti ſuoi heredi =, *debet intelligi in defectu Maſculorum omnium utriuſque lineæ, comprehenſorum ſub heredum nomine*, & num. 73.

74 *Nec poteſt verificari, niſi in caſu ultimi maſculi morientis ex utraque linea.*
*Procedit maximè, quando filiæ non ipſorum Maſculorum, ſed Teſtatoris, & quidem in tota hereditate, ſubſtitutæ fuerint* num. 76.

75 *Dictio* = detti = *adjecta poſt Maſculos utriuſque lineæ ſubſtitutos, nequit intra Maſculos unius tantùm lineæ reſtringi.*

77 *Dictio* = in tal caſo = *reſtrictiva eſt, ac denotat extremitatem temporis.*
*Ut, ſi adjiciatur morti plurium, locum non habeat diſpoſitio, niſi mors omnium verificetur*, ibid.

78 *Subſtitutio poſt plures inſtitutiones, ac ſeparatim facta, nequit dici reſtricta ad obitum primorum dumtaxat heredum ſinè filiis.*

79 *Præſertim, ſi facta ſub conditione obitus omnium heredum* num. 80.

80 *Conditio* = ſi omnes heredes ſinè filiis Maſculis deceſſerint = *nequit ab unico caſu obitus filiorum ſinè filiis dependere.*

81 *Poſitis extremis, media ſupponuntur.*

82 *Ex reciproca à Teſtatore expreſſa in primis, atque ultimis ſubſtitutionibus, eadem in intermedia ſubſtitutione conjicitur reciprocandi voluntas.*

83 *Fideicommiſſum non extenditur ultra heredum inſtitutorum filios.*

84 *Ex filiorum vocatione activa ad paſſivam nequit inferri.*

85 *Filiorum appellatione, ex Teſtatoris voluntate, veniunt nepotes, ac ulteriores Deſcendentes.*

86 *Ab-*

86 *Abſens per annos viginti mortuus præſumitur.* *Procedit de ſolo etiam lapſu quinquennii*, ibid.
87 *Vita potiùs, quàm mors præſumitur.* *Et quilibet, ſecundùm aliquos, præſumitur vivere ad* 60., *vel* 70. *annos; juxta alios uſque* ad 100., ibid.
88 *Mors ab eam allegante intra* 60., 70., *vel* 100. *annos, probanda eſt.*
89 *Conjecturis tamen, & præſumptionibus probari poteſt.* *Præcipuè, cum de re agitur ignota, atque incerta* ibid.
90 *Tunc enim non aliter, quàm conjecturis, & præſumptionibus probari poſſe dicitur; illaque eò magis debent admitti.*
91 *Contrarias auctoritates declaratur procedere in re gravis præjudicii. Secus quando leve illud eſt, puta, ſi commodum reſpiciat pecuniarium.*
93 *Quo caſu recipitur etiam probatio per publicam vocem, & famam.*
93 *Judicis arbitrio, ex conjecturis, & præſumptionibus determinandum in dubio eſt, vita ne, an potiùs mors debeat præſumi.*

Pompilius de Carpis fidelcommittens.

Eliſabetha Conſtantia ſubſtitutæ in caſu deceſsus omnium heredum ſinè filiis maſculis.

Joannes unus ex heredibus inſtitutis.
Franciſcus Maria, qui neſcitur ubi adſit, & creditur mortuus.

Franciſcus Maria Teſtatori prædefunctus.
Camillus alter heres inſtitutus.
Franciſcus.
Pompilius Actor.

IN ultimis, cum quibus deceſſit, teſtamentariis tabulis Pompilius de Carpis, duos ſibi ſcripſit univerſales heredes, nempè Joannem filium, & Camillum ex Franciſco Maria altero filio prædefuncto nepotem, & cuicumque eorum ſubſtituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum omni meliori modo proprios filios maſculos legitimos, & naturales, & de legitimo Matrimonio ab initio natos, non autem legitimatos per ſubſequens Matrimonium: In caſu verò, quo aliquis ex dictis ejus heredibus inſtitutis decederet ſinè filiis maſculis legitimis, & naturalibus, ut ſupra, ità diſpoſuit = *E morendo alcuni di eſſi Signori Giovanni, e Camillo ſenza figli maſchi legitimi, e naturali, come di ſopra, in tal caſo ſoſtituiſce l' altro di eſſi, che ſopraviverà, e dopo di eſſo li detti ſuoi figli maſchi legitimi, e naturali, e caſo che quello di loro, che aveſſe figli, premoriſſe à quello morirà ſenza figli, in detto caſo ſoſtituiſce, vuole, e commanda, che ſuccedano in detta porzione li detti figlioli maſchi legitimi, e naturali di detto premoriente*; deindè cogitans caſum, quo contingeret, omnes ejus heredes ſinè filiis maſculis decedere, illis ſubſtituit filios ſuos, vel eorum filios maſculos, ſi ſupereſſent, ſin autem fœminas, his verbis = *E morendo tutti li detti ſuoi Eredi ſenza figli maſchi legitimi, e naturali, come ſopra, in tal caſo ſoſtituiſce la Signora Eliſabetta, & Coſtanza de Carpis figlie legitime, e naturali di eſſo Teſtatore, ſe ſaranno vive, ſe no, li loro figli maſchi legitimi, e naturali, e non eſſendovi li maſchi, le femine, & in ogni delli ſudetti caſi ſoſtituiſce in ſtirpes, e non in capita* = Et demùm injuncto onere Joanni filio alteri ex heredibus inſtitutis inveſtiendi ſc. 1000. ſive in cenſibus, ſivè in locis montium, ſive in ſtabilibus = *Con eſpreſſa dichiarazione, e condizione, che ſiano ſottopoſti alle dette ſoſtituzioni* =, devenit ad privationem in caſu delicti, expreſsâ conſervatione ſuorum Bonorum in poſteritate, illamque hoc ſermone expreſſit = *In oltre eſſo Teſtatore vuole, acciò li detti ſuoi Eredi, ſucceſſori, e ſoſtituiti, come ſopra, vivino con timor di Dio, e non commettino delitto &c., e li ſuoi Beni ſi conſervino nella poſterità ſopra nominata, che in caſo alcuno delli detti ſuoi Eredi, ò ſoſtituito, ò qualſivoglia altro ſucceſſore, ò ſucceſſori da lui chiamati alla detta ſua eredita &c. commetteſſe delitto, per il quale fuſſe condannato in pena di confiſcazione, in tal caſo adeſſo per allora eſpreſſamente priva detto ſuo erede, à ſoſtituito &c., e che li Beni vadino ad altro ſucceſſore da lui chiamato, ſenza diminuzione, anche minima, e queſto non ſù altrimente per frodare il Fiſco, ma per conſervazione delli ſuoi Beni* =, & latius in teſtamento mihi tradito.

Defuncto Teſtatore, hereditas, juxta formam ab ipſo præſcriptam, devenit ad Joannem, & Camillum, quorum primus deceſſit, relicto Franciſco Maria, deindè verò obijt Camillus relicto Franciſco ex quo ortum habuit Pompilius Jun.; Pervulgato autem rumore mortis præfati Franciſci Mariæ viginti ab hinc annis abſentis, cum idem adſpiret ad portionem Bonorum fideicommiſſariorum ab illo poſſeſſorum, meam idcircò prò veritate ſententiam requiſivit ſuper duobus ſequentibus Dubiis, primò ſcilicet = *An ſui favore conſtet de fideicommiſſo reciproco, cujus vigore ipſe præfatam portionem conſequi poſſit* = & ſecundò, *an mors Franciſci Mariæ dicatur ſufficienter probuta per præſumptiones, vel potiùs ſit ab ipſo concludenter probanda?* =

Injun-

Injuncto itaque mihi muneri manum admo-
vens, aggredior examen primi Dubii, quod affir-
mativè reſolvendum crederem, nimirum = conſta-
re de fideicommiſſo reciproco favore D. Pompilii
Jun.; Quamquam enim hujuſmodi reciproca in
præciſo caſu, in quo vertimur, nempè inter Fran-
ciſcum Mariam, & Pompilium Jun. non habea-
tur expreſſa; ex toto tamen prænarratæ diſpo-
1 ſitionis contextu apparet, tacitam non deeſſe, de-
ſumptam ſcilicet tum ex requiſitis famigeratę *leg.
Titia Sejo §. Seja libertis ff. de Leg. 2.*, tum ex con-
jecturis; Et sanè, quod concurrant tria illa requi-
ſita, de quibus in præfata *leg. Titia Sejo*, nimi-
2 rum vocatio omnium; ſubſtitutio facta ultimo
morienti, quodque denique eadem facta ſit in to-
ta hereditate, ut apud *Rota in Romana fideicom-
miſſi 8. Junii 1705. §. Hæc ſufficerent coram clar.
mem. Card. Caprara, & alibi paſſim*; facilè, ſin-
gula percurrendo, probari poſſe videtur; nam,
ſi de prima agatur, vocatio omnium deduci
3 poſſe videtur ex illis verbis = *E mancando tutti li
detti ſuoi eredi ſenza figli maſchi &c.* =, quibus
ſanè verbis Teſtator ponendo in conditione
filios maſculos omnium ſuorum heredum, illos
4 etiam vocaſſe dicendus eſt, ex cenſura noſtri Statu-
ti, ut præcisè ad effectum, de quo agitur, inducendi
videlicet prædictum requiſitum pro reciprocâ
finali, hujuſmodi ſtatutariam vocationem admit-
tit *Rota deciſ. 271. num. 20., & ſeq. coram Bich.,
poſt Conſtantin. ad Statut. Urb. deciſ. 112. num. 4.
& 5., & deciſ. 113. num. 2., in rec. deciſ. 238.
num. 1., & ſeqq. part. 7., deciſ. 180. nu. 3. part.
8., deciſ. 326. num. 9. part. 14., & deciſ. 46. num.
3. part. 1.*, proindeque in dubium venire ne-
quit, quin D. Pompilius fuerit in conditione
poſitus, dum enim, juxtà ſuperiùs recenſita
verba, in conditione poſiti leguntur filii ma-
ſculi omnium heredum, dicere oportet, ipſum
quoque in conditione poſitum fuiſſe, tamquam
filium Franciſci unius ex dictis heredibus; Is
enim cum eſſet filius Camilli heredis inſtituti,
fuerat jam præcedenter expreſsè vocatus, &
ſubſtitutus alteri ex heredibus ſinè filiis maſculis
obeunti, ibi = *E morendo alcuno di eſſi Sig. Gio-
vanni, e Camillo ſenza figli maſchi legitimi, e
naturali, come di ſopra, in tal caſo ſoſtituiſce
l' altro di eſſi, che ſarà vivo, e dopo di eſſo li det-
ti ſuoi figli maſchi legitimi, e naturali; e caſo,
che quello di loro, che aveſſe figli, premoriſſe à
quello morirà ſenza figli, in detto caſo ſoſtituiſce,
vuole, e comanda, che ſuccedano in detta porzio-
ne li detti figlioli maſchi legitimi, e naturali di
5 detto premoriente* = proindeque dictus D. Pom-
pilius comprehenſus dicitur ſub illis verbis im-
mediatè ſequentibus = *E morendo tutti li ſudetti
ſuoi Eredi* =; ſi enim ſub illis venire poſſunt, &
comprehenduntur etiam filii in conditione po-
ſiti, quippè qui dicuntur heredes tacitè ſub-
6 ſtituti, ut in ſpecie notat *Cephal. conſ. 499. num.
8., Fuſar. conſ. 12. num. 9., Peregrin. de Fidei-
comm. art. 31. num. 81., Surd. deciſ. 338. num. 1.,
Joſeph. Ludovic. deciſ. lucen. 4. num. 6., Rota co-
ram Bich. deciſ. 608. nu. 5. 6. & 7., & deciſ. 112.
num. 9. inter recollect. à D. Advoc. Conſtantin. ad
Statut. Urb.*; Potiori certè jure comprehenſus 7
dici poterit ille, à quo ipſimet filii in conditione
poſiti provenire debebunt, quique expreſsè fue-
rat jam præcedenter à Teſtatore vocatus, & ſub-
ſtitutus; quapropter Dom. Pompilius, uti filius
Franciſci heredis eſpreſsè ſubſtituti, procul dubio
dici debet in conditione poſitus ſub illis aliis im- 8
mediatè ſubjunctis verbis = *Senza figli legitimi, e
naturali &c.* =; ſi verò fuit in conditione poſitus,
procul dubio dici debet vocatus ex diſpoſitione
Statuti, juxta ſuperiùs firmata.

Prout etiam non deſideratur, nec deficit ſe-
cundum requiſitum, quod ſubſtitutio ſit facta 9
ultimo morienti; quippe illud clarè demonſtrant
eadem mox citata verba = *e morendo tutti li ſu-
detti ſuoi eredi ſenza figli maſchi legitimi, e na-
turali, ſoſtituiſce la Signora Eliſabetta, e Co-
ſtanza &c.* =; quoties enim in defectum omnium
Maſculorum ſubſtitutæ leguntur fœminæ, nec
nominatim deſignatur is, à quo hereditas ſit re-
ſtituenda; onus ſemper adjectum cenſetur ulti-
mo morienti, perinde ac ſi ultimo Maſculo facta 10
fuiſſet ſubſtitutio, fœminæ namque illæ ſuccede-
re debent poſt Maſculos, nec, donec iſti exi- 11
ſtant, ad ſucceſſionem adſpirare valent, *Surd.
conſ. 344. ſub num. 17. verſ. hoc etiam, Rodul-
phin. alleg. 33. num. 7., Rot. poſt Conſtantin. ad
Stat. Urb. deciſ. 112. num. 5., deciſ. 113. num. 3.,
cor. fel. mem. Alexand. VIII. deciſ. 177. num. 8.,
cor. Peutinger. deciſ. 236. num. 7., cor. Pamphil.
deciſ. 492. num. 18., & 21., in rec. deciſ. 183. n.
6. part. 10., deciſ. 326. num. 3. part. 14., in Bonon.
Fideicommiſſi ſuper immiſſione 11. Martii 1697.
§. firmata cor. bon. mem. Urſino, in Bononien. Fi-
deicommiſſorum de Herculanis 14. Junii 1701.
§. Et demum, & §. Tertiò denique, ubi plurimi con-
cordantes cor. bon. mem. Muto, in Forelivien.
Fideicommiſſi de Torellis 28. Junii 1702. §. Ultrà
expreſſum verſ. & demum, & 15. Januarii 1703.
§. Clarum pariter cor. eod.*

Tertium quoque requiſitum conſiſtens in eo,
quod ſubſtitutio ſit facta in tota hereditate, ma- 12
nifeſtè reſultat ex eiſdem mox relatis verbis,
= *e morendo tutti li dd. ſuoi eredi ſenza figli ma-
ſchi &c., ſoſtituiſco la Signora Eliſabetta, e Co-
ſtanza ſue figlie &c.* =; hujuſmodi namque inde-
finita fœminarum vocatio, nullâ factâ ſpecifica-
tione quotæ, ad quam ipſæ fœminæ ſubſtitutæ 13
dici poſſent, perſpicuè demonſtrat voluntatem
Teſtatoris ſubſtituendi in tota hereditate, præſer-
tim, quando, ut in caſu noſtro, præceſſit inſtitu-
tio univerſalis = *e tanto nelli crediti di eſſo Te-
ſtatore, quanto in qualſivoglia ſuoi crediti, gioje,* 14
*denari &c., e qualſivoglia ſuoi Beni mobili, im-
mobili, ſemoventi, azioni, ragioni &c., fà, iſti-
tuiſce, e colla propria ſua bocca nomina ſuoi eredi
univerſali &c.* =; ad quam in dubio Teſtator in
ſubſtitutione relationem habere voluiſſe cenſen- 15
dus eſt, per ea, quæ in propoſito tradunt *Rede-
naſc. conſ. 60. num. 56., & ſeqq., Actolin. reſol.
90. num. 119., Bonden. collect. legal. 11. nu. 95.
tom. 2., Barz. deciſ. Bonon. 5. num. 37., Rot. cor.
Dunoz. ſen. deciſ. 275. num. 14., & cor. Dunoz.
jun. deciſ. 501. num. 7., cor. Ubald. deciſ. 383. nu-
6. cor.*

Digitized by Google

6., cor. Zarat. decif.15. num. 10., poſt Conſtant.
ad Stat. Vrb. decif.22.num.7., & decif.103.n.4.,
in rec. decif. 326. num. 4. part. 14., in Romana,
ſeù Cortonen. Fideicommiſſi ſuper immiſſione 5.
Maii 1700. §. Ratio cor. bon.mem. Jacometto,
præter alias plurimas auctoritates abundè rela-
tas in Bononien. Fideicommiſſorum de Herculanis
13. Junii 1701. §. Clara, & §. Secundum requi-
ſitum, & ſeq. cor. bon.mem. Muto, in Forolivien.
Fideicommiſſi de Torellis 28. Junii 1702. §. Ultrà
expreſſam, & 15. Januarii 1703. §. facilis cor.
eodem.

Nilque turbat, quod ſubſtitutio in tota here-
ditate, & ultimo gravato, literaliter in teſta-
16 mento facta non legatur, ſiquidem receptum eſt,
ad inducendam reciprocam linearem ſufficere,
quod præfata requiſita adimpleta fuerint per
æquipollens, abſque eo quod oporteat, literale
ſit illorum implementum, ut de requiſito ſubſti-
tutionis factæ ultimo morienti Mareſcott. var.
reſol. lib.10. cap.66. num.11., Barz. decif. Bonon.
6. num.12., Rot. cor. Bich. decif.271. n.28., cor.
Priol. decif. 177. num.5., inter recollect. per D.
Adv. Conſtantin. ad Stat. Vrb. decif.112. num.6.,
in rec. dec.183. num.7. part.10., decif.45. num.5.
part.13., decif.332. num.9. part.14., & dec.775.
17 num.4. part.18., & de altero ſubſtitutionis in to-
ta hereditate, Rot. cor. Duran. decif.258. n.12.,
in rec. decif.300. num.10. in fin part.1., dec.326.
num.4. part.14., decif.218. num.12., & 13. par.
19., in Bonon. Fideicommiſſi de Ghisleriis 4. Maii
1699. §. Secundum requiſitum cor. Molines, & de
18 utroque ſimul dixit Rot. in Senogallien. Fideicom-
miſſi 29. Novembris 1694. §. Alterum verò, &
§. Tertium denique cor. bon. mem. Pio, in Bonon.
Fideicommiſſorum de Herculanis 13. Junii 1701.
§. In hoc enim cor. bon. mem. Muto, & in Foroli-
vien. Fideicommiſſi de Torellis 15. Januarii 1703.
§. Et quamvis coram eodem.

Ex quibus licèt ſatis demonſtratum videri poſ-
ſet in noſtra hypotheſi, pro inducenda reciproca
concurrere requiſita dictæ legis, nihilominùs, ſi
illa deeſſent, in dubium venire nequit, quin ea-
19 dem manifeſtè reſultet ex toto teſtamenti conte-
xtu, certi namque juris eſt, eam de linea etiam
ad lineam argumentis, & conjecturis tacitè indu-
ci poſſe, ut, ducto argumento à Textu in leg. cum
proponeretur 66. ff. de leg.2., tradunt Altograd.
conſ.92. num.43. lib.1., Card. de Luc. de Fidei-
comm. diſc.100. num. 4., & diſc. 101. num. 9.,
Menoch. de præſumpt. lib.4. præſumpt.62. n.34.,
Rocc. diſput. jur. ſelect. cap.15. num.3., Torr. de
Primog. Ital. part. 2. quæſt. 27. num. 44., Sami-
niat. contr.51. num.29., Baitell. decif. ultim. vo-
lunt. decif.2. num. 142., Rot. coram Priol. decif.
417. num.1., in rec. decif.491. num.9., dec.531.
num.1., decif.645. num.12. part.19., in Firmana
Prædii della Parapina 20. Junii 1696. §. Rele-
vantiæ cor. bon.mem. Muto, in Bononien. Fidei-
commiſſi de Ghisleriis 4. Maii 1699. §. Præmiſe-
runt cor. R̃mo Molines, in Forolivien. Fideicom-
miſſi de Torellis 28. Junii 1702. §. Hanc eamdem
cor. bon.me. Muto, in Bonon. Fideicommiſſi Hercu-
lis de de Elephantutiis 27. Februarii 1708. §. Ete-
nim cor. R.P.D. Aldrovando, in Bononien. Fi-
deicommiſſi de Urſis 10. Maii 1709. §. Sed agitur
in fin. cor. eodem, & in Ravennaten. Fideicom-
miſſi Julii Camilli de Abbioſis 7. Aprilis 1710.
§. Quin ad inducendum cor. R. P. D. Criſpo; id-
que procedere etiam in fortioribus terminis, fi- 20
deicommiſſi videlicet conditi à Tranſverſali,
clar. mem. Card. de Luc. de Fideicommiſſis diſc.
95. num.5., diſc.100. num.4., & 7., diſc.104. n.
5., diſc.106. num.12., diſc.143. num.3., & in
Summ. num. 123., Rocc. diſput. jur. ſelect. cap.
16. num.15., R.P.D. Anſald. apud Paulut. diſ-
ſert. 16. allegat.10. num.13., Rot. cor. ſan. mem.
Alexand.VIII. decif.1. in princ., & ex num. 23.
cum plurib. ſeqq., in rec. dec.755. part. 18., in
Bononien. Fideicommiſſorum de Herculanis 13.
Junii 1701. §. Quoad ſecundum in fin. cor. bon.
mem. Muto, qui omnes uno ore tradunt, illam
dumtaxat differentiam intercedere inter recipro-
cam in una, vel altera fideicommiſſi ſpecie or- 21
dinatam, quod nempè pro ea inducenda in di-
ſpoſitione Aſcendentis, leviores, in illa verò
Tranſverſalis graviores requirantur conjecturæ,
id unum admonendo, quod in utraque diſpoſi-
tionis ſpecie eædem non ſeorſim, ſed conjunctæ
conſiderandæ ſunt, ad effectum ex eiſdem di-
gnoſcendi, an ſinè illis voluntas Teſtatoris
adimpleri queat, Rocc. diſput.16. num.25., Pau-
lut. diſſert.16. num.62., Rot. cor. Arguell. dec.
54. num.44., cor. ſan.mem. Alexand.VIII. decif.
1. num.33., decif.177. num.22., in rec. decif. 18.
num.45. part.10., decif.283. num.2., & 14. par.
13., in d. Bononien. Fideicommiſſorum de Hercu-
lanis 13. Junii 1701. §. Maximè, & in Foroli-
vien. Fideicommiſſi de Torellis 28. Junii 1702.
§. penult. cor. bon.mem. Muto.

At verò, ſi reciproca linearis ex conjecturis
induci poteſt, ſi eò faciliùs inducitur, quando
agitur de fideicommiſſo aſcendentali, ſi denique
conjecturæ tunc eam inducunt, quando, illâ de-
ficiente, voluntas Teſtatoris perfectè adimpleri 22
nequit, clar. mem. Card. de Luc. de Fideicomm.
diſc. 34. num.8., Rocc. diſput. jur. ſelect. cap.15.
num 11., & cap.16. num.20., Urceol. conſult.80.
num. 6., R. P. D. Anſald. alleg.1. impreſſ. poſt
Paulut. diſſert.16. num.12., ipſe Paulut. d. diſ-
ſert. 16. num.17., & ſeqq., Rot. in rec. decif.319.
num.4., & ſeqq. part.12., decif.20. num.20. par.
19., ad ornat. clar. mem. Card. de Luc. de Fidei-
comm. decif.68. num.4., decif.69. num.3., & ſeq.,
decif.71. num. 15., & decif.72. num.10., in Bo-
nonien. Fideicommiſſi de Urſis 10. Maii 1709. §.
Omnemque cor. R. P. D. Aldrovando, & in Ra-
vennaten. Fideicommiſſi Julii Camilli de Abbio-
ſis 7. Aprilis 1710. §. Non enim, & §. Quin ad
inducendam cor. R.P.D. Criſpo; Profectò, cum
verſemur in fideicommiſſo condito ab Aſcen-
dente, facile nobis erit demonſtrare, ſupra re- 23
latam Teſtatoris diſpoſitionem in noſtra hypo-
theſi ſinè lineari reciprocâ effectum nullo pacto
ſortiri poſſe.

Illa enim, veluti univerſæ ſuæ diſpoſitionis
cauſam finalem votis omnibus ab ipſo exoptatam,
ſibi propoſuit integram conſervationem ſuorum
Bo-

Digitized by Google

Bonorum in poſteritate ſua ibi = *e li ſuoi Beni ſi conſervino nella poſterità ſopra nominata* = ; ex-
preſſam idcircò, ac ſeveriſſimam privationis
pœnam indicens in caſu delicti cuicumque ex
ſuis heredibus, vel ſubſtitutis, vel aliis ſucceſſo-
ribus ab ipſo vocatis, eiſque ſubſtituens alium
pariter ab ipſo vocatum integrè, & abſque ulla
diminutione, iterum repetitâ ratione conſerva-
tionis dd. Bonorum, ibi, = *e queſto non ſà per de-
fraudare il Fiſco &c.* = *ma per conſervazione delli
ſuoi Beni* = proindeque, cum hujuſmodi integram
conſervationem Bonorum in poſteritate vocata
aſſequi nequiret, niſi auxilio reciprocæ linearis,
illam procul dubio in ſua diſpoſitione ſubintel-
lexiſſe cenſendus eſt, ad tradita per *Altograd.
conſ.92. num.19., & ſeqq. lib.1., & conſ. 80. nu.
61. lib.2., clar. mem. Card. de Luc. de Fideicom.
diſc.101. num.33., Rocc. diſput. jur. ſelect. cap.
16. num.21., & ſeqq., Rot. in rec. deciſ. 465.
n.14., & ſeqq., & num.33. part. 14., deciſ.755.
num. 10., & 14. part. 18., in Faventina Fidei-
commiſſi 23. Junii 1694 §. Teſtator, & per tot.,
confirmata 17. Junii 1695. cor. bon. mem. Urſino, in
Bononien. Fideicommiſſi de Urſis 26. Martii
1708. §. Argumenta cor. Rmo Molines, in Lucana Fideicommiſſi 1. Julii 1709. §. Proximior cor.
Illmo Scotto, & in Ravennaten. Fideicommiſſi
Julii Camilli de Abbiſis 7. Aprilis 1710. §. Et
ſunè cor. R.P.D. Criſpo.*

Et ſanè quonam pacto, ſublatâ reciprocâ de li-
nea ad lineam, verificata dici poſſet integra Bo-
24 norum conſervatio in poſteritate vocata; nemo
enim videt, quod ſinè illa hereditas ſtatim in
ipſis primis ſubſtitutis ſcinderetur, mortuo nam-
que Franciſco Maria ſinè filiis, ejus poſſeſſio ad
Extraneos tranſiret contrà Teſtatoris volunta-
tem, adeò apertis verbis expreſſam pro integra
prorſùs, nec in minima quidem parte diminuta
totius ſuæ hereditatis permanentia, & conſerva-
tione in poſteritate; Nè igitur illa inanis rema-
25 neat & eluſoria, dicendum omninò eſt, eum-
dem inter Deſcendentes utriuſque lineæ recipro-
cam inducere voluiſſe tamquam neceſſarium an-
tecedens, ſeù medium conducens ad finem ab
ipſo volitum, *Gravet. conſ. 130. num. 6., Surd.
conſ. 96. num. 15., Carol. Anton. de Luc. de lin.
legal. cap.20. num.35., Urceol. conſult.80. nu.6.,
R.P.D. Anſald. in ejus alleg.1. impreſſ. poſt Paulut. d. diſſert. 15. num. 17., & 18., Rot. coram
Merlin. deciſ.326. num.11., & deciſ.360. num.1.
verſ. hoc tamen, cor. Bich. deciſ.287. num.15., in
rec. deciſ. 43. num.3., & deciſ.105. num.7. part.
1., deciſ.319. num.4., & 5. part. 12., deciſ. 20.
num. pariter 20. part.19., in Peruſina Fideicommiſſi 27. Junii 1698. §. Purificationem, &
§. Quoniam coram Emo D. Card. Priola, latè in
Bonon. Fideicommiſſorum de Herculanis 13. Junii 1701. §. Ceterum, & §. Tertia, & in Foro-
livien. Fideicommmiſſi de Torellis 28. Junii 1702.
§. Conjecturæ cor. bon. mem. Muto, in Bononien.
Fideicommiſſi de Urſis 10. Maii 1709. §. Oritur
autem cor. R. P. D. Aldrovando, in Ravennaten.
Fideicommiſſi Julii Camilli de Abbioſis 1. Julii
1707. §. Maximè cor. R. P. D. Lancetta, & latè in confirmatoria 7. Aprilis 1710. §. Non enim
& §. Quin ad inducendam cor. R.P.D. Criſpo;*
ſi enim Teſtator voluit, prout certè votis omni-
bus expreſſit, quod hereditas ſua integra, & ſinè
ulla diminutione conſervaretur in poſteritate ab
ipſo vocata, profectò, cum duas efformaverit li-
neas, alteram filii, alteram nepotis, quorum 26
Deſcendentes procul dubio comprehendebantur
ſub nomine *poſteritatis* ab ipſo vocatæ, utique
ad aſſequendum optatum finem conſervationis
præfatæ, pernecesſè debuit inter utramque li-
neam, eorumque Deſcendentes ordinare reci-
procam, quâ ſolâ aſſequebatur ultimum ſuæ di-
ſpoſitionis finem, conſervationem videlicet, &
permanentiam in poſteritate ab ipſo vocata, ad
*Text. in leg. qui Romæ §. Coheredes ff. de verb.
oblig., Caſanat. conſ. 47. num. 5. cum ſeqq., &
num.121. cum ſeqq., R.P.D. Anſald. in d. alleg.
1. poſt Paulut. diſſert.16. num.3., clar. mem. Card.
de Luc. de Fideicommiſſis diſc. 34. num.8., Rocc.
diſput. jur. ſelect. cap.15. num.11., Rot. coram
Priolo deciſ. 177. num.7., & ſeqq., cor. ſan. mem.
Alexand. VIII. deciſ. 177. num.13., & ſeqq., in
rec. deciſ. 266. num.15. part.1., deciſ.18. n.26.,
& deciſ.183. num.13. part.10., in Cortonen., ſeù
Peruſina Fideicommiſſi ſuper immiſſione 5. Maii
1703. §. In præſenti cor. bon. mem. Jacometto,
& pluribus cumulatis in d. Forlivien. Fideicommiſſi de Torellis 15. Januarii 1703. §. Hancque
fuiſſe cor. bon. mem. Muto, & in d. Ravennaten.
Fideicommiſſi Julii Camilli de Abbioſis 7. Aprilis
1710. §. Quin ad inducendam coram Rev. P. D.
Criſpo.*

Fortiùs verò hæc urgent in caſu noſtro, quia
Teſtator deſignaturus perſonas, quas compre-
hendere voluit ſub illa unica, atque individua
ratione, & cauſa finali conſervandi ſua Bona,
adhibuit ampliſſimum illud verbum, & nomen
collectivum = *poſteritatis* = quod cum æquè com- 27
prehendat Deſcendentes utriuſque lineæ ab ipſo
vocatæ, neceſſariò inducit reciprocam linearem
alioquin, ſinè illa Bona in poſteritate ſua con-
ſervari nequiviſſent, ut generaliter de ſimilibus
nominibus collectivis tradunt *Altograd. conſ.92.
num.9., & ſeq. lib.1., Caſanat. conſ.47. nu.121.,
& ſeqq., Gratian. diſcept. 621. num.18., & ſeqq.
Paulut. diſſert. 17. num.47., Rot. cor. Zarat. de-
ciſ. 15. num.1., cor. Ottbob. deciſ 177. num.11.,
& ſeqq., in rec. deciſ. 284. num. 36., & ſeqq.
part.6., in Bononien. Fideicommiſſi de Ghiſleriis
4. Maii 1699. §. Quæ omnia cor. Rma Molines, in
Foralivien. Fideicommiſſi de Torellis 28. Junii
1702. §. Quarta cor. bon. mem. Muto, in Firmana Immiſſionis 27. Junii 1708. §. Eoque præ cete-
ris, & in ejus confirmatoria 26. Aprilis 1709.
cor. Molines, in Bonon. Fideicommiſſi de Urſis 26.
Martii 1708. §. Argumenta in fine cor. eodem,
confirmata 10. Maii 1709. §. Omnemque in fin.
princip. cor. R. P. D. Aldrovando,* & in ſpecie
pro lineari reciproca inducenda dicto collectivo 28
nomine = *Poſterorum*, ſeù *Poſteritatis* = docent
*Ruin. conſ.22. num.21., & ſeqq., Purif. conſ.20.
num.12. lib.1., Cephal. conſ.372. num.12., Fuſar. conſ.69. num.12. verſ. accedente.*

Similia quippè nomina, utpotè indefinitè com-
prehendentia perſonas omnes, quotquot quo-
cumque tempore ex poſteritate Teſtatoris pro-
dire poſſunt; ut in ſimili ratiocinatur *Rota in*
*Lucana Fideicommiſsi* 14. *Decembris* 1708. *ſub §. Ta-*
*lis profectò cor. Kaunitz.*, *& in ejus confirmatoria*
1. *Julii* 1709. *§. Argumentis in fin. cor. Illño*
*Scotto*, neceſſariò operari debent, quod, ſi Te-
ſtator voluit Bonorum conſervationem in omni-
bus perſonis ſub hiſce nominibus collectivis com-
prehenſis, inter eaſdem ordinaverit reciprocam
linearem, ſinè qua talem finem aſſequi nullo pa-
cto potuiſſet; & ſanè quâ juſtâ ratione, aut quo
colore dici umquam poterit, quod Teſtator ille,
qui tantoperè exoptans ſuorum Bonorum ſubje-
ctionem ſubſtitutionibus, quas ordinaverat, il-
lorumque conſervationem in poſteritate, ſi non
expreſsè, ſaltem tacitè prohibuit Bonorum alie-
nationem, quippe hæc prohibitio perneceſsè de-
29 ſcendit ex eademmet adeò enixa Teſtatoris vo-
luntate conſervandi Bona in poſteritate vocata,
& hac de cauſa ſeveriſſimâ privationis pœnâ de-
linquentes affecit, noluerit poſtea vocatos grava-
re reciprocâ lineari, quâ ſolâ impediri poterat
ſciſſura hereditatis, illiuſque tranſitus ad heredes
extraneos, ut, præter ſupra allegatos, tradunt
*Manſ. conſult.* 385. *num.* 10., *& ſeqq.*, *Rodulphin.*
*alleg.* 196. *num.* 5., *Rot. ad ornat. clar. mem. Card.*
*de Luc. in Mantiſſ. de conflict. leg. deciſ.* 26. *n.* 5.,
*in Hortana Bonorum* 6. *Junii* 1698. *§. Requiſita*
*cor. Eño D. Cardinali Priolo*, *& in Spoletana*
*Hereditatum* 8. *Maii* 1705. *§. Altera*, *& ſeqq.*
*cor. bon. mem. Muto*.

Ex quo aliud etiam promanat validiſſimum
argumentum pro reciproca inducenda. Teſtator
enim procul dubio ordinavit in caſu delicti tum
ratione ſupradictæ conſervationis Bonorum in
30 poſteritate inibi expreſsæ, tum & clariùs, quia
in d. caſu voluit, quod Bona, & hereditas inte-
graliter, & abſque ulla diminutione ipſo jure de-
volveretur ad alium ſucceſſorem ab ipſo voca-
tum, quod idem eſt, ac ſi reciprocam de linea ad
lineam expreſsè ordinaſſet, cùm vigore iſtius di-
ſpoſitionis, ſi ultimus Maſculus de una linea de-
linqueret, illi procul dubio ſubſtitutus cenſere-
tur alter de alia linea, qui ſubſtitutus aliâ ratio-
ne aſſequi nequiviſſet portionem delinquentis,
niſi ultimus Maſculus de una linea delinquens,
alteri de alia lineâ reſtituere teneretur; proin-
31 deque ex d. reciproca ordinata in iſto caſu delicti
benè arguitur ad reciprocam in caſu obitus, ut
in ſimilibus terminis animadvertunt *Rain. conſ.*
121. *num.* 8. *lib.* 2., *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.* 475.
*ſub num.* 95., *& quæſt.* 689. *ſub num.* 2., *Rodoer.*
*in addit. ad Donat.*, *Anton. de Marin. cap.* 131.
*ſub num.* 12. *lib.* 1., *Vrceol. conſult. ferenſ. cap.* 80.
*num.* 8., *& ſeqq.*, *Rota Florent. inter recollect.*
*per Palm. nep. deciſ.* 213. *num.* 64. *verſ. hæcque*
*præſumptio*, *& num.* 65., *Rot. cor. Dunoz. jun.*
*deciſ.* 862. *num.* 4., *&* 5., *cor. bon. mem. Emerix*
*jun. deciſ.* 1343. *num.* 1., *in rec. deciſ.* 467. *ſub*
*num.* 6. *part.* 5. *tom.* 2., *deciſ.* 339. *num.* 20., *&* 21.
*part.* 17., *in Firmana Prædii della Parapina* 28.
*Junii* 1696. *§. Inter conjecturas verſ. quarta de-*
*ſumitur cor. bon. mem. Muto*, *in Aſſiſien. Fidei-*
*commiſsi* 17. *Decembris* 1708. *§. Nilque turbat*
*cor. Eño D. Card. de Polignac*.

Neque verò efficacia hujuſmodi argumento-
rum elidi poteſt reſponſione illâ, quod ſcilicet d. 32
ratio conſervationis Bonorum in poſteritate, ut-
potè expreſſa in ſolo caſu delicti, ad ſummum
inducat reciprocam in d. caſu dumtaxat, non
verò in caſu obitus, eò quod in ſubjecta mate-
riâ non admittatur illatio de uno caſu ad alium;
nam contrarium firmant auctoritates mox
allegatæ, & prætereà in dubium venire nequit,
quin ſaltem per viam declarationis, ſive inter-
pretationis voluntatis Teſtatoris ex reciproca or-
dinata in aliis caſibus, rectè arguatur pro illâ in-
ducenda etiam in caſu obitus, ut poſt *clar. mem.*
*Card. de Luc. de fideicommiſsis diſc.* 101. *num.* 10.
*verſ. ſecundo ex proviſione*, *& diſc.* 104. *num.* 8.,
tradit *Saminiat. contr.* 51. *ſub num.* 33., *& ſeqq.*,
*Rot. Florentin. inter recollect. per Palm. nep. dec.*
113. *num.* 66., *&* 70., *Rota Romana inter collect.*
*per Conſtantin. ad Stat. Vrb. deciſ.* 117. *num.* 4.,
*in Romana Fideicommiſsi de Vareſiis* 28. *Junii*
1708. *§. Tum quia cor. Molines*, *& in Romana*
*Fideicommiſsi de Alveris* 12. *Januarii* 1711.
*§. Signanter cor. R.P.D. Criſpo*, certiùs in caſu 33
noſtro, in quo cum nulla alia ſit aſſignabilis ra-
tio, propter quam ceteræ ſubſtitutiones à Teſta-
tore ordinatæ dici poſſint, omnes proinde ordi-
natæ cenſeri debent ex una, eademque identifica
ratione expreſſa in d. caſu delicti, ut ſcilicet he-
reditas Teſtatoris in ſua poſteritate conſervare-
tur, maximè verò, quia d. ratio, utpotè adje- 34
cta poſt omnes ſubſtitutiones, faciliùs totam di-
ſpoſitionem informat, atque demonſtrat, volun-
tatem Teſtatoris reſtrictam minimè fuiſſe ad ſo-
lum caſum delicti, ſed referendam quoque eſſe 35
ad caſum mortis; virtus namque, & identitas
unius, ejuſdemque cauſæ finalis, conſervationis
videlicet Bonorum, quâ tota diſpoſitio conce-
pta dicitur, id procul dubio efficit, ut reciproca
in utroque caſu æquè volita cenſeatur, eò quod
utraque ſubſtitutio dirigatur ad aſſequendum
unum, eumdemque finem à Teſtatore optatum,
ut benè, & latè explicat *Altograd. ſen. conſ.* 92.
*num.* 36. *lib.* 1., *& conſ.* 80. *num.* 63. *in fin.*, *&*
*conſ.* 81. *num.* 51., *&* 52. *lib.* 2., *Gratian. diſcept.*
828. *num.* 21. 24., *& ſeqq.*, *Caren. reſol.* 158.
*num.* 30., *Cavalcan. deciſ.* 18. *num.* 66. *lib.* 3.,
*Zuccar. deciſ. Lucen.* 76. *num.* 131. *verſ. ſecundò*
*num.* 138. 139., *&* 140., *Rot. Florentin. inter*
*collect. per Palm. nep. d. deciſ.* 213. *num.* 66., *&*
68., *Rot. cor. Dunoz. jun. deciſ.* 115. *num.* 9., *in*
*Aſſiſien. Immiſsionis* 16. *Januarii* 1711. *§. Et*
*licèt cor Caffarello*, ubi quod valet argumentum 36
à caſu contraventionis ad caſum obitus, quando
à Teſtatore adjecta fuit ratio, quod volebat, Bo-
na illæſa, & abſque diminutione remanere in fa-
milia, ita quidem exigente efficaciâ rationis, &
virtute cauſæ finalis ab ipſo Teſtatore expreſſæ,
quæ cum ſit generalior dicto, & plus dictum 37
cenſeatur, quàm ſcriptum reperitur, juſtam præ-
bet interpretationem voluntatis ad effectum de-
clarandi, ſub illa generaliter comprehenſos cen-
ſe-

ſeri caſus omnes, quibus talis generalis ratio, &
38 cauſa congruit, ut ex *Textu in leg. quemdam cum*
*filium* 46., *leg. final. ff. de hered. inſtit.*, docue-
runt *Gabriel. conſ.*124. *num.* 12. *lib.* 2., *Giova-*
*gnon. conſ.*38. *num.*65., *Ciarlin. contr.* 119. *num.*
122. *lib.*2., *Rot. cor. Coccin. deciſ.*277. *num.* 7.,
*& ſeqq.*, *& deciſ.*493. *num.* 6., *& ſeqq.*, *coram*
*Merlino deciſ.*83. *num.*6., *& ſeqq.*, *cor. Buratt.*
*deciſ.*22 *num.*23., *cor. Arguell. deciſ.* 19. *n.*29.,
*& deciſ.*28. *num.*118., *cor. Priol. deciſ.* 117. *nu.*
17., *in rec. deciſ.* 44. *num.*5. *verſ. negari tamen*
*non poteſt*, *& deciſ.* 47. *per tot.*, *deciſ.*105. *n.*4.,
*& ſeqq. part.*1., *deciſ.*135. *num.*1., *& ſeqq. part.*
8., *deciſ.*356. *num.*3. *part.*9., *deciſ.*95. *num.*15.
*part.*11., *deciſ.*306. *num.*6. *part.*12., *deciſ.* 259.
*num.*11., *& ſeqq. part.*15., *deciſ.* 278. *num.*13.,
*& deciſ.*474. *num.*3. *part.* 18.

Coadjuvantur hæc omnia ex natura ipſius di-
39 ſpoſitionis, in qua, utpotè reali, faciliùs ſit locus
reciprocæ lineari, *Altograd. conſ.*92. *num.* 31.,
*& ſeqq. lib.* 1., *Rot. cor. Card. Cerro deciſ.* 796.
*num.*7., *in rec. deciſ.*411. *num.*9. *part.*14., *deciſ.*
139. *num.*15. *part.*17., *ad ornat. clar. mem. Card.*
*de Luc. de Fideicommiſſis deciſ.*69. *num.* 4., *Bal-*
*ducc. in collect. deciſ.*, *& rer. judic. tit.*3., *deciſ.*
29. *num.*12., *in Reatina Fideicommiſſi* 22. *Mar-*
*tii* 1700. *§. Potentiùs cor. R.P.D. Anſaldo*, *in*
*Bonon. Fideicommiſſorum de Herculanis* 13. *Maii*
1701. *§. Præcipuè cor. bon. mem. Muto*, *& in Fo-*
*rolivien. Fideicommiſſi de Torellis* 28. *Junii* 1702.
*§. Quarta deſumitur cor. eod.*; in diſpoſitione
enim, de qua agitur, licèt nominentur perſonæ
attamen illa, veluti ad unicum ſuum finem, or-
dinata ad conſervationem Bonorum in perſonis
40 vocatis, realis cenſenda eſt, prout talem demon-
ſtrant tum verba illa = *ed i ſuoi Beni ſi conſervino*
*nella poſterità &c.* = & alibi = *per conſervazione*
41 *de' ſuoi Beni* =, ut ſimilia verba ponderando tra-
dunt *Ciarlin. contr.* 259. *num.*53., *Rocc. diſput.*
*jur. ſelect. cap.*23. *num.* 27., *Manſ. conſult.* 216.
*num.*12., *Rot. in recent. deciſ.*193. *num.* 2. *in fin.*
*& num.*7. *verſ. ex quibus part.* 1., *& deciſ* 557.
*num.* 3. *part.*19.; tum etiam illa alia, quibus Te-
ſtator mandavit, ut in caſu delicti Bona accreſce-
42 rent; & devolverentur ad alium ſucceſſorem ab
ipſo vocatum, *Rot. Florent. apud Palm. deciſ.*
213. *num.*64. *verſ. hæcque præſumptio*, *& num.*
*ſeq.*, *Rot. Romana cor. Dunoz. jun. deciſ.* 862. *n.*
45., *cor. bon. mem. Emerix deciſ.* 1313. *num.* 1.,
*in rec. deciſ.*467. *num.*6. *part.*5., *deciſ.*339. *n.*21.
*part.*17., *in Firmana Prædii della Parapina* 28.
*Junii* 1696. *§. Inter conjecturas verſ. quarta de-*
*ſumitur cor. bon. mem. Muto*; quæ ſanè realitas
43 fortius urget in caſu noſtro, quia reſpicit totali-
tatem, atque univerſalitatem omnium, & ſin-
gulorum Bonorum, quæ Teſtator accreſcere, &
devolvi voluit ad heredes fideicommiſſarios, ut
conſervarentur in poſteritate, *Rot. cor. Merlin.*
*deciſ.*126. *num.*6., *cor. ſan. mem. Alexan. VIII. de-*
*ciſ.*677. *num.* 1., *& ſeqq.*, *in Forolivien. Fidei-*
*commiſſi de Torellis* 28. *Junii* 1702. *§. ſecunda*,
*&* 15. *Januarii* 1703. *§. Tertia*, *& priùs in Ro-*
*mana Fideicommiſſi* 26. *Decembris* 1696. *§. Quod*
*maximè cor. bon. mem. Muto*, *in Ravennaten. Fi-*
*deicommiſſi Julii Camilli de Abbioſis* 7. *Aprilis*
1710. *§. Alterum cor. R.P.D. Criſpo*.

Majorem vim ſupradictis addit prædilectio,
atque prælatio Maſculorum à Teſtatore expreſſa 44
cum omnimoda excluſione fœminarum per mo-
dum regulæ, exiſtentibus Maſculis; excluſio nam-
que iſthæc indefinita, quæ in ultimis voluntati-
bus æquipollet univerſali, *leg. ſi pluribus* 4. *ff. de*
*leg.*3., tamquam generaliter complexiva cujuſ-
cumque lineæ multùm confert ad inducendam 45
reciprocam linerem, ſinè qua nec Bona conſerva-
rentur in Maſculis, nec Maſculi præferrentur fœ-
minis, neque fœminæ, exiſtentibus Maſculis, eſ-
ſent excluſæ, ut benè *Caſtill. contr. lib.*2. *cap.* 4.
*num.*72., *Peregrin. de Fideicomm. art.* 25. *n.*26.,
*Rot. cor. Arguell. deciſ.*62. *num.*7., *& deciſ.* 79.
*num.*16., *poſt. Conſtantin. ad Stat. Urb. dec.*112.
*num.*14., *in rec. deciſ.*422. *num.*8. *part.*13., *& de-*
*ciſ.* 232. *num.* 1. *part.* 19., ubi concordantes; &
hanc ſolam conjecturam requiſitæ maſculinitatis 46
unà cum qualitate legitimitatis, ubi agitur de fi-
deicommiſſo aſcendentali, ſufficere ad inducen-
dam reciprocam linearem, teſtatur *Paulut. diſ-*
*ſert.* 16. *num.* 49., *Roſ. conſult.* 69. *num.* 41., *&*
*ſeqq.*, *& num.*65., *&* 69., *& ſeqq.*, *Anſald. in*
*d. alleg.* 1. *poſt Paulut. d. diſſert.*16. *num.*5., *Rot.*
*cor. Ubald. deciſ.* 383. *cor. Pentinger. deciſ.* 238.
*utrobique num.*14., *in rec. dec.*283. *num.*10. *part.*
13., *in d. Bonon. Fideicommiſſorum de Hercula-*
*nis* 1701. *§. Tertia conjectura*, *& in Forolivien.*
*Fideicommiſſi de Torellis* 28. *Junii* 1702. *§. Quar-*
*ta deſumitur cor. bon. mem. Muto*.

Et denique ſummoperè urget reciproca à Te-
ſtatore expreſsè ordinata inter primos heredes in-
ſtitutos, quæ proinde facilius repetita cenſeri de- 47
bet inter ſucceſſivè vocatos, *Rot. cor. Dunoz jun.*
*dec.*501. *num.*15., *cor. ſan. mem. Alexand. VIII.*
*deciſ.*1. *num.*25., *deciſ.* 28. *num.* 14., *in rec. dec.*
97. *num.*6., *& num.*14., *& ſeqq. part.*17., *deciſ.*
554. *num.*6. *part.*18., *deciſ.*29. *num.*9., *dec.*472.
*num.* 16., *& deciſ.* 570. *num.* 19., *& ſeqq. part.*
19., *in Forolivien. Fideicommiſſi de Torellis* 28.
*Junii* 1702. *§. Tertia*, *confirmata* 15. *Januarii*
1703. *§. Secunda conjectura cor. bon. mem. Muto*,
*in Bonon. Fideicommiſſi de Urſis* 26. *Martii* 1709.
*§. Et tamen cor. Molines*, *& in ejus confirmatoria*
10. *Maii* 1709. *cor. R.P.D. Aldrovando*; ita ſua-
dente ratione majoris dilectionis; nam, ſi Teſta-
tor hujuſmodi reſtitutionis onere gravavit filium, 48
& nepotem primos inſtitutos, procul dubio magis
dilectos, potiori certè jure talem reſtitutionem
fieri voluiſſe cenſetur inter ulteriores ſubſtitutos
minùs dilectos, ut benè ponderant *Peregrin.*
*conſ.*56. *num.*10. *lib.*1., *Gorgiur. conſ.*63. *n.*16.
*lib.*2., *Caſtald. conſult.*152. *num.*1., *Carol. An-*
*ton. de Luc. de lin. legal. tom.*2. *reſp.*19. *num.*19.,
*Rodulphin. alleg.*33. *ſub num.*11., *Calderon. re-*
*ſol.*61. *ſub nu.*62., *Rot. cor. Rembold. deciſ.*610.
*num.*2., *& ſeqq.*, *cor. Arguell. deciſ.*81. *n.*17.,
*cor. Priol. deciſ.*177. *nu.*7., *deciſ.*433. *num. ult.*,
*inter recollect. à Conſtantin. ad Stat. Urb. deciſ.*
112. *n.*20., *in recent. deciſ.*326. *n.*7., *& deciſ.*472.
*n.*16. *par.*14., *in Firmana Prædii della Parapina* 20.
*Junii* 1696. *§. Inter conjecturas cor. bo. me. Muto*.

Haud verò in dubium revocari poteſt, hujuſ-
modi reciprocam à Teſtatore ordinatam fuiſſe
inter filium, & nepotem; ille enim inter pri-
mos inſtitutos ità diſpoſuit = *e morendo alcuni di
eſſi Signori Giovanni, e Camillo ſenza figli maſchi*
49 *legitimi, e naturali, come di ſopra, in tal caſo
ſoſtituiſce l'altro di eſſi, che ſarà vivo, e dopo
di eſſo li ſuddetti ſuoi figli maſchi legitimi, e na-
turali; e caſo, che quello di loro, che aveſſe fi-
gli, premoriſſe, à quello morirà ſenza figli, in
detto caſo ſoſtituiſce, e vuole, che ſuccedino in
d. porzione li dd. figli legitimi, e naturali di d.
premoriente* = ex qua ſane figura verborum illos
reciprocè vocatos fuiſſe, clarius patet, quàm nos,
dicendo verbis, ac demonſtrando argumentis
explicare poſſimus; quin imò, cum ex prænar-
50 ratis verbis manifeſtè reſultet, reciprocam ex-
preſsè ordinatam fuiſſe etiam favore filiorum
præcedentis, caſu, quo alterum ſinè filiis defi-
cere, contingeret, ibi = *e caſo, che quello di loro,
che aveſſe figli, premoriſſe, à quello morirà ſenza fi-
gli, in d. caſo ſoſtituiſce, e vuole, che ſuccedino
in d. porzione li dd. figli legitimi, e naturali di
detto premoriente* = hinc fortius elicitur argumen-
tum prò repetitione ejuſdem reciprocæ inter fi-
lios, & nepotes uniuſcujuſque lineæ, ſeù colum-
nelli, ut punctualitèr firmant *Soccin. Jun. con-
ſil.78. num.10. & 11., Curtius Jun. conſ.11. n.5.,
Decian. conſ.41. in princ. dub. vol.1., Soccin. Sen.
conſ.69. col.2., & conſ.104. col.2. verſ. Capio
nunc capitulum lib. 3., Menoch. de præſumpt.
lib.4. præſumpt.59. num.11., Manſ. conſult.69.
num.4. & 5. tom 9., Peregrin. de fideicommiſſis
art.13. num.75.*, ibi = *Vigeſimus tertius caſus eſt,
cum Teſtator duobus, aut tribus heredibus inſti-
tutis, eos, & præmortuorum Liberos ad invicem
ſubſtituit, hoc enim caſu reciprocam conſtitu-
tam etiam inter liberos alterius lineæ, ſatis expla-
ratum eſt* =

Fruſtraque obijcitur, quod Teſtator inſtituen-
51 do filium, & nepotem, & quidem unumquem-
que in certis, & determinatis Bonis, conſtituiſ-
ſe ab initio dicatur duos ſtipites, ſive deſignaſſe
duo puncta, à quibus duplex linea incipere, ac
fluere debebat, proindeque conjecturæ & argu-
menta, quæ ſuperioribus locis adduximus, ut-
potè apta ad diſcretivè inducendam reciprocam
52 in unaquaque lineâ, illam extendere non debeant
de linea ad lineam tamquam exorbitantem, &
odioſam; Facili namque ratione ab hujuſmodi
objecto nos expedire poſſemus, reſpondendo, quod
Doctores argumenta, & conjecturas ſupra re-
latas expendunt non quidem ad effectum indu-
cendi reciprocam diſcretivè in unaquaque lineâ,
ſed prò eadem extendenda de linea ad lineam,
etiam in caſu, quo Teſtator plures ab initio ſti-
pites efformaverit, moti elementari illâ, ac præ-
validâ ratione, quod nempè reciproca etiam de
linea ad lineam à Teſtatore volita cenſeri de-
53 beat, quoties, nonniſi per illam, veluti per uni-
cum medium, adimpleri poteſt ejuſdem voluntas
ordinata ad conſervationem integræ ſuæ heredi-
tatis penes ſubſtitutos; hoc enim caſu, non eura-
to, an Teſtator ab initio unam, vel plures lineas
conſtituerit, ſit locus reciprocæ lineari, *Roſ. con-
ſult.69. ex num.62. & 64., R. P. D. Anſald. in
altera alleg. impreſſ. poſt Paulut. diſſert.16. nu.6.,
Caren. reſol.128. num.26. & 32., Caſtill. deciſ.
Sicil. 753. num.51., Rot. in recent. deciſ. 755.
num.13. part.18., inter impreſſ. ad ornat clar. me.
Card. de Luc. de fideicommiſſis deciſ.69. num.6.,
in Ravennaten fideicommiſſi Julii Camilli de Ab-
bioſis 7. Aprilis 1710. §. Quidquam non relevante
cor. Criſpo.*

Verum prætereà dicimus, quod, licèt Teſta-
tor ab initio, & in inſtitutione duplicem diverſam
lineam conſideraſſe videatur, ex ſubſequentibus
tamen clarè apparet, ipſum minimè reſpexiſſe 54
duos heredes inſtitutos tamquam duos ſtipites
duplicis diverſæ lineæ, ſed eoſdem conſideraſſe
per modum unius lineæ incipientis à ſemetipſo;
pluriès namque mentionem fecit de ſuis heredi- 55
bus, & Succeſſoribus, ſuamque hereditatem ſin-
gulariter expreſſit, &, quod magis eſt, in ra-
tione conſervationis Bonorum non dixit, ut illa
conſervarentur in poſteritatibus ſupra nominatis,
prout certè dicere debuiſſet, ſi lineas heredum
inſtitutorum reverà prò duabus lineis accepiſſet;
ſed loquendo in numero ſingulari adhibuit ver- 56
ba illa = *e li ſuoi Beni ſi conſervino nella poſterità
ſopranominata* =, ſignum evidens, quod totam
illam poſteritatem, in qua proculdubio compre-
hendebantur Deſcendentes utriuſque lineæ, re-
lativè ad ſemetipſum, ac per modum unius con-
ſideraverit, per ea, quæ tradit *Redenaſc. conſ.59.
per tot., & præcipuè num.5., Carol. Anton. de
Luc. de lin. legal. art.20. num.5., & in animadverſ.
ad Gratian. diſcept.371. num.25., Rocc. diſput.
jur. ſelect. cap.15. num.14., Rot. in rec. dec.755.
num.8. & ſeqq. part.18., deciſ.570. num.9., de-
ciſ.646. num.26. part.19., & ad ornat. clar. me.
Card. de Luc. de fideicomm. deciſ.69. num.6., &
ſeqq.*; Cum enim illi reſpectu Teſtatoris unicum
dumtaxat lineam efformare dicerentur, utique, 57
ſi Teſtator eoſdem vocavit, habito reſpectu ad
ſemetipſum, tamquam ad eorum principium ſpe-
ciatim deſignatum, & ex quo unica procedebat
linea, dicendum eſt, illos conſideraſſe per mo-
dum unius lineæ procedentis à ſemetipſo, ut ar-
gumento *textus in leg. Unica §. His ita definitis
verſ. hæc ita tam varia C. de caduc. toll.*, ibi = *quaſi
in unum corpus redacti ſunt* =, tradunt *Fuſar. conſ.
18. num.14. verſ. verùm læviſſima, Palm. Nep.
conſ.90. num.9., & ſeqq., Peregrin. conſ.54. per
tot. lib.1., de fideicommiſſis art.13. nu.73., Gra-
tian. diſcept.621. ex num.22. uſque ad 26., clar.
me. Card. de Luc. de fideicomm. diſc.51. num.10.,
diſc 104. num.6., diſc.106. num.12., & ſeqq.,
Carol. Anton. de Luc. de lin. legal. tom.2. reſp.20.
num.41. §. Quare multum, Paulut. diſſ.16. n.44.,
& ſeqq., Cavalcan. deciſ.18. num.93., & ſeqq.
part.3., Rot. Lucan. apud Torr. de ſucceſſ. in Pri-
mog. Ital. deciſ.24. num.22. verſ. ut interim, Rot.
deciſ.339. num.11. part.17. recent., deciſ.531.
num.2., & deciſ.605. num.1. & 2. part.19., in
Perusina fideicommiſſi 27. Junii 1698. §. Purifi-
cationem cor. Emo D. Card. Priolo, in Bonon. fi-
deicommiſſorum de Herculanis 13. Junii 1701.*

*§. Ad*

§. Ad hanc eamdem, & in Forolivien. fideicom-
miſſi de Torellis 28. Maii 1702. §. Maximè quia,
confirmat. 15. Januarii 1703. §. Ultrà requiſita
in fin. cor. bo. me. Muto, & in Ravennaten. fi-
deicommiſſi Julii Camilli de Abbioſis 7. Apri-
lis 1710. §. Quidquam non relevante verſ. alterum
nimirum cor. R.P.D. Criſpo.

Idque confirmatur ex eo, quia Teſtator in ca-
58 ſu, quò alter ex heredibus inſtitutis decederet ſinè
filiis, ſubſtituit ſuperviventem, vel ejus filios,
quæ verba efficiunt, ut tota unius hereditas al-
teri accreſcere deberet, Rot. in recent. deciſ. 43.
num. 5., & num. 28., & ſeqq. part. 13. Inſuper
facta fuit ſubſtitutio ultimo morienti, & deni-
que fœminæ, ſi ſuperſtites eſſent, conjunctim in
tota hereditate ſubſtitutæ fuerunt, & ità pariter
eorum filii, ut ad rem ponderat Rot. deciſ. 531.
num. 2. part. 19., & conferunt tradita in Bonon.
fideicommiſſi Herculis de Elephantutiis 27. Fe-
bruarii 1708. §. 10. cor. Anſaldo; quæ omnia
cum perſpicuè demonſtrent unicitatem lineæ à
Teſtatore toties complicatam relativè ad unici-
tatem unius ſtipitis, jure proinde, meritòque
in caſu noſtro ex ſubſequentibus, & præſertim
ex eâ unicâ, & finali causâ, ut Bona conſerva-
rentur pænes heredes inſtitutos, atque ſubſtitu-
tos vocatos per modum unius nomine colle-
59 ctivo Poſteritatis, in qua integraliter, & abſque
ulla prorſus diminutione univerſa Teſtatoris he-
reditas conſervari debebat, inferre poſſumus,
quod idem Teſtator Joannem, & Camillum in
præcedenti inſtitutione non conſideraverit tam-
quam ſtipites diverſarum linearum, ſed eoſ-
dem vocaverit per modum unius, tamquam
videlicet comprehenſos ſub linea à ſemetipſo in-
cipiente.

Quamquam verò his omnibus ſufficienter
conſtabilita videri poſſit reciproca linearis inter
Deſcendentes Joannis, & Camilli de Carpis,
ideoque univerſum fideicommiſſum in perſona
D. Pompilii Junioris conſolidatum dici debeat,
nihilominus non deſunt alia graviſſima argu-
60 menta illam confirmantia; ad hanc enim finem
referenda eſt repetita Maſculorum vocatio in
omni gradu, facta cum qualitate legitimitatis,
& naturalitatis, juxta animadverſa in puncto per
Rotam in deciſ. 112. nu. 19. inter collect. per Con-
ſtantin. ad Stat. Urb., & deciſ. 326. num. 8. & 9.
part. 14. recent., huc etiam ſpectat excluſio Fi-
61 ſci facta in caſu delicti commiſſi ab aliquo ex gra-
vatis, Balducc. ad Ramon. conſ. 100. num. 17., clar.
me. Card. de Luc. de fideicomm. diſc. 101. num. 10.
verſ. ſecundò, Saminiat. contr. 51. num. 33., &
ſeqq., Rota Lucana apud Torr. de majorat., &
Primog. Ital. deciſ. 24. num. 35. verſ. militat un-
decimum, Rot. cor. Arguell. deciſ. 54. num. 36.,
in recent. deciſ. 163. num. 3. part. 10., deciſ. 306.
num. 19. cum ſeqq. part. 18., inter collect. per Con-
ſtantin. ad Stat. Urb. deciſ. 117. num. 4., in Ro-
mana fideicommiſſi de Vareſiis 18. Junii 1708.
§. Tum quia cor. R̃mo. Molinet, & in Romana fi-
deicommiſſi de Alveris 12. Januarii 1711. §. Si-
gnanter cor. R.P.D. Criſpo; quibus addere poſ-
62 ſemus tum digreſſum ad plures gradus ſubſtitu-
tionum; primò namque loco inſtituti leguntur
filius, & nepos, iidemque invicem ſubſtituti,
poſitis in conditione filiis, & nepotibus, qui,
attento noſtro Statuto, cenſentur vocati; Poſt
Maſculos vocantur fœminæ, eiſque non extan-
tibus, eorum filii maſculi, quibus demum de-
ficientibus, filiæ fœminæ; Ex hujuſmodi autem 63
diſpoſitionis tenore deſumi digreſſum ad plures
gradus ſubſtitutionum, benè demonſtrat Rot. in
deciſ. 112. num. 17. inter collect. per Conſtantin. ad
Stat. Urb., eumdemque digreſſum ad effectum,
de quo agitur, conſiderant Rocc. diſp. jur. ſelect.
cap. 16. num. 19., Saminiat. contr. 51. num. 32.,
Rot. in recent. deciſ. 755. num. 11. part. 18., de-
ciſ. 570. num. 16., deciſ. 605. num. 12. part. 19.,
ad ornat. clar. me. Card. de Luc. de fideicomm. de-
ciſ. 70. num. 9., in Senogallien. fideicommiſſi 29.
Decembris 1694. §. Rurſus cor. bon. me. Pio, in
Romana, ſeù Cortonen. fideicommiſſi ſuper immiſ-
ſione 5. Maii 1700. §. In præſenti cor. bo. me. Ja-
cometto, in d. Bononien. fideicommiſſorum de Her-
culanis 13. Junii 1701. §. Tertia conjectura, in
Forolivien. fideicommiſſi de Torellis 28. Junii 1702.
§. Tertia elicitur cor. bo. me. Muto, Tum etiam,
quod Teſtator vocavit omnes inſtitutos, & ſub- 64
ſtitutos cum clauſula in ſtirpes, & non in capita;
cum enim hujuſmodi ſucceſſio diſparitatem gra-
dus, & concurſum à duplici, diverſoque Aſcen-
dente præſuppoſitat, validiſſimum idcircò præ-
bet argumentum reciprocæ ſubſtitutionis, ex no- 65
tatis per Pariſ. conſ. 87. num. 24., & ſeqq. lib. 2.,
Menoch. conſ. 327. num. 31., & ſeqq., Surd. conſ.
431. num. 8., Manſ. conſult. 59. num. 8. tom. 9.,
Paulut. diſſert. 16. num. 50., Menoch. de præſumpt.
lib. 4. præſumpt. 59. num. 13., Rot. cor. Cerr. de-
ciſ. 305. num. 5., in rec. deciſ. 245. num. 2., &
ſeqq. part. 19., in Romana fideicommiſſi Luciæ de
Moronis 21. Februarii 1701. §. Profectò cor. R.P.D.
Anſaldo, in Cortonen., ſeù Peruſina fideicom-
miſſi ſuper immiſſione 19. Novembris 1702. §. Re-
ciproca cor eodem, in d. Forelivien. fideicommiſſi
de Torellis 28. Junii 1702. §. Quarta deſumitur,
& 15. Januarii 1703. §. Fortiùs quia cor. bo. me.
Muto.

Sed, his omiſſis, progredimur ad conjectu-
ram illam deſumptam ex noviſſima ſubſtitutione 66
filiarum ipſiuſmet Teſtatoris, quæ plenæ demon-
ſtrationis nomen & efficaciam habere videtur;
Teſtator enim, poſtquam Deſcendentibus ma-
ſculis utriuſque lineæ heredum inſtitutorum ple-
nè providerat, in defectum tandem eorum de-
ſcendendo ad fœminas, ita ſubſtituit = e moren-
do tutti li dd. ſuoi Eredi ſenza figli maſchi legiti-
mi, e naturali, come ſopra, in tal caſo ſuſtitui-
ſce le Signore Eliſabetta, e Coſtanza de Carpis
figlie legitime, e naturali di eſſo Teſtatore, ſe pe-
rò ſaranno vive, ſe non, li loro figli maſchi legi-
timi, e naturali, e, non eſſendovi li maſchi, le fe-
mine &c. = quamobrem, ſi Eliſabetha, & Con-
ſtantia Teſtatoris filiæ, vel eorum filii admitten-
di ſunt in caſu, quo omnes heredes ſuperiùs vo-
cati decederent, nullis relictis Maſculis, pernè-
ceſsè danda eſt ſubſtitutio reciproca inter omnes
dd. heredes vocatos uſque ad ultimum defun-
ctorum

ctorum abſque prole maſculina, & per omnes
ipſos hereditas devolvenda eſt, *Redenaſch. conſ.9.*
*num.44.*, *Caſtald. conſult.2. num.2.*, *Mantic. de*
*conject. ultim. vol. lib.7. tit.5. num.8.*, *& ſeqq.*,
*Rot. cor. ſa. me. Alex.VIII. deciſ.177. num.5.*, *&*
*ſeqq.*, *in rec. deciſ.326. num.10. part.14.*, *& in*
*Forolivien. fideicommiſſi de Torellis 15. Januarii 1703. §. Quarta coram bo. me. Muto*, cum
autem ſub nomine dd. heredum procul dubio
67 comprehenderentur Maſculi utriuſque lineæ,
utpotè qui ſuprà fuerant expreſsè ſubſtituti, vel
in conditione poſiti, *Rot. cor. Bich. deciſ.508. n.5.*
*6. & 7.*, *inter collect. per Conſtantin. ad Stat.*
*Urb. deciſ.112. num.9.*, aliique relati *ſub §. Injuncto itaque*, neceſſe idcircò eſt, hereditatem
tranſire per Maſculos utriuſque lineæ ſupra vocatos uſque ad ultimum, qui ſinè filiis maſculis
68 moriatur, juxtà paulò ſuperiùs firmata; certiùs,
quia in dubium venire nequit, quin Teſtator
Deſcendentes maſculos magis dilexerit, quàm
fœminas, earumque filios, dum iſtas, iſtoſque
poſt omnium illorum defectum vocavit; Undè,
ſi voluit, Maſculis omnibus deficientibus, fœminas, earumque filias admitti ad omnia ſua
Bona, multò magis voluiſſe credendum eſt,
quod interim omnia Bona prædicta permanerent
apud omnes Deſcendentes maſculos, qui fu-
69 pereſſent, quod cum fieri non poſſet, niſi invicem præſupponantur ſubſtituti, hinc proindè ſequitur, quod Teſtator voluerit omnes invicem
ſubſtituere, ut his verbis argumentatur *Soccin.*
*Jun. conſ.110. num.17. & 18. lib.3.*, *Paulut.*
*diſſert.16. num.56.*

Atque hinc aliud etiam oritur non minùs efficax argumentum prò reciproca inducenda; nam,
70 ſi ad totam hereditatem vocatæ fuerunt fœminæ,
earumque filii remotiores, & minus dilecti,
potiori certè jure ad illam invitati dici debent
Maſculi proximiores, & magis dilecti; aliàs quippe magna eſſet repugnantia, ſi minus dilecti invitarentur ad totam hereditatem, & magis dilecti, qui ſemper præ oculis habebantur, & in
toto teſtamenti contextu ſpecialiter contemplati
fuerunt, invitarentur tantùm ad partem, & ſic
conſtitueretur reciproca prò tranſmittendâ inte-
71 grâ hereditate ad minùs dilectos, ea autem excluderetur, ut magis dilecti ſolam hereditatis
partem conſequerentur, *Rot. coram Ubald. deciſ.383. num.10.*, *& ſeqq.*, *cor. Bich. deciſ.287.*
*num.9.*, *& ſeqq.*, *cor. Dunoz. Jun. deciſ.487.*
*num.17. & 18.*, *cor. Otthobon. deciſ.1. num.25.*,
*& deciſ. 177. num.20.*, *cor. Priol deciſ. 417.*
*num.12.*, *inter collect. per Conſtantin. ad Statut.*
*Urb. deciſ.112. num.22.*, *in recent. deciſ.18. n.37.*
*part.10.*, *in d. Forolivien. fideicommiſſi de Torellis*
*28. Junii 1702. §. Tertia*, *& 15. Januarii 1703.*
*§. Fortiùs cor. bo. me. Muto.*

Nec talis ſubſtitutio fœminarum in defectum
Maſculorum concepta, intelligi poteſt diſcretivè, adeout reſolvatur in ſuas ſingularitates, ſeù
in deficientiam Maſculorum cujuslibet lineæ;
huic namque intellectui apertè repugnat totus
72 diſpoſitionis contextus, & mens Teſtatoris ſatis
clarè expreſſâ verbis illis = *e morendo tutti li dd.*
*ſuoi Eredi &c.* =, quibus Teſtator comprehen-
dere voluit omnes Maſculos heredes ſupra nomi- 73
natos, ideoque, cum inter iſtos, ut alibi diximus, procul dubio recenſerentur Maſculi utriuſque lineæ, conſequens eſt, quod idem Teſtator
intellexerit dumtaxat fœminas ſubſtituere in defectum omnium dd. heredum, habito reſpectu ad
utramque lineam, quodque talis ſubſtitutio ve-
rificari non poſſet, niſi in caſu ultimi Maſculi 74
morientis utriuſque lineæ, ut ponderavit *Peregrin. conſ.50. num.3. lib.3.*, *Intrigliol. de ſubſtit.*
*cent.3. quæſt.48. n.34.*, *Paulut. diſſert.16. n.16.*,
*Rot. cor. Otthobon. deciſ.177. num.9. & 10.*, *inter*
*divers. deciſ.492. num.1. part.4.*, *in recent. deciſ.95. num.5. & 6. part.7.*, *deciſ.183. num.11.*
*& 12. part.10.*, qui ſanè intellectus eò magis re-
cipiendus videtur, quia contraria interpretatio 75
apertè adverſatur, immò deſtruit voluntatem
Teſtatoris, læditque rationem recti ſermonis,
juxtà quam dictio illa = *tutti* = reſtringi minimè
poteſt intrà Maſculos unius tantùm lineæ, præſertim, cum adjecta fuerit poſt vocatos, atque
ſubſtitutos Maſculos utriuſque lineæ, ut ſenſui
patet, & obſervat *Caſtrenſ. con.159. ſub num.3.*
*lib.1.*, *Manſ. conſult. 75. num. 16. & 17.*, *&*
*ſeqq. tom.9.*

Facilius verò idem intellectus ſequendus videtur, quia corroboratur aliâ validiſſimâ animad-
verſione; non enim fœminæ ſubſtitutæ in defe- 76
ctu Maſculorum, fuerunt filiæ ipſorum met Maſculorum, itaut ſubſtitutæ dici poſſent propriis
Maſculis de unaquaque linea, ſed illæ erant filiæ ipſius Teſtatoris, & quidem ad totam hereditatem vocatæ, ut ſupra demonſtravimus; qua
de re nullo pacto ſubſtitutæ intelligi poſſunt diſcretivè Maſculis uniuſcujuſque lineæ, ſed præciſa requiritur verificatio obitus ultimi Maſculi,
habito reſpectu ad utramque lineam, ut locus
fiat earum ſubſtitutioni, ita etiam exigente na-
turâ, & indole illius dictionis = *in tal caſo* = in 77
eadem ſubſtitutione appoſitæ, quæ reſtrictiva
eſt, & adeo denotat extremitatem temporis, ut,
ſi adjiciatur morti plurium, debeat priùs verificari mors omnium, ad hoc, ut ſit locus diſpoſitioni cum iſtâ clauſulâ conceptæ, *Roman. conſ.*
*131. in princ. ubi Apoſtill. in verb.* = *tunc, & eo*
*caſu* =, *Joan. de Ann. conſ. 66. num.3. col.3.*
*verſ. Sed iis non obſtantibus*, *Card. Tuſch. pract.*
*concl. tom.2. litt.D. concl.390. num.7.*

Minùs verò dici poteſt, quod poſtrema hæc
fœminarum, earumque filiorum ſubſtitutio re-
ſtricta fuerit ad caſum, quo primi dumtaxat he-
redes ſinè filiis deceſſiſſent; Etenim, cum inter 78
inſtitutionem primorum heredum, & ſubſtitutionem, de qua agitur, plures intercedant diſpoſitiones, & ſubſtitutiones inter ſe longè diſparatæ, & ſubſtitutio, de qua agitur, ſit in ſeparata oratione, ac regatur à proprio verbo,
quodque plus eſt, eadem facta fuerit non ſub
ſimplici conditione = *ſi primi heredes ſinè filiis de-*
*ceſſerint* =, ſed = *ſi omnes heredes ſinè filiis maſcu-* 79
*lis deceſſerint &c.* = inveriſimile prorſus redditur, quod hæc ultima ſubſtitutio reſtricta ſit ad
caſum obitus filiorum ſinè filiis; adeò enim eſt
ampla

ampla conditio illa = *ſi omnes heredes &c.* = ut
80 nec limitari, nec dependere queat ab illo unico
caſu obitus filiorum ſinè filiis *Caren. reſol.163.
n.13.*, *Paulut. diſſ.16. num.61.*, *Camerat. re-
ſponſ.1. num.315. lib.2.*, *Rot. coram Card. Cerr.
deciſ.409. num.16.*, *in recent. deciſ.35. num.13.
part.13.*, *& in Forolivien. fideicommiſſi de Torel-
lis 15. Januarii 1703. §. Haud relevante cor. bo.
me. Mato*.

Quibus poſitis, non obſtat, inſpectionem mo-
dò non verſari nec circà ultimas, neque circà
primas ſubſtitutiones, nec deni que circà aliquem
ex his caſibus, in quibus Teſtator reciprocam or-
dinare voluit, ſed tantùm in caſu medio à Te-
ſtatore nullatenus præmeditato, vel ſaltem omiſ-
81 ſo; Nam, ſicuti, poſitis extremis, media ſuppo-
nuntur; ita, cum Teſtator non potuerit caſus om-
nes præmeditare, vel cogitare, providè reciprocam
expreſſit tàm in primis, quàm in ultimis ſubſti-
tutionibus, ut exindè, tamquam ex antecedenti-
82 bus, ac ſubſequentibus conijceretur, eamdem
habuiſſe reciprocandi voluntatem etiam in ſubſti-
tutione intermediâ ommiſsâ, nec ullatenus præ-
meditatâ, ut optimè in propoſito ratiocinatur
*Rota in ſæpècitata Forolivien. fideicommiſſi de To-
rellis 15. Januarii 1703. §. Quando autem coram
bo. me. Mato*.

Atque ex his occurritur etiam illi alteri obje-
83 ctioni, quod fideicommiſſum non extendatur
ultra filios heredum inſtitutorum, eò quia ex il-
lorum vocatione activa ad paſſivam inferri non
poſſit; quoniam, cum ex hucuſque dictis, & ex
84 toto teſtamenti contextu manifeſtè reſultet Di-
ſponentis intentio conſtituendi fideicommiſſum
perpetuum, & abſolutum reciprocum de linea
ad lineam, ſaltem quouſque adeſſent deſcenden-
tes maſculi ea linea maſculina ipſius Teſtatoris;
aliàs utumque nullo pacto verificari poſſet ſubſti-
tutio fœminarum facta ultimo ex ipſis, juxta ea,
quæ latè ſuperioribus locis firmavimus, nil proin-
dè relevat, quod Teſtator locutus fuerit dum-
taxat de filiis heredum inſtitutorum, quia, quan-
85 do conſtat de voluntate ejuſdem, appellatione
filiorum veniunt nepotes, & ulteriores Deſcen-
dentes, ut communiter docent *Bartol. in l.1. §.
Sed etiam ſi quis ff. de ſuis & legit.*, *Cravet. conſ.
155. num.4.*, *Soccin. Jun. conſ.30. nu.26. lib.4.*,
*Altograd. Jun. contr.97. num.2.*, *Rodulphin. al-
leg.20. num.2.*, *alleg.22. num.8.*, *Mantic. de con-
ject. lib.8. tit.8. num.1. 2. & 12.*, *Facchin. lib.5.
cap.18.*, *Peregrin. de fideicommiſſis art.22. n.10.
& 12.*, *Menoch. de præſumpt. lib.4. præſumpt.94.
num.23.*, *Caſtald. conſult. 249. num.9. in fin.*,
*conſult. 258. num.15.*, *Palm. Nep. alleg. 168.
num.4.*, *& ſeqq.*, *& alleg.169. num.1.*, *& ſeq.*,
*Fuſar. de ſubſtit. quæſt.326. num.1. & 2.*, *Molin.
de Primog. Hiſpan. lib.1. cap.6. nu.29.*, *Rot. cor.
Merlin. deciſ.206. num.37.*, *coram Dunoz. Sen.
deciſ.81. num.10.*, *& cor. Dunoz. Jun. deciſ.648.
num.21.*, *cor. Seraphin. deciſ.1486. num.6. & 8.*,
*in rec. deciſ.5. in fin. part.5.*, *& deciſ.142. n.43.
part.10.*, *& in Romana, ſeù Reatina fideicom-
miſſi de Vincentinis impreſſ. ad ornat. clar. mem.
Card. de Luc. de fideicom. in Mantiſſ. dec.21. n.11.*

Jam verò, juxtâ primum dubium conſtabilitâ,
plenèque ab omnibus contrariis objectis vindica-
tâ reciprocâ lineari, cujus vigore D. Pompilius
Jun. tacitè vocatus, & ſubſtitutus dicitur ad por-
tionem Bonorum fideicommiſſariorum, quæ
poſſidebat Franciſcus Maria, illius purificatio-
nem favore ejuſdem Dom. Pompilii impedire
non poſſe arbitror, si fortè objiciatur exiſtentia,
ſive ſupervivientia D. Franciſci Mariæ; ipſe
namque cum, ut ſub initium præmiſimus, vi-
ginti ab hinc annis ab Urbe diſceſſerit, nullaque
amplius ab eo tempore notitia de ejus vita habi-
ta fuerit, mortuus præſumitur, juxtâ *conſ. Bald.* 86
*90. num. 2. lib.2.*, *Manſ. conſult. 727. num. 17.
& ſeqq. tom.* 8., ubi loquens de ſolo ſpatio quin-
quennii ſic ait = *cum autem quis per ſpatium ſal-
tem annorum quinque à Patriâ exul abberraverit,
neque toto tempore aliquis ejus vitæ nuncius ad-
venerit, mortuum præſumi* =, *& num.* 19. ibi =
*quod cum fuerit abſens per annos viginti, & num-
quam redierit, mortuus præſumitur* = *Rota coram
Cavaler. deciſ.344. num.3.*

Et licèt vita potiùs, quàm mors, & quilibet
vivere præſumatur ſaltem uſque ad 60. vel 70.
annos ſecundùm aliquos, vel uſque ad 100., juxtâ 87
ſententiam aliorum, ideoque mors ab alle-
gante infrà dictum tempus probanda dicatur,
id tamen non tollit, quominùs illa probari poſ- 88
ſit per conjecturas, & præſumptiones, præci-
puè, quando, prout in hypotheſi, verſamur in
re ignota, & incerta, quo caſu, cum neque mors, 89
neque vita aliter probari poſſit, quàm præſump-
tionibus, & conjecturis, ut benè animadvertit
*Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 49. num.
27. in fin.* ibi = *quod cum tota diſputatio ſit de
præſumendo aliquem vivere, vel non vivere uſque
ad centeſimum annum, præſupponimus, eſſe incertum,
& incognitum, an is in humanis ſit, vel ſit vitâ* 90
*functus, ſicuti contingit in eo, qui jamdiù abeſt,
& ignoratur, quid de eo evenerit, cum, inquam,
de hoc incerta ſit diſputatio, inanis, & fruſtrato-
ria eſt hæc opinio: cum nec Actor vitam, nec Reus
mortem deducentes aliter probare poſſent, quàm
præſumptione* = eædem idcircò procul dubio reci-
piuntur, non attentis auctoritatibus contrarium
firmantibus, quia illæ procedunt ubi ageretur de 91
gravi præjudicio, quodque non ità facilè reparari
poteſt; At aliter res ſe habet, ubi, prout in
hypotheſi, agitur de levi tantùm præjudicio, &
de commodo pecuniario, quod ſarciri facilè
poteſt; hoc enim caſu leviores etiam admittun-
tur conjecturæ, & præſumptiones ad probandam
mortem, ut, præter ſupra citatos, in ſpecie ad-
monet *Afflict. de Conſt. tit. de ſucceſſ. nobil. in
feud.* ibi = *quod in quantum ad commodum pecu-
niarium mors probatur, ſi quis per quinque annos
fuit abſens, & nullum novum habetur de eo* =, &
docet *Marant. in repetit. leg. is poteſt num. 156.,
& ſeqq. ff. de acquir. hered.*, ubi 23. modos, ſive
conjecturas refert probandi mortem ad effe-
ctum, ut hereditas illius, qui dicitur mor- 92
tuus, poſſit adiri, immò recipitur etiam pro-
batio per publicam vocem, & famam, quæ non
deficit in caſu noſtro, *Bartol. in dict. leg. 2. §. ſi
dubite-*

*dubitetur ff. quemadmodum teſtamenta aperiantur*, *Succin. jun. conſ. 26. lib. 2.*, *Riminald. jun. conſ. 64. num. 5.*, *Alex. conſ. 25.*, *& conſ. 117. lib. 4.*, *& conſ. 187. num. 5. lib. 6.*, *Maſcard. de probat. concl. 1070. num. 3.*, *Menoch. de adipiſc. poſſeſs. remed. 4. num. 672.*, *Boer. deciſ. 258. in princip.*, *& latiùs in fin.*; Vel ſaltem, cum ſuper hoc nulla habeatur Juris determinatio, Judicis
93 arbitrio determinandum relinquetur, an potiùs vita, quàm mors præſumi debeat, juxtà opinionem *Cagnoli in leg. ſi emancipati num. 92. in fin. Cod. de collation.*; Prudens autem Judex tali caſu, ponderatis conjecturis, quæ hinc inde deducentur, amplectetur illas, quæ ſibi validiores vide-
94 buntur, ut egregiè ſequentibus verbis concludit *Menoch. de præſumpt. dict. lib. 6. præſumpt. 49. ſub num. 28.* ibi = *ſupponamus itaque, jamdiù aliquem abeſſe, & ignorari, an vivat, vel non, & petat Agnatus ejus ſucceſſionem, aſſereas, illum præſumi deceſſiſſe; Uxor verò abſentis dicat, ſe conſervari debere in poſſeſſione Bonorum Mariti, donec revertatur, cum vivere adhuc præſumatur, hoc in caſu prudens Judex perpendet, atque conſiderabit primùm, numquid à contendentibus de abſentis vita, vel morte præſumptiones, & conjecturæ aliquæ deductæ, & probatæ ſint, & tunc pro ſuo arbitrio ſequetur conjecturas, quæ ſibi videbuntur validiores.* =

## *Faventina Fideicommiſſi.*

Donationis intuitu primi Matrimonii à Donatario contrahendi factæ cum pacto reverſivo, ſi intra 15. annos Liberos non ſuſciperet, nullis ab eo ſuſceptis Liberis ex primo Matrimonio ante idem tempus diſſoluto, reverſioni locum factum eſſe, licèt ſecundum intra tale tempus Matrimonium iniverit, demonſtratur. Donatio ex quibus dicenda ſit primi dumtaxat Matrimonii contemplatione facta? Per diviſionem an & quando præcedenti donationi conditionali renunciatum cenſeatur?

## VOTUM XXXI.

1 *Fratri præmortuo ſuperſtites ſuccedunt.*
2 *Bona donata ad Donantem redeunt, exiſtente conditione pacti reverſionis Bonorum*, & num. 19.
3 *Donatarius, antequam ceſſerit dies illius vocationi appoſita, Bona donata conſequi poteſt.*
4 *Clauſula* = in tal caſo = *eſt taxativa.*
*Secus, quando eidem conjunctæ non reperiuntur dictiones* = dumtaxat, tantum =, *& hujuſmodi* num. 11.
*Et quando conſtat de contraria Contrahentium mente* num. 12.
5 *Dilatio temporis in donatione reſolvenda, poſt certum tempus nullis ſuſceptis Liberis, iſtorum favorem reſpicit.*
6 *Dictio* = e cio = *finem principalem actus oſtendit.*
7 *Dilationis cauſâ ceſſante, ejus etiam tempore non expectato, fit locus conſecutioni Bonorum donatorum.*
8 *Subſtitutus Legatum, vel fideicommiſſum alicui præſtandum, donec ad annum vigeſimum perveniat, ſtatim, eo mortuo, poteſt petere, vigeſimo anno non expectato.*
9 *Uſusfructus Uxori ad decem annos relictus, Subſtituto debetur, Uxore ante decennium decedente.*
10 *Legatum Uxori relictum, donec vidualem vitam ſervaverit, & poſt ejus obitum alteri, ſtatim, eâ convolante ad ſecundas nuptias; debetur ſubſtituto.*
13 *Donationis reſolutio locum habens ex quo Donatarius intra annos 15. nullos ex primo Matrimonio ſuſcepit Maſculos, non impeditur per ſecundum Matrimonium intra tale tempus ab eo contractum.*
14 *Donatio ex quibus verbis cenſeatur facta contemplatione primi dumtaxat Matrimonii?* & num. 15.
15 *In contractibus unicè attendenda eſt Contrahentium voluntas.*
16 *Dictio* = ſolamente = *taxativa eſt.*
17 *Verba* = del detto Matrimonio = *donationem, reſtringunt ad primum dumtaxat Matrimonium ſupra expreſſum.*
18 *Ex diviſione Bonorum inter Fratres arguitur præcedentis donationis reſolutio.*
20 *Diviſio Bonorum inter Fratres cenſeri debet facta ad ulteriorem evitandam communionem, non ad præcedentem donationem revocandam.*
21 *Eadem diviſio inita cenſetur ad diſſolvendam cum eorum altero communionem, ſi alii dividentes, etiam poſt diviſionem, Bona pro indiviſo poſſiderunt.*
*Vel ſaltem talis actus, tamquam æquivocus, nequit præcedentis donationis reſciſſionem importare* num. 22.
*Præſertim, ſi agatur de donatione ſub certa conditione purificanda* num. 23.
*Et maxime, ſi à dividentibus, ſcientiam dictæ donationis habentibus, nulla ejus mentio facta eſt*, num. 25.
*Sed vid.* num. 41. & ſeq.
22 *Donationis reſciſſio non inducitur, niſi per actum certum aliud importare non valentem.*
24 *Fideicommiſſo conditionali renunciatum per diviſionem non cenſetur.*
26 *Donationi ſub certa conditione purificandæ renunciatum non cenſetur ex pacto liberè diſponendi de eorum portione inter dividentes inito.*
27 *Sed pactum ejuſmodi debet intelligi, rebus in eodem ſtatu permanentibus; & quando ſecus?* num. 28.
29 *Eodemque modo, non autem de renunciatione dictæ donationi intelligenda eſt promiſſio habendi ipſam diviſionem ratam, firmam ac perpetuò obſervandam.*
31 *Donationi renunciatum per diviſionem non*
*ren-*

Digitized by Google

*cenſetur ex pacto inter dividentes inito de ſolvendo ex communi eſſe ære alieno.*

32 *Item neque ex generali quietantia de adminiſtratis, ſi ea tempus reſpiciat ante donationem ipſam.*

33 *Minúſque renunciatum ei cenſetur per clauſulas generales in diviſionis inſtrumento adpoſitas, & ratio* num. 33. ad 37.

*Eademque renunciatio nequit argui ex venditione tertiæ partis domus in donatione comprehenſæ facta ab uno ex dividentibus* nu. 38.

*Excluditur autem ex renunciatione ficta aliis Bonis, præterquam donatis* num. 39.

34 *Clauſulæ generales in diviſionibus adponi ſolent ex Notariorum ſtylo.*

35 *Evictionis promiſſio intelligenda eſt, quatenus ſequutur ex facto tertii, vel proprio.*

*Non, ſi ex natura rei* num. 36.

36 *Evictio in caſu non procreationis filiorum maſculorum dicitur ex natura rei provenire.*

37 *Clauſula* = ad habendum &c. = conſtituentes &c. =, *tamquam acceſſoriæ diviſioni, plus, quàm ipſa diviſio, operari nequeunt.*

40 *Donationi conditionali renunciatum cenſetur per diviſionem directè ipſi contrariam, factam antequam conditio adimpleretur*, & num. 43.

44 *Donationi renunciatum cenſetur per diviſionem inæqualiter, contra legem donationis, factam.*

D. Canonicus Vincentius, & Petrus fratres Santini anno 1689., vivo adhuc, & conſentiente D. Thoma Santini illorum Patre unanimi conſenſu, mutuâque interveniente ſtipulatione, ſolemniter, & inter vivos donarunt D. Franciſco fratri ſuo omnia, & ſingula eorum Bona tàm præſentia, quàm futura, reſervatis ſibi, quoad viverent, uſufructu, nec non ſcut. 1000. prò quolibet ad effectum diſponendi ad eorum arbitrium.

Hancque inter vivos Bonorum omnium donationem iidem Canonicus Vincentius, & Petrus facere declararunt ad favorem Franciſci ob ſinceram dilectionem, & perfectum amorem, quibus illum proſequebantur, & ut ſequeretur parentela, & deindè Matrimonium ſub ſpe dictæ donationis jam concluſum inter ipſum, & nobilem mulierem Mariam Albini, & ſic etiam proſpiceretur conſervationi, atque ampliationi nobilis eorum familiæ, & agnationis. At verò proindè advertentes, id aliter aſſequi non poſſe quàm prole maſculinâ, ideò addiderunt, quod, ſi Franciſcus = *non aveſſe figli maſchi in termine d'anni 15., ma due ſole figlie femine, in tal caſo, e finito detto tempo, ambedue le porzioni donate ricadano, e ritornino al Signor Pietro, ſe però vorrà prender Moglie con conſenſo de' ſuoi fratelli, conforme fà ora il Signor Franceſco, e ciò per mantenere la caſa mediante i figli maſchi.* =

Nondum elapſo biennio defunctâ Mariâ Conjuge ſinè filiis, deindeque mortuo Thoma Patre, D. Franciſcus ad ſecundas convolavit nuptias cum D. Comitiſſa Anna Bittini, ſed ex ea pariter nullis ſuſceptis Liberis, poſt aliquod tempus; nempè anno 1700. fratres prædicti intuitu recognoſcendi = *quol fuſſe la porzione, che li toccarebbe, a fine che ogn' uno poteſſe da ſe ſteſſo della propria roba diſporre tanto nell' uſufrutto, quanto nella proprietà come aſſoluti Padroni diviſamente* =, Bona omnia, quæ uſque tunc pro-indiviſo poſſederant, inter ſeſe diviſerunt.

Singulis itaque partem ſuam pacificè poſſidentibus, anno 1703. D. Petrus operâ, & conſilio D. Canonici Vincentii, ac etiam adprobante, & conſentiente D. Franciſco, duxit in Uxorem D. Comitiſſam Fiorini, ex eaque deindè habuit duos filios maſculos convivendo ſemper cum dicto D. Canonico Vincentio, quo demum anno 1705. defuncto ab inteſtato, adeptâque ſtatim poſſeſſione ejus Bonorum per D. Petrum, hic illa ad ſe integrè ſpectare contendebat vigore ſupradictæ donationis; contra verò prætendebat D. Franciſcus, locum minimè eſſe eidem donationi, ex quo ſtipulata fuerat in eum dumtaxat caſum, in quem ipſe nullos ex prima Conjuge ſuſcepiſſet filios maſculos intrâ terminum annorum 15., vel ſaltem omne jus ex dicta donatione competens D. Petro remiſſum, & renunciatum cenſeri per diviſionem inter fratres poſteâ ſecutam, proindeque prædefuncti fratris hereditatem pro virili delatam fuiſſe ad ſuperſtites, 1
ad *Text. apertiſſimos in §. Si igitur il 2. Auth. de hered. ab inteſt. venien, leg. 2. §. Hereditas, & §. Legitima ff. de ſuis, & legitimis hered., leg. 3., leg. defuncto, & Auth. ceſſante Cod. de legit. hered.*

Super qua quæſtione mihi pro veritate conſulto reſpondendum videbatur, controverſam hereditatem integrè pertinere ad D. Petrum, excluſo D. Franciſco virtute ſuperiùs recenſitæ donationis factæ eâ lege, quod, ſi Franciſcus ex Matrimonio ab ipſo contrahendo cum Maria Albini filios non haberet intrâ terminum annorum 15., Bona illi donata redirent ad Petrum, eique quærerentur, quatenus tamen ipſe cum conſenſu fratrum ſuorum Matrimonium contraxiſſet; quamobrem, cùm Maria Conjux jamdudum obiiſſet, nullis relictis filiis, prætereaque Petrus, conſentientibus fratribus ſuis, duxerit in Uxorem D. Fiorini, utraque conditio extitiſſe videtur, & factus locus pacto reverſionis, ac
etiam purificata donatio ad favorem ejuſdem 2
Petri, ad *Text. in leg. 1. verſ. dat. aliquis ff. de donat., leg. ſi rerum, & leg. quoties Cod. de donat. quæ ſub mod., Faber. in Cod. lib. 8. eodem tit. 37. definit. 1., Fontanell. de pact. nuptial. clauſ. 4., Gloſſ. 24. part. 1. num. 22., Surd. deciſ. 144. num. 5., & num. 22., Molin. de Primogen. Hiſpan. lib. 1. cap. 1. num. 17., Rot. deciſ. 194. ſub num. 21. verſ. his non obſtantibus, & num. 36., & 57., & num. 103. part. 5. rec., deciſ. 354. ſub initium, & ferè per tot. part. 21., cum aliis relatis in Romana Donationis, ſeù Primogenituræ de Aldobrandinis 10. Junii 1697. ſub §. Et hoc*

*ſpeciale*, *& §. Quamobrem coram bon. mem. Urſino*.

Nec obſtat, Mariam Conjugem deceſſiſſe in-
trâ ſtatutum terminum annorum 15., quo per-
acto dumtaxat, conventum fuerat, ut Bona do-
3 nata redirent ad Petrum, qui propterea eadem
conſequi nequiverit, cùm nondum ceſſerit dies
illius vocationi adpoſita, ad *Text. in leg. fidei-
commiſſa §. Si cum ità ff. de legat. 30.*, *leg. Uxo-
ri uſumfructum 35. ff. de uſu, & uſufruct. legat.*,
ponderando præſertim clauſulam illam = *in tal
4 caſo* = quam eſſe taxativam temporis, dixerunt
*Bartol. in dict. leg. Uxori*, *aliique congeſti per
Menoch. de recuperan. remed. 15. num. 392.*, *&
conſ. 14. num. 3.*, *& conſ. 21. num. 6.*, quando-
quidem objectum iſtud facilè removetur, ſi
animadvertatur, Donantes eatenus diſtuliſſe re-
ſolutionem donationis in tempus annorum 15.,
quatenus crediderunt, toto eo tempore duraturum
Matrimonium inter Franciſcum, & Mariam
5 contrahendum, ex eoque haberi poſſe prolem
maſculinam, cujus favore dumtaxat, non au-
tem conjugum dilata fuerat donationis reſolu-
tio, ut apertè deſumitur ex illis verbis, quæ
ſubiunguntur ibi = *E ciò per mantenere la Caſa
mediante i figli maſchi* = dictio enim illa = *e ciò* =
6 finem principale in actus oſtendit, *Mareſcot. var.
reſolut. lib. 2. cap. 102. num. 19.*, *cum aliis conge-
ſtis per Rota coram Coccin. deciſ. 1171. num. 47.*
Unde, quemadmodum, mortuâ Mariâ Con-
juge ſine filiis, ceſſaverat cauſa dilationis, ità
7 pariformiter ceſſavit ipſamet dilatio, & conſe-
quenter factus fuit locus conſecutioni Bonorum
donatorum, argumento *Text. in leg. à filia 62.
§. Alumno ff. ad ſenat. conſult. Trebell.*, ubi age-
batur de Legato, & certis uſuris Alumno præ-
ſtandis, donec ad vigeſimum annum perveni-
8 ret, deindeque aliis reſtituendis; & diſponitur,
quod, mortuo Alumno intrà vigeſimum an-
num, ſubſtituti fideicommiſſum petere poſſint,
nec ſit expectandus annus vigeſimus, quia ceſ-
ſaverat cauſa dilationis, & tradunt *Fuſar. conſ.
50. num. 9.*, *& de ſubſtitut. quæſt. 464. num. 4.
verſ. ſecundo*, *Rocc. diſput. ſelect. cap. 34. num.
7.*, & quod uſufructus relictus uxori ad de-
9 cem annos, & poſteâ alteri, ſi uxor decedat
ante decennium, debeatur ſubſtituto, dixit *Bald.
in leg. ambiguitatem num. 2. Cod. de uſufruct.*,
quem laudat, & ſequitur *Surd. conſ. 44. num.
8.*, & in terminis Legati facti per virum uxo-
ri ſuæ, donec vitam viduilem ſervaverit, &
10 poſt ejuſdem uxoris obitum Titio, quod de-
beatur Titio, etiamſi uxor ſtatim ad ſecundas
convolaverit nuptias, firmant *de Ponte conſ. 20.
nu. 19. verſ. hinc legatum factum lib. 1.*, *Cancer.
var. lib. 1. cap. 1. num. 65. verſ.*, *ubi per prædicta
determinat*, *Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 5.*,
*Gloſſ. 8. part. 11. nu. 23.*, *Peregrin. de Fideicom.
art. 11. nu. 46. ſignanter in fin.*, *& conſ. 51. num.
17. lib. 5.*, *aliique plenâ manu congeſti per Rocc.
dict. cap. 34. à num. 1.*, *& ſeqq.*

Dictio verò = *in tal caſo* = per ſe ſpectata non
11 ſtat taxativè, ſed potiùs demonſtrativè, maxi-
mè, quando eidem conjunctæ non reperiuntur di-
ctiones = *dumtaxat*, = *tantum*, = & hujuſmodi, latè
*Menoch. conſ. 432. nu. 33.*, *& ſeqq. tom. 5.*, *Gra-
tian. diſcept. forenſ. cap. 487. à num. 17. uſque in
fin.* *Caſſador. deciſ. 1. nu. 6. de Teſtam.*, & in ter-
minis *Rot. dict. deciſ. 354. nu. 100. part. 11. rec.*,
& prætereà nihil operatur, ſi, ut in hypotheſi,
conſtet de contraria mente Contrahentium, ut
proſequitur *Rot. dict. deciſ. 354. nu. 101.*, *& ſeq.*, 12
*aliique ſuperiùs adducti*.

Parvique refert, Franciſcum, nondum peracto
termino annorum 15., ſecundum contraxiſſe
Matrimonium cum D. Comitiſſa Bittini, illud
enim impedire nequivit reſolutionem donatio- 13
nis nominatim factæ contemplatione dumtaxat
primi Matrimonii inter ipſum Franciſcum, &
Mariam contrahendi, ad notata in ſpecie per *Soc-
cin. Jun. conſ. 53. num. 2.*, *& Peregrin. de Fidei-
com. art. 51. ſub nu. 21.*, *quos laudat*, *& ſequitur
Rot. dict. deciſ. 354. nu. 112. part. 11. rec.*

Donationem verò, de qua agitur, factam fuiſſe
intuitu dumtaxat dicti primi Matrimonii, non
autem aliorum, in dubium revocari nequit, 14
quia Donantes ſemel, atque iterum profeſſi
fuerunt ſe donare = *à contemplazione del detto ſo-
lo Matrimonio, e non d'altri Matrimonii, del che
&c., di modo che &c.*, & paulò inferiùs = *dichia-
randoſi però, che ciò intendono fare, perchè det-
to Signor Franceſco poſſa, ſe vuole, come s'è detto
di ſopra, laſciare Eredi li ſuoi figli maſchi da na-
ſcere dal detto Matrimonio ſolamente* =, ſi enim
donatio facta intelligeretur etiam prò ſecundo
Matrimonio, hoc eſſet contra apertam Donan-
tium mentem, unicè etiam in contractibus in- 15
tuendam, *Gloſſ. in leg. Blanditus in fin. Cod. de
fidejuſſ.*, *Rovit. conſ. 94. num. 20.*, *& 21.*, quæ
prætereâ magis, magiſque comprobantur tum ex
dictione illa taxativa = *ſolamente* = excludente
quodcumque aliud Matrimonium, per ea, quæ 16
in ſpecie adnotant *Soccin. Jun. dict. conſ. 53. à
num. 3.*, *& ſeqq.*, *Cutell. de donat. ſpecial. 36.
num. 20.*, *aliique relati per Rovit. dict. conſ. 94. à
num. 3.*, *& 23.*, *ibique Altimar. num. 4.*, tum
etiam ex verbis illis = *del detto Matrimonio* = ſæ-
pius repetitis, ex quibus colligitur deliberata
Contrahentium intentio donandi intuitu, & con- 17
templatione dumtaxat Matrimonii ſuperiùs no-
minatim expreſſi, atque inter Annam, & Fran-
ciſcum contrahendi, ut appoſitè animadvertit
*Rovit. dict. conſ. 94. num. 24.*, *Rota coram Cerro
deciſ. 435. num. 10. & 11.*, conſonatque obſer-
vantia deſumpta ex quo, iidem fratres paulò
poſt contractum ſecundum Matrimonium, &
antequam laberetur terminus annorum 15., Bo-
na omnia donata inter ſe diviſerunt, ut unuſ-
quiſque ſeorſim, & per ſe partem ſuam poſſide-
ret, deque ea diſponere poſſet, quod utique fa-
ctum fuiſſe, patet cum ſuppoſito, quod reſolu- 18
ta jam eſſet donatio facta Joanni Baptiſtæ, ad
*Rotam in Romana Primogenituræ de Aldobran-
dinis 20. Junii 1687. §. Concurrit pariter coram
bon. mem. Urſino*.

Verùm, tametſi donatio facta dicenda eſſet
prò

Digitized by Google

prò ſecundo etiam Matrimonio, ac expectan-
dus fuiſſet lapſus dicti termini annorum 15., ni-
hilominùs, quia nulli ex eo ſuſcepti fuerunt fi-
lii, & ab anno 1689., quo ſtipulata fuit dona-
tio, effluxerunt anni 15., utique extitiſſe vide-
rentur conditiones reſolvendæ donationis factæ
19 favore Franciſci, & conſequenter purificata do-
natio ad favorem Petri, ex Juribus ſuperiùs ad-
ductis in *§. Super qua quæſtione*, quatenus ta-
men per ſubſecutam diviſionem hæc quoque re-
ſoluta, atque revocata diei minimè poſſet.

Reliquum ergo eſt, ut inquiramus, an per
ſuperiùs recenſitam diviſionem fuerit illi renun-
ciatum, in qua quidem quæſtione dicendum vi-
debatur, hujuſmodi diviſionem fieri potuiſſe à
Canonico Vincentio, & Petro ad alium effe-
20 ctum, nimirum ad evitandam ulteriorem com-
munionem cum Franciſco communi fratre, at-
que idcircò ad hanc potiùs cauſam, quàm ad re-
miſſionem præcedentis donationis eamdem re-
ferendam eſſe, juxtà in ſpecie animadverſa per
*Rotam coram Cerro deciſ. 394. nu. 20., & deciſ. 456. num. 8., & deciſ. 10. num. 3., & 4. penes Torr. de pact.*

Et ſane, cum iidem Canonicus Vincentius
donans, & Petrus donatarius etiam poſt dictam
diviſionem, & uſque ad obitum Canonici Vin-
centii communiter, & prò indiviſo eorum Bo-
21 na poſſederint juſtà ratione affirmari dicebatur,
eamdem diviſionem factam fuiſſe ad deſignan-
dam dumtaxat portionem Franciſci, & diſſol-
vendam cum illo communionem, *Rota coram Cerro dict. deciſ. 394. dict. nu. 20., & deciſ. 436. num. 9.*, vel ſaltem actum eſſe æquivocum, pro-
indeque minùs aptum ad inducendam prædictæ
22 donationis reſciſſionem prò qua requiritur actus
certus, qui aliud importare nequeat, *Rot. dict. deciſ. 10. num. 5. penes Torr. de pact., & coram Cerr. dict. deciſ. 436. num. 11., & 12.*

Accedit his, quod agebatur de donatione non-
dum purificatâ, ſed futurâ, certâque ſub con-
23 ditione purificanda ad favorem Petri, nimirum
quatenus ipſe uxorem duceret cum conſenſu
fratrum ſuorum, ac propterea eò minùs eidem
donationi renunciatum cenſeri deberet per ſu-
pradictam diviſionem, ut in proximis terminis fi-
deicommiſſi conditionalis, & purificandi in ali-
24 quem futurum eventum, de veriori, & magis
communi ſententia teſtantur *Bartol. ad leg. qui Romæ §. Duo fratres ff. de verbor. obligat., & ibi Caſtrenſ. num. 3., & 4., Alexand. num. 33., Jaſon. num. 31., Peregrin. de Fideicomm. art. 52. num. 10., & ſeq., Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 593. num. 5., Rota in rec. deciſ. 272. num. 5. part. 10., deciſ. 308. num. 10. part. 11., deciſ. 601. num. 17., & deciſ. 607. nu. 3., & 4. part. 19. tom. 2.*, Cer-
tiùs autem quia in eadem diviſione nulla legitur
25 facta mentio dictæ donationis, quamvis de illa
dividentes certam ſcientiam habuerint, ad *Rot. dict. deciſ. 607. num. 5. part. 19. tom. 2.*

Hinc non officit, quod dividentes diviſionem
facere profeſſi fuerint, ut unuſquiſque haberet
26 partem ſuam, de eaque diſponere poſſet ad ejus
arbitrium tàm quoad proprietatem, quàm quo-
ad uſumfructum uti verus, & abſolutus domi-
nus, quippè, cum Petrus tunc temporis uxorem
non haberet, prædicta omnia intelligenda vide-
bantur, rebus in eodem ſtatu, quo erant, perma- 27
nentibus, ut appoſitè conſiderant *Tiraquell. in repetit. leg. ſi umquam in præfat. col. 66. num. 130. & 166., & ſeqq. Cod. de revocan. donat., Oſaſcb. deciſ. 91. num. 2., Ruin. conſ. 137., & 138. vol. 2., & conſ. 99. lib. 4., Cancer. variar. reſolut. part. 3. cap. 15. à num. 278., & ſeqq., Peregrin. conſ. 93. num. 14. lib. 1.*, vel referenda ad caſum
expreſſum in donatione, nimirum, quod Pe- 28
trus Uxorem duxiſſet, nullis tamen ex ea relictis
filiis, itaut hoc pariter caſu unuſquiſque rei do-
natæ abſolutus dominus remaneret.

Non abſimili ratione reſpondetur promiſſioni
habendi diviſionem ratam, gratam, & firmam, 29
ac ſemper, & perpetuò obſervandam, & contrà
non faciendi, aliàs ad damna, & intereſſe quia
hæc etiam intelligitur, rebus ſic ſtantibus, opti-
mè *Peregrin. loc. citat., Surd. conſ. 418. num. 21., & 22.* nec comprehendit caſum donationis futu-
ræ, & purificandæ, de qua nulla fuerat facta 30
mentio, *Surd. dict. conſ. 418. loc. citat., Rot. deciſ. 272. num. 17. part. 10., & deciſ. 308. num. 13. part. 11. rec.*

Minùs urget conventio ex communi aſſe reſti-
tuendi dotem Annæ Mariæ ſecundæ Conjugis
Franciſci, quia, cùm illa fieri potuerit intuitu
communionis, in qua fratres uſque tunc extite- 31
runt, & participationis etiam dictæ dotis, idcir-
cò, tamquam actus ſaltem æquivocus, referri ne-
quit ad reſciſſionem præcedentis donationis, *ad Rot. dict. deciſ. 272. num. 7. part. 10., & dict. deciſ. 308. num. 16. part. 11. rec.*

Nullius pariter eſt ponderis quietantia genera-
lis de adminiſtratis cum donatione quantitatis 32
forſan excedentis partem alicui obventam, eam
confirmando pactis, etiam per viam tranſactio-
nis adpoſitis, nam illa reſtricta, & limitata le-
gitur ad ea, quæ contingere potuerant poſt mor-
tem Patris, proindeque intelligi non poteſt reſ-
pectu donationis factæ antè ejuſdem Patris obi-
tum, ut optimè animadvertit *Surd. dict. conſ. 418. ſub dict. num. 21.*

Prout etiam non turbant clauſulæ generales 33
adpoſitæ in ſubſecuto Inſtrumento diviſionis 28.
Julii 1700.; Præterquamquod enim illæ adje-
ctæ reperiuntur in executivis dicti Inſtrumenti,
ac propterea, tamquam adhibitæ potiùs ex ſtylo,
& conſuetudine Notarii, quàm ex mente Con- 34
trahentium, operari nequeunt remiſſionem dona-
tionis, *Rot. dict. deciſ. 601. num. 21. & 35., & dict. deciſ. 607. nu. 16., ubi concordan. part. 19. tom. 2.*;
ſingillatim de illis agendo, quod attinet ad pro-
miſſionem evictionis, hæc intelligenda eſt, qua-
tenus ſcilicet ſequeretur ex facto tertii, aut pro- 35
prio, non autem in eum caſum, quo Petrus Uxo-
rem duceret, ex eaque haberet filios maſculos,
cùm iſta evenire non dicatur ex facto proprio,
ſed ex natura rei, ut optimè obſervat *Rot. dict.* 36
*deciſ. 272. num. 6. part. 10., dict. deciſ. 308. nu. 12.*

Similia quippe nomina, utpotè indefinitè com-
prehendentia perſonas omnes, quotquot quo-
cumque tempore ex poſteritate Teſtatoris pro-
dire poſſunt; ut in ſimili ratiocinatur *Rota in*
*Lucana Fidecommiſsi 14. Decembris 1708. ſub §. Ta-*
*lis profectò cor. Kaunitz.*, *&* *in ejus confirmatoria*
*1. Julii 1709. §. Argumentis in fin. cor. Illiño*
*Scotto*, neceſſariò operari debent, quod, ſi Te-
ſtator voluit Bonorum conſervationem in omni-
bus perſonis ſub hiſce nominibus collectivis com-
prehenſis, inter eaſdem ordinaverit reciprocam
linearem, ſinè qua talem finem aſſequi nullo pa-
ćto potuiſſet; & ſanè quâ juſtâ ratione, aut quo
colore dici umquam poterit, quod Teſtator ille,
qui tantoperè exoptans ſuorum Bonorum ſubje-
ćtionem ſubſtitutionibus, quas ordinaverat, il-
lorumque conſervationem in poſteritate, ſi non
expreſsè, ſaltem tacitè prohibuit Bonorum alie-
nationem, quippe hæc prohibitio pernecesſè de-
29 ſcendit ex eademmet adeò enixa Teſtatoris vo-
luntate conſervandi Bona in poſteritate vocata,
& hac de cauſa ſeveriſſimâ privationis pœnâ de-
linquentes affecit, noluerit poſtea vocatos grava-
re reciprocâ lineari, quâ ſolâ impediri poterat
ſciſſura hereditatis, illiuſque tranſitus ad heredes
extraneos, ut, præter ſupra allegatos, tradunt
*Manſ. conſult. 385. num. 10., & ſeqq.*, *Rodulphin.*
*alleg. 196. num. 5.*, *Rot. ad ornat. clar. mem. Card.*
*de Luc. in Mantiſſ. de conflict. leg. deciſ. 26. n. 5.*,
*in Hortana Bonorum 6. Junii 1698. §. Requiſita*
*cor. Eño D. Cardinali Priolo*, *& in Spoletana*
*Hereditatum 8. Maii 1705. §. Altera, & ſeqq.*
*cor. bon. mem. Muto*.

Ex quo aliud etiam promânat validiſſimum
argumentum pro reciproca inducenda. Teſtator
enim procul dubio ordinavit in caſu delicti tum
ratione ſupradictæ conſervationis Bonorum in
30 poſteritate inibi expreſsæ, tum & clariùs, quia
in d. caſu voluit, quod Bona, & hereditas inte-
graliter, & abſque ulla diminutione ipſo jure de-
volveretur ad alium ſucceſſorem ab ipſo voca-
tum, quod idem eſt, ac ſi reciprocam de linea ad
lineam expreſsè ordinaſſet, cùm vigore iſtius di-
ſpoſitionis, ſi ultimus Maſculus de una linea de-
linqueret, illi procul dubio ſubſtitutus cenſere-
tur alter de aliâ linea, qui ſubſtitutus aliâ ratio-
ne aſſequi nequiviſſet portionem delinquentis,
niſi ultimus Maſculus de unâ linea delinquens,
alteri de alia lineâ reſtituere teneretur; proin-
31 deque ex d. reciproca ordinata in iſto caſu delicti
benè arguitur ad reciprocam in caſu obitus, ut
in ſimilibus terminis animadvertunt *Ruin. conſ.*
*121. num. 8. lib. 2.*, *Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 475.*
*ſub num. 95.*, *& quæſt. 689. ſub num. 2.*, *Rodoer.*
*in addit. ad Donat.*, *Anton. de Marin. cap. 131.*
*ſub num. 12. lib. 1.*, *Urceol. conſult. forenſ. cap. 80.*
*num. 8., & ſeqq.*, *Rota Florent. inter recollect.*
*per Palm. nep. deciſ. 213. num. 64. verſ. hæcque*
*præſumptio, & num. 65.*, *Rot. cor. Dunoz. jun.*
*deciſ. 862. num. 4., & 5.*, *cor. bon. mem. Emerix*
*jun. deciſ. 1343. num. 1.*, *in rec. deciſ. 467. ſub*
*num. 6. part. 5. tom. 2.*, *deciſ. 339. num. 20., & 21.*
*part. 17.*, *in Firmana Prædii della Parapina 28.*
*Junii 1696. §. Inter conjecturas verſ. quarta de-*
*ſumitur cor. bon. mem. Muto*, *in Aſſiſien. Fidei-*
*commiſſi 17. Decembris 1708. §. Nilque turbat*
*cor. Eño D. Card. de Polignac*.

Neque verò efficacia hujuſmodi argumento-
rum elidi poteſt reſponſione illâ, quod ſcilicet d. 32
ratio conſervationis Bonorum in poſteritate, ut-
potè expreſſa in ſolo caſu delicti, ad ſummum
inducat reciprocam in d. caſu dumtaxat, non
verò in caſu obitus, eò quod in ſubjecta mate-
riâ non admittatur illatio de uno caſu ad alium;
nam contrarium firmant auctoritates mox
allegatæ, & prætereà in dubium venire nequit,
quin ſaltem per viam declarationis, ſive inter-
pretationis voluntatis Teſtatoris ex reciproca or-
dinata in aliis caſibus, rectè arguatur pro illâ in-
ducenda etiam in caſu obitus, ut poſt *clar. mem.*
*Card. de Luc. de fideicommiſſis diſc. 101. num. 10.*
*verſ. ſecundo ex proviſione*, *& diſc. 104. num. 8.*,
tradit *Saminiat. contr. 51. ſub num. 33., & ſeqq.*,
*Rot. Florentin. inter recollect. per Palm. nep. dec.*
*113. num. 66., & 70.*, *Rota Romana inter collect.*
*per Conſtantin. ad Stat. Urb. deciſ. 117. num. 4.*,
*in Romana Fideicommiſſi de Vareſiis 28. Junii*
*1708. §. Tum quia cor. Molines*, *& in Romana*
*Fideicommiſſi de Alberis 12. Januarii 1711.*
*§. Signanter cor. R.P.D. Criſpo*; certiùs in caſu 33
noſtro, in quo cùm nulla alia ſit aſſignabilis ra-
tio, propter quam ceteræ ſubſtitutiones à Teſta-
tore ordinatæ dici poſſint, omnes proinde ordi-
natæ cenſeri debent ex una, eademque identifica
ratione expreſſa in d. caſu delicti, ut ſcilicet he-
reditas Teſtatoris in ſua poſteritate conſervare-
tur, maximè verò, quia d. ratio, utpotè adje- 34
cta poſt omnes ſubſtitutiones, faciliùs totam di-
ſpoſitionem informat, atque demonſtrat, volun-
tatem Teſtatoris reſtrictam minimè fuiſſe ad ſo-
lùm caſum delicti, ſed referendam quoque eſſe 35
ad caſum mortis; virtus namque, & identitas
unius, ejuſdemque cauſæ finalis, conſervationis
videlicet Bonorum, quâ tota diſpoſitio conce-
pta dicitur, id procul dubio efficit, ut reciproca
in utroque caſu æquè volita cenſeatur, eò quod
utraque ſubſtitutio dirigatur ad aſſequendum
unum, eumdemque finem à Teſtatore optatum,
ut benè, & latè explicat *Altograd. ſen. conſ. 92.*
*num. 36. lib. 1.*, *& conſ. 80. num. 63. in fin.*, *&*
*conſ. 81. num. 51., & 52. lib. 2.*, *Gratian. diſcept.*
*828. num. 23. 24., & ſeqq.*, *Caren. reſol. 158.*
*num. 30.*, *Cavalcan. deciſ. 18. num. 66. lib. 3.*,
*Zuccar. deciſ. Lucen. 76. num. 131. verſ. ſecundò*
*num. 138. 139., & 140.*, *Rot. Florentin. inter*
*collect. per Palm. nep. d. deciſ. 213. num. 66., &*
*68.*, *Rot. cor. Dunoz. jun. deciſ. 115. num. 9.*, *in*
*Aſſiſien. Immiſſionis 16. Januarii 1711. §. Et*
*licèt cor. Caffarello*, ubi quod valet argumentum 36
à caſu contraventionis ad caſum obitus, quando
à Teſtatore adjecta fuit ratio, quod volebat, Bo-
na illæſa, & abſque diminutione remanere in fa-
milia, ita quidem exigente efficaciâ rationis, &
virtute cauſæ finalis ab ipſo Teſtatore expreſſæ,
quæ cum ſit generalior dicto, & plus dictum 37
cenſeatur, quàm ſcriptum reperitur, juſtam præ-
bet interpretationem voluntatis ad effectum de-
clarandi, ſub illa generaliter comprehenſos cen-
ſe-

ſeri caſus omnes, quibus talis generalis ratio, &
38 cauſa congruit, ut ex Textu in leg. quemdam cum
filium 46., leg. final. ff. de hered. inſtit., docue-
runt Gabriel. conſ. 124. num. 12. lib. 2., Giova-
gnon. conſ. 38. num. 65., Ciarlin. contr. 119. num.
122. lib. 2., Rot. cor. Coccin. deciſ. 277. num. 7.,
& ſeqq., & deciſ. 493. num. 6., & ſeqq., coram
Merlino deciſ. 83. num. 6., & ſeqq., cor. Buratt.
deciſ. 22 num. 23., cor. Arguell. deciſ. 19. n. 29.,
& deciſ. 28. num. 118., cor. Priol. deciſ. 117. nu.
17., in rec. deciſ. 44. num. 5. verſ. negari tamen
non poteſt, & deciſ. 47. per tot., deciſ. 105. n. 4.,
& ſeqq. part. 1., deciſ. 135. num. 1., & ſeqq. part.
8., deciſ. 356. num. 3. part. 9., deciſ. 95. num. 15.
part. 11., deciſ. 306. num. 6. part. 12., deciſ. 259.
num. 11., & ſeqq. part. 15., deciſ. 278. num. 13.,
& deciſ. 474. num. 3. part. 18.

Coadjuvantur hæc omnia ex natura ipſius di-
39 ſpoſitionis, in qua, utpotè reali, faciliùs fit locus
reciprocæ lineari, Altograd. conſ. 92. num. 31.,
& ſeqq. lib. 1., Rot. cor. Card. Cerro deciſ. 796.
num. 7., in rec. deciſ. 411. num. 9. part. 14., deciſ.
139. num. 15. part. 17., ad ornat. clar. mem. Card.
de Luc. de Fideicommiſſis deciſ. 69. num. 4., Bal-
ducc. in collect. deciſ., & rer. judic. tit. 3., deciſ.
29. num. 12., in Reatina Fideicommiſſi 22. Mar-
tii 1700. §. Potentiùs cor. R.P.D. Anſaldo, in
Bonon. Fideicommiſſorum de Herculanis 13. Maii
1701. §. Præcipuè cor. bon. mem. Muto, & in Fo-
rolivien. Fideicommiſſi de Torellis 28. Junii 1702.
§. Quarta deſumitur cor. eod.; in diſpoſitione
enim, de qua agitur, licèt nominentur perſonæ
attamen illa, veluti ad unicum ſuum finem, or-
dinata ad conſervationem Bonorum in perſonis
40 vocatis, realis cenſenda eſt, prout talem demon-
ſtrant tum verba illa = ed i ſuoi Beni ſi conſervino
nella poſterità &c. = & alibi = per conſervazione
41 de' ſuoi Beni =, ut ſimilia verba ponderando tra-
dunt Ciarlin. contr. 259. num. 53., Rocc. diſput.
jur. ſelect. cap. 23. num. 27., Manſ. conſult. 216.
num. 12., Rot. in recent. deciſ. 193. num. 2. in fin.
& num. 7. verſ. ex quibus part. 1., & deciſ 557.
num. 3. part. 19.; tum etiam illa alia, quibus Te-
ſtator mandavit, ut in caſu delicti Bona accreſce-
42 rent; & devolverentur ad alium ſucceſſorem ab
ipſo vocatum, Rot. Florent. apud Palm. deciſ.
213. num. 64. verſ. hæcque præſumptio, & num.
ſeq., Rot. Romana cor. Dunoz. jun. deciſ. 862. n.
45., cor. bon. mem. Emerix deciſ. 1343. num. 1.,
in rec. deciſ. 467. num. 6. part. 5., deciſ. 339. n. 21.
part. 17., in Firmana Prædii della Parapina 28.
Junii 1596. §. Inter conjecturas verſ. quarta de-
ſumitur cor. bon. mem. Muto; quæ ſanè realitas
43 fortius urget in caſu noſtro, quia reſpicit totali-
tatem, atque univerſalitatem omnium, & ſin-
gulorum Bonorum, quæ Teſtator accreſcere, &
devolvi voluit ad heredes fideicommiſſarios, ut
conſervarentur in poſteritate, Rot. cor. Merlin.
deciſ. 326. num. 6., cor. ſan. mem. Alexan. VIII. de-
ciſ. 677. num. 1., & ſeqq., in Forolivien. Fidei-
commiſſi de Torellis 28. Junii 1702. §. ſecunda,
& 15. Januarii 1703. §. Tertia, & priùs in Ro-
mana Fideicommiſſi 26. Decembris 1696. §. Quod
maximè cor. bon. mem. Muto, in Ravennaten. Fi-
deicommiſſi Julii Camilli de Abbioſis 7. Aprilis
1710. §. Alterum cor. R.P.D. Criſpo.

Majorem vim ſupradictis addit prædilectio,
atque prælatio Maſculorum à Teſtatore expreſſa 44
cum omnimoda excluſione fœminarum per mo-
dum regulæ, exiſtentibus Maſculis; excluſio nam-
que iſthæc indefinita, quæ in ultimis voluntati-
bus æquipollet univerſali, leg. ſi pluribus 4. ff. de
leg. 3., tamquam generaliter complexiva cujuſ-
cumque lineæ multùm confert ad inducendam 45
reciprocam linerem, ſinè qua nec Bona conſerva-
rentur in Maſculis, nec Maſculi præferrentur fœ-
minis, neque fœminæ, exiſtentibus Maſculis, eſ-
ſent excluſæ, ut benè Caſtill. contr. lib. 2. cap. 4.
num. 72., Peregrin. de Fideicomm. art. 25. n. 26.,
Rot. cor. Arguell. deciſ. 62. num. 7., & deciſ. 79.
num. 16., poſt. Conſtantin. ad Stat. Urb. dec. 112.
num. 14., in rec. deciſ. 422. num. 8. part. 13., & de-
ciſ. 232. num. 1. part. 19., ubi concordantes; &
hanc ſolam conjecturam requiſitæ maſculinitatis 46
unà cum qualitate legitimitatis, ubi agitur de fi-
deicommiſſo aſcendentali, ſufficere ad inducen-
dam reciprocam linearem, teſtatur Paulut. diſ-
ſert. 16. num. 49., Roſ. conſult. 69. num. 41., &
ſeqq., & num. 65., & 69., & ſeqq., Anſald. in
d. alleg. 1. poſt Paulut. d. diſſert. 16. num. 5., Rot.
cor. Ubald. deciſ. 383. cor. Pentinger. deciſ. 238.
utrobique num. 14., in rec. dec. 283. num. 10. part.
13., in d. Bonon. Fideicommiſſorum de Hercula-
nis 1701. §. Tertia conjectura, & in Forolivien.
Fideicommiſſi de Torellis 28. Junii 1702. §. Quar-
ta deſumitur cor. bon. mem. Muto.

Et denique ſummoperè urget reciproca à Te-
ſtatore expreſsè ordinata inter primos heredes in-
ſtitutos, quæ proinde faciliùs repetita cenſeri de- 47
bet inter ſucceſſivè vocatos, Rot. cor. Dunoz jun.
dec. 501. num. 15., cor. ſan. mem. Alexand. VIII.
deciſ. 1. num. 25., deciſ. 28. num. 14., in rec. dec.
97. num. 6., & num. 14., & ſeqq. part. 17., deciſ.
554. num. 5. part. 18., deciſ. 29. num. 9., dec. 472.
num. 16., & deciſ. 570. num. 19., & ſeqq. part.
19., in Forolivien. Fideicommiſſi de Torellis 28.
Junii 1702. §. Tertia, confirmata 15. Januarii
1703. §. Secunda conjectura cor. bon. mem. Muto,
in Bonon. Fideicommiſſi de Vrſis 26. Martii 1709.
§. Et tamen cor. Molines, & in ejus confirmatoria
10. Maii 1709. cor. R.P.D. Aldrovando; ita ſua-
dente ratione majoris dilectionis; nam, ſi Teſta-
tor hujuſmodi reſtitutionis onere gravavit filium, 48
& nepotem primos inſtitutos, procul dubio magis
dilectos, potiori certè jure talem reſtitutionem
fieri voluiſſe cenſetur inter ulteriores ſubſtitutos
minùs dilectos, ut benè ponderant Peregrin.
conſ. 56. num. 10. lib. 1., Gorgiur. conſ. 63. n. 16.
lib. 2., Caſtald. conſult. 152. num. 1., Carol. An-
ton. de Luc. de lin. legal. tom. 2. reſp. 19. num. 19.,
Rodulphin. alleg. 33. ſub num. 11., Calderon. re-
ſol. 61. ſub nu. 62., Rot. cor. Rembold. deciſ. 610.
num. 2., & ſeqq., cor. Arguell. deciſ. 81. n. 17.,
cor. Priol. deciſ. 177. nu. 7., deciſ. 433. num. ult.,
inter recollect. à Conſtantin. ad Stat. Urb. deciſ.
112. n. 20., in recent. deciſ. 326. n. 7., & deciſ. 472.
n. 16. par. 14., in Firmana Prædii della Parapina 20.
Junii 1696. §. Inter conjecturas cor. bo. me. Muto.



Digitized by Google

Haud verò in dubium revocari poteſt, hujuſmodi reciprocam à Teſtatore ordinatam fuiſſe inter filium, & nepotem; ille enim inter primos inſtitutos ità diſpoſuit = *e morendo alcuni di eſſi Signori Giovanni, e Camillo ſenza figli maſchi*
49 *legitimi, e naturali, come di ſopra, in tal caſo ſoſtituiſce l'altro di eſſi, che ſarà vivo, e dopo di eſſo li ſuddetti ſuoi figli maſchi legitimi, e naturali; e caſo, che quello di loro, che aveſſe figli, premoriſſe, à quello morirà ſenza figli, in detto caſo ſoſtituiſce, e vuole, che ſuccedino in d. porzione li dd. figli legitimi, e naturali di d. premoriente* = ex qua ſane figura verborum illos reciprocè vocatos fuiſſe, clariùs patet, quàm nos, dicendo verbis, ac demonſtrando argumentis explicare poſſimus; quin imò, cum ex prænar-
50 ratis verbis manifeſtè reſultet, reciprocam expreſsè ordinatam fuiſſe etiam favore filiorum præcedentis, caſu, quo alterum ſiuè filiis deficere, contingeret, ibi = *e caſo, che quello di loro, che aveſſe figli, premoriſſe, à quello morirà ſenza figli, in d. caſo ſoſtituiſce, e vuole, che ſuccedino in d. porzione li dd. figli legitimi, e naturali di detto premoriente* = hinc fortius elicitur argumentum prò repetitione ejuſdem reciprocæ inter filios, & nepotes uniuſcujuſque lineæ, ſeù columnelli, ut punctualitèr firmant *Soccin. Jun. conſil.78. num.10. & 11., Curtius Jun. conſ.11. n.5., Decian. conſ.41. in princ. dub. vol.1., Soccin. Sen. conſ.69. col.2., & conſ.104. col.2. verſ. Capio nunc capitulum lib. 3., Menoch. de præſumpt. lib.4. præſumpt.59. num.11., Mauſ. conſult.69. num.4. & 5. tom.9., Peregrin. de fideicommiſſis art.13. num.75.*, ibi = *Vigeſimus tertius caſus eſt, cum Teſtator duobus, aut tribus heredibus inſtitutis, eos, & præmortuorum Liberos ad invicem ſubſtituit, hoc enim caſu reciprocam conſtitutam etiam inter liberos alterius lineæ, ſatis explanatum eſt* =

Fruſtraque objicitur, quod Teſtator inſtituen-
51 do filium, & nepotem, & quidem unum quemque in certis, & determinatis Bonis, conſtituiſſe ab initio dicatur duos ſtipites, ſive deſignaſſe duo puncta, à quibus duplex linea incipere, ac fluere debebat, proindeque conjecturæ & argumenta, quæ ſuperioribus locis adduximus, utpotè apta ad diſcretivè inducendam reciprocam
52 in unaquaque lineâ, illam extendere non debeant de linea ad lineam tamquam exorbitantem, & odioſam; Facili namque ratione ab hujuſmodi objecto nos expedire poſſemus, reſpondendo, quod Doctores argumenta, & conjecturas ſupra relatas expendunt non quidem ad effectum inducendi reciprocam diſcretivè in unaquaque lineâ, ſed pro eadem extendenda de linea ad lineam, etiam in caſu, quo Teſtator plures ab initio ſtipites efformaverit, moti elementari illâ, ac prævalidâ ratione, quod nemnè reciproca etiam de linea ad lineam à Teſtatore volita cenſeri de-
53 beat, quoties, nonniſi per illam, veluti per unicum medium, adimpleri poteſt ejuſdem voluntas ordinata ad conſervationem integræ ſuæ hereditatis penes ſubſtitutos; hoc enim caſu, non curato, an Teſtator ab initio unam, vel plures lineas conſtituerit, ſit locus reciprocæ lineari, *Roſ. conſult.69. ex num.62. & 64., R. P. D. Anſald. in altera alleg. impreſſ. poſt Paulut. diſſert.16. nu.6., Caren. reſol.128. num.26. & 32., Caſtill. deciſ. Sicil. 753. num.51., Rot. in recent. deciſ. 755. num.13. part.18., inter impreſſ. ad ornat clar. me. Card. de Luc. de fideicommiſſis deciſ.69. num.6., in Ravennaten fideicommiſſi Julii Camilli de Abioſis 7. Aprilis 1710. §. Quidquam non relevante cor. Criſpo.*

Verum prætereà dicimus, quod, licèt Teſtator ab initio, & in inſtitutione duplicem diverſam lineam conſideraſſe videatur, ex ſubſequentibus tamen clare apparet, ipſum minimè reſpexiſſe 54
duos heredes inſtitutos tamquam duos ſtipites duplicis diverſæ lineæ, ſed eoſdem conſideraſſe per modum unius lineæ incipientis à ſemetipſo; pluriès namque mentionem fecit de ſuis heredi- 55
bus, & Succeſſoribus, ſuamque hereditatem ſingulariter expreſſit, &, quod magis eſt, in ratione conſervationis Bonorum non dixit, ut illa conſervarentur in poſteritatibus ſupra nominatis, prout certè dicere debuiſſet, ſi lineas heredum inſtitutorum reverà prò duabus lineis accepiſſet; ſed loquendo in numero ſingulari adhibuit ver- 56
ba illa = *e li ſuoi Beni ſi conſervino nella poſterità ſopranominata* =, ſignum evidens, quod totam illam poſteritatem, in qua proculdubio comprehendebantur Deſcendentes utriuſque lineæ, relativè ad ſemetipſum, ac per modum unius conſideraverit, per ea, quæ tradit *Redenaſc. conſ.59. per tot., & præcipuè num.5., Carol. Anton. de Luc. de lin. legal. art.20. num.5., & in animadverſ. ad Gratian. diſcept.371. num.25., Rocc. diſput. jur. ſelect. cap.15. num.14., Rot. in rec. dec.755. num.8. & ſeqq. part.18., deciſ.570. num.9., deciſ.646. num.26. part.19., & ad ornat. clar. me. Card. de Luc. de fideicomm. deciſ.69. num.6., & ſeqq.*; Cum enim illi reſpectu Teſtatoris unicam
dumtaxat lineam efformare dicerentur, utique, 57
ſi Teſtator eoſdem vocavit, habito reſpectu ad ſemetipſum, tamquam ad eorum principium ſpeciatim deſignatum, & ex quo unica procedebat linea, dicendum eſt, illos conſideraſſe per modum unius lineæ procedentis a ſemetipſo, ut argumento *textus in leg. Unica §. His ita definitis verſ. hæc ita tam varia C. de caduc. toll.*, ibi = *quoſi in unum corpus redacti ſunt* =, tradunt *Fuſar. conſ. 18. num.14. verſ. verùm leviſſima, Palm. Nep. conſ.90. num.9., & ſeqq., Peregrin. conſ.54. per tot. lib.1., de fideicommiſſis art.13. nu.73., Gratian. diſcept.621. ex num.21. uſque ad 26., clar. me. Card. de Luc. de fideicomm. diſc.51. num.10., diſc 104. num.6., diſc.106. num.12., & ſeqq., Carol. Anton. de Luc. de lin. legal. tom.2. reſp.20. num.41. §. Quare multum, Paulut. diſſ.16. n.44., & ſeqq., Cavalcan. deciſ.18. num.93., & ſeqq. part.3., Rot. Lucan. apud Torr. de ſucceſſ. in Primog. Ital. deciſ.24. num.22. verſ. ut interim, Rot. deciſ.339. num.11. part.17. recent., deciſ.531. num.2., & deciſ.605. num.1. & 2. part.19., in Peruſina fideicommiſſi 27. Junii 1698. §. Purificationem cor. Emo D. Card. Priolo, in Bonon. fideicommiſſorum de Herculanis 13. Junii 1701.*

§. Ad

*§. Ad hanc eamdem, & in Forolivien. fideicom-
miſſi de Torellis 18. Maii 1701. §. Maximè quia,
confirmat. 15. Januarii 1703. §. Ultrà requiſita
in fin. cor. bo. me. Muto, & in Ravennaten. fi-
deicommiſſi Julii Camilli de Abbioſis 7. Apri-
lis 1710. §. Quidquam non relevante verſ. alterum
nimirum cor. R.P.D. Criſpo.*

Idque confirmatur ex eo, quia Teſtator in ca-
58 ſu, quò alter ex heredibus inſtitutis decederet ſinè
filiis, ſubſtituit ſuperviventem, vel ejus filios,
quæ verba efficiunt, ut tota unius hereditas al-
teri accreſcere deberet, *Rot. in recent. deciſ.43.
num.5., & num.28., & ſeqq. part.13.* Inſuper
facta fuit ſubſtitutio ultimo morienti, & deni-
que fœminæ, ſi ſuperſtites eſſent, conjunctim in
tota hereditate ſubſtitutæ fuerunt, & ità pariter
eorum filii, ut ad rem ponderat *Rot. deciſ.531.
num.2. part.19.*, & conferunt tradita *in Bonon.
fideicommiſſi Herculis de Elephantutiis 27. Fe-
bruarii 1708. §. 10. cor. Anſaldo*; quæ omnia
cum perſpicuè demonſtrent unicitatem lineæ à
Teſtatore toties complicatam relativè ad unici-
tatem unius ſtipitis, jure proinde, meritòque
in caſu noſtro ex ſubſequentibus, & præſertim
ex eâ unicâ, & finali causâ, ut Bona conſerva-
rentur pænes heredes inſtitutos, atque ſubſtitu-
tos vocatos per modum unius nomine colle-
59 ctivo *Poſteritatis*, in qua integraliter, & abſque
ulla prorſus diminutione univerſa Teſtatoris he-
reditas conſervari debebat, inferre poſſumus,
quod idem Teſtator Joannem, & Camillum in
præcedenti inſtitutione non conſideraverit tam-
quam ſtipites diverſarum linearum, ſed eoſ-
dem vocaverit per modum unius, tamquam
videlicet comprehenſos ſub linea à ſemetipſo in-
cipiente.

Quamquam verò his omnibus ſufficienter
conſtabilita videri poſſit reciproca linearis inter
Deſcendentes Joannis, & Camilli de Carpis,
ideoque univerſum fideicommiſſum in perſona
D. Pompilii Junioris conſolidatum dici debeat,
nihilominus non deſunt alia graviſſima argu-
60 menta illam confirmantia; ad hunc enim finem
referenda eſt repetita Maſculorum vocatio in
omni gradu, facta cum qualitate legitimitatis,
& naturalitatis, juxta animadverſa in puncto per
*Rotam in deciſ.112. nu.19. inter collect. per Con-
ſtantin. ad Stat. Urb., & deciſ.326. num.8. & 9.
part.14. recent.*, huc etiam ſpectat excluſio Fi-
61 ſci facta in caſu delicti commiſſi ab aliquo ex gra-
vatis, *Balducc. ad Ramon. conſ.100. num.17., clar.
me. Card. de Luc. de fideicomm. diſc.101. num.10.
verſ. ſecundò, Saminiat. contr.51. num.33., &
ſeqq., Rota Lucana apud Torr. de majorat., &
Primog. Ital. deciſ.24. num.35. verſ. militat un-
decimum, Rot. cor. Arguell. deciſ.54. num.36.,
in recent. deciſ.163. num.3. part.10., deciſ.306.
num.19. cum ſeqq. part.18., inter collect. per Con-
ſtantin. ad Stat. Urb. deciſ.117. num.4., in Ro-
mana fideicommiſſi de Vareſiis 18. Junii 1708.
§. Tum quia cor. Rmo. Molines, & in Romana fi-
deicommiſſi de Alveris 12. Januarii 1711. §. Si-
gnanter cor. R.P.D. Criſpo*; quibus addere poſ-
62 ſemus tum digreſſum ad plures gradus ſubſtitu-
tionum; primò namque loco inſtituti leguntur
filius, & nepos, iidemque invicem ſubſtituti,
poſitis in conditione filiis, & nepotibus, qui,
attento noſtro Statuto, cenſentur vocati; Poſt
Maſculos vocantur fœminæ, eiſque non extan-
tibus, eorum filii maſculi, quibus demum de-
ficientibus, filiæ fœminæ; Ex hujuſmodi autem 63
diſpoſitionis tenore deſumi digreſſum ad plures
gradus ſubſtitutionum, benè demonſtrat *Rot. in
deciſ.112. num.17. inter collect. per Conſtantin. ad
Stat. Urb.*, eumdemque digreſſum ad effectum,
de quo agitur, conſiderant *Rocc. diſp. jur. ſelect.
cap.16. num.19., Saminiat. contr.51. num.32.,
Rot. in recent. deciſ.755. num.11. part.18., de-
ciſ.570. num.16., deciſ.605. num.12. part.19.,
ad ornat. clar. me. Card. de Luc. de fideicomm. de-
ciſ.70. num.9., in Senogallien. fideicommiſſi 29.
Decembris 1694. §. Rurſus cor. bon. me. Pio, in
Romana, ſeù Cortonen. fideicommiſſi ſuper immiſ-
ſione 5. Maii 1700. §. In præſenti cor. bo. me. Ja-
cometto, in d. Bononien. fideicommiſſorum de Her-
culanis 13. Junii 1701. §. Tertia conjectura, in
Forolivien. fideicommiſſi de Torellis 28. Junii 1702.
§. Tertia elicitur cor. bo. me. Muto*; Tum etiam,
quod Teſtator vocavit omnes inſtitutos, & ſub- 64
ſtitutos cum clauſula *in ſtirpes, & non in capita*,
cum enim hujuſmodi ſucceſſio diſparitatem gra-
dus, & concurſum à duplici, diverſoque Aſcen-
dente præſupponat, validiſſimum idcircò præ-
bet argumentum reciprocæ ſubſtitutionis, ex no- 65
tatis per *Pariſ. conſ.87. num.24., & ſeqq. lib.1.,
Menoch. conſ.327. num.31., & ſeqq., Surd. conſ.
434. num.8., Manſ. conſult.69. num.8. tom.9.,
Paulut. diſſert.16. num.50., Menoch. de præſumpt.
lib.4. præſumpt.59. num.13., Rot. cor. Cerr. de-
ciſ.305. num.5., in rec. deciſ.245. num.2., &
ſeqq. part.19., in Romana fideicommiſſi Luciæ de
Moronis 21. Februarii 1701. §. Profectò cor. R.P.D.
Anſaldo, in Cortonen., ſeù Peruſina fideicom-
miſſi ſuper immiſſione 19. Novembris 1702 §. Re-
ciproca cor eodem, in d. Forolivien. fideicommiſſi
de Torellis 28. Junii 1702. §. Quarta deſumitur,
& 15. Januarii 1703. §. Fortiùs quia cor. bo. me.
Muto*.

Sed, his omiſſis, progredimur ad conjectu-
ram illam deſumptam ex noviſſima ſubſtitutione 66
filiarum ipſiuſmet Teſtatoris, quæ plenæ demon-
ſtrationis nomen & efficaciam habere videtur;
Teſtator enim, poſtquam Deſcendentibus ma-
ſculis utriuſque lineæ heredum inſtitutorum ple-
nè providerat, in defectum tandem eorum de-
ſcendendo ad fœminas, ita ſubſtituit = *e moren-
do tutti li dd. ſuoi Eredi ſenza figli maſchi legiti-
mi, e naturali, come ſopra, in tal caſo ſoſtituiſ-
ce le Signore Eliſabetta, e Coſtanza de Carpis
figlie legitime, e naturali di eſſo Teſtatore, ſe pe-
rò ſaranno vive, ſe non, li loro figli maſchi legi-
timi, e naturali, e, non eſſendovi li maſchi, le fe-
mine &c.* = quamobrem, ſi Eliſabetha, & Con-
ſtantia Teſtatoris filiæ, vel eorum filii admitten-
di ſunt in caſu, quo omnes heredes ſuperiùs vo-
cati decederent, nullis relictis Maſculis, perne-
ceſsè danda eſt ſubſtitutio reciproca inter omnes
dd. heredes vocatos uſque ad ultimum defun-
ctorum

ctorum abſque prole maſculina, & per omnes
ipſos hereditas devolvenda eſt, *Redenaſcb. conſ.9.*
*num.44.*, *Caſtald. conſult.2. num.2.*, *Mantic. de*
*conject. ultim. vol. lib.7. tit.5. num.8.*, *& ſeqq.*,
*Rot. cor. fe. me. Alex.VIII. deciſ.177. num.5.,&*
*ſeqq.*, *in rec. deciſ.326. num.10. part.14.*, *& in*
*Forolivien. fideicommiſſi de Torellis 15. Janua-*
*rii 1703. §. Quarto coram bo. me. Muto*, cum
autem ſub oomine dd. heredum procul dubio
67 comprehenderentur Maſculi utriuſque lineæ,
utpotè qui ſuprà fuerant expreſsè ſubſtituti, vel
in cooditione poſiti, *Rot. cor. Bich. deciſ.508. n.5.*
*6. & 7.*, *inter collect. per Conſtantin. ad Stat.*
*Urb. deciſ.112. num.9.*, aliique relati *ſub §. In-*
*juncto itaque*, neceſſe idcircò eſt, hereditatem
tranſire per Maſculos utriuſque lineæ ſupra vo-
catos uſque ad ultimum, qui ſinè filiis maſculis
68 moriatur, juxtà paulò ſuperiùs firmata, certiùs,
quia in dubium venire nequit, quin Teſtator
Deſcendentes maſculos magis dilexerit, quàm
fœminas, earumque filios, dum iſtas, iſtoſque
poſt omnium illorum defectum vocavit; Undè,
ſi voluit, Maſculis omnibus deficientibus, fœ-
minas, earumque filias admitti ad omnia ſua
Boua, multò magis voluiſſe credendum eſt,
quod interim omnia Bona prædicta permanerent
apud omnes Deſcendentes maſculos, qui ſu-
69 pereſſent, quod cum fieri non poſſet, niſi invi-
cem præſupponantur ſubſtituti, hinc proindè ſe-
quitur, quod Teſtator voluerit omnes invicem
ſubſtituere, ut his verbis argumentatur *Soccin.*
*Jun. conſ.110. num.17. & 18. lib.3.*, *Paulut.*
*differt.16. num.56.*

Atque hinc aliud etiam oritur non minùs effi-
cax argumentum prò reciproca inducenda; nam,
70 ſi ad totam hereditatem vocatæ fuerunt fœminæ,
earumque filii remotiores, & minus dilecti,
potiori certè jure ad illam invitati dici debent
Maſculi proximiores, & magis dilecti; aliàs quip-
pe magna eſſet repugnantia, ſi minus dilecti in-
vitarentur ad totam hereditatem, & magis di-
lecti, qui ſemper præ oculis habebantur, & in
toto teſtamenti contextu ſpecialiter contemplati
fuerunt, invitarentur tantùm ad partem, & ſic
conſtitueretur reciproca prò tranſmittendâ inte-
71 grâ hereditate ad minùs dilectos, ea autem ex-
cluderetur, ut magis dilecti ſolam hereditatis
partem conſequerentur, *Rot. coram Ubald. de-*
*ciſ.383. num.10.*, *& ſeqq.*, *cor. Bich. deciſ.287.*
*num.9.*, *& ſeqq.*, *cor. Dunoz. Jun. deciſ.487.*
*num.17. & 18.*, *cor. Otthobon. deciſ.1. num.25.*,
*& deciſ. 177. num.20.*, *cor. Priol deciſ. 427.*
*num.12.*, *inter collect. per Conſtantin. ad Statut.*
*Urb. deciſ.112. num.22.*, *in recent. deciſ.18. n.37.*
*part.10.*, *in d. Forolivien. fideicommiſſi de Torellis*
*28. Junii 1702. §. Tertia*, *& 15. Januarii 1703.*
*§. Fortiùs cor. bo. me. Muto*.

Nec talis ſubſtitutio fœminarum in defectum
Maſculorum concepta, intelligi poteſt diſcreti-
vè, adeout reſolvatur in ſuas ſingularitates, ſeù
in deficientiam Maſculorum cujuslibet lineæ;
huic namque intellectui apertè repugnat totus
72 diſpoſitionis contextus, & mens Teſtatoris ſatis
clarè expreſſâ verbis illis = *e morendo tutti li dd.*
*ſuoi Eredi &c.* =, quibus Teſtator comprehen-
dere voluit omnes Maſculos heredes ſupra nomi- 73
natos, ideoque, cum inter iſtos, ut alibi dixi-
mus, procul dubio recenſerentur Maſculi utriuſ-
que lineæ, conſequens eſt, quod idem Teſtator
intellexerit dumtaxat fœminas ſubſtituere in de-
fectum omnium dd. heredum, habito reſpectu ad
utramque lineam, quodque talis ſubſtitutio ve-
rificari non poſſet, niſi in caſu ultimi Maſculi 74
morientis utriuſque lineæ, ut ponderavit *Pere-*
*grin. conſ.50. num.3. lib.3.*, *Intrigliol. de ſubſtit.*
*cent.3. quæſt.48. n.34.*, *Paulut. differt.16. n.16.*,
*Rot. cor. Otthobon. deciſ.177. num.9. & 10.*, *inter*
*diverſ. deciſ.492. num.1. part.4.*, *in recent. de-*
*ciſ.95. num.5. & 6. part.7.*, *deciſ.183. num.11.*
*& 12. part.10.*, qui ſanè intellectus eò magis re-
cipiendus videtur, quia contraria interpretatio 75
apertè adverſatur, immò deſtruit voluntatem
Teſtatoris, læditque rationem recti ſermonis,
juxtà quam dictio illa = *tutti* = reſtringi minimè
poteſt intrà Maſculos unius tantùm lineæ, præ-
ſertim, cum adjecta fuerit poſt vocatos, atque
ſubſtitutos Maſculos utriuſque lineæ, ut ſenſui
patet, & obſervat *Caſtrenſ. con.159. ſub num.3.*
*lib.1.*, *Manſ. conſult. 75. num. 16. & 17.*, *&*
*ſeqq. tom.9.*

Facilius verò idem intellectus ſequendus vide-
tur, quia corroboratur aliâ validiſſimâ animad-
verſione; non enim fœminæ ſubſtitutæ in defe- 76
ctu Maſculorum, fuerunt filiæ ipſorum met Ma-
ſculorum, itaut ſubſtitutæ dici poſſent propriis
Maſculis de unaquaque linea, ſed illæ erant fi-
liæ ipſius Teſtatoris, & quidem ad totam here-
ditatem vocatæ, ut ſupra demonſtravimus; qua
de re nullo pacto ſubſtitutæ intelligi poſſunt di-
ſcretivè Maſculis uniuſcujuſque lineæ, ſed præ-
ciſa requiritur verificatio obitus ultimi Maſculi,
habito reſpectu ad utramque lineam, ut locus
fiat earum ſubſtitutioni, ita etiam exigente na-
turâ, & indole illius dictionis = *in tal caſo* = in 77
eadem ſubſtitutione appoſitæ, quæ reſtrictiva
eſt, & adeo denotat extremitatem temporis, ut,
ſi adjiciatur morti plurium, debeat prius verifi-
cari mors omnium, ad hoc, ut ſit locus diſpo-
ſitioni cum iſtâ clauſulâ conceptæ, *Roman. conſ.*
*131. in princ. ubi Apoſtill. in verb. = tunc, & eo*
*caſu =*, *Joan. de Ann. conſ. 66. num.3. col.3.*
*verſ. Sed iis non obſtantibus*, *Card. Tuſch. pract.*
*concl. tom.2. litt.D. concl.390. num.7.*

Minus verò dici poteſt, quod poſtrema hæc
fœminarum, eorumque filiorum ſubſtitutio re-
ſtricta fuerit ad caſum, quo primi dumtaxat he-
redes ſinè filiis deceſſiſſent; Etenim, cum inter 78
inſtitutionem primorum heredum, & ſubſtitu-
tionem, de qua agitur, plures intercedant di-
ſpoſitiones, & ſubſtitutiones inter ſe longè di-
ſparatæ, & ſubſtitutio, de qua agitur, ſit in ſe-
parata oratione, ac regatur à proprio verbo,
quodque plus eſt, eadem facta fuerit non ſub
ſimplici conditione = *ſi primi heredes ſinè filiis de-*
*ceſſerint* =, ſed = *ſi omnes heredes ſinè filiis maſcu-* 79
*lis deceſſerint &c.* = inveriſimile prorſus reddi-
tur, quod hæc ultima ſubſtitutio reſtricta ſit ad
caſum obitus filiorum ſinè filiis; adeò enim eſt
ampla

ampla conditio illa = *ſi omnes heredes &c.* = ut
80 nec limitari, nec dependere queat ab illo unico
caſu obitus filiorum ſinè filiis *Curen. reſol.163.*
*n.13.*, *Paulut. diſſ.16. num.61.*, *Camerat. re-*
*ſponſ.1. num.315. lib.2.*, *Rot. coram Card. Cerr.*
*deciſ.409. num.16.*, *in recent. deciſ.35. num.13.*
*part.13.*, *& in Forolivien. fideicommiſſi de Torel-*
*lis 15. Januarii 1703. §. Haud relevante cor. bo.*
*me. Muto.*

Quibus poſitis, non obſtat, inſpectionem mo-
dò non verſari nec circà ultimas, neque circà
primas ſubſtitutiones, nec denique circà aliquem
ex his caſibus, in quibus Teſtator reciprocam or-
dinare voluit, ſed tantùm in caſu medio à Te-
ſtatore nullatenus præmeditato, vel ſaltem omiſ-
81 ſo; Nam, ſicuti, poſitis extremis, media ſuppo-
nuntur; ita, cùm Teſtator non potuerit caſus om-
nes præmeditare, vel cogitare, providè reciprocam
expreſſit tàm in primis, quàm in ultimis ſubſti-
tutionibus, ut exindè, tamquam ex antecedenti-
82 bus, ac ſubſequentibus conjiceretur, eamdem
habuiſſe reciprocandi voluntatem etiam in ſubſti-
tutione intermediâ ommiſſâ, nec ullatenus præ-
meditatâ, ut optimè in propoſito ratiocinatur
*Rota in ſæpècitata Forolivien. fideicommiſſi de To-*
*rellis 15. Januarii 1703. §. Quando autem coram*
*bo. me. Muto.*

Atque ex his occurritur etiam illi alteri obje-
83 ctioni, quod fideicommiſſum non extendatur
ultra filios heredum inſtitutorum, eò quia ex il-
lorum vocatione activa ad paſſivam inferri non
poſſit; quoniam, cum ex hac uſque dictis, & ex
84 toto teſtamenti contextu manifeſtè reſultet Di-
ſponentis intentio conſtituendi fideicommiſſum
perpetuum, & abſolutum reciprocum de linea
ad lineam, ſaltem quouſque adeſſent deſcenden-
tes maſculi ex linea maſculina ipſius Teſtatoris;
aliàs namque nullo pacto verificari poſſet ſubſti-
tutio fœminarum facta ultimo ex ipſis, juxta ea,
quæ latè ſuperioribus locis firmavimus, nil proin-
dè relevat, quod Teſtator locutus fuerit dum-
taxat de filiis heredum inſtitutorum, quia, quan-
85 do conſtat de voluntate ejuſdem, appellatione
filiorum veniunt nepotes, & ulteriores Deſcen-
dentes, ut communiter docent *Bartol in l.1. §.*
*Sed etiam ſi quis ff. de ſuis & legit.*, *Cravet. conſ.*
*155. num.4.*, *Soccin. Jun. conſ.30. nu.26. lib.4.*,
*Altograd. Jun. contr.97. num.2.*, *Rodulphin. al-*
*leg.20. num.2.*, *alleg.22. num.8.*, *Mantic. de con-*
*ject. lib.8. tit.8. num.1. 2. & 12.*, *Facchin. lib.5.*
*cap.18.*, *Peregrin. de fideicommiſſis art.22. n.10.*
*& 12.*, *Menoch. de præſumpt. lib.4. præſumpt.94.*
*num.23.*, *Caſtald. conſult. 249. num.9. in fin.*,
*conſult.258. num.15.*, *Palm. Nep. alleg.168.*
*num.4.*, *& ſeqq.*, *& alleg.169. num.1.*, *& ſeq.*,
*Faſar. de ſubſtit. quæſt.326. num.1. & 2.*, *Molin.*
*de Primog. Hiſpan. lib.1. cap.6. nu.29.*, *Rot. cor.*
*Merlin. deciſ.206. num.37.*, *coram Dunoz. Sen.*
*deciſ.81. num.10.*, *& cor. Dunoz. Jun. deciſ.648.*
*num.21.*, *cor. Seraphin. deciſ.1486. num.6. & 8.*,
*in rec. deciſ.6. in fin. part.5.*, *& deciſ.142. n.43.*
*part.10.*, *& in Romana, ſeù Reatina fideicom-*
*miſſi de Vincentinis impreſſ. ad ornat. clar. mem.*
*Card. de Luc. de fideicom. in Mantiſſ. dec.21. n.11.*

Jam verò, juxtâ primum dubium conſtabilitâ,
plenèque ab omnibus contrariis objectis vindica-
tâ reciprocâ lineari, cujus vigore D. Pompilius
Jun. tacitè vocatus, & ſubſtitutus dicitur ad por-
tionem Bonorum fideicommiſſariorum, quæ
poſſidebat Franciſcus Maria, illius purificatio-
nem favore ejuſdem Dom. Pompilii impedire
non poſſe arbitror, si fortè objiciatur exiſtentia,
ſive ſuperviventia D. Franciſci Mariæ; ipſe
namque cum, ut ſub initium præmiſimus, vi-
ginti ab hinc annis ab Urbe diſceſſerit, nullaque
amplius ab eo tempore notitia de ejus vita habi-
ta fuerit, mortuus præſumitur, juxtâ *conſ. Bald.* 86
*90. num. 2. lib.2.*, *Manſ. conſult. 727. num. 17.*
*& ſeqq. tom. 8.*, ubi loquens de ſolo ſpatio quin-
quennii ſic ait = *cum autem quis per ſpatium ſal-*
*tem annorum quinque à Patriâ exul abberraverit,*
*neque toto tempore aliquis ejus vitæ nuncius ad-*
*venerit, mortuum præſumi* =, *& num. 19.* ibi =
*quod cum fuerit abſens per annos viginti, & num-*
*quam redieverit, mortuum præſumitur* = *Rota coram*
*Cavaler. deciſ.344. num.3.*

Et licèt vita potiùs, quàm mors, & quilibet
vivere præſumatur ſaltem uſque ad 60. vel 70.
annos ſecundùm aliquos, vel uſque ad 100., juxtâ 87
ſententiam aliorum, ideoque mors ab alle-
gante infrà dictum tempus probanda dicatur,
id tamen non tollit, quominùs illa probari poſ- 88
ſit per conjecturas, & præſumptiones, præci-
puè, quando, prout in hypotheſi, verſamur in
re ignota, & incerta, quo caſu, cum neque mors, 89
neque vita aliter probari poſſit, quàm præſump-
tionibus, & conjecturis, ut benè animadvertit
*Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 49. num.*
*27. in fin.* ibi = *quod cum tota diſputatio ſit de*
*præſumendo aliquem vivere, vel non vivere uſque*
*ad centeſimum annum, præſupponimus, eſſe incertum,*
*& incognitum, an is in humanis ſit, vel ſit vitâ* 90
*functus, ſicuti contingit in eo, qui jamdiù abeſt,*
*& ignoratur, quid de eo evenerit, cum, inquam,*
*de hoc incerta ſit diſputatio, inanis, & fruſtrato-*
*ria eſt hæc opinio: cum nec Actor vitam, nec Reus*
*mortem deducentes aliter probare poſſent, quàm*
*præſumptione* = eædem idcircò procul dubio reci-
piuntur, non attentis auctoritatibus contrarium
firmantibus, quia illæ procedunt ubi ageretur de 91
gravi præjudicio, quodque non ità facilè reparari
poteſt; At aliter res ſe habet, ubi, prout in
hypotheſi, agitur de levi tantùm præjudicio, &
de commodo pecuniario, quod ſarciri facilè
poteſt; hoc enim caſu leviores etiam admittun-
tur conjecturæ, & præſumptiones ad probandam
mortem, ut, præter ſupra citatos, in ſpecie ad-
monet *Afflict. de Conſt. tit. de ſucceſſ. nobil. in*
*feud.* ibi = *quod in quantum ad commodum pecu-*
*niarium mors probatur, ſi quis per quinque annos*
*fuit abſens, & nullum novum habetur de eo* =, &
docet *Marant. in repetit. leg. in poteſt num. 156.*,
*& ſeqq. ff. de acquir. hered.*, ubi 23. modos, ſive
conjecturas refert probandi mortem ad effe-
ctum, ut hereditas illius, qui dicitur mor- 92
tuus, poſſit adiri, immò recipitur etiam pro-
batio per publicam vocem, & famam, quæ non
deficit in caſu noſtro, *Bartol. in dict. leg. 1. §. ſi*
*dubite-*

Digitized by Google

*dubitetur ff. quemadmodum teſtamenta aperiantur*, *Soecin. jun. conſ. 26. lib.2.*, *Riminald. jun. conſ.64. num.5.*, *Alex. conſ. 25.*, *& conſ. 117. lib.4.*, *& conſ.137. num. 5. lib. 6.*, *Maſcard. de probat. concl.* 1070. *num. 3.*, *Menoch. de adipiſc. poſſeſſ. remed.* 4. *num.*672., *Boer. deciſ.*258. *in princip.*, *& latiùs in fin.*; Vel ſaltem, cum ſuper hoc nulla habeatur Juris determinatio, Judicis
93 arbitrio determinandum relinquetur, an potius vita, quàm mors præſumi debeat, juxtà opinionem *Caguoli in leg. ſi emancipati num.* 92. *in fin. Cod. de collation.*; Prudens autem Judex tali caſu, ponderatis conjecturis, quæ hinc inde deducentur, amplectetur illas, quæ ſibi validiores vide-
94 buntur, ut egregiè ſequentibus verbis concludit *Menoch. de præſumpt. dict. lib.6. præſumpt.* 39. *ſub num.*28. ibi = *ſupponamus itaque, jamdiu aliquem abeſſe, & ignorari, an vivat, vel non; & petat Agnatus ejus ſucceſſionem, aſſerens, illum præſumi deceſſiſſe; Uxor verò abſentis dicat, ſe conſervari debere in poſſeſſione Bonorum Mariti, donec revertatur, cum vivere adhuc præſumatur, hoc in caſu prudens Judex perpendet, atque conſiderabit primùm, numquid à contendentibus de abſentis vita, vel morte præſumptiones, & conjecturæ aliquæ deductæ, & probatæ ſint, & tunc pro ſuo arbitrio ſequetur conjecturas, quæ ſibi videbuntur validiores.* =

## *Faventina Fideicommiſſi.*

Donationis intuitu primi Matrimonii à Donatario contrahendi factæ cum pacto reverſivo, ſi intra 15. annos Liberos non ſuſciperet, oullis ab eo ſuſceptis Liberis ex primo Matrimonio ante idem tempus diſſoluto, reverſioni locum factum eſſe, licèt ſecundum intra tale tempus Matrimonium iniverit, demonſtratur. Donatio ex quibus dicenda ſit primi dumtaxat Matrimonii contemplatione facta? Per diviſionem an & quando præcedenti donationi conditionali renunciatum cenſeatur?

### VOTUM XXXI.

1 *Fratri præmortuo ſuperſtites ſuccedunt.*

2 *Bona donata ad Donantem redeunt, exiſtente conditione pacti reverſionis Bonorum*, & num. 19.

3 *Donatarius, antequam ceſſerit dies illius vocationi adpoſita, Bona donata conſequi poteſt.*

4 *Clauſula* = in tal caſo = *eſt taxativa.*
*Secus, quando eidem conjunctæ non reperiuntur dictiones* = dumtaxat, tantum =, *& hujuſmodi* num. 11.
*Et quando conſtat de contraria Contrahentium mente* num. 12.

5 *Dilatio temporis in donatione reſolvenda, poſt certum tempus nullis ſuſceptis Liberis, iſtorum favorem reſpicit.*

6 *Dictio* = e cio = *finem principalem actus oſtendit.*

7 *Dilationis cauſâ ceſſante, ejus etiam tempore non expectato, fit locus conſecutioni Bonorum donatorum.*

8 *Subſtitutus Legatum, vel fideicommiſſum alicui præſtandum, donec ad annum vigeſimum perveniat, ſtatim, eo mortuo, poteſt petere, vigeſimo anno non expectato.*

9 *Uſusfructus Uxori ad decem annos relictus, Subſtituto debetur, Uxore ante decennium decedente.*

10 *Legatum Uxori relictum, donec vidualem vitam ſervaverit, & poſt ejus obitum alteri, ſtatim, eâ convolante ad ſecundas nuptias; debetur ſubſtituto.*

13 *Donationis reſolutio locum habens ex quo Donatarius intra annos* 15. *nullos ex primo Matrimonio ſuſcepit Maſculos, non impeditur per ſecundum Matrimonium intra tale tempus ab eo contractum.*

14 *Donatio ex quibus verbis cenſeatur facta contemplatione primi dumtaxat Matrimonii?* & num. 15.

15 *In contractibus unicè attendenda eſt Contrahentium voluntas.*

16 *Dictio* = ſolamente = *taxativa eſt.*

17 *Verba* = del detto Matrimonio = *donationem, reſtringunt ad primum dumtaxat Matrimonium ſupra expreſſum.*

18 *Ex diviſione Bonorum inter Fratres arguitur præcedentis donationis reſolutio.*

20 *Diviſio Bonorum inter Fratres cenſeri debet facta ad ulteriorem evitandam communionem, non ad præcedentem donationem revocandam.*

21 *Eadem diviſio inita cenſetur ad diſſolvendam cum eorum altero communionem, ſi alii dividentes, etiam poſt diviſionem, Bona pro indiviſo poſſiderunt.*
*Vel ſaltem talis actus, tamquam æquivocus, nequit præcedentis donationis reſciſſionem importare* num.22.
*Præſertim, ſi agatur de donatione ſub certa conditione purificanda* num.23.
*Et maxime, ſi à dividentibus, ſcientiam dictæ donationis habentibus, nulla ejus mentio facta eſt*, num. 25.
*Sed vid.* num.41. & ſeq.

22 *Donationis reſciſſio non inducitur, niſi per actum certum aliud importare non valentem.*

24 *Fideicommiſſo conditionali renunciatum per diviſionem non cenſetur.*

26 *Donationi ſub certa conditione purificandæ renunciatum non cenſetur ex pacto liberè diſponendi de eorum portione inter dividentes inito.*

27 *Sed pactum ejuſmodi debet intelligi, rebus in eodem ſtatu permanentibus; & quando ſecus?* num. 28.

29 *Eodemque modo, non autem de renunciatione dictæ donationi intelligenda eſt promiſſio habendi ipſam diviſionem ratam, firmam ac perpetuò obſervandam.*

31 *Donationi renunciatum per diviſionem non cen-*

*cenſetur ex pacto inter dividentes inito de ſolvendo ex communi eſſe ære alieno.*

32 *Item neque ex generali quietantia de adminiſtratis, ſi ea tempus reſpiciat ante donationem ipſam.*

33 *Minùſque renunciatum ei cenſetur per clauſulas generales in diviſionis inſtrumento adpoſitas, & ratio* num. 31. ad 37.

*Eademque renunciatio nequit argui ex venditione tertiæ partis domus in donatione comprehenſæ facta ab uno ex dividentibus* nu. 38.

*Excluditur autem ex renunciatione facta aliis Bonis, præterquam donatis* num. 39.

34 *Clauſulæ generales in diviſionibus adponi ſolent ex Notariorum ſtylo.*

35 *Evictionis promiſſio intelligenda eſt, quatenus ſequatur ex facto tertii, vel proprio.*

*Non, ſi ex natura rei* num. 36.

36 *Evictio in caſu non procreationis filiorum maſculorum dicitur ex natura rei provenire.*

37 *Clauſulæ* = ad habendum &c. = conſtituentes &c. =, *tamquam accesſoriæ diviſioni, plus, quàm ipſa diviſio, operari nequeunt.*

40 *Donationi conditionali renunciatum cenſetur per diviſionem directè ipſi contrariam, factam antequam conditio adimpleretur*, & num. 43.

44 *Donationi renunciatum cenſetur per diviſionem inæqualiter, contra legem donationis, factam.*

D. Canonicus Vincentius, & Petrus fratres Santini anno 1689., vivo adhuc, & conſentiente D. Thoma Santini illorum Patre unanimi conſenſu, mutuâque interveniente ſtipulatione, ſolemniter, & inter vivos donarunt D. Franciſco fratri ſuo omnia, & ſingula eorum Bona tàm præſentia, quàm futura, reſervatis ſibi, quoad viverent, uſufructu, nec non ſcut. 1000. pró quolibet ad effectum diſponendi ad eorum arbitrium.

Hancque inter vivos Bonorum omnium donationem iidem Canonicus Vincentius, & Petrus facere declararunt ad favorem Franciſci ob ſinceram dilectionem, & perfectum amorem, quibus illum proſequebantur, & ut ſequeretur parentela, & deindè Matrimonium ſub ſpe dictæ donationis jam concluſum inter ipſum, & nobilem mulierem Mariam Albini, & ſic etiam proſpiceretur conſervationi, atque ampliationi nobilis eorum familiæ, & agnationis. At verò proindè advertentes, id aliter aſſequi non poſſe quàm prole maſculinâ, ideò addiderunt, quod, ſi Franciſcus = *non aveſſe figli maſchi in termine d'anni 15., ma due ſole figlie femine, in tal caſo, e finito detto tempo, ambedue le porzioni donate ricadano, e ritornino al Signor Pietro, ſe però vorrà prender Moglie con conſenſo de' ſuoi fratelli, conforme fà ora il Signor Franceſco, e ciò per mantenere la caſa mediante i figli maſchi.* =

Nondum elapſo biennio defunctâ Maria Conjuge ſinè filiis, deindeque mortuo Thoma Patre, D. Franciſcus ad ſecundas convolavit nuptias cum D. Comitiſſa Anna Bittini, ſed ex ea pariter nullis ſuſceptis Liberis; poſt aliquod tempus; nempè anno 1700. fratres prædicti intuitu recognoſcendi = *qual fuſſe la porzione, che li toccarebbe, a fine che ogn' uno poteſſe da ſe ſteſſo della propria roba diſporre tanto nell' uſufrutto, quanto nella proprietà come aſſoluti Padroni diviſamente* =, Bona omnia, quæ uſque tunc pro indiviſo poſſederant, inter ſeſe diviſerunt.

Singulis itaque partem ſuam pacificè poſſidentibus, anno 1703. D. Petrus operâ, & conſilio D. Canonici Vincentii, ac etiam adprobante, & conſentiente D. Franciſco, duxit in Uxorem D. Comitiſſam Fiorini, ex eaque deindè habuit duos filios maſculos convivendo ſemper cum dicto D. Canonico Vincentio, quo demum anno 1705. defuncto ab inteſtato, adeptâque ſtatim poſſeſſione ejus Bonorum per D. Petrum, hic illa ad ſe integrè ſpectare contendebat vigore ſupradictæ donationis; contra verò prætendebat D. Franciſcus, locum minimè eſſe eidem donationi, ex quo ſtipulata fuerat in eum dumtaxat caſum, in quem ipſe nullos ex prima Conjuge ſuſcepiſſet filios maſculos intrâ terminum annorum 15., vel ſaltem omne jus ex dicta donatione competens D. Petro remiſſum, & renunciatum cenſeri per diviſionem inter fratres poſteâ ſecutam, proindeque prædefuncti fratris hereditatem pro virili delatam fuiſſe ad ſuperſtites, ad *Text. apertiſſimos in §. Si igitur il 2. Auth. de hered. ab inteſt. venien, leg. 2. §. Hereditas, & §. Legitima ff. de ſuis, & legitimis hered., leg. 3., leg. defuncto, & Auth. ceſſante Cod. de legit. hered.*

Super qua quæſtione mihi pro veritate conſulto reſpondendum videbatur, controverſam hereditatem integrè pertinere ad D. Petrum, excluſo D. Franciſco virtute ſuperiùs recenſitæ donationis factæ eâ lege, quod, ſi Franciſcus ex Matrimonio ab ipſo contrahendo cum Maria Albini filios non haberet intrâ terminum annorum 15., Bona illi donata redirent ad Petrum, eique quærerentur, quatenus tamen ipſe cum conſenſu fratrum ſuorum Matrimonium contraxiſſet; quamobrem, cùm Maria Conjux jamdudum obiiſſet, nullis relictis filiis, prætereaque Petrus, conſentientibus fratribus ſuis, duxerit in Uxorem D. Fiorini, utraque conditio extitiſſe videtur, & factus locus pacto reverſionis, ac etiam purificata donatio ad favorem ejuſdem 2
Petri, ad *Text. in leg. 1. verſ. dat. aliquis ff. de donat., leg. ſi rerum, & leg. quoties Cod. de donat. quæ ſub mod., Faber. in Cod. lib. 8. eodem tit. 37. definit. 1., Fontanell. de pact. nuptial. clauſ. 4., Gloſſ. 23. part. 1. num. 22., Surd. deciſ. 144. num. 5., & num. 22., Molin. de Primogen. Hiſpan. lib. 1. cap. 1. num. 17., Rot. deciſ. 194. ſub num. 21. verſ. bis non obſtantibus, & num. 36., & 57., & num. 103. part. 5. rec., deciſ. 354. ſub initium, & ferè per tot. part. 11., cum aliis relatis in Romana Donationis, ſeu Primogeniturae de Aldobrandinis 10. Junii 1697. ſub §. Et hoc ſpe-*

*ſpeciale*, *& §. Quamobrem coram bon. mem. Urſino*.

Nec obſtat, Mariam Conjugem deceſſiſſe in-
trâ ſtatutum terminum annorum 15., quo per-
acto dumtaxat, conventum fuerat, ut Bona do-
3 nata redirent ad Petrum, qui propterea eadem
conſequi nequiverit, cùm nondum ceſſerit dies
illius vocationi adpoſita, ad *Text. in leg. fidei-
commiſſa §. Si cum ità ff. de legat. 30.*, *leg. Uxo-
ri uſumfructum 35. ff. de uſu, & uſufruct. legat.*,
ponderando præſertim clauſulam illam = *in tal
4 caſo* = quam eſſe taxativam temporis, dixerunt
*Bartol. in dict. leg. Uxori*, *aliique congeſti per
Menoch. de recuperan. remed. 15. num. 392.*, *&
conſ. 14. num. 3.*, *& conſ. 21. num. 6.*, quando-
quidem objectum iſtud facilè removetur, ſi
animadvertatur, Donantes eatenus diſtuliſſe re-
ſolutionem donationis in tempus annorum 15.,
quatenus crediderunt, toto eo tempore duraturum
Matrimonium inter Franciſcum, & Mariam
5 contrahendum, ex eoque haberi poſſe prolem
maſculinam, cujus favore dumtaxat, non au-
tem conjugum dilata fuerat donationis reſolu-
tio, ut apertè deſumitur ex illis verbis, quæ
ſubſequuntur ibi = *E ciò per mantenere la Caſa
mediante i figli maſchi* = dictio enim illa = *e ciò* =
6 finem principalem actus oſtendit, *Mareſcot. var.
reſolut. lib. 2. cap. 102. num. 19.*, *cum aliis conge-
ſtis per Rota coram Coccin. deciſ. 1171. num. 47.*
Unde, quemadmodum, mortuâ Mariâ Con-
juge ſinè filiis, ceſſaverat cauſa dilationis, ità
7 pariformiter ceſſavit ipſamet dilatio, & conſe-
quenter factus fuit locus conſecutioni Bonorum
donatorum, argumento *Text. in leg. à filia 62.
§. Alumno ff. ad ſenat. conſult. Trebell.*, ubi age-
batur de Legato, & certis uſuris Alumno præ-
ſtandis, donec ad vigeſimum annum perveni-
8 ret, deindeque aliis reſtituendis; & diſponitur,
quod, mortuo Alumno intrà vigeſimum an-
num, ſubſtituti fideicommiſſum petere poſſint,
nec ſit expectandus annus vigeſimus, quia ceſ-
ſaverat cauſa dilationis, & tradunt *Fuſar. conſ.
50. num. 9.*, *& de ſubſtitut. quæſt. 454. num. 4.
verſ. ſecundo*, *Rocc. diſput. ſelect. cap. 34. num.
7.*, & quod uſufructus relictus uxori ad de-
9 cem annos, & poſteà alteri, ſi uxor decedat
ante decennium, debeatur ſubſtituto, dixit *Bald.
in leg. ambiguitatem num. 2. Cod. de uſufruct.*,
quem laudat, & ſequitur *Surd. conſ. 44. num.
8.*, & in terminis Legati facti per virum uxo-
ri ſuæ, donec vitam vidualem ſervaverit, &
10 poſt ejuſdem uxoris obitum Titio, quod de-
beatur Titio, etiamſi uxor ſtatim ad ſecundas
convolaverit nuptias, firmant *de Ponte conſ. 20.
nu. 19. verſ. hinc legatum factum lib. 1.*, *Cancer.
var. lib. 1. cap. 1. num. 65. verſ.*, *ubi per prædicta
determinat*, *Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 5.*,
*Gloſſ. 8. part. 11. nu. 23.*, *Peregrin. de Fideicom.
art. 11. nu. 46. ſignanter in fin.*, *& conſ. 51. num.
27. lib. 5.*, *aliique plenâ manu congeſti per Rocc.
dict. cap. 34. à num. 1.*, *& ſeqq.*

Dictio verò = *in tal caſo* = per ſe ſpectata non
11 ſtat taxativè, ſed potiùs demonſtrativè, maxi-
mè, quando eidem conjunctæ non reperiuntur di-
ctiones = *dumtaxat*, = *tantum*, = & hujuſmodi, latè
*Menoch. conſ. 432. nu. 33.*, *& ſeqq. tom. 5.*, *Gra-
tian. diſcept. forenſ. cap. 487. à num. 17. uſque in
fin. Caſſador. deciſ. 1. nu. 6. de Teſtam.*, & in ter-
minis *Rot. dict. deciſ. 354. nu. 100. part. 11. rec.*,
& prætereà nihil operatur, ſi, ut in hypotheſi,
conſtet de contraria mente Contrahentium, ut
proſequitur *Rot. dict. deciſ. 354. nu. 101.*, *& ſeq.*, 12
*aliique ſuperiùs adducti*.

Parvique refert, Franciſcum, nondum peracto
termino annorum 15., ſecundum contraxiſſe
Matrimonium cum D. Comitiſſa Bittini, illud
enim impedire nequivit reſolutionem donatio- 13
nis nominatim factæ contemplatione dumtaxat
primi Matrimonii inter ipſum Franciſcum, &
Mariam contrahendi, ad notata in ſpecie per *Soc-
cin. Jun. conſ. 53. num. 2.*, *& Peregrin. de Fidei-
com. art. 51. ſub nu. 21.*, *quos laudat*, *& ſequitur
Rot. dict. deciſ. 354. nu. 112. part. 11. rec.*

Donationem verò, de qua agitur, factam fuiſſe
intuitu dumtaxat dicti primi Matrimonii, non
autem aliorum, in dubium revocari nequit, 14
quia Donantes ſemel, atque iterum profeſſi
fuerunt ſe donare = *à contemplazione del detto ſo-
lo Matrimonio, e non d'altri Matrimonii, del che
&c., di modo che &c.*, & paulò inferiùs = *dichia-
randoſi però, che ciò intendono fare, perchè det-
to Signor Franceſco poſſa, ſe vuole, come s'è detto
di ſopra, laſciare Eredi li ſuoi figli maſchi da na-
ſcere dal detto Matrimonio ſolamente* =, ſi enim
donatio facta intelligeretur etiam prò ſecundo
Matrimonio, hoc eſſet contra apertam Donan-
tium mentem, unicè etiam in contractibus in- 15
tuendam, *Gloſſ. in leg. Blanditus in fin. Cod. de
fidejuſſ.*, *Rovit. conſ. 94. num. 20.*, *& 21.*, quæ
prætereà magis, magiſque comprobantur tum ex
dictione illa taxativa = *ſolamente* = excludente
quodcumque aliud Matrimonium, per ea, quæ 16
in ſpecie adnotant *Soccin. Jun. dict. conſ. 53. à
num. 3.*, *& ſeqq.*, *Cutell. de donat. ſpecial. 36.
num. 20.*, *aliique relati per Rovit. dict. conſ. 94. à
num. 3.*, *& 23.*, *ibique Altimar. num. 4.*, tum
etiam ex verbis illis = *del detto Matrimonio* = ſæ-
piùs repetitis, ex quibus colligitur deliberata
Contrahentium intentio donandi intuitu, & con- 17
templatione dumtaxat Matrimonii ſuperius no-
minatim expreſſi, atque inter Annam, & Fran-
ciſcum contrahendi, ut appoſitè animadvertit
*Rovit. dict. conſ. 94. num. 24.*, *Rota coram Cerro
deciſ. 435. num. 10. & 11.*, conſonatque obſer-
vantia deſumpta ex quo, iidem fratres paulò
poſt contractum ſecundum Matrimonium, &
antequam laberetur terminus annorum 15., Bo-
na omnia donata inter ſe diviſerunt, ut unuſ-
quiſque ſeorſim, & per ſe partem ſuam poſſide-
ret, deque ea diſponere poſſet, quod utique fa-
ctum fuiſſe, patet cum ſuppoſito, quod reſolu- 18
ta jam eſſet donatio facta Joanni Baptiſtæ, ad
*Rotam in Romana Primogenitura de Aldobran-
dinis 20. Junii 1687. §. Concurrit pariter coram
bon. mem. Urſino*.

Verùm, tametſi donatio facta dicenda eſſet
prò

prò ſecundo etiam Matrimonio, ac expectan-
dus fuiſſet lapſus dicti termini annorum 15., ni-
hilominùs, quia nulli ex eo ſuſcepti fuerunt fi-
lii, & ab anno 1689., quo ſtipulata fuit dona-
tio, effluxerunt anni 15., utique extitiſſe vide-
rentur conditiones reſolvendæ donationis factæ
19 favore Franciſci, & conſequenter purificata do-
natio ad favorem Petri, ex Juribus ſuperiùs ad-
ductis iu *§. Super qua quæſtione*, quatenus ta-
men per ſubſecutam diviſionem hæc quoque re-
ſoluta, atque revocata dici minimè poſſet.

Reliquum ergo eſt, ut inquiramus, an per
ſuperius recenſitam diviſionem fuerit illi renun-
ciatum, in qua quidem quæſtione dicendum vi-
debatur, hujuſmodi diviſionem fieri potuiſſe à
Canonico Viucentio, & Petro ad alium effe-
20 ctum, nimirum ad evitandam ulteriorem com-
munionem cum Franciſco communi fratre, at-
que idcircò ad hanc potiùs cauſam, quàm ad re-
miſſionem præcedentis donationis eamdem re-
ferendam eſſe, juxtà in ſpecie animadverſa per
*Rotam coram Cerro decif.394. nu. 20., & decif.
456. num. 8., & decif. 10. num. 3., & 4. penes
Torr. de pact.*

Et ſane, cum iidem Canonicus Vincentius
donans, & Petrus donatarius etiam poſt dictum
diviſionem, & uſque ad obitum Canonici Vin-
centii communiter, & prò indiviſo eorum Bo-
21 na poſſederint juſtà ratione affirmari dicebatur,
eamdem diviſionem factam fuiſſe ad deſignan-
dam dumtaxat portionem Franciſci, & diſſol-
vendam cum illo communionem, *Rota coram
Cerro dict. decif.394. dict. nu.20., & decif. 436.
num.9.*, vel ſaltem actum eſſe æquivocum, pro-
indeque minùs aptum ad inducendam prædictæ
22 donationis reſciſſionem prò qua requiritur actus
certus, qui aliud importare nequeat, *Rot. dict.
decif.10. num.5. penes Torr. de pact., & coram
Cerr. dict. decif.436. num.11., & 12.*

Accedit his, quod agebatur de donatione non-
dum purificatâ, ſed futurâ, certâque ſub con-
23 ditione purificanda ad favorem Petri, nimirum
quatenus ipſe uxorem duceret cum conſenſu
fratrum ſuorum, ac propterea eò minùs eidem
donationi renunciatum cenſeri deberet per ſu-
pradictam diviſionem, ut in proximis terminis fi-
deicommiſſi conditionalis, & purificandi in ali-
24 quem futurum eventum, de veriori, & magis
communi ſententia teſtantur *Bartol. ad leg. qui
Romæ §. Duo fratres ff. de verbor. obligat., & ibi
Caſtrenſ. num.3., & 4., Alexand. num.33., Ja-
ſon. num.31., Peregrin. de Fideicomm. art. 52.
num. 10., & ſeq., Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 593.
num.5., Rota in rec. decif. 272. num.5. part.10.,
decif.308. num.10. part.11., decif.601. num.17.,
& decif.607. nu.3., & 4. part.19. tom.2.*, Cer-
tius autem quia in eadem diviſione nulla legitur
25 facta mentio dictæ donationis, quamvis de illa
dividentes certam ſcientiam habuerint, ad *Rot.
dict. decif.607. num.5. part.19. tom.2.*

Hinc non officit, quod dividentes diviſionem
facere profeſſi fuerint, ut unuſquiſque haberet
36 partem ſuam, de eaque diſponere poſſet ad ejus
arbitrium tàm quoad proprietatem, quàm quo-
ad uſumfructum uti verus, & abſolutus domi-
nus, quippè, cum Petrus tunc temporis uxorem
non haberet, prædicta omnia intelligenda vide-
bantur, rebus in eodem ſtatu, quo erant, perma- 27
nentibus, ut appoſitè conſiderant *Tiraquell. in
repetit. leg. ſi umquam in præfat. col.66. num.130.
& 166., & ſeqq. Cod. de revocan. donat., Oſaſch.
decif.91. num.2., Ruin. conſ. 137., & 138. vol.
2., & conſ. 99. lib. 4., Cancer. variar. reſolut.
part.3. cap.15. à num. 278., & ſeqq., Peregrin.
conſ.93. num.14. lib.1.*, vel referenda ad caſum
expreſſum in donatione, nimirum, quod Pe- 28
trus Uxorem duxiſſet, nullis tamen ex ea relictis
filiis, itaut hoc pariter caſu unuſquiſque rei do-
natæ abſolutus dominus remaneret.

Non abſimili ratione reſpondetur promiſſioni
habendi diviſionem ratam, gratam, & firmam, 29
ac ſemper, & perpetuò obſervandam, & contrà
non faciendi, aliàs ad damna, & intereſſe quia
hæc etiam intelligitur, rebus ſic ſtantibus, opti-
mè *Peregrin. loc. citat., Surd. conſ.418. num.21.,
& 22.* nec comprehendit caſum donationis futu-
ræ, & purificandæ, de qua nulla fuerat facta 30
mentio, *Surd. dict. conſ.418. loc. citat., Rot. de-
cif.272. num.17. part.10., & decif.308. num.13.
part.11. rec.*

Minùs urget conventio ex communi aſſe reſti-
tuendi dotem Annæ Mariæ ſecundæ Conjugis
Franciſci, quia, cùm illa fieri potuerit intuitu
communionis, in qua fratres uſque tunc extite- 31
runt, & participationis etiam dictæ dotis, idcir-
cò, tamquam actus ſaltem æquivocus, referri ne-
quit ad reſciſſionem præcedentis donationis, *ad
Rot. dict. decif.272. num 7. part.10., & dict. de-
cif.308. num.16. part.11. rec.*

Nullius pariter eſt ponderis quietantia genera-
lis de adminiſtratis cum donatione quantitatis 32
forſan excedentis partem alicui obventam, eam
confirmando pactis, etiam per viam tranſactio-
nis adpoſitis, nam illa reſtricta, & limitata le-
gitur ad ea, quæ contingere potuerant poſt mor-
tem Patris, proindeque intelligi non poteſt reſ-
pectu donationis factæ antè ejuſdem Patris obi-
tum, ut optimè animadvertit *Surd. dict. conſ.
418. ſub dict. num.21.*

Prout etiam non turbant clauſulæ generales 33
adpoſitæ in ſubſecuto Inſtrumento diviſionis 28.
Julii 1700.; Præterquamquod enim illæ adje-
ctæ reperiuntur in executivis dicti Inſtrumenti,
ac propterea, tamquam adhibitæ potiùs ex ſtylo,
& conſuetudine Notarii, quàm ex mente Con- 34
trahentium, operari nequeunt remiſſionem dona-
tionis, *Rot. dict. decif.601. num.21. & 35., & dict.
decif.607. nu.16., ubi concordan. part.19. tom.2.*;
ſingillatim de illis agendo, quod attinet ad pro-
miſſionem evictionis, hæc intelligenda eſt, qua-
tenus ſcilicet ſequeretur ex facto tertii, aut pro- 35
prio, non autem in eum caſum, quo Petrus Uxo-
rem duceret, ex eaque haberet filios maſculos,
cùm iſta evenire non dicatur ex facto proprio,
ſed ex natura rei, ut optimè obſervat *Rot. dict.* 36
*decif.272. num.6. part.10., dict. decif.308. nu.12.*

*part.11. dict. deciſ.601. num.27., & 28., & dict.*
*deciſ.607. num.17., & 18. part.19. rec. tom. 2.* ;
clauſulæ verò = *ad habendum &c.* = *conſtituen-*
37 *tes &c.* =, & hujuſmodi, utpote acceſſoriæ di-
ctæ diviſionis, operari nequeunt pluſquam ope-
retur ipſa diviſio, ut proſequitur *Rota dict. de-*
*ciſ.601. num.34., & dict. deciſ.607. nu.14. cum*
*ibi allegatis part.19. rec. tom.2.*

Et denique non obſtat, quod in ſequenti di-
viſione domorum ſecuta 20. Martii 1702., do-
mus paterna valoris ſcutorum 700., quæ com-
38 prehendebatur ſub præcedenti donatione, dicatur
libera, & tamquam talis, tertia pars ejuſdem à
Franciſco vendita fuerit aliis fratribus cum pro-
miſſione evictionis, quia fratres dividentes, juxtâ
facultatem liberè diſponendi de ſcutis mille prò
quolibet ſibi reſervatam in donatione, habere
dicebantur Bona libera, & ſeparata à dicta dona-
tione uſque ad ſummam ſc.3000.; in quibus cum
prædicta omnia verificari poſſint, non ſunt refe-
renda ad ejuſdem donationis remiſſionem, ut ad-
notat *Rota cor. Buratto deciſ.89. nu.16., & dict.*
*deciſ.272. num.7. part. 10. rec.*, potiſſimùm ve-
rò animadvertendo, quod in eodem inſtrumen-
to Franciſcus, recepto pretio ſcutorum 165.,
ceſſit Canonico Vincentio, & Petro, ejuſque
Deſcendentibus in infinitum tertiam partem do-
39 mus ſibi obtingentem obnoxiæ fideicommiſſo
Marchetti, expreſsè eidem renunciando prò ſe,
ſuiſque Deſcendentibus, undè, cum dividentes,
hujuſmodi renunciationem non feciſſent reſpectu
aliarum domorum comprehenſarum in donatio-
ne, rectè exindè arguitur, non intellexiſſe il-
lam remittere, ad *Rot. dict. deciſ. 272. num. 13.*
*part.10. rec.*

Quamquam verò ex his omnibus abundè com-
probatum videri poſſet, donationem, de qua eſt
quæſtiò, minimè remiſſam fuiſſe per ſubſecu-
tam Bonorum diviſionem factam inter fratres,
contrâ tamen prò illius remiſſione ſummoperè
urgere cenſerem factum ejuſdem diviſionis dire-
ctè contrarium ipſimet donationi, in hac enim
40 expreſsè cautum fuerat, quod, ſi Franciſcus *non*
*aveſſe figli maſchi* (ſunt verba præciſa donatio-
nis, hic etiam non inutiliter repetenda) *in ter-*
*mine d' anni quindici, ma due ſole figlie femine, in*
*tal caſo, e, finito detto tempo, ambedue le por-*
*zioni donate ricadano, e ritornino al Signor Pie-*
*tro; ſe però vorrà prender moglie con conſenſo*
*de' ſuoi fratelli, conforme fà ora il Signor Fran-*
*ceſco, e ciò per mantenere la caſa, mediante i fi-*
*gli maſchi, ma in caſo non aveſſe figli maſchi il*
*Signor Franceſco, nel tempo ſudetto dalla Signo-*
*ra Maria, e nè meno gli aveſſe il Signor Pietro,*
*allora, & in tal caſo ogn' un di loro due reſti pa-*
*drone di tutta la proprio porzione donata, & an-*
*che ciaſcheduno di loro della porzione del Signor*
*Canonico Vincenzo loro fratello per rata &c.* =
Diviſio autem nedum facta fuit antequam Pe-
trus uxorem duceret, ſed præterea Bona dona-
ta, in tres partes diſpertita remanſerunt, & unuſ-
quiſque ex fratribus dividentibus ſeorſim, & per
ſe poſſideret partem ſuam, deque ea libere diſpo-
nere poſſet tàm quoad uſumfructum, quàm
quoad proprietatem tamquam liber dominus,
& poſſeſſor, quæ ſanè omnia cùm nullo modo
conciliari poſſint cum ſuperiùs recenſita dona-
tione, ideo illi per hujuſmodi diviſionem cen-
ſetur renunciatum, ad tradita per *DD. in dict.*
*leg. Qui Romæ dict. §.Duo fratres ff.de verb. obli-*
*gat.*, *Aymon Cravet. conſ.24. num. 2. verſ. taci-*
*tè enim, & num.3., Cancer. var. reſol. dict. cap.*
*15. à num. 268. uſque ad 292.*, *Rota coram Bu-*
*ratt. deciſ.89. num.12.*

Indeque etiam corruere videntur ſuperiùs
animadverſa, nimirum quod diviſio facta di-
cenda ſit ad diſſolvendam communionem cum 41
Franciſco, quodque promiſſio illam habendi
perpetuò ratam, & ratam &c., nec non libera
facultas tributa unicuique ex dividentibus alie-
nandi partem ſuam, intelligenda veniant, ante-
quam purificaretur donatio ad favorem Petri, & 42
ſic, rebus in eodem ſtatu, quo tunc temporis
erant, permanentibus, vel ſaltem referri poſ-
ſent ad caſum, quo Petrus Uxorem duceret, ex
eaque filios, non haberet, ex Juribus ſuperiùs
adductis; Pactum enim reverſivum ad favorem
Petri conventum fuerat ſub duplici conditione,
quarum prima erat, ſi Franciſcus ex Matrimo-
nio ab illo contrahendo cum Maria Albini filios
maſculos non haberet, altera autem, ſi Petrus
deindè Matrimonio ſe copulare voluiſſet cum
conſenſu fratrum ſuorum, ſi verò nec Franciſ- 43
cus, nec Petrus filios ſuſcepiſſent, iſto caſu quiſ-
que eorum remanere debebat liber, & abſolutus
dominus nedum propriæ portionis, verum etiam
alterius portionis donatæ à Canonico Vincentio
fratre ſuo prò rata. Cùm itaque vigore ſæpèdi-
ctæ diviſionis Bona donata redierint ad fratres
donatarios, antequam impleretur dicta ſecunda
conditio, prætereaque Canonico Vincentio li-
berè aſſignata fuerit tertia pars Bonorum dona-
torum, quando tamen illi nullo modo debeba-
tur, ſed in totum quærenda erat Franciſco aut
Petro, vel in omnem eventum inter illos æquali- 44
ter dividenda, juxtà legem dictæ donationis, uti-
que iidem fratres illam remiſiſſe videntur, & juri
ſuo renunciaſſe, ut benè conſiderat *Cravet.d.conſ.*
*24. loc.cit.*, & conſonant deducta per *Rot. deciſ.*
*135. nu.8., & 9. part.14., & deciſ. 128. num. 4.*
*part. 16. recent.*

## *Piſana.*

Subſtitutio fœminarum facta in caſu obitus *filio-*
*rum, & heredum* ſinè filiis, an per obitum
ultimi ex heredibus inſtitutis cum filiis, juxtà
*Conſilium Oldradi* 21. expiraverit nec ne,
ex quibus valeat expendi? *Heredum* nomine
an, & quando non primi dumtaxat gradus he-
redes, ſed etiam ulteriores veniant Deſcen-
dentes? Et quando idem nomen *ſubſtantivè*,
non *adjectivè* adpoſitum dicatur?

VO-

## VOTUM XXXII.

1 Subſtitutio fœminarum facta in caſu obitus filiorum, & heredum ſinè filiis, an per obitum ultimi ex heredibus inſtitutis cum filiis, juxta Conſil. Oldradi 21. expiraſſe dicenda ſit? & num. 2. & ſeqq.

2 Heredum nomine an primi dumtaxat gradus heredes, vel etiam ulteriores veniant Deſcendentes?

3 Eodem nomine hi comprehenduntur, ſi præcedens adſit Deſcendentium omnium vocatio, secùs, ſi deficiat.

Haucque diſtinctionem amplexi ſunt Doctores, & Sacra Rota, ibid.

4 Illarum autem opinio fundatur non in ſimultanea heredum, eorumque Deſcendentium, ſed in præcedenti iſtorum vocatione.

5 Deſcendentes omnes comprehenſi in ſuperiori parte diſpoſitiva, contineri quoque in conditionali parte cenſentur.

6 Teſtator ex vocatione filiorum, & heredum, cenſetur non filios dumtaxat, ſed etiam ulteriores gravaſſe Deſcendentes.

7 Heredum nomine propriè non veniant ſubſtituti, ſed vid. num. 10.

Præſertim, ubi in ſubſtitutione adſint verba = detti = ſuoi = & num. 8. & 9., & quando ſecùs? num. 12. 13. & 14.

8 Verba = detti = ſuoi = adjecta nomini heredum, ſubſtitutionem non ampliant ultra heredes in teſtamento expreſſos.

10 Heredum nomen æquè primis inſtitutis congruit, ac ulterioribus ſubſtitutis.

11 Subſtituti dicuntur veri, & proprii heredes.

Et ſubſtitutio, nonniſi ſecunda inſtitutio eſt, ibid.

12 Verba = detti ſuoi = ſunt generica, æquè complectentia nominatos nomine proprio, ac nominatos nomine collectivo.

13 Illaque referenda ſunt, etiam ad Subſtitutos comprehenſos ſub præcedenti collectiva omnium Deſcendentium vocatione.

14 Contrariæ auctoritates declarantur.

15 Verbum = Eredi = quando adjectivè, non ſubſtantivè adpoſitum cenſendum ſit?

16 Adjectivè ſtare cenſetur, ſi poſitum poſt ſubſtantivum ſinè intermediâ dictione = Et =.

17 Subſtantive, quando illa intermediat.

18 Deſcendentium omnium comprehenſio ſub nomine filiorum, & heredum, optimè conijcitur ex prohibitione alienationis.

Atque ex facta, in defectu omnium Deſcendentium, Loci Pii ſubſtitutione, num. 20.

19 Alienationis prohibitio perpetui, & ſucceſſivi fideicommiſſi argumentum præbet.

21 Stante præſertim Loci Pii ſubſtitutione in defectum omnium Deſcendentium.

22 Ex ſubſtitutione Loci Pii ordinata in defectum omnium Deſcendentium, gravati hi cenſentur onere reſtitutionis ad illius favorem.

23 Et maximè ad favorem fœminarum, earumque Deſcendentium prius vocatorum.

DOMINUS Eques Antonius Verdeſca poſtquam in ultimo, cum quo deceſſit, teſtamento, heredes ſibi ſcripſerat Antonium Joannem, & Bernardinum filios ſuos æquis portionibus, ità diſpoſuit = E caſo, che uno di loro moriſſe ſenza figli nati di legitimo Matrimonio, e del ſuo corpo, ſoſtituiſce in tutti, e ſingoli ſuoi Beni, ſenza diminuzione alcuna il ſopravivente, ovvero li figli maſchi di quello, non ſopravviveſſe, e loro Deſcendenti maſchi in infinito, e ſimilmente, ſe ciaſcuno de Deſcendenti maſchi di detti ſuoi figli in infinito moriſſe ſenza figli maſchi, ſuccedano gl'altri Deſcendenti maſchi più proſſimi. Dichiarando; che i figli maſchi ſuccedano in luogo de loro Padri, e ſuccedano in ſtirpes, & non in capita, e tanto ai dd. ſuoi figli, quanto à ciaſcuno di eſſi, & ad altri Deſcendenti in infinito ſuccedano li maſchi più proſſimi nel modo, e forma, come di ſopra, per ragione di ſoſtituzione volgare, pupillare, e fideicommiſſaria, & in ogn'altro miglior modo &c., talmente che ſempre in ogni età ſia luogo alla ſoſtituzione, come di ſopra, e ſuccedano li Maſchi in infinito univerſalmente, & intieramente ſenza diminuzione alcuna, perchè così vuole, & è ſua intenzione, che tutti li ſuoi Beni per li tempi dà venire, & in perpetuo ſi conſervino nella ſua caſa, & agnazione, & in quella rimanghino, quale agnazione intende conſervare colla perpetua ſoſtituzione fatta di eſſi Maſchi, come di ſopra. Volendo, e comandando, che le femine ſiano dotate ſecondo la qualità, e poſſibilità della caſa. E caſo, che detti ſuoi figli, & eredi non aveſſero figli maſchi, vuole, e comanda, che ſuccedano le figlie femine legitime, e naturali nel modo, e forma, e con ragione di ſoſtituzione, come di ſopra, proibendo à ſuoi figli maſchi, nipoti, e pronepoti, & altri Deſcendenti in infinito ogni ſorte d'alienazione dei ſuoi Beni, permutazione, pignorazione per via di contratto, ò in qualſivoglia altro modo, proibendo anco ai ſuoi eredi, & à ciaſcheduno di loro, e ſoſtituiti in infinito qualſivoglia detrazione di legitima, trebellianica, e falcidia, ad effetto, come di ſopra, e per le cauſe ſudette. E caſo, che moriſſero tutti li Deſcendenti tanto maſchi, quanto femine di eſſi ſuoi figli, e Deſcendenti da eſſi, in tal caſo ſoſtituiſce li RR. Padri di S. Domenico &c. =

Mortuo Equite Antonio Teſtatore, primò diem ſuum obiit Bernardinus ſinè filiis, deinde Antonius Joannes, ſuperſtitibus Catherinâ filiâ nuptâ N. N. Coletta, ac quatuor filiis maſculis, quibus paulò poſt defunctis, nullis relictis Liberis, eorum ultimus, nempè R.P.D. Paulus ſibi ſcripſit heredem D. Joſephum Caſſiodorum, adverſus quem petente D. Alexandro Coletta filio ſupradictæ Catherinæ immiſſionem ad Bona Equitis Antonii Teſtatoris jure fideicommiſſi ab eodem in ſuperius recenſito teſtamento ordinati, quæritur prò veritate, = An ſubſtitutio fœminarum facta in eodem teſtamento in eum caſum = 1
che detti ſuoi figli, & eredi non aveſſero figli maſchi, = expiraverit per obitum Antonii Joannis unius ex heredibus primo inſtitutis cum filiis, juxtà notum Oldradi Conſilium 21.

Reſo-

Reſolutio hujus difficultatis pendet ab exami-
ne, an verbum illud=*Eredi*=paſſive referatur ne-
dum ad filios primi gradus immediatè heredes
inſtitutos, verum etiam ad eorum Deſcenden-
tes, in qua quæſtione recepta eſt diſtinctio, ni-
mirum: aut nulla antecedit vocatio Deſcenden-
tium, vel illa per ſolam vulgarem facta eſt, &
tunc, cum unicus adſit heredum gradus, nem-
pè primus, ceteri Deſcendentes comprehendi
3 nequeunt ſub illis verbis =*figli*, *&* *eredi*=. Aut
verò præcedit poſitiva vocatio omnium Deſcen-
dentium per ſucceſſivum, & univerſale fidei-
commiſſum, & iſto caſu, cum omnes Deſcen-
dentes ſucceſſivè deſignati ſint heredes, quem-
admodum illis benè adaptantur ſubſequentia ver-
ba ſubſtitutionis conditionalis = *&* *in caſo*, *che
detti ſuoi figli*, *&* *eredi*, = ità etiam ipſi conti-
nentur eâdem ſubſtitutione conditionali, quate-
nùs eorum ultimus decedat ſinè filiis, ità benè
diſtinguendo tradunt *Decian. reſponſ.* 84. *per
tot.*, *&* *ſignantèr à num.*2. *verſ. contrariam ta-
men ſententiam*, *uſque ad num.*17. *lib.*3., *Cephal.
conſ.*416. *num.*11., *&* *ſeqq.*, *ac ſub num.*35. *verſ.
non obſtat*, *Cravett. conſ.*878. *per tot.*, *&* *præci-
puè num.*6. *cum ſeqq.*, *Pariſ. conſ.*7. *num.*27. *cum
plurib. ſeqq. lib.*3., *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.*480.
*ſub num.*68. *in med.*, *benè Peregrin. de fideicom.
art.*29. *num.*41., *Cenſal. ad eumdem verſ. limita-
tur primo*.

Eamdemque diſtinctionem, ſequendo *Decian.*,
*Peregrin.*, alioſque ſuperiùs citatos, *ample-
xa eſt Rota deciſ.*216. *à num.*1. *ad* 7.; *&* *per
tot.*, *ac deciſ.*269. *num.*3. *&* 6. *part.*5., *deciſ.*148.
*à num.*9. *ad* 13. *part.*7. *rec.*, *cor. Priol. deciſ.*334.
*num.*15., & noviſſimè poſt maturum examen,
ac explicatis omnibus iis, qui in contrarium ad-
duci poſſent, ſuffragantibus omnibus Dominis,
ſecuta eſt *in Maceraten. fideicommiſſi* 10. *Maii*
1688. *§. Quod autem*, *&* 23. *Martii* 1689. *§. Al-
tera nempe*, *&* 2. *Junii* 1690. *§. Ex facto coram
bon. mem. Benincaſa*, *confirmata coram R. P. D.
meo Muto* 23. *Januarii* 1693. *§. Pro quo ſecundo
intellectu*.

Quamobrem, cum in teſtamento, de quo
agitur, præcedat expreſſa, & literalis vocatio
omnium Deſcendentium per univerſale fidei-
commiſſum perpetuum, & ſucceſſivum, prout
patet ex ſimplici lectura ejuſdem teſtamenti ſu-
periùs expoſiti, & deindè ſubſequantur illa ver-
ba ſubſtitutionis conditionalis =*&* *in caſo che det-
ti ſuoi figli*, *&* *eredi*= dicendum eſt, verba iſta
paſſive referri de jure debere non tantùm ad fi-
lios primi gradus, ſed prætereà ad illorum De-
ſcendentes ſuo tempore ſuccedentes, ità ut per
mortem R.P.D.Pauli noviſſimè ſecutam ſinè fi-
liis, purificata remanſerit ſubſtitutionis hujus
conditio ad favorem Alexandri Coletta, ex ju-
ribus ſuperiùs adductis.

Nec turbat, ſi dicatur, *Decianum*, ceteroſ-
4 que omnes ſuperiùs adductos, qui illum ſequun-
tur, loqui, & intelligendos eſſe, quando ſimul-
taneè fuerunt inſtituti filii, & deſcendentes ex
eis; & poſteà facta legitur ſubſtitutio in caſu obi-
tus dd. filiorum, & heredum, ac propterea mi-
nimè applicari caſui noſtro, in quo deficit ſimul-
tanea Deſcendentium inſtitutio, quoniam ex le-
ctura *Deciani*, aliorumque ſupradictorum *Do-
ctorum* contrarium apparet; ipſi enim nullatenus
ſe fundant in ſimultanea, ſed quidem in eo,
quod Deſcendentes Inſtitutorum priùs vocati
fuerant per fideicommiſſum univerſale, & ſuc-
ceſſivum, & ex hac ſubſtitutione firmant, ipſos
quoque contineri nomine heredum, ut huic obje-
cto occurrendo reſpondet *Rota in d. Maceraten.
fideicommiſſi* 23. *Januarii* 1693. *§. Sed aſſumendo
coram R.P.D. meo Muto*.

Et meritò, quia non eſt veriſimile, quod Te-
ſtator poſt factam vocationem omnium Deſcen-
dentium inſtitutorum per fideicommiſſum uni-
verſale, & ſucceſſivum, voluerit retrogredi,
reſtringendo, & limitando ſequentem conditio-
nem, ſeù gravamen ad filios, immediatè here-
des inſtitutos, quando ceteroquin urget regula
in contrarium, quâ edocemur, omnes Deſcen-
dentes comprehenſos in ſuperiori parte diſpoſiti- 5
va, contineri quoque in parte conditionali, ut,
omiſſis generalibus, in ſpecie animadvertit *Rot.
d. deciſ.*269. *ſub num.*4. *part.*5. *rec.*, *&* *in d. Ma-
ceraten. fideicommiſſi* 23. *Martii* 1689. *§. Altera
ratio cor. bo. me. Benincaſa*, *&* 23. *Januarii* 1693.
*§. Prædictis cor. R.P.D. meo Muto*; Prætereaque
nulla ſubeſt ratio, quare Teſtator in dubio volue-
rit potiùs gravare filios, quàm deſcendentes ex 6
eis, cum potius contrarium dicendum ſit, quan-
do filii non ſunt gravati in ſpecie, ſed cum adjun-
cto, in quo poſſint comprehendi iidem Deſcen-
dentes, ad notata per *Rotam coram Gregor. de-
ciſ.*315. *num.*14., *&* *proſequitur in d. Maceraten.
fideicommiſſi* 23. *Martii* 1689. *loco mox citato*.

Nilque refert reſponſio, quod nomine *here-
dum* propriè non veniant ſubſtituti, potiſſimùm 7
verò in Cauſa, de qua agitur, attentis verbis
illis reſtrictivis = *detti* = *ſuoi* = in ſubſtitutione ap-
poſitis, quæ efficiunt, ut ſub nomine heredum, 8
cui illa adjecta reperiuntur, non comprehendan-
tur alii heredes, quàm illi, qui oculis corporeis
legi poſſint in teſtamento, ad *Rot. deciſ.*7. *n.*41.,
*&* *ſeqq. part.*10. *rec.*, ubi de dictione = *detti* =, 9
& de pronomine = *ſuoi* = *Menoch. conſ.*328. *n.*14.,
*&* *ſeqq.*, *Rota coram Dunoz. Jun. deciſ.*454. *n.*3.;
Præmiſſo namque, quod de jure verbum =*eredi*=
benè, & propriè congruit nedùm primis heredi- 10
bus inſtitutis, verùm etiam omnibus aliis univer-
ſaliter per fideicommiſſum ſubſtitutis, qui ſuc-
ceſſivo tempore dicuntur veri, & proprii here-
des, cum, ſemotâ ordinis differentiâ, ſubſtitu-
tio non ſit, niſi ſecunda inſtitutio, prout fir- 11
mant Doctores omnes cumulati *in §. Reſolutio*,
qui in hac concluſione fundant ſecundam partem
memoratæ diſtinctionis, & comprobant *Text. in
l. heredis appellatio*, *&* *leg. ſciendum ff. de verb.
ſignific.*, *&* *§. reſtituta inſtit. de fideic. hered.*,
*plenè Argel. de acquir. poſſeſſ. quæſt.*7. *num.*62.
*cum ſeqq.*, *Thomat. deciſ.*198. *num.*3., *Rota
coram Arguell. deciſ.*54. *num.*52., *&* *coram
Coccin. deciſ.*2141. *num.*22., *&* *in Aſten.
Jurispatronatus* 19. *Aprilis* 1697. *§. Et rurſus
coram R. P. D. meo de la Tremoille*; ſequitur,
quod

12 quod non officiant verba illa = *detti* = *ſuoi* =,
quippè, cum ſint generica, æquè complectentia nominatos nomine proprio, ac nominatos
nomine appellativo, ſeù collectivo, ſicuti negari nequit, quin prius Deſcendentes omnes
fuerint vocati, & ſubſtituti heredes, ſic pariformiter dicendum eſt, ad illos quoque referri
13 prædicta verba = *detti* = *ſuoi* =, ut benè notat
*Rot. deciſ.169. num.13., & 14. part.5., & deciſ.272. num.10., & 11. part.6. rec., & meliùs
in dicta Maceraten. Fideicommiſſi* 10. *Martii*
1688. *§. Minùs deſumi*, ubi de verbo relativo = *ſupranominati* =, confirmata 23. Martii 1689. *§.
Tandem, & ſeq. coram Benincaſa*, & de verbo magis ſtricto = *ſupra iſtituiti* = firmant *Decian.*
cum aliis ſupra allegatis in *dicto §. Reſolutio.*

Auctoritates verò in objecto allegatæ loquun-
14 tur, & intelligendæ veniunt, ubi nulla, vel per vulgarem tantum præceſſit Deſcendentium vocatio, ut optimè illas declarando docet *Rot.
dict. deciſ.272. num.10., & 11. part.6., & in dicta Maceraten. Fideicommiſſi 23. Januarii* 1693.
*§. Nec contrarium cor. R.P.D. meo Muto.*

Minus urget replicatio, quod verbum = *Eredi* = adpoſitum videri poſſit adjectivè, perinde ac
15 ſi dictum fuiſſet = *ed in caſo, che detti ſuoi figli eredi* =, quamquam enim d. verbum = *Eredi* =
quandoque ſtare dicatur adjectivè, hoc tamen procedit, ubi adjectum ſit poſt aliud ſubſtanti-
16 vum ſinè dictione = *&* =, in quibus terminis procedunt Doctores omnes, qui in contrarium allegari poſſent, at verò, quando, prout in hypotheſi, adjectum reperitur cum intermedia dictione = *&* =, iſto caſu cenſetur ſtare ſubſtanti-
17 vè, & augumentativè ad includendas alias novas perſonas; ut pariter benè diſtinguendo probant *Paris d. conſ.7. num.29. lib.3., Decian. d. reſponſ.84. num.11., & ſeqq. lib.3., Rota in ſæpè
laudata Maceraten. Fideicommiſſi 23. Martii 1689. §. Quibus iterùm cor. bon. mem. Benincaſa,
& 23. Januarii 1693. §. Nam ratio cor. R.P.D. meo Muto.*

18 Et in hanc ſententiam eò libentiùs adducor tum ex arctiſſima prohibitione alienationis deinde facta omnibus ſupra vocatis in infinitum, quæ perpetui, ac ſucceſſivi fideicommiſſi gravamen
19 inter ipſos inducit, *Caſtrenſ. conſ. 401. verſ. tamen. his vol.1., Peregrin. de Fideicomm. art. 13.
à num.80., & ſeqq., Torr. de ſucceſſ. in Primog. Ital. part.1. cap.37. num.312., & ſeqq., Rot. cor.
Arguell. deciſ. 54. num. 25., & ſeqq., & alibi paſſim.*

Tum & magis ex altera ſubſtitutione, quæ d.
20 prohibitionem ſubſequitur, ibi = *E caſo, che moriſſero tutti li Deſcendenti tanto maſchi, quanto femine di eſſi ſuoi figli, e diſcendenti da eſſi, in tal caſo ſoſtituiſce i RR. Padri di S. Domenico* =. Dum enim Teſtator, deficientibus omnibus Deſcendentibus tàm Maſculis, quàm fœminis ſuorum filiorum, & deſcendentium ex eis, ſubſtituit RR. PP. S. Dominici, manifeſtum fit,
21 omnes prædictos Deſcendentes tàm maſculos, quàm fœminas fuiſſe per fideicommiſſum vocatos, alioquin ultimæ ſubſtitutioni RR. PP. Sancti Dominici locus eſſe non poſſet, & ſic non impleretur voluntas ejuſdem Teſtatoris, ut optimè animadvertit *Rot. cor. Arguell. d. dec. 54.
num. 18., coram Cerro deciſ. 409. à num. 1., & ſeqq., & in rec. deciſ.656. num. 3., & 4. part.4.
tom.1.*; quinimmò, cum, attentâ eâdem ſubſtitu- 22
tione, Deſcendentes maſculi videantur onere reſtitutionis gravati ad favorem eorumdem PP.
S. Dominici, potiori jure iidem gravati cenſendi ſunt ad favorem fœminarum, earumque De- 23
ſcendentium, qui, utpotè priùs vocati, prædilecti quoque dicuntur à Teſtatore, ut benè proſequitur *d. deciſ.656. loco mox citato part.4. rec.,
ubi concordan.*

## *Camerinen. Fideicommiſſi.*

Diſpoſitio facta de propriis heredis Bonis, quando ſuſtineatur nec ne? Privationis pœnam incurrit heres gravamen in ſuis bonis non acceptans, vel eidem contraveniens. Heres cum beneficio Inventarii, vel cum eius jurium præſervatione, poteſt petere, ad æqualitatem redigi diſtributionem Bonorum inæqualiter à Teſtatore factam; an autem, & à quo tempore in reductione veniant fructus?

## VOTUM XXXIII.

1 *De Bonis fideicommiſſi in ejus perſona expirati, poteſt ultimus heres liberè diſponere.*
2 *Teſtator liberè poteſt diſponere de re heredis.*
3 *Etiam ſubjecta antiquiori fideicommiſſo illius favore purificando*, & num.4.
*Procedit, ſive ſciverit, ſive etiam ignoraverit rem ad ipſum pertinere*, num.6.
*Et generaliter pro ejuſmodi effectu ſat eſt ſcientia conjecturalis*, num.7.
5 *Teſtator ex facta Bonorum heredis deſcriptione in teſtamento, de eis diſpoſuiſſe dicitur.*
8 *Teſtator ſcientiam vocationis filiorum ad fideicommiſſum habuiſſe cenſetur, ſi ex ejus juribus judicium introduxit.*
9 *Et, ſi diſpoſuit de ipſius Bonis.*
10 *Teſtator, ſervatâ* Soccini *cautelâ, filios, etiam in legitima, poteſt gravare.*
11 *Teſtator, ſi potuit in legitima filios gravare, eò magis cenſetur in Bonis eorum propriis.*
12 *Gravamen ſuper propriis heredis Bonis non ſuſtinetur, cum ipſi adimit teſtandi facultatem.*
13 *Item, ſi hereditaria majus eſt emolumento.*
14 *Ob gravaminis exceſſum poteſt heres teſtamentum impugnare.*
*Et quando ſecus?* num.15., & ſeq.
15 *Heredi gravamen injunctum ſuper aliis Bonis, quàm in futurum adquirendis, non dicitur adimere teſtandi facultatem.*
16 *Hæc autem ne adempta cenſeatur, ſufficit ei relictus Bonorum uſusfructus.*
17 *Ex donatione facta omnium Bonorum, uſufructu reſervato, teſtandi facultas non dicitur adempta.*
18 *Ex gravamine excedente emolumentum, diſpo-*

*ſitio*

Digitized by Google

*ſitiò irrita in totum non redditur.*
*Sed reducitur ad menſuram commodi*, ibid.; & num. 28.

19 *Gravamen ejuſmodi ab herede acceptatum, firmum debet manere.*

20 *Nec ab ipſo, ejuſve heredibus impugnari poteſt.*

21 *Acceptatio autem implicita ſufficit, nec requiritur expreſſa.*

22 *Gravaminis etiam excedentis acceptatio faciliùs locum habet in diſpoſitione favore agnationis ordinata.*

23 *Ubi præſertim irrationabile non appareat judicium Teſtatoris.*

24 *Teſtator pœnam privationis hereditatis poteſt imponere heredi onus non acceptanti, vel contravenienti.*

26 *Gravamen in Bonis propriis heres impugnans, hereditatem non debet conſequi*, & num. 17.

28 *Ad heredem pertinent fructus percepti uſque ad diem impugnationis gravaminis.*

29 *In diſpoſitionibus tacita favore heredis ſubintelligitur conditio: quatenus tantundem conſequatur.*

30 *Favore autem Teſtatoris: quatenus ejus præceptum heres adimpleat.*

32 *Heres cum beneficio Inventarii petere poteſt, ad æqualitatem redigi diſtributionem Bonorum fideicommiſſariorum inæqualiter à Teſtatore factam.*

33 *Idem, ſi hereditatem adiverit, non ſimpliciter, ſed cum ejus jurium præſervatione.*

34 *In reductione Bonorum ad æqualitatem veniunt etiam fructus.*
*Non acceſſoriè, ſed principaliter*, ibid.
*Ideòque à die obitus debentur*, ibid.

35 *In reductione Bonorum ad æqualitatem fructus, qui petuntur, cum fructibus perceptis compenſandi ſunt.*

Hieronymus de Poſſentibus Fideicommittens:

Blaſius: — Joſeph:

Romualdus. — Franciſcus Antonius: — Cæſar.

HIERONYMUS de Poſſentibus in ultimo ſuo teſtamento condito anno 1677. poſt plures diſpoſitiones ad rem noſtram minimè pertinentes heredes univerſales ſcripſit Blaſium, ac Joſephum filios ſuos, cum onere fideicommiſſi, ac reciprocæ ſubſtitutionis ordinatæ ſuper quibuſdam Bonis ſtabilibus in teſtamento ab eodem deſcriptis, ùt eadem conſervarentur in domo, & agnatione ipſius; & ne in illorum diviſione diſcordiæ ullæ inter fratres orirentur, eadem inter illos diviſit, & ad normam hujus teſtamentariæ diſpoſitionis in paterna hereditate ſucceſſerunt præfati Blaſius, & Joſephus; cumque deinde Joſepho prædeceſſiſſet Blaſius, relicto in infantili ætate Romualdo unico filio, qui pariter paucos poſt menſes ex hac vita migravit, ſuperſtite Lucretiâ matre: inter hanc ad inteſtatam filii ſucceſſionem adſpirantem, & Joſephum contendentem, factum eſſe locum fideicommiſſariæ ſubſtitutioni à Hieronymo ipſius favore ordinatæ, inſtituit Judicium Immiſſionis in portionem ſupradicti Blaſii.

Eo adhuc pendente, anno nempè 1702. deceſſit etiam Joſephus, condito teſtamento, in quo, pluribus vinculis adjectis Bonis ſuis, aliiſque ordinatis ſubſtitutionibus, Franciſco Antonio, & Cæſari filiis ſuis uſumfructum ſuorum Bonorum reliquit, cum Eliſabetha eorum matre, quoad vitam viduilem duceret, dividendum, juxta diſtributionem ab ipſo factam, eiſdemque prohibitâ quâcumque detractione, etiam legitimæ, aut ejus ſupplementi, voluit, d. uſumfructum in hanc cauſam cedere, proindeque jure inſtitutionis, ac omni meliori modo præfatis filiis ſuis illum reliquit, & ſervando cautelam *Soccini*, filium illum, qui impugnaſſet, aut non acceptaſſet hujuſmodi ſuam diſpoſitionem, privavit non ſolùm dicto uſufructu, ſed quocumque alio commodo ſuæ hereditatis, præſertim legato dotium neptibus ex ſuis filiis naſcituris relictarum, filiumque ita diſpoſitioni ſuæ contravenientem inſtituit in ſola legitimâ, mandando inſuper, quod portio, quam contraveniens conſecutus fuiſſet, accreſceret filio non contravenienti, ac Eliſabethæ uxori ſuæ, & reſpectivè illorum matri.

Inſeruit præterea teſtamento quædam folia, in quibus deſcripſit Bona, ex quibus unuſquiſque ex filiis ſuis uſumfructum percipere debebat, cumque eoſdem hortatus eſſet ad convivendum, & unitim proſequendum negotium, quod ipſe exercebat, præcepit, quod, ſi ſeorſim vivere contingeret, Cæſar, cui ipſe jam prælegaverat, amplam domum cum copioſa ſupellectili, Franciſco Antonio tradere deberet ſcuta ducenta, ut eiſdem inſtrueret domum ab eo habitandam, cum onere tamen poſt ſuum obitum de hac quantitate reintegrandi hereditatem ſuam.

Cavit enim, quod, ſi in proſecutione judicii, ut dictum eſt, inſtructi ſuper portione Bonorum delata ad Blaſium fratrem ſuum, immiſſio favore ſuorum heredum decerneretur, prædicta Bona aſſignarentur Cæſari, prout in alio folio teſtamento pariter inſerto, quodque Franciſco Antonio traderentur quædam alia Bona ab ipſo deſcripta in altero folio, atque ceſſura loco medietatis Franciſco Antonio debitæ ſuper dd. Bonis recuperatis.

Poſt hæc omnia tandem devenit ad heredis ſui inſtitutionem, voluitque in omnibus ſuis Bonis tàm mobilibus, quàm immobilibus, juribus, & actio-

actionibus præſentibus, & futuris heredes ſuos
univerſales, ac proprietarios eſſe filios maſculos
natos, & naſcituros à dd. Franciſco Antonio,
& Cæſare filiis ſuis, pro æquali portione, in
ſtirpes quidem, & non in capita eoſdem gra-
vando perpetui fideicommiſſi onere, cum longa
ſubſtitutionum ſerie ordinatâ priùs favore Ma-
ſculorum, & deinde deſcendentium maſculo-
rum ex fœminis vocatorum, cum onere aſſu-
mendi cognomen, & arma Teſtatoris, pluribus
prætereà adjectis vinculis, aliiſque ordinatis,
quæ tum ad fideicommiſſi perpetuitatem, tum ad
illius conſervationem in omnibus ad illud voca-
tis conducere poſſe arbitrabatur.

Mortuo Joſepho Patre, illius filii, ut mihi
ſupponitur, paternam hereditatem adiverunt,
ſed poſt eam aditam, cum Franciſcus Antonius
agnoviſſet, nimium ſe læſum fuiſſe judicio Pa-
tris, qui nullam inter filios æqualitatem ſerva-
verat, eò quod Cæſari, præter domos, & uni-
verſæ ſupellectilis prælegatum, deſtinaſſet ad
uſufructuandum Bona melioris qualitatis, &
longè majoris quantitatis, & viceversâ, ipſi aſſi-
gnatis Bonis minoris quantitatis, & non ſolùm
deterioris conditionis, ſed gravatis pluribus one-
ribus, inſuper ademiſſe portionem illam fidei-
commiſſi, quod ex judicio Hieronymi Avi ſui
ob mortem Romualdi conſequi debuiſſet, idcir-
cò deliberare cupiens, an ipſi expediat paterno
acquieſcere judicio, ejuſdemque diſpoſitionem
acceptare, conſilium exquirit ſuper quatuor ſe-
quentibus Dubiis.

Primò nempè, an fideicommiſſum ordina-
tum à Hieronymo de Poſſentibus expiraverit in
ejus filiis, & quatenùs negativè?

Secundò, an Joſepho licuerit de Bonis fidei-
commiſſariis illius diſponere inæqualiter ad fa-
vorem ſuorum filiorum, impoſitâ pœnâ priva-
tionis in caſu contraventionis paternæ diſpoſi-
tioni?

Tertiò, an filii dd. filiorum Hieronymi poſſint
impugnare diſpoſitionem paternam quoad dd.
Bona fideicommiſſaria, nullâ incurſâ pœnâ pri-
vationis reſpectu aliorum Bonorum liberorum?

Quartò denique, an filius, qui habuit mino-
rem partem Bonorum fideicommiſſariorum
Hieronymi, petere poſſit reductionem ad
æqualitatem nedum quoad capitalia, verùm
etiam quoad fructus jam exactos?

Ordine itaque ſuo agendo de omnibus dictis
Dubiis, quod attinet ad primum, ſuperflua vi-
detur illius indago, nam, ſi fideicommiſſum
conditum à Hieronymo de Poſſentibus expiraſ-
ſet in ipſius filiis, Bona illi obnoxia vel delata
fuiſſent ad Romualdi Matrem vigore inteſtatæ
ſucceſſionis illi debitæ, vel libera deveniſſent ad
Joſephum activè dumtaxat vigore reciprocæ ad
illa vocatum, abſque ullo paſſivi gravaminis
onere, ideòque in dubium venire minimè poſ-
1 ſet, quin hoc caſu de iiſdem, uti de reliquis Bo-
nis ſuis, ſuoque patrimonio prò libito diſponere
potuiſſet, juxtà notas regulas, at verò, ſi dictum
fideicommiſſum non ſolum in filiis Hieronymi,
ſed etiam in eorumdem nepotibus, ac pronepotibus
durare cenſendum ſit, ut verius eſſe firmavit
*Rota in Deciſione ſuper d. Cauſa ab Eñio Caprara
edita 13. Februarii 1705.*, quæ validis innixa vi-
detur fundamentis: inquirendum ſolùm erit, an
Joſephus inæqualiter inter filios ſuos diſponere
potuerit de Bonis ſuppoſitis fideicommiſſo Hie-
ronymi, eoſdem, licèt ex propria perſona ad il-
lud vocatos, in re ſua gravando, prout quæritur
in ſecundo Dubio.

In qua quidem quæſtione in dubium venire
nequit, quia Teſtator plenâ potiatur poteſtate di- 2
ſponendi de re heredis, utpote quæ illi plenè tri-
buta legitur in *leg. unum ex familia 67. §. Si rem
ſuam ff. de legat. 2., leg. heredum 25. Cod. de fidei-
com. §. Poteſt autem inſtit. de ſingul. reb. per Fidei-
com. relict., Rocc. diſput. jur. ſelect. cap. 50. n. 5.,
cum aliis juribus relatis in Ferrarien. Fideicom-
miſſi de Turchis cor. bon. mem. Emerix deciſ. 795.
num. 1.*, & alibi paſſim, quæ quidem poteſtas por- 3
rigitur etiam ad res ſub extas antiquiori fideicom-
miſſò purificando favore heredis; ſuper illis or-
dinando novum fideicommiſſum, vel illud pro-
rogando, atque extendendo ad alias perſonas in 4
primo non vocatas, *Decian. conſ. 59. nu. 14., &
ſeqq., clar. mem. Card. de Luc. de Fideicom. diſc.
134. num. 14., Rot. deciſ. 434. num. 2. part. 3. to.
1. rec., cor. Coccin. deciſ. 1507. num. 2., in Bono-
nien., ſeù Imolen. Bonorum ſuper bono jure 12.
Junii 1693., confirmata 11. Januarii 1694. cor.
bon. mem. Urſino, in Romana, ſeù Verulana Fidei-
commiſſi 21. Junii 1697., & 21. Februarii 1698.
coram Eñio Caprara, confirmata 12. Januar. 1699.
cor. bon. mem. Pio, cum aliis cumulatis in una Iler-
den. Hereditatis de Gomar. 15. Junii 1703. §. Hæc
quoad primam partem cum ſeq. cor. R. P. D. Anſal-
do*; adeòut hoc caſu quæſtio ſolùm ſit non de pote-
ſtate, ſed de voluntate Teſtatoris, quæ in noſtro
caſu evidens, & aperta redditur ex eo, quod ille
nominatim de dd. rebus provenientibus ex por- 5
tione à Hieronymo Patre ſuo relicta Blaſio di-
ſpoſuit, illas ſingillatim deſcribendo in foliis te-
ſtamento ſuo inſertis, ut tradit *Rota in Reatina
Fideicommiſſi 24. Novembris 1694. §. penult. cor.
Eñio Caprara, & in d. Romana ſeù. Verulana*

Nec obficit, quod Joſephus, licèt expreſsè de
dd. Bonis diſpoſuerit, nihilominùs, cum nondum
prodiiſſet *Rotale* Judicium, ignorare, potuerit
ad illa eſſe ex propria perſona vocatos filios ſuos,
de iiſdem fortè non diſpoſiturus, ſi ſciviſſet, ſub-
jecta eſſe fideicommiſſo independenter ab ipſius
voluntate favore filiorum purificando, nam,
omiſſo, quod Teſtator de re heredis diſponere 6
poteſt, ſive ſciverit, ſive ignoraverit, illam ju-
re proprio ad heredem pertinere, *Rota in Roma-
na, ſeù Verulana Fideicommiſſi 10. Maii 1690.
§. Nam omiſſo cor. Eñio Caprara*, & in omnem
caſum ſufficere ſcientiam conjecturalem, ut pro- 7
ſequitur *Rota mox citata deciſ. §. Addebatur præ-
tereà*, profectò in noſtra hypotheſi non conje-
cturalis, ſed expreſſa ſcientia hujus fideicommiſ-
ſi in Teſtatore concurrere demonſtratur ex eo,
quod idem in caſu, quo vigore paterni teſtamen-

ti, poſt ſuum obitum recuperarentur Bona dicto
8 fideicommiſſo obnoxia, expreſsè illa ſubjecit no-
vo fideicommiſſo, & ſubſtitutionibus ab ipſo or-
dinatis, quâ diſpoſitione inſpectâ, ſatis erat,
quod Teſtator, qui dictum judicium moverat
vigore paterni fideicommiſſi, ad quod filii, &
nepotes vocari leguntur, ſaltem cogitare potue-
rit de jure ſuorum filiorum, ex propria perſona
ad dd. Bona vocatorum, quando adeò certa erat
9 ipſius voluntas illos gravandi in rebus propriis,
ut etiam legitimam eiſdem debitam jure naturæ
comprehendere voluerit ſub vinculis fideicom-
miſſi à ſe ordinati; ſi enim illi ſupponere potuit
d. legitimam, quando ab eodem ſervata fuit ce-
10 lebris cautela Soccini, ut tradit *Rot. in Illerden.
Hereditatis de Gomar. 4. Junii 1703. §. Et alte-
rum cor. R. P. D. Anſaldo*, quanto potiori jure
filios ſuos gravare potuit in rebus provenientibus
ex fideicommiſſo Hieronymi, de quibus non du-
11 bitatur Teſtatorem expreſsè diſpoſuiſſe, certam-
que habuiſſe ſcientiam tum teſtamenti, tum ju-
dicii illius vigore inſtructi pro Bonorum illi ſub-
jectorum recuperatione, ad tradita per *Rot. in
d. Illerden. Hereditatis de Gomar. §. Contra hæc
cum ſeqq.*

Quamquam verò voluntas Teſtatoris certa
eſſe videatur in caſu noſtro, longè verò certior
ſit poteſtas eidem à jure elargita diſponendi de
re heredis, nihilominùs, ut benè notat *clar.mem.
Card. de Luc. de Fideicomm. diſc.134. num. 16.*;
12 hæc adeò effrenata non eſt, ut nullâ certâ lege
circumſcribatur, ideòque, ſi gravamen adeo ge-
nerale, atque univerſale ſit, ut gravato adimat
teſtandi libertatem, nullum, & irritum reddi-
tur, prout etiam eadem à Jure temperata repe-
ritur juſtâ illâ æquitatis regulâ, quæ præcipit, ut
gravamen à Teſtatore injunctum heredi in Bo-
nis propriis, alioque jure, quàm Teſtatoris ju-
dicio illi debitis ſuſtineatur, quatenùs idem
13 non excedat emolumentum, quod, computatis
etiam acceſſionibus, & fructibus medio tempore
perceptis, ipſe conſequitur ex Bonis Teſtatoris;
ita enim conſtitutum reperitur in *leg. Imperator
70. §. Si centum, & §. Cum quidem, leg. cum
Pater 77. §. Titio fratri ff. de legat.2., leg. quod
Bonis 15. §. Quod Avus ff. ad leg. falcid. §. Poteſt
autem inſtit. de ſingul. reb. Teſtamen. relict. leg.
filiusfamilias 114. §. Apud. Marcellum, ibique
gloſſ. verb. non plus*, ubi dat concordantia jura
& *gloſſ. in leg. coheredi §. Cum filiæ verb. tene-
buntur ff. de vulgar., & pupillar., in celebri Fer-
rarien. Fideicommiſſi de Turchis cor. bon. mem.
Emerix inter ejus deciſ. deciſ. 795. num. 11., &
ſeqq., & deciſ. 796. num.17., & ſeqq., confirma-
ta 30. Auguſti 1688. §. Receptum enim habe-
bant cum ſeqq. cor. Rmo d'Hervault Archie-
piſcopo Turonen.*, & alibi millies, proindeque, ſi
ex gravamine à Joſepho injuncto Antonio Fran-
ciſco reſultaret ademptio facultatis teſtandi, vel
14 exceſſus, quo onus ſuperaret emolumentum,
juſtè adversùs paternam diſpoſitionem idem re-
clamare poſſe videretur.

Verumtamen in caſu noſtro neutra ex dictis
limitationibus D. Franciſco Antonio ſuffragatur,
non enim illi adempta dici poteſt activa teſta-
menti factio ob defectum Bonorum, de quibus
ipſe diſponere poſſit, nam, licèt gravatus repe-
riatur in pluribus Bonis propriis, nihilominùs
ſub gravamine à Teſtatore illi injuncto non com-
prehenduntur Bona, jura, & actiones, quæ in fu-
turum poterit acquirere, latè *Rota in Avenionen.
Fideicommiſſi 28. Januarii 1701. §. Verùm non
minùs cum ſeqq. cor. R.P.D. Anſaldo*, ſatiſque 15
eſſet pro evitanda d. ademptione facultatis te-
ſtandi uſusfructus Bonorum illi à Patre relictus, 16
quemadmodum is, qui generaliter omnia Bona
ſua alteri donavit, carere non dicitur poteſtate
teſtandi, ſi ſibi reſervaverit Bonorum uſum- 17
fructum, ut tradunt *Torr. de pact. futur. ſucceſſ.
lib.3. cap. 5. num. 105., & ſeqq., Rot. cor. Du-
noz jun. deciſ.602. num.17., cor. Bich. deciſ.305.
num.15.*

Sicuti etiam conqueri nequit, quod gravamen
excedat emolumentum, quia, tametſi ita res ſe
reverà haberet, attamen non idcirco diſpoſitio in 18
totum irrita redderetur, ſed æquâ ratione redu-
ceretur ad menſuram commodi, ut videtur ex
mente Jurium relatorum in *§. Quamquam verò*,
& tradunt *Peregr. conſ.63. lib.4., clar.mem. Card.
de Luc. de Fideicomm. diſc.134. num.16., Rot. in
Romana, ſeù Verulana Fideicommiſſi 10. Maii
1690. cor. Emo Caprara*; atque etiam quia parvi
refert, quod gravamen ſuperet emolumentum,
quando heres illud acceptavit, cum enim volen- 19
ti non fiat injuria, hinc, volente filio, ſive here-
de ratum habere gravamen à Teſtatore ſibi injun-
ctum, idem perpetuæ firmitatis robur obtinet,
*clar. me. Card. de Luc. de fideic. d.diſc.134. n.15.,
in Illerden. hereditatis de Gomar 15. Maii 1699.
§. final. coram Emo Caprara, & coram R. P. D.
meo Anſaldo §. Hæc quoad primam partem*, adeout
nec etiam impugnari valeat ab acceptantis here- 20
dibus, *Rota in Romana, ſeù Verulana fideicom-
miſſi 21. Junii 1697. §. Nec relevat, & 21. Fe-
bruarii 1698. §. Quibus denique omnibus coram
Emo Caprara, confirmata 12. Januarii 1699.
§. Nec obſtat, repetita coram bon. mem. Pio, in
Avenionen. fideicommiſſi 19 Januarii 1699. §. Et
quidem debita in fin. coram bo. me. Muto.*

Quæ quidem acceptatio, & acquieſcentia judi-
cio Teſtatoris, cum non oporteat, quod peracta 21
fuerit verbis expreſſis, ſed ſufficiat implicitè, vel
alio æquipollenti modo illam factam fuiſſe, ut
probant auctoritates mox allegatæ, & præſertim
*Rota in d Verulana fideicommiſſi 21. Januarii cor.
EmoCaprara, & cor. bo.me. Pio §. Abſque eo quod*,
ubi firmatur, hujuſmodi acceptationem elici etiam
ex actu nullo, *in Illerden. Hereditatis de Gomar
coram R.P.D. Anſaldo §. Et alterum*, hæc in no-
ſtro caſu ſatis ſuperque reſultare videtur ex adi-
tione paternæ hereditatis, quæ ſimpliciter, & 22
abſque ullo inventario, ſeù proteſtatione mihi
facta ſupponitur à D. Franciſco Antonio, qui
idcircò impugnare hodie amplius nequit pater-
num judicium, quod per ſolemnem actum adi-
tionis hereditatis adprobavit, *Rota deciſ.419. n.3.
part.13., deciſ.79. num.10. part.19., in Firmana
fideicommiſſi 28. Junii 1688. §. Secundò certò*

co-

*coram Rño d' Hervault, in Reatina fideicommiſ-
ſi 24. Novembris 1694. §. final. coram Eño Capra-
ra, in d. Romana, ſeù Verulana fideicommiſſi
21. Junii 1697. §. Quod attinet, & 21. Februa-
rii 1698. coram eodem, confirmata 12. Januarii
1699. §. Quinimmò cum Marius cor. bo. me. Pio,
in Illerden. hereditatis de Gomar 15. Maii 1699.
§. final. coram Eño Caprara.*

Et quidem potiori jure adverſus eum urgere
videtur d. acceptatio, quia, licèt ex paterno
23 judicio aliquam inæqualitatem ferre cogatur,
nihilominùs non ſolùm agitur de diſpoſitione or-
dinatâ favore agnationis, cujus contemplatione
Teſtator Bona heredum ſubjecit vinculis fidei-
commiſſi à ſe conditi, verùm præterea idem
æqualiter ad d. fideicommiſſum vocavit filios d.
D. Antonii Franciſci, & Cæſaris, quos heredes
univerſales in ſtirpes, & non in capita ſibi ſcripſit,
ordinatâ inter eoſdem, eorumque ſucceſſores
reciprocâ ſubſtitutione, ideoque pinguior provi-
ſio tùm ob nonnulla prælegata, tùm etiam ob
aſſignationem meliorum capitalium factam Cæ-
ſari in cauſam vitalitii, ac temporalis uſusfru-
ctus, irrationabilem reddere minimè videtur
diſpoſitionem Teſtatoris, qui inæqualitatem in-
ductam inter filios ſuos, ſummoperè moderatus
fuit in nepotibus pro æquali inſtitutis, atque vo-
catis ad fideicommiſſum agnatitium à ſe condi-
tum, in his autem circumſtantiis faciliùs fieri
locum gravaminis acceptationi, tradit *Rot. in d.
Romana, ſeù Verulana fideicommiſſi 21. Februa-
rii §. Quoniam quidquid eſſet, & 12. Januarii
1699. §. Cum enim.*

Ex his plana redditur reſolutio ſecundæ partis
dicti ſecundi Dubii, quâ ſcilicet quæritur, an
Teſtator privationis pœnam imponere potuerit
heredi non acceptanti ſuam diſpoſitionem, ei-
demque contravenienti, ſi enim Teſtatori inte-
24 grum eſt diſponere de re heredis, illiſque gra-
vamen imponere, procul dubio eidem licere de-
bet, contravenientem, aut non acceptantem gra-
vamen à ſe injunctum ſuæ hereditatis commodo
privare, juxtâ omnes ſuperiùs allegatas auctori-
tates, & confirmatur exemplo legitimæ, quam
Teſtator, ſervatâ cautelâ Soccini, gravare, ac
ſubijcere poteſt fideicommiſſi vinculis, privan-
25 do filium paterno judicio minimè conſentientem
univerſo ſuæ hereditatis commodo, & ſanè, ſi
in hujuſmodi diſpoſitionibus factis de re heredis
non ſuſtineretur pœna privationis à Teſtatore
25 impoſita, eâque ſpretâ, gravatus rem ſuam li-
berè conſequi poſſet, numquam profectò illæ
exitum haberent, ideoque gravatus vel parere
debet voluntati Defuncti, vel, ſi illam impu-
gnare vult, conſequi quidem poterit omne id,
quod jure ſuo ipſi debetur, ſed carebit com-
27 modis omnibus, & emolumentis hereditariis,
ex ſubſtantiâ Defuncti percipiendis.

Non abſimili ratione, ſatisfit tertio quæſito;
nam, ſi, ut probavimus ſuperioribus locis, Te-
ſtator diſponere poteſt de re heredis, filioque
debita vigore antiquioris fideicommiſſi, &,
cum deficit expreſſa, vel implicita gravaminis

acceptatio, ob quam illi plenè ſubijciatur, etiamſi 28
onus ſuperet emolumentum, jura noſtra idem
ad menſuram ſaltem emolumenti ſuſtineri vo-
luerunt, computatis in lucrum acceſſionibus
etiam, quas gravatus percepit uſque ad diem
impugnationis gravaminis, profectò quâ juſtâ
ratione reſpuere poterit onus ſibi injunctum ſu-
per fideicommiſſo ipſius favore purificato, &
viceverſâ conſequi Bona libera Teſtatoris, qui
illa gravato reliquit correſpectivè, & intuitu
oneris ab eo acceptandi in Bonis propriis, ſi enim
in hujuſmodi diſpoſitionibus favore heredis ea 29
ſubintelligitur tacita conditio, quatenus ſcili-
cet ille tantumdem conſequatur, per ea, quæ
notantur *coram bon. mem. Emerix Jun. deciſ. 795.
num. 24.*, ità etiam favore Teſtatoris ſubintelli-
gi debet ſimilis, & correſpectiva conditio, quod
ſcilicet gravatus, quatenus pareat Judicio Teſta- 30
toris, conſequatur emolumentum illi relictum,
ceteroquin deferendum ad ſubſtitutum expreſsè
vocatum in caſu contraventionis.

Extremum eſt, ut agamus de quarto Dubio,
in quo quæritur, an filius, qui habuit minorem
partem Bonorum fideicommiſſariorum Hiero-
nymi, petere poſſit reductionem ad æqualita-
tem nedum quoad capitalia, verùm etiam quo-
ad fructus jam exactos; hujus Dubii reſolutio 31
pendet ex ſupra firmatis regulis, nam, ſi D. An-
tonius Franciſcus ſimpliciter acceptavit pater-
nam hereditatem, locus ampliùs eſſe nequit iſti-
uſmodi reductioni, ſed tenetur obſequi pater-
no judicio, quod ſemel adprobavit, ut alibi di-
ximus; at verò, ſi paternam hereditatem adi-
vit cum beneficio Inventarii, cujus auxilio Jura
propria ſeparare poſſit à Juribus hereditariis De-
functi, petere utique poterit, redigi ad æqualita- 32
tem diſtributionem Bonorum fideicommiſſario-
rum à Patre inæqualiter factam; Prout etiam
hujuſmodi petitioni locus eſſe poterit, ſi ipſe
hereditatem adiverit non ſimpliciter, ſed cum
aliqua proteſtatione præſervativa ſuorum Ju-
rium, excludente animum ſimpliciter acceptan-
di, & adquieſcendi paternæ diſpoſitioni, hoc 33
autem caſu, licèt in reductione ad æqualita-
tem veniant etiam fructus æqualiter diſtribu- 34
endi inter vocatos ad fideicommiſſum, cum non
petantur tamquam acceſſorii, & uti Judicis of-
ficio debiti, ſed generaliter veniant in petitione
hereditatis; ideoque debeantur à die mortis, *Bar-
rii de ſucceſſ. lib. 11. cap. 14. num. 11., deciſ. 249.
num. 2. part. 17., in Romana hereditatis de Lanz-
vits 6. Junii 1695. §. Neque ullatenus coram R.
R. D. Scotte*; cum eiſdem compenſandi erunt
fructus omnes, quos D. Franciſcus Antonius
percepit ex paternâ ſubſtantiâ, ſi enim illi cal- 35
culantur ad effectum commenſurandi onus cum
emolumento, longè potiori Jure iidem compen-
ſandi erunt cum fructibus Bonorum fideicom-
miſſariorum, quos ipſe repetit.

*Bononien. Fideicommiſſi de Canobiis*.

Fideicommiſſum, defectis fœminarum filiis poſt extinctam lineam Maſculorum ſubſtitutis, ex activa dumtaxat, & non etiam paſſiva illorum vocatione expiraſſe; pluribus adductis, ex quibus activa vocatio ejuſmodi reſultare cenſenda ſit, nec non rejectis, quæ pro fideicommiſſi perpetuitate, ejuſque duratione inter eorumdem filiorum Deſcendentes, iſtorumque comprehenſione ſub *filiorum* nomine adferi poſſent, demonſtratur.

## VOTUM XXXIV.

1 Filiorum *vocatio collectivo nomine facta, ex* Cumani theorica *in* leg. Cum ita, *intelligitur per ſimplicem vulgarem*, & num. 113.

*Quæ primis adeuntibus expirat* ibid., *& vid.* num. 35., & ſeq.

*A prædicta theorica receditur ex conjecturis* num. 3.

*Præſertim perpetuitatis fideicommiſſi* num. 5. 6. & 7., *& quæ illæ ſint ?* à num. 8. ad 34.

2 Filiorum *nomine ex propria ejus ſignificatione nepotes, aut pronepotes non comprehenduntur*, & num. 64., & 65.

*At poſſunt venire ex conjecturata mente Teſtatoris*, num. 13., & 63.

*Conjecturæ autem urgentes debent eſſe* nu. 71.

*Etiam in fideicommiſſo Aſcendentis* nu. 72.

*Præſertim, ſi de gravamine inducendo agatur* num. 72.

*Et maximè, ſi in præjudicium tertii, qui emit bonâ fide* num. 75.

6 *Ad fideicommiſſum perpetuum filiis collectivo nomine vocatis, admiſſi etiam cenſentur ulteriores Deſcendentes.*

7 *Præſertim, cum de Aſcendentis diſpoſitione agitur.*

8 *Fideicommiſſum perpetuum arguit alienationis prohibitio nedum ad Inſtitutos, ſed etiam ad ſubſtitutos directa* num. 14.

*Excluſio itidem Religionis, & Fiſci* nu. 18., & 20.

*Ac Bonorum volita conſervatio in agnatione* num. 22., & 87.

*Præſertim, ſi ratio iſthæc expreſſa fuerit, tamquam finalis cauſſa diſpoſitionis* num. 23.

*Et maximè, ſi agatur de Teſtatore nobili*, num. 24.

*Perpetui inſuper fideicommiſſi conjecturam præbet diſpoſitio in remotiſſimum tempus collata* num. 26.

*Sic etiam vocatio filiorum ex fœminis facta in ſtirpes, & non in capita* num. 28.

*Illud prætereà importat clauſula* = vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum = num. 29.

*Junctâ præſertim aliâ clauſulâ* = omni meliori modo = ibid.

*Itemque illud reſultat ex reciproca ordinata inter filios filiarum Teſtatoris ſubſtitutos* num. 32.

*Atque ex vocatione filiorum plurali numero* num. 33.

*Quæ omnes conjecturæ perpetuum arguunt fideicommiſſum, ſi ſeorſim; eòque magis, ſi unitim accipiantur* num. 34.

*Quando autem inefficaces illæ, ac reijciendæ cenſeantur ?* à num. 90. ad 116.

9 *Ex alienationis prohibitione ad gravamen reſtitutionis infertur.*

*Sic etiam ex prohibitione cujuſcumque detractionis* num. 14., & 98.

11 *Ex alienationis prohibitione facta tàm Maſculis ex Maſculis, quàm Maſculis ex fœminis volita in utriſque cenſetur Bonorum conſervatio; ſed vid.* num. 92., & ſeq.

12 *Filiorum primi gradus activa dumtaxat vocatio non congruit perpetuæ Bonorum conſervationi à Teſtatore volitæ.*

15 *Trebellianicæ detractio primis dumtaxat heredibus competit.*

*Ipſius tamen detractionis prohibitio facta etiam ſubſtitutis, inutilis non remanet, & quare ?* num. 16., & 17.

16 *Ex actu etiam nullo mens Teſtatoris declarari valet.*

19 Filiorum *nomine etiam nepotes comprehenſos arguit excluſio in caſu delicti, vel ingreſſus in Religionem demandata.*

*Et qualitas maſculinitatis à Teſtatore volita* num. 33.

20 *Privationis hereditatis pœna præcedentem ſupponit vocationem.*

21 *Gradualis ſuccedendi ordo ſolùm perpetuis fideicommiſſis convenit.*

25 *Ad fideicommiſſum ordinatum favore agnationis nepotes etiam, ac pronepotes veniunt ſub nomine filiorum.*

*Præſertim, diſpoſitione in remotiſſimum tempus collatâ* num. 27.

25 *Ex diſpoſitione collata in tempus remotiſſimum Deſcendentes omnes etiam ex fœminis, cenſentur ad fideicommiſſum vocati.*

28 *Stirps conficitur ex ſerie plurium graduum.*

*In ſtirpes autem facta vocatio filiorum ex fœminis, ad omnes porrigitur earum Deſcendentes* ibid.

31 *Sub* Filiorum *nomine promiſcuè cum nomine* Deſcendentium *à Teſtatore adhibito, veniunt nepotes, ac pronepotes omnes.*

35 *Subſtitutio quando per meram vulgarem concepta dicatur ?*, & num. 36. & ſeq.

36 *Teſtator in defectu omnium Deſcendentium maſculorum vocando ſimpliciter Maſculos fœminarum, eos per vulgarem vocaſſe cenſetur.*

*Amplia ut* num. 37., & 38.

37 *Subſtitutio, licèt concepta per verbum* = Relinquo = *aut alia verba ejuſmodi merè communia, per vulgarem, non per fideicommiſſariam intelligitur.*

*Hac-*

*Hæcque communior eſt opinio* ibid.

38 *Procedit, etiamſi facta eſſet nominibus collectivis plurium graduum, & perſonarum.*

*Per vulgarem præterea intelligitur, etiam cum facta eſt inſtitutio heredis, ejuſque Succeſſorum* num.41.

*Ac etiam adhibitis clauſulis* = ſucceſſive =, vel ordine ſucceſſivo = vel poſt eum = num. 42.

*Declara, hæc procedere, niſi adſint verba expreſsè importantia tractum temporis ſucceſſivum* num.43.; *hic autem ex quibus reſultare dicatur?* num.44., & ſeq.

39 *Deſcendentium nomen collectivum eſt plurium graduum, & perſonarum, ac futurum tempus reſpicit.*

40 *Ulteriores Deſcendentes potentiâ, & habitu dumtaxat vocati cenſentur, quatenus ſcilicet primi inſtituti nolint, vel nequeant eſſe heredes; Intellige, ut* num.43.

44 *Tractus temporis ſucceſſivus non importatur per nomina ſimpliciter collectiva plurium graduum, & perſonarum.*

45 *Sed quando non ſolùm activa, verùm etiam activa vocatio ex verbis, & clauſulis reſultat, & quæ illæ ſint?* num.46.

46 *Clauſulæ* = de gradu in gradum =, de uno in alium, *vel* = de herede in heredem = *adjectæ nomini Deſcendentium, tractum temporis ſucceſſivum important.*

47 *In ſubſtitutione vulgari, adhibita licèt collectivo nomine plurium graduum, & perſonarum, nequit conſiderari tractus temporis ſucceſſivus.*

48 *Succeſſivus ordo reſultans ex nomine plurium graduum collectivo, activus dumtaxat eſt.*

*Nec ſufficit ad fideicommiſſum inducendum?* ibid. & num.90.

49 *Fideicommiſſum conſiſtit in paſſivo gravamine perſonæ activè vocatæ, & jam admiſſæ.*

50 *Tractus temporis ſucceſſivus ex conjecturis, nonniſi concludentibus valet induci.*

51 *Perpetui fideicommiſſi conjecturæ ut receſſum à vulgari inducant, concludentes eſſe debent.*

52 *Et quæ ad aliud referibiles non ſint,* & num.91.

*Procedit etiam in fideicommiſſo Aſcendentis* num. 58.

53 *Verba, & clauſulæ eum dumtaxat caſum, quem reſpiciunt, informant.*

54 *Repetitio perpetui fideicommiſſi inducta non cenſetur in ſubſtitutione continente novas perſonas, & gradus.*

55 *Maximè, ſi inter eaſdem diverſa ratio militet,* & num. 56.

56 *Agnationis conſervatio volita in ſubſtitutione Maſculorum ex Maſculis, ceſſat in altera Maſculorum ex fœminis.*

57 *Agnatitia qualitas non à natura, ſed à Jure proficiſcitur.*

59 Filiorum *nomen ſuâptè naturâ non continet graduum pluralitatem, & ad ſolos Liberos primi gradus reſtringitur.*

60 *Maſculi ex fœminis vocati poſt Maſculos ex Maſculis, iſtorum reſpectu dicuntur per fideicommiſſariam vocati.*

61 *Non indè tamen ad paſſivum eorum gravamen poteſt inferri.*

62 *Fideicommiſſum, decedente ſubſtituto reſtituere non gravato, expirat.*

63 Filiorum *nomen ex propria ſignificatione reſtringitur ad filios primi gradus,* & num.67.

66 Filiorum *nomine, etiam in fideicommiſſo Aſcendentis, non veniunt nepotes, & pronepotes,* & num. 69.

68 Filiorum *nomine nepotes, nonniſi per impropriationem poſſunt venire.*

74 Filiorum *nomen ad nepotes porrigi, cum agitur de iſtorum favore, æquius eſt, quàm, cum de favore Extranei.*

76 Filiorum *nomen, deficientibus conjecturis pro illius extenſione ad nepotes, & pronepotes, ſtrictè interpretandum eſt.*

77 *Nominis* filiorum *extenſionem nè inducant, conjecturæ, ſufficit, quod reddantur dubiæ.*

78 *Conjecturæ autem pro illa militantes aliis contrariis eliduntur.*

*Hæque in conflictu prævalere debent, licèt pauciores, & minùs efficaces* ibid., *& quæ ſint contrariæ conjecturæ* num. 9., & ſeq.

79 *Vocatio Maſculorum ex filiabus Teſtatoris cum dictione* = prædicti =, *reſtricta cenſenda eſt ad Maſculos immediatè natos.*

*Hinc autem ad Maſculos immediatè natos reſtricta cenſenda eſt etiam vocatio Maſculorum ex fœminis* ibid.

80 *Præſertim, ſi agatur de excludendo dumtaxat paſſivo eorum gravamine.*

81 *Quo caſu dictio illa* = prędicti = *operatur reſtrictionem dicti gravaminis ad perſonas præcisè deſignatas.*

82 *Diſcretivus loquendi modus diverſam arguit Teſtatoris voluntatem.*

83 *Teſtator, ſi, cum voluit nepotes vocare, id expreſſit, cum id non expreſſit, cenſetur noluiſſe.*

84 *Superfluitas in omni diſpoſitione vitanda eſt.*

85 Filiorum *nomen quando in ſua naturali ſignificatione cenſeatur à Teſtatore acceptum?* & num. 104.

86 *Nomen* filii *non tamquam genus, ſed tamquam ſpecies acceptum, ultra filios primi gradus non porrigitur.*

87 *Filiorum appellatione, ſi deſit agnationis contemplatio, & digreſſus ad plures ſubſtitutionum gradus, nepotes non comprehenduntur.*

88 *Conjecturalis materia ſemper eſt dubia.*

89 *Pro excluſione perpetui fideicommiſſi ſemper in dubio judicandum eſt.*

92 *Alienationis prohibitio ſuâptè naturâ perpetuitatem, & gravamen fideicommiſſi non inducit.*

93 *Agnationis conſervandæ ratio ceſſat in filiis maſculis fœminarum.*

*Ceſſatque proindè alienationis, atque cujuſcum-*

*cumque detractionis prohibitio ob eamdem rationem facta* num.98., & 100.

94 *Agnationis conſervandæ ratio conſiderata in deſcendentia Inſtituti, ad ſubſtituti deſcendentiam trahi nequit.*

95 *Neque ab Agnatis ad Cognatos fideicommiſſum valet extendere*, & nu.106.

96 *Agnationis ratio ſuâpte naturâ ad ſolos Agnatos reſtringitur*, & nu. 105.

97 *Clauſulæ* = modo formâ, & ordine ſupradictis = *rationem agnationis reſtringunt ad Agnatos tantùm.*

98 *Alienationis prohibitio ratione agnationis conſervandæ omnibus ſubſtitutis indefinitè facta, ceſſat in quibus dicta ratio verificari nequit.*

99 *Iſtorumque paſſivum gravamen inducere non poteſt, niſi favore ſuorum Liberorum, vel Coheredum reciprocè ſubſtitutorum.*

100 *Comprehenſionis nepotum ſub nomine* filiorum *ſufficiens conjectura non eſt prohibitio cujuſcumque detractionis.*

*Minùſque diſpoſitio in remotiſſimum tempus collata* nu.107.

*Nec itidem vocatio filiorum plurium fœminarum facta in ſtirpes, & non in capita* nu.111.

*Eamdemque comprehenſionem non arguit clauſula* = vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum = num. 112.

*Aut promiſcuè adhibitum* filiorum, *&* Deſcendentium *nomen* num.113.

*Sicuti etiam illam non inducit reciproca ordinata inter filios fœminarum, quando non legitur in eorum filiis repetita*, num.114.

*Conjectura autem deſumpta ex vocatione filiorum facta plurali numero, tamquam futilis, reijcitur* num.115.

*Et nimis vaga reputatur qualitas maſculinitatis à Teſtatore volita* num.116.


101 *Fideicommiſſum de caſu ad caſum, & de perſona ad perſonam non extenditur.*

108 *Diſpoſitio in remotiſſimum tempus collata, graduali ordine, & ſucceſſivo tractu temporis deficiente, nepotum vocationem ſub nomine filiorum tantùm activam poteſt inducere.*

109 *Quæ ſemper per meram vulgarem facta dicitur.*

110 *Ulterioribus Deſcendentibus filiarum fœminarum activè à Teſtatore vocatis, non benè infertur ad paſſivum earumdem gravamen.*

112 *Clauſula* = omni meliori modo = *confirmat, non alterat diſpoſitionem.*




NOBILIS Vir Bartholomæus Canobius in ſuo ultimo, cum quo deceſſit, teſtamento condito anno 1587., plura tum ſtabilia, tum etiam alia Bona reliquit Bartholomęo filio naturali ad ipſius preces legitimato illaque ſubjecit fideicommiſſo particulari ordinato cum pluribus ſubſtitutionibus ad eum non pertinentibus, heredem verò univerſalem ſcripſit Bonifacium filium ex juſtis nuptiis ſcriptum, à quo tamen cum ſperare non poſſet familiæ ſuæ propagationem, eò quod Sacerdotali charactere inſignitus reperiretur, illi ſubſtituit præfatum Bartholomæum, quem gravavit onere perpetui fideicommiſſi favore omnium filiorum, & Deſcendentium maſculorum, qui tamen ex Maſculo, & ex legitimo Matrimonio progeniti eſſent, his deficientibus, vocando etiam filios extra figuram Matrimonii ſuſceptos; ſin autem nullam nec legitimam, neque illegitimam ſobolem ex dicto Bartholomæo in lucem edi contin-

tingeret, poſt ſubſtitutionem R. P. D. Jo: Franciſci Cænobii Nuncii, & Collectoris ſpoliorum in Hiſpaniarum Regnis, ſubſtituit filios maſculos Aureliæ, Liviniæ, & Virginiæ filiarum ſuarum.

Hanc ſubſtitutionem, quæ hodiernæ controverſiæ cauſam præbet, his verbis concepit = *Et ſi contingat, omnem lineam Maſculorum ſupra inſtitutorum, & vocatorum extingui, ſubſtituit quoad uſumfructum Rev. D. Jo: Baptiſtam Canobium Secretarium Brevium Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ, donec vixerit, quo verò ad nudam proprietatem, eo vivente, & eo mortuo, etiam quoad plenam proprietatem filios Maſculos legitimos, & naturales filiarum prædicti D. Teſtatoris in ſtirpes, & non in capita, eoſque invicem ſubſtituit, & prædicta omnia vulgariter, & per fideicommiſſum, & omni meliori modo, quo fieri poteſt* =, ut ex teſtamento lit. *E*.

Exoptanſque Teſtator integram, ac perpetuam ſuorum Bonorum conſervationem in agnatione, *non ignarus* (ſunt verba teſtamenti) *virium ſui patrimonii, vetuit, & expreſsè prohibuit dictis omnibus tàm univerſaliter, quàm particulariter inſtitutis, & ſubſtitutis omnem, & quamcumque venditionem, & alienationem Bonorum ſuorum ſtabilium, quia enixè cupit, eam conſervari in ejus agnatione modo, formâ, & ordine ſupra diſpoſitis* =

Eandemque ob rationem = *expreſsè vetuit, & prohibuit dd. Bartholomæo, R.P.D. Bonifacio, & omnibus ſupra inſtitutis, & ſubſtitutis quomodolibet omnem, & quamcumque detractionem trebellianicæ, ac etiam ſi, & quatenus, ac quibus poteſt, legitimæ, & cujuſlibet quotæ, cum enixè cupiat, Bona ſua ſtabilia conſervari integra, & illibata ordine, quo ſupra*. =

Et demum = *prohibuit, ejus Bona prædicta poſſe in Fiſcum, vel Religionem transferri, etiamſi d. Bartholomæus, vel Rev. D. Bonifacius, aut alius quivis ſubſtitutus Religionem ingrederetur, aut delinqueret, adeò quod Bona ipſa venirent confiſcanda, quæ quidem principalitèr fecit, ut conſerventur Bona ſua in agnatione, juxtà ſupra ordinata, non quidem, ut Religioni, vel Fiſco fraudem faceret* = hiſque caſibus Religioſo, & delinquenti alios ſequentes in gradu ſubſtituit.

Poſt obitum Teſtatoris deceſſit abſque filiis Bartholomæus, &, mortuo etiam R. P. D. Jo. Franciſco illius fratre, & Jo. Baptiſta de Canobiis, Bonifacius, qui reliquus omnium fuit, contendens, fideicommiſſum paternum liberum in ſui perſona fuiſſe effectum, egit pro libertate Bonorum adverſus filios maſculos filiarum fœminarum Teſtatoris, ſuarumque reſpectivè ſororum, Cauſâque delatâ ad *Sac. Rotam*, re diligenter diſcuſsâ, reſponſum fuit, poſt obitum Bonifacii fideicommiſſum devolvendum eſſe ad præfatos filios maſculos fœminarum, ad normam ultimæ ſubſtitutionis ſuperiùs relatæ, ut patet *ex deciſionibus editis die 7. Junii, & 12. Decembris 1601. cor. Lancellutto*, inſcriptis *Bonon. fideicommiſſi de Canobiis*; proindeque, ſecuto Bonifacii obitu, vigore Judicati Rotalis, Eques Ferdinandus Bologninus filius Virginiæ Canobiæ alterius ex filiabus Teſtatoris adeptus fuit poſſeſſionem Bonorum d. fideicommiſſo ſuppoſitorum, eademque delata deinceps fuere in Com. Fabium, & Jo: Baptiſtam de Bologninis Equitis Ferdinandi filios, qui anno 1671., prædium quoddam nuncupatum *di Secerni* vendiderunt D. Bazzano.

Cum autem DD. Comites Marcellus, aliique de Bologninis filii Jo: Baptiſtæ alienantis, idem prædium vindicare contendant, uti ſuppoſitum fideicommiſſo, quod adhuc durare dicunt favore omnium Deſcendentium maſculorum ex filiabus fœminis præfati Bartholomæi fideicommittentis, requiſitus fui, ut pro veritate judicium meum proferre, ſententiamque dicere velim, num ſcilicet d. prædium, uti effectum liberum, validè alienari potuerit, vel potiùs adhuc duret fideicommiſſum, cujus virtute præfati DD. Comites de Bologninis Actores illud jure propriæ vocationis ab Emptore vindicare poſſint?

Laborem omnem, manuſque meam præoccupaſſe jam videtur diligens, & ingenioſus dictæ Cauſæ Patronus, qui, re ſeduló enucleatâ, luculentèr expoſuit momenta omnium rationum, quæ in hac ancipiti quæſtione in utramque partem afferri poſſunt, ideòque in re jam acta, eâ, quam ratio Cauſæ permittet, brevitate, illa iterùm perſtringam, ut poſt eadem diligentèr examinata, tutiùs dijudicari poſſit, quænam ex Partibus meliora jura foveat.

Quæſtio itaque, quæ examinanda proponitur eò pertinere videtur, an ſcilicèt vocatio filiorum maſculorum ex filiabus fœminis Teſtatoris reſtringatur ad activam dumtaxat vocationem dd. filiorum maſculorum ex fœminis, atque etiam eorum Deſcendentium, adeout in illorum prima admiſſione expiraverit ſubſtitutio, ſublato quolibet paſſivo gravamine favore ulteriorum graduum, vel potiùs eadem, præter activam vocationem, ſecumferat paſſivum quoque gravamen, cujus vigore filii fœminarum jam admiſſi, gravati dicendi ſint perpetuo deſcenſivo fideicommiſſo favore omnium nepotum, & pronepotum, & quorumcumque ulteriorum, Deſcendentium, quemadmodum primi heredes inſtituti à Teſtatore gravati reperiuntur favore omnium Deſcendentium maſculorum ex Maſculo.

Et quidem favore dd. pronepotum plura urgere videntur argumenta ſuadentia fideicommiſſi perpetuitatem; nam, licèt ipſis obſtet duplex illa juris noſtri certiſſima regula, quarum primâ ſtatuitur, quod vocatio filiorum maſculorum ex filiabus fœminis Teſtatoris, utpotè facta nomine collectivo, intelligenda ſit per ſimplicem vulgarem, quæ expiret, primis illarum filiis 1
adeuntibus, atque agnoſcentibus fideicommiſſum, juxta famigeratam, & ab omnibus receptam theoricam *Cumani in leg. cum ità 33. §. In fideicommiſſo ff. de leg.2., & in leg. Gallus §. Quidam rectè ff. de liber., & poſth.*, alterâ verò traditur, filiorum appellatione ex propria ſignificatione non comprehendi nepotes, aut pronepotes, *l. quod ſi nepotes 6. ff. de Teſtam. Tutel. §. fin. Inſtit.* 2

*Inſtit. quib. Teſtamento Tutores dari poſſint*; ni-
hilominus æquè certa eſt utriuſque regulæ li-
3 mitatio firmans, à ſupradicta theorica Cumani
paſſim recedi ex conjecturis, ut per *Fuſar.*
*quæſt.382. per tot., Menoch. de præſum. lib.4.*
*præſum.71., Rot. deciſ.41. poſt Michalor. de fra-*
*tribus, cor. Arguel. deciſ.54., in rec. deciſ.125.*
*part.1., deciſ.472. part.14., in Romana fidei-*
*commiſſi 26. Novembris 1696. §. Et quidem non*
*ſolùm coram Caprara, confirmata 20. Junii 1698.*
*coram eodem, & 9. Maii 1701. §. Et quamvis*
*cum ſeqq. coram Rmo Molines Decano, in Roma-*
*na, ſeu Firmana fideicommiſſi de Burattis 15. Ju-*
*nii 1699. §. Quoniam ad articulum fidei commiſſi,*
*& 20. Januarii 1700. §. Retenta ſiquidem methodo*
*cor. R.P.D. Priolo.*

Prout etiam, cum jura noſtra non verborum,
aut ſermonis proprietatem, ſed mentem profe-
4 rentis inſpiciendam eſſe præcipiant, ut pro in-
cludendis nepotibus, & pro nepotibus ſub nomi-
ne filiorum docuit *Alex. conſ.1. num 13. lib.1.,*
*Cephal. conſ.107. num.17. lib.1., Mart. Medic.*
*exam.1. num.25., Rot. coram Merlin. deciſ.206.*
*num.12., & ſeqq., coram Card. Celſo deciſ.223.*
*num.7. & 8., in recen. deciſ.693. num.4. part.2.,*
*in Urbevetana fideicommiſſi 17. Martii 1684., &*
*12. Januarii 1685., & 8. Februarii 1686. coram*
*Rmo d' Hervault Archiepiſcopo Turonen., in*
*Parmen. Beneficii 25. Februarii 1693. §. Neque*
*perpetuæ, & 15. Januarii 1694. §. Taliſque con-*
*jectura cor. bo. me. Urſino*, ſi Teſtator in ſua di-
5 ſpoſitione uſus fuerit verbis importantibus tra-
ctum temporis ſucceſſivum, vel ex aliis conje-
cturis appareat exoptaſſe perpetuitatem fideicom-
miſſi, cum hanc per meram vulgarem aſſequi
nequeat, fideicommiſſariam ordinaſſe dicendus
eſt, cujus vigore perſonæ omnes in collectiva
6 ſubſtitutione vocatæ, ceteris ulteriorum gra-
duum reſtituere gravatæ cenſeantur, juxta diſtin-
ctionem ab eodem *Cumano* traditam locis citatis,
*Decian. conſ.24. num.17. lib.2., Menoch. conſ.44.*
*num. 1., Fuſar. de ſubſtit. d. quæſt.382. nu.50.,*
*& ſeqq., Rot. Ferrarien. apud Giovagn. conſ.75.*
*num. 0. lib.1., Peregr. deciſ.111. num.3., Rot.*
*cor. bo. me Emerix deciſ.538., & in d. Romana*
*fideicommiſſi 26. Novembris 1696. §. De mente au-*
*tem coram Caprara, & in aliis locis mox citatis*,
ac per conſequens nepotes, pronepotes, ceteri-
que omnes Deſcendentes vocati dicuntur ad fi-
deicommiſſum, quod Teſtator perpetuò durare
voluit, *Rot. cor. Coccin. deciſ.1162. num.3., in*
*Romana, ſeù Reatina fideicommiſſi de Vincenti-*
*nis 14. Junii 1697. §. Etenim quidquid foret cor.*
*Molo, in Romana fideicommiſſi 8. Martii 1697.*
*ſub initium, & 28. Junii ejuſdem anni §. Vocatio*
*namque cum ſeqq. cor. eod. Urſino*, & hæc utriuſ-
7 que regulæ limitatio faciliùs recipitur, quando
agitur de diſpoſitione ordinata ab Aſcendente, ut
pro receſſu à prima regula tradit, *Rot. deciſ.559.*
*num.1. coram bo. me. Emerix*, & pro receſſu à
ſecunda *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.320. num.54.,*
*Torr. de majorat., & Caſtill. deciſ.152. num.44.*
*lib.2., Mart. Medic. deciſ.1. num.34., deciſ.661.*
*num.8. in fine part.4. tom.3. recen., deciſ.57. n.18.*
*poſt Torr. de majorat. & primog. Ital., in Roma-*
*na fideicommiſſi 8. Martii 1697. §.1. in fin. coram*
*bo. me. Urſino.*

Plurimæ autem in noſtra hypotheſi concurre-
re dicebantur vehementiſſimæ conjecturæ præſe- 8
ferentes perpetuitatem fideicommiſſi, quarum
prima eliciebatur ex prohibitione alienationis à
Teſtatore directa ad omnes vocatos tàm ad
particulare, quàm ad univerſale fideicommiſ-
ſum, eamdem expreſsè extendendo ad omnes
ſubſtitutos, quippè tàm primis heredibus inſti-
tutis, quàm generalitèr omnibus etiam ſubſti-
tutis prohibuit quamcumque Bonorum aliena-
tionem, cum autem ſub nomine ſubſtitutorum 9
contineantur filii maſculi filiarum fœminarum,
ipſis etiam indicta dicenda eſt prohibitio aliena-
tionis; ſi autem illis prohibita eſt alienatio, per
conſequens injunctum dici debet paſſivum grava-
men favore ulteriorum Deſcendentium, ut, benè
perpendendo hujuſmodi prohibitionem factam 10
vocatis, firmavit *Rot. in d. Romana fideicommiſſi*
*26. Novembris 1696. §. Concurrit inſuper, &*
*20. Junii 1698. §. Et rurſus cor. R.P.D. Capra-*
*ra, & 9. Maii 1701. §. Tantò magis cor. Rmo Mo-*
*lines, & in Romana, ſeù Firmana fideicommiſſi*
*de Burattis 20. Januarii 1700. §. Ultra præceptum*
*cor. R.P.D. Priolo.*

Inutilis enim ceteroquin extitiſſet hujuſmodi
prohibitio nulli ulteriori ſubſtituto profutura,
& quemadmodum illa in præcedenti ſubſtitutio- 11
num ſerie ordinata favore Maſculorum ex Ma-
ſculis, facta dicenda eſt pro perpetua conſerva-
tione Bonorum penes omnes Maſculos ex Ma-
ſculis, ita etiam in ſecundo ordine ſubſtitutio-
num Maſculorum ex fœminis directa cenſetur
ad perpetuam conſervationem penes Maſculos
omnes ex fœminis, quibus illa prodeſſe poterat,
quam certè aſſequi non poſſet nec per ſolam 12
vocationem activam filiorum primi gradus, nec
per ſimplicem vulgarem, quâ proindè excluſâ,
omnes per fideicommiſſariam vocatos dicendos
eſſe, tradunt *Decian. reſponſ.8. lib.4., Fuſar.*
*de ſubſtit. quæſt.169. num.10., Peregr. deciſ.111.*
*num.2., Rot. apud Giovagn. reſponſ.75. num.72.*
*cum ſeqq. lib.1., deciſ.10., & deciſ.143. num.1.*
*part.1. recen., deciſ.580. num.5. part.4., deciſ.*
*284. num.21. cum ſeqq. part.6., deciſ.429. n.11.*
*part.13., cor. Bich. deciſ.622. num.25., coram*
*bo. me. Emerix deciſ.703. num.2., in d. Romana*
*fideicommiſſi 26. Novembris 1696. §. Quod mani-*
*mè, & 20 Junii 1698. §. Maximè quia coram*
*R.P.D. Caprara, 9. Maii 1701. §. Certiùs quia*
*cor. Rmo Molines, in Romana, ſeu Firmana fi-*
*deicommiſſi de Burattis 15. Junii 1697. §. Acce-*
*dit tertiò, & 20. Januarii 1700. §. Ultrà coram*
*R.P.D. Priolo*, & filiorum nomen juſtâ inter-
pretatione proficiſcente ex voluntate Teſtatoris 13
extendendum eſſe ad nepotes, *Rot. cor. ſan. me.*
*Alex. VIII. deciſ.113. num.16., & ſeqq., Man-*
*zaned. deciſ.117. num.2., Merlin. deciſ.206. ſub*
*num.3., & deciſ.218. num.25., in rec. deciſ.693.*
*num.5., & deciſ.718. num.2. & 3. part.2., de-*
*ciſ.40. num.5. part.5., in Urbevetana fideicommiſ-*
*ſi 17. Martii 1687. §. Non obſtante coram Rmo*
*d' Her-*

*d Hervault Archiepiſcopo Turonen.*, *in Urbevetana Cenſuum 26. Martii 1696. §. Secunda eſt*, *confirmata 27. Junii ejuſdem anni §. Famulatur cor. R.P.D. Caprara*.

Huic abſimile non eſt aliud argumentum de-
14 ductum ex prohibitione cujuſcumque legalis detractionis tàm legitimæ, quàm trebellianicæ facta tum Inſtitutis, tum Subſtitutis; quæ pariter convenire nequit activæ tantummodò vocationi per vulgarem ſubſtitutionem inter eoſdem ſubſtitutos, quos inter numerantur filii maſculi, qui ex fœminis ſupereſſent tempore purificati fideicommiſſi, *clar. me. Card. de Luc. de fideic. diſc. 70. ſub num. 9. verſ. Tertiò ſtrictiſſima*, *Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 320. num. 78.*, *& ſeqq.*, *Rodulphin. alleg. 22. num. 14.*, *& alleg. 24. num. 5.*, *Rot. deciſ. 402. num. 6. part. 9.*, *deciſ. 307. nu. 10. part. 16.*, *coram bo. me. Emerix deciſ. 538. nu. 9.*, ſed iidem ex mente Teſtatoris paſſivè gravati præſupponuntur favore ulteriorum Deſcendentium, *Peregr. de fideic. art. 3. num. 4.*, *art. 5. n. 12. verſ. item prohibitio*, *Mantic. de conject. lib. 4. tit. 5. art. 14. num. 4.*, *Menoch. de præſum. lib. 4. præſum. 68. num. 15.*, *Manſ. conſult. 84. num. 4.*, *Rot. cor. Arguell. deciſ. 54. num. 32.*, *& in Romana fideicommiſſi de Vareſiis 6. Aprilis 1696. cor. Rmo Molines Decano*, in qua occurritur obje-
15 cto illi, quod jus detrahendi trebellianicam, primis dumtaxat heredibus à jure noſtro impartitum reperiatur, ideoque ex prohibitione inutiliter facta perſonis illam detrahere non valentibus, nulla elici poteſt juſta conjectura pro perpetuitate fideicommiſſi, & nepotum, atque pronepotum comprehenſione, quia, ut benè pro-
16 ſequitur d. *deciſio*, etiam ex actu inſubſiſtenti elici valet conjectura pro declaranda mente Teſtatoris, quamquam reverà d. prohibitio injuncta omnibus ſubſtitutis, non poſſit dici penitùs inutilis, cum adpoſita cenſenda ſit ad cautelam,
17 pro dirimendis nempe diſputationibus fieri ſolitis, an trebellianica non detracta à primo herede, detrahi poſſit à ſubſtituto, de quo actum fuit *in Romana Trebellianicæ 28. Junii 1684. coram Albergato*.

Plurimùm etiam urgere videbatur tertia con-
18 jectura reſultans ab excluſione Religionis, & Fiſci in caſu, quo Bartholomæus, vel Bonifacius, *vel alius quivis ſubſtitutus Religionem ingrederetur*, *aut delinqueret &c.* ſubdendo, *quod ex nunc eos*, *& eum privavit*, *& Bona ad ſequentem in gradu tranſtulit de uno in alterum uſque ad finem dd. ſubſtitutionum*, *ordine*, *quo ſupra*, ex hujuſmodi enim ordinatione fideicommiſſi facta in caſu delicti, & excluſionis Religionis juſta elicitur interpretatio fideicommiſſi conditi in caſu mortis, ut pro excludenda vocatione per ſimplicem vulgarem firmavit *Rot. coram Emerix deciſ. 56. num. 12.*, & inducenda
19 comprehenſione nepotum ſub nomine filiorum *in Urbevetana Cenſuum 27. Junii 1696. §. Non minùs urgent cor. R.P.D. Caprara*, *in d. Romana fideicommiſſi 8. Martii 1697. §. Denique id ipſum coram Urſino*, par ſiquidem ratio in utroque caſu Teſtatorem moviſſe cenſetur, *ad Text. in leg. Gallus 29. §. Et quid ſi tantum ff. de liber. & poſth.*, *l. fideicommiſſarium 11. §. Si cui ità ff. de leg. 3.*, *& in l. ſi mater 3. C. de inſtit.*, *& ſubſtit.*, *Rot. deciſ. 1. num. 81. part. 10. rec.*, *in Romana fideicommiſſi de Vareſiis 28. Februarii 1695. §. In nihilo refragante coram Rmo Molines Decano*. Et ſanè, cum ſub illa generalitate verbo = *vel alius*
*quivis ſubſtitutus* = veniant omnes fœminarum 20
Deſcendentes, quâ juſtâ ratione dici poteſt, quod ipſe privaverit quemcumque delinquentem, ſeù profitentem Religionem, ſi eumdem non honoraverat? quem enim non vocaverat, privare non poterat, *Menoch. conſ. 613. num. 8. cum ſeqq.*, *Cyriac. contr. 96. num. 50.*, *Rot. cor. Bich. deciſ. 605. num. 1. cum ſeqq.*, haud enim, indictâ in his caſibus privationis pœnâ, præcipere potuiſſet, quod Bona transferrentur ad ſe-
quentem in gradu de uno in alterum, niſi ii, 21
qui in gradu ſequi poterant filium maſculum fœminarum delinquentem, vel profitentem Religionem, fuerint vocati, *Cravet. conſ. 155. num. 8.*, *Roland. conſ. 70. nu. 39.*, *& ſeqq. lib. 3.*, *Rot. cor. Dunozz. Jun. deciſ. 3. num. 5.*, *& in rec. deciſ. 84. num. 5. part 10*.

Exuberare poſſet ad aſſumptum confirmandum toties expetita Bonorum conſervatio in
agnatione à Teſtatore volita; verùm, quaſi id 22
non ſufficeret expreſſiſſe in prohibitione alienationis, & detractionum, & in excluſione Fiſci, & Religioſorum, in aliis etiam teſtamenti partibus expreſſè profeſſus fuit, Bona ſua ſubjeciſſe fideicommiſſo cum dictis arctiſſimis vinculis pro conſervatione agnationis ſuæ, hancque ob cauſam vocationem filiorum maſculorum naſciturorum ex ſuis filiabus contulit in tempus remotiſſimum, extinctionis ſcilicet lineæ maſculinæ tàm legitimæ, quàm illegitimæ; contemplatio autem agnationis, & vehemens illud votum Teſtatoris Bona ſua conſervandi penès Agnatos excludit procul dubio vulgarem, *Berett. conſ. 118. num. 3.*, *Turrett. conſ. 164. num. 8. lib. 3.*, *Cephal. conſ. 137. num. 13.*, *Raudenſ. conſ. 22. ex num. 462.*, *Buttell. deciſ. ultim. volunt. deciſ. 2. num. 36.*, *Rot. deciſ. 41. num. 2. poſt Michelor. de fratrib.*, *coram Bich. deciſ. 287. num. 15. & 25.*, *& deciſ. 622. num. 20. & 22.*, *cor. Arguell. deciſ. 56. num. 8. & 9.*, *coram Dunoz. Jun. deciſ. 3. num. 4.*, *in rec. deciſ. 125. num. 7.*, *& deciſ. 143. num. 6.*, *& ſeqq. part. 1.*, *deciſ. 344. num. 16. part. 2.*, *deciſ. 41. num. 8. part. 8.*, *deciſ. 455. num. 16.*, *& ſeqq. part. 14.*, *deciſ. 81. num. 2. & 9. part. 16.*, maximè quia hujuſmodi rationem ſemper expreſſiſſe videtur veluti cauſam fina-
lem ſuæ diſpoſitionis, ut in propoſitum tradunt 23
*Giovagn. conſ. 75. num. 26. lib. 1.*, *Caren. reſol. 67. num. 9. cum ſeqq.*, *clar. me. Card. de Luc. de fideic. diſc. 70. num. 9.*, *Rot. cor. Molin. dec. 206. à num. 30.*, *& deciſ. 248. à num. 25.*, *Rot. in d. Urbevetana Cenſuum 26. Martii 1696. §. quarum prima*, *confirmata 27. Junii ejuſdem anni §. Inter conjecturas coram R.P.D. meo Caprara*, non niſi enim perpetuo fideicommiſſo Teſtator hujuſmodi perpetuam permanentiam, & Bonorum conſervationem in familia, & Agnatis aſſequi poteſt,

ſeſt, *Valenz. conſ.85. num. 28.*, *Rimin. Jun. conſ.23. num.227. lib.1.*, *Fuſar. de ſubſt. qu.382. num.59.*, *Rot. deciſ.344. num.16. part.12.*, *deciſ.42. num.7. part.8.*, *coram Bichio deciſ.622. num.21.*, *coram Arguell. deciſ.55. num.21.*, *& ſeqq.*, *in Balneoregien. fideicommiſſi 5. Decembris 1692. §. Verum etiam coram R.P.D. Caprara*, *in dicta Romana, ſeù Firmana fideicommiſſi de Burattis 15. Junii 1699. §. Accedit tertiò, & 20. Januarii 1700. §. Qui profectò coram R.P.D. Priolo*; Fortius verò, quando agitur de Teſtato-
24 re nobili, qui magis ſollicitis votis hunc finem aſſequi velle præſumitur, *Valenz. conſ.40. n.19.*, *Tiraquell. de nobilitat. cap.3. num.23.*, *Mantic. de conject. lib.6. tit.10. num.3.*, *Leo deciſ. Valent. deciſ.60. num.3.*, *Rot coram Arguell. deciſ.54. num.38., & ſeqq.*, excluſâ autem vulga-
25 ri, vocatio reſtringi nequit ad ſolam activam vocationem filiorum, ſed eorum appellatione nepotes etiam, ac pronepotes vocati cenſentur ad fideicommiſſum ordinatum favore agnationis, *Garcu. reſol.67. num.4.*, *Cald. de poteſt. eligend. lib.3. cap.14. num.29.*, *Manſ. conſult.322. num.6., & ſeqq.*, *Molina de Primog. lib.1. cap.6. ſub num.28.*, *Rot. deciſ.718. ſub num.3. part.2., & deciſ.465. num.14., & ſeqq. part.14., & deciſ.397. num.13. part.15.*, *in Urbevetana fideicommiſſi 17. Martii 1684. §. Non obſtante, & 12. Januarii 1685. §. Hac tamen omnia, & 8. Februarii 1686. §. Ex donatione coram Rm̃o d' Hervault*, *Rot. in d. Urbevetana cenſuum 26. Martii §. Tertio quia, & §. Denum confirmari, & 27. Junii 1695. §. Addebatur coram R.P.D. Caprara*.

Ut etiam ex ſubſtantia diſpoſitionis collatæ in
26 remotiſſimum tempus, & caſum extinctionis totius lineæ tàm legitimæ, quàm illegitimæ inducta dicenda eſt ſubſtitutio fideicommiſſaria omnium deſcendentium ex fœminis. Teſtator enim hoc caſu conſiderate dicitur tractum temporis ſucceſſivum, *Rot. deciſ.212. num.4. part.4. tom.1. rec.*, *coram Arguell. deciſ.81. num.21., & ſeqq.*, *coram Peutinger. deciſ.236.*, *in d. Romana, ſeù Firmana fideicommiſſi de Burattis 15. Junii 1699. §. Secundò quando, & 7. Januarii 1700. §. Nec non ad ſuadendam coram R.P.D.*
27 *Priolo*, ac per conſequens, ſub appellatione filiorum, nepotum etiam, & pronepotum facta comprehenſio, *Spad. conſ.261. num.10. & 15. lib.3.*, *Andreol. contr.82. num.8.*, *Altograd. conſ.10. num.3. 8. & 13. lib.2.*, *Caldas de poteſt. eligend. lib.3. cap.14. n.28.*, *Craſſ. recept. ſentent. §. Fideicommiſſum quæſt.10. num.6.*, *Manſ. conſult.303. num.10.*, *Adden. ad deciſ.199. num.1., & ſeqq. part.8.*, *Mart. Medic. deciſ. Senen. 1. num.64.*, *Rot. coram Merlin. deciſ. 306. num.13.*, *coram Coccin. deciſ.2121. num. 93., & ſeqq.*, *coram Dunozz. Jun. deciſ.3. num.7. & 15.*, *cor. Card. Celſo deciſ.229. nu.8., & ſeqq.*, *deciſ.257. n.14. & 15.*, *coram Card. Cerro deciſ.401. num.4.*, *deciſ.279. num.15. part.6.*, *deciſ.297. num.12., & 398. num 8. part.15.*

28 Accedit his quarta conjectura promanans ex vocatione filiorum ex fœminis, facta in ſtirpes, & non in capita, quippe ſtirps conficitur ex ſerie plurium graduum, ideoque Teſtator, vocando ſtirpem, non ſolum filios, ſed etiam ulteriores Deſcendentes ex eiſdem ſuperſtites vocaſſe dicitur, *Ruſtic. in l. cum Avus lib.6. cap.12. nu.51., & ſeqq.*, *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.320. num.39. & 43.*, *Rodulph. alleg.24. num.8.*, *Barz. deciſ. Bonon. 9. num.7.*, *Caſtald. conſult.142. num.16.*, *Barboſ. appell.99. num.108.*, *Altograd. conſ.65. num.32. lib.1.*, *Gratian. diſcept.687. num.2. 8. & 9.* Prout etiam ex clauſula *vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum* importari claram 29
voluntatem Teſtatoris ſubſtituendi filios, nepotes, & pronepotes non ſolùm per vulgarem, ſed etiam per fideicommiſſariam, tradit *Rot. coram bo. me. Emerix deciſ.538. num.7.*, *aliique relati per Andreol. contr.368. num.20.*, junctâ præſer- 30
tim clauſulâ = *omni meliori modo* =, de qua paritèr *Andreol. d. contr.368. num.19.*

Quintò, ut benè in facto obſervat Dominus Cauſæ Patronus, Teſtator in aliis teſtamenti lo- 31
cis pro ſynonimis habuit nomen filiorum, & nomen Deſcendentium, ideoque ſub filiorum nomine comprehenſi dicendi ſunt nepotes, & pronepotes omnes, quemadmodum iidem continentur ſub nomine Deſcendentium, *Palm. alleg.168. num.15.*, *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.320. num.78.*, *Rot. cor. Bich. deciſ.25. num.6., & ſeqq.*

Denique, præter alias, conglomerari poſſent conjecturæ deſumptæ ex reciproca ordinata inter 32
dictos filios filiarum Teſtatoris poſtremo loco inſtitutos, in propoſito ponderata à *Manſio conſult. 303. num.7.*, *Mantuaned. deciſ.457. num.1., & ſeqq.*, *deciſ.272. num.6. & 7. part.6.*, *deciſ.34. num.8. & 9. part.9. rec.*, *in Romana fideicommiſſi de Vareſiis 6. Aprilis 1696. §. His ſic præhabitis cum ſeqq. coram Rm̃o Decano*; ex vocatione 33
filiorum facta in numero plurali, *Fuſar. de ſubſt. quæſt.320. num.6.*, *Rot. coram Bich. deciſ. 548. num.27., & ſeqq.*, ex qualitate maſculinitatis, quam paritèr pro comprehenſione nepotum expendit *Rot. coram Dunoz. Jun. deciſ.3. num.4.*, quæ omnes, ſi ſeorſim ſumptæ, fideicommiſſi perpetuitatem, & filiorum comprehenſio- 34
nem ſub nomine nepotum convincerent, potiori jure, unitim conſideratæ, eamdem confirmabunt.

Quamquam verò hæc omnia argumenta primâ ſpecie plurimùm urgere videantur pro inducenda fideicommiſſaria ſubſtitutione tum filiorum maſculorum filiarum Teſtatoris, tum etiam aliorum omnium ulteriorum deſcendentium ex illis, nihilominùs re diligentèr animo perpenſâ, certoque judicio libratis dd. rationum momentis, eadem tanti eſſe viſa non ſunt, ut earum vi abducti, deflectere cogamur à firmiſſimis juris regulis, quibus demonſtrabimus, ultimam ſubſtitutionem à Bartholomæo fideicommittente or-
dinatam favore filiorum maſculorum naſciturorum ex ſuis filiabus conceptam fuiſſe per meram 35
vulgarem; nam, cum ille, deficientibus omnibus ſuis Deſcendentibus maſculis, eorumque lineâ maſculinâ exhauſtâ, ſimpliciter vocaverit filios maſculos legitimos, & naturales filiarum ſuarum,

36 ſuarum, eoſdem vocaſſe cenſetur per meram
vulgarem, nullum ſecumferentem paſſivum,
gravamen, ſed eadem expiravit ſtatim, ac illi
ſucceſſerunt, & hereditatem adiverunt, juxta
ſuperius relatam theoricam Cumani in d. l. cum
ità §. In fideicommiſsis num.3. & 4. ff. de legat.2.
quam communitèr ſequuntur DD., & Tribu-
nalia, Caſanat. conſ.46. num.18. & 19., conſ.49.
& 53., Surd. conſ.370. num.1. & 2., Bellon.
Jun. conſ.26. num.20., & ſeqq., Soccin. Sen.
conſ.113. num.5. lib.1., Caſtrenſ. conſ.434. in
fin. part.2., Ruin. conſ.59. nu.13., & ſeqq. lib.2.,
Mart. conſ.23. num.29., Peregrin. conſ.52. n.29.
lib.4., Menoch. conſ.85. num.78., & ſeqq., &
& conſ.496. nu.9., & ſeqq., & conſ.1056. n.1.,
& ſeqq., Redenaſch. conſ.10. num.2., & ſeqq.,
Gabriel. conſ.106. num.29. lib.2., Molin. de Pri-
mog. lib.2. cap.5. num.17., & ſeqq., & nu.39.,
Balduec. ad Ramon. conſ.16. num.18., Palm. ne-
pos alleg.46. ex num.37., & alleg.417. num.46.,
Creſpus de Valdaura obſerv.20. num.12., Urceol.
conſult. 56. num.1. & 2., Rudolph. alleg.104.
num.7., & ſeqq., clar. me. Card. de Luc. de fi-
deic. diſc.91. num.3., & ſeqq., Urceol. deciſ. Flo-
ren. 13. num.10., & ſeqq., Rot. coram Gregor.
deciſ.207., ibique adden. num.9., coram Dunoz.
Jun. deciſ.132. num.6., & deciſ.777. nu. ultim.,
Arguel. deciſ.65. num.11., coram Card. Cerr.
deciſ.367. num.8., deciſ.440. num.14., & ſeqq.,
in rec. deciſ.225. num.26., & deciſ.266. nu.12.,
& ſeqq. part.1., deciſ.254. num.1. & 2. part.4.
tom.1., deciſ.221. & 326. utrobique num.1., &
ſeqq. part.5., deciſ.214. num.12, & 401. part.9.,
deciſ.190. num.8. part. 11., deciſ.163. num.1.
part.16., deciſ.242. num. 1., & ſeqq. part.17.,
deciſ.807. part.18., deciſ.349. num.1. & 2. part.
19., in Lucana Beneficii 7. Maii §. Patronatum,
& 3. Junii 1694. §. Injuſta coram R̃mo Moliner.
Quæ communis Doctorum omnium, & Tri-
37 bunalium traditio locum ſibi vindicat, ſive Te-
ſtator uſus fuerit verbis partim directis, & partim
communibus, ſivè etiam adhibuerit verba me-
rè communia, quale eſt verbum Relinquo, jux-
tà veriorem, magiſque hodiè receptam opinio-
nem, de qua Rodulph. alleg.104. num.18., Jo-
ſeph. de Roſa conſult.42. num.6. in fin., Urceol.
deciſ. Floren. 13. num.13., Rot. con. Ubald. deciſ.
33. num.7., coram Cavaler. deciſ.196. num.4.,
& ſeqq., in rec. deciſ.357. num.7. part.1., &
deciſ.349. num.1., & ſeqq. part.19., cor. bo. me.
Emerix deciſ.56. num.2., deciſ.88. num. paritèr
2., & deciſ.137. num.9.
Imò verò ab ea recedere integrum non eſſet,
38 tametſi vocatiò concepta eſſet nominibus colle-
ctivis plurium perſonarum, & graduum, atque
reſpicientibus remotum, & futurum tempus,
nam hoc etiam caſu facta cenſeretur per vulga-
rem, non autem per fideicommiſſariam, juxta
præciſos terminos theoricæ Cumani, qui loqui-
tur de vocatione Deſcendentium, quod eſt no-
39 men collectivum plurium perſonarum, & gra-
duum, reſpicitque futurum tempus, & tamen
iidem vocati dicuntur per vulgarem, non autem
per fideicommiſſariam, ob eam rationem, quia
ſucceſſiva illorum vocatio cenſetur ordinata in
potentia, & habitu, quatenùs ſcilicèt primi in-
ſtituti nolint, vel nequeant eſſe heredes, vel
agnoſcere fideicommiſſum, ideoque, eis ad-
miſſis, ceſſat vocatio, ſivè ſubſtitutio perſo- 40
narum ulterioris gradus, ut de communi teſtan-
tur Fuſar. de ſubſtit. quæſt.382. ex num.1., ubi
rejectâ contrariâ opinione, hanc dicit veriorem,
& magis receptam, & iterum quæſt.479. n.26.,
& ſub num.53. & num.88., Peregrin. conſ.23.
num.15. cum ſeqq., ubi reſpondet contrariis lib.4.,
Redenaſch. conſ.10. num.20., & ſeqq., Bellon.
Jun. conſ.26. num.20. cum ſeqq., Mart. de ſucceſſ.
legal. part.3. quæſt.1. art.5. num.4. cum ſeqq., &
part.4. quæſt.24. art.2. num.1., & duobb. ſeqq.,
& num.27., & ſeqq., Cancer. variar. reſol. lib.1.
cap.1. num.118., & ſeqq., Manſ. conſult.131.
ex num.8., Joſeph. de Roſa conſult.42. num.3.,
& ſeqq., Balducc. ad Ramon. conſ.9. num.23.,
& ſeqq., Torr. de majorat. & Primog. Ital part.2.
quæſt.30. num.6., & ſeqq., Palm. Nepos alleg.46.
ex num.37., & alleg.47. num.46., & perpetuò
tenuit Rota, ut in deciſ.357. num.1., & ſeqq.
part.1., deciſ.366. num.9. & 10. part.4. tom.2.,
deciſ.231. num.7. & 8. part.5., deciſ.214. n.12.,
deciſ.255. num.46., deciſ.401. num.22. part.9.
rec., deciſ.24. nu.14. & 17. part.12., deciſ.242.
num. 1., & ſeqq. part. 17., deciſ.349. per tot.
part.19., cor. bo. me. Emerix deciſ.56., & de-
ciſ.88., & deciſ.417. num.3., Balducc. collect.
deciſ. & rer. judic. tit. de legat. & fideic. dec.49.
num.3., cum aliis in Romana Immiſsionis 19. Ja-
nuarii 1693. §. Non enim viſum fuit, & 15. Fe-
bruarii 1694. §. Quis cor. R̃mo Moliner.
Adeoque firmiter DD. huic regulæ inhæren-
dum eſſe cenſuerunt, ut illi locum eſſe volue- 41
rint, etiam in caſu, quo Teſtator inſtituiſſet he-
redem aliquem, ejuſque ſucceſſores, Rodulph.
alleg.109. num.2., & ſeqq., Rot. cor. Ludoviſ.
deciſ.207., ubi reſpondet contrariis, & coram
Merlin. deciſ.145. num.4., & ſeqq., idem de-
terminando in alio etiam fortiori caſu, quo uſus
fuiſſet clauſulis=ſucceſsivè, vel ordine ſucceſsivo=, 42
vel =poſt eum=, quia, cum dd. verba præſeferentia
ordinem ſuccedendi intelligi poſſint etiam per
vulgarem, trahenda non ſunt ad fideicommiſſa-
riam, ut magis communiter tradiderunt Decian.
conſ.26. num.37. lib.2., Ludercb. conſ.92. ex n.6.
uſque ad fin., & præcipuè num.14., Ruin. conſ.99.
num.1. lib.2., Menoch. lib.4. præſum.71. nu.16.,
Alba conſ.29. n.18. lib.1., Rimin. Jun. conſ.535.
num.20., & ſeqq. lib.3., Anguiſciol. conſ.1. n.16.,
Andreol. contr.239. num.7., & contr.409. num.
paritèr 7., Caſtald. conſult.74. num.1., & ſeqq.
Quamobrem DD. omnes, qui ab iſta, cetero-
quin veriori, & communi traditione recedi ali-
quando poſſe, docuere, id admiſerunt eo dumta- 43
xat caſu, quo Teſtator adhibuerit nomina colle-
ctiva plurium perſonarum, & graduum, uſus
enim fuerit verbis, & clauſulis expreſsè ſignifi-
cantibus tractum temporis perpetuum, & ſucceſ-
ſivum, vel ex aliis conjecturis id neceſſariò reſul-
tet, tradentes, hunc tractum perpetuum, &
ſucceſſivum non importari nominibus ſimplici-



ter

44 ter collectivis plurium perſonarum, & graduum,
licèt eamdem diſpoſitionem differant in longum
tempus, & antequam illa locum habeat, inte-
rim poſſint aliqui ex vocatis decedere, alii in eo-
rum locum ſubingredi, ſed tùnc demum tractus
perpetui, & futuri temporis conſideratus, atque
volitus dicitur, quum diſpoſitio non eſt momen-
tanea, ſed ex verbis, & clauſulis teſtamento ad-
poſitis ſucceſſiva redditur, etiam poſtquam ſe-
mel habuit effectum in primo ex vocatis, qui
cenſeatur gravatus alteri reſtituere; ſuâpte igi-
45 tur naturâ tractus ſucceſſivus temporis non ſo-
lum activè, ſed etiam paſſivè conſiderandus eſt,
ut evenit, quando Teſtator nominibus hiſce col-
lectivis plurium perſonarum, & graduum adjicit
clauſulas denotantes tranſitum= *de gradu in gra-*
46 *dum* =, *de uno in alium* =, *vel de herede in here-*
*dem* =, vel adhibet verba infinitatem, temporiſ-
que perpetuitatem importantia, ut benè diſtin-
guunt noſtri DD., & præ aliis *Roſa conſult.*42.
*num.*5., *Balducc. ad Romon. conſ.*9. *num.*37., *&*
*ſeqq.*, *Urceolus conſult.* 70. *num.*16., *& deciſ.*
*Florent.* 13. *num.*14., *& ſeqq.*, *in Romana, ſeù*
*Reatina fideicommiſſi de Vincentinis* 14. *Junii*
1697. *§. Etenim quidquid fuit coram Muto*;
quæ cum verificari nequeant in momentaneo vo-
47 cationis effectu importato per meram vulgarem,
ex qua licèt vocatæ cenſeantur, & ſuccedere poſ-
ſint plures perſonæ multorum graduum compre-
henſæ ſub nomine collectivo, non idcirco ſequi-
48 tur, quod ſit deſignatus ſucceſſivus ordo, qui
habeat tractum temporis in futurum; nam ordo
ille ſucceſſivus, qui deſumitur ex nomine colle-
ctivo, eſt dumtaxat activus, conſiſtens in vocatio-
ne plurium perſonarum, quod non ſufficit ad
49 inducendum fideicommiſſum, conſiſtens in paſſi-
vo gravamine perſonæ, in qua activa vocatio
jam habuit effectum, ut benè, latèque relatis
concordantibus auctoritatibus, explicat *Torr. de*
*majorat. & Primog. Ital. part.*2. *quæſt.*19. *nu.*24.,
*& ſeqq.*, *Urceol. deciſ. Florent.* 13. *ex num.*2.

Ut verò ex conjecturis inductus dicatur tractus
50 iſte temporis ſucceſſivus, & perpetuus, oportet
primum, illas eſſe efficaces, & omninò conclu-
dentes, nam, cum pugnent adversùs regulam mi-
litantem pro vulgari, non quæcumque conjecturæ
51 ſufficientes reputandæ ſunt pro recedendo à di-
cta regula, *Cephal. conſ.*269. *in fin.*, *Menoch.*
*conſ.*552. *num.*3., *Honded. conſ.* 78. *num.* 12. *lib.*
1., *& conſ.*51. *num.* 59. *lib.*2., *Fuſar. de ſubſtit.*
*quæſt.*646. *num.*14., *Mantica de conject. lib.*8. *tit.*
1. *num.*13., *Rot. cor. Coccin. deciſ.* 857. *num.*13.,
*cor. Cerro deciſ.*712. *num.* 8., & rursùs eædem
deſumendæ ſunt ex illamet parte teſtamenti, in
52 qua Teſtator ordinavit ſubſtitutionem nomine
collectivo plurium perſonarum, & graduum,
illas ad ſucceſſionem vocando verbis, perpetui-
tatem, aut infinitatem temporis importantibus,
& adhibendo clauſulas tractum ſucceſſivum, &
ordinem gradualem de perſona in perſonam ſe-
cumferentes, alioquin, ſi in alia teſtamenti par-
te, dum diſpoſuit in aliis caſibus, hujuſmodi
verba, & clauſulas adhibuerit, non idcircò in-
53 ductum cenſebitur fideicommiſſum perpetuum,
quia verba, & clauſulæ hujuſmodi perpetuitatem
importantia, non hunc, ſed alium caſum reſpi-
ciunt, & informant, egregiè, *Redenaſch. conſ.*10.
*ſub num.*40., *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.*479. *nu.* 5.,
*& 56.*, *Roſa conſult.*42. *num.*9., *& 36.*, *Manſ.*
*conſult.*13. *num.*14. *in fin.*, *& ſeqq.*, *Palma nep.*
*alleg.*48. *num.*33., *& pluribus ſeqq.*, *Balducc. ad*
*Ramon. d. conſ.*9. *num.*32., *& ſeqq.*, *Urceol. dec.*
*Florent.* 13. *num.* 23., *Rot. cor. Cavaler. deciſ.*
496. *num.*8., *& ſeqq.*, *in rec. deciſ.* 357. *num.* 6.
*verſ. non obſtat*, *& ſeqq. part.*1.

Certiùs, quando Teſtator in ſubſtitutione illa
facta nomine collectivo plurium perſonarum,
& graduum tranſitum fecit ad diverſum genus
perſonarum, quarum reſpectu longè alia diverſa 54
diſponendi ratio urgebat, iſto enim caſu perpe-
tuitas volita in fideicommiſſo inter diverſas per-
ſonas, & ob diverſam rationem ordinato, ſubin-
tellecta, ac repetita cenſeri nequit in ſubſtitutio-
ne aliarum perſonarum, erga quas diverſa mili-
tet Teſtatoris voluntas, juxtà notas regulas re-
petitionem omnem prohibentes in ſubſtitutio-
ne continente novas perſonas, & gradus, *Rota*
*in Auximana Prædii* 9. *Januarii* 1682. *§. Se-*
*cundò ex diverſitate cor. bon. mem. Rondinino*, *&*
23. *Februarii* 1684. *§. Independens autem fuiſſe*
*cum ſeq. cor. bon. mem. Urſino*, *in Bononien. Fidei-*
*commiſſi de Paudinis deciſ.*27. *num.*15., *deciſ.*29.
*num.*15., *& ſeqq.*, *poſt Balducc. ad Ramon. to.*3.,
*in Melevitana Fideicommiſſi* 3. *Julii* 1690. *§. Præ-*
*terea cor. R̃mo d' Hervault.*, maximè, ſi inter
eaſdem diverſa ratio militet, *Rot. deciſ.* 76. *in* 55
*fin. poſt clar. mem. Card. de Luc. de Fideicomm.*
*tom.*2., *Rota in d. Melevitana Fideicommiſſi* 21.
*Aprilis §. Nam ut in caſu noſtro*, *&* 3. *Julii*
1690. *§. In quo pariter cor. R̃mo d' Hervault.*;
quam quidem diverſitatis rationem ſubeſſe in
caſu noſtro, in dubium revocari nequit; nam in
prima ſubſtitutionum ſerie Teſtator votis omi- 56
bus concupiverat agnationis ſuæ conſervationem,
cujus ſubjectum cum defeciſſe ſupponeretur in
filiis fœminarum, ad illos vocandos motus præ-
ſumebatur ex ſola naturali propenſione erga
ſuam progeniem, ſanguiniſque conjunctionem,
poſthabitâ qualitate agnatitiâ, utpotè non à na- 57
tura, ſed à Juris civilis ſubtilitate proficiſcente.

Quæ omnia procedunt, tametſi agatur de di-
ſpoſitione condita ab Aſcendente, quia, licèt in
illa adeò rigidè non agatur pro excludenda fidei- 58
commiſſaria, nihilominùs conjecturæ ſemper
debent eſſe urgentes, atque efficaces ad effectum
inducendi fideicommiſſarium gravamen, *Rocc.*
*diſput. jur. ſelect. cap.*18. *num.*22. *in fin.*, *Alto-*
*grad. jun. contr.*97. *num.*22., *Rot. deciſ.*262. *nu.*
4. *part.*13. *rec.*, *in Romana, ſeù Reatina Fidei-*
*commiſſi de Vincentinis* 14. *Junii* 1697. *§. Rele-*
*vare*, *&* 28. *Aprilis* 1698. *§. In caſu præſenti*
*cor. R. P. D. Muto*, *in Vercellen. prætenſæ Im-*
*miſſionis* 17. *Februarii* 1698. *§. Et quamvis cor.*
*eod.*; hujus verò generis non eſſe illas, quæ pro
receſſu à *theorica Cumani* ſub initium allatæ fue-
runt, facilè ſuo loco demonſtrabimus.

At verò, ſi ſubſtitutio facta nomine collecti-
vo, intelligitur per vulgarem, tametſi illud
compre-

comprehenſivum ſit plurium perſonarum, &
graduum, quantò potiori jure talis reputanda
erit hæc, de qua agitur, in qua Teſtator non
adhibuit nomen Deſcendentium, Liberorum,
59 aut his ſimile, ſed ſimpliciter ſubſtituit filios
maſculos filiarum fœminarum, quod nomen
nullam ſuâpte naturâ graduum pluralitatem continens,
ex propria ſignificatione ad ſolos Liberos
60 primi gradus reſtringitur, *Vrceol. d. deciſ. Flo-
rent. 13. num. 14., & ſeqq.*; qui quidem filii maſculi
filiarum fœminarum, licet reſpectu Maſculorum
ex Maſculis per fideicommiſſariam
vocati dicendi ſint eò quod ſubſtituti legantur
poſt emolumentum jam quæſitum primo loco
vocatis, nempè filiis maſculis primi heredis in-
61 ſtituti, non tamen propterea ſequitur, eoſdem
filios maſculos fœminarum fuiſſe gravatos reſtituere
ſuis filiis, & Deſcendentibus, nam, cum
tempore, quo abſque filiis obiit Bartholomæus,
in humanis fuerit Eques Ferdinandus de Bolo-
62 gninis, idemque vigore poſtremæ ſubſtitutionis,
de qua eſt quæſtio, ſucceſſerit in fideicommiſſo,
iſtud in illo expiravit, eò quod non legitur in
teſtamento, quod eſſet gravatus reſtituere filiis,
& Deſcendentibus ſuis, ut proſequitur *Vrceol.
mox citata deciſ. num. 18., & ſeqq.*

Nilque turbat, filiorum nomine nepotes etiam,
& pronepotes quandoque comprehendi, ex con-
63 jecturata mente Teſtatoris, quod erat alterum
fundamentum, in quo Actores intentionem
ſuam fundant pro vindicando à Reo controverſo
prædio, quia, cum veteri Jure jam conſtabilita,
omniumque ſermone trita ſit regula illa,
64 quâ ſtatuitur, alium eſſe filium, alium verò nepotem,
& filiorum appellatione non venire nepotes,
ad *Text. in leg. filium habea ff. ad Macedon.,
leg. quod ſi Nepotes ff. de Teſtam. Tutel. §. ultim.
Inſtit. qui teſtam. Tutor. dar. poſſ., Anton.
Bellon. jun. conſ. 2. num. 2., Gannaver. conſ. 1. n.
10., & ſeqq., Faber. de error. pragmat. decad. 29.
error. 1. num. 4., Mart. de ſucceſſ. legal. part. 1.
quæſt. 2. art. 5. num. 31, & ſeqq., Molin. de Primog.
lib. 1. cap. 6. num. 28., & ſeqq., Capon. contr.
69. num. 2., & 3., Mel. alleg. 61. num. 4. part. 2.,
Actolin. reſol. 90. num. 63., clar. mem. Card. de
Luc. de Fideicomm. diſc. 71. num. 4., & ſeqq., &
diſc. 72. num. 2., & ſeqq., Vrceol. deciſ. Florent.
4., Rot. cor. Dunoz. jun. deciſ. 648. num. 17., cor.
Merlin. deciſ. 460. num. 2., cor. Card. Celſo deciſ.
34. num. 4., & deciſ. 159. num. 10., in Anconitana
Fideicommiſſi 18. Martii, & 22. Junii 1689.
& 26. Junii 1690. cor. Rño d'Hervault, in Romana,
ſeù Reatina Fideicommiſſi de Vincentinis
14. Junii 1697., & 28. Aprilis 1698. cor. R. P.
D. Muto, confirmata 12. Junii 1699., & 14.
Martii 1701. §. Nam quod attinet coram R.P.D.
Scotto*; minùs verò ſub eodem filiorum nomine,
65 ex propria ſignificatione reſtricto ad Liberos ſolummodò
primi gradus venire poſſe pronepotes,
quales ſunt DD. Comites Marcellus, & Ferdinandus
Actores, *Rot. cor. Bich. deciſ. 297. n. 14.,
& in rec. deciſ. 473. num. 23. part. 4. tom. 3.*

Quæ quidem regula recipienda eſt etiam in
66 fideicommiſſo condito ab Aſcendente, per ea,
quæ tradunt *Menoch. conſ. 215. num. 97., Mantic.
de conject. ultim. volunt. lib. 8. tit. 8. num. 2., Vrceol.
deciſ. Florent. 4. num. 4., Rot. cor. Seraph.
deciſ. 1486. num. 3., cor. Dunoz. jun. deciſ. 648.
num. 21., cor. Bich. deciſ. 270. num. 12., coram
Card. Celſo deciſ. 34. num. 14., in rec. deciſ. 502.
num. 2. part. 2., deciſ. 84. num. 1. part. 9., Rot. in
d. Romana, ſeù Reatina Fideicommiſſi de Vincentinis
14. Junii 1699. §. Relevare cor. R.P.D.
Muto, confirmata 14. Martii 1701. §. Nam
quod attinet cor. R.P.D. Scotta, Balducc. in collect.
deciſ., & rer. judic. tit. de leg., & fideicommiſſis,
deciſ. 6. num. 26.*; nam, cum iſta principaliter
fundetur in verbi proprietate, ut ſentit *Ja-* 67
*ſon. in leg. Gallus §. Inſtituens num. 18., & 23.
in fin. ff. de liber., & poſth.*, ideoque etiam in caſu,
quo nepos veniret appellatione filiorum, id,
non niſi per improprietatem, atque extenſivam 68
interpretationem contingat, *Decian. conſ. 47. num.
10. lib. 3., Honded. conſ. 60. num. 32. lib. 1., Menoch.
conſ. 215. num. 12., Surd. conſ. 403. n. 18.,
Bardellon. conſ. 83. num. 14., Anton. Faber. de
error. pragm. decad. 29. error. 1. num. 4., Ruſtic.
ad leg. cum A[illegible] lib. 6. cap 14. num. 1., Actolin.
reſol. 90. num. 63., Robleſ. de repreſentat. lib. 3.
cap. 1. num. 29., & 30., Caſtill. contr. jur. lib. 5.
cap. 66. num. 12., Seſſ. deciſ. 64. num. 100., Vrceol.
deciſ. Florent. 4. num. 9., & 47., Rot. cor.
Vbald. deciſ. 275. num. 5., in Vrbevetana Fideicommiſſi
12. Junii 1985. §. Hæc tamen omnia cor.
Rño d'Hervault*, eadem proinde ratio æque mi- 69
litat in Tranſverſalis, ac Aſcendentis diſpoſitione,
*Menoch. conſ. 215. num. 97., Caſanat. conſ. 34.
num. 5., Saminiat. contr. 129. num. 12., Manſ.
conſult. 364. num. 3., Rot. apud Giovagn. conſ. 24.
num. 68. lib. 2., Rot. cor. Dunoz. jun. deciſ. 648.
num. 21., cor. Bich. deciſ. 279. num. 8., cor. Card.
Celſo deciſ. 34. num. 4. 7., & 14.*

Fruſtraque DD. Actores ab eo deflectere curant
ſub obtentu conjecturarum, ex quibus perſpicuè
patere, ajunt, Teſtatorem intendiſſe filiorum
nomine comprehendere Deſcendentes
omnes Maſculorum fœminarum in infinitum,
eorum favore ordinando perpetuum fideicommiſſum,
duraturum etiam in caſu literaliter
omiſſo, ideoque, poſthabitâ figurâ, & ſubtilita- 70
te verborum; inhærendum eſſe voluntati Teſtatoris,
ut tradiderunt *Dec. conſ. 477. num. 3.,
Giovagn. reſpect. 38. num. 2. lib. 1., Rocc. diſput.
jur. ſelect. cap. 128. num. 7., in Romana Fideicommiſſi
de Moronis 21. Februarii 1701. §. Et
ſanè cum ſeqq. cor. R.P.D. Anſaldo*, quia admittimus,
ex conjecturis deſumi poſſe limitationem
regulæ, ſed dicimus, pro ea inducenda eaſdem
eſſe oportere vehementes, & ſecum neceſſariò 71
ferentes extenſivam comprehenſionem nepotum
ſub nomine filiorum, *Palm. nep. alleg. 81. n. 39.,
Saminiat. contr. 19. num. 18., Vrceol. deciſ. Florent.
4. num. 66. cum ſeqq., cum aliis adductis per
Rot. in Vercellen. prætenſæ Immiſſionis 17. Februarii
1698. §. Et quamvis cor. R. P. D. Muto*,
etiamſi agatur de fideicommiſſo Aſcendentis, in 72
*d. Romana, ſeù Reatina Fideicommiſſi de Vincentinis
14. Junii cor. eod.*

Cer-

Cértiùs in caſu noſtro, quia DD. Actores recedentes a propria verborum ſignificatione, per extenſivam interpretationem illam trahere ſatagunt ad inducendum gravamen, quod, veluti repugnans naturali libertati Bonorum, proindeque odioſum, ſi ſemper reſtringendum eſſet, recedendo etiam à proprietate ſermonis, quanto minus illud ampliare licebit per extenſivam illius interpretationem, vim facientibus non minus verbis, quàm omnibus regulis Juris clamantibus pro Bonorum libertate, *Jaſon. conſ.220. num.10. lib.2., Roland. conſ.56. num.24. lib.3., Honded. conſ.56. num.7. lib.2., Cravet. conſ.98. num.13., Fuſar. conſ.95. num.7., clar. mem. Card. de Luc. de Fideicomm. diſc.74. num.8., diſc.91. num.24., Urceol. deciſ. Florent.4. num. 5., & ſeqq., & nu. 41., Rot. cor. Seraph. deciſ. 1023. num.2., coram Priolo deciſ.176. num.19., in rec. deciſ.503. n.3. part.2., deciſ.529. in fin. part.14.*; eòque magis hujuſmodi extenſio rejicienda videtur in caſu
73 noſtro, quia non agitur de includendis, vel excludendis Nepotibus, aliiſque ulterioribus Deſcendentibus à fideicommiſſo jam præexiſtente, quodque adhuc durare præſupponatur, quo caſu, cum nullum novum onus heredi gravato imponatur, ſed magis æquum ſit, eumdem reſtitu-
74 tionis onere gravari favore nepotum, quàm alterius Extranei, ſeù remotioris ſubſtituti, juſta ratio poſtulat, ut benigniori interpretatione nomen filiorum ad nepotes etiam porrigatur, ut optime diſtinguendo tradunt *Rocc. diſpat. jur. ſelect. cap.27. ex num.25., Carol. Anton. de Luc. ad Gratian. diſcept.687. ſub num.7. verſ. noviter*, ſed agitur de novo prorſus gravamine imponendo heredi gravato, &, quod magis eſt, in præjudicium tertii, qui bonâ fide emit controverſum prædium; ideòque, ne, contra omnem æqui-
75 tatis, & juſtitiæ rationem, ſuarum pecuniarum, & prædii jacturam lugere cogatur, Actores argumentis, & conjecturis longè vehementioribus docere debent, ſe contra Juris regulas, & verborum proprietatem comprehenſos eſſe ſub nomine filiorum, *Rot. Florent. apud Palm. alleg. 234. num.68., Senatus Nicienſis in Voto impreſſ. poſt Balducc. ad Ramon. deciſ.90. num.31. tom.4., Rot. in rec. deciſ.425. num.19. part.9., in Aven. Primog., ſeù Concurſus 23. Januarii 1705. §. Præſertim quia cor. R.P.D. Muto*, hiſque deficientibus, ſtricta fieri debet interpretatio, &, rejectâ quâcumque extenſione, nudum factum ipſius
76 inſtitutionis, & ſubſtitutionis, ſecundum literam teſtamenti, inſpiciendum eſt, ad *Text. in leg. ſiquis ita 16. §. penult. de teſtam. tutel., Peregr. conſ. 55. num.5. lib. 2., Altograd. conſ. 82. num.24. lib. 2., Cyriac. contr.281. n.68., Palm. nep. alleg.83. num.41., alleg. 85. num.9., alleg. 90. num.29., & ſeqq., in d. Romana ſeu Reatina Fideicommiſſi de Vincentinis 14. Junii 1697. §. Tantum abeſt cor. R. P. P. meo Muto, pluries confirmata*.

Pars itaque adverſa ſi ob meram reſiſtentiam regulæ indiget efficacibus, & omninò concludentibus conjecturis, adeò ut Reo, cui favet
regula, ſatis ſit pro repellendo Actore inſiſten- 77
ti illius limitationi, dubias reddere conjecturas, ex quibus eam elicere conatur; *Rota in Vercellen. prætenſæ Immiſſionis 17. Februarii 1698. §. final., in Romana, ſeù Reatina fideicommiſſi de Vincentinis 14. Junii 1697. §. Relevare, confirmata 28. Aprilis 1698. §. Quæ nepotum in fin. coram R.P.D. Muto*, quanto potiori Jure eis indigebit in caſu noſtro, in quo conjecturæ omnes, quotquot ex adverſo afferuntur, non ſolùm equivocæ, dubiæ, & noſtræ hypotheſi inapplicabiles ſunt, verum prætereà eliduntur contrariis conjecturis, quæ, utpotè coadjuvatæ
à regula, & juris aſſiſtentia, in conflictu præ- 78
valere debent, tametſi pauciores, minùſque efficaces, *Natt. conſ.291. num.11. verſ. & in dubio, Menoch. conſ.215. nu. 6., & ſeqq., Bellon. Jun. conſ.26. num.54. & ſeq., Rimin. Jun. conſ. 358. num. 172. lib.4., clar. mem. Card. de Luca de Fideicomm. diſcurſ. 124. ſub nu. 10., & diſc. 127. num.13., Urceol. deciſ. Florent.4. num.2., Rota coram Bich. deciſ.379. num. 37., & in rec. deciſ.199. num.1 . part. 19., & in noſtris terminis Rota in dicta Romana, ſeù Reatina Fideicommiſſi de Vincentinis 14. Junii 1697. §. Inſuper conjecturæ coram R. P. D. Muto*.

Pro regula quidem primo loco urgere videtur forma, & figura verborum, quibus uſus fuit Teſtator, qui vocavit filios maſculos legitimos, & naturales filiarum *prædicti* D. Teſtatoris, ideoque, ſicuti ille vigore dictionis reſtrictivæ = *prædicti* = vocaſſe cenſetur filios Maſculos ex fœminis 79
ab ipſo immediatè natis, ita etiam, dum locutus fuit de filiis maſculis fœminarum, intellexiſſe cenſendus eſt de Maſculis immediatè natis ex fœminis, *Urceol. deciſ. Floren.4. nu.12. & ſeqq.*,
præſertim, quia hic agitur de excludendo dum- 80
taxat gravamine paſſivo filiorum erga nepotes, & pronepotes, non autem de iiſdem excludendis à vocatione activa per vulgarem in caſu, quo tempore purificatæ ultimæ ſubſtitutionis, eorum Parentes prædeceſſiſſe contigiſſet, ideoque hoc
caſu dictio illa perſonalis operari debet reſtrictio- 81
nem gravaminis paſſivi, atque diſpoſitionis ad perſonas præcisè deſignatas, ad tradita per *Soccin. in leg. Gall. §. Inſtituens nu.5. ff. de liber., & poſthum, Menoch. conſ.215. nu.51. & ſeqq., Laderch. conſ. 136. ſub num. 7., Honded. conſ.60. num.53. lib.1., Fuſar. conſ.75. num.9., Caſtill. contr. Jur. lib.5. cap.66. num. 48., Manſ. conſul. 364. num. 7., & ſeqq., conſul.40. num. 8. lib. 9., Samminiat. contr.19. num.17., Palm. allegat.291. num.67., & inter deciſ. ab eodem recollectas deciſ.253. num.124., Rota deciſ.507. num. 8. part. 2., deciſ.161. num.5. part.10., deciſ. 244. num. 1., & ſeqq. part. 12., deciſ. 378. num. 14. part. 13., deciſ. 233. num. 8., & deciſ. 489. num. 1. part.14., deciſ.118. num.11. part.17., deciſ.304. num.8. part. 19., coram Pen. deciſ. 1002. in fin., coram Celſo deciſ. 34. num. 7., in Romana Fideicommiſſi de Cribellis 24. Januarii 1691. §. Fortiùs verò coram clar. mem. Card. Caccia, in Vercellen. prætenſæ Immiſſionis 17. Februarii 1698.*

*§. Eò*

*§. Eò magis coram R.P.D. Muto , deciſ.19. num. 3. inter recollectos à clar. mem. Card. de Luca ad mater. de fideicomm.*

Eodem pertinet diſcretivus loquendi modus
adhibitus à Teſtatore, qui in primo ſubſtitutio-
82 num ordine conditurus perpetuum deſcenſivum
fideicommiſſum favore Liberorum omnium
Bartholomæi filii ſui illegitimi , non ſolùm vo-
cavit ejuſdem filios, ſed univerſos ejus Deſcen-
dentes in infinitum ſubſtituit , ex quo diſcretivo
loquendi modo, cum manifeſtè pateat , illum
aliter de filiis , aliter de nepotibus , ceteriſque
Deſcendentibus ſenſiſſe, dicendum eſt , quod,
83 ſicuti , quum voluit illos vocare, optimè id ſci-
vit exprimere, ità etiam conſultò eoſdem omiſiſ-
ſe cenſeatur, quando de iiſdem locutus non fuit ,
*argum. Text. in leg. liberorum in princ. ff. de verb. ſignif., leg. qui filiabus, & leg. ſi ſervus plurium §. fin. ff. de legat.1., Menoch. conſ.225. nu.69., & 70., Bardellon. conſ. 83. num. 51., Buccaferr. conſ. 102. num. 5., Caſanat. conſ. 34. num. 10., Gargiarenſ. conſ.65. nu.14., & ſeqq. lib. 2., Altograd. conſ. 89. num. 8. lib. 2., Altograd. Jun. contr. 97. num. 23. & ſeqq., Gaunaver. conſ. 1. num.14., Surd. conſ.554. num.7., Ramon. conſ. 100. num. 195., Mart. de ſucceſſ. legal. part. 1. quæſt.2. art.5. num.33., Caren. reſolut.103. num. 23., clar. mem. Cardin. de Luca de Fideicommiſ. diſc.72. num.5., Rodulphin. allegat.25. num. 6., Larrea deciſ.54. num. 19., Seſſ. deciſ.64. num. 112., Mart. Medic. deciſ. Senen. 1. num. 29., Urceol. deciſ. Floren. 4. num. 27., Rota coram Seraphin. deciſ.1486. num.12., poſt Torr. de pact. futur. ſucceſſ. deciſ.173. num. 8., coram Priolo deciſ. 176. num.18., coram Dunon. Jun. deciſ. 187. num. 24., coram bon. mem. Emerix Jun. deciſ. 1289. num. 6., in rec. deciſ.473. num.21. part.4. tom.2., deciſ. 378. num. 12., & 13. part. 13., deciſ. 489. num. 1. part. 14., deciſ. 118. num. 22. part.17., deciſ.297. num.5., & ſeqq. part.18., deciſ. 193. num.14., & 15. part.19., in Anconitana Fideicommiſſi 22. Junii 1689. §. Quartò demum coram Reverendiſſimo d'Hervault , & in Romana , ſeù Reatina Fideicommiſſi de Vincentinis 14. Junii 1697. §. Quarum prima reſultat coram R.P.D. Muto .*

Et rectè quidem, quia , ſi Teſtator ſub no-
mine filiorum nepotes , & Deſcendentes quoque
84 comprehendi poſſe, crediddiſſet, ſuperfluum fuiſ-
ſet in vocatione filiorum Bartholomæi addere
Deſcendentes, unde , cum in omni diſpoſitio-
ne ſuperfluitas vitanda ſit , *Surd. conſ.313. num. 88., Caſtill. deciſ. 50. num.25., Manzaned. deciſ. 192. num.21., deciſ.655. num. 2., Peuting. deciſ. 65., & deciſ.162. utrobique num.7.*, dicen-
dum eſt , Teſtatorem nomen filiorum accepiſſe
85 in propria ſignificatione, reijciente quamcumque
extenſionem ad nepotes, & pronepotes, ad quos
ut porrigi poſſit nomen filii , oportet , illud ac-
cipi tamquam genus continens ſub ſe plures ſpe-
cies, & Deſcendentium gradus, quapropter , ubi
ſinguli gradus, & ſpecies iſtæ annumerantur,
jam nomen filii non accipitur ampliùs ut genus ,
ſed tranſit in ſuam ſpeciem , quæ comprehendit 86
filios propriè dictos , illos nempè primi dumta-
xat gradus , *Fuſar. de ſubſtitut. quæſt. 321. num. 59. & 60., Adolin. reſolut.73. num.64., & reſolut.83. nu.75., Altograd. Jun. contr. 97. num. 30. cum ſeqq.* talique caſu generi derogatur per
ſpeciem , *Gratian. diſcept.757. num.10., & 11., Adolin. dict. reſol. 73. num.64.*

Accedit ad hæc , quod Teſtator in primo ſub-
ſtitutionum ordine favore Deſcendentium maſ-
culorum ex Maſculis expreſsè contemplatus fuit
agnationem cum digreſſu ad plures ſubſtitutio-
num gradus, at verò, quando progreſſus fuit
ad ultimam ſubſtitutionem Maſculorum ex fœ-
minis , utrumque omiſit , ſicuti autem contem-
platio agnationis, & digreſſus iſte potiſſimæ ſunt
conjecturæ tàm pro inducenda perpetuitate fi- 87
deicommiſſi, quàm pro comprehenſione nepo-
tum ſub nomine filiorum , ità etiam , iis defi-
cientibus , utraque ceſſare dicitur , *Rota in Anconitana Fideicommiſſi 22. Junii 1689. §. Quibus conjecturis cor. Rmo d'Hervault .*

His autem conjecturis in dubium venire ne-
quit , quin penitùs eliſæ, vel ſaltem dubiæ red-
ditæ dici debeant contrariæ conjecturæ , adeout
ſuperfluum videri poſſet illas ſingillatim refelle-
re , quippè , cum innitamur regulæ , ſatis no-
bis eſſet dicere , quod, quum res agitur conje-
cturis hinc indè pugnantibus , dubia ſemper ſit, 88
eò quod una conjectura aliâ contrariâ facilè eli-
datur, *Rota coram Bich. deciſ.612. num. 15., & ſeqq., coram Cardin. Cerra deciſ.538. nu.3., & ſeqq., in Firmana Prædii della Parapina 5. Decembris 1687. §. Minùs urget coram b.m. me. Benincaſa, & in Piſauren. ſucceſſionis 11. Martii 1689. §. Primus enim , & §. Nec refert coram Reverendiſſimo d'Hervault ;* ideoque in hac du-
bietate recedendum minimè eſſe à regula , quæ,
ut ſupra firmavimus, ſtat pro excluſione perpetui- 89
tatis fideicommiſſi , & comprehenſionis nepo-
tum ſub nomine filiorum ; Verùm tamen, ut
pleniùs Cauſæ ſatisfaciamus , non pigebit paucis
illas reijcere , oſtendendo , ex eiſdem non in-
duci nepotum comprehenſionem ſub nomine fi-
liorum , minùs verò receſſum à regula .

Et primò quidem eaſdem unâ generali reſpon-
ſione comprehendendo , dicere poſſemus, præ-
fatas omnes conjecturas effectum ſuum ſufficien- 90
ter operari inducendo paſſivum gravamen inter
omnes Maſculos ex Maſculis gravatos reſtituere
per fideicommiſſum filiis maſculis fœminarum
in ultimo ſubſtitutionum ordine vocatis, qui om-
nes, licèt activâ vocatione venientes ad contro-
verſi fideicommiſſi ſucceſſionem , attamen nul-
lo paſſivo reſtitutionis onere gravati dici poſſunt,
ut benè , ex *Torre de Majorat., & Primogenit. Ital. part.2. quæſt.19. num.24., & ſeqq., Urceol. deciſ. Floren. 13. ex num. 12.*, alibi declara-
vimus, certiùs quia , ut pariter alibi probavi- 91
mus, ſi, ut conjecturis induci poſſit perpetuitas
fideicommiſſi , & comprehenſio nepotum ſub
nomine filiorum , oportet , eaſdem elici ex illa-
met teſtamenti parte , in qua Teſtator filios
voca-

vocavit, profectò in caſu noſtro hujuſmodi con-
jecturæ inefficaces habendæ ſunt, quia illæ reſ-
piciunt caſus, & perſonas Maſculorum ex Maſ-
culis in prima ſubſtitutionum ſerie vocatorum,
& nullo pacto referuntur ad Maſculos ex fœmi-
nis in ultima ſubſtitutione comprehenſos.

Secundò ſingillatim eaſdem perſtringendo, reſ-
pondemus, primam deſumptam ex prohibitione
92 alienationis facta omnibus ſubſtitutis, ſecum non
ferrè perpetuitatem, & gravamen fideicommiſ-
ſi inter omnes Deſcendentes, ut ex profeſſo do-
cuerunt *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.685. num. 8., &*
*quæſt.688. num.1., & conſ.168. num. 81., Pere-*
*grin. conſ.45. nu.9. lib.3., Menoch. conſ.85. num.*
*71. in fin, & num.103., Barry de ſucceſſ. lib.8.*
*tit.3. ſub num.2. verſ.6., Carol. Anton. de Luca*
*ad Gratian. diſceptat. 280. num. 4. & 5., Palm.*
*Nepos allegat. 115. num.6., & allegat.116. num.*
*14., & ſeqq., allegat.139. nu.9., & ſeqq., Ro-*
*dolphin. allegat.103. num.6. & 7.*, & præterea
eamdem ob rationem, ex qua facta reperitur, ex-
tendi non poſſe ad inducendum fideicommiſſum
paſſivum inter filios, & Deſcendentes Maſculos
fœminarum; cum enim Teſtator expreſsè pro-
feſſus fuerit prohibitionem hanc alienationis Bo-
norum ſuorum indixiſſe omnibus ſubſtitutis,
quia *enixè cupit, ea conſervari in ejus agnatione*,
93 profectò iſtiuſmodi ratio fideicommiſſum ex-
tendere nequit inter filios maſculos fœmina-
rum, qui non erant de agnatione Teſtatoris, ſed de
aliena prorſus, & extranea familia, *Rot. dec.463.*
*n.7. part.13.*; ſi enim ratio agnationis conſiderata
in deſcendentia heredis inſtituti, trahi nequit ad
deſcendentiam ſubſtituti, illam extendendo ultra
94 perſonas, & gradus expreſſos, ut dixit *Rot. in*
*una Bonon. Fideicommiſſi de Ghiſellis coram Re-*
*verendiſſimo d'Hervault inter collect. per Balducc.*
*ad Ruam. deciſ. 11. num.20., & ſeqq. tom.3.*,
quanto minus hujuſmodi ratio fideicommiſſi ex-
95 tenſionem operari poterit, quando Teſtator, de-
ficientibus veris Agnatis, tranſit ad genus per-
ſonarum omninò diverſum, & extraneum; Cer-
tòque certius in caſu noſtro, quia illa non ſolùm
ſuâpte naturâ reſtringitur ad ſolas Agnatorum
96 perſonas, quibus convenit, verum prætereâ ad
illas refertur vigore clauſularum =, *formâ, &*
*ordine ſupradictis* =, quæ rationem hanc, cete-
roquin generalem reſtringunt ad caſus, & per-
97 ſonas dumtaxat, quibus illa convenire poteſt,
*Palm. allegat. 83. num. 25., & ſeqq., allegat. 85.*
*num.14., allegat. 90. num.58., Gratian. diſcept.*
*828. nu.16., Rota coram Merlin. deciſ. 890. num.*
*21., coram ſan. mem. Alex.VIII. deciſ.3. nu.23.,*
*in rec. deciſ.180. num.14. part. 5.*

Parvique refert, Teſtatorem alienationem in-
98 definitè prohibuiſſe omnibus ſubſtitutis, inter
quos comprehenduntur etiam filii maſculi fœ-
minarum, quia, ceſſante in iis ratione conſerva-
tionis Bonorum in agnatione cum penitùs ceſſa-
ret etiam prohibitio, iidem prohibiti tantùm
dici poterant in gratiam ſuorum Liberorum, vel
heredum, ad quos hujuſmodi, Bona ex voca-
99 tione merè activa ſinè ullo onere paſſivi grava-
minis perveniſſent, ut de veriori teſtantur *Odd.*
*conſ.66. num.40., conſ.67. num.8., Gabriel. conſ.*
*140. num.4. lib.1., Mantic. de conject. lib. 7. tit.*
*45. nu. 16., Peregrin. de Fideicom. art. 14. num.*
*1. & 2., Barry de ſucceſſ. lib. 8. tit. 3. num. 2.,*
*aliique innumeri relati per Fuſar. quæſt. 685. nu.*
*40. & ſeqq., Gratian. diſcept. 117. num.17., di-*
*ſcept.280. nu.14. & ſeqq., Altograd. Jua. contr.*
*90. num.2., & 9. in fin., Palm. Nepos allegat.*
*115. num.6., & ſeqq., Rot. deciſ. 131. num. 7.*
*part. 17.*, vel in gratiam ſuorum coheredum re-
ciprocè ſubſtitutorum; aderat enim inter di-
ctos filios maſculos ex fœminis reciproca ſub-
ſtitutio, *Rot. deciſ.304. num.17. part.19.*; ideo-
que prohibitio alienationis etiam inter illos con-
gruum effectum operata fuiſſet abſque ulteriori
fideicommiſſi prorogatione.

Ex his rationibus ſublata videtur alia conjectu-
ra deſumpta ex prohibitione detractionum legi-
timæ, & trebellianicæ facta ob eamdem ra-
tionem conſervandi Bona in agnatione Teſtato- 100
ris, ideoque, ex jam dictis, fideicommiſſi exten-
ſionem inducere valente inter Agnatos dumta-
xat, non autem inter Cognatos, & prorsùs extra-
neos, ac præterea conjectura elicita ex hujuſmo-
di prohibitione non recipitur ad effectum indu-
cendi perpetuitatem fideicommiſſi, juxta concor-
dantes auctoritates cumulatas in *d. Avenionen.*
*Primogenituræ, ſeù Concurſus 23. Junii 1705. §.*
*Quo verò ad prohibitionem coram R. P. D. meo*
*Muto*, & nec etiam ad effectum inducendi com-
prehenſionem nepotum ſub nomine filiorum, ut 101
ex profeſſo firmavit *Rota in dicta Romana, ſeù*
*Reatina Fideicommiſſi de Vincentinis 14. Junii*
*1697. §. Demum, & 28. Aprilis 1698. §. Prout*
*mihi coram R.P.D. Muto, & 12. Junii 1699. §.*
*Minùs, & ſeq., & 6. Februarii 1702. §. Prohi-*
*bitio coram R.P.D. Scotto.*

Corruit pariter argumentum deſumptum ex 102
ſubſtitutionibus ordinatis in caſu delicti, & in-
greſſus in Religionem, quia eædem, utporè reſ-
picientes favorem agnationis, ad perſonas tantùm
Agnatorum reſtringi debent, *Rota coram bon.*
*mem. Emerix deciſ.86. num.12.*, &, juxta regulas
communiter receptas, non extenduntur ad caſum
mortis, *Rota coram Cardin. Cerr. deciſ. 807. num.*
*7. & 8.*, & tradiderunt *Gabriel. conſ. 124. num.*
*12. lib.2., Giovagnon. conſ. 39. num. 16. lib. 1.,*
*Galeott. contr. lib.2. contr. 19. num. 12. & 13.,*
*Knipſchilt de Fideicomm. famil. nobil. cap.8. num.*
*85. & 86., Rota coram Coccin. deciſ.294. nu.7.,*
*deciſ.297. num.20. coram Bich.*; quinimmò con-
jectura iſta in ſubjecta materia retorqueri poſſet; 103
nam Teſtator excludendo Monaſterium, quod
ſub nomine filiorum latiſſimè accepto compre-
henditur, innuiſſe videtur, nomen filiorum ac-
cepiſſe ſecundùm ſuam veram, & propriam ſi-
gnificationem, ut ratiocinatur *Urceol. dict. de-*
*ciſ.4. num.81., Rota in dicta Romana, ſeù Rea-*
*tina Fideicommiſſi de Vincentinis 14. Junii 1697.*
*§. Quintò provenit cor. R.P.D. Muto.*

Non immoramur rationi deſumptæ ex toties
inculcata contemplatione agnationis, quia, ſicu- 104
ti

Digitized by Google

tì illa apta eſt ob ſui generalitatem fideicommiſ-
ſum perpetuum inducere inter perſonas, quæ ſub
dicta generali ratione comprehendi poſſunt, qua-
les ſunt Agnati, ità etiam ineptum eſt ex ea-
dem extendere velle fideicommiſſum ad Cogna-
106 tos, & perſonas penitùs extraneas, in quibus
deficit ſubjectum, in quo agnatio conſervari
poſſit, præſertim in caſu noſtro, in quo Teſta-
tor, deficientibus veris Agnatis, adeò curam
omnem agnationis ſuæ abjecit, ut neque etiam
illius nomen in Cognatis artificialiter conſerva-
ri voluerit.

Conjectura deſumpta ex vocatione collata in
107 remotiſſimum tempus, reijcitur paſſim à Docto-
ribus, ut apud *Roman. conſ. 430. in fin.*, *Mar-
cabruu. conſ. 61. num. 97.*, *Menoch. conſ. 215.
num. 40.*, *Caſanat. conſ. 58. num. 38.*, *Ciroch. di-
ſcept. 5. num. 26.*, *Manſ. conſul. 364. num. 29.
cum ſeqq.*, *Baitell. deciſ. ultim. volunt. deciſ. 15.
num. 20.*, *Barz. deciſ. 4. num. 11.*, *Urceol. deciſ.
4. num. 63.*, *Rot. deciſ. 507. num. 14. part. 2.*, *de-
ciſ. 196. num. 34. part. 11.*, *deciſ. 465. num. 10.
part. 14.*, *coram Dunoz. Jun. deciſ. 645. num. 24.*,
*coram Bich. deciſ. 480. num. 27.*, & ex eadem,
quando deſtituitur clauſulis importantibus tra-
108 ctum ſucceſſivum temporis & gradualem ſucce-
dendi ordinem de ſubſtituto in ſubſtitutum, eli-
ci ſolùm poteſt activa vocatio nepotum, ob eam
rationem, quia Teſtator conſiderans, continge-
re poſſe, quod tempore purificati fideicommiſſi
non exiſterent filii primi gradus, ſed nepotes,
hos activè vocare voluerit ad excluſionem here-
109 dis extranei ultimi gravati, quæ tamen activa
vocatio facta ſemper dicitur per meram vulga-
rem excludentem onus paſſivæ reſtitutionis, *Re-
denaſch. conſ. 10. num. 19.*, *Palm. allegat. 291.
num. 74. & 75.*, *Roſa conſul. 42. num. 6.*, *in di-
cta Romana, seù Reatina Fideicommiſſi de Vin-
centinis 14. Junii 1697. §. Etenim quidquid fo-
ret, & 28. Aprilis 1698. §. Nam prima coram
R. P. D. Muto, & 12. Junii 1699. §. Et nihilo-
minus coram R. P. D. Scotto, & in Vercellen.
pratenſæ Immiſſionis 17. Februarii 1698. §. Ne-
que plus valuit coram R.P.D. Muto*; hunc autem
eventum Teſtatorem animo ſuo revolviſſe, evi-
dens, & apertum fit ex eo, quia conſideravit,
ſubſtitutioni filiorum fœminarum locum fieri
poſſe non ſolùm remoto tempore, ſed etiam
proximo; evenire namque poterat, quod Bar-
tholomæus ipſius filius decederet, vel, nullâ ab
110 eo propagatâ lineâ maſculinâ, vel quod hæc
ſtatim in ipſo ſuì principio deficeret, ideoque
ſubſtiuit R.P.D. Joannem Baptiſtam Canobium
fratrem ſuum, ut benè conſiderat *Rot. deciſ. 161.
num. 6. part. 10. rec.*, ex eo autem, quod Teſta-
tor incertus, an tempore purificatæ conditionis
extituri eſſent filii maſculi primi gradus ſuarum
filiarum, vel ulteriores Deſcendentes, hos etiam
activè vocaſſe cenſendus ſit, non benè infertur ad
paſſivum eorumdem gravamen, benè in ſimili
*Andreol. contr. 289. n. 9.*, & ante eum dixerat *Rot.
deciſ. 491. num. 3., & 4. part. 4. diverſ.*

Omitti poterant conjecturæ deſumptæ ex vo-
catione filiorum maſculorum ex fœminis facta
in ſtirpes, & non in capita, & ex clauſula = *vul-
gariter, pupillariter, & per fideicommiſſum*, =
junctâ clauſulâ = *omni meliori modo*, = quia, quod 111
attinet ad primam, cum illa adjecta fuerit vo-
cationi filiorum plurium fœminarum, adhibita
dicenda eſt pro dirimenda veteri illa quæſtione
inter *Accurſium*, & *Azonem*, quâ diſceptaba-
tur, an nepotes ex diverſis fratribus, ſeu ſoro-
ribus admittendi eſſent in ſtirpes, vel in capita?
de qua latè *Altograd. conſ. 66. num. 60. lib. 2.*,
*Bonden. collect. legal. 41. num. 103., & ſeqq.*,
ideoque, utpotè importans activam dumtaxat
vocationem, *Urceol. conſult. 70. num. 11.*, *Rota co-
ram bon. mem. Emerix deciſ. 437. nu. 5., & ſeqq.*,
inducere nequit paſſivum gravamen, *Fuſar. quæſt.
320. num. 43.*, *Suminiat. contr. 201. num. 120.*,
*Ciroch. diſcept. 25. num. 5.*, *Actolin. reſolut. 99.
num. 26.*, *in Romana, seù Reatina Fideicommiſſi
de Vincentinis 14. Junii 1697. §. Levioris ponde-
ris cor. R.P.D. Muto*.

Minùs urget clauſula = *vulgariter, pupillari-
ter, & per fideicommiſſum*, = quæ importare ſo-
lùm poteſt gravamen paſſivum favore filiorum
maſculorum ex fœminis activè vocatorum in ca-
ſu, quo defeciſſet linea maſculina Teſtatoris,
*Redennſch. conſ. 10. num. 26. & ſeqq.*, & demum
clauſula = *omni meliori modo* = confirmat, non 112
verò alterat diſpoſitionem; ideoque non inducit
perpetuitatem fideicommiſſi, *Rota coram bon.
mem. Emerix Jun. deciſ. 56. num. 15.*, *deciſ. 88.
num. 4.*, *in Avenionen. Primogen. seù Concurſus
23. Januarii 1705. §. Requiſita coram R. P. D.
meo Muto*.

Quod Teſtator pro ſynonimis habuerit no-
men filiorum, & Deſcendentium, eſt conjectu-
ra involvens petitionem principii, ut benè nota-
vit *Rot. in dicta Romana, seù Reatina Fideicom-* 113
*miſſi de Vincentinis 14. Junii 1697. §. Prout etiam
elicita coram R. P. D. Muto*, ut enim oſtendi-
mus *in §. Immò verò*, theorica *Cumani* excluſi-
va perpetui fideicommiſſi procedit in caſu, quo
Teſtator uſus fuerit nomine Deſcendentium, vel
alio ſimili collectivo plurium perſonarum, &
graduum, quorum vocatio inducta ſemper cen-
ſetur per vulgarem.

Denique non urget reciproca ordinata inter
filios maſculos fœminarum, quia, cum hæc re-
petita non legatur in eorum filiis, ex hac potiùs
eruitur argumentum, quod Teſtator eos grava- 114
re noluerit favore ulteriorum Deſcendentium,
*Rota in Romana, seù Reatina Fideicommiſſi de
Vincentinis 14. Junii 1697. §. Tertia deſcendit cor.
R.P.D. Muto*, nullamque inducere poteſt per-
petuitatem fideicommiſſi inter Deſcendentes eo-
rum, qui reciprocè ſubſtituti fuerunt, *Rota co-
ram bon. mem. Emerix deciſ. 56. num. 4. & ſeqq.,
& num. 15.*, *deciſ. 88. num. 2., & ſeqq.*, *deciſ.
437. num. 8.*, ut etiam, uti futilis reijcienda eſt
conjectura deſumpta ex vocatione filiorum facta 115
in numero plurali, *Urceol. deciſ. 4. num. 74.*, *Ro-
ta in Anconitana Fideicommiſſi 22. Junii 1689.
§. Sicuti etiam coram Rmo d' Hervault*, & de-

mum nimis vaga, nimiſque generalis reputatur qualitas legitimitatis, & maſculinitatis volita à Teſtatore; ideoque non apta ad inducen-
16 dam perpetuitatem fideicommiſſi, *Rota in Avenionen. Primogenituræ, ſeù Concurſus 23. Januarii 1705. §. Requiſita clauſula coram R.P.D. Muta*, vel nepotum comprehenſionem ſub nomine filiorum, *Rota in dicta Romana, ſeù Reatinu Fideicommiſſi de Vincentinis 14. Junii 1697. §. Conſimilis irrelevantiæ cor. eodem.*

## *Peruſina Fideicommiſſi.*

Subſtitutio in caſu obitus filiorum ſinè filiis demandata, ex *Conſil. Oldradi* 21. locum non habet, iis cum filiis obeuntibus. Filiorum appellatione veniunt nepotes, ulterioreſque Deſcendentes, concurrentibus conjecturis, & adminiculis; Quæ autem illa ſint? Dictio *in infinitum* quid importet?

## VOTUM XXXVI.

1 *A* Conſil. Oldradi 21. *paſſim receditur ex verbis, & conjecturis teſtamenti ſuadentibus, Teſtatorem purum, & abſolutum fideicommiſſum condere voluiſſe.*

2 *Teſtamenti contextus maximum præbet boni juris argumentum.*

3 *Filiorum appellatione veniunt nepotes, ulterioreſque Deſcendentes, concurrentibus conjecturis, & adminiculis.*

4 *Filiorum appellatione veniunt nepotes, quando Teſtator in defectu filiorum legitimorum naturales tantùm ſubſtituit verbis perpetuitatem temporis importantibus.*

5 *De nepotibus quod dicitur, habet locum in pronepotibus, & ulterioribus Deſcendentibus.*

6 *Dictio* = in infinitum = *reſtringi nullo pacto poteſt ad ſolos filios immediatè à Teſtatore nominatos.*

7 *Dictio* = in infinitum = *includit pluralitatem, atque diverſitatem temporum, & caſuum; vocationem extendit, & fideicommiſſum prorogat, efficitque, ut fideicommiſſa temporaria fiant perpetua, & porrigantur ad ulteriores Deſcendentes in infinitum.*

8 *Dictio* = in infinitum = *ſtatim adjecta poſt verbum* = inſtituit = *omnes perſonas, quotquot ex linea heredis prodire poſſint, reſpicit.*

9 *Unica determinatio plura reſpiciens determinabilia, æqualiter omnia determinat.*

10 *Subſtitutio demandata in caſu obitus filiorum ſinè filiis, cum prohibitione, ne iis* = in infinitum = *moleſtiæ inferantur, non expirat, ſi cum filiis obierint, & ratio* ibid.

11 *Teſtatoris voluntas ita ſemper interpretari debet, ut abſurdum non contineat.*

12 *Teſtator quod favore ſubſtitutorum gravare voluerit heredes cognitos, & dilectos, non verò heredes incognitos, minùſque proindè dilectos, abſurdum eſt.*

13 *Fideicommiſſum perpetuum inducit digreſſus ad plures ſubſtitutionum gradus.*

14 *A* Conſil. Oldradi 21. *paſſim receditur, ubi adeſt alienationis prohibitio.*

Birgitta Gratiani prole carens, anno 1500. ſupremum condidit teſtamentum, quo proſpiciens perpetuæ conſervationi familiæ Petri Gentilis nepotis ſui (qui, turbato ordine naturæ, dictæ Birgittæ prædeceſſit, eamque univerſalem ſibi ſcripſit heredem) poſt plura Legata relicta, Antonium dicti Petri Gentilis filium naturalem univerſalem inſtituit heredem, cui tàm filios legitimos, & naturales, quàm naturales tantùm in primorum defectum uſque in infinitum ſubſtituit, quibus quandocumque deficientibus ſinè filiis legitimis, & naturalibus, ſive naturalibus tantùm, vocavit Hoſpitale Sanctæ Mariæ de Miſericordia de Peruſia, Eccleſiam Sancti Franciſci de Peruſia, Eccleſiam, & Conventum Sancti Dominici ejuſdem pariter Civitatis.

Cùm autem defecerint jam omnes deſcendentes ab Antonio primo herede inſtituto, Ven. Hoſpitale Sanctæ Mariæ de Miſericordia, nec non reliquæ Eccleſiæ ſubſtitutæ petunt immiſſionem ad Bona à Teſtatrice relicta; Verum DD. de Santinis illam dandam eſſe, negant eo ſub obtentu, quod ſubſtitutio dict. Locorum Piorum in caſu, quo vel Antonius, vel ejus filii, & nepotes ſinè filiis decederent, ibi = *Et, ſi dictus Antonius, & ejus filii legitimi, & naturales, ſeù Baſtardi, & filii filiorum quandocumque deceſſerint, vel deceſſerint ſinè filiis legitimis, & naturalibus, vel naturalibus, ſeù Baſtardis tantùm, tunc, & eo caſu reliquit Eccleſiæ, fratribus &c.* = expiraverit ob mortem omnium prædictorum cum filiis, juxtà celebre *Conſil. Oldradi* 21. communi Doctorum ſenſu receptum. Quamobrem rogatus ego meam hac in re dicere ſententiam, prò veritate cenſeo, præfatam ſubſtitutionem minimè expiraſſe per obitum tàm Antonii, quàm ejus filiorum, & nepotum cum filiis, ſed, illam, attento defectu totius deſcendentiæ, purificatam modò eſſe favore prædd. Eccleſiarum, ità ſuadente Teſtatricis voluntate ex teſtamenti verbis, & conjecturis elicitâ, in quibus termi- 1
nis *Conſilium Oldradi* locum non habere, communiter tradunt *clar. mem. Card. de Luca de Fideicomm. diſc. 83. num. 2., Theſaur. deciſ. 96. num. 34., Fontanell. deciſ. 51. num. 11., & firmat Rota coram ſan. mem. Alexandro VIII. deciſ. 113. num. 3. 9. & 20., & in rec. deciſ. 385. num. 19. part. 9., & deciſ. 142. num. 5. part. 10.*; Id
quod ſatis perſpicuum redditur ex tenore, ſeù 2
contextu teſtamenti, à quo maximum boni Juris argumentum reſultare, firmat *Text. in leg. ille à quo 13. §. Si de Teſtamento ff. ad Senat. Conſult. Trebell., Molin. de Primog. lib. 2. cap. 8. num. 2., Mierez. de Majorat. part. 4. quæſt. 28. num. 127., Peregrin. de Fideicomm. art. 43. num. 2., Rot. deciſ. 1362. num. 2. coram bon. mem. Emerix Jun., & deciſ. 601. num. 1. part. 19. rec.*

Et

Digitized by Google

Et ſanè, ſi teſtamenti literam attentiùs ex-
pendamus, in dubium revocari non poſſe vide-
tur, quin Teſtatrix fideicommiſſum perpetuum,
& progreſſivum ordinare voluerit in tota de-
ſcendentia Antonii, dum vocavit omnes ejus
3 filios, quorum appellatione certi, exploratique
Juris eſt, nepotes, ulterioreſque Deſcendentes,
concurrentibus adminiculis, & conjecturis, ve-
nire, *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.* 220. *num.* 1., *Ca-*
*ſtill. de interpr. ultim. volunt. lib.* 4. *cap.* 66. *num.*
34., *Andreol. contr.* 82. *num.* 3., *Rota cor. Se-*
*raphin. deciſ.* 1486. *num.* 8., *coram Merlin. deciſ.*
206., *& deciſ.* 228. *utrobique ferè per tot.*, *ad*
*ornat. clar. mem. Card. de Luc. lib.* 10. *de fideic.*
*deciſ.* 50. *num.* 2., *& deciſ.* 51. *num.* 1., quæ qui-
dem conjecturæ minimè deſunt in caſu noſtro,
reſultantque ex ipſa teſtamentariæ diſpoſitionis
ſtructura, ibi = *Et, ſi dictus Antonius deceſſerit*
*cum filiis legitimis, & naturalibus, dictos filios*
*legitimos, & naturales inſtituit heredes; ſi verò*
*deceſſerit cum naturalibus tantùm, dictos filios*
*naturales inſtituit uſque in infinitum* = Ex quibus
ſanè verbis clara apparet vocatio progreſſiva
omnium Deſcendentium Antonii; ſi enim præ-
fata Teſtatrix in caſu deficientiæ filiorum legiti-
morum, & naturalium deveniendo ad natu-
4 rales tantùm, eos non ſimpliciter, ſed adjectâ
dictione = *in infinitum* = ſubſtituit, in dubium
venire nequit, quin hujuſmodi indefinita filio-
rum legitimorum, & naturalium, ſive natura-
lium tantùm vocatio qualificata cum verbis tra-
ctum ſucceſſivum, & perpetuitatem temporis
importantibus, comprehendat omnes Antonii
Deſcendentes in infinitum, cum in hiſce cir-
cumſtantiis manifeſtum ſit, ſub nomine filio-
rum venire nepotes, ut communiter tradunt
*Cravet. conſ.* 155. *num.* 4., *Altograd. Jun. contr.*
77. *num.* 20. *& ſeqq.*, *Rudulphin. alleg.* 22. *num.*
8., *Peregrin. de Fideicomm. art.* 22. *num.* 10. *&*
12., *Menoch. de præſumpt. lib.* 4. *præſumpt.* 94.
*num.* 23., *Rota coram Dunoz. ſen. deciſ.* 81. *num.*
20., *& ad ornat. clar. mem. Cardin. de Luca de*
*Fideicomm. deciſ.* 21. *num.* 11., & id, quod di-
5 citur de nepotibus, intelligi etiam de pronepo-
tibus, & ulterioribus Deſcendentibus, docent
*Bartol. in leg.* 1. *§. Sed etiam ſi quis ff. de ſuis, &*
*legit.*, *Palm. Nep. allegat.* 163. *num.* 1. *& ſeqq.*,
*Fuſar. de ſubſtit. quæſt.* 328. *num.* 1. *&* 2., *Rota*
*coram Merlin. deciſ.* 206. *num.* 37., *& in recent.*
*deciſ.* 142. *num.* 43. *part.* 10.

Et rectè quidem, quia virtus, & efficacia
6 prædictæ dictionis = *in infinitum* =, ſalvâ recti ſer-
monis proprietate, reſtringi nullo pacto poteſt
ad ſolos filios immediatè nominatos ab ipſa Te-
ſtatrice, cum ſuâptè naturâ adeò effrænata ſit,
7 ut includat pluralitatem, atque diverſitatem
temporum, & caſuum, vocationem extendat,
& fideicommiſſum proroget, efficiatque tan-
dem, ut fideicommiſſa temporalia fiant perpetua,
& porrigantur ad omnes perſonas, & ulteriores
Deſcendentes in infinitum, ad *Text. in leg.* 1.
*verſ. ſemper, ubi Gloſſ.*, *& Bartol. num.* 5. *ff ſo-*
*lut. matrimon.*, *Ruin. conſ.* 115. *num.* 11. *lib.* 3.,
*Pariſ. conſ.* 37. *num.* 23. *& ſeqq. lib.* 4., *Peregrin.*
*conſ.* 44. *num.* 28., *verſ. ad quintum lib.* 1., *& in*
*tract. de fideicomm. art.* 27. *nu.* 2., *Fuſar. de ſub-*
*ſtitut. quæſt.* 320. *nu.* 75., *clar. mem. Card. de Luc.*
*de Fideicomm. diſc.* 70. *num.* 9., *Rot. in Urbeve-*
*tana Cenſuum* 26. *Martii* 1696. *§. Quarum pri-*
*ma coram clar. mem. Card. Caprara*, *&* 27. *Ju-*
*nii ejuſdem anni §. Inter conjecturas coram*
*eodem*.

Neque verò hujuſce dictionis efficacia decli-
nari poteſt animadverſione illâ, quod eadem
afficiat dumtaxat filios heredes, ſeù ſubſtitutos,
quibus immediatè cohæret; Illa namque adjecta
legitur ſtatim poſt verbum = *inſtituit* =, proinde-
que non unum, aut alterum ex nominatis, ſed
inſtitutionem omnem, omneſque perſonas, quot- 8
quot prodire potuiſſent ex linea Antonii heredis
inſtituti, reſpicit, atque qualificat, ità ſuadente
eâ Juris noſtri regulâ, quâ traditur, quod uni- 9
ca determinatio plura reſpiciens determinabilia,
ea æqualiter determinare debet, per *Text. in leg.*
*nam hoc Jure ff. de vulg.*, *& pupill.*, *Rot. deciſ.*
138. *num.* 19. *coram Bich.*, *& in rec. deciſ.* 334.
*num.* 5. *part.* 15., *& deciſ.* 365. *num.* 4. *part.* 16.

Verum, ſi quæ adhuc dubietas hac in re ſuper-
eſſe poſſet, ea penitus ſublata remaneret ex gra-
viſſima illa circumſtantia, quod Teſtatrix pro-
hibuit, ne prædicta Loca Pia compellere poſſent
ad Inventarii confectionem = *Antonium, ejuſque*
*filios in infinitum* = etenim quânam ratione dice-
re poſſumus, fideicommiſſum reſtrictum fuiſſe
ad tertium dumtaxat gradum, & ſubſtitutionem 10
Locorum Piorum expiraſſe poſt extinctos filios
filiorum Antonii, ſi eadem Loca Pia moleſtare
in infinitum prohibebantur heredes Antonii?
Nam, ſi vocatio Eccleſiarum jam evanuiſſet,
fruſtrà Teſtatrix talem prohibitionem adjeciſſet
reſpectu illarum, quæ nullo jure, immò colore
nullo adigere potuiſſent ulteriores heredes ad In-
ventarii confectionem; Diſponentis autem vo-
luntas ità ſemper interpretanda eſt, ut abſurdum 11
non contineat, nequeatque à Sapientibus re-
prehendi, *Soccin. jun. conſ.* 112. *num.* 29., *Fon-*
*tanell. de pact. nupt. clauſ.* 4. *gloſſ.* 25. *num.* 26.,
*Attolin. reſol.* 57. *num* 13., *& reſol.* 81. *num.* 20.,
*Rot. in rec. deciſ.* 77. *num.* 22. *part.* 10., augetur-
que vis, ac robur iſtiuſmodi diſcurſus ex eo,
quod inveriſimile prorſus eſt, Teſtatricem gra-
vare voluiſſe favore Locorum Piorum heredes 12
cognitos, & prædilectos, non verò heredes
ignotos, & per conſequens minùs dilectos, id
quod tamquam abſurdum conſiderant, atque
rejiciunt *Manſ. conſult.* 297. *num.* 4., *Rot. in*
*rec. deciſ.* 2. *num.* 89., *& deciſ.* 90. *part.* 10., *& in*
*Camerinen. Fideicommiſſi, ſeù Primogenituræ*
11. *Maii* 1703. *§. Bonum enim coram Molines*.

Inſuper accedit non ſolùm digreſſus ad plures
ſubſtitutionum gradus, qui ſolet inducere fidei- 13
commiſſum perpetuum, *Surd. conſ.* 242. *nu.* 13.,
*Fuſar. de ſubſtit. quæſt.* 321. *num.* 80. *verſ. decla-*
*ratur autem*, *Rot. d. deciſ.* 142. *num.* 30. *part.* 10.
*rec.*; ſed adeſt quoque prohibitio alienationis,
quo caſu paſſim à d. conſilio *Oldradi* recedunt 14
Doctores, ut videre eſt in *conſil.* 66. *Pariſ. n.* 37.
*lib.* 3., *Cravet. conſ.* 326. *num.* 16., *Craſſ. de ſuc-*

*ceſſ. in §. Fideicommiſſum quæſt. 8. num. 3., Rot. cor. ſan. mem. Alexand. VIII. deciſ. 113. num. 3., & ſeqq., in rec. deciſ. 142. num. 31. part 10., & in Aſculana Fideicommiſsi 29. Martii 1693. §. Accedit cor. clar. mem. Card. Caprara, & in Romana Fideicommiſsi 1. Julii 1699. §. Altera cor. bon. mem. Pio.*

## *Romana, ſeù Ceſenaten. Fideicommiſſi.*

Ad fideicommiſſum perpetuum inſtitutum pro Agnatis, quorum ultimo decedenti Teſtator ſubſtituit omnes fœminas ex iis progenitas *tunc ſuperviventes, in ſtirpes tamen, & non in capita*, impoſito iis, eorumque viris onere aſſumendi ſui cognominis, & ſtemmatis, ac deinceps cum eodem perpetui fideicommiſſi ordine, ac cujuſcumque alienationis prohibitione earum Liberos maſculos legitimos, & naturales, invitati cenſentur etiam filii nati ex fœmina ultimo Agnato præmortua.

### VOTUM XXXVI.

1 *Fideicommiſſarius agere poteſt remedio*, leg. fin. Cod. de Edict. D. Hadr. toll.

2 *Fœminarum proximiorum, &, deficiente lineá maſculiná, ſuperſtitam vocatio non comprehendit illas ante lineam maſculinam præmortuas*, & num. 8.

3 *Et, fœminis ante lineam maſculinam præmortuis, caducam efficit ſequentem ſubſtitutionem filiorum earumdem*, & num. 31., & 41.

4 *Teſtator fœminas vocans, quæ proximiores, & ſuperſtites eſſent tempore deficientis lineæ maſculinæ, conſideraſſe non dicitur certam fœminam agnatam.*

5 *Fœminarum tempore deficientis lineæ maſculinæ ſuperſtitum, & proximiorum vocatio incerta eſt quoad perſonas, & tempus*, & nu. 30.

6 *Vocatio perſonæ, ubi adeſt ejus incertitudo, ad eam perſonam refertur, quæ per eventum conditionis certificatur.*

7 *Deficiente conditione in futurum eventum collatá, deficit & ipſa vocatio ab ea dependens.*

9 *Subſtitutus dici nequit, qui ante caſum ſubſtitutionis moritur.*

10 *Sub vocatione fœminarum ſuperſtitum venire non poteſt filius præmortuæ.*

11 *Subſtitutio fœminarum ſuperſtitum conditionalis eſt.*

12 *Subſtitutio ſuperſtitum frequens eſt, & habet tractum in futurum.*

13 *Subſtituere* ſuperſtites, *vel ſi* ſupereſſent, *idem eſt.*

14 *Qualitas ſuperviventiæ adjecta verbo futuri temporis*, ſubſtituit, *verificari debet ſecundùm tempus verbi.*

15 *Ac proinde tempore obitus primò vocatorum.*

16 *Dictio* = tunc = *connotat certum temporis extremum.*

17 *Et conditionem ſuperviventiæ alligat huic tempori*, & num. 61.

18 *Teſtator vocando* tunc extantes *oſtendit non habuiſſe affectionem ad omnes de familia.*

19 *Et perinde eſt, ac ſi nominatim vocaſſet ſuperſtites.*

20 *Conditio, quæ ſubſtitutioni tacitè ineſt, eam conditionalem non reddit.*

21 *Neque, ſi deficiat, caducos efficit ſequentes gradus ſubſtitutionum.*

22 *Intellige, quando conditio neceſſaria, vel quæ tacitè ineſt, nominatim à Teſtatore injiciatur.*

23 *Conditio neceſſaria, vel quæ tacitè ineſt, ſi exprimatur, efficitur voluntaria.*

24 *Subſtituti ſupereniſtentia quod requiratur tempore mortis heredis gravati, voluntarium omninò eſt.*

25 *Expreſsionem ejus, quod tacitè ineſt, nihil efficere, non ſemper verum eſt.*

26 *Expreſsio ejus, quod tacitè ineſt, aliquid operatur, quando expreſsio fiat ſinè neceſsitate.*

27 *Caducato ob ſuperviventiæ defectum primo gradu ſubſtitutionis vulgaris in compendioſa contentæ, non caducantur ceteri.*

28 *Subſtitutioni fideicommiſſariæ locus eſſe nequit, niſi poſt eventum conditionis præcedenti ſubſtitutioni adpoſitæ.*

29 *Diſpoſitio* leg. quamdiu ff. de adq. hered. *locum non habet, quando ſubſtitutio facta eſt in uno caſu, & ſub una conditione ad certum tempus reſtrictá.*

32 *Jus ſuccedendi ad fideicommiſſum conſolidatur in vocato ſuperſtite.*

33 *Ad fideicommiſſum admitti non poteſt ſequens gradus, niſi, admiſſo priore.*

34 *Repræſentationi locus non eſt, niſi in hereditatibus, & fideicommiſſis Aſcendentium, vel Patrui.*

35 *Neque locus eſt, ſi agatur de Patruis magnis, aliiſque Tranſverſalibus.*

36 *Repræſentationi locus non eſt, quando Teſtator fideicommiſſum deferri voluit* ordine ſucceſſivo.

37 *Clauſula* = ordine ſucceſſivo = *poſtulat, ſucceſſionem deferri, ſalvá gradus prærogativá.*

38 *Clauſula* = in omnibus, & per omnia, ut ſupra = *ordinem ſucceſſivum in Maſculis agnatis præſcriptum repetit in ſequenti ſubſtitutione Maſculorum ex fœminis.*

39 *Tranſmiſſioni fideicommiſſi, deficiente ejus conditione, locus non eſt.*

40 *Etiamſi agatur de conditione ſuperviventiæ.*

42 *Maſculi ex fœminis etiam non ſuperſtitibus tempore obitus ultimi Maſculi agnati in vocatione comprehenſi cenſentur, quando Teſtator priùs ſubſtituit omnes fœminas agnatas* tunc ſuperviventes in ſtirpes, & non in capita.

43 *Clauſula* = in ſtirpes = *adjecta vocationi fœminarum ſuperſtitum, in iis verificari non poteſt.*

44 *Sed referenda eſt ad præmortuarum filios.*

45 *Vocatio fœminarum in ſtirpes, quæ efformantur ex pluribus, & diverſis gradibus, unum*

*cor-*

Digitized by Google

*corpus conſtituentibus, comprehendit tàm fœminas eaſdem, quàm gradus omnes ſub ſtirpe contentos.*

46 *Indefinita vocatio Maſculorum ex fœminis quodcumque tempus, & caſum reſpiciens, caduca non fit, perempto etiam primo gradu ſubſtitutionis fœminarum.*

47 *Vocationis Deſcendentium maſculorum ex fœminis reſtrictia ad caſum, quo illorum Matres ſuperſtites fuiſſent tempore obitus ultimi Maſculi agnati, repugnat fini conſervandæ perpetuò artificialis agnationis.*

48 *Agnationis artificialis per Maſculos ex fœminis perpetuò conſervandæ finis efficit, ut illorum vocatio non pendeat à conditione ſuperviventiæ fœminarum primò vocatarum.*

49 *Fideicommiſſi perpetuatio obtineri poteſt per Maſculos deſcendentes ex fœminis, etiam ultimo Agnato præmortuis*, & num. 55.

50 *Teſtator poſt Agnatos vocans fœminas ſuperſtites, ac deinde earum Maſculos cum onere aſſumendi cognominis, eas non tamquam extremum, ſed tamquam medium reſpexiſſe dicitur*, & num. 53.

51 *Et fœminas non taxativè, ſed demonſtrativè expreſſiſſe ad deſignandam originem*, & n. 67.

52 *Ac proinde earum exiſtentia vim non habet conditionis, ſub qua vocati ſint earum Maſculi.*

54 *Præſertim, ſi vocatio fœminarum, earumque Maſculorum colluta ſit in tempus remotiſſimum.*

56 *Subſtitutio ne pendeat à conditione ſuperviventiæ primi vocati, ſatis eſt, nullam adeſſe iſtius dependentiæ rationem.*

57 *Multò magis reſiſtente mente Teſtatoris huic dependentiæ.*

58 *Subſtituti cenſendi ſunt tàm primi, quàm ulterioris gradus filii, ubi nulla dignoſcitur diſcriminis ratio.*

59 *Conditio ſuperviventiæ vocati, etiamſi expreſſa non fuiſſet, tacitè ineſſet.*

60 *Nec etiam expreſſa, conditionalem reddit ſubſtitutionem poſteriùs vocatorum.*

62 *Dictio* tunc *reſtringit tempus ſuccedendi, non autem perſonas ſucceſſuras, vel expreſsè, vel tacitè vocatas.*

63 *Dictio* tunc, *vel ſimilis adjecta ſubſtitutioni conceptæ indefinitis verbis quodcumque tempus, & caſum comprehendentibus, non reſtrictiva, ſed declarativa eſt.*

64 *Etiamſi eſſet geminata.*

65 *Excipe, niſi aliæ dictiones adſint coercentes ſubſtitutionem ad unum caſum.*

66 *Dictiones reſtrictivæ non impediunt ſubſtitutionem extendi ad ulterum caſum, ſi Teſtatoris voluntas id ſuadeat.*

68 *Teſtatoris mens in quacumque diſpoſitione ſpectanda eſt.*

69 *Subſtitutionum caducationis quæſtio tota pendet à voluntate Defuncti.*

70 *Repræſentationis jure non indiget veniens ad fideicommiſſum jure proprio.*

R. P. D. Marcus Aurelius Araldus Fideicommittens. — Simon Petrus Teſtatoris ex fratre nepos.

Silvia. — Julia Catharina. — Lucas Angelus poſtremò defunctus. — Joannes. — Andreas.

Marcus Aurelius Roncionus.

CLAR. mem. R. P. D. Marcus Aurelius Maraldus Simonem Petrum ex fratre nepotem, & heredem ſuum gravavit perpetuo agnatitio fideicommiſſo ordinato favore omnium Deſcendentium maſculorum, excluſis fœminis, illarumque Deſcendentibus; deficientibus vero Maſculis omnibus agnatis, eorum ultimo ſubſtituit fœminas, & deſcendentes ex eis, per hæc verba, = *Et ultimo ex Maſculis omnibus à Simone Petro deſcendentibus legitimis, & naturalibus ſubſtituit omnes fœminas ex prædictis Maſculis natas tunc ſuperviventes, in ſtirpes tamen, & non in capita, quibus ſub pœna caducitatis ob hereditate ſive nuptis, ſive nubendis injunxit onus aſſumendi cum earum maritis cognomen, & arma domus Maraldæ, voluitque ulteriùs, quod inter Deſcendentes maſculos legitimos, & naturales earundem fœminarum ſervaretur idem fideicommiſſum perpetuum, quod favore Maſculorum deſcendentium à Simone Petro jam fuerat ordinatum, prohibendo omnibus heredibus tàm inſtitutis, quàm ſubſtitutis omnem detractionem, & alienationem etiam largo alienationis ſumpto vocabulo.* =

Ex dicto Simone Petro Fideicommittentis herede tres orti fuerunt filii maſculi, videlicet Andreas, & Joannes, qui prædeceſſerunt Lucæ Angelo alio filio maſculo, & duæ fœminæ, D. Comitiſſa Silvia, & bon. mem. Julia Catharina, quæ jamdudum obiit, relicto D. Marco Aurelio Roncione ejus filio; ex dd. filiis maſculis nulla ſuperſtes fuit proles, ideòque, mortuo nuper Luca Angelo, ſcriptâ ſibi herede D. Marchioniſsâ Mariâ Gallâ de Alliis uxore ſuâ, cum D. Comitiſſa Silvia filia Simonis Petri, uti, deficientibus Maſculis vocata ad fideicommiſſum à bo. me.
R. P. D. Marco Aurelio ſuo Patruo magno con- 1
ditum, ex remedio *leg. final. Cod. de Edict. Div. Hadr.*

Digitized by Google

*Hadr. tollen.* egerit contrà d. D. Marchioniſ-
ſam, & duplici ſententiâ, quarum prima prola-
ta fuit ab A.C. Aldrovando, ſecunda verò in Sa-
cra Rota edita reperitur à R.P.D. Lancetta, im-
miſſionem obtinuerit, firmato proinde ſtatu fi-
deicommiſſi favore filiarum Simonis Petri, &
deſcendentium ex eis, D. Marcus Aurelius Ron-
cionus quærit, an ipſe juſtâ ratione unà cum D.
Comitiſſa Silvia Amita ſua adſpirare poſſit ad
coæqualem ſucceſſionem d. fideicommiſſi.

Poſtremus omnium in hac Cauſa ſententiam
meam dicturus, ſentienſque, doctiſſima reſponſa
favore D. requirentis jam fuiſſe edita, pro mea
tenuitate excitare potiùs curabo rationes dubi-
tandi, non quia credam, ipſum deſtitui bono ju-
re jam à doctiſſimis Viris conſtabilito, atque
etiam à me agnito, ſed ut melius illud vindica-
re valeamus ſive judicialiter cum Adverſariis di-
ſceptandum ſit, ſive, amice cum eiſdem agendo,
res per concordiam tranſigenda ſit.

Primò itaque plurimum negotii faceſſere vi-
dentur clara verba Teſtatoris, qui, deficientibus
Maſculis, vocavit fœminas verbis illis ſupra re-
latis = *ſubſtituit omnes fœminas ex prædictis Ma-
ſculis natas tunc ſuperviventes cum onere tamen
ſive nuptæ, ſive nubendæ ſint, aſſumendi cum eo-
rum Maritis cognomen, inſignia, & arma domus
ſuæ de Maraldis* = in hujuſmodi autem diſpoſitio-
nis themate quæſtionem omnem ſuſtuliſſe vide-
tur *Rota in dec. 116. par. 1. rec.*, in qua cum Teſta-
2 tor, deficiente in totum ipſius lineâ maſculinâ,
vocaſſet fœminas, quæ proximiores, & illo tem-
pore ſuperſtites eſſent, Sacra Rota reſpondit, vo-
catas cenſendas eſſe eas dumtaxat fœminas, quæ
tempore purificatæ conditionis, deficientiæ ſci-
licet lineæ maſculinæ ſupervixiſſent, excluſis
deſcendentibus ex fœminis, quæ, eveniente d.
conditione, prædeceſſerant, eò quod fœminæ,
quæ non ſupervixerant ultimo Maſculo, ſubſti-
tutæ non dicerentur, ideòque, effectâ caducâ il-
larum ſubſtitutione, jus nullum radicatum dici
3 poterat in eorum filiis vocatis in ſequenti ſubſti-
tutione, ut latè proſequitur d. *deciſio*.

Et rectè quidem, quia Teſtator, deficientibus
Maſculis agnatis, ſubſtituendo omnes fœminas
ex prædictis Maſculis natas tunc ſuperviventes,
hoc diſponendi modo conſideraſſe non dicitur
4 certam aliquam fœminam agnatam, cum ſupra-
dicta verba intelligantur, quod ſuccedant fœmi-
næ, quæ ſupervixerint de tempore obitus ultimi
5 Maſculi, ideoque adeſt incertitudo tàm reſpectu
perſonarum, quàm reſpectu temporis, ratione
quidem perſonarum, quia ignotum eſt, & omni-
nò incertum, an una, vel plures fœminæ ſuc-
ceſſuræ ſint, atque etiam ratione temporis; nam
Teſtator ſubſtituit ultimo Maſculo agnato fœ-
minas tunc ſuperviventes, ideoque non minùs
erat ignotum quænam fœminæ tunc ſuperſtites
futuræ eſſent, quàm quonam tempore obitus
ultimi Maſculi eventurus eſſet; quamobrem ſit
locus regulæ deſumptæ ex *Tent. in leg. commo-
diſſimè ff. de liber., & poſth.*, quod nempe, ubi
6 adeſt incertitudo perſonæ, perſona illa vocata
cenſenda ſit, in qua verificatur conditio, & quæ
per eventum conditionis certificatur, illa vero,
quæ remanet incerta, & in qua deficit verificatio
conditionis, vocata minimè cenſeatur, quoties 7
enim deficit conditio collata in futurum eventum
defeciſſe quoque dicitur vocatio, & ſubſtitutio
ab ea dependens, juxtâ doctrinam *Bartol. in d.
leg. commodiſſimè verſ. quædam eſt conditio, Soc-
cin. conſ. 76. nu. 5. verſ. ſentò probatur lib. 3., Dec.
conſ. 393. num. 7. verſ. 5. facit regula, Emanuelà
Coſta in tract. de ſucceſſ. Patrui, & nepotis in
rubr. de majorat. bonor. patrim., Raudenſ. de ana-
log. cap. 27. num. 52., & ſeqq. lib. 1.*; cum itaque 8
bon. mem. Julia Catharina tempore obitus Lucæ
Angeli ſuperſtes non eſſet, comprehendi certè
nequivit in ſubſtitutione fœminarum ſuperſti-
tum, cum mortuus ante actum ſubſtitutionis, 9
ſubſtitutus dici nequeat, ut proſequitur *Rot. d.
deciſ. 116. num. 4. part. 1. rec.*, prout etiam ex
eadem ratione ſub vocatione ſuperſtitum venire 10
non poteſt D. Marcus Aurelius filius fœminæ
jam præmortuæ, *Pariſ. conſ. 37. num. 49., & 53.
lib. 2., Valenz. conſ. 23. num. 101., & conſ. 162.
num. 10., Gabriel. comm. concluſ. tit. de fideicom.
concluſ. 3. n. 8., Magon. deciſ. Florent. 16. n. 44.*

In dubium autem venire nequit, quin ſubſti-
tutio fœminarum ſuperviventium facta ultimo 11
Maſculo, conditionalis ſit, & quin, ut locus eſſe
poſſit illarum admiſſioni, neceſſariò requiratur
purificatio conditionis ſuperviventiæ: Ut enim
docuit *Simon. de Pret. de interpret. ultim. volunt.
lib. 3. ſolut. 9. num. 12. fol. mihi 281.* = *habet quo-* 12
*que tractum in futurum reſpectu perſonarum ſub-
ſtitutarum, nomen hoc adjectivum* ſuperſtites *fre-
quens, & ſolitum poni in ſubſtitutionibus ſic con-
ceptis*: ſubſtituit ſuperſtites, *denotatur enim con-* 13
*ditio, ac ſi dictum eſſet*, ſi ſupereſſent, *ſeù* qui
ſupereſſent =, & tradiderunt etiam *Pariſ. conſ. 37.
num. 50. lib. 2., Alexand. conſ. 109. num. 4. &
5. lib. 7., Cancer. variar. reſol. part. 3. cap. 21.
num. 109.*, & clara ſuppetit ratio, quia qualitas
ſuperviventiæ, utpotè adjecta verbo futuri tem- 14
poris, quale eſt verbum = *ſubſtituit* =, verificari
debet ſecundùm tempus verbi, eo nempè mo-
mento, quo per obitum ultimi Maſculi ſinè filiis
factus fuit locus ſubſtitutioni favore fœminarum,
ut in propoſito ratiocinatur *Alexand. d. conſ. 109.
num. 4., & ſeqq. lib. 7.*: Et ſanè, ſi vera eſt regu-
la, quod qualitas adjuncta verbo futuri temporis,
verificari debeat ſecundum tempus verbi, per
*Tent. in leg. dilectis §. Si extraneum ff. de noxalib.
action., leg. Titius ff. de militar. teſtam., Ramon.
conſ. 28. num. 17., Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 318.
num. 83.*, procul dubio conditio ſuperviventiæ à
Teſtatore adpoſita ſubſtitutioni fœminæ factæ in 15
caſu obitus ultimi Maſculi, verificari debet tem-
pore, quo ille evenit, *Roland. conſ. 57. num. 50.
& 55. lib. 3., Natt. conſ. 676. num. 26., Giova-
gnon. conſ. 77. num. 32. lib. 1., Ramon. conſ. 28. n.
15., Altograd. Sen. conſ. 46. num. 8. lib. 1., alter
Altograd. contr. 57. num. 13.*

Certiùs verò in caſu noſtro, quia Teſtator ſub-
ſtitutioni fœminarum ſuperviventium adjecit di-
ctio-

Digitized by Google

16 ctionem = *tunc* =, quæ, utpotè connotans certum
temporis extremum, atque momentum, con-
17 ditionem ſuperviventiæ præcisè alligat tempori
obitus ultimi Maſculi, ad *Text. in leg. in ſubſti-
tutione in fin. ff. de vulgar. & pupillar. ſubſtit.*,
*Peregrin. de fideic. art.29. num.28.*, *Fuſar. de
ſubſtit. quæſt.318. num.83.*, *& quæſt.382. n.31.*,
18 *& ſeqq.*, ubi, quod Teſtator vocando tunc extan-
tes, ſeu tunc viventes oſtendit, non habuiſſe af-
fectionem ad omnes de familia, ſed diſpoſitio-
19 nem reſtrinxiſſe ad tunc ſuperſtites, perindè ac ſi
nominatlm illorum facta eſſet vocatio, *Rub. in
annot. ad decif.320. num.96. part.9. tom.2. rec.*,
*Rot. coram Royas decif.87. num.10.*, *decif.77.
num.4. part.7. rec.*

Nec ſubſiſtit, quod iſtiuſmodi conditio: ſi ſu-
pervixerit, neceſſaria ſit, & tacitè inſit cui-
cumque ſubſtitutioni fideicommiſſariæ, ideoque,
20 utpotè ſuâpte naturâ in illa ſubintellecta ejuſdem
expreſſio, conditionalem non reddat diſpoſitio-
21 nem, ſed, caducato primo gradu, fiat locus ſequen-
tibus ſubſtitutionibus, ex doctrina *Bartol. in leg.
quamdiù num.10.*, ità determinantis de omnibus
conditionibus neceſſariis, *ff. de acquir. hered.* Huic
enim objecto duplici occurritur reſponſione;
22 prima eſt, quod conditio neceſſaria non corrum-
pat ſequentes ſubſtitutiones, quando illa ineſt ob
ſolum tacitum ejuſdem ſubintellectum, ſecus
verò, ſi conditio, ceteroquin neceſſaria, nominatim
23 à Teſtatore adijciatur ſubſtitutioni, eo enim ca-
ſu efficitur voluntaria, & requirit formale ipſius
implementum, illiuſque verificationem, adeout
hujuſmodi conditionis adpoſitio tunc amplius
dici nequeat adpoſitio ejus, quod tacitè ineſt,
ut diſtinguit *Giovagnon. conſ.77. num.32. lib.1.*,
*Altograd. Sen. conſ.46. num.11. lib.1.*, *alter Al-
tograd. d. contr.57. nu.6.*, eam reddens rationem,
24 quod nempè ſuperexiſtentia ſubſtituti, etiamſi
dici poſſet acceſſoria, attamen quod illa requi-
ratur de tempore mortis heredis gravati, eſt om-
ninò voluntarium, *Cancer. var. reſol. part. 3.
cap.21. num.98. verſ. poſteriori caſu*, *Hodiern.
ad Surd. decif.144. num.4.*, *Urceol. conſult. fo-
renſ.82.*, optimè *Gaunacer. decif.2. num.47.*,
25 *& ſeqq.*, inquiens, non ſemper verum eſſe,
quod expreſſio eorum, quæ tacitè inſunt, & ſinè
quibus diſpoſitio ſubſiſtere non poteſt, nihil
25 operetur, cum contrarium verius ſit, quando
eadem ſinè neceſſitate exprimuntur; hoc enim
caſu cum illorum expreſſio ſit actus merè volun-
tarius, debent aliquid operari, atque omninò
adimpleri, ut declarant *Iſern. in cap.1. num.10.
tit. ex quibus cauſ. feud. amittat.*, *Rot. decif.406.
num.5. & 6. part.13. rec.*, *& in Peruſina fidei-
commiſſi 26. Januarii 1660. §. Nec ex eo, & §. Si-
quidem coram Priolo impreſſ. penes Urceol. poſt
conſult.82.*

Contraria verò procedere poſſent in caſu, quo
27 ſequentes in gradu adſpirarent ad ſucceſſionem
vigore vulgaris contentæ in compendioſa, cui li-
cèt tacitè inſit conditio ſuperviventiæ, ob hujus
tamen defectum caducato primo gradu, non id-
circo corrumperentur ſequentes gradus ſubſtitu-
28 tionum, & alitèr res ſe habet in ſubſtitutione fi-
deicommiſſaria, cui ut locus eſſe poſſit, verifi-
cari prius oportet conditionem adpoſitam præce-
denti ſubſtitutioni, juxtà communitèr receptam
doctrinam *Angeli in d. leg. quamdiù in fin. ff. de
acquir. hered.*, & explicando *Bartol.*, latè tradit
*Rocc. diſput. Jur. ſelect. cap.13. num.8. & 9.*,
*Gratian. diſcept. forenſ. cap.747. num.22.*, *&
ſeqq.*, *ubi conciliat deciſiones, & auctoritates con-
trarias*, *Seſſ. decif. Aragon. 50. num.2.*, *Rot.
coram Duran. decif.339. num.74.*, *& ſeqq.*, *co-
ram Bich. decif.480. num.22.*, *& coram Priol.
decif.138. num.8.*

Altera reſponſio eſt, quod, quando ſubſtitutio
facta reperitur in uno caſu, & ſub una conditio-
ne, quæ ſit ad certum tempus reſtricta, non 29
habeat locum *d. lex quamdiù*, quæ ſolum pro-
cedit, ſi ſubſtitutiones factæ ſint ſub conditione
ad certum tempus voluntariè non limitatâ, *Be-
ro. conſ.98. num.1. verſ. & hoc pro limitatione*, *&
num.12. in fin. verſ. nec obſtant notata lib.2.*, *Pe-
regrin. de fideicomm. artic.15. num.8.*, *Mantic. de
conject. lib.2. tit.15. num.15.*, *& lib.3. tit.19.
num.12.*, *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.569. num.33.*,
cum aliis cumulatis ab *Altograd. d. conſ.46. n.42.
& 52. lib.1.*

Cum igitur tempore conditi teſtamenti ſub-
ſtitutio de fœminis facta ultimo Maſculo incerta 30
omninò fuerit tùm ratione perſonarum, tùm
etiam ratione temporis ob conditionem ſupervi-
ventiæ à Teſtatore illi adpoſitam, & ob onus aſ-
ſumendi cognomen, Inſignia, & arma domus
Maraldæ, & requireretur in fœmina, quæ ſuc-
cedere debebat, tum d. oneris implementum,
tùm verificatio conditionis ſuperviventiæ, Do-
minus Marcus Aurelius Roncionus concurrere
minimè poſſe videtur unà cum D. Comitiſſa Sil-
viâ ejus Amitâ ad coæqualem ſucceſſionem in d. 31
fideicommiſſo, cum ob Matris prædeceſſum de-
feciſſe dicatur conditin adpoſita illius vocationi,
ac per conſequens, ſublatis ſequentibus ſubſtitu-
tionibus, totum Jus ſuccedendi in eodem fidei- 32
commiſſo conſolidatum fuit in D. Comitiſſa Sil-
via tempore obitus Lucæ Angeli ſupervivente,
ad *Text. in leg. ex facto §. Si quis autem verſ. igi-
tur ff. ad Trebellian.*, *leg. filius famil. §. Cum quis
rogatus ff. de legat.1.*, *leg. Julianus §. Sin autem
Cod. ad Trebell.*, *leg. ſi quis ità heres ff. de con-
dit.*, *& demonſtrat.*, *Surd. decif.144. num.14.*,
*cum aliis apud Urceol. conſult.82. num.25. & 26.*

Et licèt Teſtator non ſolùm vocaverit fœmi-
nas, ſed etiam deſcendentes ex eis, verbis illis =
*voluitque ulteriùs, quod inter Deſcendentes maſcu-
los legitimos, & naturales earumdem fœminarum
ſervaretur idem fideicommiſſum perpetuum &c.* =,
nihilominùs, quia ratio conditionis ſuperviventiæ
adpoſita ſubſtitutioni fœminarum poſtulat, ut illi
tantummodò vocati cenſeantur, quorum Matres
ſuperſtites fuiſſent tempore obitus ultimi Maſcu-
li agnati, & realiter ſucceſſiſſent cum aſſumptio-
ne nominis, & Inſignium familiæ Teſtatoris, defi-
ciente idcircò conditione adpoſitâ primæ Matrum
ſubſtitutioni, defeciſſe dicuntur ſequentes ſubſti-
tutiones earum Deſcendentium. Teſtator enim 33
vocando per fideicommiſſariam ultimum ſubſti-
tutum,

tutum, cogitavit, quod admitteretur præcedens gradus, à quo ſequens recipere debebat, *Cravet. conſ.283. num.12. verſ. ſed dicet aliquis, Seſſ. deciſ. Aragon. 50. num.20., Rocca diſput. jur. ſelect. cap.13. num.9., Rota coram Duran. deciſ. 339. num.74., & ſeqq., coram Bich. deciſ.480. num.22., coram Priol. deciſ.138. num.18., latè Gratian. diſcept. forenſ. 747. num.23. & 24.*

Jam verò, firmato his omnibus, quod D.Marcus Aurelius ex perſona, & jure proprio ſuccedere nequeat, minus ad fideicommiſſum adſpirare poteſt ex perſonâ Matris, jure nempè repræſentatioois, aut tranſmiſſionis, non quidem jure repræſentationis, quia hæc in noſtra hypotheſi exeluditur tum ex juris diſpoſitione, tùm etiam ex voluutate Teſtatoris.

34 De juris enim cenſura repræſentationi locus
eſſe nequit, niſi in hereditatibus, & fideicom-
35 miſſis Aſcendeotium, vel Patrui, ſecus verò, ſi
agatur de Patruis magnis, aliiſque Tranſverſalibus remotioribus, *Dec. conſ.1. num.3., Ruin. conſ.169. num.7., & conſ.12. num.8. lib.2., Pariſ. conſ.39. num.12., & ſeqq. lib.2., Covarn. practic. quæſt. cap.38. num.5. verſ.10., Mantic. de conject. ultim. voluat. lib.8. cap.9. num.4. verſ. & ex conſenſu, Croſſ. in §. fideicommiſſum quæſt. 11. num.3 & 4., Rot. coram Coccin. deciſ.1449. num.8.* tollitur etiam ex mente, & voluntate Teſtatoris. Ille enim, dum voluit, quod ſuum
36 fideicommiſſum deferretur *ordine ſucceſſivo*, pro-
cul dubio prohibuiſſe cenſetur repræſentationem,
37 eum elauſula illa=*ordine ſucceſſivo*= eumdem effe-
ctum operetur, ac ſi Teſtator ſucceſſionem deſerri voluiſſet, ſalvâ gradus prærogativâ, atque efficit, ut, ſublatâ repræſentatione, ſucceſſio de gradu in gradum, & de proximiore in proximiorem deferatur, *Imol. conſ.101. num.2., Dec. conſ.1. num.8., Pariſ. conſ.40. num.26. lib.2., Riminal. Jun. conſ.75. num.29., Panſirol. conſ.170. n.16., Gozzadia. conſ.4. num.33., Burſatt. conſ.170. num.37. lib.2., Curt. Jun. conſ.264. ſub num.32. verſ. ſecundò principaliter, Barz. deciſ. Bonon. 93. num.22., Peregr. de fideic. art.21. ſub n.4., Iatrigliol. de ſubſtit. cent.3. quæſt.87. num.30., Cancer. var. reſol. part.3. cap.21. num.308., & ſeqq., Gratian. diſcept. forenſ. 806. num.18., & ſeqq., Boaden. collact. legal. 41. num.91. lib.1., Rota in Melevitana Pecuniaria 10. Februarii 1653. §. Minùs prætendi coram bo. me. Meltio.*

Teſtatorem autem voluiſſe, ordinem ſucceſſi-
38 vum, & gradualem ſervari in Deſcendentibus
etiam fœminarum, perſpicuum fit, quia talis ordo apertis verbis præſcriptus in fideicommiſſo ordinato favore Maſculorum agnatorum, à Teſtatore repetitus legitur in ſubſtitutione Deſcendentium quoque maſculorum ex fœminis, verbis illis=*in omnibus, & per omnia, ut ſupra*=, quæ ſuàpte naturâ repetunt eumdem ordinem ſuccedendi, *Bero. conſ.115. num.22. verſ. poſtremo lib.2., Menoch. conſ.269. num.34., Urceol. deciſ. Florent.13. num.6., Rot. deciſ.283. num 5. cum ſeqq. coram Priol., deciſ.252. num.13. & 14. coram ſan. me. Alex. VIII., cum aliis in una Fanen. fideicommiſſi de Nulphis coram clar. me. Card. Coccia deciſ.1. num.16. poſt de Luc. ad mat. de fideicomm.*

Minùs verò juſtum locum ſibi vindicare poteſt
tranſmiſſio, quia, ut ſuprà firmavimus, diſpo- 39
ſitio, de qua agitur, conditionalis eſt, utpotè ordinata in caſu ſuperviventiæ fœminarum, ideoque ob prædeceſſum bo. me. Juliæ Cathariaæ defeciſſe dicitur conditio, quâ non verificatâ, prohibetur fideicommiſſi tranſmiſſio, per *Text. in leg.1. §. Sin autem aliquid Cod. de cadac. tollen., leg. cum cauſa 17. §. Pomponius ff. de minor., Oldrad. conſ.131. num.1., Giovagnon. conſ.70. num.16. & 20. lib.1., Marcian. conſ.11. num.8., & ſeqq., Mantic. de conject. lib.11. tit.20. n.1., Gabriel. comm. concluſ. lib.4. tit. de hered. inſtit. concluſ.2. num.1. & 2., Mart. de ſucceſſ. legal. part.1 quæſt.24. art.5. num.1. & 2., Altograd. Sen. conſ.87. num.66. lib.2., Manſ. conſult.85. num.1. tom.9., Palm. Nepos alleg.64. num.3., Rot. poſt Torr. de pact. futur. ſucceſſ. lib.3. cap.3. num.65., & poſt Urceol. de tranſact. deciſ.28. num.12., in rec. deciſ.124. num.10. part.3., deciſ.173. num.11. part.15., deciſ. 262. num.14.
part.17.,* & in terminis conditionis ſuperviven- 40
tiæ latè *Altograd. Jun. contr.55. cum duob. ſeqq., Rot. in Piſauren. hereditatis 3. Decembris 1655. §. Verumtamen coram Bevilacqua, & in Peruſina fideicommiſſi 26. Januarii 1660. §. Nam illa verba, & §. ſeq. coram Priol., quarum utraque impreſſa reperitur poſt Urceol. conſult.82.*

Quamquam verò hæc argumenta plurimùm urgere videantur, nihilominus eiſdem uti mutuatis ex literali ſenſu conditionis ſuperviventiæ adpoſitæ ſubſtitutioni fœminarum, in conflictu prævalere debent argumenta, quæ favore D.Marci Roncioni deſumuntur ex apertâ mente Teſtatoris expreſsè militante pro indefinitâ illius vocatione, tametſi prædeceſſerit bo. me. Julia Catharina, ejuſque mater. Aſſumptum facilè probari videtur, quia exadverſo impugnari nequit expreſſa vocatio Deſcendentium maſculorum ex fœminis: Haud enim ultimo Maſculo morienti, per vulgarem ſubſtitutæ fuerunt fœminæ tunc ſuperviventes, perinde ac ſi, illis ſemel admiſſis, ulteriorem progreſſum non eſſet habiturum fideicommiſſum, ſed eædem poſt jam adeptum fideicommiſſum illud reſtituere gravantur Maſculis, =*voluitque ulterius, quod inter Deſcendentes maſculos legitimos, & naturales earumdem fœminarum ſervaretur idem fideicommiſſum perpetuum, quod favore Maſculorum deſcendentium à Simone Petro jam fuerat ordinatum*=. Deſcendentes igitur fœminarum ex propriâ perſonâ, & jure proprio vocati ſunt in hoc fideicommiſſo à Teſtatore ordinato pro perpetuâ familiæ ſuæ conſervatione, quam, deficientibus Maſculis agnatis, in Maſculis cognatis deſcendentibus ex fœminis renovare voluit, quo caſu fideicommiſſum eſſe perpetuum, & deſcendentes ex fœminis ad illud vocatos cenſeri, notiſſima jura ſunt.

Nilque turbat, quod Teſtator ultimo Maſculo
agnato morienti certam aliquam fœminam non
ſubſtituerit, ſed vocaverit fœminas eo tempore 41
ſuperſtites, ideoque illarum admiſſio penderet à conditione ſuperviventiæ, quâ deficiente ob

præde-

Google

prædeceſſum bo. me. Juliæ Catherinæ evanuerit
ſubſtitutio D. Principalis ab illa dependens, hujuſmodi enim obiectum ceſſat tum ex verbis teſtamenti, tum etiam ex mente Teſtatoris.

Ex verbis quidem, quia Teſtator *ſubſtituit*
42 *omnes fœminas ex prædictis Maſculis natas tunc ſuperviventes, in ſtirpes, & non in capita*, quo diſponendi modo Teſtator demonſtravit, ſubſtitutionem Deſcendentium ex fœminis non reſtrinxiſſe ad caſum, quo eorum Matres ſuperſtites fuiſſent tempore obitus ultimi Maſculi agnati,
43 quia, cum clauſula = *in ſtirpes, & non in capita* = verificari non poſſet in ſolis fœminis ſuperſtitibus, quæ inter ſe ſtirpes non faciebant, proindè,
44 ut locus eſſe poſſet ſucceſſioni in ſtirpes, neceſſariò ſequebatur, quod vocati dicendi erant filii maſculi fœminarum præmortuarum, *Curt. Jun. conſ.161. num.1. & 8., Soccin. Jun. conſ.1. n.44. lib.3., Menoch. de præſumpt. lib.4. præſumpt.84. num.15., Peregrin. de fideic. art.21. num.28. in fin., Craſſ. in §. fideicommiſſum quæſt.12. num.7., Altograd. conſ.67. num.23. lib.1., Rot. deciſ.426. num.5. verſ. & maximè part.4. diverſ.*, qui cum earum Amitis concurrere debebant.

Nec ſubſiſtit, quod Teſtator adhibendo hujuſmodi clauſulam, conſideraſſe videatur caſum, quo plures fœminæ ſupereſſent ex pluribus Maſculis progenitæ, quæ impares numero eſſent, voluerìtque occurrere controverſiis quoad modum ſuccedendi, jubendo, quod tantum haberet una fœmina nata ex uno Maſculo, quantum habituræ fuiſſent plures fœminæ natæ ex altero Maſculo, quia hujuſmodi reſtrictio d. clauſulæ non legitur in teſtamento, ideoque, ſi verificabilis eſt tàm in caſu concurſus plurium fœminarum ejuſdem gradus, quàm in concurſu perſonarum diſparis gradus, operari debet ſuum legalem
45 effectum, juxtà quem, vocatis fœminis in ſtirpes, quæ efformantur ex pluribus, & diverſis gradibus unum corpus conſtituentibus, non ſolùm vocatæ dici debent fœminæ, quæ eſſent initium, & caput ſtirpis, ſed gradus omnes ſub eadem comprehenſi, *Menoch. conſ.124. num.67., & conſ.795. num.10., Altograd. d. conſ.67. loco citat., Fuſar. de ſubſtit. quæſt.485. num.65. verſ. ratio eſt*.

Accedit ad hæc, quod Teſtator poſt ſubſtitutionem fœminarum in ſtirpes, & non in capita
46 factam, ſubdidit vocationem Maſculorum deſcendentium ex eiſdem, conceptam verbis indefinitis quodcumque tempus, & caſum reſpicientibus, ideoque iidem vigore vulgaris anomalæ contentæ in hujuſmodi diſpoſitione, vocati cenſendi ſunt tametſi præcedens gradus, ſivè præcedens ſubſtitutio fœminarum perempta fuiſſet, eo quod prædeceſſiſſent ultimo Maſculo agnato, hoc enim caſu peremptio præcedentis gradus non officit admiſſioni graduum ſequentium, ſed perindè habetur, ac ſi ille ordinatus minimè fuiſſet, juxtà theoricam *Bartoli in leg. quamdiù 64. num.10. verſ. quæra ff. de acquir. hered.*, *communiter receptam a Doctoribus relatis apud Peregrin. de fideic. art.15. num.14., Giovagnon. conſ. 76. num.6., & ſeqq., & conſ.77. num.11., & ſeqq., Rocc. diſput. Jur. ſelect. cap.13. num.5., Rot. coram Bich. deciſ.17. num.12., deciſ.548. num.7., in rec. deciſ.332. num.6., deciſ.403. n.11. part.2., deciſ.579. num.9. part.5. tom.3., deciſ. 134. num.12. part.7., deciſ.12. num.20. part.10., in Romana, ſeù Jannen. Bonorum 10. Decembris 1696. §. Tum etiam coram Rmo Molines Decano, & in Romana, ſeù Nicien. fideicommiſſi 14. Decembris 1703. §. In qua compendioſa coram Rmo eodem.*

Certiùs verò hæc procedunt in caſu noſtro, quia Teſtator vocationi fœminarum ſuperviventium tempore obitus ultimi Maſculi agnati ſubdidit, ut dictum eſt, ſubſtitutionem Maſculorum deſcendentium ex eiſdem, ordinando inter eos perpetuum fideicommiſſum, ut in earum perſonis conſequeretur artificialem renovationem agnationis, & perpetuam nominis ſui durationem, quam votis omnibus in univerſo teſtamen-
to exoptaſſe legitur; huic autem fini primario 47
cum apertè repugnet reſtrictio ſubſtitutionis deſcendentium maſculorum ex fœminis ad caſum, & conditionem, quâ illorum Matres ſuperſtites
fuiſſent tempore, quo decedebat ultimus Agna- 48
tus, dicendum eſt, illorum ſubſtitutionem pendere nequiviſſe à d. conditione ſuperviventiæ, ſed generalitèr, & in quocumque caſu vocatos fuiſſe, *Rot. in Firmana fideicommiſſi 2. Aprilis §. Quoniam hæc, confirmata 28. Junii 1688. §. Etenim hujuſmodi coram Rmo d. Hervault Archiepiſcopo Turonen.*

Magis verò ex mente Teſtatoris perſpicuum fit, illorum ſubſtitutionem pendere nullo pacto debere à d. conditione ſuperviventiæ eorum Matrum, cum enim agatur de fideicommiſſo ordinato favore agnationis, quam Teſtator, quoad fieri poterat, conſervare voluit non ſolùm per digreſſum ad plures ſubſtitutionum gradus, ſed per artificialem illius renovationem demandatam in Maſculis cognatis, imperceptibile prorſus videtur, quod voluerit hujuſmodi fideicommiſſum tanto ſtudio, tantâque ſubſtitutionum ſerie præordinatum pendere à d. conditione ſuperviventiæ dd. fœminarum, quando perpetuationem fi-
deicommiſſi ab ipſo volitam, etiam poſt illarum 49
mortem aſſequi poterat in earum Deſcendentibus, ut ponderavit *Rota in deciſione coram R.P.D. meo Lancetta* edita favore Comitiſſæ Silviæ *in §. Præter literam teſtamenti*.

Augetur vis hujus argumenti, quia Teſtator
non conſideravit fœminas ſuperviventes tempo- 50
re obitus ultimi maſculi Agnati, tamquam extremum, ſeù terminum, in quo ſiſteret ejus diſpoſitio, ſed illas reſpexit tamquam medium neceſſarium, per quod fieri debebat tranſitus ad Maſculos cognatos prò aſſequendâ artificiali agnationis ſuæ renovatione ab ipſo vocatos, ideoque, ut ait eadem *deciſio in §. Haud relevante*,
exiſtentia fœminarum non taxativè, ſed demon- 51
ſtrativè expreſſa dici debet ad deſignandam originem, ex quâ proditura erat deſcendentia maſculina fœminarum artificialitèr renovatura
agnationem Teſtatoris, proindeque eadem exi- 52
ſtentia vim habere nequit conditionis, utpote

nou appoſita ad reddendam conditionalem ſub-
ſtiiutionem deſcendentium maſculorum ex fœ-
minis, ſed ad eonnotandum tempus, & ordi-
nem ſuccedendi, quo poſt Agnatos, fœminæ, &
poſt fœminas, earum Deſcendentes maſculi ad-
mitti debebant, ut benè couſiderat *Rot. in d. Ro-
mana, ſeù Nicien. fideicommiſſi* 14. *Decembris*
1703. *§. Quidquam non relevante coram Rño De-
cano*.

Et quidem quid magis abſurdum videri poſſet,
53 quàm quod exiſtentia fœminarum, quæ, nonniſi
uti medium à Teſtatore conſideratæ fuerant, pro
aſſequenda videlicet duratione ſui fideicommiſſi,
& renovatione agnationis ſuæ in earum Deſcen-
dentibus maſculis, eorumdem vocationi condi-
tionem adjecerit, quâ deficiente, peritura eſſet
illorum ſubſtitutio? Creſcit verò d. abſurdum,
ſi conſideremus, quod agitur de fideicommiſſo
54 perpetuò duraturo, & ſubſtitutione collata in re-
motiſſimum tempus, quo facilè contingere pote-
rat, quod, nullis ſuperſtitibus fœminis ex Maſculis
agnatis, ſupereſſent ſolùm earum Deſcendentes
maſculi, & tamen dicendum eſſet, quod iſti
Deſcendentes, tametſi à Teſtatore vocati, & apti
ad renovationem artificialis agnationis ab ipſo
exoptatam, nihilominùs ſuccedere non poſſent
in fideicommiſſo, quia illorum ſubſtitutio pe-
rempta fuiſſet, utpote pendens à conditione ſu-
perviventiæ fœminarum tempore mortis ultimi
Agnati, quod non minùs à mente Teſtatoris,
quàm ab omni rectæ rationis dictamine aberrat.

Rurſus, ſi verum eſſet, quod vocatio deſcen-
dentium ex fœminis penderet à conditione ſu-
perviventiæ earum Matrum, ſequeretur, quod
Teſtator, qui nihil aliud præ oculis habuit, quàm
fideicommiſſi perpetuitatem, & quaſi ſempiter-
nam agnationis ſuæ, ſivè naturalis, ſivè artifi-
cialis conſervationem, ſe privaſſet mediis aptis
ad illam aſſequendam, nam Maſculi deſcen-
55 dentes ex fœmina præmortua ultimo Agnato apti
ſunt ad finem à Teſtatore volitum, æquè ac Ma-
ſculi nati ex fœminis ſuperſtitibus d. tempore, &
tamen excluderentur à ſucceſſione in d. fidei-
commiſſo ob defectum conditionis ſuperviven-
56 tiæ eorum Matris; At verò, ſi pro excludenda
dependentia ſubſtitutionis ipſorum à d. conditio-
ne ſatis eſſet, quod nulla aſſignabilis ſit ratio ob
quam Teſtator excludere voluerit Deſcendentes
maſculos fœminæ præmortuæ, quantò magis id
57 locum habebit in caſu noſtro, in quo hujuſmodi
dependentia expreſsè reſiſtit menti, & fini voli-
to à Teſtatore, juxtà ſimile argumentum, quo
utitur *deciſio* edita favore D. Comitiſſæ Silviæ
in *§. Ultrà quod nulla*, in qua *Sac. Rota* cenſuit,
58 ipſam vocatam dicendam eſſe; eò quia nulla aſ-
ſignari poterat ratio, ob quam Teſtator impelli
potuerit potiùs ad vocandas fœminas natas à filiis
maſculis Simonis Petri, quàm ipſam immediatè
natam à Simone Petro.

Quamobrem dicendum eſt, d. ſuperviventiam
vel nullo pacto præſeferre conditionem, vel,
quatenus etiam à Teſtatore per modum condi-
59 tionis adpoſita cenſeri poſſet, attamen eadem,
utpotè affirmativè adjecta, & cohærens perſonæ
ipſarum fœminarum, tacitè ſubintelligeretur,
etiamſi non fuiſſet expreſſà, quia haud aliter ſuc-
cedere potuiſſent, niſi extitiſſent tempore obitus
ultimi Maſculi, ideoque nihil operaretur, & con- 60
ditionalem non redderet ſubſtitutionem Maſcu-
lorum deſcendentium ab ipſis, *Soccin. Sen. conſ.*
250. *num.* 5. *lib.* 2., *Surd. conſ.* 110. *num.* 4. *&* 5.,
*Rodulphin. alleg.* 95., *& alleg.* 150. *utrobique n.* 6.,
*Rota coram Dunoz. Jun. deciſ.* 280. *num.* 3. *&* 4.,
*& in d. Romana, ſeù Nicien. fideicommiſſi §. Quid-
quam non relevante*.

Nec officit, quod Teſtator non ſolùm voca-
verit fœminas ſub incerta illa conditione, quod
ſuperviverent, ſed prætereà adjecerit dictionem= 61
*tunc* =, quæ ſubſtitutionem reſtringit, & limitat,
quia huic objecto ſatis occurriſſe videtur *deciſio*
à *R. P. D. Lancetta* edita favore D. Comitiſſæ
Silviæ, inquiens *in §. Atque ex his ceſſant*, quod
dictio = *tunc* = reſtringat tempus ſuccedendi, non 62
autem perſonas ſucceſſuras, quæ vel expreſsè,
vel conjecturalitèr fuerunt vocatæ. Verum præte-
reà dicimus, quod ſimiles dictiones adjectas ſubſti-
tutioni conceptæ indefinitis verbis quodcumque 63
tempus, & caſum comprehendentibus, non ſtant
reſtrictivè, ſed declarativè, & demonſtrativè
ad caſus, in quibus eadem ſubſtitutio locum ha-
bere poteſt, *Barr. de ſucceſſ. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 3.,
*Hodiern. ad Surd. deciſ.* 37. *num.* 52., *Rot. deciſ.*
579. *num.* 11. *part.* 4. *tom.* 3., *Rot. coram Bich.
deciſ.* 548. *num.* 19. *&* 20., ubi, quod id procedat, 64
etiamſi hujuſmodi dictio eſſet geminata, & poſt
*Balducc. ad Ramon. deciſ.* 28. *num.* 12., *& ſeqq.*;
Contraria verò procedere poſſent in caſu, quo
cum d. dictione = *tunc* = concurrerent aliæ dictio- 65
nes reſtrictivæ, ſubſtitutionem neceſſariò coar-
ctantes ad unum determinatum caſum, ut benè
diſtinguendo firmant *Hodiern. ad Surd. d. deciſ.*
37. *num.* 55., *Capyc. latr. deciſ.* 108. *num.* 6., *Rot.
coram Bich. deciſ.* 548. *num* 19.

Et demum, cùm ex jam dictis appareat de con-
traria mente Teſtatoris, hujuſmodi dictiones,
quantumvis reſtrictivæ non impedirent, quin 66
ſubſtitutio Deſcendentium maſculorum extende-
retur etiam ad caſum non exiſtentiæ fœminarum
in caſu obitus ultimi Agnati, *Capyc. latr. d. de-
ciſ.* 108. *num.* 63., *& ſeqq.*, *Hodiern. loco mox
citat.*, *Franch. deciſ.* 299. *nu.* 5., *Rot. deciſ.* 579.
*num.* 12. *part.* 4. *tom.* 3., *& in d. Romana, ſeù Ni-
cien. fideicommiſſi §. His ſic conſtitutis cor. Rño
Decano*, *& admittit etiam Altograd. in contra-
rium allegari ſolitus contr.* 55. *num.* 87., *& ſeqq.*,
*& contr.* 56. *num.* 53., *& ſeqq.*

Hæc igitur cum ità ſe habeant, & ex clara
mente Teſtatoris ordinantis perpetuum fidei-
commiſſum pro conſervatione ſuorum Bonorum 67
in agnatione tùm naturali, tùm artificiali conſtet,
ſuperexiſtentiam fœminarum non fuiſſe adpoſi-
tam per viam conditionis reſtringentis vocatio-
nem, ſed per viam demonſtrationis, ſivè decla-
rationis connotantis tempus ſucceſſionis fœmi-
narum, & earum Deſcendentium, corruunt ar-
gumenta omnia, & rationes in contrarium ad-
ductæ, quæ juſtum locum vindicare ſibi pote-
runt, quando res dubia ſit, ſecùs verò, ſi contrà
illas

illas urgeat aperta mens Teſtatoris excludens quamcumque reſtrictionem deſumptam ex adpo-
68 ſitione hujuſmodi conditionis, ſi enim in quacumque diſpoſitione ſpectanda eſt mens Teſtatotoris, eò certiùs illa attendenda erit in ſubjectâ materiâ caducationis ſequentium ſubſtitutionum ob defectum conditionis adpoſitæ primæ, cum
69 hujuſmodi caducationis quæſtio tota pendeat à voluntate Defuncti, ut, poſt *Caſanat. conſ.2. n.9.*, tradit *Fontanell. deciſ.589. num.11.*, *Cancer. var. reſol. part.1. cap.1. num.66.*, *& ſeqq.*, *Surd. conſ. 100. ex num.11.*, *& deciſ.37. num.29.*, *& ſeqq.*

Conſtabilitâ his omnibus vocatione D. Roncioni venientis ex perſonâ, & jure proprio omninò independente à conditione adpoſitâ vocationi
70 Matris, non indiget jure repræſentationis, aut tranſmiſſionis, ideoque ſuperfluum eſt reſpondere iis, quæ prò excluſione utriuſque juris ſuperiùs deducta ſunt.

Prout etiam inutile eſt reſpondere auctoritatibus, quæ in contrarium allegantur, quia generales theoricæ, & regulæ, quibus illæ innituntur, procedunt, quando verſamur in dubio, ſecùs verò, quando argumentis, & rationibus deſumptis ex viſceribus teſtamenti conſtat, Teſtatorem noluiſſe, ſubſtitutionem ſequentem fieri caducam ex defectu conditionis adjectæ præcedenti.

## *Tyburtina Fideicommiſſi.*

*Filiorum* nomine, ex *Statuto Urbis* 142., etiam in Tranſverſalibus, nepotes comprehenduntur, concurrente Teſtatoris voluntate. Hæc autem ex quibus dici poſſit reſultare? Vulgaris anomalæ, ſeù repræſentationis beneficio; vel etiam tranſmiſſionis jure an, & quando ulterior Subſtitutus in gradus caducati locum admittendus cenſeatur? Bona loco quantitatis in dotem aſſignata, eorumdem conventâ reſtitutione, ſpectant ad Mulierem. Fideicommiſſum in vita heredis purificatum, licèt non agnitum, ad illius heredem tranſmittitur.

## VOTUM XXXVII.

1 Filii *in conditione poſiti ex* Statuto Urbis 142. *cenſentur diſpoſitivè vocati*, & num.11.
2 *Procedit in toto Diſtrictu.*
3 *Et æquè in Deſcendentibus, ac in Tranſverſalibus.*
4 Filiorum *appellatione, præſertim in diſpoſitione Tranſverſalis, nepotes non comprehenduntur.*
5 *Appellatione* filiorum *in conditione poſitorum ex dicto* Statuto, *non veniunt nepotes*, & num.41.
*Secus, quando concurrat voluntas Teſtatoris*, num.12. 42. 43. & 49.; *quod procedit etiam in diſpoſitione Tranſverſalis*, d. num.12.
*Et maximè in fideicommiſſo merè activo, non autem paſſivo*, num.13.
Conſtantin. annot.36. art.1. n.31. & 60., *contrarium firmans* ex deciſ. Sac. Rotæ 84. part.9. rec., *explicatur, & declaratur* à n.43. ad 49.
6 *Agnatio ex quibus cenſeatur contemplata?*
7 *Appellatione* filiorum *in conditione poſitorum, ex d.* Statuto, *non continentur fœminæ, quoties agnatio contemplata fuerit.*
*Intellige de vera, & rigoroſa agnatione*, num.38.
8 *Gradu præcedenti caducato, ceteri ſequentes corruunt, & quando ſecùs?* num.55.
9 *Dos loco quantitatis in Bonis aſſignata tranſit in dominium viri, &* nu.93.
10 *De Bonorum identitate concludenter docendum eſt, ut fideicommiſſi jure vindicari valeant.*
11 *Tacita nepotum vocatio ſub nomine filiorum in conditione poſitorum ex quibus reſultare poſſit, &* nu.12. & ſeq.
14 *Ex ſubſtitutione reſtricta ad caſum alicujus obitus ſinè filiis, ad gravamen reſtitutionis nequit inferri.*
15 *Subſtitutio in caſu alicujus obitus ſinè filiis demandata, ceſſat, eo cum filiis decedente.*
16 *Sub nomine filiorum comprehenſos nepotes arguit reciprocum ordinatum fideicommiſſum inter filios Teſtatoris, eorumque Deſcendentes in infinitum.*
*Idem diſpoſitio in remotiſſimum tempus collata* nu.19. 24., & 27.
*Idem volita Bonorum conſervatio in agnatione, & familia* nu.23.
*Ac digreſſus ad plures ſubſtitutionum gradus* nu. 29.
*Procedit maximè in concurſu ſubſtituti remotioris* nu.30. 31. 32., & 33.
*Quæ conjecturæ non ſeorſim, ſed unitim conſideranda ſunt*, nu.33.
*Valde autem urgent, cum de Extranei excluſione agitur favore Deſcendentis* nu. 34.
17 *Dictio* = in infinitum = *adjecta ſubſtitutioni naſciturorum ex filiis Teſtatoris, tractum temporis ſucceſſivum importat.*
18 *Et nedum nepotes, ſed ulteriores etiam complectitur Deſcendentes.*
20 *Teſtatorum perpetua fideicommiſſa ordinantium nulla ſpecialis affectio erga certas perſonas conſiderari poteſt.*
*Sed naturalis dumtaxat affectio erga poſteritatem ſuam* num.21.
21 *Teſtatori neque gratus, neque ingratus eſſe poteſt, qui nondum natus eſt.*
22 Filiorum *nomine in diſpoſitione ordinata in incertum, & futurum eventum omnes continentur Deſcendentes.*
23 Filiorum *nomine venire nepotes cenſendi ſunt, quoties aliàs abſonus ſequeretur intellectus.*
24 *Fœmina legalium terminorum prorſus ignara præſumitur.*
25 Filiorum *nomine æquè filii, ac nepotes dici debent comprehenſi, ſi eadem ex mente Teſtatoris concurrat ratio.*
26 *Teſtator, volitâ ab eo perpetuâ Bonorum conſervatione in familia, non eſt cenſendus nepotes propter Extraneos voluiſſe excludere.*
27 *Perpetuum ne intercedat fideicommiſſum, omnis capienda eſt interpretatio.*

28 Peculii nomine ne fideicommiſſum intercidat, tota in dubio venit hereditas.

31 Verbum filius quoties in conditione ponitur, latam interpretatione recipit.

32 Teſtator præſumitur ulteriores Deſcendentes ſubſtitutis remotioribus præferre voluiſſe.

34 Sub filiorum nomine latè accepta, etiam nepotes comprehenduntur.

36 Filiorum appellatione comprehenſa neptis cenſenda eſt in concurſu Extranei.

37 Filiorum appellatione, ex Statuto urbis 142., veniunt æquè fœminæ, ac Maſculi.

38 Agnatio ex vocatione etiam fœminarum verè, & rigorosè contemplata dici nequit.

39 Agnationis expreſſio poſt vocationem fœminarum, propriam illius contemplationem non inducit.

Præſertim, cum agitur de teſtamento fœminæ num. 40.

40 Fœmina non præſumitur ſolos Maſculos voluiſſe admittere.

42 Statutum urbis 142. merè declaratorium eſt.

Et vocationem deſumit ex præſumpta Teſtatoris voluntate ibid. num. 49.

44 Ex Statuto vocante filios in conditione poſitos, non veniunt nepotes, quando concurrunt filii.

45 Filiorum nomine ex Statuto urbis 142. faciliùs nepotes admittuntur, cum ad excluſionem agitur non proximioris, ſed Extranei, & num. 46.

50 Statutum urbis 142. procedere cenſendum eſt ad normam voluntatis Teſtatoris.

51 Sub nomine filiorum indiſtinctè à Teſtatore adhibito, æquè filii, ac nepotes veniunt.

52 Nepotes, aut ulteriores Deſcendentes à Teſtatore in conditione poſiti, ex dicto Statuto vocati cenſentur.

53 Idem Statutum nullam inter unum, & alterum Deſcendentium gradum differentiam conſtituit.

54 Statutum prohibens Matri, ne diſponant extra filios, etiam nepotibus ſuffragatur.

55 Vulgaris anomalæ, ſeù repræſentationis beneficio ulterior ſubſtitutus in locum gradus caducati admittitur, quoties ſubſtitutio merè fideicommiſſaria non eſt.

56 Subſtitutio vulgaris anomala reſultat ex verbo communi = ſubſtituit =, & ejuſmodi.

57 Compendioſam ſubſtitutionem efficit indefinita mortis conditio.

58 Etiam, cum non reſpicit quandocumque tempus.

Et maximè, ſi quandocumque tempus complectatur num. 59.

59 Dictio = quandocumque = univerſalis eſt, complectens quodcumque tempus.

60 Subſtitutio vulgaris ſub compendioſa continetur.

61 Atque etiam ſub fideicommiſſaria.

Si modò hæc per verba merè obliqua non ſit inducta ibid.

62 Subſtitutio vulgaris inducta cenſetur, ſtante clauſulà = iſto, & omni meliori modo =.

63 Subſtitutio vulgaris expreſſa infertur ex clauſula = vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum =.

64 Subſtitutio fideicommiſſaria non inducitur verbis communibus, & generalibus.

65 Clauſula = omni meliori modo = in fine poſita, omnes æqualiter ſubſtitutiones reſpicit.

66 Gradus intermedii caducatio non afficit admiſſioni ulteriorum ſubſtitutorum, cum diſpoſitio perpetua eſt, & votum continet conſervationis Bonorum.

67 Subſtitutorum ſubingreſſus in gradum caducatum valdè confert conſervationi Bonorum à Teſtatore volitæ.

68 Fideicommiſſum per præmorientiam heredis non tranſmittitur.

Secus, ſi de contraria Teſtatoris voluntate conſtet ibid.

Quod procedit nedum inter Deſcendentes, ſed etiam inter Tranſverſales, nu. 70. & 72. Intellige ut nu. 71.

69 A Teſtatoris voluntate pendet facere tranſmiſſibile, quod tale non eſt.

71 In Deſcendentibus major cadit affectio, quàm in Tranſverſalibus.

73 Tranſmiſſio faciliùs inducitur, quàm vocatio.

74 Pro tranſmiſſione ſatis ſunt, quæ pro vocatione non ſufficiunt conjecturæ.

75 Præſertim, cum de tranſmiſſione agitur in filium, vel nepotem facienda.

76 Et maximè, ſi ad excluſionem non ſubſtituti magis dilecti, ſed Extranei.

77 Pro tranſmiſſione in filium, vel nepotem inducenda leviores conjecturæ ſufficiunt.

Et quæ ſingulæ non proſunt, junctæ juvant ibid.

79 Digreſſus ad plures ſubſtitutionum gradus oſtendit, Teſtatorem plures perſonas inæqualiter dilectas reſpexiſſe.

80 Fideicommiſſum tranſmiſſibile arguitur, concurrente digreſſu ad plures gradus ſubſtitutionum.

81 Sufficit autem digreſſus ad unum dumtaxat gradum.

82 Quæ procedunt etiam in Tranſverſalibus.

Arguitur itidem ex quo filii ſubſtitutorum fuerint in conditione poſiti nu. 83.

Eademque conjectura etiam in Tranſverſalibus admittitur ibid.

Tranſmiſſibile præterea conijcitur ex volita Bonorum conſervatione in familia nu. 85.

Atque ex mentione perſonæ, ad quam tranſmiſſio velit fieri num. 86. & vid. num. 87., & ſeq.

87 Fideicommiſſum ex mente Teſtatoris tranſmiſſibile ad eum cenſetur, de quo mentio habita eſt in teſtamento.

88 Præſertim quando id præſeferunt ipſius teſtamenti verba.

Maximè verò, ubi agitur de perſona ab inteſtato ſucceſſura nu. 89.

Ac de Extranei excluſione nu. 90.

89 Tran-

89 *Tranſmiſſio faciliùs fieri dicitur favore perſonæ ab inteſtato ſucceſſuræ.*

91 *Fideicommiſſi conditionalis tranſmiſſio quando etiam in Tranſverſalibus locum habeat?*

93 *Bona loco quantitatis in dotem aſſignata, ad Mulierem non ſpectant, niſi probatâ eorum reſtitutione, cum ipſius acceptatione, factâ.*

*Secus, quando eadem reſtitui debere, conventum ſit* ibid.

94 *Fideicommiſſum in vita heredis purificatum, etiamſi non agnitum, ad illius tranſmittitur heredem.*

*Maximè, ſi agnitum ſit* nu. 96.

95 *Fideicommiſſum non uti agnitum, ſed uti agnoſcendum tranſmittitur.*

97 *Fideicommiſſum ex quacumque petitione, aut animi declaratione agnitum dicitur.*

98 *Immiſſio eſt remedium hereditarium competens etiam heredi heredis.*

JOANNA de Sertoriis nupta Franciſco Bruti cum dote ſcutorum 1200., quæ, etſi in quantitate conſtituta eſſet, ſoluta nihilominus fuit partim in pecunia, partim verò in tot Bonis, nempè duobus olivetis, nonnullis cenſibus, aliiſque rebus deſcriptis in capitulis matrimonialibus, *Summario num.1.*, ad quæ refertur etiam Inſtrumentum receptionis dotis, *Summario num.2.*, anno 1599. ſupremum condidit teſtamentum, in quo, relicto uſufructu unius tantùm ex dictis olivetis Franciſco viro, in omnibus ſuis Bonis, & tota hereditate ſua, *heredem univerſalem inſtituit quondam Fabium filium ſuum legitimum, & naturalem ex ipſa, & dicto D. Franciſco Bruti ex legitimo Matrimonio natum, & in infantili ætate conſtitutum, & omnes alios filios ſuos tàm maſculos, quàm fœminas in futurum ex ipſa naſcituros ſimiliter heredes univerſales ſibi inſtituit, quos invicem ſubſtituit, vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, & ſimiliter naſcituros ex eiſdem ſuis filiis ſubſtituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum in infinitum prò conſervatione ſuæ agnationis, & familiæ, quibus omnibus decedentibus ſinè filiis legitimis, & naturalibus, eiſdem ſubſtituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum Gamallium Sertorium ejus germanum fratrem, cui quandocumque decedenti ſinè filiis legitimis, & naturalibus ſubſtituit Lucianum Franciſcum, & Alexandrum ejuſdem Teſtatricis fratres ex latere paterno vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, itaut Bona ſua conſerventur in agnatione ſua iſta, & omni meliori modo &c.* ſunt verba teſtamenti relata in *Summario numero 3.*

Vitâ functâ Teſtatrice, in illius hereditate ſucceſſerunt Fabius, & Marcus Antonius fratres de Brutis ejus filii, quibus omnibus abſque prole defectis, factus fuit locus ſubſtitutioni Gamallii Sertorii germani fratris ejuſdem Teſtatricis, ejuſque filiorum in conditio-
1 ne poſitorum, qui procul dubio diſpoſitivè vocati cenſentur ex diſpoſitione *Statuti Urbis* 142., quod locum habet in Civitate Tyburtina, utpotè poſita intra quadraginta milliaria Diſtrictus ejuſdem Urbis, ad firmata per *Conſtantin. ad* 2
*idem ſtatut. annot. 36. art. 1. num. 15.*, *Adden. ad Burat. deciſ. 834. num. 15.*, *& deciſ. 176. num. 2. part. 18. recent.*, & procedit æque in Deſcendentibus, ac in Tranſverſalibus, idem *Conſtan-* 3
*tin. loco mox citat. num. 22.*, *Rota coram Dunoz. Jun. deciſ. 499. num. 8.*, *coram ſan. mem. Alexandro VIII.*, *deciſ. 1. num. 21.*, *& deciſ. 28. num. 6.*, Verum, quia Marco Antonio alteri ex filiis Teſtatricis, & heredibus inſtitutis ultimo loco defuncto nedum prædeceſſit ſupradictus Gamallius, ſed etiam Marcus Antonius Jun. ejus filius, relictâ D. Deliâ adhuc vivente, hinc eſt, quod ipſa modò ad fideicommiſſum aſpirans, illudque ſui favore purificatum eſſe, contendens, mè rogavit, ut prò veritate dicere velim; an vigore dicti Statuti ad fideicommiſſum, de quo agitur, vocata cenſeatur, ejuſque vocatio minimè defecerit ob caducationem duorum graduum præcedentium, nempè Marci Antonii Patris, & Gamallii Avi, adeout jure proprio vindicare poſſit Bona fideicommiſſaria dictæ Joannæ, & præſertim dicta duo oliveta, loco quantitatis in dotem illi aſſignata?

Rem itaque ordiendo à vocatione dictæ D. Deliæ, ut recto Judicio ſtatui poſſit, an illa verè ad dictum fideicommiſſum fuerit invitata, cum expreſſa vocatio prorſus deſideretur, ad tacitam recurrendum eſt, quæ pendet ab ea quæſtione, an ſcilicet ipſa, uti neptis Gamallii, veniat ſub nomine *filiorum* ejuſdem Gamallii in conditione poſitorum, quâ in re contra ipſam
urgere videtur nedum vulgata regula, quâ tra- 4
ditur, appellatione filiorum, præſertim in diſpoſitione Tranſverſalis, nepotes minimè comprehendi, cum aliter filii, aliter nepotes appellentur, *leg. quod ſi nepotes 6. ff. de teſtam. tutel.*, *Conſtantin. ad Statut. Urb. annot. 36. art. 1. num. 36. & ſeqq.*, ubi de veriori, magiſque communi opinione etiam *Rota, juxtà celebrem deciſ. Merlin. 206. à num. 9. ad ſeqq.*, cum aliis pluribus apud ipſum *Conſtantin.*, *& in Bononien. Fideicommiſſi de Griſonibus 4. Julii 1704. §. Eò certiùs coram bon. mem. Omanna*, *& in Tyburtina Fideicommiſſi 8. Februarii 1706. §. Sentientes vim coram Reverendiſſimo Anſaldo Decano*, & in terminis *Statuti Urbis* vocantis filios in con-
ditione poſitos, quod intelligitur de filiis pri- 5
mum gradum obtinentibus, & non extendatur ad nepotes in conditione expreſſè non poſitos, latè *Conſtantin. dict. annot. 36. art. 1. num. 27. & ſeqq.*, *num. 45. & ſeqq.*, *& num. 63.*, *& pluribus ſeqq.*, ubi etiam contrariis reſpondet, & optimè *Rota deciſ. 84. num. 7. & ſeqq. part. 9. rec.*, Verùm etiam contemplatio agnationis, cui Teſtatri-
cem proſpicere voluiſſe, conſtat ex ſupra relatis 6
teſtamenti verbis, hujuſmodi conſervandæ agnationis cauſam ſemel, atque iterum exprimentibus, in quibus terminis dicta D. Delia, tamquàm fœmina, appellatione filiorum in conditione

7 ne poſitorum nequaquam continetur, *Fenzon. ad Statut. Vrb. cap. 142. num. 10.*, *Conſtantin. ad idem ſtatutum annot. 36, art. 1. num. 27.*, *Rot. deciſ. 10.*, & *deciſ. 166. coram Vbald. ſen.* & *dec. 387. num. 11. cor. Remboldo*.

Prætereà prò eadem repellenda concurrit caducatio duorum graduum præcedentium, Pa-
8 tris nempè, & Avi, qui, ut ſupra dictum eſt, prædeceſſerunt Marco Antonio ultimo Teſtatricis filio, & heredi inſtituto, qui fideicommiſſum illis reſtituere debebat, quod ſaoè efficit, ut reliquæ etiam ſubſequentes ſubſtitutiones caducatæ dici debeant, juxtà *Text. in leg. ille à quo §. Si de teſtamento ff. ad Senat. Conſul. Trebell.*, *ibique Gloſſ.*, & *Doctores*, *Gomez. variar. reſolut. tom. 1. cap. 5. num. 8.*, *Peregrin. de Fideicommiſ. art. 15. ſub num. 19.*, *Cardin. de Luca in conflict. leg. & ration. obſervat. 92. in princip.*, & conſonat celebris, & recepta theorica *Angeli in leg. quamdiù ff. de acquir. vel amittend. hered.*, de qua, pluribus relatis concordan., *Rota in Maceraten. Fideicommiſſi 6. Maii 1709. §. Si tamen coram Reverendiſſimo Anſaldo Decano*. Et demùm, quod attinet ad illa duo
9 oliveta, loco quantitatis in dotem aſſignata, cum ea procul dubio tranſiverint in dominium viri, non videtur ullo pacto vindicari poſſe tamquam fideicommiſſaria Joannæ uxoris, niſi prius
10 concludenter doceatur, illamet oliveta in dotis reſtitutione tradita, & à muliere acceptata fuiſſe.

Verumtamen, maturè perpenſo totius teſtamenti tenore, prò fideicommiſſi duratione, ejuſque purificatione favore dictæ D. Deliæ reſpondere tutiùs exiſtimo, ipſamque bonâ ſpe Judicii aleam ſubire poſſe, cenſeo; ejus namque vocatio, ad quam tota controverſia reſtringi-
11 tur, ſi non expreſſa, ſaltem tacita, ſatis perſpicua mihi reddi videtur ex eo, quod in conditione poſiti fuerint, & per conſequens ex cenſura Statuti Urbis, de quo ſupra memini, vocati procul dubio cenſentur filii Gamallii, ſub quorum ſanè nomine ipſam quoque D. Deliam, uti neptem ex filio dicti Gamallii venire, ſuadet veriſimilis mens Teſtatricis, quâ poſitâ, ceſſat regula ſupra tradita, quod appellatione *filiorum*, maximè in diſpoſitione Tranſverſalis nepotes minimè continentur, ſitque locus illius limita-
12 tioni, ſeù veriùs alteri contrariæ regulæ, quod nomine *filiorum* veniunt nepotes, etiam in fideicommiſſo ordinato à Tranſverſali, quando voluntas Teſtatoris concurrit, vel æquitas, aut veriſimilitudo id expoſcit, ad *Text. in leg. juſta ff. de verbor. ſignific.*, *leg. Senat. Conſult. ff. de rit. nuptiar.*, *latè Ruſtic. in leg. cum Avus lib. 6. cap. 11. num. 45.*, & *ſeq. ff. de condit.*, & *demonſtrat.*, *Facchin. contr. Jur. lib. 5. cap. 18.*, *Surd. de aliment. tit. 9. quæſt. 36. num. 34.*, *Fuſar. de ſubſtitut. quæſt. 320. num. 10.*, *Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 94. à num. 23.*, *Peregrin. de Fideicommiſ. art. 22. num. 10.* & *12.*, *Rota coram Merlin. deciſ. 206. num. 12.*, *in recent. deciſ. 40. num. 7. part. 5.*, & *deciſ. 142. num. 42. part. 10.*, quæ quidem regula certiùs procedit in hypotheſi noſtra, quia verſamur in favorabilibus, nempè in fideicommiſſo merè activo favore fi- 13
liorum, non autem paſſivo, cum ipſi nullo pacto gravati dici poſſint reſtituere Luciano, & Alexandro fratribus Teſtatricis ex latere paterno dumtaxat, vel quia hi ſubſtituti fuerunt ſolùm in caſu, quo ſupradictus Gamallius ſinè fi- 14
liis decederet, vel quia in omnem caſum per eorum obitum ſinè filiis jam ſubſtitutio defecit, in quibus terminis ſinè dubio appellatione filiorum veniunt nepotes, ut poſt *Oldrad.*, *Ruin.*, 15
& *alios*, probat *Caſanat. conſ. 58. num. 42.*, *Seſſ. deciſ. Aragon. 64. num. 84.*, *Add. ad deciſ. 199. num. 14.* & *15.*, & *num. 28.* & *29. part. 8. rec.*, *Hodiern. ad Surd. deciſ. 73. à num. 1.*

Porrò Teſtatricis voluntatem comprehendendi ſub nomine filiorum Gamallii etiam nepotes apertè demonſtrat totus teſtamenti contextus, ex quo patet, ipſam conſtituiſſe amplum, & re- 16
ciprocum fideicommiſſum inter ſuos filios, & eorum Deſcendentes in infinitum, ibi = *Et omnes alios filios ſuos tàm maſculos, quàm fœminas in futurum ex ipſa naſcituros ſimiliter heredes univerſales ſibi inſtituit, quos invicem ſubſtituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, & ſimiliter naſcituros ex iiſdem ſuis filiis ſubſtituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum in infinitum pro conſervatione ſua agnationis, & familiæ* =, dictio enim illa = *in infinitum* = adjecta ſubſtitutioni naſciturorum ex filiis ſuis, ſuâpte na- 17
turâ tractum temporis ſucceſſivum importat, atque adeò effrænata eſt, ut nullo pacto, ſalvâ proprietate, & ratione recti ſermonis, reſtringi poſſit ad ſolos nepotes ex filiis naſcituros, ſed includat pluralitatem, atque diverſitatem temporum, & 18
caſuum, vocationemque extendat, & fideicommiſſum proroget ad ulteriores Deſcendentes, qui quomodolibet ſub illis verbis *naſciturorum ex filiis* venire poſſunt, per *Text. in leg. 1. verb. ſemper*, *ubi Gloſs.*, & *Bartol. num. 5. ff. ſolut. Matrimon.*, *Ruin. conſ. 115. num. 11. lib. 3.*, *Peregr. conſ. 44. num. 28. verſ. ad quintum lib. 1.*, & *de Fideicomm. art. 27. num. 2.*, *Molin. de Primogen. Hiſpan. lib. 1. cap. 6. num. 28.*, & *ſeqq.*, *Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 320. num. 74.*, & *ſeqq.*, *Caren. reſol. 67. num. 9.*, *Card. de Luc. de Fideicomm. diſc. 70. num. 9.*, *Rot. deciſ. 465. num. 14. part. 14.*, *in Vrbevetana Cenſuum 26. Martii 1696. §. Quarum prima coram Caprara*, & *27. Junii ejuſdem anni §. Inter conjecturas coram eodem*.

Quamobrem, ſi poſt tot perſonas, & gradus vocavit filios Gamallii, eorumque ſubſtitutionem contulit nedum in incertum, ſed in re- 19
motiſſimum tempus, quo veriſimiliter extituri non erant filii primi gradus d. Gamallii, ne ſubſtitutio hujuſmodi inanis, & eluſoria remaneat, &, ut voluntas Fideicommittentis effectum ſuum in omnem caſum conſequi valeat, dicendum eſt, ſub vocatione filiorum intellexiſſe de filiis ſecundi, tertii, & ulterioris gradus, juxta receptiſſimam theoricam *Imolæ in leg. Gallus §. Inſtituens num. 48. ff. de liber.*, & *poſth.*, quam ſe-

ſequuntur cummuniter Doctores, & præſertim
*Ruſtic. in leg. cum Avus ff. de condit., & demon-*
*ſtrat. lib.6. cap.11.num.4., Eugen. conſ. 94. num.*
*6., Surd. conſ.366. num.3., & ſeqq., Peregrin.*
*de Fideicomm. art.22. num. 50., Mantic. de con-*
*ject. lib.8. tit. 8. num. 20., Card. de Luc. de Fi-*
*deicomm. diſc. 71. num. 8, Rot. cor. Merlino de-*
*ciſ.206. num.16., & ſeqq., ubi contrariis reſpon-*
*det, coram Bich. deciſ.252. num.13., & ſeqq., in*
*rec. deciſ. 199. num. 5., & ſeqq. part. 8., ibique*
*latiſſimè Rub. in annot. num. 1., & plurib. ſeqq.,*
*in Auximana Juriſpatronatus 9. Maii 1703.*
*§. Quarta demum cor. bon. mem. Muto, in Aqui-*
*penden., ſeù Montis Faliſci Fideicommiſſi 11.*
*Maii 1705. §. Hactenus coram Card. Caprara,*
cum reliquis concordan. plenè collectis per *Rot.*
*in Romana Fideicommiſſi de Alveris ſuper reſer-*
*vatis 19. Junii 1711. §. Sed quæſtionis coram*
*R.P.D. Criſpo.*

Cujus ſanè verioris, ac communi Docto-
rum omnium conſenſu receptæ traditionis ea ra-
tio aſſignari poſſe videtur, quod ſcilicet Teſta-
20 tores in hujuſmodi perpetuis fideicommiſſis or-
dinandis nullâ moveri ſolent ſpeciali affectione
erga certas perſonas, immò verò nec etiam mo-
veri illâ poſſunt, eò quod eadem conſiderari ne-
queat erga eos, qui nondum nati ſunt, ſed na-
ſcituri ſperantur, ut monet *Textus in leg. ſi quis*
*in ſuo §. Legis Cod. de inoffic. Teſtam.*, ubi, quod
21 qui natus non eſt, = *nec poteſt eſſe gratus, nec*
*ingratus Teſtatori* =, qui proinde propriæ mortis
ſolatia quærendo, motus præſumitur illâ ſolâ na-
turali affectione, quâ quiſque in ſuam, aut alie-
nam poſteritatem fertur, *Soccin. in leg. cum*
*Avus num.80. col.49. ff. de condit., & demonſtr.*
*& lib.3. conſ.6. num 10., Jaſon. in leg. qui filia-*
*bus num.23. ff. de legat. 1., Molin. de Primogen.*
*lib. 1. cap.6. num.29. verſ. hoc ètiam*, pro regula
22 tradens, quod, quando = *Teſtator providet futura,*
*& ignotæ deſcendentiæ in incertum, futurumque*
*eventum, verbum filiorum nepotes etiam, ac om-*
*nes alios deſcendentes comprehendit* =, *& lib. 3.*
*cap. 5. num. 53. verſ. illud tamen, Surd. de ali-*
*ment. tit.3. quæſt.35. num.53., Fuſar. de ſubſtit.*
*quæſt.320. num.24. verſ. ratio hujus cor. Emerix*
*jun. deciſ.1229. num.13. verſ. agiturque.*

Ex quo conſurgit alia ratio, ob quam d. voca-
tio filiorum reſtringi nequeat ad filios immedia-
tè natos ex d. Gamallio, nam, cum Teſtatrix
ordinaverit perpetuum fideicommiſſum pro-
greſſivum ad plures gradus, & lineas, & qui-
dem ad effectum conſervandi tum agnationem,
& familiam, tum Bona ſua in illis, ibi = *Pro*
*conſervatione ſuæ agnationis, & familiæ &c.*, &
inferiùs, = *itaut Bona ſua conſerventur in agna-*
*tione ſua iſto, & omni meliori modo &c.* =, pro-
23 fectò, ne huic voluntati adverſemur, ea ample-
ctenda videtur opinio, quæ, dum favet nepoti-
bus, favet etiam conſervationi Bonorum in illa
agnatione, & familia, de qua Teſtatrix procul
dubio ſenſit, ut probant multi congeſti à *Ruſtic.*
*in d. leg. cum Avus lib.6 cap.12. num.44., Cal-*
*van. conſ.38. num.65., & ſeqq.*, ubi hanc conje-
cturam à contrariis vindicat, *Fuſar. de ſubſtit.*
*quæſt. 320. num.31., & duob. ſeqq., Rot. coram*
*Merlin. deciſ.206. num.30.*, quæ pariter contra-
riis reſpondet; illa namque, veluti mulier lega-
lium terminorum prorſus ignara, familiæ, & 24
agnationis ſuæ nomine æquè intellexit illam fi-
liorum, ac fratrum, & ideò, cum in utraque,
juxtà Teſtatricis votum, æquè benè verificetur
conſervatio Bonorum in familia, & agnatione
ſua, id ſufficit, ut vigore hujuſmodi rationis, & 25
cauſæ potius recipienda ſit lata, & benigna,
quàm ſtricta, & rigoroſa verbi *filiorum* ſignifi-
catione; ut benè proſequitur *Rot. d. deciſ. 206.*
*num.31. coram Merlino.*

Certiùs, quia abſurdum alioquin eſſet, quod,
extantibus perſonis, à quibus Teſtatricis volun-
tas adimpleri poterat, ejus diſpoſitio ità reſtrin-
geretur ad filios immediatos Gamallii, ut, iis
non exiſtentibus tempore purificati fideicommiſ
ſi, idem caducum fieret, & Bona ad Extraneos
deferrentur contra veriſimilem ejuſdem Teſta-
tricis voluntatem; quæ tàm enixè deſideravit 26
perpetuam Bonorum conſervationem in familia,
proindeque excludere noluiſſe cenſetur prone-
potes ex fratre propter Extraneos, *Adden. ad de-*
*ciſ. 199. num.40. part.8. rec., Rot. deciſ. 1229.*
*num.15., & ſeqq. cor. bon. mem. Emerix jun., &*
*in Aven., ſeù Carpen. Fideicommiſſi de Tertul-*
*lis 2. Decembris 1705. §. Minùſque officit coram*
*R̃mo Molines*, præſertim, quoties ordinavit fi-
deicommiſſum perpetuum, illudque effectum 27
habuit, tunc enim omnis interpretatio capienda,
ne idem intercidat, ad *Text. in leg. cogi 16. in*
*princip. ff. ad Trebell.*, ubi cum quæreretur, an
appellatione peculii veniret hereditas tota? *Ul-*
*pian.* reſpondit, *in ambiguo venire, nè fideicom-* 28
*miſſum intercidat* = *Mantic. de conject. ultim. vo-*
*lunt. lib. 8. tit.1. num. 20., Menoch. lib. 4. præ-*
*ſumpt.67. num.20., & ſeqq., Rota cor. Buratto*
*deciſ. 568. num. 12., cor. Card. Celſ. deciſ. 141.*
*num.5., & 6., repetit. in rec. deciſ.234. part. 11.*

His addi poſſent digreſſus ad plures gradus
ſubſtitutionum, aliaque argumenta, & conje-
cturæ, quibus in jure noſtro ſuadetur, filiorum
appellatione venire nepotes, ſed iis, utpotè non 29
neceſſariis, conſultò omiſſis, hoc unum animad-
vertendum cenſeo, videlicet quod filii Gamal-
lii, ſub quorum nomine venire dicuntur nepo-
tes, in conditione poſiti fuerunt ad effectum ex-
cludendi ſubſtitutum, quo caſu faciliùs appella-
tione filiorum nepotes comprehenduntur, tum
quia id reſpicit tempus futurum, ut ex *Text. in* 30
*leg. unic. Cod. de his, qui ante apert. Tabul., & in*
*leg. generaliter Cod. de inſtit., & ſubſtit*, probat,
aliis allegatis, *Cæſar Manent. deciſ. Mantuan. 3.*
*num.7., Adden. ad deciſ.199. part.18. rec. num.*
*35., & 36.*, tum quia, quoties verbum *filius* in
conditione ponitur, magis latè patet, compre- 31
henditque nepotes, & ulteriores Deſcendentes,
juxtà *Text. in leg. Lucius la 2. ff. de heredib. in-*
*ſtit., & leg. Liberorum ff. de verbor. ſignific.,*
*ubi Bartol. num.18., Fuſar. de ſubſtit. quæſt.413.*
*num.3., Card. de Luc. de Fideicomm. diſc. 75. n.*
*4., Rota cor. Coccin deciſ.467., deciſ.243. n. 4.*
*part.2. diverſ., in rec part.5. deciſ. 216. n. 11.,*
*& de-*

*& decis.248. num.5. part.7.*, ob eam rationem,
32 quia ſemper Teſtator præſumitur voluiſſe illos
præferre remotioribus ſubſtitutis, *Ruſtic. in leg.
cum Avus lib.2. cap. 2. num. 166. de condit.*, *&
demonſtr.*, *Mantica de conject. lib.11. tit.8. n. 20.
§. Sed diligenter in fin.*, *Rub. in annotat. ad de-
ciſ.199. part. 8. num.38.*

Hæc autem argumenta, & conjecturæ non
ſeorſim, ſed ſimul, & unitim ponderanda, ut
33 inquit *Caſanat. conſ.4. num.26.*, *Mantic. de con-
ject. lib.7. tit. 5. num. 5.*, *Rodulphin. alleg. 124.
num.28.*, *Rota Lucen. apud Palm. deciſ.263. nu.
88.*, *Rot. noſtra coram Gregor. deciſ. 115. n. 9.*,
*& ibi Adden. num.19.*, *& coram Merlin. deciſ.
206. num.32.*; Fortius ſanè urgebunt in caſu no-
ſtro, quia per interpretationem ab illis deſum-
ptam filiorum nomen in extraneum ſenſum mi-
nimè detorquetur, ſed, neglectâ ſtrictâ, & ri-
gorosâ ſignificatione, ſecundùm quam nepotes
34 non veniunt, eligimus latam, magiſque beni-
gnam, ſub qua etiam nepotes comprehenduntur
ſaltem latè ſumpto vocabulo, ut, poſt *Fuſar.
quæſt. 319. num.12.*, *& queſt.320. num.12.*, &
alios, quos citat, tradit *Rota d. deciſ.206. n.28.*,
*& ſeqq. cor. Merlino*, & prætereà, quod magis eſt,
35 eadem non aſſeruntur ad excluſionem Conſan-
guinei, aut Cognati proximioris ſubſtituti, ſed
ad effectum excludendi Extraneum, qui ſub ob-
tentu caducationis fideicommiſſi neptem, tam-
quam non comprehenſam ſub nomine filiorum,
36 à ſucceſſione repelleret, tunc enim omnis æqui-
tas ſuadet, ut illius exiſtentia Extraneum exclu-
dat, *Corn. conſ.97. num. 4. lib. 1.*, *Dec. conſ. 95.*,
*Surd. conſ.85. num.18.*, *Caſanat. conſ.58. n.44.*,
*Menoch. de præſumpt. lib.4. præſum.34. nu. 26.*;
*Fuſar. de ſubſtit. quæſt.320.num.44.*, *Barboſ.nom.
appellativ. 93. num. 101.*, *& 109. verſ. octava*,
*Cancer. var. reſol. part. 3. cap. 21. num. 89. verſ.
ad quod conducit*, *Conſtantin. ad Statut. Urb. an-
notat. 36. art.1. num.41.*, *& 45.*, *Adden. ad de-
ciſ. 199. num. 5. part.8.*, *Rot. deciſ. 118. n. 18.*,
*& deciſ.152. num.5.*, *& infra part.17.*

Jam verò ex hactenus deductis plenè conſta-
bilitâ comprehenſione D.Deliæ neptis ſub nomi-
ne filiorum Gamallii in conditione poſitorum,
eadem vocata dicenda erit ad fideicommiſſum,
de quo agitur, vigore ſæpememorati *Statuti
Urbis 142.* procedentis etiam favore fœmina-
rum, quæ proinde æquè, ac Maſculi veniunt ſub
37 nomine filiorum poſitorum in conditione, &
vocatorum ab hoc Statuto, *Fenzon. ad d. Sta-
tut. cap. 142. num. 9.*, *Conſtantin. ad d. Statut.
annot.35. art.1. num.24.*, *Rot. deciſ. 134. num.1.
cor. Buratt.*, *deciſ.499. num.5.*, *& 9. cor. Dunoz.
jun.*, *in rec. deciſ. 316. num. 2. part. 1.*, quod,
38 licèt locum ſibi reverâ non vindicet, quoties ha-
bita fuit ratio conſervandæ veræ, & rigoroſæ
agnationis, attamen eadem verè, & rigorosè
contemplata dici nequit in caſu præſenti, in quo
unà cum Maſculis admiſſæ, & vocatæ expreſsè
fuerunt etiam fœminæ, *Andreol. contr. forenſ.
248. num.10.*, *& 11.*, *& contr. 249. num.9.*, *&
ſeqq.*, *Caſtill. contr. jur. lib.2. cap. 4. num. 177.*,
*Palm. nep. allegat. 93. num. 36.*, *Card. de Luc.
de Fideicomm. diſc. 70. num. 11.*, *Rota ad mentem
ejuſdem Card. de Luc. de Fideicomm. deciſ. 12. n.
11.*, *deciſ.13. num.4.*, *deciſ.21. num.8.*, *& deciſ.
55. num.5. in Mantiſ.*, *in Avenionen.*, *ſeù Car-
pentoracten. Fideicommiſſi de Tertullis 27. Fe-
bruarii 1704. §. Quoniam cor. R.P. D. Lancetta*,
*& in Januen. Primogenituræ de Invrea 7. Maii
1711. num.13. coram D. Auditore Brichio.*

Parvique refert, quod agnatio ſemel, atque
iterum verbis expreſſa legatur, quia, cum ex- 39
preſſio hujuſmodi facta fuerit poſt vocationem
fœminarum, nequaquam inducit propriam illius
contemplationem, ad tradita *per Card. de Luc.
de Fideicomm. diſc.25. num.17. verſ. quarto*, *Pal-
ma nep. alleg.221. num 12.*, *& ſeqq.*, *Torr. de
Primog. Ital. part. 1. cap. 38. num. 505.*, *Rot. in
Aquipenden.*, *ſeù Montis Faliſci 2. Maii 1705.
§. Minùs vis cor. Card. Caprara*, *in Peruſina Fi-
deicommiſſi 16. Junii 1709. §. Multòque minùs
cor. Rmo Molines*, *confirmata 20 Februarii 1713.
§. Quàm longè*, *& ſeqq. coram Falconerio*, *& 8.
Aprilis 1715. §. Ad faciliorem cor. eod.*, *& 3. Ja-
nii 1716. §. Limitatio cor. R.P. D. Cerro*; præ-
ſertim, quando agitur de teſtamento condito à
fœmina, quæ non præſumitur predilexiſſe rigo- 40
roſam agnationem, ſoloſque Maſculos admittere
voluiſſe, *clar. mem. Card. de Luc. de Fideicomm.
diſc.24. num.12.*, *Carol. Anton. de Luc. de linea
leg. art.10. num.12.*, *Manſ. conſult.199. num.5.*,
*Rot. in d. Peruſina Fideicommiſſi 20. Februarii
1713. §. ultimo cor. Falconerio.*

Nilque turbat objectio illa, quod ipſummet
ſtatutum, ex quo D. Delia vocationem ſuam
deſumit, illi adverſari videatur, dum vocando
filios in conditione poſitos, vocationem ad ne-
potes minimè extendere dicitur, ex punctuali 41
*deciſ.84. part.9. rec.*; quam ſequitur *Conſtantin.
locis ſupra allegatis*, & iterum infrà allegandis,
niſi & ipſi ſub expreſſo nepotum nomine in con-
ditione poſiti fuerint, *juxta deciſ.939.*, *& 957.
coram Coccino*, reſpondetur enim, quod, ſi ex
ſupradictis conſtat de mente Teſtatricis compre-
hendendi ſub nomine filiorum etiam nepotes,
ſtatutum quoque illos vocare debet; cum ſit 42
merè declaratorium, & vocationem deſumat
ex præſumpta mente Teſtatoris, ut notat *Con-
ſtantin. ad dict. Statut. annot.36. art. 1. num. 1.*,
*& pluribus ſeqq.*, & præſertim *num. 6.*, *& num.
87.*, cum concordantibus ab ipſo latè deductis, &
benè ad rem tradit *Card. de Luc. de Fideicomm.
diſc. 75. num.5.*, ibi = *Si ergo nepotes deficere fa- 43
ciant conditionem, atque præferuntur Subſtituto,
erga quem Teſtator dilectionem oſtendit, ità pari
ratione venire debent ſub ſtatuto inducente illorum
vocationem, cum eadem militet ratio* = cujus opi-
nio etſi non probetur à *Conſtantino in d. annot.36.
art.1. num.31.*, *& 60.*, *& ſeqq.*, ubi aliàs in Aſ-
ſettamento deciſum fuiſſe refert contrà *Card. de
Luc.*, juxta ſuum votum innixum auctoritati *Ro-
tæ in d. deciſ. 84. part.9. rec.*, in his terminis ve-
rè punctuali, cui idem *Card. de Luc.* non acquie-
ſcit; nihilominùs, omiſſo, quod opinio denegans 44
nepotibus beneficium hujuſmodi ſtatutariæ voca-
tionis intelligi poteſt, quando ſucceſſio verifica-
ri,

Digitized by Google

ri, & effectum ſortiri valet in filiis, ut in puncto
Statuti vocantis filios in conditione poſitos ſen-
tiant *Theſaur. quæſt. forenſ. 97. num. 7. lib. 1.*,
*Surd. de aliment. tit. 9. quæſt. 36. nu. 19. ad 23.*,
*& num. 31. in fin.*, *Conſtantin. ad d. Statut. an-
not. 36. art. 1. num. 47.*, *& facit Rota deciſ. 473.
num. 9. part. 4. tom. 2.*, *& deciſ. 262. num. 3. part.
17. recen.*; in noſtris terminis potius recipienda
videtur opinio *Card. de Luc.*, quia verſamur in
45 diſpoſitione conditionali, & non agitur ad ex-
cluſionem alicujus proximioris, & prædilecti
Subſtituti, ut erat in Voto *Conſtantini relat. in
d. annot. 36. art. 1. ſub num. 31.*, *& plurib. ſeqq.
uſque ad 66.*, ſed ad excluſionem prorsus Extra-
nei Bonorum libertatem oſtendentis, quo ca-
ſu, cum favore nepotum militet omnis æquitas,
46 eorum vocationem admittit etiam *Conſtantin. in
d. ſuo Voto num. 64.*, *& 65.*

Et licèt hujuſmodi circumſtantiæ concurre-
rent etiam in caſu d. *Deciſionis* 84. *part. 9. rec.*,
quam idcircò fateor mihi non modicam difficul-
tatem ingerere, attamen ejus vim declinari poſ-
47 ſe crederem reſponſione illâ, quod ſcilicet ibi non
aderant tot conjecturæ, & argumenta demon-
ſtrantia voluntatem Teſtatricis comprehendendi
ſub nomine filiorum etiam nepotes, prout ad-
ſunt in hypotheſi, & quæ ſi per ſe ſpectata,
etiam præciſivè à Statuto, ſufficerent ad indu-
cendam vocationem nepotum, multò magis ur-
gebunt, concurrente vocatione Statuti, ſub qua
propterea iidem nepotes comprehenſi dicendi
48 ſunt, non attentâ *d. deciſ. 84. part. 9. rec.*, quia,
poſitâ Teſtatricis voluntate, ſicuti procul dubio
ceſſat regula illa, quod nomine filiorum non ve-
niunt nepotes, ſuper qua d. *Deciſio* tota fundatur
ità etiam ceſſare debet illius effectus, per quem
nepotes à vocatione ſtatuti excluduntur; ſi enim
ſtatutum vocat filios in conditione poſitos ex
præſumpta mente Teſtatoris, juxtà ſuperiùs fir-
49 mata, conſequens eſt, ut illos omnes vocet,
quos ſub nomine filiorum in conditione poſito-
rum idem Teſtato comprehendere voluit, alio-
quin ſtatuti vocatio menti Teſtatoris minimè
50 conformaretur, & ab illa procedere dici non poſ-
ſet, cum is veriſimiliter æquè filios, ac nepotes
51 vocare voluiſſe cenſendus ſit, quos indiſtinctè
ſub nomine filiorum in conditione poſuit, quam-
obrem, ſicuti receptum eſt, quod, ſi Teſtator
in conditione poſuit nepotes, vel ulteriores De-
ſcendentes, aut univerſam lineam, omnes iſti
52 ex eadem ſtatutaria diſpoſitione cenſentur voca-
ti, ut tenuit *Spad. conſ. 344.*, *& 345. lib. 2.*,
quem approbavit *Rota deciſ. 332.*, *deciſ. 403.*, *&
424. num. 1. part. 2. rec.*, *deciſ. 174. part. 4.*, *de-
ciſ. 479. num. 2. part. 5.*, cum quibus tranſit *Rota
deciſ. 984. cor. Dunoz. jun.*, *& deciſ. 231. nu. 8.
coram Cerro*, *& ſequitur clar. mem. Card. de Luc.
de Fideicomm. diſc. 76. num. 2.*, *Conſtantin. d. an-
not. 36. art. 1. num. 23.*, cur pari modo vocati
cenſendi non ſunt illi, qui, ſi non expreſsè, ſal-
53 tem tacitè in conditione poſiti fuerunt, dum ſta-
tutum nullam conſtituit differentiam inter unum
Deſcendentium gradum, & alterum, ut optimè
arguit *Card. de Luc. de Fideicomm. d. diſc. 75.*

*num. 6.*, *& 7.*, ubi in propoſito afert etiam exem-
plum alterius ſimilis ſtatuti diſponentis, Matrem 54
de ſuis Bonis diſponere non poſſe, niſi inter fi-
lios, quod procedere etiam favore nepotum, qui
ex filiis prædefunctis ſupereſſent, ex *Theſauro*,
*Merlino*, *& aliis*, deciſam refert in *Urbevetana
Fideicommiſſi coram Albergato*.

Minus verò urget pro excluſione d. D. Deliæ
caducatio duorum graduum præcedentium, Pa-
tris nempè, & Avi, quia, licèt verum ſit, quod,
caducato aliquo gradu antecedenti, etiam ceteri
corruant, qui ſequuntur, æquè tamen verum
eſt, quod, ſi ſubſtitutio non eſt merè fideicom-
miſſaria, & per verba merè obliqua reſtricta ad 55
fideicommiſſum graduale, ſive de gradu in gra-
dum, ulteriores ſubſtituti admittuntur loco illo-
rum, quorum gradus ob præmorientiam caduci
effecti fuerunt, per vulgarem anomalam, ſive
tacitam in fideicommiſſaria contentam, juxtà
receptam theoricam *Bartoli in leg. quamdiu n. 10.
ff. de acquir. hered.*, quam latè exornat *Pere-
grin. de Fideicomm. art. 15. en nu. 14.*, *Fuſar. de
ſubſtit. quæſt. 239. num. 1.*, *Rodulphin. alleg. 150.
num. 5.*, *Card. de Luc. de Fideicomm. diſc. 32. n.
5.*, *& diſc. 42. num. 4.*, *Rot. deciſ. 417. num. 6.
part. 19.*, *in Romana, ſeù Ariminen. Fideicom-
miſſi 24. Martis 1712. §. Injuſtitiam*, *& in ejus
confirmatoria 15. Junii 1711. §. Unde cum aga-
tur cor. bon. mem. Kaunitz*, *in Romana Immiſſio-
nis 24. Aprilis ejuſdem anni §. Verùm coram
R.P.D Criſpo*, *in Romana Fideicommiſſi de Al-
veris 27. Martii 1716. §. Unde cor. Rño Anſal-
do Decano*, *& in Ariminen. Fideicommiſſi 21. Ju-
nii labentis anni 1717. §. Neque iſtorum coram
R.P.D. de Herrera*.

Quæ vulgaris anomala, ſive voluntas Teſta-
tricis non ſubſtituendi per meram fideicommiſ- 56
ſariam reſultat ex verbis, quibus ipſa talem ſub-
ſtitutionem explicavit, quæ cum non ſint merè
obliqua, ſed communia, ut eſt verbum = *ſubſti-
tuit* =, *Rocc. diſput. jur ſelect. cap. 13 nu. 4.*, *Rot.
poſt Torr. de pact. futur. ſucceſſ deciſ. 50. nu. 12.*,
*coram Bich. deciſ. 27. num. 3.*, *& deciſ. 348. n. 4.*,
*& 5.*, *in rec. deciſ 653. num. fin. part. 18.*, *inter
collect. per Palm. nep. deciſ. 240. num. 7.*, *in Va-
ſionen. Fideicommiſſi 21. Martii 1708. §. Siqui-
dem verſ. nam ſub hac cor. bo. me. Ommuna Epi-
ſcopo Giennen.*, & ulterius adſit indefinita mortis
conditio, efficiens ſubſtitutionem compendio- 57
ſam, ex firmatis per *Rot. in rec. deciſ. 30. nu. 23.
part. 14.*, *cum aliis plenâ manu cumulatis in Bono-
nien. Fideicommiſſi 27. Maii 1708. §. Hæc condi-
tio cor. Illño Falconerio Almæ Urbis Gubernato-
re*, *in Romana Fideicommiſſi de Alveris 27. Mar-
tii 1716. §. Et quod magis erat cor. Rño Anſal-
do*, *& in d. Ariminen. Fideicommiſſi 21. Junii
1717. §. Neque iſtorum cor. R P.D. de Herre-
ra*, tametſi nulla adjecta fuerit dictio cujuſcum- 58
que temporis comprehenſiva, *Rocc. diſput. 13.
num. 2.*, *Rot. cor. Bich. deciſ. 446. num. 15.*, *&
ſeqq.*, *de Comitibus deciſ. Senen. 26. num. 6.*, *Rot.
in Romana, ſeù Nicien. Fideicommiſſi 14. De-
cembris 1703. §. Quod autem cor. Rño Molinet*,
*in Bononien. Fideicommiſſi 27. Junii 1708. §. De-*

*nique coram Falconerio*, & *in d. Ariminen. Fi-*
*deicommiſſi cor. R.P.D. Herrera loco mox alle-*
*gato*, certius verò, quando, prout hic, concur-
59 rit illa univerſaliſſima dictio = *quandocumque* =
complectens omne tempus, juxtà aliam rece-
ptam theoricam *Bartol. in leg. Centurio n. 2. ff.*
*de vulgar.*, & *pupillar.*, *Peregrin. de Fideicom.*
*art. 34. num. 4.*, & *9.*, *Rocc. diſput. jur. ſelect.*
*cap. 13. num. 1.*, *Rot. cor. bon. mem. Emerix. jun.*
*decíſ. 1071. num. 2.*, *poſt Torr. de pact. futur. ſuc-*
*ceſſ. deciſ. 137. num. 18.*, *in Ferrarien. Fideicom-*
*miſſi 18. Martii 1707. §. Ceterum coram Emo D.*
*Card. Priolo*, *in d. Bononien. Fideicommiſſi 27.*
*Junii 1708. §. Prædicta cor. Falconerio*, & *in*
*Romana Immiſſionis 12. Martii 1714. §. Etenim*
*coram eodem*.

Inde fit, nullo pacto dubitari poſſe de hujuſ-
60 modi vulgari tacita, ſeu verbis generalibus
expreſſa, quæ nedum continetur ſub d. compen-
dioſa, ut, præter *Bartol. in d. leg. Centurio n. 25.*
*ff. de vulgar.*, & *pupillar.*, & *ceteros mox allega-*
*tos, tradunt Menoch de præſumpt. lib. 4. præſump.*
*71. num. 12.*, *Rot. cor. Priolo deciſ. 110. num. 10.*,
*in rec. deciſ. 201. num. 8.*, & *12. part. 8.*, *in Va-*
*ſionen. Fideicommiſſi 21. Martii 1708. §. Siqui-*
*dem cor. bon. mem. Omanna*, *in Romana, ſeu Ari-*
*minen. Fideicommiſſi 24. Martii 1710. §. Unde*
*cor. bon. mem. Kaunitz*, & *in d. Ariminen. Fi-*
*deicommiſſi loco ſupra citato coram R.P.D. Her-*
*rera*; verum etiam in fideicommiſſaria, quoties
61 hæc non ſit explicata per verba *omninò*, & *ſemper*
obliqua, ac præſeferentia præciſam adeundi ne-
ceſſitatem de uno in alium reſpectu antecedenter
ſubſtituti, & nominatim gravati, antequam
ulterior ſubſtitutus admitti debeat, ut plenè ma-
teriam explicant *Peregrin. de Fideicomm. art. 15.*
*num. 22.*, & *ſeqq.*, & *præſertim ſub num. 26.*
*Balduc. in addit. ad conſ. 28.*, *Ramon. ex n. 27.*,
& *ſeqq.*, *cum aliis congeſtis apud Urceol. conſult.*
*forenſ. 88. ex num. 8. ad 22.*, *Rot. deciſ. 548. n. 7.*,
& *ſeqq. coram Bichio*, *in rec. deciſ. 12. num. 13.*,
& *14. part. 10.*, *deciſ. 30. ex num. 19.*, & *ſeqq.*
*part. 14.*, *in d. Vaſionen. Fideicommiſſi 21. Mar-*
*tii 1708. §. Siquidem cor. bon. mem. Omanna*, &
*in d. Bononien. Fideicommiſſi 27. Junii ejuſdem*
*anni §. Non eſt coram Illuſtriſſimo Almæ Urbis*
62 *Gubernatore*; tertius in caſu noſtro, quia adeſt
clauſula = *iſto*, & *omni meliori modo* =, quam in
propoſito conſiderat *Rot. in Bononien. Fideicom-*
*miſſi 27. Junii 1708. §. Prædicta*, & *§. Cete-*
*rum coram Falconerio*, &, quod magis eſt, vul-
63 garis ſubſtitutio verbis expreſſa legitur, dum Te-
ſtatrix ſemper ſubſtituit = *vulgariter*, *pupillari-*
*ter*, & *per fideicommiſſum* =, ut in caſu *Deciſio-*
*nis in Romana*, *ſeu Ariminen. Fideicommiſſi 24.*
*Martii 1710. §. Injuſtitiam*, & *15. Junii 1711.*
*coram bon. mem. Kaunitz*; ex quo perſpicuum ſit,
ipſius mentem numquam fuiſſe ſubſtituendi per
meram fideicommiſſariam, ad quem effectum
64 gravamen debet eſſe injunctum nominatim, ita-
ut alium ſenſum verba ſubſtitutionis habere non
poſſint, quàm meræ fideicommiſſariæ, ideòque
non ſufficiunt communia, vel generalia, ex mo-
nito *Peregrini de Fideicomm. art. 15. ſub nu. 26.*,
& *aliorum apud Urceol. conſult. forenſ. 82. ſub n.*
*19.*, *Rota in Maceraten. Fideicommiſſi 6. Maii*
*1709. §. Et ob id coram Rmo Anſaldo Decano*.

Parvi autem referri, quod tum verba prædi-
cta vulgarem ſubſtitutionem expreſsè præſefe-
rentia, tum alia ſuprâ ponderata ad inducen-
dam compendioſam ſub ſe continentem tacitam
dictam vulgarem, reſpicere videantur ſubſtitutio-
nem Luciani, & Alexandri factam Gamallio
quandocumque ſinè filiis decedenti, non verò
filios ejuſdem Gamallii in conditione poſitos;
etenim, ultrâ quod clauſula illa = *omnè meliori*
*modo* =, utpotè in fine poſita, æqualiter reſpicit 65
omnes ſubſtitutiones, & ſic etiam illam filio-
rum in conditione poſitorum, ceſſat omnis dif-
ficultas ex eo, quod, cum, ex ſuprâ firmatis,
dicti filii, utpotè in conditione poſiti, voca-
ti cenſeantur ad excluſionem dictorum ſubſtitu-
torum; profectò, ſi iſtorum reſpectu nihil in-
tereſt, an antè, vel poſt delatam, quæſitam-
que ſucceſſionem Gamallius deceſſerit, multò
minùs ejus præmorientia obeſſe potuit filiis, qui
ex voluntate Teſtatricis fideicommiſſum ordi-
nantis ad diuturnam, atque perpetuam Bono-
rum conſervationem in familia, & agnatione
ſemper, & quandocumque ſuccedere debebant
ad excluſionem dictorum ſubſtitutorum. Certum 66
namque eſt, quod, dum Teſtator per medium
ſubſtitutionum à ſe ordinatarum deſideravit, ut
hic, infinitatem, & perpetuitatem ſuæ diſpoſi-
tionis, ac Bonorum conſervationem in familia,
deficientia gradus intermedii nequaquam officit
admiſſioni ulteriorum ſubſtitutorum, uti decla-
rando ſententiam *Angeli in dicta leg. quamdiù ff.*
*de acquir. hered.* contrariam Bartolo, tradunt plu-
res relati à *Fuſar. de ſubſtitut. quæſt. 469. num. 37.*
& *ſeqq.*, & *firmavit Rota in dicta Maceraten.*
*Fideicommiſſi 6. Maii 1709. §. Et ob id coram*
*Rmo Anſaldo Decano*, cum credendum non ſit,
quod noluerit per vulgarem providere filiis, &
Deſcendentibus ſubſtitutorum in gradu caduca-
to ſubintrare valentibus, quando hujuſmodi 67
ſubingreſſus mirificè confert ad magis perpetuan-
da, & conſervanda Bona in familia, & agna-
tione, ex animadverſis per *Rotam poſt Conſtan-*
*tin. ad ſtatut. Urb. deciſ. 120. nu. 23.*, & *in Man-*
*tiſſ. ad Cardin. de Luca de Fideicomm. deciſ. 39.*
*num. 4.*, & *deciſ. 41. num. 5.* & *6.*, *de Comitibus*
*deciſ. Senen. 26. num. 27.* & *28.*, & *nu. 29. tom.*
*1.*, & *in Romana*, *ſeu Caſenaten. Fideicommiſſi*
*16. Maii 1704. §. Præter literam coram R.P.D.*
*Lancetta*, & *in ſæpècitata Bononien. Fideicom-*
*miſſi 27. Junii 1708. §. Uniformis coram Illmo*
*Falconerio*.

Non omittendo denique, quod prò excluden-
da caducatione deſumpta ex prædeceſſu Gamal-
lii, & Marci Antonii Junioris, D. Deliæ ejus
filiæ, & reſpectivè nepti ſuffragaretur jus tranſ-
miſſionis, nam, licet regula ſit, quod fidei- 68
commiſſum caducatur, nec ad heredes tranſmit-
titur quando fideicommiſſarius prædecedit antè
illius purificationem, nihilominùs ea fallit, ſi
de contraria voluntate Teſtatoris ſive expreſſa,
ſivè tacita quoquomodo appareat; à ſola nam-

que

que Teſtatoris voluntate pendet facere tranſmi-
69 ſibile quod non eſt tranſmiſſibile, *Bald. in leg. ſi
Pater num. 19. Cod. de inſtit. & ſubſtit.*, *& leg.
unic. num. 10. Cod. de his qui ante apert. Tabul.*,
*Noal. de tranſmiſſ. caſ. 1. num. 63.*, *Cardin. de
Luca de Fideicomm. diſc. 98. num. 15.*, *Cancer.
variar. reſolut. part. 3. cap. 21. num. 94. & ſeqq.*,
*Mantic. de conject. lib. 11. tit. 20. num. 8. & 11.*,
*Fuſar. de ſubſtitut. quæſt. 490. num. 114.*, *Rota
coram Ludoviſ. deciſ. 56. & 551.*, *coram Burat.
deciſ. 568.*, *coram Dunoz. Jun. deciſ. 707. num.
29.*, *coram Celſo deciſ. 88.*, *& deciſ. 176.*, *in re-
cent. deciſ. 682. num. 5.*, *& ſeqq. part. 19.*, *& in
Urbanien. Fideicommiſſi 13. Februarii 1716. §.
Omittentes verò coram R. P. D. Criſpo*; Idque
procedit nedum cum agitur inter Deſcendentes,
70 verùm etiam inter Tranſverſales, inter quos
alia non eſt differentia quoad hoc, niſi, quod
conjecturæ leviores ſufficiant in Deſcendentibus,
quàm in aliis, cum in iis major cadat affectio,
71 ut benè concludunt *Altograd. conſ. 45. num. 59.*,
*& conſ. 85. num. 15. & ſeqq. lib. 2.*, *Menoch. de
præſumpt. lib. 4. præſumpt. 201. num. 79. & 81.*,
*Noal. de tranſmiſſ. caſ. 1. num. 70.*, *Ludovic. de-
ciſ. Peruſ. 102. num. 7.*, proindeque etiam in
Tranſverſalibus locum eſſe tranſmiſſioni ex con-
72 jecturis probabilibus deſumptis ex teſtamento,
longo Doctorum ordine probat *Altograd. conſ.
85. num. 17. lib. 2.*, *apud quem illi videri poſſunt*,
*& firmat Rota coram ſan. mem. Gregor. XV. deciſ.
56. num. 2. & ſeqq.*

Si igitur in caſu noſtro tot adſunt conjecturæ
ex teſtamento elicitæ, quæ ſufficerent ad indu-
cendam vocationem D. Deliæ, ex ſupra firmatis,
73 multò fortiùs prò inducenda tranſmiſſione ſuffi-
cient, quæ faciliùs inducitur, quàm vocatio,
*Altograd. dict. conſ. 85. num. 30.*, ideoque, tam-
etſi illæ prò vocatione ſatis non eſſent, nihilo-
74 minùs pro tranſmiſſione valerent, *Altograd.
conſ. 65. num. 34. lib. 1.*, *& conſ. 85. num. 7.*, *&
ſeqq. lib. 2.*, *Altograd. Jun. contr. 59. num. 22.*,
*Noal. de tranſmiſſ. caſ. 1. num. 117.*, *Cardin. de
Luca de Fideicomm. diſc. 77. num. 7.*, *diſc. 98. num.
14.*, *Capyc. latr. deciſ. 1. num. 81.*, *Rota coram
Card. Celſ. deciſ. 176. num. 4.*, *in rec. deciſ. 203.
num. 17. part. 13.*, *deciſ. 682. num. 15. part. 19.*,
75 præſertim, quando agitur de tranſmiſſione fa-
cienda in filium, vel nepotem tranſmittentis,
*Rot. deciſ. 56. num. 10. coram ſan. mem. Gregorio
XV.*, & quidem non ad excluſionem ſubſtituti
magis dilecti, ſed ad excluſionem heredis ex-
76 tranei cauſam habentis à gravato, *Fuſar. de ſub-
ſtitut. quæſt. 490. nu. 148.*, *Rot. deciſ. 234. num.
8. part. 11. rec.*, *in dict. Urbanien. Fideicommiſſi
13. Februarii 1716. §. Conſtat autem coram R.
P. D. Criſpo*, in quibus terminis ſi prò tranſmiſ-
77 ſione inducenda conjecturæ etiam leviores ſuffi-
ciunt; & quæ ſingulæ non proſunt, junctæ ju-
vant, *Bero. conſ. 104. num. 14.*, *& 16.*, *Mantic.
de conject. lib. 11. tit. 20. num. 16. in fin.*, *Rota
coram Burat. deciſ. 568. num. 14.*, *coram Celſ. de-
ciſ. 88. num. 12.*, *& deciſ. 176. num. 19.*, immò
78 unicam etiam conjecturam ſufficere, ſenſit *Ro-
ta deciſ. 682. num. 19. part. 19.*; Profectò in no-
ſtra hypotheſi in dubium venire nequibit, quin
ſit locus tranſmiſſioni.

Concurrit namque digreſſus ad plures gradus
ſubſtitutionum, qui ſicuti demonſtrat, Teſta- 79
torem reſpexiſſe plures perſonas inæqualiter di-
lectas, ita etiam oſtendit illius affectionem ne-
dum ergâ ſubordinatè vocatos, ſed etiam ergâ
eorum filios, *Mantic. de conject. lib. 11. tit. 20.* 80
*num. 24.*, *Cardin. de Luca de Fideicommiſ. diſc.
98. num. 26.*, ubi, quod ſufficit digreſſus ad unum
gradum, *Urceol. contr. 12. num. 50.*, *Rota coram* 81
*Celſ. deciſ. 176. num. 12.*, *in rec. deciſ. 142. num. 4.
part. 4.*, *deciſ. 51. part. 7.*, *deciſ. 377. num. 13.
part. 11.*, *deciſ. 293. num. 14.*, ubi, quod hæc
una conjectura ſufficit *part. 13.*, *& in dicta Ur-
banien. Fideicommiſſi 13. Februarii 1716. §. Con-
ſtat autem coram R. P. D. Criſpo*; Et eam in
Tranſverſalibus ponderant *Fuſar. conſ. 54. num.* 82
*34.*, *Pariſ. conſ. 78. num. 5. lib. 2.*, *Altograd.
dicto conſ. 85. num. 27.*, *& 31.*, *Ludovic. deciſ.*,
*Peruſin. 102. num. 11.*, *Mart. Vot. Piſan. 85.
num. 14.*; Urget etiam poſitio in conditione fi-
liorum Gamallii, ſub quorum nomine nepotes
venire ex mente Teſtatricis, ſupra probatum 83
eſt, quam conjecturam, utpotè pariter indu-
centem Teſtatricis prædilectionem ergâ poſitos
in conditione, etiam in Tranſverſalibus pluri-
mi faciunt, & communiter receptam dicunt
*Menoch. conſ. 325. num. 58. & ſeqq.*, *& conſ. 793.
num. 22.*, *Ramon. conſ. 76. num. 15.*, *Altograd.
dict. conſ. 85. num. 18.*, *& pluribus ſeqq.*, ubi,
etiam à contrariis vindicat, *& nu. 51.* ibi = *Pla-
nè ubi filii perſonæ ſubſtitutæ ſunt in conditione
poſiti, & ſic conſiderati, & prædilecti à Teſtato-
re, licèt non ſint expreſsè vocati, nec ad eorum
favorem concurrant conjecturæ ſufficientes prò vo-* 84
*catione, admittuntur ex perſona ſubſtituti, qui
prædeceſſit, jure tranſmiſſionis ex conjecturata
voluntate Teſtatoris* =, *Menoch. præſumpt. 201.
nu. 87. lib. 4.*, *Mart. de ſucceſſ. leg. part. 1. quæſt.
24. art. 5. num. 27.*, *& ſeq.*, *Mart. Vot. Piſan.
85. num. 10.*, *Ludovic. deciſ. Peruſ. 102. nu. 12.*;
Præterea Teſtatrix expreſsè declaravit, familiam 85
ſuam conſervari velle, & Bona in illa manere,
quod ſanè votum, ſublatâ tranſmiſſione penitùs
intercideret, dum Bona tranſirent in Extraneos,
quemadmodum prò tranſmiſſione conſiderant
*Ramon. conſ. 77. num. 13.*, *Altograd. dict. conſ.
85. num. 59.*, ibi = *Validiſſima etiam convincitur
quarta, videlicet quod, ſi non admitteretur
dicta tranſmiſſio, Bona tranſirent nedùm ad minùs
dilectum, ut eſſent ſubſtituti ulteriores, ſi aliqui
adeſſent, ad quos, circumſcriptâ tranſmiſſione,
Bona pervenire poſſent, ſed quia nulli ſubſtituti
ampliùs adſunt, quo fit, ut eorum favor non ſit
ampliùs ullo modo conſiderabilis, & Bona perve-
nirent ad perſonas omninò extraneas non contem-
platas à primo Teſtatore* = *&c.*, *Menoch. de præ-
ſumpt. lib. 4. præſumpt. 201. nu. 103.*, *Altograd.
Jun. contr. 59. num. 17. & ſeqq.*, *Rot. deciſ. 682.
num. 6. part. 19.*, *& in dicta Urbanien. Fideicom-
miſſi loco ſupra allegato.*

Additur his, quod Teſtatrix cogitavit, fecit-
que mentionem ſub nomine filiorum de iis 86

etiam Deſcendentibus, ad quos fieri contenditur tranſmiſſio, *Altograd. dicto conſ. 85. num. 33. lib. 2.*, *Cancer. var. reſolut. part. 3. cap. 21. num. 144. verſ. quod vel maximè*, *Urceol. contr. 12. num. 48.*, quodque, ſi eadem Teſtatrix fuiſ-
87 ſet interrogata, veriſimiliter reſpondiſſet favore D. Deliæ, excluſis Extraneis, ut benè in his terminis firmant *Honded. conſ. 70. num. 34. lib. 1.*, *Menoch. conſ. 452. num. 24.*, *Fuſar. de ſubſtitut. quæſt. 490. num. 181. & ſeqq.*, *Urceol. contr. 12. num. 57.*, *& alii penes Altograd. dict. conſ. 85. num. 61.*, ubi, quod hæc conjectura maximè pro-
88 cedit, quando illa elicitur ex dictis in teſtamento, & concurrit ſumma æquitas, ut in caſu noſtro, ex *Monach. deciſ. Florent. 29. num. 25., & ſeq.*, & denique, præter clauſulam codicillarem, de qua in propoſito agit *Altograd. dicto conſ. 85. n. 63.*, *Mart. vot. Piſan. 85. n. 19.*; Non
89 omittendum, quod agitur de perſonis habentibus jus ſuccedendi ab Inteſtato, quippè D. Delia ab inteſtato ſucceſſiſſet nedum Marco Antonio Seniori ultimo defuncto, ſed etiam Teſtatrici, ſi neuter teſtamentum condidiſſet, ex quo urgens elicitur præſumptio tranſmiſſionis, quæ in hujuſmodi perſonas faciliùs fieri dicitur, *Altograd. conſ. 85. num. 62. lib. 2.*, *Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 490. num. 178.*, *Noal. de tranſmiſ. lib. 1. caſ. 1. num. 184.*, *Ludovic. deciſ. Peruſ. 102. n. 14.* maximè ad excluſionem Extranei, *Ramon. conſ. 77. num. 13.*, *Altograd. d. conſ. 85. num. 60.*, *Marcian. conſ. 11. nu. 16.*, *Noal. de tranſmiſſ. d. caſ. 1. num. 167.*, *Felic. alleg. 18. num. 9. part. 3.*; Ideoque, ſi in dubio reſpondendum eſt pro tranſmiſſione, utpote favorabili, *Fuſar. conſ. 54. nu. 42.*, *Altograd. d. conſ. 85. num. 1. lib. 2.*, *Viv. commun. opin. 844. num. 3.*, *Urceol. contr. 12. num. 60. in fin.*, *Baiball. deciſ. ultim. volunt. deciſ. 3. nu. 5.*, illi certè locus erit in caſu noſtro, in quo concurrunt tot urgentiſſimæ conjecturæ ſuprà recen-
90 ſitæ; & præſertim, quia agitur de conſervando fideicommiſſo, juxtà Teſtatricis votum, in ejus familia ad excluſionem heredis extranei, *Menoch. conſ. 220. nu. 30. & 33.*, *Caſtill. contr. jur. lib. 7. cap. 93. §. 1. num. 60. verſ. ſexta latiſſimè*, *Altograd. per tot. ſæpe citat. conſil. 85. lib. 2.*, ubi ex
91 omnibus ſupradictis conjecturis pro tranſmiſſione fideicommiſſi conditionalis, etiam in Tranſverſalibus egregiè concludit.

Reliquum modò eſt, ut expendam, an dicta D. Delia, vel uti vocata ex propria perſona ad fideicommiſſum, de quo agitur, vel ex jure in ipſam tranſmiſſo à Gamallio Avo expreſſè à Teſtatrice vocato vindicare poſſit illa duo oliveta Joannæ Teſtatrici in dotem aſſignata, tamquam fideicommiſſaria ejuſdem Joannæ? Qua in re, etſi primâ fronte obſtare videretur conſtitutio d.
92 dotis in quantitate, plenum illius dominium transferens in maritum, adeout, non probatâ ſucceſſivâ reſtitutione factâ cum conſenſu, & acceptatione uxoris in eiſdem corporibus, loco
93 quantitatis in conſtitutione aſſignatis, illa ad mulierem pertinere minimè cenſeantur; Attamen omnis difficultas plenè ſublata mihi viſa eſt ex capitulis matrimonialibus, in quibus expreſsè conventum fuit, quod in caſu reſtitutionis eædem ſpecies reddi deberent, ibi = *Dichiarando in evento di reſtituzione (che Iddio non facci) ſia obligato il d. Signor Marc' Antonio ripigliare li ſopradetti cenſi, & oliveti per quello ſaranno ſtimati &c.* =

Dum hæc ſcriberem, admonitus ſum de obitu D. Deliæ, interim, pendente ſcilicet mei judicii exquiſitione, defunctæ, relicto herede D. N. N. ejus viro, qui videns, alias non ſupereſſe perſonas à Teſtatrice vocatas, quæ ad d. fideicommiſſum adſpirare poſſent, à me propterea requirit, an ipſe ex perſona uxoris, à qua cauſam habet, Bona prædicta jure perſequi valeat? Ab hoc autem dubio facilè me expedio, illud ejus favore reſolvendo, quia, poſitâ fideicommiſſi purificatione favore d. D. Deliæ adhuc viventis 94
ſecutâ, dubium non eſt, quin illud ad heredem tranſmiſerit, etiamſi ipſa minimè agnoviſſet, quippè quod non tranſmittitur uti agnitum, ſed 95
tranſmittitur uti agnoſcendum, juxta *Text. in leg. final. Cod. quand. dies legat. vel fideicomm. cedat*, *Menoch. conſ. 51. num. 33.*, *Mantic. de conject. lib. 5. tit. 5. num. 14.*, *Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 487. num. 1.*, *Peregrin. de fideic. art. 22. n. 3.*, *Noal. de tranſmiſ. caſ. 20. num. 21. & 22.*, *Paul. Chriſtin. deciſ. Belgic. 14. num. 9., & deciſ. 4. num. 5. vol. 4.*, *Rot. diverſ. deciſ. 782. num. 2. part. 1.*, *coram Merlin. deciſ. 890. num. 13.*, *coram Pamphil. deciſ. 118. num. 3., & ſeqq.*, *in recent. deciſ. 78. num. 6. part. 11.*, *deciſ. 68. num. 9. & 10. part. 11.*, *ad ornat. clar. mem. Card. de Luc. de fideicom. deciſ. 71. num. 26.*, *& in Romana Immiſſionis 24. Aprilis 1711. §. Quemadmodum cor. R. P. D. Criſpo*, multò verò magis, ſi quoquo modo agnitum 96
fuiſſe, dici poſſit *Rot. deciſ. 377. num. 3., & ſeqq. part. 16. rec.*, prout illud agnoviſſe videtur D. Delia, dum vivens meum judicium perquirere 97
non omiſit, *Rot. deciſ. 195. num. 11., & ſeqq. part. 7.*, *& deciſ. 377. num. 5. part. 16.*, ubi, quod ſufficit quæcumque petitio, aut qualis qualis declaratio voluntatis, itaut, quemadmodum dictæ D. Deliæ, ſi viveret, immiſſio competeret, ità ejus heredi debeatur, cum ſit remedium hereditarium competens etiam heredi heredis, *Rot. de-* 98
*ciſ. 377. num. 6., & ſeqq. part. 16. rec.*

## *Auximana Fideicommiſſi, & Donationis.*

Fideicommiſſum perpetuum an, & quando cenſeatur inductum ex alienationis prohibitione in eum finem à Teſtatore facta, ut Bona perpetuò in domo, & poſteritate maſculina ſerventur? Fideicommiſſum reciprocum lineare inter omnes Deſcendentes maſculos an, & ex quibus conjecturis dicatur à Teſtatore ordinatum, ita ut fœmina à Maſculo etiam alterius lineæ excludatur? Domus empta ab herede gravato, & alteri domui fideicommiſſariæ, ut ajunt, incorporata, ad heredem ſpectat fideicommiſſarium, refuſo illius pretio heredi gravato. Melioramenta ab herede gravato facta in domo fideicommiſſo ſubjecta an, & quando ei ſint reficienda? Et quid de expenſis, & melioramentis in vineis factis?

Teſta-

Teſtamentum non revocatur per poſteriorem Bonorum omnium donationem, Legata, & fideicommiſſa particularia an revocata cenſeantur per donationem rei legatæ; & quid, ſi non tota, ſed pars dumtaxat rei legatæ fuit donata? Bona in donatione univerſali ad effectum teſtandi reſervata, an ad heredem Donantis pertineant, vel potius ad Donatarium. Et an eadem Bona ſuppoſita maneant vinculo fideicommiſſi præcedenter inſtituti, & quando?

## VOTUM XXXVIII.

1 *Alienationis probibitio fideicommiſſum ex ſe non inducit, ſed reſolvitur in ſimplex conſilium.*
*Secus, ſi ordinata ſit, ut Bona in agnatione perpetuò conſerventur*, num.2.
3 *Fideicommiſſum ſimplex, & abſolutum novas continet etiam in caſu mortis ſubſtitutiones.*
4 *Fideicommiſſo conditionali repugnat diſpoſitio, caſus omnes indefinitè comprehendens.*
5 *Bonorum perpetua conſervatio in agnatione haberi nequit ſinè perpetuo fideicommiſſo*, & num.95.
6 *Ratio conſervationis Bonorum in agnatione ſimplici probibitioni alienationis adpoſita, perpetuum non inducit fideicommiſſum.*
*Limita, ſi probibitio alienationis veſtita erat pœnâ caducitatis*, num.7. & 8.
*Item, ſi poſt rationem conſervandi Bona in poſteritate maſculina indicta fuit alienationis probibitio*, & num.10.
*Præſertim, ubi Teſtator eam verbis inculcatis præcepit*, num.9.
11 *Ratio, ut Bona conſerventur in familia, conſecutivè ſtat, quando Teſtator ſimpliciter alienationem probibuit.*
*Secus, ſi Teſtator dixerit* = & hoc ideo fecit, quia voluit = *tunc enim dicitur diſpoſitivè ſtare*, num.12.
*Quod eò fortiùs procedit, ubi nulla præceſſit diſpoſitio*, num.13.
14 *Subſtitutio reciproca linearis poteſt, præter ſolita requiſita, induci ex conjecturis, & argumentis, quæ manifeſtam oſtendant Teſtatoris voluntatem*, & num.15.
*Ubi verò præſumptiones, & conjecturæ vagæ ſunt, & æquivocæ, non eſt à regula de fideicommiſſis non multiplicandis recedendum*, num.16. & num.38.
17 *Teſtator vocans in æquis portionibus filios, eorumque Deſcendentes, plures ab initio lineas inſtituiſſe dicitur.*
18 *Maſculorum prælatio ſupra fœminas, diſcretivè in unaquaque linea intelligenda eſt, ubi Teſtator plures ab initio inſtituit lineas.*
19 *Subſtitutio reciproca linearis, ut cenſeatur ex agnationis contemplatione inducta, opus eſt, ut Teſtatoris voluntas, eâ non inductâ, impleri nequeat.*
20 *Agnationis voto à Teſtatore habito, ſatis conſultum eſt, ſi Bona conſerventur penes Maſculos cujuslibet lineæ*, & num.21.
22 *Subſtitutio reciproca linearis ordinata ſemper cenſetur, ubi Teſtatoris voluntas, eâ ademptâ, impleri nequit*, & num.40.
23 *Fideicommiſſum perpetuum, & reciprocum lineare inducit probibitio alienationis per modum diſpoſitionis facta, & veſtita ratione conſervationis Bonorum in familia, & poſteritate maſculina*, & num. ſeqq., *& præſertim* num.39. & 41.
24 *Teſtator probibens, Bona alienari in Extraneos, ut perpetuò in familia remaneant, reciprocam voluiſſe cenſetur*, & num. ſeqq.
*Præſertim, ubi in hujuſmodi probibitione uſus eſt nominibus collectivis familiæ, & poſteritatis ſuæ maſculinæ*, num.25.
*Relictum enim pluribus ſub nomine collectivo, debetur omnibus ſub eo comprehenſis, donec aliquis ſuperſtes manet*, num.26.
*Quod fortiùs procedit, quando Deſcendentes maſculi collectivè, & ſub unica oratione vocantur verbis indefinitis, & ſæpiùs inculcatis*, num.27.
28 *Probibitio alienationis in res, & Bona fideicommiſſo ſuppoſita efficit illud reciprocum.*
*Cum res tranſeat cum ſuo onere, & de uno ad alium reciprocè devolvatur*, num.29.
30 *Probibitio alienationis facta, ut Bona in familia conſerventur, realis eſt.*
31 *Teſtator præcipiens, Bona Alienantium ad non Alienantes devolvi, iſtorum ſupponit vocationem.*
32 *Subſtitutio reciproca linearis faciliùs volita à Teſtatore cenſetur ſuper Bonis particularibus ob peculiarem erga ea affectionem.*
33 *Conjecturæ pro inducenda reciproca lineari unitim ſunt conſiderandæ.*
*Et faciliùs eam inducunt, quando agitur de fideicommiſſo condito ab Aſcendente*, nu.34.
*Immo unica, & quidem levis conjectura ſufficit*, num.35.
36 *Deciſioni in* Romana Fideicommiſſi de Cecchinis *in objecto allegatæ, reſpondetur*, & num. ſeqq.
37 *Conjecturæ ut reciprocam de linea ad lineam favore Tranſverſalium concludant, urgentiores eſſe debent.*
42 *Subſtitutio reciproca linearis non excluditur ex eo, quod Teſtator plures inſtituerit filios, ſicque plures conſtituerit ab initio lineas.*
*Cum vix ulla quoad reciprocam quæſtio eſſe poſſit, quando unus heres ab initio fuit inſtitutus, licèt deſcendentes ab eodem ſtipite diverſas conſtituant lineas*, num.43.
44 *Reciprocam non impedit inſtitutio ab initio facta de pluribus, quando nulla à Teſtatore facta fuit Bonorum diviſio, & filii diſcretivè non conſiderati, & è contra pro ea inducenda legitimæ concurrunt conjecturæ.*
*Et hoc faciliùs procedit favore Deſcendentium*, num.45.
46 *Domus empta ab herede gravato, poteſt ab altera domo fideicommiſſaria ſeparari, ſi ei non ſit incorporata, licet contigua.*
*Et in reſtitutione fideicommiſſi non debetur herædi*

redi fideicommiſſario, ſed heredi gravata, num.47.

Si verò domus empta à gravata, fuit ulteri fideicommiſſariæ incorporata, heredi gravatæ reficiendus eſt juſtus valor, num.48.

49 Melioramenta bonâ fide facta in domo fideicommiſſaria, à gravato amiſſa non dicuntur.

50 Non tamen poteſt heres gravati ea retinere, refuſo heredi fideicommiſſario pretio ſoli,

51 Sed iſti adquiruntur, cum ædificium ſolo, cui affixum eſt, cedat.

52 In melioramentorum refectione illud, quod eſt minus inter impenſum, & melioratum, inſpici debet, & num.60.

53 Melioramenta facta in domo pro ampliatione, & majori commoditate habitantium, tamquam non neceſſaria, reficienda non ſunt.

Limita, ſi domus ex ampliatione nedum commodior, ſed pretioſior, & majoris valoris reddita ſit, num.54.

55 Melioramenta facta in domo pro conſtructione novarum manſionum, dicuntur utilia, & ſunt reficienda, & num.57.

56 In melioramentorum refectionis materia ſemper inſpicienda eſt illa æquitatis ratio prohibens locupletionem de aliena. .

58 Melioramenta pro novarum vitium ſubrogatione in locum demortuarum facta in prædiis fideicommiſſariis à gravata, non ſunt ei reficienda.

Secus ſi novas conſerverit vites in perpetuam fundi utilitatem, num. ſeqq.

61 Immiſſio ad Bona fideicommiſſaria ſtatim concedenda eſt vocato.

62 Donatio Bonorum omnium non rumpit teſtamentum antecedenter factum, & num.65.

Teſtamentum enim, nonniſi alio ſolemni teſtamento, vel inciſione priorum tabularum rumpitur, num.63.

Hinc donatio impedit quidem ſucceſſionem ex teſtamento quoad res donatas, num.64.

Non verò quoad alia Bona, & jura hereditaria, num.67.

Procedit principalis concluſio, licèt donatio totum abſorbeat Teſtatoris patrimonium, num.66., & num.75.

67 Nomen hereditatis juris habet ſignificationem, Bonorum verò nomen patrimonii corpora, & res ſpectat.

68 Hereditas aliud eſt, & aliud ſunt Bona hereditaria.

69 Donatorius univerſalis non æquiparatur heredi univerſali.

Maximè, quando alius heres univerſalis ſcriptus fuit, nu.70.

71 Donatio licèt hereditatem diminuat.

Non tamen efficit, quin heres queat validè adire hereditatem, num.72.

Præſertim, ſi donatio non ſit univerſalis, num.73.

74 Ex donatione omnium Bonorum ſibi facta cum reſervatione certæ quantitatis ad effectum teſtandi, Donatarius non poteſt dici univerſalis.

76 Teſtamentum manet firmum, licèt adempta ſint Legata, & fideicommiſſa in eo relicta.

77 Legata, & fideicommiſſa particularia revocata cenſentur per poſteriorem rei legatæ donationem, & num.80. & 87.

78 Fideicommiſſa univerſalia num avocari queant per poſteriorem donationem univerſalem, quæſtio eſt apud Doctores.

79 Fideicommiſſum ad Bona ſtabilia reſtrictum, particulare dicitur.

81 Bona reſervata à Donatore omnium Bonorum ad effectum teſtandi, ad ejus heredem, non ad Donatarium pertinent, & num.83.

82 Traditur hìc diſtinctio Theſauri circa hunc articulum.

84 Bona reſervata ad effectum teſtandi, ad heredem teſtamentarium pertinent, licèt Teſtator de iis expreſſe non diſpoſuerit.

Et Auctoritates contrarium firmantes procedunt, quando facultas diſponendi alteri à domino conceſſa eſt, non verò quando reſervata eſt per dominum, num.85.

86 Fideicommiſſum particulare Legato æquiparatur.

87 Fideicommiſſum particulare revocatum cenſetur per poſteriorem donationem, & nu.111.

Præſertim, quando agitur de Bonis priùs alicui legatis, & deinde per donationem in eumdem tranſlatis, num.88.

89 Onus in tranſlatione rei de uno in eumdem repetitum cenſeri non poteſt.

90 Fideicommiſſum non revocatur in totum per donationem partis Bonorum ſub fideicommiſſo exiſtentium; & num.105.

Quæſtio tamen iſthæc à ſolo facto pendere dicitur, num.91.

92 Fideicommiſſa æquè, ac Legata revocari queunt contrariâ Teſtatoris voluntate.

Sivè hæc ſit expreſſa, ſivè tacita, num.93.

94 Fideicommiſſum à Teſtatore revocatum dicitur per donationem quotæ Bonorum ſub fideicommiſſo exiſtentium, quando ceſſat cauſa finalis ejuſdem fideicommiſſi, & num.96.

96 Donatio Bonorum omnium repugnat fideicommiſſo præcedenter ordinata in eum finem conſervandi Bona in agnatione, & num.105.

97 Cauſa finalis Legati, vel fideicommiſſi ceſſat, ceſſante ratione, ob quam fuit inſtitutum.

98 Cauſſa finalis Legati non eſt commodum, & favor heredis, quando alterius fuit.

99 Fideicommiſſum, deficiente illius cauſâ, deficere præſumitur.

100 Agnationis favor in fideicommiſſo conſideratus, ſubſiſtere nequit in portione Bonorum in donatione univerſali reſervata, quando reſervatio iſthæc ad aliam tendit finem.

101 Donatio Bonorum omnium non valet, ſi nihil Donator ſibi reſervet.

102 Donator univerſalis non poteſt facere, ut Bona à donatione reſervata ſubjecta remaneant fideicommiſſo præcedenter inſtituto, & n.108.

103 Quia Donator univerſalis liberâ teſtandi poteſtate quoad Bona in donatione non comprehenſa carere non debet.

104 Dona-

104 *Donator univerſalis non dicitur habere liberam teſtandi facultatem de Bonis, quæ certarum perſonarum favore reſervata fuerunt.*

105 *Fideicommiſſum agnatitium Teſtator ſi conſervari voluiſſet, donationem Bonorum omnium cum reſervatione certæ ſolius quantitatis non feciſſet.*

106 *Legatum per alienationem rei legatæ non corruit in totum, ſed in parte dumtaxat rei alienatæ.*

*Niſi ex conjecturis conſtet de contraria Teſtatoris voluntate*, num. 107.

109 *Non tenet illatio; teſtamentum non revocatur per poſteriorem donationem, ergo neque fideicommiſſum, ſeu legatum, quando illud univerſale non eſt.*

110 *Fideicommiſſa univerſalia tacitè revocari queunt.*

111 *Fideicommiſſa particularia tàm in teſtamento, quàm extrà illud tolli poſſunt.*

*Et ad heredem pertinent, ſi revocata fuerunt.* num. 112.

IN hac Cauſa de duplici agitur ſucceſſione, quam D. Furius Camillus de Sinibaldis ſibi delatam eſſe contendit per mortem D. Canonici Hieronymi Jun. de Sinibaldis. Prima proveuit ex teſtamento à Hieronymo Sen. de Sinibaldis condito anno 1570.; Secunda cauſam habet ex diſpoſitionibus factis à Camillo.

Quod attinet ad teſtamentum Hieronymi Sen., hic, inſtitutis ſibi heredibus univerſalibus Archipresbytero Ugolino, Julio Cæſare, Joanne Baptiſta, Joanne, & Camillo filiis ſuis maſculis legitimis, & naturalibus una cum Camilla Uxore ſua, de nonnullis Bonis ſtabilibus in hunc, qui ſequitur, modum particulariter diſpoſuit.

Titulo videlicet prælegati reliquit Archipresbytero Ugolino Primogenito = *totum montem* = ſunt verba teſtamenti = *vulgariter nuncupatum di San Pietro exiſtentem in agro auximano, & contrata montis Sancti Petri juxtà ſua notiſſima latera, quatenus opus ſit, ſpecialiter deſignanda una cum omni, & tota planitie, videlicet ſummitate dicti montis, cum domibus, & fabrica ibidem exiſtente, & totam planitiem, quæ inferiùs circuit cacumen, ſive ſummitatem totius ipſius Montis &c., nec non totam vineam, & terras vineatas vulgariter nuncupatas, ſeù nuncupatam de Campana in eodem Territorio, & contrata exiſtentes juxtà ſua notiſſima latera &c.* =

Moriente autem Ugolino, eidem in dicto prælegato ſubſtituit alterum ex filiis, natu majorem tempore illius obitus ſuperſtitem, ejuſque filios, & Deſcendentes maſculos in infinitum, & ſic deinceps, iſtis deficientibus, alios natu majores, eorumque Deſcendentes maſculos vocavit, adjecitque prohibitionem cujuſcumque alienationis Bonorum omnium in dicto prelegato contentorum, ſiquidem inculcatis verbis, & efficaciſſimis clauſulis vetuit, ne eadem vendi, alienari, hipothecari, & ad longum tempus locari poſſent, etiam ex cauſa dotis, aut quovis alio quæſito colore, ut in teſtamento *lit. A*.

Et in caſu, quo eorum omnium linea maſculina deficeret, = *dictum montem, & vineam Campanæ cum Juribus ſuis, jure legati reliquit, & pleno Jure devenire voluit proximioribus ſuis in linea fæminina deſcendentibus ex filiis, & poſteritate ipſius Teſtatoris naturaliter natu majoribus*, &, his quoque deficientibus, Jure pariter Legati eumdem montem, & vineam Campanæ = *jure legati reliquit, & pleno Jure devenire voluit proximioribus ſucceſſoribus, & deſcendentibus ſuis ex filiabus ipſius D. Teſtatoris maſculis, & in defectum illorum fæminis, tamen ſemper majori natu, ut in teſtamento lit. C.* =

Deindè Teſtator diſponens de nonnullis aliis Bonis ſtabilibus ab eo poſſeſſis in dicto Territorio, & contrata Montis Sancti Petri poſitis extrâ ambitum Bonorum contentorum in prælegato, & de quibuſdam domibus exiſtentibus intrâ Civitatem Auximi, ſimilem appoſuit prohibitionem alienationis in Extraneos, illamque permiſit inter filios, & heredes ſuos, illorumque ſucceſſores, & Deſcendentes maſculos, declarans itâ diſponere, quia cupiebat, ut dicta Bona perpetuò conſervarentur in agnatione ſua, ideoque revocavit, atque irritas declaravit alienationes, & diſpoſitiones quaſcumque faciendas à gravatis, ſubſtituendo alios non contravenientes.

Ex dictis filiis Hieronymi Sen. duæ prodierunt lineæ, quarum altera incepit à Joanne, altera verò à Julio Cæſare; de hac erat Canonicus, qui nuper deceſſit ſcriptâ ſibi herede D. Eliſabethâ germanâ ſorore, cum qua D. Furius Camillus contendit de ſucceſſione tàm in Bonis contentis in prælegato, quàm etiam in aliis comprehenſis in fideicommiſſo particulari ordinato ſuper prædiis urbanis, atque ſuper prædiis ruſticis, & vineis exiſtentibus in contrata Sancti Petri ſeparatis, ut dictum eſt, à prælegato.

De Bonis in iſto contentis, videlicet vinea della Campana, & palatio Montis Sancti Petri, nulla eſt dubitatio, quia Teſtator in dicto prælegato vocavit univerſam deſcendentiam maſculinam, &, hac dumtaxat deficiente, ſubſtituit deſcendentiam ſemininam, quamobrem, cum hodie ſuperſtes ſit D. Furius Camillus, literalis eſt illius vocatio, & excluſio D. Eliſabethæ, ideoque his non immorandum.

Sed agendum eſt de præmiſſis aliis Bonis, ſuper quibus Teſtator non ordinavit expreſſum fideicommiſſum, prout fecerat ſuper palatio, & vinea della Campana, ſed illud elicitur ex prænarrata prohibitione alienationis.

Hæc autem ſi nuda ſit, nullâque fulcita ratione reperiatur, licèt regulariter reſolvatur in ſim- 1
plex conſilium, quod impunè ſperni poteſt, ex allegatis apud *Panimoll. deciſ. 43. annot. 3. num. 36., & ſeqq.*, attamen, cum in caſu noſtro ordinata legatur, ut Bona prohibita alienari, perpe-
tuò permaneant, & conſerventur in familia, & 2
poſte-

poſteritate maſculina ipſius Domini Teſtatoris,
io dubium non venit, quin ex ea inductum cen-
ſeatur fideicommiſſum, ſed tota difficultas in
eo verſatur, an hujuſmodi fideicommiſſum ſim-
plex, & abſolutum dici debeat, adeout ſecum-
3 ferat novas ſubſtitutiones, etiam in caſu mortis,
vel potius cenſendum ſit fideicommiſſum condi-
tionale, &, ut ajunt, in caſum contraventionis
ordinatum, ex allegatis apud *Mantic. de conject.
lib.6. tit.14. num.24., Gabr. comm. concluſ. lib.4.
tit. de fideicom. concluſ.9. num.7., Caſanat. conſ.
4. num.241., & ſeqq.*

Quæſtionem omnem dirimere videntur verba,
quibus Teſtator alienationem prohibuit, ſic enim
locutus eſt =, *& hoc ideo fecit, quia voluit, quod
omni tempore, & in perpetuum dictum montem cum
Juribus prædictis, nec non & ſupradictas domos,
& Bona in dicta contratu Montis S. Petri perma-
neant, & conſerventur in familia, & poſteritate
maſculina ipſius D. Teſtatoris.* =

Profecto Cauſa iſta, & ratio itâ diſponendi
amplitudine ſuâ indefinitè comprehendens om-
4 nes caſus, reſtringi nequit ad merum fideicom-
miſſum conditionale purificandum in caſu dum-
taxat contraventionis; Teſtator ſiquidem dict.
5 Bonorum conſervationem in poſteritate ſua quaſi
ſempiternam aſſequi non potuiſſet, ſi fideicom-
miſſum reale, & perpetuum ſavore ſuorum De-
ſcendentium maſculorum, etiam in caſu mortis
non ordinaſſet, *Eugen. conſ.44. num.53., & ſeqq.
lib.2., Surd. conſ.67. num.37., & ſeqq., Faber.
in Cod. lib.6. tit.22. definit. 4. nu. 10., & ſeqq.,
Rub. in annot. ad deciſ. 632. nu.84. & ſeqq. part.
4. tom.3. rec., Fuſar. de ſubſtitut. quæſt.688. nu.
85., & num. 110., & ſeqq., Reynos obſervat.
68. num.30., & ſeqq., Montan. contr. 50. num.
1., Peregrin. deciſ. Patavin.111. nu. 2., & 3.,
Rota in una Peruſina Fideicommiſſi poſt conſ. Gio-
vagn. 75. lib.1., coram Bich. deciſ. 622. nu.21.,
& in rec. deciſ.298. num.2. part.16., deciſ. 360.
num.10. part. 17.,* cum aliis cumulatis in una
*Firmana Fideicommiſſi 2. Aprilis §. Quæ omnia,
& 28. Junii ſub initium coram Reverendiſſimo d'
Hervault Archiepiſcopo Turonen., & in Ari-
minen. Fideicommiſſorum ſuper reconventione 26.
Junii 1697. §. Vocatio autem coram Rmo Molines
Decano.*

Certiùs in caſu noſtro, quia dicta ratio non
6 fuit adjecta ſimplici, & nudæ prohibitioni, quæ
nihil apta eſſet operari, ſed eadem adſcripta re-
peritur prohibitioni, quæ jam veſtita erat pœnâ
annullationis actus, & caducitatis indictæ con-
7 trâ alienantem, dato eiſdem in caſu contraven-
tionis ſubſtituto, *Altograd. conſ.92. num.25., &
ſeq., & num.43. lib.1., Panimoll. deciſ. 43. an-
not. 3. num. 40., & ſeqq., Rota coram Cardin.
Celſo deciſ.228. num.8., & ſub num. 14., coram
Arguell. deciſ.54. num. 25., & in dicta Arimi-
nen. Fideicommiſſorum §. Eòque certiùs*, quam-
obrem ratio, ut Bona omni tempore conſer-
8 ventur in poſteritate, & deſcendentiâ maſculi-
na Teſtatoris, poſtmodum ſuperaddita prohibi-
tioni, procul dubio induxit ſimplex, & abſolu-
tum fideicommiſſum, ut poſt *Soccin. Sen. in
leg. qui Romæ §. Coheredes num. 16. ff. de verbor.
obligat., Mart. conſ.43. num.24., Laderch. conſ.
92., Menoch. conſ.1216. num.27. verſ. nec repu-
gnat, Bellon. Papien. de his quæ fiunt incontin. lib.
2. cap.26. num.2., Odd. de fideicomm. quæſt. 11.
art. 5., Gabriel. comm. concluſ. tit. de fideicomm.
concluſ. 9. num. 41.*, alioquin hujuſmodi ratio
longè amplior dicto, atque à Teſtatore expreſſa 9
adeò inculcatis verbis, quæ in propoſito ponde-
rat *Gozzadin. conſ.52. num. 2., & 6.*, ſuperflua,
& inutilis pœnitùs redderetur, tamquam enim
appoſita prohibitioni congruâ ratione fulcitæ, ſu- 10
peraddita videri non poſſet ad eamdem veſtien-
dam in caſu alienationis, *Eugen. conſ.43. num.56.,
& ſeqq. lib.2., Rot. deciſ.300. num. 8. part.1. re-
cent., cum aliis in Romana Fideicommiſſi de Urſinis
1. Februarii 1683. §. Nec ſubſiſtit coram clar. me.
Card. Caccia, in dicta Firmana Fideicommiſſi 28.
Junii 1688. §. Quæ omnia efficaciter confirman-
tur coram Reverendiſſimo d'Hervault, & in dicta
Ariminen. Fideicommiſſi ſuper reconventione loco
mox citato.*

Hinc eadem ratio ob ſuam generalitatem dici
nequit conſecutiva, & acceſſoria, quia Teſta- 11
tor non prohibuit ſimpliciter alienationem, ut
Bona remanerent in familia, quo caſu videri
poſſet adpoſita conſecutivè ad priùs dictum, ſed 12
dixit, *& hoc ideò fecit, quia voluit &c.*; undè
ſtare dicitur diſpoſitivè, non autem conſecuti-
vè, ut benè inter utrumque diſponendi modum
diſtinxit *Bartol. in leg. Pater filium §. Fundum ff.
de legat. 3., Faber. in Cod. lib.6. tit. 22. definit.
4. num. 10., & ſeqq., Altograd. conſ. 92. num.
19., & 46. lib 1., Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 688.
num.31., Add. ad Buratt. deciſ. 272. num. 18.,
Rota in Romana Fideicommiſſi de Urſinis 1. Fe-
bruarii 1683. coram clar. mem. Cardin. Caccia*,
rectè animadvertens, potiori Jure id procede- 13
re, quando, ut in caſu noſtro, nullum præceſ-
ſit fideicommiſſum, aut diſpoſitio, cui illa famu-
lari poſſet.

Ex quibus cum ſatis conſtare videatur de abſo-
luto fideicommiſſo, etiam in caſu mortis, exami-
nandum modò eſt, an illud ſit ſimplex, & merè
deſcenſivum, an verò reciprocum, & de linea
ad lineam ordinatum inter omnes Deſcendentes
maſculos Teſtatoris, itaut D. Iſabella excluda-
tur à D. Furio Camillo, vel potiùs, deficiente li-
neâ, Maſculi dici debeant diſcretivè vocati in
unaquaque linea, adeout fœmina non à quo-
cumque Maſculo cenſeatur excluſa, ſed ab eo
tantùm, qui ſit ejuſdem lineæ.

Iſtiuſmodi reciproca linearis expreſsè non le-
gitur in teſtamento, de quo agitur, ſed eadem
induci prætenditur ex voluntate Teſtatoris, quæ 14
licèt in noſtra hypotheſi elici nequeat ex tribus
illis vulgatis requiſitis, de quibus Doctores *in
leg. heredes mei 57. §. Cùm in ff. ad Trebell., &
in leg. Titio Sejo §. Seja libertis ff. de legat. 2.*,
attamen in dubium non venit, quin eadem re-
ſultare queat ex aliis etiam conjecturis, dum-
modo tamen hæ urgentes ſint, & manifeſtis ar- 15
gu-

gumentis evincant, talem fuiſſe voluntatem Te-
ſtatoris *Altograd. conſ.92. per tot. lib.1., Rota coram, Arguell. deciſ.32. num.53., & deciſ. 79. num.14., coram Celſo deciſ.376. num.5., in Romana Fideicommiſſi de Urſinis 7. Februarii 1681. §. Et quamvis coram bon. mem. Albergato, confirmata 1. ejuſdem menſis 1683. §. Et nihilominus coram Card. Caccia, & in Romana Fideicommiſſi de Alborghettis 17. Junii 1686. §. Tertium tandem coram Card. Matthejo, & in Bononien. Fideicommiſſi de Ghisleriis 4. Maii 1699. §. Præmiſerunt quod reciproca coram R̃mo Molines Decano, in Forolivien. Fideicommiſſi 27. Junii 1692. §. A qua regula coram R̃mo d' Hervault, & in Romana Fideicommiſſi de Goris 17. Novembris 1698. §. Abſque, eo quod cor. R̃mo Decano*; nam, ſi verba, & præſumptiones, ex
16 quibus hujuſmodi reciproca reſultare dicitur, æquivoca, & vaga ſint, retinenda erit regula de non multiplicandis fideicommiſſis, eiſdemque non extendendis de linea ad lineam, *Rota in Romana Fideicommiſſi de Cecchinis 1. Junii 1699. §. Ex quibus cor. R.P.D. de la Tremoille*.

In noſtro autem caſu nedum deficere dicebantur hujuſmodi convincentia argumenta, verùm pro lineari reciproca excludenda multùm urgere videbantur, quod Teſtator plures habens filios,
17 quos æqualiter ab initio vocaverat, ſubſtitutis eorumdem filiis, plures ab initio lineas conſtituiſſe dicebatur, ideoque, licèt, Maſculos in fideicommiſſo prætulerit fœminis, nihilominùs prælatio diſcretivè in unaquaque linea accipienda
18 eſt, adeout ſimplex fideicommiſſum deſcenſivum, & perpetuum in unaquaque linea condidiſſe cenſeatur, *Rota in Romana Immiſſionis 5. Decembris 1689. §. Nec talis reciproca cor. R̃mo d' Hervault*.

Neque ab hac regula recedi poſſe videbatur ob agnationis contemplationem, quam Teſtator præ oculis habuit, exoptans votis omnibus, & inculcatis verbis declarans id potiſſimum velle, ut Bona in poſteritate ſua maſculina perpetuò conſervarentur.

Quia, ut ex hujuſmodi ratione reſultet reci-
19 proca linearis, requiritur, quod voluntas, & vota Teſtatoris abſque ejus inductione impleri minimè poſſint, quamobrem, cum Teſtator
20 agnationi ſuæ ſufficienter conſuluiſſe videatur, ſi illius favore Bona perpetuò conſerventur penes Maſculos cujuslibet lineæ, ſatis erit, quod reciproca inducta dicatur diſcretivè in qualibet linea, abſque eo quod eadem extendenda ſit ad Ma-
21 ſculos alterius lineæ ob ſuperiùs firmatam regulam de non multiplicandis fideicommiſſis, ut nuper magiſtraliter dixit *Rota in dicta Romana Fideicommiſſi de Cecchinis 1. Junii 1699. §. Ex quibus uſque ad finem coram R. P. D. de la Tremoille*.

Verùmtamen hæc omnia argumenta haud tanta eſſe videntur, ut reciprocam linearem ex-
22 cludere poſſint, cum enim apud omnes receptum ſit, quod hæc ſemper ordinata cenſeatur, quando, eâ ſublatâ, mens, & voluntas Teſtatoris adimpleri minimè poteſt, *Rota in dicta Romana fideicommiſſi de Urſinis 1. Februarii 1683. §. Ex pluribus autem cor. Card. Caccia*.

Dicendum profectò eſt, illum reciprocam inter omnes ſuorum Deſcendentium lineas ordinare voluiſſe, cum ampliſſimis verbis, Bonorum, de quibus agitur alienationem prohibuit, ut perpetuò, omnique tempore conſervarentur in familia, & poſteritate ſua maſculina; ex hujuſmo- 23
di namque prohibitione, ſeu veriùs ratione prohibendi nemo non videt, quod Teſtator compos fieri nequiviſſet hujuſmodi perpetuæ conſervationis Bonorum in poſteritate ſua maſculina votis omnibus expetitæ, niſi inter omnes Deſcendentes ſuos maſculos ſervato proximitatis ordine, graduſque prærogativâ, fideicommiſſum reale, & perpetuum non tantùm graduale, ſed etiam reciprocum reliquiſſet, cui locus fieri deberet, quoties alioquin eventurum eſſet, quod ad Extraneum, licèt nonniſi per viam ſucceſſionis legitimæ Bona devolverentur, latiſſi nè *Altograd. conſ. 92. num. 14., & ſeqq., & per tot. lib. 1., Faber. in Cod. lib.6. tit.22. definit.4. num.10., & ſeqq., Rota Florentina apud Palmam deciſ. 194. num.24., & deciſ.210. num.8., & ſeqq., & deciſ. 13. num.61., & ſeqq., Rota coram ſan. mem. Alexandro VIII. deciſ. 177. num.13., & ſeqq., deciſ.199. num.18., & ſeqq., & deciſ. 101. num. 11., & ſeqq., poſt Torr. de pact. futur. ſucceſſ. deciſ. 11. num. 4., & ſeqq. part.14. rec., deciſ.20., & deciſ.245. part.19., in Romana Fideicommiſſi de Urſinis 1. Februarii 1683. §. Prima reſultat coram clar. mem. Card. Caccia, in Firmana Prædii della Parapina 20. Junii 1696. §. Quo enim ad exiſtentiam cor. R. P. D. Muto, in Ariminen. Fideicommiſſorum ſuper reconventione 26. Junii 1697. §. Vocatio autem, & §. Quandoquidem objectum cor. R̃mo Molines Decano*.

Si enim Teſtator prohibuit, Bona alienari in Extraneos, dicendum eſt, eos de familia fuiſſe
reciprocè vocatos, ut ratiocinatur *Peregrin. de* 24
*Fideicomm. art.13. num.79., Rota Lucana deciſ. 24. num. 35. verſ. militat. decima poſt Torr. de Majorat., & Primog. Ital., Dunoz. jun. dec.491. num.31., Arguell. deciſ.79. num.17., in Romana Fideicommiſſi de Zuccaris 8. Februarii 1700. §. Quæ inſuper coram R. P. D. Scotto*, prout etiam, nè contra ejuſdem voluntatem eveniat, quod per viam legitimæ ſucceſſionis ad Extraneos deferantur Bona, quæ cum ampliſſima de-
claratione perpetuò in familia, & agnatione ſua 25
permanere, voluit, concludendum eſt reciprocam ordinaſſe inter eos, qui ſunt de familia, & agnatione in tota latitudine ab ipſo contemplata, *Surd. conſ.443. num.19., & ſeqq., Cyriac. contr. 96. num.27., contr.303. num.16., Actolin. reſol. 115. num.36., Ciarlin. contr.219. num.135., & ſeqq., Rodulphin. alleg. 47. num.12., Rota Lucana apud Torr. deciſ.24. num.15., Rota Florentina apud Palmam deciſ.213. num.59., Rota coram ſan. mem. Alexandro VIII. deciſ.177. n.13., & ſeqq., coram Cerro deciſ. 409. num. 11., & ſeqq., Rot. deciſ.18. num.10., & 11. part.8., deciſ.183. num.13., & ſeqq. part. 10. rec., dec. 45. num. 7., & ſeqq., deciſ. 429. num. 8., & ſeqq.,*

*decif.442. num.15., & ſeqq.part.13., decif.472.
num. 9., & ſeqq. part. 14., d. Romana Fideicom-
miſſi de Urſinis 1. Februarii 1683. §. Votum au-
tem coram Card. Caccia*,

Quæ quidem potiori jure locum ſibi vindi-
cant in noſtra hypotheſi, quia in hujuſmodi pro-
hibitione factâ contemplatione agnationis, Te-
ſtator uſus fuit nominibus collectivis familiæ, &
poſteritatis ſuæ maſculinæ, apud quam Bona
perpetuò permanere voluit, quum autem ali-
26 quid relinquitur ſub nomine collectivo plurium,
omnibus, qui ſub illo continentur, relictum
cenſetur, & donec aliquis ex illis exiſtit, reli-
ctum conſequi debet, perinde, ac ſi ſpecialiter
fuiſſet ad illud vocatus, *Altograd. conſ.92. n.7.,
& ſeqq. lib.1., Torr. de Majorat., & Primogen,
Ital. part. 2. quæſt. 27. num. 38., Rota Lucana
apud eumdem decif.24. num.12., verſ. militat pri-
ma conjectura, Rota Florentina apud Palmam de-
cif.213. num.58., in d. Romana Fideicommiſſi de
Urſinis 1, Februarii 1683. §. Prima reſultat cor.
Card. Caccia, Rot. in Hortana Bonorum 27. Ju-
nii 1698. §. Eâdem ratione cor. R.P.D. Priola*.

Eòque certius, quando Deſcendentes ex fa-
27 milia, & poſteritate maſculina collectivè, &
ſub unica verborum ſtructura vocantur verbis,
perpetuitatem temporis importantibus, & qui-
dem ſæpiùs inculcatis, juxtà tradita ab *Altograd.
d. conſ.92. num.20., & ſeqq. lib. 1., Rodulphin.
alleg.33. num. 10., Rota Lucana d. decif. 24. ſub
num. 12. verſ. & eſt conſiderabilis cum pluribus
ſeqq., & num.13., Rot. cor. ſan.mem. Alexandr.
VIII. decif.177. num. 11., decif. 199. num. 21.
poſt Torr. de pact. futur. ſucceſſ., & decif.101.
num.10. apud eumdem, in rec. decif. 183. nu. 15.
part.10., & decif. 411. num.7., & ſeqq. part.14.,
& decif.298. num.1. part.16*,

Præterea ad aſſumptum comprobandum con-
28 currit, quod prohibitio alienationis, ut Bona
conſerventur in familia, directa ſunt in res, &
Bona ipſa fideicommiſſo ſuppoſita, quo caſu il-
lud efficitur reciprocum, quia prohibitio in rem
ordinata efficit, ut, ad quemcumque res vadat,
29 ad eum cum ſuo onere tranſeat, & de uno ad
alium reciprocè devolvatur, *Rota Florentina
apud Palmam decif. 213. num. 63.*, dubitari au-
tem nequit, quin in noſtro caſu probibitio ſit
realis, utpotè facta, ut Bona permaneant, &
30 conſerventur in familia, realitas ſiquidem pro-
manat tum ex dictis verbis, *permaneant*, & *con-
ſerventur* tum etiam ex ratione eiſdem verbis
expreſſa, ut proſequitur *Rota Florentina d. decif.
213. loco citato, Altograd. d. conſ. 92. num.31.,
& ſeqq. lib.1., Torr. de Majorat., & Primogen.
Ital. part.2. quæſt.27. num.8., & 9., Rota Luca-
na apud eumdem d. decif.24. num.12. verſ. & eſt
conſiderabilis, Rota coram Dunoz. jun. dec. 491.
num.32., & ſeqq., decif. 99. num. 19., & ſeqq.,
decif.411. num.9., & decif.472. num.36. part.14.*

His additur, quod poſt prohibitionem aliena-
tionis in caſu contraventionis vocantur non alie-
nantes, & ſic alii de diverſa linea, non enim pri-
31 vari poſſunt contravenientes, & Bona applicari
non contravenienti, quio vocati dicendi ſint alii
etiam aliarum linearum, *Rota Florentina decif.
210. num. 9., & decif. 213. num. 64., & ſeqq.,
Rot. decif 101. ſub num.10. verſ. concurrit apud
Torr. de pact. futur. ſucceſſ.*

Et denique pro inducenda reciproca plurimùm
etiam urget, quod non agitur de fideicommiſſo
universali, ſed particulari ordinato ſuper non- 32
nullis Bonis certis finibus à Teſtatore deſignatis,
in quibus proinde, ob peculiarem affectionem
facilius reciproca porrigitur de linea ad lineam,
*Torr. de Majorat. d. quæſt.27. num.10., Rota de-
cif.199. num.28., & 29. poſt eumdem de pact. fu-
tur. ſucceſſ., & in rec. decif.411. nu.10. part.14.*

Quæ porrò conjecturæ unitim conſideratæ,
prout ad effectum, de quo agitur, faciendum 33
eſſe, monent *Rota Lucana d. decif. 24. num. 36.,
Rota coram ſan. mem. Alexandro VIII. dec. 177.
num.22., decif.183. num.21. part.10. rec., & dec.
411. num.13. part. 14. rec., Rota in Romana Fi-
deicommiſſi de Zuccaris 8. Februaris 1700. §. Ua
ſemper coram R.P.D. Scotto*, facilius in caſu no-
ſtro reciprocam inter Maſculos omnium linea-
rum inducunt, quia agitur de fideicommiſſo con- 34
dito ab Aſcendente, in quo præſumitur prædile-
ctio erga omnes de poſteritate ab ipſo deſcen-
dente, *Rota Florentina dec.213. n.56., & ſeqq.,
cor. Bich. dec.271. n.24., & ſeqq., dec.287. n.31., &
ſeqq., Rot. cor. Arguell. dec.32. n.5., & dec. 79. n.
6., decif.183. n.22., & ſeqq. part. 10. rec.*, quo-
circa favore Deſcendentium unicam dumtaxat,
& quidem levem conjecturam ſufficere, tradit, 35
*Rota Lucen. d. decif.24. num.22., Rota decif.284.
num.18. part. 6., & decif. 18. num.12. part.10.,
decif.411. num.6. part.14.*

Hinc non applicatur *deciſio in Romana Fidei-
commiſſi de Cecchinis* in objecto allegata, tum 36
quia ibi agebatur de fideicommiſſo ordinato à
Tranſverſali, in quo conjecturæ ut concludant
reciprocam de linea ad lineam, magis urgentes
eſſe debent, ut advertit eadem *deciſio* in *§. Ex 37
quibus in fine*; Tum etiam, quia in illius bypo-
theſi Teſtator uſus fuerat verbis Maſculos æquè,
ac fœminas comprehendentibus, ideòque, cum
dici nequiret, agnationis contemplationem reſul-
tare ex verbis claris, & univocis, quæque aliam 38
congruam interpretationem recipere non poſ-
ſent, jure, meritòque Sacra Rota cenſuit, Maſcu-
los unius lineæ non fuiſſe per reciprocam præla-
tos fœminis alterius lineæ, ut patet ex *§. Placuit
enim reſponſio cum ſeqq. dictæ deciſionis*, cumque
inſuper deeſſet ampliſſima Teſtatoris declara-
tio optantis, ut omni tempore, & in perpetuum 39
Bona ſuppoſita fideicommiſſo permanerent in fa-
milia, & poſteritate ſua maſculina, aliæque de-
ficerent conjecturæ concurrentes in noſtra hypo-
theſi, rectè dictum fuit, reciprocam cum præla-
tione Maſculorum juſtum locum habere poſſe
deſcenſivè in qualibet linea, abſque neceſſitate
eamdem extendendi ad alias lineas, quam inter-
pretationem recipere nequit diſpoſitio, de qua
eſt quæſtio, quia, ſublatâ reciprocâ lineari, ea- 40
dem adimpleri non poſſet, & penitus fruſtrarentur
vota omnia Teſtatricis vehementiſſimè op-
tantis permanentiam ſuorum Bonorum apud Ma-
ſcu-

ſculos omnes familiæ, & poſteritatis ſuæ, ut
probavimus ſuperioribus locis, & recte reſpon-
dit *Rota Florentina d. deciſ.* 213. *num.* 60., *&*
*ſeqq.*, & admittit *d. deciſio in* §. *penultim.*, alias
ſuperflua fuiſſet agnationis contemplatio cum
maſculorum vocatione, & prohibitione aliena-
tionis adeò amplâ veſtita ratione, ceteraque
41 omnia ſuperiùs expreſſa argumenta, ſi, adhuc
ſuperſtitibus Maſculis, Bona cum fœminis ad Ex-
traneos deferri potuiſſent, *Rota Lucana d. deciſ.*
24. *ſub num.* 36., *Rota Florentina d. deciſ.* 213.
*num.*62., *& num.*79. *verſ. concurrentibus ſimul*.
Hinc parvi refert, quod Teſtator plures ha-
bens filios, quos cum eorum Deſcendentibus ad
42 dd. Bona vocavit, plures ab initio conſtituiſſe
lineas videatur; quia objectum iſtud involvit
petitionem principii, atque ſupponit id, quod eſt
in quæſtione, cum vix ulla quoad reciprocam
quæſtio eſſe poſſit, quando unus heres ab initio
fuit inſtitutus, licèt tractu temporis Deſcenden-
43 tes ab eodem ſtipite in plures ramos dividantur,
qui diverſas lineas conſtituant, *Rota Florentina*
*d. deciſ.* 213. *ſub num.* 77. *verſ. etenim ſatis*,
quamobrem inſtitutio ab initio facta de pluribus
44 non impedit reciprocam linearem inter Maſcu-
los ab ipſis heredibus deſcendentes, quando nul-
la à Teſtatore facta fuit Bonorum diviſio, filii
inſtituti, non fuerunt diſcretivè conſiderati, tam-
quam plures ſtipites diverſarum linearum, & vice
verſâ pro lineari reciproca legitimæ concurrunt
conjecturæ, iſto enim caſu tota illa deſcendentia
plurium filiorum collectivè vocata, per modum
unius lineæ à Teſtatore conſiderata fuiſſe vide-
tur, *Torr. de Majorat.*, *& Primog. Ital. d.quæſt.*
27. *num.*33., *Rota Lucana apud eumdem d. deciſ.*
24. *ſub num.*20. *verſ. attamen*, *& num.* 21., *ubi*
*latè*, *Rota Florentina apud Palmam deciſ.*213. *n.*
77., *& ſeqq. uſque in fin.*, firmans, faciliùs id
45 procedere favore Deſcendentium, *d. deciſ.* 199.
*num.*26, *poſt Torr. de pact. futur. ſucceſſ. dec.*411.
*num.*15. *part.*14., ubi conſideratur vocatio facta
cum verbis perpetuitatem temporis importan-
tibus, *Rota in d. Romana Fideicommiſſi de Urſinis*
1. *Februarii* 1683. §. *Nec refragatur cum ſeqq.*,
ubi præcipuè expendit amplam, & generalem
declarationem Teſtatoris volentis, Bona ſua in
Maſculis agnatis conſervari.
Firmato itaque fideicommiſſo, quodque vigo-
re reciprocæ inter omnes Maſculos à ſe deſcen-
dentes à Teſtatore volitæ, idem purificari dici
debeat favore D. Furii Camilli, excluſâ D. Eliſa-
bethâ, ſequitur, ut agamus de melioramentis
factis à gravatis in Bonis reſtitutioni obnoxiis, &
hæc ſunt duplicis ſpeciei, alia enim facta repe-
riuntur in Bonis urbanis, alia verò facta dicuntur
in prædiis ruſticis.
Quod attinet ad priora, ſeſe offert primo loco
domus quædam contigua domui fideicommiſſa-
riæ empta à gravatis, à quibus habet cauſam D.
Eliſabetha, hæc verò domus vel non eſt unita,
46 atque incorporata domui fideicommiſſariæ,
ideòque abſque læſione prioris illius ſtatus com-
modè ab ea ſeparari poteſt, & hoc caſu res plana
eſt, nam D. Eliſabetha domum ſuam retinere

poterit, cum hæc venire nequeat in reſtitutione 47
fideicommiſſi, à quo eſt ſeparata, ſed detrahen-
da ab eo eſt, *Card. de Luc. de legat. diſc.*35. *n.* 8.
Aut verò domus à gravato acquiſita, unita, at-
que incorporata fuit domui fideicommiſſariæ,
adeò ut ab ea ſeparari ampliùs nequeat, & hoc
caſu, cum domus fideicommiſſaria novâ iſtâ ac-
ceſſione pretioſior, pluriſque valere dicatur, re- 48
fici idcircò debebit heredi gravati, ſeù melioran-
tis juſtus valor, *Rota Lucana deciſ.* 92. *num.*19.,
*& ſeqq. apud Palm.*, *optimè Rota coram Dunoz.*
*jun. deciſ.*259. *num.*1., *& ſeqq.*
Secundò D. Eliſabetha agit pro melioramentis
factis in ipſa domo antiqua fideicommiſſaria,
eaque dicuntur conſiſtere in ædificatione qua-
rumdam manſionum, & elevatione muri divi-
ſorii. Quæ melioramenta procul dubio facta fue- 49
runt bonâ fide, quia gravatus erat dominus,
licèt ex titulo reſolubili, ob quam bonam fidem
illa amiſſa dici minimè poſſunt, *Gall. de fruct. di-*
*ſput.*13. *art.*1. *num.*8., *Rot. deciſ.*116. *num.* 20.,
*& ſeqq. part.*26. *rec.*, attamen non idcircò heres 50
gravati ea retinere poterit, refuſo heredi fidei-
commiſſario pretio ſoli, ſed cum à ſolo abradi
nequeant, fideicommiſſarius offerendo æſtima-
tionem, acquiret ædificium, quod cedit ſolo, cui
affixum eſt, juxta concordantia jura cumulata 51
apud *Peregrin. de Fideicomm. art.* 50. *num.* 49.,
*Manſ. conſult.* 346. *num.* 178., *Menoch. de præ-*
*ſumpt. præſumpt.* 32. *num.* 3. *lib.*3., *de Angel. de*
*impenſ.*, *& melioram. art.* 7. *num.* 36., *Rota cor.*
*Pamphil. deciſ.*203. *num.*7., *& alibi paſſim*.
In hujuſmodi tamen melioramentorum refe-
ctione inſpiciendum erit, quod eſt minus inter 52
impenſum, & melioratum, juxta regulam,
de qua apud *clar. mem. Card. de Luc. de Feud diſc.*
27. *num.*2., *de legit. diſc.*35. *num.*33., *de emphyt.*
*diſc.*71. *num.*9. *ſupplem part.*4., *de Angel. de me-*
*lioram.*, *& impenſ. dotal. art.*7. *num.*53. *verſ. ſed*
*Mangil.*, *Rota Lucana deciſ.*92. *num.* 44., *& dec.*
222. *num.*20., *Rota Januen. deciſ.* 223. *num.* 12.
*apud Palm.*, *Rot. deciſ.*318. *num.*17. *part.*9., *cum*
*aliis cumulatis apud Pacion. de locat.*, *& conduct.*
*cap.*34. *num.* 12., *& in Romana Fornacis* 1. *Julii*
1689. §. *Licèt enim cor. b. m. mem. Urſino*.
Nec urget, quod melioramenta iſta facta ſint
pro mera antiquæ domus ampliatione, quæ cum 53
juxta primævum ſtatum ſufficeret pro habitatio-
ne unius familiæ, augmentum proinde, quod ſu-
pervenit, dicendum eſt merè voluntarium, ideò-
que non reficiendum tamquam factum propter
meram voluptatem, ſeù commodiorem rei uſum,
*Rota Lucana deciſ.* 92. *num.* 9., *& ſeqq.*, *apud*
*Palm.*, *de Angel. de impenſ.*, *& meliorat. art.* 6.
*num.* 12., *Rota coram Bich. deciſ.* 199. *num.* 9.,
*&* 10.
Quia objectum iſtud rectè procedens in melio-
ramentis merè voluptuoſis, certè locum non ha-
bet in ampliatione illa, ex qua domus non ſolùm
effecta fuit commodior ad habitandum, ſed red- 54
dita etiam fuit pretioſior, & majoris valoris,
hoc enim caſu melioramenta dicuntur utilia,
*Rota Lucan. dec.* 222. *n.*38., *& n.*41., ubi in ter-
minis conſtructionis, ſeù ampliationis novarum 55

manſionum *apud Palm.*, quamobrem urget ſum-
ma illa æquitatis ratio, prohibens locupletionem
56 de alieno, quæ æquitas ſemper inſpicienda eſt
in materia refectionis melioramentorum, *clar.
mem, Card. de Luc. diſc.71. ſub num.8.*, *Rot. Lu-
cana d. deciſ.92. num.20.*, ideoque licet *Sacra
Rota d.deciſ.199. cor. Bich. loco citato* in rationi-
bus dubitandi hanc difficultatem inſinuaſſet, ni-
hilominus *num. 33.; & ſeqq.*, numquam negavit,
melioramenta, quamvis conſiſtentia in amplia-
57 tione domus, eſſe reficienda, quod etiam dixit in
aliis *deciſionibus* confirmatoriis *cor, Card. Cer-
ro deciſ.217, num.13., & ſeqq.*, & paſſim *Sacra
Rota* pro eorumdem refectione reſpondit.

Quod verò attinet ad melioramenta facta in
prædiis ruſticis, hæc conſiſtunt in eo, quod gra-
vatus vites, novaſque vineas in prædiis fidei-
58 commiſſariis conſeruerit, licèt autem, ſi ageretur
de novarum vitium ſubrogatione in locum de-
mortuarum, locus eſſe non deberet expenſarum
refectioni, quia gravatus ad eas tenetur, idque
agendo, potius dicitur conſervaſſe, quàm melio-
rem feciſſe fundum, *de Angel, de impenſ.*, *&
meliorat. art.2. num.6.*, attamen, ſi novas vi-
59 neas conſtituendo, perpetuam utilitatem fundo
attulit, reficiendæ hoc caſu erunt expenſæ omnes
à gravato factæ, *Rota Lucana d. deciſ.92. n.40.*,
*& Rota Januen. d. deciſ.223. num.23.*, *Rot. in
rec. deciſ.149. num.22. part.13. rec.* Verum in
60 hac quoque refectione retinenda erit regula, ut
ſemper reficiatur id, quod minus eſt inter im-
penſum, & melioratum.

Agendum modò eſt de Bonis, ſeù hereditate
Camilli filii Hieronymi, ac fratris Julii Cæſaris
Proavi D. Eliſabethæ, & Joannis Proavi D.Furii
Camilli. Condidit ille ſuum teſtamentum an-
no 1618., in quo heredem univerſalem ſcripſit
Hieronymum Jun. Patrem Caroli cum onere
perpetui fideicommiſſi ordinati ſuper Bonis ſtabi-
libus, & de gradu in gradum deferendi ad omnes
illius Deſcendentes maſculos in infinitum, ex-
cluſis ſemper fœminis. Deficiente verò lineâ
maſculinâ Hieronymi, eodem ordine ſubſtituit
Deſcendentes maſculos proximiores natos, & na-
ſcituros in infinitum ex linea maſculina Joannis
ſui pariter fratris, quam diſpoſitionem feciſſe de-
claravit, quia mens, & voluntas ipſius erat, ut
ejus Bona ſtabilia perpetuò conſervarentur in
ipſius familia, & aguatione maſculina.

Non venit in dubium, quin ex hujuſmodi di-
ſpoſitione ordinatum fuerit fideicommiſſum
maſculinum, quod per obitum Hieronymi ulti-
61 mi Maſculi ex linea Julii Cæſaris purificatum di-
cendum eſſet favore D. Furii Camilli, cui proin-
dè competeret immiſſio vigore famigeratæ *leg.
final. Cod. de Edict. Div. Hadr. tollen.*

Verum quia idem Julius Cæſar nonnullis annis
poſt conditum teſtamentum, donatione irrevo-
cabili, quæ dicitur inter vivos, eidem Hierony-
mo donavit omnia Bona ſua, in qua, præter
eorum uſum, & uſumfructum, quoad viveret,
duraturum, ſibi reſervavit ſcuta duo millia ad
effectum de eiſdem diſponendi, atque teſtandi,
in dubium revocatur, an poſteriori hac donatio-
ne teſtamentum, & fideicommiſſum in eo ſcrip-
tum interverſum dici debeat.

Quod attinet ad teſtamentum, certum eſt, il-
lud per ſubſecutam donationem omnium Bo- 62
norum à Camillo poſtea factam favore Hiero-
nymi non fuiſſe revocatum; teſtamentum enim
ritè factum, & directa heredis inſtitutio non nu-
dâ voluntate, ſed alio infringitur ſolemni, &
ritè perfecto teſtamento, vel inciſione priorum 63
tabularum, aliove ſimili modo, quo præcedens
voluntas Teſtatoris perempta dici poſſit, *Gloſſ.
in leg. ſi quis 7. §.final. verſ. unde ff. de adimend.
legat.*, & concordantia jura, & auctoritates al-
legatas in una *Fulginaten. fideicommiſſi impreſſ.
apud Torr. de majorat.*, *& primog. Ital. deciſ.68.
num.6.*, quamobrem ſuperveniens donatio im- 64
pedire poteſt ſucceſſionem ex teſtamento quoad
res donatas, utpotè quæ de patrimonio Teſtato-
ris exiiſſe jam dicuntur de tempore mortis Teſta-
toris, ex quo vires ſumit teſtamentum, & quoad
alia Bona, & jura hereditaria, in quibus teſta-
mentum ſubſiſtere poteſt per donationem, illi 65
derogatum minimè cenſetur, *Andreol. contr.221.
num.32.*, *& ſeqq.*

Quod procedit, etiamſi donatio univerſalis
totum abſorberet patrimonium, & ſubſtantiam 66
Teſtatoris, eò quia hereditatis nomen juris ha-
bet ſignificationem, nomen verò Bonorum pa- 67
trimonii, & ſubſtantiæ corpora, & res ſpectat,
juxtà *Text. apertos relatos apud Peregrin. de fidei-
comm. art.7. num.57.*, ideoque, cum aliud ſit he- 68
reditas, aliud verò Bona, & res hereditariæ,
*Spad. conſ.348. num.34. lib.3.*, *Venturin. conſ.2.
num.599. & 601.*, *Gobb. conſult.150. num.23.*,
& Donatarius univerſalis non ſit heres, neque 69
heredi univerſali æquiparetur, latè *Reynoſo ob-
ſerv.48. num.18. & 28.*, maximè, quando, ut in
caſu noſtro, alius univerſalis heres ſcriptus repe- 70
ritur, *Paitell. expedit. civil. 46. num.9. cum ſeqq.*,
*Guldopap. deciſ.105. num.4.*, *Thor. vot.5. n.17.*,
*& ſeqq.*, *Rot. deciſ.86. num.4. poſt Salgad. in la-
byr. credit. deciſ.43. n.18. part.11.*, dicendum
proindè eſt, quod, licèt donatio diminuat here- 71
ditatem, per ea, quæ tradit *Jacob. Gall. conſ.6.
num.5.*, attamen non efficit, quin locus eſſe
queat ſucceſſioni ex teſtamento, ex quo heres 72
validè adire poterit hereditatem, ut poſt *Angel.*,
*& Alciat.* tradit *Andreol. d. contr.221. num.27.*

Quæ ſi locum habent in caſu donationis uni-
verſalis omnium Bonorum, potiori jure proce- 73
dent in caſu noſtro, in quo Donator certam ſibi
reſervavit quantitatem ad effectum teſtandi, non 74
adpoſitâ clauſulâ, quod, ſi de ea non diſponeret,
& ab inteſtato moreretur, remaneret apud Do-
natarium, ad tradita per *Rotam deciſ.14. num.16.
part.14.*

At verò, licèt in teſtamentum, & heredi-
tas eo data, adempta dici minimè poſſit ſub- 75
ſecutâ donatione, tametſi univerſali, alitèr ta-
men dicendum eſſe videri poſſet de fideicom-
miſſo condito in eodem teſtamento, cum iſtud 76
firmum eſſe poſſit, ademptis Legatis, & fideicom-
miſſis in eo relictis, alia namque eſt cauſa teſta-
menti, & inſtitutionis; alia verò cauſa Legato-
rum,

77 rum, & fideicommiſſorum particularium, quæ
per poſteriorem donationem rei legatæ à Teſta-
tore factam, adempta ſemper cenſeatur, leg.
rem legatam 18. ff. de adimend. legat., Gloſſ. in leg.
Lucius Titius 22. verb. reliqui ff. de legat.2., &
leg. ſi quis 3. §. final. verb. nuda ff. de adimend. le-
gat., Minſinger. in §. Si rem ſuam num.2. inſtit.
de legat., Mantic. de tacit. lib.12. tit.2. num.36.
verſ. & ex hoc deducitur, & tit.6. num.12. verſ.
undè ſi res legata, Cyriac. contr.118. num.1., &
quæſtio, quæ habetur apud Doctores, an hujuſ-
78 modi ademptio locum habens in Legatis, & fidei-
commiſſis particularibus, procedat etiam in fi-
deicommiſſis univerſalibus, ut apud Andreol.
d. contr.221. num.32., Rot. deciſ.642. num.21.,
& ſeqq. part.18., ceſſat in caſu noſtro, quia fi-
79 deicommiſſum, de quo agitur, tamquam reſtri-
ctum ad Bona ſtabilia, dumtaxat particulare cen-
ſetur, Urceol. deciſ. Florent. 34. per tot., & ex fir-
matis per Rot. coram Merlino deciſ.265. num.5.,
Dunoz. Jun. deciſ.800. num.1. & 2., & in rec.
deciſ.12. num.35. & ſeqq. part.10., cum aliis apud
Urceol., & Rotam in Romana Prælaturæ de Vec-
chiarellis 9. Decembris 1697. coram R.P.D. An-
ſaldo, in Caſenaten. Immiſſionis 10. Maii ejuſdem
anni §. Quod autem, & 2. Decembris §. Particu-
laribus verò coram R.P.D. Priolo, & in Raven-
naten. fideicommiſſi 4. Decembris 1699. coram eo-
80 dem, ideoque ſubſecutâ donatione interverti
potuit.

Verumtamen, quia D. Furius Camillus ab
heredibus Donatarii vindicare non contendit Bo-
na reverà in donatione comprehenſa, & per
actum irrevocabilem translata in Donatarium,
ſed vigore d. fideicommiſſi immiſſionem petit
ad ratam dumtaxat Bonorum valoris ſcutorum
duorum millium à Donante reſervatam ad effe-
ctum diſponendi, duo præcipuè examinanda ſunt;
primum eſt, an in Bonis ſic reſervatis ſuccedat
Donatarius vigore donationis univerſalis, vel
potiùs cum hereditate deferantur ad legitimum,
ſivè teſtamentarium heredem Donantis; Alte-
rum eſt, an poſito, quod illa non ſint compre-
henſa in donatione, an eadem in noſtra hypo-
theſi deferri potiùs debeant cum reliqua heredi-
tate ad heredem ſcriptum, vel potiùs remaneant
adhuc obnoxia vinculis prioris fideicommiſſi?

Quod attinet ad primum, res plana videtur,
nam, tametſi verſaremur in cauſa inteſtati, nihi-
81 lominus, ſive ſequamur opinionem Doctorum,
qui, rejectâ diſtinctione à Theſauro traditâ in de-
ciſ.97., cenſuerunt, quantitatem, ſeù res à Do-
natore omnium Bonorum reſervatas ad effectum
teſtandi, ſemper ad ejus heredem, non ad Do-
natarium pertinere, juxtà magiſtralem deciſ.
Franch. 45., & deciſ.600., ibique de Luca Can-
cer. var. reſol. lib.1. cap.2. num.113., Fontanell.
de pact. nuptial. Gloſſ.16. verſ.4., Gloſſ.23. n.11.
& 14., Molin. de rit. nuptiar. lib.3. part.18.
num.15. & 16., Giurb. ad conſuetud. Meſſanen.
cap.5. Gloſſ.4. num.10. in fin., Molpheſ. ad con-
ſuetud. Neapol. tom.1. part.2. tit. de Bon., Cutell.
de donat. diſc.1. part.2. num.21., & ſeqq., Ho-
diern. ad Surd. deciſ.272., Amat. reſol.76. n.27.,
Urceol. conſult.16. num.23., Donat. Anton. de
Marin. variar. reſol. lib.1. cap.88. ex num.5., ibi-
que Radoer. Mart. Medic. examinat. Senen. 21.
num.43., Marot. diſcept. forenſ. 4. num.68., Sal-
gad. in labyrint. cred. part.2. cap.18. num.56.,
clar. mem. Card. de Luc. de regal. diſc.123. ſub
num.7., Ricc. collect.2554., Monach. deciſ.71.
num.80., Mart. deciſ.49. ſub num.6., Seſſ. deciſ.
48. num.4., & ſeqq., Maſtrill. deciſ.277. ſub
num.14. part.3., Torr. de pact. futur. ſucceſſ. lib.2.
cap.24. num.154., Rot. apud eumdem deciſ.198.
num.4. & 6., coram Duran. deciſ.40. num.37.,
& ſeqq., apud Paitell. expedit. cauſ. civil. deciſ.33.
& 34., coram Bich. deciſ.510. num.25., & ſeqq.

Sivè amplectamur diſtinctionem à Theſauro
traditam loco citato, qui cenſuit, totum ad Do-
natarium pertinere, quando reſervatio conſiſtit
in ſimplici facultate diſponendi de aliqua certa
quantitate, quæ facultas cum ſit infixa perſonæ
Donantis, & ad hæredem tranſmitti nequeat, 82
idcirco, ſi Donans eâ non fuerit uſus, nihil eſt,
quod ad heredem transferat; res enim, de qua
ille diſponere poſſe voluit, in hereditate non eſt;
ſecùs verò rem ſe habere, quando reſervatio
non fit de ſimplici facultate, ſed de certa quanti-
tate, vel re; hæc enim, cum ab initio excepta
dicatur à donatione, non ad Donatarium, ſed
ad heredem defertur, & cum hac etiam diſtin-
ctione procedendo, res dubio caret, nam ver-
ſamur in ſecundo caſu, ſiquidem donatio facta
legitur = reſervato (ſunt verba donationis) tamen
pro D. Camillo Donatore uſufructu, & uſu &c.
& reſervatis ſcutis duobus millibus monetæ in tot
ſtabilibus, ad effectum de illis in ultima voluntate
diſponendi, & teſtandi &c. =, ideoque non ve-
nit in dubium, quin dicta Bona valoris ſcutorum
duorum millium, excluſo Donatario, ad here-
des Donantis pertineant, ut, relatis concordanti- 83
bus reſpondit, Rota in una Bononien. Dotis, &
Bonorum 14. Junii 1688. §. penultimo coram Rmo
d'Hervault Archiepiſcopo Turonen.

Verumtamen in noſtra hypotheſi res vacat
difficultate, ex quo Donator deceſſit condito te-
ſtamento, ideoque Bona reſervata non ad Dona-
tarium pertinebant, ſed ad eum, ad quem Te- 84
ſtator in illis ſuccedere voluit, idque procedit,
tametſi de eiſdem expreſsè non diſpoſuerit,
Amat. var. reſol. reſol.76. num.11. & 23., Sal-
gad. in labyrint. credit. part.2. cap.18. num.52.,
Grat. diſcept. forenſ. 539. num.5., Fontanell. de
pact. nuptial. tom.1. clauſ.4. Gloſſ.23. num.9.,
Giurb. ad conſuetud. Meſſanen. cap.5. Gloſſ.4.
part.1. num.6., & auctoritates contrarium fir-
mantes non loquuntur de reſervatione facultatis 85
diſponendi facta per dominum, ſed de facultate
à domino alteri conceſſa, Gratian diſcept.50.
num.21., & ſeqq., Surd. conſ.357. num.30., &
conſ.430. ſub num.4. verſ. rurſus, Gabriel. conſ.
143. num.5. & 6. lib.1., Fontanell. de pact. nupt.
clauſ.5. gloſſ.10. part.1. nu.68., & ſeqq., Amat.
reſol.76. num.12.

Quo firmato, examinandum modò eſt, num
in eiſdem Bonis ſucceſſerit heres univerſalis ſcri-
ptus in teſtamento, vel potius, firmo remanen-
te

te vinculo fideicommiſſi, illa deferri debeant
ad ſucceſſivè in eo vocatos?

Quamquam verò in hac quæſtione plurimùm
valere cenſeam auctoritatem ſapientiſſimorum
virorum, qui ſenſerunt, Bona exceptuata à do-
natione, obnoxia remanſiſſe oneri fideicommiſ-
86 ſi, nihilominus contrarium verius eſſe crederem,
nam, ſuppoſito, quod non agatur de fideicom-
miſſo univerſali, ſed particulari, quod æquipa-
ratur Legato, ut patet *ex leg.1., & toto titul. ff.
& Cod. commun. de legat. & fideicomm., Mart.
Medic. examinat.2. num.2., Rot. in Cæſenaten.
fideicommiſſi 14.Maii 1685. §.Secundò quia coram
R.ma d Hervault Archiepiſcopo Turonen.*, dicen-
dum eſt, illud fuiſſe revocatum poſteriori dona-
87 tione, ut jam probavimus ſuperiori loco, cer-
tius, quia agitur de Bonis ſtabilibus per fideicom-
88 miſſum prius legatis Hieronymo Juniori, &
deindè per donationem in eumdem tranſlatis,
quo caſu cum re, quæ fuerat legata, onus ei-
dem adjectum, in illum tranſlatum non dicitur;
89 hujuſmodi enim oneris repetitioni in tranſlatio-
ne rei de uno in eumdem facta expreſsè repugnat
diſpoſitio *Text. in leg. ſi ſibi certam 28. ff. de adi-
mend. legat.*, & conciliando hunc *Textum* cum
alio *in leg. Modeſtinus 19.*, docuit ibidem *Gloſſ. in
fin. eodem tit.*

Nec obſtat, quod in donatione, de qua agi-
tur, comprehenſa fuerit pars dumtaxat Bonorum
ſtabilium, aliâ parte exceptâ, ideoque fideicom-
90 miſſum ſuper eiſdem Bonis ordinatum, revoca-
tum dici nequeat in totum, ſed ſolùm pro rata
tranſlata in Donatarium, juxtâ expreſſa jura in
*leg. Stichum 6., leg. ſi ex toto 8. ff. de legat.1., leg.
legatum 24. §. Primo ff. de adimend. legat., leg.
ſcribit 34. §. Item ſcribit ff. de auro, & argen-
to legato, Gratian. diſceptat.251. num.48.*, & alii
paſſim.

Quia in hac quæſtione, quæ tota facti dicitur
91 à Juris conſulto in *leg. Uxori 3. ff. de auro, &
argento legato*, inſpicienda eſt nuda voluntas Te-
92 ſtatoris, quâ non ſolùm Legata, ſed & fideicom-
miſſa adimi, & revocari poſſe, reſpondit *Ulpian.
in leg. ſi quis 3. §. final. ff. de adimend. legat.*, ſive
93 ea expreſſa ſit, ſive etiam tacita, & præſumpta,
dummodo priori voluntati ſit contraria, *Gloſs. in
dicto §. final. verb. nuda, & leg. Alumnæ 3. §.
Seja liberta ff. de adimend. leg., Gloſs. in leg. he-
redes palam 21. §. Si quid verba omnia ff. qui te-
ſtam. facer. poſſ., Barry de ſucceſſ. lib. 9. tit. 29.
num. 1., Mart. de ſucceſſ. legal. part.4. quæſt. 8.
art.10. num.1.*

Porrò in caſu noſtro voluntas præſervandi fi-
deicommiſſum ſuper portione Bonorum ſepara-
ta à Bonis donatis nuſquam apparet; Contra ve-
rò idem immutatum fuiſſe, perſpicuum fit, ſive
ſpectemus cauſam finalem, ad quam illud or-
dinabatur, ſive etiam intueamur cauſam, ob
quam dicta præſervatio facta fuit. Cauſa ſiqui-
94 dem condendi fideicommiſſum fuit ratio conſer-
vandi Bona in agnatione, ea namque totam re-
gebat diſpoſitionem tamquam unicus, & pri-
marius finis illius, quem ſinè fideicommiſſo Te-
95 ſtator aſſequi nequibat, *Rota in Urbevetana Fidei-
commiſſi 17. Martii 1684. §. Non obſtant coram
Reverendiſſimo a Hervault*, & probant auctori-
tates allegatæ in *§. Profectò cauſa iſta, & ratio
&c.*, & *§. Dicendum profectò eſt cum ſeqq.* Huic
autem fini nihil magis repugnabat, quam libera
Bonorum omnium donatio facta Hieronymo, per 96
quam abrogatis prioris fideicommiſſi vinculis,
ad eumdem, ejuſque heredes, quamvis extra-
neos, illa deferri poterant.

Cum igitur, ceſſante ratione conſervandi Bona
in agnatione, ceſſaſſe etiam dicenda ſit cauſa fi- 97
nalis Legati, ſeu fideicommiſſi, talis enim in
propoſito dicitur cauſa illa, quæ alterius (uni- 98
verſæ nempè agnationis) quàm Legatarii com-
modum, & favorem reſpiciebat, *Mart. de ſuc-
ceſſ. legal. part.4. quæſt.18. art.10. num. 6.*, cen- 99
ſendum proindè eſt, revocatum fuiſſe fideicom-
miſſum, quod, mutatâ, vel deficiente illius cau-
sâ, deficere præſumitur, *Maſcard. de præſumpt. lib.
4. præſumpt. 172., Mantic. de conject. ultim. vo-
lunt. lib. 12. titul. 2. num. 27., Mart. de ſuc-
ceſſ. legal. dict. artic.10. num.4., & ſeqq., Bar-
ry de ſucceſſ. lib.9. tit.29. num.5., & 6., Surd.
deciſ.38. num.3., & ſeqq.*

Nec favor agnationis per modum ultimi finis,
ut dictum eſt, in ordinatione fideicommiſſi à
Teſtatore conſideratus ſubſiſtere poteſt in portio-
ne Bonorum reſervata, quia hujuſmodi reſer- 100
vatio tendebat ad diverſum finem claris verbis
ab eo expreſſum, videlicet ad reddendum vali-
dum actum donationis, quæ ſinè hujuſmodi re- 101
ſervatione nulla, & irrita fuiſſet, *Cagnol. in leg.
final. nu.242. Cod. de pact., Roman. conſ.26. num.
1., ibique adden., Gratian. diſcept. 120. num. 4.,
Rot. deciſ. 273. nu.11. part.11. rec.*, quinimmò
augetur vis argumenti, animadvertendo, quod,
tametſi Teſtator voluiſſet, nequiviſſet dicta Bo- 102
na à donatione ſegregare ad effectum, ut eadem
remanerent obnoxia fideicommiſſo, ſic enim
abrogata fuiſſet plena illa, & undequaque libera
teſtandi poteſtas, quâ Donans præditus eſſe de- 103
bet, non enim dici potuiſſet liberam teſtandi
facultatem de re reſervata retinuiſſe per reſerva-
tionem factam prò certo dumtaxat caſu, & ad fa- 104
vorem certarum ſolummodo perſonarum, *Vin-
cent. de Franch. deciſ. 594., Mart. Vot. Piſan.
deciſ.161. num.8., &, relatis aliis, Andreol. dict.
contr.221. num.1., & ſeq.*

Et quidem, ſi æqui, bonique ratione Teſtato-
ris mentem perpendamus, nemo facilè dixerit,
illum cogitaſſe præſervare fideicommiſſum agna-
titium tanto ſtudio prius ordinatum, in exigua
dumtaxat ſuorum Bonorum parte, quando he-
redi, quem dicto onere priùs gravaverat, mu-
nificenter omnia Bona ſua deindè donavit, vix
enim credibile videtur, quod, ſi eidem cordi
fuiſſet contemplatio agnationis ſuæ, & conſer- 105
vatio Bonorum in familia votis omnibus optata,
ac volita in teſtamento, facturus fuiſſet diſpoſi-
tionem priori adeò contrariam, quodque ubique
ſilentio prætererit fideicommiſſum, quod præ-
ſervare voluiſſe exadverſo dicitur.

Hinc non obſtant Jura ſuperiùs in contrarium 106
allegata, quibus deciditur, quod per diſpoſitio-
nem

nem factam de parte rei legatæ non totum Lega-
tum, ſed tantùm pars illius adempta cenſeatur.
Tum quia procedunt, quando non conſtat ex
107 conjecturis de contraria Teſtatoris voluntate,
tum etiam quia in caſu dictarum legum Teſtator
de parte rei legatæ non diſtracta nihil dixerat, in
noſtra autem hypotheſi Donator partem non
108 comprehenſam in donatione reſervaſſe, declara-
vit ad effectum liberè de ea teſtandi, quod, ut
diximus, repugnat præſervationi fideicommiſſi
antea ordinati.

Prout etiam non repugnant argumenta DD.,
qui cenſuerunt, vigere adhuc fideicommiſſum ſu-
per portione Bonorum reſervata in donatione,
quia illa facilè evitari videntur ſecernendo cau-
ſam teſtamenti à cauſa Legatorum, ideoque ma-
109 lè arguunt, per ſubſecutam donationem non fuit
revocatum teſtamentum, ergo neque etiam fi-
deicommiſſum, ſeù Legatum, quia non agitur de
fideicommiſſo univerſali, quod involvat titulum
hereditarium, atque idcirco difficiliùs revoca-
110 tum cenſeatur, licèt *Rota in dicta Fulginaten. Fi-
deicommiſſi poſt Torr. deciſ. 68.* fideicommiſſa
etiam univerſalia tacitè adimi poſſe, cenſuerit,
ſed agitur de fideicommiſſo particulari, cujus
111 cauſa cum alia ſit ab illa teſtamenti, & inſtitu-
tionis, atque adimi poſſit tàm in teſtamento,
quàm, extrà, ad tradita apud *Camarel. de legat. lib.
4. tit. de cauſ. amittendorum legator. quæſt. 6. fol.*
474., & tam antè, quàm poſt, quàm datum fue-
rit, ritè revocetur, *Camarell. eodem lib. 4. dict.
titul. cauſ. 2. num.* 12., idem propterea ſi revo-
112 catum appareat, manebit apud hæredem, nec
ampliùs pertinebit ad fideicommiſſarium, ſeù
Legatarium.

His ità conſtabilitis, ſuperfluum eſt agere de
reliquis, de quibus quæritur in ſcriptura facti ad
me tranſmiſſa, ea ſiquidem examinanda eſſent
in eo dumtaxat caſu, quo teſtamentum revoca-
tum dici poſſet, vel ſcuta duomillia in donatio-
ne reſervata caderent ſub dicto fideicommiſſo
particulari in eo condito, quamobrem, cum
teſtamentum ſubſiſtat, & viceversâ fideicom-
miſſum corruerit, prætermittam quæſtiones, quæ
ſub contraria hypotheſi à D. requirente exci-
tantur.

## *Lucana Succeſſionis, ſeù Fideicommiſſi.*

Donatio, perpetui fideicommiſſi ordine, facta ad favorem *filiorum, nepotum, pronepotum, ac poſterorum maſculorum* à primis Donatariis per *directam lineam* deſcendentium, purificata oſtenditur favore Maſculi ab eiſdem Donatariis per medium fœmininum procedentis, ad excluſionem fœminæ venientis ex ſubſtitutione feminarum in defectu *lineæ maſculinæ* demandata. *Lineæ maſculinæ* nomine quando *lineæ qualitatis* intelligatur? Maſculorum ex fœminis vocatio in ſuperiori parte diſpoſitiva, non adimitur ſolâ Maſculorum ex Maſculis mentione in prohibitiva, & conditionali parte.

## VOTUM XXXIX.

1 *Subſtitutio fœminarum purificata dici nequit, exiſtente aliquo ex Maſculis prælativè vocatis.*

2 *Procedit, ſive ſit Maſculus ex Maſculo, ſive Maſculus ex fœmina; Intellige* ut num. 3. & ſeq.

3 *Appellatione nepotum, pronepotum, ac Deſcendentium ſimpliciter vocatorum veniunt æquè Maſculi ex Maſculis, ac Maſculi ex fœminis.*

4 *Ab hac regula receditur ex contraria Teſtatoris voluntate*, & num. 14.

*Intellige, ſi de ea apertiſſimè conſtet* num. 6.

*Procedit id maximè in diſpoſitione Collateralis, & quando Maſculus ex fœmina non concurrat cum Maſculo ex Maſculis* num. 7.

5 *A verborum proprietate diſcedere periculoſum eſt.*

8 *Vocatis Maſculis per lineam directam deſcendentibus, vocati cenſentur etiam qui deſcendunt per medium fœminarum*, & nu. 10.

Menoch. Conſ. 326. nu. 83. *contrarium ſentiens reprobatur* ibid., & nu. ſeqq.

*Ejuſdem opinio nunquam in Foro, aut Tribunalibus recepta fuit* num. 10.

9 *Deſcendentes ab eodem ſtipite, ſive ſint ex Maſculo, ſive ex fœmina, per lineam directam deſcendere dicuntur.*

12 *Appellatione* = lineæ Maſculinæ = *Maſculi dumtaxat ex Maſculis comprehenduntur.*

*Non rarò tamen linea maſculina accipitur pro linea qualitatis* num. 13., *& quando?* nu. 17. & ſeq.

13 Linea *qualitatis componitur ex Maſculis ſive per virilem, ſive per fœmineum ſexum deſcendentibus.*

15 *Poſterorum, ac Deſcendentium nomen ex propria ſignificatione omnes quoſcumque Maſculos ſive agnatos, ſive cognatos complectitur.*

16 *Verba ſecundùm Diſponentis voluntatem debent intelligi, etiamſi à naturali eorum ſignificatione recedendum eſſet.*

18 *Pars diſpoſitiva principalior in diſpoſitione eſt; pars verò conditionalis acceſſoria, & conſecutiva.*

*Alienationis autem probibitio in parte conditionali, ſolum actus firmitatem reſpicit* ibid. & num. 23.

19 *Pars conditionalis, & alienationis probibitio junctæ principali diſpoſitioni per particulam* = Ita quod =, *ab illa pendere dicuntur*, & num. 23.

20 *Particula* = Ita quod = *præcedentibus ſubſequentia conjungit., iſtaque ab illis dependere, connotat.*

21 *Pars conditionalis, & probibitiva, potiùs, quàm diſpoſitiva, impropriè eſt accipienda.*

22 *A parte diſpoſitiva reliquæ omnes partes declarari debent.*

24 *Maſ-*

Digitized by Google

24 Maſculis tum agnatis, tum cognatis in diſpoſitiva vocatis, alienationis prohibitio, & ſubſequens etiam conditionalis pars de utriſque intelligenda eſt.

25 Et clauſula = deficiente verò lineâ maſculinâ = debet eo caſu referri ad Deſcendentes maſculos tum agnatorum, tum cognatorum.

Præſertim, ſi ipſa alienationis prohibitio non in ſolos Maſculos directa ſit, & nu. 27.

Maximè autem, ſi deficiat agnationis contemplatio nu.28.

27 Implicantia nequit admitti in eadem clauſula, & periodo.

29 Ex fœminarum vocatione excluditur agnationis contemplatio.

30 Lineæ maſculinæ vocatio, deficiente agnationis contemplatione, prædilectionem Maſculorum tàm agnatorum, quàm cognatorum importat.

Subſtitutis præſertim fœminis proximioribus non heredi gravato, ſed ipſi Teſtatori num.32.

31 Linea maſculina exponitur pro ſexu maſculino, cum deficit agnationis contemplatio.

33 Teſtator, condito perpetuò fideicommiſſo, præſumendus non eſt, in defectu agnatorum voluiſſe fœminas collaterales, etiam ſibi proximiores admittere, ſuperſtite adhuc Maſculo de linea prædilecta.

34 Procedit, etiamſi à verborum proprietate deflecti aliquatenus deberet.

35 Fideicommiſſum in ipſo ferè initio intercidere, abſurdum eſt.

36 Agnatorum deficere lineam faciliùs eſt, quàm lineam Maſculorum tàm per Maſculos, quàm per fœminas deſcendentium.

37 Cognatorum vocatio facta in ſuperiori parte diſpoſitiva, adimi nequit ex Agnatorum dumtaxat mentione in prohibitiva, & conditionali parte.

38 Verba antecedentia, quando ex ſe certam ſignificationem, juriſque determinationem habent, per ſequentia non reſtringuntur.

39 Familiæ præcedens generica vocatio non reſtringitur familiæ effectivæ mentione ſubſequenter factâ.

40 Lineæ maſculinæ ſubſequens appellatio præcedentem genericam omnium Deſcendentium maſculorum vocationem non reſtringit.

41 Quando præſertim adeſt non in parte diſpoſitivà, ſed in prohibitiva, & conditionali.

42 Pars conditionalis, vel ratio prohibitioni adjecta, licèt alios caſus, & perſonas ultra expreſſas in diſpoſitiva contineat, iſtam non idcircò extendit.

43 Minùs verò illam alterat, quando reſtricta magis eſt.

44 Conditio, & prohibitio non fiunt propter ſe, ſed propter principalem diſpoſitionem.

45 Eamdemque deſtruere, aut alterare nequeunt.

46 Ratio conſervationis Bonorum ſi ſtet independenter à fideicommiſſo, dubium quandoque eſſe poteſt, an ampliare illud valeat.

47 Numquam tamen, an illud reſtringere, aut alterare.

48 In præcedenti parte diſpoſitiva mentione habità de Agnatis ſimul, & Cognatis, mentio dumtaxat Cognatorum facta in conditionali, & diſpoſitiva parte abſque dictione ulla taxativa, demonſtrativè potiùs, quàm taxativè ſtare cenſetur.

49 Subſequens expreſſio unius ex pluribus ſpeciebus ſub præcedenti genere comprehenſis, non cenſetur adjecta excluſivè ad alias ſpecies.

50 Præſertim, quando genus per verba diſpoſitiva, ſpecies autem expreſſa fuit per verba enunciativa à principali diſpoſitione dependentia.

51 Agnatorum dumtaxat mentio in conditionali, ac prohibitiva parte, quando Agnati ſimul, & Cognati fuerunt in diſpoſitiva expreſſi, operari ſolùm poteſt, ut Agnati in concurſu debeant præferri.

52 Non verò exeluſionem Cognatorum, ipſis Agnatis deficientibus.

53 Ad Maſculorum ex fœminis ſubſidiariam admiſſionem ſufficit illorum comprehenſio in diſpoſitiva parte ſub collectivo Maſculorum Deſcendentium nomine.

54 Succeſſorum vocatio nominibus, & verbis indifferentibus, ſuâpte naturâ nedum Maſculos, ſed etiam fœminas comprehendit, & num.58.

55 Secus, ſi Teſtator in voto habuit familiæ, & agnationis conſervationem.

56 Quod intellige, ut, exiſtentibus dumtaxat Maſculis, fœminæ excluſæ cenſeantur.

57 Fœminæ ſub vocatione ſucceſſorum facta verbis indifferentibus, veniunt quaſi per poſteriùs vocatæ, & Maſculis vulgariter ſubſtitutæ.

58 Ad fideicommiſſum in parte diſpoſitiva vocatis tàm Maſculis, quàm fœminis, iſtarum excluſionem operari nequit ratio conſervationis Bonorum ſubindè adjecta in parte prohibitiva.

59 Procedit, etiam quando ad Maſculos hæc ſit reſtricta.

60 Subſequens expreſſio certæ perſonæ contentæ in præcedenti collectiva vocatione, ejus dumtaxat prælationem operatur in concurſu aliorum vocatorum.

61 Non verò iſtorum excluſionem etiam in illius defectu.

62 Fœminis poſt Maſculos vocatis, eò faciliùs Maſculi ex fœminis cenſentur in ſubſidium admiſſi.

Comes

Comes Octavius Baldi.

Antoniottus Benedictus Ambroſius.

Octavius Philippus Laura Cleria Petrus Franciſcus.

Blanca Catharina R.P.D. Guido Ponti.

ANTONIOTTUS Baldi Eques Hieroſolymitanus, impetratâ à Magno Magiſtro opportunâ facultate diſponendi de Bonis ſuis, anno 1635. omnia, & quæcumque Bona patrimonialia tàm hereditario, & ſucceſſionis, quàm alio quocumque jure ad eum ſpectantia, & pertinentia, ſeù quæ ſpectare, & pertinere quoquomodo ad eum poſſent uſque ad diem ſui obitus, donavit causâ mortis Benedicto, & Ambroſio ejus germanis fratribus, ſub infraſcripto tamen vinculo, & fideicommiſſo, videlicet = *quod Bona prædicta ſupra donata, ſint, & eſſe debeant ipſorum DD. Benedicti, & Ambroſii, ſuorumque filiorum, nepotum, pronepotum, ac poſterorum maſculorum legitimorum, & naturalium ab eiſdem DD. Benedicto, & Ambroſio per directam lineam legitimè deſcendentium, in perpetuum ordine ſucceſſivo; ità quod Bona hujuſmodi nullo umquam futuro tempore poſſint à prænominatis DD. Benedicto, & Ambroſio, eorumque Deſcendentibus, ut ſupra, vendi, alienari, aut alio quocumque titulo in alienas perſonas transferri, ſed in eorum familia, & linea maſculina, legitima tamen, & naturali, ſemper, & perpetuò conſervari debere: deficiente verò lineâ maſculinâ prædictâ legitimâ, & naturali dicti DD. Benedicti, & Ambroſii, Bona ipſa integra, & indiminuta perveniant, & pervenire debeant ad fœminas propinquiores, & ad ſtrictiores in gradu conſanguinitatis ejuſdem D. Commendatarii Fr. Antoniotti Donatoris, juxtà regulam ſucceſſionis ab inteſtato, & non aliter, nec alio modo* =.

Ex dictis duobus primis Donatariis ſolus Benedictus Uxorem duxit, & Liberos reliquit, Octavium videlicet, Philippum, & Petrum Franciſcum maſculos, Lauramque, & Cleriam fœminas: Et Octavius quidem, ſicuti primò natus, itâ etiam primus omnium abſque Liberis fato ceſſit: deindè mortuus eſt Philippus, D. Blancâ Catharinâ unicâ filiâ ſuperſtite: tertio loco in humanis eſſe deſiit Laura pariter ſinè filiis, & quartò defuncta eſt Cleria, cui tamen ſuperſtes fuit unicus filius R.P.D. Guido Ponti: cum autem noviſſimo loco diem quoque ſuum ſinè Liberis objerit Petrus Franciſcus ultimus ex filiis maſculis memorati Benedicti; quæſitum eſt, ex lege ſupradictæ donationis quinam ſuccedere debeat in Bonis ſub eadem donatione comprehenſis?

Et videtur probabiliter admodum ſuſtineri poſſe, quod integra ſucceſſio in dictis Bonis, excluſâ penitùs D. Blancâ Catharinâ, R.P.D. Guidoni debeatur: cum enim Antoniottus Donator poſt Ambroſium, & Benedictum ejus fratres perpetui fideicommiſſi ordine vocaverit filios, nepotes, pronepotes, ac poſteros maſculos legitimos, & naturales ab eiſdem Benedicto, & Ambroſio per directam lineam deſcendentes, jure ſuo videtur R. P. D. Guido, conſumpto jam 1 gradu filiorum, ad integram ſucceſſionem adſpirare poſſe: cum enim ipſe ſit Maſculus in gradu nepotum à primis Donatariis per rectam lineam deſcendens, impedit idcircò purificationem poſtremæ ſubſtitutionis favore fœminarum ordinatæ, cui locus eſſe nequit, quamdiù adeſt aliquis ex Maſculis in præcedenti ſubſtitutionis gradu prælativè vocatis, *leg. 3., & leg. quamdiù 68. ff. de acquir. heredit., Rot. deciſ. 151. num. 1., & ſeqq. part. 3., & deciſ. 524. num. 15. part. 18. rec., & in Reatina Primogenituræ de nobilibus 19. Junii 1719. §. Neque verò cor. Rmo Criſpo, & 9. Junii 1721. §. Porrò cor. Rmo Lancetta Decano.*

Nec obeſſe poteſt, quod R.P.D. Guido à Benedicto deſcendat per medium fœminæ, vide- 2 licet Cleriæ ejus Matris prædefunctæ; nam, quoties, ut in caſu, vocati ſimpliciter fuerunt nepotes, pronepotes, poſteri, ac Deſcendentes maſculi, receptiſſima ſententia eſt, juxtà propriam, & naturalem verborum ſignificationem vocatos, comprehenſoſque cenſeri nedum Maſculos, qui per Maſculos, ſed etiam Maſculos, 3 qui per fœminam à deſignato ſtipite deſcendant, cum utrovis medio deſcendant ſive maſculino, ſive fœminino, æquè in utriſque verum ſit, & quod ſint Maſculi, & quod ſint à tali perſona, ſeù ſtipite deſcendentes, juxtâ celebre conſilium *Fulgoſii l. 85.*, quod, ultrâ Doctores longâ ſerie cumulatos per *Fuſar. de ſubſt. qu. 325. nu. 3., Peregr. de Fideicomm. art. 26. num. 1., & ſeqq.*, conſtanter ſequitur *Sacra Rota, ut in deciſ. 885. coram Cerro nu. 2., & coram Priol. deciſ. 283. num. 1., & in Aquipenden., ſeù Montis Faliſci Fideicommiſſi 11. Maii 1705. §. Quorum coram clar. mem. Cardin. Caprara, & in Avenionen., ſeù Carpentoracten. Fideicommiſſi de Tertullis 2. Decembris ejuſdem anni §. Nam iterùm coram bon. mem. Moliner, & in Peruſina Fideicommiſſi 1713. §. Ulteriuſque, confirmata 8. Aprilis 1715. coram R. P.D. Fal-*

*P. D. Falconerio , & in Romana prætenſæ Im-*
*miſſionis 13. Maii 1720. §. Quæ ſane coram R. P.*
*D. de Gamaches , & in dicta Reatina Primoge-*
*nituræ de Nobilibus 9. Junii 1721. §. Vocatio*
*cor. Rmo Lancetta Decano .*

Et quamvis ab hac regula , & communi tra-
4 ditione recedatur , ſi aliundè conſtet , appella-
tione Deſcendentium maſculorum Teſtatorem
ſenſiſſe de ſolis Maſculis per medium Maſculo-
rum deſcendentibus : nihilominus tamen , quia
5 periculoſum ſemper eſt per ſubtiles interpreta-
tiones à verborum proprietate diſcedere, *leg non*
*aliter 67. ff. de legat. 3. , cum aliis in Vaden. Ca-*
*nonicatus 19. Junii 1705. §. Tantum coram bon.*
*mem. Molines* : hinc fit , quod , niſi de contra-
ria hujuſmodi voluntate Diſponentis , ex ver-
6 bis , & tenore ipſius diſpoſitionis apertiſſimè li-
queat ; & illud quoque communiter receptum
ſit , ut numquam cenſeatur Maſculos fœmina-
rum excluſiſſe is , qui poſteros , & Deſcenden-
tes maſculos ſimpliciter vocavit,ut notavit idem
*Fulgoſ. dict. conſ. 85. num. 2. in fin. , Rot. deciſ.*
*638. num. 4. part. 18. rec. , & in dict. Aquipen-*
*den. , ſeù Montis Faliſci Fideicommiſſi §. Et licèt*
*coram clar. mem. Card. Caprara , & in dict. Pe-*
*ruſina Fideicommiſſi §. Ulterinſque, & §. Sic igi-*
*tur coram R. P. D. Falconerio , & in Fanen. Fi-*
*deicommiſſi 6. Maii 1716. §. Hinc momenti , &*
*ſeq. coram bon. mem. Anſaldo , & in dicta Reati-*
*na Primogenituræ de Nobilibus §. Utrumque co-*
*ram Rmo Lancetta* ; Si prætertim agatur , ut in
7 præſenti , de diſpoſitione Collateralis , & Maſ-
culus ex fœmina non concurrat cum Maſculo ex
Maſculis , ut benè proſequitur *Rot. in dict. A-*
*quipenden. eodem §. Et licèt coram clar. mem.*
*Cardin. Caprara , & in dicta Romana præten-*
*ſæ Immiſſionis §. Quæ ſanè coram R. P. D. de*
*Gamaches .*

Ad has itaque regulas redigendo , & juxtâ
eas accurate , & diligenter expendendo conte-
xtum , & verba , quibus donatio concepta fuit,
nil profectò urgere poſſe videtur , quod An-
toniottus Donator eos tantùm Maſculos vocave-
rit , qui à Benedicto , & Ambroſio per *directam*
*lineam* deſcenderent , nam , quamvis *Menoch.*
8 *conſ. 326. num. 83.* , in ea fuerit ſententia , ut ,
vocatis Maſculis per *lineam directam* deſcenden-
tibus , excluſi videantur illi , qui per medium
fœminarum deſcendunt : ejus tamen opinio ne-
que illi innitur probabili rationi , cum tàm ii ,
qui per medium Maſculorum , quàm , qui per
medium fœminarum ab eodem ſtipite deſcen-
9 dunt , per lineam directam , & minimè tranſ-
verſam deſcendere dicantur , ut contra eumdem
*Menoch.* benè advertit *Cardin. de Luca de fidei-*
*commiſ. diſc. 27. num. 8. , Torr. de Primogenitur.*
*Ital. lib. 1. cap. 38. num. 409.* , neque inſuper in
10 Foro , aut in Tribunalibus umquam recepta
fuit ; cum immò ex hoc ipſo , quod quis voca-
verit Deſcendentes maſculos per lineam dire-
ctam , ſeù de vera linea , intelligi vocatos etiam
Deſcendentes per medium fœminarum , ex quo
11 & iſti ab eodem puncto , ſeù ſtipite verè , & di-
rectè profluunt , late firmavit *Rota in dicta Ro-*
*mana prætenſæ Immiſſionis 13. Maii 1720. §. Quæ*
*ſane , & §. Objectio coram R. P. D. de Gama-*
*ches .*

Gravior fortè difficultas inſurgere poſſet ex il-
lis aliis ſubſequentibus verbis = *itá quod Bona hu-*
*juſmodi nullo umquam futuro tempore poſſint à*
*prænominatis DD. Benedicto , & Ambroſio , eo-*
*rumque Deſcendentibus , ut ſupra , vendi , alie-*
*nari , aut alio quocumque titulo in alienas perſo-*
*nas transferri , ſed in eorum familia , & linea*
*maſculina , legitima tamen &c. , ſemper , & per-*
*petuò conſervari debeant : deficiente verò lineá*
*maſculiná prædictá &c.* =videtur enim hac poſtre-
ma diſpoſitionis parte declarari , quod Donator ,
cum ſupra de Maſculis deſcendentibus ſermo-
nem habuit , ad ſolos Maſculos ex Maſculis reſ- 12
pexerit , dum , poſt expoſitam eorum vocatio-
nem , ſtatim addidit , ſe velle , Bona donata
ſemper , & perpetuò conſervari in eorum fami-
lia , & linea maſculina , & in conditione pari-
ter poſuit eamdem lineam maſculinam , cujus
appellatione certum eſt , Maſculos dumtaxat ex
Maſculis contineri .

Sed huic quoque objectioni non incongruâ
occurri poteſt reſponſione : quamvis enim ap-
pellatione lineæ maſculinæ , propriè , & rigo-
roſè loquendo , ii ſolùm Maſculi contineri ſo-
leant , qui ab aliis Maſculis per virilem ſexum ,
ſinè ulla fœminarum intermixtione immediatè
deſcendunt : non raró tamen accipitur etiam , 13
& uſurpatur prò linea qualitatis compoſita ex
Maſculis , ſive per virilem , ſive per fœmineum
ſexum deſcendentibus , ductâ ſcilicet lineâ de
uno in alium habentem qualitatem maſculinita-
tis , ut benè obſervant *Ruin. conſ. 149. num. 11.*
*lib. 2. , Bero conſ. 77. ſub num. 16. pariter lib. 2. ,*
*Menoch. conſ. 205. num. 30. lib. 3. , Anton. Bel-*
*lon. conſ. 71. num. 34. , Altograd. jun. contr. 68.*
*num. 33. , & ſeq. lib. 2. , Roxas de incompatibil.*
*part. 1. cap. 6. §. 22. num. 318. , Cutell. deciſ. 26.*
*part. 2. & nu. 21. , & præſertim num. 40. , Munſ.*
*conſult. 137. ſub num. 1.*

Prætereâ , quamvis appellatione poſterorum 14
ac Deſcendentium maſculorum ſoli Agnati , &
per Maſculos deſcendentes contineri poſſint , ſi
hæc fuerit voluntas Diſponentis , id tamen eo
caſu non provenit , ex quo appellatio , & no-
men Deſcendentium maſculorum , ſit per ſe re-
ſtrictum ad certam Maſculorum ſpeciem ; cum
immò illud ſecundùm propriam , & naturalem 15
verbi ſignificationem omnes quoſcumque Maſ-
culos , ſive agnatos , ſive cognatos indiſtinctè
complectatur , ut præceteris dixit *Rota deciſ.*
*402. num. 27. , & 28. part. 9. recent. , & coram*
*Priolo dec. 283. nu. 1. , & in Bononien. Fideicom-*
*miſſi Annibalis de Elephantutiis 25. Junii 1708.*
*§. Quodque coram bon. mem. Anſaldo* , ubi plu-
res concordantes ; ſed unicè provenit ex eo ,
quia itâ fuiſſe ſupponitur voluntas Diſponentis , 16
ſecundùm quam verba intelligi debent , etiamſi
à propria , & naturali eorum ſignificatione rece-
dere oporteat , *dict. leg. non aliter §. Primo ff. de*
*legat.*

Digitized by Google

*legat.3., leg. Sed Celſus §. Primo, & ibi Gloſs. verb. ſequendum ff. de contrahend. emption., Menoch. conſ.97. nu. 44., Mantic. de conject. ultim. volunt. lib.3. num.9., & cum aliis Rota coram ſan. mem. Alexandro VIII. deciſ. 254. num. 15., & 16.*

His itaque poſitis, tota difficultas, & quæ-
ſtio in eo vertitur, utrum in præſenti caſu mi-
nùs propriè, minùſque rigoroſe accipiendum ſit
17 nomen *lineæ* maſculinæ, ut videlicet per eam
ſignificetur linea ſimplicis qualitatis compoſita
ex omnibus indiſtinctè Maſculis tàm per Maſcu-
los, quàm per fœminas deſcendentibus, vel po-
tiùs impropriè, & contrà naturalem verbi ſigni-
ficationem appellatio, & nomen Deſcenden-
tium maſculorum ità reſtringi debeat, ut ſub eo
ſoli Maſculi contineantur, qui per Maſculos de-
ſcendunt: In hac autem quæſtione ſi ad inte-
grum donationis contextum, ſi ad circumſtan-
tias omnes, & magis veriſimilem Donatoris
voluntatem animus convertatur, unuſquiſque
ſibi facilè ſuaſerit, potiùs lineæ maſculinæ,
quàm nomen Deſcendentium maſculorum im-
propriè accipiendum eſſe. Illud enim in primis
advertendum eſt, mentionem lineæ maſculinæ
non fuiſſe habitam in parte diſpoſitiva, & ma-
gis principali, in qua Donator ex profeſſo egit
de iis, quos ad ſuorum Bonorum ſucceſſionem
vocatos eſſe, voluit, ſed habitam ſolummodo
fuiſſe in alia parte, in qua Benedicto, & Am-
broſio, eorumque Deſcendentibus maſculis jam
ſuprà expreſsè vocatis interdicta fuit eorumdem
Bonorum alienatio in Extraneos, & ſubindè in
parte conditionali poſita ad excluſionem fœmi-
narum poſtremo, & ultimo loco ſubſtituta-
rum?

Cùm igitur pars diſpoſitiva, in qua Donator
18 uſus fuit generali, & promiſcuo nomine De-
ſcendentium maſculorum, ſit pars magis prin-
cipalis, prohibitio verò alienationis, & pars
conditionalis ſint partes acceſſoriæ dependentes,
& conſecutivæ, quæ non aliò tendunt, niſi ut ip-
ſa principalis diſpoſitio effectum ſuum certiùs,
& efficaciùs obtineat, *Rotæ coram Seraphin. de-
ciſ. 883. num. 5. & 6., & coram Celſ. deciſ. 228.*
19 *num.19.*, & de facto junctæ fuerunt cum prin-
cipali diſpoſitione, mediante particulâ illativâ
= *ita quod* =, quæ ita conjungit præcedentia cum
ſubſequentibus, ut clarè appareat, iſta ab illis
20 dependere, ut benè proſequitur *Rota dict. deciſ.
883. num. 7. coram Seraphin.*, Indè ſequitur,
quod, quatenus neceſſe ſit, alterutram ex di-
21 ctis partibus impropriè accipi, potius impropriè
accipienda eſt pars prohibitiva, & conditiona-
lis, quàm ipſa principalis diſpoſitio; hæc enim
ſemper prima eſt in intentione Diſponentis, &
22 ideò juxtà illam reliquæ omnes partes intelligi,
& conciliari debent, non verò illa ad terminos
reliquarum reſtringi, aut aptari, *Natt. conſ.
582. num.8., Rota coram Royas deciſ. 91. num.
11., & coram Dunozet. Jun. deciſ.760. num.3.,
& in recent. deciſ. 00. num.21. part. 1., & in
Faventina Fideicommiſſi coram Pamphil. impreſſ.
poſt Peregrin. deciſ. Patavin. 134. num. 28., &*
30., ubi, quod prohibitio alienationis cenſetur 23
adjecta, retento eodem themate præcedentium
ſubſtitutionum, & ad majus robur earum, &
ideò ſemper eſt juxta illas regulanda; quamob-
rem, cum in parte principali, & diſpoſitiva Do- 24
nator vocaverit omnes indiſtinctè Maſculos non
ſolum agnatos, ſed etiam cognatos à Benedicto,
& Ambroſio primis Donatariis deſcendentes,
uſuſque in id fuerit verbis promiſcuis, utrum-
que Maſculorum genus æquo modo ſignificanti-
bus, acceſſoria quoque alienationis prohibitio,
& ſubſequens pars conditionalis non in gratiam
dumtaxat Maſculorum agnatorum, ſed in gra-
tiam quoque Cognatorum facta cenſeri debet,
itaut clauſula illa = *ſed in eorum familia, & li-
nea maſculinâ* = & infrà = *deficiente verò lineâ* 25
*maſculina* = perindè accipienda ſit, ac ſi dictum
fuiſſet = *in eorum familia, & Deſcendentibus
maſculis* =, & infrà = *deficientibus verò Maſculis
prædictis* = ut in conſimili caſu *Beroiſ. conſ. 77.
num.16. lib.2., Mauſ. conſult. 487. num.1. & 2.,
cum aliis in dicta Aquipenden, ſeu Montis Fali-
ſci Fideicommiſſi 11. Maii 1705. §. Miniſtris
coram clar. mem. Card. Caprara, & in dicta Pe-
ruſina Fideicommiſſi 8. Aprilis 1715. §. Ad faci-
liorem cor. Falconerio.*

Certiùs etiam, quia neque ipſa prohibitio
alienationis directa fuit in ſolos Maſculos agna- 26
tos, ſed Bona donata diſtrahere in perſonas ex-
traneas ultra Benedictum, & Ambroſium pro-
hibiti generaliter fuerunt omnes eorum Deſcen-
dentes maſculi, ibi = *ità quod Bona hujuſmodi
nullo umquam futuro tempore poſſint à prænomina-
tis DD. Benedicto, & Ambroſio, eorumque De-
ſcendentibus, ut ſupra, vendi, alienari &c.* =;
unde, ut hæc pars prohibitiva ſecum ipſa conve-
niat, neceſſariò concludendum eſt, quod Do-
nator in illis ſubſequentibus verbis = *ſed in eorum
familia, & linea maſculina ſemper, & perpetuò
conſervari* = non de ſolis Agnatis ſenſerit, ſed de
omnibus Maſculis etiam cognatis, in quos pro-
hibitio directa fuit, nè aliàs in eadem clauſula, 27
& periodo admittatur implicantia, aut correctio
voluntatis, ad *Textum in leg. ubi pugnantia ff. de
regul. Jur., Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 622. n. 14.,
& ſeqq., Rot. deciſ. 150. num. 16., & 17., poſt
Pacific. de Salvian., & in Romana Dotis 15.
Martii 1695. impreſſ. ad Theatr. Card. de Luc.
deciſ. 25. num. 12. tom. 1., & cor. bon. mem. An-
ſaldo deciſ. 22. num. 7., & in ſpecie caſus noſtri
Mauſ. d. conſult. 487. num. 11.*

Ad hæc additur, quod Antoniottus Donator
nullam omninò habuit conſervandæ agnationis 28
ſollicitudinem, quinimmò adeò alienus fuit ab
hujuſmodi contemplatione, ut fœminas quoque
diſertis, expreſſiſque verbis vocaverit, & non
ſolùm agnatas, ſed eas etiam, quæ ſibi quoquo
modo ſanguine conjunctæ eſſent, ut habetur ex
ultimo gradu ſubſtitutionum, in quo, Maſculis
deficientibus, juſſit, Bona ipſa donata pervenire
= *ad fœminas propinquiores, & ad ſtrictiores in
gradu conſanguinitatis ejuſdem Commendatarii
fr. Antoniotti Donatoris* =; ſicuti igitur ex ad- 29
miſſione hujuſmodi fœminarum certò colligi-
mus,

mus, nullam à Donatore in ejus diſpoſitione
habitam fuiſſe agnationis rationem, *Palm. rep.
alleg.92. num. 36. tom. 1., Rot. coram Royas dec.
72. num. 8., & in rec. deciſ. 425. num. 7., & 8.
part. 9., & deciſ.211. num.8. part. 14., & in Bo-
nonien. Fideicommiſſi de Ghiſellis deciſ.13. n.4.,
& in Viterbien., ſeù Balneoregien. Succeſſionis
ad ornat. clar.mem. Card. de Luc. deciſ. 21. nu. 5.
lib.10.*, ità etiam conſequenter concludi opor-
tet, quod, dum idem Donator Maſculos voca-
vit, & lineæ maſculinæ mentionem fecit, eos
30 tantum prædilexerit, qui eſſent maſculini ſe-
xus in linea Deſcendentium, minimè autem
curaverit, an ſibi, & primis Donatariis agnatio-
nis, vel cognationis jure conjungerentur, ut, plu-
ribus relatis concordantibus, firmavit *Rota de-
ciſ. 402. num.25. cum ſeqq. part.9. tom.2. rec., &
coram Cerro deciſ. 682. num. 1., & in Romana
Juriſpatronatus 3. Julii 1705. §. Tantò magis co-
ram bon. mem. Molines, & in d. Bononien. Fidei-
commiſſi Annibalis de Elephantutiis 25. Junii
1708. §. Eò efficaciùs cor. bon. mem. Anſaldo*, &
magis in puncto, quod, quando vocatæ fuerant
31 fœminæ, & deficit contemplatio rigoroſæ agna-
tionis, linea maſculina exponitur pro ſexu ma-
ſculino, admiſit *Rot. deciſ. 493. à num.12. uſque
ad 17. coram Bich.*

Denique in hunc ſenſum conducit & illa alia
notabilis animadverſio, quod nempè Donator,
deficiente lineâ maſculinâ prædictâ, ſtatim fœ-
minas ſubſtituit, & quidem ſibi, non ultimo
32 gravato proximiores, & tamen enixè quoque
voluit, ut fideicommiſſum eſſet in longiſſimum,
& perpetuum tempus, inter Deſcendentes ma-
ſculos ejus fratrum etiam ultrà pronepotes, &
abnepotes duraturum; at verò, ſi linea maſculi-
na, quæ in parte prohibitiva, & ſubinde in con-
ditione poſita fuit, intelligeretur de linea dum-
taxat Deſcendentium agnatorum, duo ſequeren-
33 tur contra veriſimilem Diſponentis voluntatem;
alterum videlicet, quod, Agnatis deficientibus,
fideicommiſſum tranſire poſſet ad fœminas etiam
collaterales, dummodò proximiores Donatori,
quamquam ſuperſtes eſſet aliquis ex Deſcenden-
tibus maſculis de linea prædilecta primorum
34 Donatariorum, quod ſanè abſurdum, etiamſi à
proprietate verborum deflecti aliquatenus debe-
ret, omninò vitandum eſt, *Rot. cor. Cerro deciſ.
885. num. 16., & in rec. deciſ. 30. num. 15., &
deciſ.123. num.9., & ſeqq. part.14., & dec.123.
num.20., & ſeqq. part.16., & deciſ.95. num. 5.,
& 23. part.17., cum aliis in Bononien. Fideicom-
miſſi de Ballattinis ad ornat. Card. de Luc. lib.10.
deciſ.14. num.5., & ſeqq., & in d. Aquipenden.
ſeù Montis Faliſci Fideicommiſſi §. Tertiò confert
cor. clar.mem. Card. Caprara*: & alterum, quod
35 idem fideicommiſſum in ipſo ferè initio interci-
dere, & expirare poſſet, prout de facto hodie,
defectis jam omnibus Agnatis, expiraret, juxtà
ſenſum contrarium, in fœmina ſubſtituta, cum
facilius longè ſit, Agnatorum lineam deficere,
36 quàm lineam Maſculorum tàm per Maſculos,
quàm per fœminas deſcendentium, ut benè ad
rem ponderavit *Rot. ad ornat. Card. de Luc. de-
ciſ.1. num.18. lib.10., & in Romana, ſeù Intera-
mnen. Fideicommiſſi 14. Maii 1714. §. Baſis cor.
bon. mem. Anſaldo, & 1. Aprilis 1715. §. Cum-
que verò cor. R.P.D. Cerro, & in Fanen. Fidei-
commiſſi 6. Maii 1716. §. In hunc ſenſum coram
Anſaldo.*

Spectatâ igitur veriſimili Donatoris volunta-
te, & univerſo donationis contextu, non incon-
gruè ſuſtineri poteſt, nomen lineæ maſculinæ,
tàm in parte prohibitiva, quàm in conditionali
uſurpatum fuiſſe in mitiori ſenſu pro linea qua-
litatis compoſita ex omnibus indiſtinctè Maſcu-
lis ſive per virilem, ſive per fœmineum ſexum
à primis Donatariis rectè deſcendentibus: ſed,
utcumque admitti vellet, lineam maſculinam
acceptam ibi fuiſſe in ſtrictiori, & magis rigoro-
ſa ſignificatione pro linea Maſculorum ab aliis
Maſculis per virilem ſexum, ſinè ulla interru-
ptione deſcendentium, non ideò tamen ſequere-
tur, quod excluſi eſſent à ſucceſſione Maſculi
per fœminas deſcendentes: poſito enim, ut ſu-
pra probatum fuit, quod etiam Maſculi deſcen- 37
dentes ex fœminis comprehenſi fuerint in parte
diſpoſitiva ſub nomine poſterorum, ac Deſcen-
dentium maſculorum, & quidem non ex tacita,
& interpretativa Diſponentis voluntate, ſed ex
propria, & naturali verborum ſignificatione;
Ex eo tamen, quod poſteà Donator in parte pro-
hibitiva, & conditionali de ſolis Agnatis men-
tionem fecerit, adimi nequit Cognatis ſubſtan-
tia vocationis jam eorum favore radicatæ in ſu-
periori parte diſpoſitiva: quando enim verba
antecedentia certam, & propriam ſignificatio-
nem, Juriſque determinationem per ſe habent, 38
tunc per ſequentia non reſtringuntur, neque de-
clarantur, ut benè in ſimili probat *Altograd.
conſ.35. num.85., & ſeqq. lib.2.*, ubi, quod, ſi
Teſtator in antecedenti diſpoſitione vocavit in 39
genere familiam, quamvis poſteà in ſubſequenti-
bus verbis de ſola effectiva mentionem fecerit;
nihilominùs præcedens vocatio ad ſolam effecti-
vam minimè reſtringitur, & magis præcisè ad
rem noſtram *Beronſ. conſ. 77. num. 16. lib. 2.,
Manſ. conſult. 487. num. 2.*, ubi, quod mentio
poſtea facta lineæ maſculinæ non reſtringit præ- 40
cedentem diſpoſitionem, in qua ſimpliciter, &
indiſtinctè vocati fuerant omnes Deſcendentes
maſculi.

Eòque magis in præſenti caſu, in quo mentio
lineæ maſculinæ non fuit habita in eadem parte 41
diſpoſitiva, ſed ſolùm in ratione adjecta prohibi-
tioni alienationis, & in ſubſequenti parte condi-
tionali: ſicuti enim, cum pars conditionalis,
aut ratio ſuperaddita prohibitioni alienationis, 42
quæ ſtet acceſſoriè, & dependenter à principali
diſpoſitione, licèt magis latè pateat, alioſque
caſus, & perſonas contineat, quàm quæ in parte
diſpoſitiva comprehenſæ fuerunt; non idcircò
tamen ex hoc inducitur diſpoſitio, aut extendi-
tur fideicommiſſum ultrà perſonas in diſpoſitio- 43
ne contentas, juxtà communem opinionem, de
qua *Dec. conſ.636. per tot.*, & latè poſt alios an-
tiquiores *Rot. cor. Celſ. deciſ.228. per tot., & co-
ram Dunoz. jun. deciſ.777. num.9., & in Romana*

*Fi-*

*Fideicommiſſi de Goris 9. Maii* 1711. *§. Idque non obſtantibus cor. bon.mem. Anſaldo, & in Imolen. Fideicommiſſi* 10. *Maii* 1717. *§. Abſque eo quod cor. R.P.D. Cairo*; ità quoque, & multò fortius in caſu converſo, cum pars conditionalis, aut ratio prohibitioni adjecta minùs latè patet, quàm pars diſpoſitiva, non debet inducere novam diſpoſitionem, neque adimere ſubſtantiam vocationis à perſonis in diſpoſitione com-
44 prehenſis: urget enim in utroque caſu ea validiſſima ratio, quod conditio, & prohibitio non fiunt propter ſe, ſed propter principalem diſpo-
45 ſitionem, & ut iſta effectum ſuum magis efficaciter ſortiatur, unde deſtruere, alterare, aut immutare non valent ipſam principalem diſpoſitionem, in cujus gratiam, & propter quam factæ cenſentur, ut advertunt omnes Doctores, & *Deciſiones* ſupra laudatæ, & præſertim d.*deciſio* 228. *cor. Celſo*, quæ in hac materia reputatur magiſtralis, & præcisè ad rem noſtram concludit *Rota in d. Aquipenden., ſeù Montis Faliſci Fideicommiſſi §. Minùs vis coram bon. mem. Caprara, & in d. Peruſina Fideicommiſſi §. Ad faciliorem cum duobus ſeqq. coram Falconerio*; immò,
46 quamvis quandoque dubitari poſſit, utrum ratio conſervationis Bonorum in familia ſuperaddita prohibitioni alienationis, novum fideicommiſſum inducat, ſeù illud per ſe magis reſtrictum ampliet ad perſonas ſub d. ratione comprehenſas, quando nempè talis ratio non ſtat acceſſoriè, ſed independenter ab ipſo fideicommiſſo, ex adductis in ſpecie per *Rot. in d. Imolen. Fideicommiſſi coram R.P.D. Corio*; numquam tamen
47 hactenus dubitatum fuit, & multò minùs in jure cautum reperitur, quod d. ratio prohibitioni adjecta, præcedens fideicommiſſum diſpoſitivum, & expreſſum reſtringat, aut corrigat, ut doctè, & profundè advertit *Card. de Luc. de Fideicom. diſc.*168. *num.*4. *verſ. hoc igitur poſito*.

Illud etiam omitti non debet, quod mentioni lineæ maſculinæ neque in parte prohibitiva,
48 neque in parte conditionali ulla ſuperaddita fuit particula, aut dictio taxativa; inde enim ſequitur, quod, dum in præcedenti parte diſpoſitiva Antoniottus Donator ſub generali, & collectivo nomine poſterorum, ac Deſcendentium maſculorum utramque Maſculorum ſpeciem complexus fuerat, Agnatorum videlicet, & Cognatorum, ſi poſtea in parte prohibitiva, & conditionali unam ſolummodò ex eis, ideſt Agnatorum ſpeciem expreſſit, videri debet id feciſſe demonſtrativè potiùs, quàm taxativè, & animo reſtringendi præcedentem generalem vocatio-
49 nem, cum de jure ſubſequens expreſſio, ſeù enumeratio unius ex pluribus ſpeciebus rerum, vel perſonarum ſub præcedenti genere jam comprehenſis, non cenſeatur adjecta excluſivè ad alias ſpecies ſub eodem genere contentas, ſeù ad minuendam latitudinem ipſius generis, ſed ſolùm gratià exempli, & majoris demonſtrationis, juxta *Text. in leg. quæſitum* 12. *§. final. in 1. reſponſ. ff. de fund. inſtruct.*, quo, in propoſito, utitur *Bellon. de Jur. accreſc. cap.*5. *quæſt.*35. *nu.* 37., *& ſeqq.*, *Rot. deciſ.* 261. *num.*2. *part.*2. *diverſ.*, *& coram Ludoviſ. deciſ.* 257. *num.* 9., *& ibi Adden. num.* 13., *& coram Emerix jun. dec.* 1272. *num.* 8., ubi concordantes, & magis in puncto *Manſ. conſult.* 482. *num.* 35., *& conſult.*
487. *num.*2.; præſertim verò, quando, ut in ca- 50
ſu noſtro, genus per verba diſpoſitiva, ſpecies autem expreſſa fuit per verba enunciativa, & dependentia ab ipſa principali diſpoſitione, juxtà alium *Text. in leg. Titia §. Lucius Titius relictis ff. de legat.* 2., *& declarat Bartol. in dicta leg. quæſitum §. final. num.* 15. *verſ. ſi verò unum poneretur diſpoſitivè ff. de fund. inſtruct.*, *Surd. conſ.* 352. *num.*13., *& num.*17. *lib.* 3.

Verumtamen, quando etiam vis aliqua tribuenda videatur d. ſubſequenti expreſſioni lineæ maſculinæ, ſeù Maſculorum per Maſculos deſcendentium à Donatore, ut ſupra, factæ in parte prohibitiva, & conditionali, ut eadem conſonet
veriſſimili menti Diſponentis, tenori diſpoſitio- 51
nis, & Juris rationi, efficere ſolummodò poterit, quod præſumenda ſit major quædam erga illos dilectio, ità quidem, ut illi, qui ſic specialiter nominati fuerunt, præferri debeant in concurſu ceteris Maſculis ſub generali collectiva diſpoſitione præcedenter comprehenſis: at non
etiam operari valebit, quod, illis, ut in caſu, 52
deficientibus, Maſculi ex fœminis cenſeantur excluſi, cum pro eorum admiſſione, ſubſidiariâ ſaltem, & per poſteriùs exuberet, quod ex proprietate verborum in parte diſpoſitiva conti-
neantur ſub generali, & collectivo nomine De- 53
ſcendentium maſculorum, ut benè firmant *Roxas de incompatibil. part.* 1. *cap.* 6. *num.*322., *& ſeqq.*, *Rot. in Avenionen., ſeù Carpentoratten. Fideicommiſſi de Tertullis* 5. *Julii* 1705. *§. Nec ex quo coram bon. mem. Caffarello, & in Interamnen. Juriſpatronatus* 22. *Martii* 1706. *§. Demum cor. Emo D. Card. Scotto, & in d. Faventina Fideicommiſſi* 6. *Maii* 1716. *§. final. cor. bo.me. Anſaldo, & in d. Romana prætenſa Immiſſionis* 13. *Maii* 1720. *§. Verùm in fin. cor. R.P.D. de Gamaches*.

Illâ non abſimili ratione, & modo, quo, quum
Teſtator in aliqua teſtamenti parte pro vocatione 54
ſucceſſorum uſus eſt nominibus, & verbis indifferentibus, quæ ſuâpte naturâ, & ex propria ſignificatione tàm Maſculos, quàm fœminas contineant, ſi alioquin ex toto contextu appareat
habuiſſe in voto familiæ, & agnationis conſerva- 55
tionem, non ideò tamen fœminæ omninò excluduntur, ſed quia proprietas verborum, à qua in totum recedi non debet, illis etiam convenit, ſumitur media quædam, & æqua interpreta-
tio, ut nempè votum conſervandæ agnatio- 56
nis, ſivè repetita in aliis partibus Maſculorum expreſſio juvet Maſculos, ad eum maximè eiſdem proficuum effectum, ut ipſi in concurſu, & quamdiù extent, fœminis præferantur, eis verò deficientibus, illæ admittantur, quaſi per
poſterius per dicta verba indifferentia vocatæ, & 57
Maſculis vulgaritèr ſubſtitutæ, juxtà opinionem, quam ſemper ſecuta eſt *Rota*, ut videre eſt apud *Card. de Luc. de fideicomm. diſc.* 18. *num.* 5. *& 6.*, *& in deciſ.* 107. *num.* 1. *coram Buratt.*, *& deciſ.*

126.

*126. num.39. coram Royas*, *& deciſ.80. num.2.*, *& ferè per tot. coram Cerro*, *& in rec. deciſ.667. num.9. part.18.*, *& in Romana Cappellaniæ 16. Martii 1708. §. Stabilita cum ſeqq.*, *& ferè per tot.*, *& 8. Junii 1711. §. Profectò*, *& §. Eòque fortiùs*, *& in Bononien. Fideicommiſſi de Beninis 8. Maii 1711. §. Vel paritèr coram bo. mem. Anſaldo*, & in puncto caſus, quo in parte diſpoſi-
58 tiva Teſtatrix ordinaverat fideicommiſſum per verba communia, & indifferentia, de ſui natura complexiva tàm Maſculorum, quàm fœminarum, & deinde occaſione prohibitionis alienationis addiderat rationem conſervandi Bona in agnatione, quod hujuſmodi ratio operetur ſolùm prælationem Maſculorum, non verò excluſionem fœminarum per poſterius, *clar. mem. Card. de Luc. de fideic. d. diſc.168. in fin.*, ubi teſtatur, hanc eſſe veritatem, *Seſſ. deciſ. Aragon. 412.*
59 *num.27.*, ubi idem firmat, quando pars conditionalis videtur reſtricta ad ſolos Maſculos.

Eâ nempè in utroque caſu validiſſimâ ratione, quod, quando quis, poſtquam plures ſub generali, & collectivo nomine vocavit; nihilominus
60 quoſdam ex eis ſpeciali, & proprio nomine expreſſit, qui jam ſub generali, & collectivo nomine continebantur, ejuſmodi ſpecificatio, & expreſſio operatur quidem eorum favore quamdam prædilectionem, & excludit concurſum cum ceteris collectivè tantùm vocatis; ſed, illis defi-
61 cientibus, non inducit excluſionem aliorum, ſub generali alioquin, & collectivo nomine comprehenſorum, juxtà *Text. in leg. Cum ità 33. §. In fideicommiſſo ff. de legat.2.*, *ubi Gloſſ. verb. nominati* exemplificat in eo, qui reliquit *familiæ ſuæ*, *Petro*, *& Joanni*, & benè firmat, quod Petrus, & Joannes aliis omnibus de familia præferuntur, ſed poſt eos extinctos, quicumque ſunt de familia, in fideicommiſſo ſuccedunt, & *Gloſſam* communitèr ſequuntur, *Bartol. ibidem num.1. & 2.*, *Caſtrenſ. num.4.*, *Peralta num.1. cum ſeqq.*, & fere ceteri omnes Scribentes, quos refert, & laudat *Molin. de Primogen. lib.1. cap. 4. num.33.*, *& ſeqq.*, *Caſtill. controverſ. lib.5. cap.93. num.17.*, *& ſeqq.*, *Rot. coram Buratt. deciſ.770. num.3.*, *& ſeqq.*, *& in rec. deciſ.7. num.15.*, *& ſeqq. part.10.*, & in noſtris præciſis terminis *Manſ. conſult.483. num.36.*, *& ſeqq.*, *& conſult.487. num.13.*

Hæc autem omnia eò faciliùs admitti debent, quia ſumus in diſpoſitione, in qua poſt Maſculos etiam fœminæ nominatim, & expreſsè ſubſtitu-
62 tæ fuerunt; ex hac enim ſubſidiariâ fœminarum vocatione, validiſſima inſurgit conjectura, quod Donator, deficientibus Maſculis ex Maſculis, admitti voluerit Maſculos quoque ex fœminis, antequam fœminæ ipſæ admittantur, ut latè defendit *Torr. de Primogen. Ital. part.1. quæſt.25. §. 24. num.286. poſt med.*, *& num.288.*, *Larrea deciſ. Granaten.34. num.34.*, *Rot. in Romana fideicommiſſi inter collect. in Mantiſſ. deciſ.65. num.17. lib.10.*

*Lucana Fideicommiſſi, ſeu Primogeniture.*

Ad Fideicommiſſum, perpetuæ primogenituræ ordine, conſtitutum favore filii, ejuſque Deſcendentium maſculorum, hiſque deficientibus, eodem ordine ad favorem illius *fœminarum*, ſub harum appellatione veniunt nedum filiæ illius immediatæ, ſed ulteriores etiam ab ultimo Maſculo deſcendentes; Iſtarum autem comprehenſionis ſub dicto *fœminarum* nomine quænam etiam expendi valeant conjecturæ? Dictio = *dicti* = quando non *taxativè*, ſed ſolum *demonſtrativè* adpoſita cenſenda ſit?

## VOTUM XL.

1 Fœminarum *vocatio relativè ad aliquem factu, de illius filiabus intelligitur.*

2 *Concurrente præſertim Teſtatoris voluntate, elicita ex teſtamenti verbis.*

3 *Verba* = ex dicta filia dicti Franciſci = *præcedentem iſtius fœminarum vocationem reſtringunt ſolùm ad filias.*

*Illa enim dictio* = dicti = *reſtrictiva eſt*, ibid., & nu.75.

*Intellige hæc procedere, nullis concurrentibus conjecturis pro comprehenſione etiam neptum, aliarumque illius Deſcendentium*, nu.76.

4 *Fideicommiſſum in ultimo herede expirat, Bonaque in eo efficiuntur libera.*

5 *Pro fideicommiſſi expiratione in dubio reſpondendum eſt.*

6 *Fideicommiſſum, deficiente primo ſubſtitutionum gradu, purificatur in ſecundo.*

7 Fœminarum *nomen omnibus diverſorum graduum fœminis commune eſt.*

8 *Teſtator vocationi fœminarum ab aliquo deſcendentium hujus nomen adjeciſſe cenſetur* demonſtrativè *ad demonſtrandam originem, non ad* taxativè *deſignandas filias illius immediatas*, & num.77.

9 *Fœminarum alicujus vocatio, expreſſo ejuſdem nomine, an* taxativè, *vel* demonſtrativè *intelligenda ſit, à Teſtatoris voluntate pendet.*

10 *Hæc autem ex quibus elici valeat?* nu. ſeq.

11 *Ejuſmodi vocatio non* taxativè, *ſed* demonſtrativè *debet accipi, conjecturis concurrentibus, & quæ illæ ſint?* à nu.13.

12 *Teſtator quibus ex verbis dicatur votum habuiſſe perpetuæ Bonorum conſervationis?*

13 *Teſtator in votis habens perpetuam Bonorum conſervationem, voluiſſe etiam cenſetur media ad illam aſſequendam.*

14 *Ad perpetuam Bonorum conſervationem à Teſtatore volitam magis confert omnium alicujus fœminarum vocatio indefinita, quàm reſtricta ad fœminas immediatas illius.*

15 *Hujus autem perſona* demonſtrativè *potiùs, quàm* taxativè *eidem vocationi adpoſita cenſenda eſt.*

16 *Teſtator cenſendus non eſt alicujus fœminarum vocationem ad perpetuum fideicommiſſum, reſtrinxiſſe ad fœminas illius immediatas.*

*Voca-*

*Vocatis præſertim, etiam illarum Deſcendentibus*, num. 18. & num. 68.

17 *In perpetuo fideicommiſſo ea capienda interpretatio eſt, quâ illius perpetuitas conſervetur, non quâ ſubſtitutio in primo gradu finiatur.*

19 *Deſcendentium nomine, ubi deficint agnationis contemplatio, comprehenduntur etiam fœminæ à filiabus deſcendentes.*

20 *Agnationis contemplatio excluditur, ſi nec illius, nec domus, aut familiæ mentio habita ſit in teſtamento, ac alterius fœminæ, earumque Deſcendentes, abſque onere cognominis, & inſignium vocati fuerint.*

22 *Teſtator, vocatis fœminis fœminarum, eò magis cenſendus eſt fœminas ex Maſculis voluiſſe admittere*, & num. 27. & 29., *& ratio*, nu. 23. & 24.

23 *Ad perpetuam Bonorum conſervationem vocatio fœminarum tàm à fœminis, quàm à Maſculis deſcendentium æquè confert.*

24 *Teſtatoris affectio magis fertur in fœminas ex Maſculis, quàm in fœminas fœminarum.*

25 *Quin etiam magis, quàm in proprias filias.*

26 *Filiæ, ſivè Sorores ultimi poſſeſſoris exiſtentes in linea jam admiſſa, excludunt filias Teſtatoris, & Maſculi primò inſtituti.*

28 *Fœminas ex Maſculis deterioris eſſe debere conditionis, quàm fœminas ex aliis fœminis progenitas, abſurdum eſt.*

30 *Teſtator, ordinatis pluribus ſubſtitutionum gradibus tàm maſculorum, quàm fœminarum ab eis deſcendentium, præſumendus non eſt filias fœminas ultimi gravati maſculi de linea magis dilecta præteriiſſe*, & num. 68.

31 *Idque earum admiſſionis validiſſimum argumentum præbet.*

32 *Contraria autem interpretatio eſſet iniqua.*

33 *Primogenituræ conſtitutioni repugnat retrogradus ſuccedendi ordo.*

34 *A primogenituræ natura voluiſſe recedere Teſtator non eſt cenſendus*, & num. 69.

35 *In primogenituris verba, juxta earum naturam interpretari debent, licèt eſſent improprianda.*

36 *Filii declaratio non mutans, ſed ſolùm explicans paternam diſpoſitionem, attendenda eſt.*

37 *Suppoſitis præſertim eidem diſpoſitioni Bonis propriis.*

38 *Primogenitura unam lineam ingreſſa, in ea continuare debet uſque ad omnimodam illius extinctionem.*

39 *In ingreſſu novæ lineæ proximitas attenditur gravati, non gravantis.*

40 *Proximioribus ultimo gravato vocatis, etiam filiæ ultimi gravati maſculi vocatæ ſunt cenſendæ.*

41 *In ingreſſu novæ lineæ, fœminæ proximiores ultimo gravato ab aliis remotioribus excludi non debent.*

42 *Verba* = Primò natam, ut ſupra, & ſecundùm primogenituram, & ordinem, de quo ſupra, reſpectu Maſculorum = *eumdem in fœminis repetunt primogenituræ, ac ſubſtitutionum ordinem volitum in Maſculis*, & nu. 43. & 44.

43 *Dictio* = ut ſupra = *repetitiva eſt.*

44 *Clauſula* = ordine, quo ſupra = *repetitionem inducit omnium contentorum in præcedentibus ſubſtitutionibus.*

45 *Diſpoſitio una alteri purificata, eamdem iſtius naturam habere dicitur.*

46 *Fœminarum vocatio, ex prohibita eiſdem alienatione, non eſt cenſenda ad fœminas immediatas reſtricta, ſed extenſa ad ulteriores Deſcendentes.*

47 *Stante præſertim ratione conſervationis Bonorum per modum cauſſæ finalis, & quidem in proemio appoſita*, & num. 75.

48 *Ratio conſervationis Bonorum generaliter in proemio expreſſa, fideicommiſſum ampliat ad quaſcumque perſonas ſub eadem ratione comprehenſas.*

49 *Procedit, licèt ad certas expreſſim perſonas relata ſit. Intellige, ut* nu. 50.

50 *Alienationis prohibitio ad perſonas expreſſas non reſtringitur ex dictionibus relativis, quando realis eſt, & perpetua.*

51 *Fœminarum alicujus vocatio collata in remotiſſimum tempus, non ſolùm immediatas, ſed etiam ulteriores illius fœminas cenſetur comprehendere*, & num. 69. & 74.

*Procedit, licèt poſt fœminas vocati ſint Deſcendentes illarum*, nu. 54.

*Et maximè in ingreſſu, non autem in progreſſu illorum lineæ*, num. 55.

56 *Teſtator, collatâ fœminarum vocatione in tempus remotiſſimum, nequit cenſeri de fœminis immediatis intellexiſſe*, & num. 74.

57 *Aſcendens pari amore erga filios filiorum, ac erga ulteriores iſtorum Deſcendentes ferri præſumitur.*

58 *Fœminarum alicujus appellatione, ulteriores etiam deſcendentes fœminas comprehenſas arguit, prohibitio legitimæ, & trebellianicæ.*

59 *Idem arguit digreſſus ad plures ſubſtitutionum gradus.*

60 *Atque excluſio Fiſci, & Religionis.*

61 *Argumenta autem hæc unitim accipienda ſunt.*

62 Filiorum *appellatione de ſtricto juris cenſura non veniunt nepotes.*

63 *At veniunt, concurrente veriſimili Teſtatoris voluntate.*

64 Filiarum *nomine faciliùs admittitur neptum comprehenſio.*

65 *Quum præſertim perpetua diſpoſitio eſt.*

66 Filiorum *nomine in perpetuo fideicommiſſo, Nepotes, atque ulteriores veniunt Deſcendentes.*

67 *Fideicommiſſum perpetuum, nepotibus, aliiſque ulterioribus Deſcendentibus non comprehenſis ſub filiorum nomine, caducum poſſet fieri.*

70 *In diſpoſitionibus per viam ultimæ voluntatis interpretandis, Teſtatoris finis, & intentio debet ſpectari.*

71 Filiarum *nomine comprehenſæ neptes debent* cenſe-

*cenſeri, ſi aliàs abſurda ſequerentur, nec impleretur voluntas Teſtatoris.*
72 *Abſurda ut evitentur, licet recedere à propria verborum ſignificatione.*
73 *Sub nomine* filiorum *nepotes un comprebendantur nec ne? conjecturalis quæſtio eſt.*
74 *Pendent à Teſtatoris voluntate.*
78 Filiorum *cum ſit vocatio, Patris & mentio facienda eſt.*
79 *Teſtatoris menti pro comprebenſione nepotum ſub nomine* filiorum *ex conjecturis, ſtandum eſt, licèt ſecùs importent verba.*
80 *Legibus, & Tribunalibus curæ præſertim eſt ſcrutatio, atque executio voluntatis Defunctorum.*
81 *Illique contrariam interpretationem rejiciunt contra veriorem etiam verborum ſenſum.*
82 *Sub nomine* filiarum *neptes, aliæque ab illis deſcendentes venire poſſunt, non etiam deſcendentes à filiis earum maſculis.*
83 *Contrarium veriùs; eadem enim in utriſque ratio militat*, num.84.
Altograd. Jun. contr.97., *nec non* Reſponſum Advocatorum Rom. Curiæ poſt Conſil. 1. Gannaver *reprobantur*, ibid., & num.85. & 86.
87 Conſilia Doctorum *quando allegantur, oportet* Deciſiones *ſuper iis editas inſpicere.*
88 *Illa autem, ſi per Sententiam rejecta, attendi non merentur.*
89 *Quæſtio omnis ex conjecturis pendens, ſemper dubia eſt.*
90 *In re dubia difficile eſt certum judicium ferre.*
91 *Pro excluſione perpetui fideicommiſſi non eſt in dubio capienda interpretatio, concurrente pro illius duratione voluntate Teſtatoris.*

IN ſupremis tabulis, cum quibus deceſſit nobilis vir Alexander Poli, inſtituit fideicommiſſum ordine regularis primogenituræ deferendum ad Franciſcum filium ſuum, omneſque ab eo deſcendentes maſculos, & ab ipſius maſculis in infinitum progenitos, deindè verò (refero verba teſtamenti) *caſu, quo d. Franciſcus, ſeù ejus Deſcendentes maſculi quandocumque decederent ſinè filiis maſculis, modo, & ordine, quo ſupra, tunc, & eo caſu eidem ſubſtituit in dd. omnibus Bonis, & prædiis, & domo magna cum ſuis pertinentiis, vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, & omni meliori modo &c. fœminas d. Franciſci unam, ſeù plures ſuperviventem, ſeù ſuperviventes, quæ Matrimonio carnali copularetur, & non alitèr, videlicet primò natam, & genitam, ut ſupra, & ſecundum primogenituram, & ordinem, de quo ſupra, reſpectu Maſculorum, adeo quod omnia Bona præfata ſemper conſerventur inter Deſcendentes ex dicta filia dicti Franciſci, ſeù filiabus, ſecundùm modum, & ordinem prædictum, & de quo ſuprà reſpectivè &c.* =

Huic fideicommiſſo, ſeù primogenituræ addidit nonnulla Bona Franciſcus filius Alexandri, illaque ſubjecit iiſdemmet legibus, & ſubſtitutionibus ordinatis in fideicommiſſo Patris, quod cum tandem pervenerit ad D. Fabium Dominicum abnepotem Alexandri, & pronepotem Franciſci fideicommittentium, in eoque deſinat deſcendentia maſculina à dd. Teſtatoribus prædilecta (præmortuo namque Franciſco Xaverio ejus maſculo, duo tantùm filiæ fœminæ ei ſuperſunt, nimirum D. Maria Catharina, & D. Maria Magdalena) hinc præfatus D. Fabius Dominicus, ut, antevertendo lites, quæ poſt ejus obitum inter ſuos ſucceſſores excitari poſſent, eorumdem quieti, ac incolumitati conſulat: à me petit, ut pro veritate dicere velim: An per ipſius obitum abſque filiis maſculis, reſolutis omnibus primogenituræ, ac fideicommiſſi vinculis, Bona penès ipſum tamquàm ultimum gravatum primævam libertatem ità conſecutura ſint, ut de illis liberè diſponere valeat: ſive potius, eiſdem manentibus obnoxiis d. primogenituræ, deferri debeant ad ejus filiam primogenitam tamquam jure ſuo, & ex propria perſona ad illa vocatam?

Quæſtionem itaque mihi propoſitam diligenter pro mea tenuitate enucleare paranti, pro fideicommiſſi expiratione primo oculorum conjectu reſpondendum videbatur; ob eam quippè rationem, quia, licèt Alexander Teſtator, deficientibus Maſculis ex Maſculis deſcendentibus à Franciſco filio ſuo, progreſſus fuerit ad vocationem fœminarum, non tamen indefinitè vocavit omnes fœminas, ſed dumtaxat *fœminas d. Franciſci*, quoties autem vocantur fœminæ alicujus, ſeù relativè ad aliquem, propriè loquen- 1
do intelligitur de fœminis immediatè ab illo deſcendentibus, nimirum filiabus, *Soccin. in leg. Gallus §. Inſtitueretur num. 5. ff. de liber., & poſthum., Menoch. conſ.215.num.51., Urceol. deciſ. 4. num. 66., Gratian. diſcept. forenſ. 629. num.10., Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 321. num. 29., Rot. deciſ.318. num.14. part.13., deciſ.489. n.1. part.14., deciſ. 199. num. 14., deciſ. 304. n. 10. part.19., cum aliis in Romana, ſeù Fanen. Fideicommiſſi 20. Junii 1718. §. Quæ porrò cor. R.P.D. Rovault de Gamaches*, & in hoc ſanè ſenſu hujuſmodi vocationem in noſtro caſu conceptam fuiſſe apertè declaraſſe videtur Teſtator in illa- 2
met teſtamenti parte, in qua de fœminis mentionem fecit, paulò enim poſt vocatas fœminas *Franciſci, unam, ſeù plures ſuperviventem, ſeù ſuperviventes, quæ Matrimonio carnali copularetur, & non aliter, videlicet primò natam, & genitam, ut ſupra, & ſecundùm primogenituram, & ordinem, de quo ſupra reſpectu Maſculorum* =, ità ſubdit = *adeò quod omnia Bona præfata ſemper conſerventur inter Deſcendentes ex dicta filia dicti Franciſci, ſeù filiabus, ſecundùm modum, & ordinem prædictum, & de quo ſupra reſpectivè &c.* = verba enim illa = *ex d. filia d. Franciſci, ſeù filiabus* =, quæ virtute illius dictionis = *dicti* = pro- 3
cul dubio referuntur ad fœminas ſupra vocatas, perſpicuè demonſtrant, Teſtatorem, vocando fœminas Franciſci, reſpexiſſe ad filias dumtaxat immediatas dicti Franciſci, ut optimè obſervat *Rota in Peruſina Fideicommiſſi 21. Martii 1710. §. Præcipuè, & 30. Januarii 1711. §. Maximè quia coram R.P.D. Criſpo.*

Cum autem inter filias Franciſci, etſi aliquæ
exiſtant, nulla tamen ſit capax ſuccedendi ob
3 Religioſum Inſtitutum, quod amplexæ ſunt, &
profitentur, & ob expreſſam excluſionem Reli-
gioſorum cujuſcumque generis, & qualitatis ab
Alexandro Teſtatore in codicillis adjectam, ibi
*eſcludendo ſempre, come intende eſcludere da dd.
ſuoi Beni la perſona religioſa di qualſivoglia ſor-
te, e qualità in tutto, e per tutto, e per qualſivo-
glia riſpetto, e commodo* =, dicendum propterea
videbatur, fideicommiſſum ex defectu perſona-
4 rum vocatarum deſiturum fore in D. Fabio Do-
minico ultimo maſculo, & Bona in eo jam libe-
ra effecta, & ad illius heredes deferenda, ad
*Text. in leg. cum Pater §. Libertus ff. de legat.* 2.,
*& in leg. qui ſolidum §. penult. ff. de legat.* 3.,
*Andreol. contr.*344.*num.*4., *&* 18., *Peregrin. de
Fideicomm. art.*52. *n.* 2., *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.*
551., *Rota cor. Priolo. deciſ.* 344. *num.* 22., *co-
ram Peutinger. deciſ.*221. *num.*27., *in rec. deciſ.*
612. *num.* 2., *& deciſ* 711. *num.*1. *part.*18., *&
deciſ.*20. *num.*13., *& ſeqq. part.*19., ità quidem
ſuadente illâ etiam noſtrorum omnium ſermone
5 tritâ regulâ, quâ traditur, eam in dubio ſequen-
dam eſſe ultimarum voluntatum interpretatio-
nem, quâ modum imponendo fideicommiſſo-
rum gravamini, eadem aliquando naturali li-
bertati reſtituantur, *Rot. deciſ.*20. *num.*32. *part.*
19., *& in d. Peruſina Fideicommiſſi* 30. *Janua-
rii* 1711. *§. fin. cor. Criſpo*.

Verumtamen in contrariam ſententiam abire,
& pro fideicommiſſi duratione, etiam poſt mor-
tem D. Fabii Dominici, favore ejus filiarum re-
ſpondere tutiùs exiſtimavi; Teſtator enim in
primo ſubſtitutionum ordine vocavit Maſculos
ex Maſculis à Franciſco filio ſuo deſcendentes,
deinde verò, iſtis deficientibus, ſubſtituit fœmi-
nas ejuſdem Franciſci, earumque Deſcendentes;
6 eveniente igitur caſu deficientiæ perſonarum in
d. primo ſubſtitutionum ordine vocatarum,
nempè Maſculorum ex Maſculis, fideicommiſ-
ſum purificabitur favore fœminarum in ſecundo
ordine ſubſtitutarum, quales ſunt filiæ D. Fabii
Dominici, ad tradita per *Ciarlin. contr.*222. *nu.*
4., *Caſtald. conſult.*250. *num.*1., *& conſult.* 281.
*num.* 15., *Manſ. conſult.* 278. *num.* 9., *Rota in
Auximana Juriſpatronatus* 27. *Junii* 1701.
*§. Redacta igitur cor. bon.mem. Anſaldo*.

Nilque turbat, vocationem fœminarum non
eſſe indefinitam, ſed reſtrictam ad fœminas
Franciſci; unde inferebatur, quod, cum filiæ
D. Fabii Dominici non ſint filiæ immediatæ
Franciſci, ſed tantùm ejus abneptes, compre-
henſæ dici nequeant ſub d. ſubſtitutione loquente
de illius dumtaxat fœminis immediatis; reſpon-
detur enim, fœminas Franciſci non ſolùm dici
poſſe filias immediatè ex eo natas, ſed etiam re-
liquas fœminas ab eo mediatè deſcendentes, tali
7 namque fœminarum nomini omnibus communi,
& diverſorum graduum fœminas indiſtinctè
comprehendenti, Teſtator adjeciſſe videtur no-
men Franciſci, potiùs ad demonſtrandam origi-
nem, ex qua procedere debebant fœminæ ad fi-
8 deicommiſſum invitatæ, quàm ad taxativè de-
ſignandam immediatam illarum nativitatem à
Franciſco, veluti qualitatem, ſivè conditionem
locum facientem vocationi, ità quidem, ut hæc
reſtringenda omninò ſit ad fœminas dumtaxat
immediatè ab illo progenitas, ad frequenter no-
tata per *Andreol. contr.* 82. *num.*18., *Palma nep.
alleg.* 95. *num.* 16., *& alleg.*168. *num.* 11., *Ra-
dulphin. allegat.*23. *num.*5., *Rot. cor. Merlin. de-
ciſ.*206. *num.*34., *cor. Coccin. deciſ.*1162. *num.*4.,
*in rec. deciſ.*4. *num.*3. *part.*4. *tom.*2., *deciſ.*6. *nu.*
34., *& ſeqq. part.* 5., *& deciſ.* 14. *num.*25. *inter
impreſſ. ad ornat. clar. mem. Card. de Luc. de Fi-
deicomm., in Reatina Fideicommiſſi* 14. *Februarii*
1699. *§. Non obſtat cor. bon.mem. Molines, con-
firmata* 22. *Martii* 1700. *§. Quin in aliquo coram
bon.mem. Anſaldo, in Bononien. Fideicommiſſi de
Roſſenis* 17. *Martii* 1702. *§. Probata cor. bon.me.
Muta, in Romana, ſeù Cæſenaten. Fideicommiſſi*
6. *Maii* 1704. *§. Haud relevante coram R̃mo Lan-
cetta Decano, in Aquipenden., ſeu Montis Faliſci
Fideicommiſſi* 15. *Maii* 1705. *§. Nec urget cum
ſeqq. cor. clar. mem. Card. Caprara, in Romana
Juriſpatronatus* 1. *Junii* 1708. *§. Prout nec ma-
gis coram R̃mo Aldrovando, & in Romana Fidei-
commiſſi de Alveris ſuper reſervatis* 19. *Junii*
1711. *§. Minimè officiente cor. R.P.D. Criſpo*.

Ex eo igitur, quod Teſtator vocaverit fœmi-
nas Franciſci, non benè infertur, eumdem idcir-
cò excludere voluiſſe filias D. Fabii Dominici,
& reliquas fœminas mediatè tantum à d. Fran-
ciſco deſcendentes, niſi iſtiuſmodi excluſio ſua-
deatur Teſtatoris voluntate elicitâ ex aliis teſta- 9
menti partibus, ex ea namque dijudicandum eſt,
an perſona Franciſci taxativè, vel ſolùm demon-
ſtrativè adjecta ſit, ità nimirùm, ut illius dumta-
xat fœminæ immediatæ ſint vocatæ, reliquæ ve-
rò excluſæ, vel illæ etiam mediatè ab eo deſcen-
dentes in fideicommiſſo, & primogenitura com-
prehenſæ cenſeri debeant, *Marcian. conſ.*41. *n.*4.
*lib.*1., *Merlin. Pignatell. cent.*2. *cap.*56. *nu.*24.,
*& cap.*52. *num.*10., *Manſ. conſult.* 17. *num.*33.,
*clar.mem. Card. de Luc. de legat. diſc.*12. *nu.*15.,
*diſc.*14. *num.*1., *& diſc.*66. *num.*8. *de Dot., diſc.*
61. *num.*6., *& ſeqq., in Miſcell. diſc.*30. *num.*6.,
*& ſeqq., Rot. cor. Dunoz jun. deciſ.* 814. *num.*5.,
*& dub. ſeqq., cor. ſan.mem. Alexandro VIII. de-
ciſ.*254. *num.*15., *in rec. deciſ.* 117. *num.* 3., *&
ſeqq. part.*17., *in Algaren. Legatorum* 16. *Junii*
1696. *§. Si verò cor. clar. mem. Card. dela Tremoil-
le, in Romana, ſeù Januen. Dotium* 1. *Februa-
rii* 1709. *§. Quod autem cor. R̃mo Aldrovando,
in Romana Fundationis Monaſterii* 10 *Decembris*
1714. *§. Non obſtat coram R̃mo Lancetta*.

Sequendo autem viam, quæ ad veriſimilem
mentem Teſtatoris attingendam ſecuriùs perdu-
cit; dicendum ſanè crederem, quod, ſive intuea-
mur naturam diſpoſitionis, de qua agitur, ſive 10
ſpectemus rationem, & cauſam finalem, quà ad
illam condendam motus fuit, ſive demum per-
pendamus modum, quo eamdem explicavit, po-
tiora videri queant argumenta ſuadentia, Teſta-
torem, vocando fœminas Franciſci, demonſtra-
tivè ſolùm, non autem taxativè deſignaſſe per-
ſonam Franciſci, ità quidem, ut non tantùm

fœminas immediatè, ſed reliquas etiam omnes mediatè ab illo deſcendentes ſub tali vocatione complecti, voluerit. Intelligeutia enim, & in-
11 terpretatio hæc conſentanea eſt tum rationi, tum veriſimilitudini, quibus concurrentibus, ſimilium verborum ſenſus non taxativè, ſed demonſtrative accipiendus ſemper eſt, ut dixit *Rota in Lucana Fideicommiſsi 28. Martii 1710. §. Ceterum cor. R.P.D. Criſpo*.

Univerſum enim diſpoſitionis coutextum perluſtrando, primo intuitu ſe ſe offert maxima
12 affectio, & vehemens Teſtatoris deſiderium, Bona, quibus ipſe fruebatur, perpetuò conſervandi in univerſa ſua poſteritate, beneficio, & ope realis, ac in ævum duraturi fideicommiſſi. idque ipſe ſub initium ſuæ diſpoſitionis apertè declaravit, illis perſpicuis verbis = *Et quia d. Teſtator maximam habuit, & habet affectionem ad ejus prædia, & domum, & Bona omnia immobilia ad ipſum Teſtatorem ſpectantia, & pertinentia, ſita &c., ipſe Teſtator intendit, & vult, quod omnia integra perpetuis, & ſucceſsivis temporibus remaneant, & conſerventur, quouſque aliquis de ejus Deſcendentibus remaneat, ut infra, ſubſtitutus, adeò quod non poſſint omnia prædicta Bona, nec aliqua earum pars, vel particula vendi, obligari &c., ſed ſemper, & omni tempore ſint, & remaneant, & conſerveatur integra, & ad alios vocatos perveniant* = quam quidem perpetuam conſervationem alibi etiam in teſtamento, exoptatam, atque demandatam adeò Teſtator in votis habuit, adeòque de ea ſollicitus fuit, ut, veritus quodammodò, ſatis minimè explicaſſe realitatem, & perpetuitatem fideicommiſſi, quo eam conſequi ſperabat, illam uberiùs declaraverit in codicillis, in quibus ità fatur, ac diſponit; = *tale perpetuo dichiara s'intendi, ſenza preſiſſione di tempo, ancora che paſſaſſero mille anni, intendendo detto perpetuo in ſempiterno* =, confirmavitque rurſus alio codicillorum loco, inquiens = *con dichiarazione, che d. Teſtatore, o Codicillatore hà inteſo, e voluto, e vuole, e diſpone, che li detti ſuoi Beni vadino, e pervenghino perpetuamente, come hò detto, nel figlio, e Deſcendenti, e Primogeniti deſcendenti, come hà diſpoſto nel ſuo teſtamento &c.* =; quibus ſanè perſpicuum fit, Teſtatorem in ordinatione hujus fideicommiſſi præcipuè reſpexiſſe ad Bona ſua, & ad perpetuam illorum conſervationem, in hanc, cogitationem, mentemque ſuam omnem primariò, & principaliter dirigendo, ad firmata per *Rotam coram Merlino deciſ. 456. num. 40., & ſeqq.*

Inde autem deſumi poſſe videtur validiſſimum argumentum pro vocatione omnium fœminarum quomodolibet à Franciſco deſcendentium, excluſâ penitus taxativâ vocatione filiarum ſolummodò, quæ ex ipſo immediatè natæ eſſent; ſi enim Teſtator adeò efficaci deſiderio, adeò-
13 que vehementibus votis talem perpetuam conſervationem Bonorum voluit, & exoptavit, id etiam omne voluiſſe, & exoptaſſe cenſetur, quod ad illam aſſequendam conducere poterat, & ſinè quo ejus vota in irritum ceſſiſſent, ad *Text. in leg. Titia §. Lucius ff. de legat. 2., Dec. conſ. 323. num. 1., Merlin. Pignattell. cent. 2. cap. 82. num. 19., & pluribus ſeqq.*, & propterea, 14
cum ad perpetuitatem magis conferat vocatio indefinita omnium fœminarum Franciſci, quàm reſtricta ad ſolas fœminas immediatas illius, dicendum eſt, eas omnes vocatas, & perſonam 15
Franciſci demonſtrativè potius, quàm taxativè adjectam fuiſſe, dum ità pleniùs adimplentur Teſtatoris vota quoad perpetuitatem ab ipſo tantoperè exoptatam, ut, poſt *Merlin. Pignattell. loco mox citato*, argumentatur *Rot. in Romana Legatorum 8. Junii 1705. §. Quæ omnia cor. R̃mo Lancetta, & in Romana, ſeù Januen. Dotium 1. Februarii 1709. §. Animadvertendum quippè, & pluribus ſeqq. cor. R̃mo Aldrovando*; neque enim facilè ſuaderi poteſt, quod Teſtator, qui, veluti ſupremam ſuorum votorum metam, ſibi propoſuerat illam quodammodò ſempiternam Bonorum conſervationem in ſua poſteritate, fi- 16
deicommiſſum, cujus dumtaxat ope eam conſequi poterat exponere voluerit periculo facillimæ expirationis, coarctando vocationem fœminarum ad ſolas fœminas immediatas Franciſci, per ea, quæ tradunt *Faber. in Cod. lib. 6. tit. 22. defin. 37. per tot., Tondut. reſol. civil. part. 2. cap. 118. num. 12., & ſeqq., clar. mem. Card. de Luc. de Fideicomm. diſc. 20. num. 5., & diſc. 21. ſub num. 8., Rot. deciſ. 134. num. 4. part. 7. rec. inter impreſſ. ad oraat. clar. mem. Card. de Luc. de Fideicomm. in Mantiſſ. deciſ. 17. num. 5.*, ibi = *ex hac enim ſæpiùs repetita, & exoptata perpetuitate ea capi debet interpretatio, ex qua perpetuitas ipſa* 17
*in omnes Deſcendentes conſervetur, non autem ea, quâ ſtatim ſubſtitutio in primo gradu ſiniatur* =, *& deciſ. 18. num. 6., in Interamnen. Immiſſionis 17. Decembris 1708. §. Nilque refert cor. Emo Dom. Card. de Poligaac., & in Romana, ſeù Foroliviea. Fideicommiſsi 6. Maii 1720. §. Unde hoc attento, & §. Claudicat*, ibi = *vel ex qualitate fideicommiſsi perpetui, quod aliàs contrà enixum votum Teſtatoris faciliùs potuiſſet expirare cor. R. P. D. Foſcaro*.

Plurimùm etiam urget alterum argumentum 18
ductum ex eo, quod non ſolum fœminæ Franciſci, ſed etiam illarum Deſcendentes in infinitum vocati fuerunt verbis illis, = *adeò quod omnia Bona præfata ſemper conſerventur inter Deſcendentes ex d. filia d. Franciſci, ſeù filiabus ſecundùm modum, & ordinem prædictum, & de quo ſupra reſpectivè &c.* =, quemadmodum enim ſub 19
hac ſubſtitutione deſcendentium ex filiabus Franciſci, abſque ullo adjecto maſculinitatis, & abſque voto conſervandi agnationem, de qua nulla mentio facta legitur in teſtamento, in quo præterea nunquam nominata legitur domus, aut familia, quinimmò vocantur fœminæ, earumque Deſcendentes, ſinè onere aſſumendi cogno- 20
men, & arma, quæ omnia pro excludenda contemplatione agnationis promiſcuè conſiderant *Rota Florent. apud de Comitib. deciſ. 57. num. 71. uſque ad fin., Balducc. deciſ., & rer. judicat. tit. 3. de legat., & fideicomm. deciſ. 6. num. 19., & deciſ. 39. num. 23., & ſeqq., Rota noſtra coram*

Be-

Digitized by Google

*Benincaſa deciſ.334. num.21., & deciſ.359. n.4., & 18., bon. mem. Anſald. in addit. ad deciſ. 12. num.46., & ſeqq.* ; quemadmodum, inquam, in
21 his terminis ſub nomine Deſcendentium procul dubio comprehenduntur etiam fœminæ deſcendentes à filiabus Franciſci, *Surd. conſ. 316. num.1., Giovagnon. reſp.11.num.11. lib.2., Turr. de Primog., & Majorat. Ital. part. 2. quæſt. 2. num.34., & quæſt. 54. num.2., Rot. deciſ. 30. n. 1. part.19.*, pari quoque jure dicendum eſt, ſub nomine fœminarum Franciſci venire fœminas Maſculorum illius, cum nulla aſſignari poſſit ratio, cur Teſtator potius vocare voluerit fœminas deſcendentes à filiabus Franciſci, quàm fœminas deſcendentes à filiis maſculis ejuſdem, in
22 quibus ceteroquin ſive conſideretur finis à Teſtatore volitus, ſive affectio ſanguinis, quâ idem moveri potuit ad diſponendum favore fœminarum, ſemper militare videtur aut major, aut ſaltem par ratio, juxtà animadverſa per *Rot. coram Arguell. deciſ.28. num.114., & ſeqq., in rec. deciſ.77. num.28. part.7., in Romana Fideicommiſſi de Alveris 21. Junii 1715. §. Tantòque magis coram Emo D. Card. Scotto, in Romana, ſeù Tyburtina Fideicommiſſi 21. Junii 1715. §. Jam verò, & 15. Maii 1719. §. Quod verò cor. bo.me. Anſaldo, & in Romana, ſeu Forolivien. Fideicommiſſi 6. Maii 1720. §. Præſertim cor. R.P.D. Foſcaro.*

Si enim ſpectetur finis, quo Teſtator motus
23 fuit, perpetua videlicet conſervatio Bonorum in ſua poſteritate, ad hunc aſſequendum æquè confert vocatio fœminarum, tàm à Maſculis, quàm à fœminis deſcendentium; ſi verò conſideretur Teſtatoris affectio, hæc ſanè magis fertur in
24 fœminas deſcendentes à Maſculis prædilectis, quàm in eas, quæ ab aliis fœminis procedunt; quin etiam magis, quàm in proprias filias, ut vo-
25 luit *Rota Lucen. d. deciſ.263. num.9., & 10. to.3. inter collect. apud Palm.*, eâque propter fœminas exiſtentes in linea jam admiſſa, ſive ſint filiæ, ſive ſorores ultimi poſſeſſoris, excludere filias
26 Teſtatoris, & Maſculi primò inſtituti, docuerunt *Bald. in celebri conſ.200. lib.5. per tot., Adden. ad Molin. de Primog. lib. 3. cap. 5. num. 52. §. Secundò quia*, aſſerens, ità pluriès deciſum, quod confirmat etiam *Roxas de incompatib. par.3. cap.4. num.52., & 53., Caſtill. contr. jur lib. 5. cap. 92. num. 58., Epiſcopus Rocc. diſput. jur. ſelect. cap.3. num. 12., Rot. Lucan. d. deciſ 253. num.102.*; dum igitur Teſtator vocavit fœminas fœminarum Franciſci minùs dilectas, multò
27 magis vocaſſe dicendus eſt fœminas procedentes à Maſculis ejuſdem Franciſci, erga quos urget major affectionis ratio, ut optimè ad rem arguunt, *Gabriel. conſ. 90. num. 29., & ſeqq., Spad. conſ.313. num.4. vol. 3., Rodulphin. alleg. 22. num.11., & 12., & alleg.24. num.11., Andreol. contr.82. num.10., Rocc. diſput. jur. ſelect. cap 27. num.19., Mart. Medic. deciſ.1. num.62., & ſeqq., Palm. deciſ. Lucen.262. num. 17., & ſeqq., & deciſ.263. num.48., & deciſ.264. n.7.*, ibi = *Non eſt veriſimile ex communiter accidentibus, & ſolitâ prædilectione, quod Teſtator voluerit admittere ulteriores fœminas deſcendentes à fœminis, & non admittere eaſdem ulteriores fœminas deſcendentes à Maſculis* =, *Rot. cor. Merlin. deciſ. 206. num. 21.*, alioquin ſequeretur abſurdum illud nullo pacto ferendum, quod ſcilicet filiæ D. Fabii Dominici, quæ vocatæ fuiſſent, & ſuccedere potuiſſent, ſi à filia Franciſci deſcenderent, non eſſent vocatæ, neque poſſent ſuccedere, quia deſcendunt à Maſculo, non à fœmina ejuſdem Franciſci; idcircòque forent deterioris conditionis fœminæ deſcendentes à Maſculis 28
prædilectis, quàm illæ progenitæ ab aliis fœminis, etſi contrà iſtas pugnet omnis ratio, & veriſimilitudo, quo circà, ut evitetur abſurdum prædictum, ea capienda eſt interpretatio, per quam fœminæ omnes ſive per Maſculum, ſive per fœ- 29
minam à Franciſco deſcendentes vocatæ dicantur, ut, præter alios mox citatos, tradunt *Card. Mantic. de conject. lib.22. tit.16. num. 1., Palm. deciſ. Lucen.263. num.78., & num.197., & ſeq., & deciſ.264. num.8. tom.3.*

Certiùs, quia diverſimodè judicando, diſpoſitio redargui poſſet tamquam omninò aberrans à recta, prudentique agendi ratione, ipſeque Teſtator improvidus fuiſſe videretur, dum ſtudens, quò magis fieri poteſt, perpetuæ conſervationi Bonorum ſuorum, eâ de re ordinando tot ſubſtitutionum gradus tàm Maſculorum, 30
quàm fœminarum, & deſcendentium ab eis, improvidè præteriiſſet filias fœminas ultimi gravati maſculi de linea ab eo prædilecta, & ab ipſo Teſtatore deſcendentes, quinimmò eas prorſus excluſiſſet, iis exiſtentibus, ſucceſſionem deferendo ad alios pariter per fœminas remotiores deſcendentes, quod certè ex mente Juris præſumi non debet, argumento *Textus in leg. Gallus in princip., & per tot. ff. de liber., & poſth., Cyriac. contr. 174. nu. 29. & ſeq., clar. mem. Cardin. de Luca de Fideicomm. diſc.211. nu.8. in fin., Rot. Lucen. inter recollect. per Palm. deciſ. 262. num. 20. part. 6. rec.*, proptereaque, contrariis rejectis, argumentum hoc prò admiſſione ulteriorum fœminarum deſcendentium à Maſculis, 31
quod præbet ratio vitandi iſtiuſmodi abſurdi, graviſſimum dixit *Peregrin. conſ. 52. num.7. lib. 3., Rodulphin. allegat.24. num.9. & 11., Rota Lucen. apud Palm. dict. deciſ.262. nu.17. & ſeq., & deciſ. 263. num. 79. & 83., & num. 197. & ſeqq. poſt Torr. de Primogen. deciſ.57. num.21.*, ubi, quod contraria interpretatio eſt barbara, & omni humanitate deſtituta, & confert *Text. in leg. Lucius ff. de hered. inſtitut., Andreol. contr.* 32
*82. num. 13., Rocc. diſput. Jur. ſelect. cap.27. num.16., Mantic. de conject. lib.8. tit.8. num.16., Knipſchilt de Fideicommiſ. famil. nobil. cap. 7. num. 129., Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 320. nu.45., Rot. in rec. deciſ.170. nu.13., deciſ.211. nu.17., & deciſ.308. num.14., & inter impreſſ. ad ornat. clar. mem. Card. de Luca de Fideicomm. in Mantiſſ. deciſ.18. num.7.*

Magis verò, magiſque urget in caſu noſtro tum attentâ qualitate diſpoſitionis à Teſtatore ordinatæ per viam primogenituræ, cujus natu- 33
ræ, & conſtitutioni repugnat, ut ordine retro-

grado fieri debeat regreſſus ad fœminas deſcen-
dentes filiarum Franciſci, quouſque exiſtunt fi-
liæ ultimi Maſculi, *Palma deciſ. Lucen. 262. num.11. 12., & 13. tom.3.*, ideoque, cum non
ſit præſumendum, Teſtatorem recedere voluiſ-
34 ſe à natura primogenituræ, & ab iis, quæ Jus in
tali materia diſpouit, *Rot. deciſ.13. num.3. poſt*, *Torr. de Primogen.*, *& Majorat.*, dicendum
eſt, ſub nomine fœminarum Franciſci compre-
hendere voluiſſe fœminas quoque ultimi Maſ-
culi ab eo deſcendentis, ità namque diſpoſitio,
& Teſtatoris mens, & intentio conformis red-
ditur naturæ, & qualitati rei, de qua agitur,
35 & juxtà quam verba ſemper interpretanda eſſe,
tametſi impropriè ſumi deberent, admonet
*Torr. de Primog. part.2. quæſt. 43. num. 118.*, *& ſeqq.*, apud quem alii.

Tum ſpectatâ declaratione emiſsâ à Franciſco
filio, & herede Alexandri primi fideicommit-
tentis in ſuo ultimo teſtamento, in quo poſt ag-
gregata nonnulla Bona primogenituræ à Patre
inſtitutæ, plures paternæ diſpoſitioni adjecit de-
clarationes, & inter ceteras hanc = *Che ogni vol-
ta, che mancherà la linea retta de Primogeniti, e maggior nati chiamati, come ſopra, deva ſuc-
cedere il Traſverſale più proſſimo all' ultimo fidei-
commiſſario, che ſarà ſucceſſo in detto fideicom-
miſſo, e di quella, della quale detto ultimo fidei-
commiſſario ſarà diſceſo, ſe ve ne ſarà, e, non
eſſendovene di detta linea, il più proſſimo dell' al-
tre linee deſcendenti da eſſo Signor Teſtatore* =; ex
hac enim declaratione filii, quæ Patris diſpoſi-
36 tionem non mutat, ſed ſolùm explicat, quo-
modo illa intelligenda ſit, & propterea atten-
denda eſt, de *Luc. ad Gratian. cap.456. nu.20.*, *Rot. deciſ. 17. num. 2. part. 19.*, *in Firmana Fi-
deicommiſſi 17. Martii 1702. §. Potiſſimùm*, *& 17. Aprilis 1703. §. Iſtaque theorica coram bon. mem. Muto*, maximè, quia filius non ſolis ver-
37 bis declarando, ſed factu illam augendo, non-
nulla Bona propria paternæ diſpoſitioni ſub tali
declaratione ſubjecit, *Caſtill. contr. jur. lib. 3. cap.10. num.9. & 17. & num. 40., & ſeqq.*, *Ton-
dut. reſolut. civil. cap.50. num.38.*, *& cap 147. num.16.*, *Molin. de Primog. lib.1. cap.8. nu.35.*, *Cutell. de Donat. tract.1. diſc.2. part.10. ex num. 85. cum pluribus ſeqq.*, *Fontanell. de pact. nuptial. clauſ.4.*, *Gloſſ.5. num. 28. cum ſeqq.*, *Antunez. de Donat. lib.1. prælud.2. num.14.*

Ex hac, inquam, declaratione omni juri
conſuna, perſpicua reddi videtur vocatio filia-
rum D. Fabii Dominici ultimi Maſculi, nam,
aut in ipſis continuare dicitur linea recta Primo-
38 genitorum vocatorum, & hoc caſu locum ſibi
vindicat certiſſima Juris noſtri regula, quâ edo-
cemur, primogenituram, unam lineam ingreſ-
ſam, in ea continuare debere uſque ad omnimo-
dam illius extinctionem, *Palm. Nep. allegat. 93. num. 4.*, *Rocc. diſput. jur. ſelect. cap. 3. num. 5. & ſeqq.*, *clar. mem. Card. de Luca de Fideicom. diſc.34. num.6. & 7.*, *& diſc.72. num.8.*, *Pere-
grin. de Fideicommiſ. art. 27. num. 12.*, *Molin. de Primogen. lib.3 cap.4. num.14.*, *Maſtrill. de-
ciſ.34. num. 14.*, *Rot. deciſ. 267. num. 10. part. 11.*, *& deciſ. 313. num.2. part.18.*, & alibi paſ-
ſim, aut verò, extinctâ per obitum Fabii Do-
minici lineâ Maſculorum, rem vertari conten- 39
ditur in ingreſſu novæ lineæ, fœminarum vide-
licet, & locus fit alteri æque certæ regulæ, quâ
traditur, attendendam eſſe proximitatem gra-
vati, & non gravantis, *Bartol. in leg. re conjun-
cti num.3.*, *& 62. ff. de legat.3.*, *Peregrin. conſ. 51. num.15. lib.3.*, *& conſ.64. num.1. lib. 5.*, *& de fideicomm. artic. 21. num.3.*, *Fuſar. de ſubſti-
tut. quæſt. 379. num. 69.*, *coram ſan. mem Ale-
xand. VIII. deciſ.21. nu.1. & ſeqq.*, *coram Mer-
lin. deciſ.250. num.13.*, *in rec. deciſ. 109. nu. 9. part.5.*, eò ſanè certius recipiendæ in caſu no-
ſtro ob ſupradictam expreſſam declarationem, 40
benè *Rota Lucen. apud Palm. deciſ. 763. num. 4. tom.3.*, *Rot. deciſ.190. num.14.*, *& 15. coram
clar. mem. Cardin. Cerro*, cujus vigore cum in
tranſitu de linea ad lineam vocatus appareat
proximior ultimo gravato, conſequens eſt, ut
etiam vocatæ dicantur filiæ D. Fabii Dominici,
tamquam proximiores ultimo Maſculo, alio-
quin, ſi, ipſis exiſtentibus, ſuccedere debuiſſent
deſcendentes à filiabus Franciſci, jam locum
nullum haberet declaratio, & regula ſupradi-
cta, quippè fœminæ proximiores excluderentur 41
à remotioribus, ut in propoſito advertunt *clar. mem. Cardin. de Luca de Fideicommiſ. diſc. 28. nu. 8.*, *Rota Lucana apud Palm. dict. deciſ. 263. num. 86.*

Quamquam verò ex his certa reddi videatur
vocatio filiarum D. Fabii Dominici, eadem ni-
hilominus clarior adhuc redditur aliâ duplici va-
lidiſſimâ animadverſione; Prima eſt, quod Te-
ſtator vocando fœminas Franciſci ſe retulit ad
vocationem Maſculorum, repetiitque in fœmi-
nis eumdem adamuſſim ordinem ſuccedendi in
Maſculis præſcriptum, ibi = *videlicet primò na-
tam, & genitam, ut ſupra, & ſecundùm pri-
mogenituram, & ordinem, de quo ſupra reſpectu
Maſculorum &c.* = quæ verba non ſolum indu-
cunt repetitionem ordinis primogenituræ, ſed
etiam præcedentium ſubſtitutionum, adeout,
devoluto fideicommiſſo ad fœminas, Teſtator
voluerit, illud continuare in eis, eodem mo-
do, & formâ, prout volitum fuerat in Maſcu-
lis, ut, ponderando virtutem, & efficaciam
dictionis *ut ſupra*, tradit *Palma deciſ. Lucen. 263. num.46.*, *& ſeq. tom.3.*, *de Comitibus de-
ciſ. Senen. 34. num.3.*, *Rota coram Bich. deciſ. 252. num.11. & 12.*, quæ eſt *deciſ. 402. part.9.*, *coram Coccin. deciſ.216. num.17.*, *coram Zarat. deciſ.52. num.5.*, *coram bon. mem. Emerix Jun. deciſ.1291. num.8.*, *poſt clar. mem. Cardin. de Lu-
ca de Fideicommiſ. deciſ.28. num.12.*, *& in Me-
diolanen. Cappellaniæ 9. Maii 1701. §. Quidquid
enim coram clar. mem. Cardin. Priolo*, &, con-
ſiderando illa alia verba = *ſecundùm ordinem*, *de
quo ſupra* = *Cardin. Mantic. de conject. lib. 8. tit. 8. num.21.*, *clar. mem. Cardin. de Luca de Fidei-
commiſ. diſc.32. num.9.*, *Rota coram Dunoz. jun. deciſ.3. num.10. & ſeqq.*, *coram bon. mem. Eme-
rix jun. deciſ. 129. num. 1.*, *& ſeqq.*, *in rec. de-
ciſ.345. num.4.*, *& deciſ.373. num. 3. part. 13.*, *deciſ.*

Digitized by Google

*deciſ.31. num.10. part.16.*, *in Romana Fideicom-
miſſi de Alveris 12. Januarii 1711. §. Recurren-
do*, *& §. Nullatenus coram R. P. D. Criſpo*, *in
Urbanien. Fideicommiſſi 13. Februarii 1715. §.fi-
nal.* ibi = *quoniam vis effrænata hujus clauſulæ de
ſui natura præſefert repetitionem omnium conten-
torum in præcedentibus ſubſtitutionibus*, *nedum
reſpectu ordinis ſuccedendi*, *quàm circà perpetui-
tatem*, *& progreſſivitatem fideicommiſſi* =, & *in
confirmatoria 15. Junii ejuſdem anni §. Tutiori
coram eodem*. Sicuti ergò in vocatione Maſculo-
rum continentur omnes Maſculi à Franciſco tàm
45 mediatè, quàm immediatè deſcendentes, ità
quoque omnes fœminæ non ſolùm immediatæ,
ſed etiam mediatæ comprehenſæ dici debent ſub
vocatione fœminarum, quam Teſtator illi Maſ-
culorum pariticavit, *Rot. in Bononien. Fidei-
commiſſi 27. Junii 1708. §. Prædicta coram Fal-
conerio*, *in Interamnen. Fideicommiſſi 17. De-
cembris ejuſdem anni §. Eòque libentiùs coram
Eminentiſſimo D. Cardin. de Polignac*, *in Roma-
na*, *ſeù Ariminen. Fideicommiſſi 15. Maii 1711.
§. Ità ſuadentibus coram bon. mem. Kaunitz*, *in
Urbanien. Fideicommiſſi 15. Junii 1716. §. Ha-
ctenus cor. Criſpo*.

Præſertim quia tàm maſculis, quàm fœminis
indiſtinctè prohibita fuit alienatio in perpetuum,
46 ideòque, ut illa ſuum in eis ſortiatur effectum,
quemadmodum ſortita fuit in Maſculis, faten-
dum eſt, vocationem fœminarum non reſtrin-
gi ad fœminas immediatas, in quibus, deficien-
tibus earum Deſcendentibus, Bona libera reman-
ſiſſent, ſed complecti etiam ulteriores fœminas
per Maſculum à Franciſco deſcendentes, *Rot.
deciſ.217. num.2. coram Manzaned.*, *deciſ. 206.
ſub num.30.*, *& deciſ.228. num.25.*, *coram Mer-
lin. deciſ.113. num.16.*, *& 17.*, *coram ſan. mem.
Alexand. VIII. deciſ. 18.*, *& deciſ.19. utrobique
num. 4. in Mantiſſ. ad clar. mem. Cardin. de Lu-
ca de Fideicomm.*, præcipuè verò, ſi animad-
vertatur, dictam prohibitionem veſtitam ratio-
ne perpetuæ conſervationis Bonorum non ſe-
mel in teſtamento expreſſam, & iterum in
47 codicillis repetitam, adjectam fuiſſe in ora-
tione ſeparata, & per modum cauſæ finalis
in proemio ipſius diſpoſitionis independenter
à quacumque ſubſtitutione, ut liquet ex il-
lius tenore alibi relato, eâque propter non
ſolùm præbet ſufficientem conjecturam voca-
tionis aliarum fœminarum deſcendentium à
Maſculis Franciſci, præter illas immediatè na-
tas ab eodem Franciſco, *Rota Lucana apud Palm.
deciſ.263. num.75.*, *& 77. tom.3.*, *Rota noſtra
deciſ.18. num.9. in Mantiſſ. ad clar. mem. Card.
de Luca de Fideicommiſ.*, verùm etiam ampliat,
48 & extendit fideicommiſſum ad limites rationis
generaliter expreſſæ, illud abſolutè inducendo
inter omnes ſub dicta ratione comprehenſos, ad
*Text. in leg. Cum Pater 79. §. Dulciſſimi ff. de
legat.2.*, *Peregrin. de Fideicom. art.17. nu.38.*,
*Rota Lucan. apud Palm. dict. deciſ.263. nu.77.*,
*Rota noſtra coram Cerro deciſ.65. num.19.*, *in re-
cent. deciſ. 193. num. 3.*, *& 8. part. 1. inter im-
preſſ. ad ornat. clar. mem. Card. de Luca in Man-
tiſſ. de Fideicommiſ. deciſ. 17. & 18.*, *utrobique
num.9. & 10.*, tametſi expreſſa videatur relati-
ve ad dictas perſonas infra ſubſtitutas; quia nihi- 49
lominus, quoties, prout hic, prohibitio eſt realis,
& perpetua, magiſque latè patet, quàm ſubſe-
quens inſtitutio, & ſubſtitutio, quamvis adſint
dictiones relativæ, reſtringi non valet ad perſo- 50
nas expreſſas, ut dixit *Rota deciſ. 95. num. 10.*,
*& 11. coram Cerro*, *in rec. deciſ.67. num.18. cum
duobus ſeqq. part.13.*, *& in Mantiſſ. ad clar. mem.
Card. de Luca de Fideicom. dict. deciſ.17. nu.11.*,
*& deciſ.18. num.10.*

Altera prævalida animadverſio reſultat ex
ſubſtitutione fœminarum collata in remotiſſi-
mum tempus, videlicet poſt defectos omnes De- 51
ſcendentes maſculos Franciſci in infinitum præ-
dilectos, ibi = *& caſu*, *quo dictus Franciſcus*,
*ſeù ejus Deſcendentes maſculi quandocumque dece-
derent ſinè filiis maſculis &c.*, *ſubſtituit fœminas 52
&c.* =, dictio enim illa = *quandocumque* = omne
tempus reſpiciens, efficit, ut ſubſtitutio fœmi-
narum præcisè collata dicatur in caſum, & tem-
pus obitus ultimi ex Deſcendentibus maſculis
Franciſci, cujus ſanè deſcendentia maſculina
cum adeò in longum ferri poſſet, ut prorſus in-
veriſimile videatur, Teſtatorem cogitaſſe, quod
tempore, quo illa defeciſſet, ſupereſſet aliqua
fœmina immediata Franciſci, indè rectè argui-
tur, quod, ne fœminarum ſubſtitutio inutilis
remaneat, &, ut voluntas Fideicommittentis
effectum ſuum plenè in omni caſu conſequi va-
leat, ſub nomine, & appellatione fœminarum,
comprehenſæ fuerint non ſolùm fœminæ imme-
diatæ, ſed etiam neptes, & aliæ ulteriores fœ- 53
minæ deſcendentes, juxta traditionem *Imola*
communi Doctorum, & Tribunalium conſenſu
receptam in *leg. Gallus §. Inſtituens num.48. ff. de
liber. & poſthum.*, de qua *Ruſtic. in leg. Cùm A-
vus ff. de condition.*, *& demonſtrat. lib.6. cap.11.
num.4.*, *Eugen. conſ.94. num. 6.*, *Gabriel. conſ.
121. num.30. lib.1.*, *Honded. conſ.39. num.52.*,
*Surd. conſ.366. num.9. & ſeqq.*, *Andreol. contr.
82. num. 8. & 11.*, *Caſtill. contr. jur. lib. 5. cap.
66. num.38. & ſeqq.*, *Craſſ. in §. Fideicommiſ-
ſum quæſt.5. num.6.*, *Cardin. Mantic. de conject.
lib.8. tit. 8. num. 20.*, *Peregrin. de Fideicommiſ.
artic.22. num.50.*, *clar. mem. Cardin. de Luca
de Fideicommiſ. diſc. 71. num. 8.*, *Magon. deciſ.
Florent. 71. num. 12.*, *Palm. deciſ. Lucen. 263.
num.24.*, *Rota coram Seraphin. deciſ. 409. num.
11.*, *coram Bichio deciſ. 252. num. 13. & ſeqq.*,
*in rec. deciſ.199. num. 5. & ſeqq. part. 8.*, *ibique
latiſſimè Rub. in annot. nu.1.*, *& pluribus ſeqq.*,
*in Auximana Jurispatronatus 9. Maii 1703. §.
Quarta demùm coram bon. mem. Muto*, *in Aqui-
penden.*, *ſeù Montis Faliſci Fideicommiſſi 11.
Maii 1705. §. Hactenus coram clar. mem. Card.
Caprara*, cum reliquis concordantibus plenè
collectis *in Romana Fideicommiſſi de Alveris
ſuper reſervatis 19. Junii 1711. §. Sed quæſtionis
cor. R.P.D. Criſpo*.

Neque verò efficaciſſima hæc, & communi-
ter

ter adprobata conjectura eliditur reſponſione,
illâ, quod eadem non procedat, quoties Teſta-
tor, ut hic, providit utrique caſui tàm proxi-
mo, quàm remoto, vocando nempè poſt fœmi-
54 nas Franciſci, Deſcendentes illarum in infini-
tum. Id enim non impedit, quin ſub nomine
fœminarum Franciſci comprehendantur etiam
ulteriores fœminæ mediatè tantùm ab eo de-
ſcendentes, præſertim, cum ſimus in ingreſſu
55 hujus ſecundæ ſubſtitutionis, non autem in pro-
greſſu, *Palm. deciſ. Lucen. 262. num. 36. verſ., & licet tom. 1.*, Multòque minùs enervat vim iſtiuſ-
modi conjecturæ deſumptæ ex eo, quod Teſta-
tor, vocando in remotiſſimum tempus fœmi-
56 nas Franciſci, comprehendere intellexerit fœ-
minas etiam filiorum Franciſci, eò quòd eo
tempore veriſimiliter exiſtere non poſſent fœ-
minæ immediatè ab illo deſcendentes, ut ad
rem contrarios declarando, aut reprobando,
proſequitur *Rodulphin. allegat. 24. num. 4., clar. mem. Cardin. de Luca de Fideicommiſ. diſc. 16. num. 9., & diſc. 71. num. 8., Palm. Nep. allegat. 93. num. 12., Rot. Lucan. apud eumdem dict. deciſ. 263. à num. 25., & pluribus ſeqq.*

Ex his igitur, aliiſque argumentis, quæ de-
57 ſumi poſſent tum ex qualitate diſpoſitionis factæ
ab Aſcendente, tum ex præſumptione, quod
ipſe non magis dilexerit filias Franciſci, quàm
neptes, & alias ulteriores fœminas deſcenden-
tes à Maſculis ejuſdem Franciſci, de quibus plenè
agunt collecti per *Rot. Lucan. apud Palm. deciſ. 262. num. 6. & 9.*, tum etiam ex prohibitione
58 legitimæ, & trebellianicæ conſiderata per *Rotam deciſ. 19. num. 16. & 17., & deciſ. 20. nu. 10. inter impreſſ. ad ornat. Cardin. de Luca in Mantiſſ. de Fideicomm.*, & ex digreſſu ad plures gra-
59 dus ſubſtitutionum, de quo *Carena reſolut. 67. num. 10. & ſeqq., clar. mem. Card. de Luc. de Fideicomm. diſc. 70. nu. 9., Rot. deciſ. 465. num. 14., & ſeqq part. 14., & in Bononien. Fideicommiſſi de Roſſenis 17. Martii 1702. §. His accedit coram bon. mem. Muto*; atque demùm ab excluſione
60 Fiſci, & Eccleſiæ, ſeu Monaſterii, ac cujuſcum-
que perſonæ religioſæ, quam expendit eadem
*Rot. deciſ. 18. num. 5., & deciſ. 19. num. 12., & deciſ. 20. num. 8. in Mantiſ. ad clar. mem. Card. de Luca de Fideicommiſ.*, his, inquam, aliiſque
argumentis, quæ brevitatis gratiâ omittuntur,
61 quæque ſimul, & unitim accipienda eſſe, ad-
monet in propoſito *Caſanat. conſ. 4. num. 26., Rodulphin. allegat. 124. nu. 28., Mantic. de conject. lib. 7. tit. 5. num. 5., Palm. deciſ. Lucen. 263. num. 89., Rot. deciſ. 18. in fin. in Mantiſſ. ad clar. mem. Cardin. de Luca de Fideicommiſ., & alibi paſſim*, cum plenè conſtabilita videri poſſit vo-
catio, & comprehenſio filiarum D. Fabii Do-
minici ſub nomine fœminarum Franciſci, fru-
ſtrà illa everti contenderetur ſub obtentu, quod
Teſtator in eadem teſtamenti parte, in qua fœ-
minas Franciſci vocavit, deindè ad illarum De-
ſcendentes progrediens, explicaverit, de qui-
bus fœminis Franciſci intellexerit, nempè de
filiabus immediatis ipſius, ità loquendo = *ad eo quod omnia Bona præfata ſemper conſerventur inter deſcendentes ex dictis filiis dicti Franciſci, ſeu filiabus &c.* =, proindeque extranea ſit omnis
quæſtio quoad comprehenſionem filiarum D.
Fabii Dominici, quibus diſpoſitionis verba reſi-
ſtere videntur, cum non ſint illius filiæ imme-
diatæ.

Objectio namque iſthæc, omiſſis aliis reſpon-
ſionibus, facilè removetur ex eo, quod, licèt 62
de ſtricta Juris cenſura aliter filii, aliter nepotes
appellentur, attamen, ſicuti ex juſta legis in-
terpretatione, concurrente aliquâ conjecturâ
veriſimilis voluntatis Teſtatoris, filiorum ap- 63
pellatione veniunt etiam nepotes, *leg. filiis 84., & leg. juſta 201. ff. de verbor. ſignific., leg. liberorum 220. §. Sed & Papinianus ff. eodem, leg. Lucius 85. ff. de hered. inſtitut., cum aliis Juribus congeſtis per Mart. Medic. examin. 1. ſub. num. 15., Palm. deciſ. Lucen. 262. num. 5., Rot. in Auximana, ſeu Camerinen. Fideicommiſſorum 1. Julii 1709. §. Tamen regula coram R. P. D. Criſpo*. Ità & facilius ſub nomine filiarum ve-
niunt neptes, ad notata per *Spad. conſ. 261. num.* 64
*14. lib. 3., Palm. Nep. allegat. 93. nu. 14., idem deciſ. Lucan. 262. num. 36., & deciſ. 263. num. 14.*, præſertim, quoties diſpoſitio qualificata eſt
verbis tractum temporis ſucceſſivum, & perpe- 65
tuitatem importantibus, & in filiabus effectum
habere non poteſt, adeout, ſi illarum nomine
non venirent neptes, & ulteriores Deſcenden-
tes, fideicommiſſum fieret caducum; In his
enim terminis abſolutum eſt, ſub nomine filio- 66
rum venire nepotes, & alios quoſcumque ulte-
riores Deſcendentes, ut ponderando verba per-
petuitatem diſpoſitionis inducentia, docent com-
muniter *Bartol. in leg. 1. §. Sed etiam ſi quis ff. de ſuis, & legitim., Franch. in leg. heredes mei §. Cum ita num. 133. ff. ad Trebell., Caren. reſolut. 67. num. 9., Palm. allegat. 168. num. 4. & ſeqq., & allegat. 169. num. 1. & ſeqq., Saminiat. contr. 110. num. 1., & 2. tom. 2., Altograd. Jun. contr. 97. num. 21., clar. mem. Cardin. de Luca de Fideicommiſ. diſc. 70. num. 9., Mantic. de conject. lib. 8. tit. 8. num. 22., Peregrin. de Fideicommiſ. art. 22. num. 45. & 51., & artic. 28. num. 32., Palma deciſ. Lucen. 262. num. 4., & deciſ. 264. num. 14., Rota coram Merlin. deciſ. 206. nu. 37., coram Bich. deciſ. 152. num. 5., coram Dunozet. Sen. deciſ. 81. num. 1., & coram Dunoz. Jun. deciſ. 648. num. 21., in rec. deciſ. 6. in fin. part. 5., deciſ. 142. num. 43. part. 10., deciſ. 365. num. 14. part. 14., deciſ. 17. nu. 5. in Mantiſſ. ad clar. mem. Cardin. de Luca de Fideicomm., in Avenionen. Primogenituræ 10. Januarii 1701. §. Nec in dubium coram clar. mem. Cardin. Caprara, in Bononien. Fideicommiſſi de Roſſenis 17. Martii 1702. coram bon. mem. Omanna, & in Romana Fideicommiſſi R.P.D. Pauli de Alveris 11. Maii 1714. §. Quandoquidem coram R.P.D. Criſpo*, & exa-
minando aliam circumſtantiam peremptionis fi- 67
deicommiſſi, aliis omiſſis, benè *Rota in Auximana, ſeu Camerinen. Fideicommiſſorum 1. Julii 1709. §. Hujuſmodi ſanè coram R. P. D. Criſpo*,

*Criſpo*, *&* *16. Junii* 1710. *§. Verùm etiam co-*
*ram bon. me. Anſaldo*, *&* *in Peruſina Fideicom-*
*miſsi* 30. *Januarii* 1711. *§. Et ad effectum cor. R.*
*P. D. Criſpa*, in quibus concordantes.

In caſu autem noſtro, præter fideicommiſſi
perpetuitatem tantoperè à Teſtatore exoptatam,
& præter illius extinctionem, quæ alioquin ſe-
queretur, tot aliæ concurrunt, & quidem vehe-
mentiſſimæ conjecturæ ſuadentes, appellatione fi-
liarum Franciſci contineri neptes, & alias ulte-
riores fœminas ab eodem Franciſco deſcenden-
tes, ut vix, ac ne vix quidem de illarum voca-
tione dubitari poſſe videatur; Idque perſpicuum
fit mente revolvendo præcipua argumenta latè
ſuperius deducta; ea quippè demonſtrant, fœ-
minas ab ultimo Maſculo deſcendentes in nulla
teſtamenti parte vocatas reperiri, niſi compre-
hendantur ſub nomine filiarum Franciſci; ea-
rum verò omiſſionem nedum non eſſe veriſimi-
68 lem, ſed omninò abſurdam, tum quia fœmi-
næ ultimi Maſculi prædilecti excluderentur à fœ-
minis deſcendentibus filiarum Franciſci indubiè
vocatis, tum quia perverteretur ordo primoge-
69 nituræ à Teſtatore præſcriptus, & eluſoria red-
deretur ſubſtitutio fœminarum in remotiſſimum
tempus collata, tum demum, quia non imple-
retur finis à Teſtatore volitus, perpetua nimi-
rum Bonorum conſervatio in Deſcendentibus
ſuis, ad quem effectum ipſe non ſemel tàm in
teſtamento, quàm in codicillis quamcumque alie-
nationem ſtrictiſſimè prohibuit.

Quamobrem, cum in diſpoſitionibus per
70 viam ultimæ voluntatis ordinatis ea ſemper ca-
pienda ſit interpretatio, quæ, ſublatis aſperita-
tibus, & abſurdis magis conſonat principali ra-
tioni, quâ Teſtator motus fuit, rectiùſque per-
ducit ad finem pro cauſa finali ab ipſo in ſua di-
ſpoſitione contemplatum, *Venturin. conſ.* 10. *n.*
105. *lib.* 1., *Manſ. conſult.* 327. *num.* 19., *& ſeq.*,
*Rot. cor. Bich. deciſ.* 196. *num.* 14., *& ſeq.*, *cor.*
*Arguell. deciſ.* 91. *num.* 52., *&* 53., *& in Ro-*
*mana, ſeù Forolivien. Fideicommiſsi* 6. *Maii*
1720. *§. Cum autem cor. R. P. D. Foſcaro*; di-
71 cendum profectò eſt, ſub nomine filiarum Fran-
ciſci contineri omnes ulteriores fœminas de-
ſcendentes, ità namque ceſſàt inveriſimilitudo,
tolluntur abſurda, res reducitur ad terminos ve-
ræ primogenituræ, ſubſtitutio fœminarum effe-
ctum ſortitur, &, quod magis eſt, vota Teſta-
toris uberius implentur, ut optimè advertit *Pal-*
*ma deciſ. Lucan.* 262. *num.* 28., ſubdens etiam
*num.* 29., quod, ſi pro evitando abſurdo licet re-
72 cedere à propria verborum ſignificatione, *Cy-*
*riac. contr.* 174. *num.* 40., *Aſtolin. reſol.* 82. *num.*
20., *& reſol.* 83. *num.* 28., *& ſeq.*, *Ruſtic. in leg.*
*cum Avus lib.* 6. *cap.* 12. *num.* 7., multò magis
capi debet interpretatio, ut ſub nomine filiarum
comprehendantur neptes, & ulteriores Deſcen-
dentes, quod non eſt improprìare verba, ſed
eam eligere illorum intelligentiam, ſive inter-
pretationem, quæ eſt magis conformis qualitati,
& naturæ rei, & Teſtatoris voluntati.

Hinc ſuperfluum redditur alias cumulare con-
jecturas, quas teſtamenti litera ſubminiſtrare
poſſet, & quæ jam ſuperioribus locis adductæ 73
ſunt; cum enim hæc materia ſit omnino conje-
cturalis, *Card. de Luca de Fideicomm. diſc.* 71.
*num.* 13., *Palm. deciſ. Lucen.* 252. *nu.* 19., tàm
cauſa finalis contenta in proemio diſpoſitionis,
quàm verba ampla, & perpetuitatem importan-
tia ſæpiùs appoſita, & repetita in qualibet tum
teſtamenti, tum codicillorum parte, perſpi- 74
cuè demonſtrant, quid Teſtator ſenſerit, &
quas perſonas comprehendere voluerit ſub ap-
pellatione filiarum Franciſci, ut benè proſequi-
tur, & concludit *Palm. d. deciſ. Lucen.* 262. *ſub*
*num.* 29. *verſ. ex quo irrefragabiliter*, *& n. ſeq.*,
ubi contrarios declarat.

Parvique refert, ſi objiciatur, Teſtatorem
vocationi filiarum adjeciſſe illa verba = *d. Fran-* 75
*ciſci* =, quæ uti perſonalia, & reſtrictiva exclu-
dere videntur comprehenſionem neptum ſub no-
mine filiarum, juxtà auctoritates ſub initium in
contrarium allegatas, urgeret namque objectio 76
iſthæc, ſi aliæ, & quidem efficaciores conjectu-
ræ non concurrerent pro comprehenſione ne-
ptum, & ulteriorum Deſcendentium ſub nomi-
ne filiarum, ſed iis concurrentibus, prout in caſu
noſtro, dicta reſtrictiva, & denominatio Patris 77
non obſtat, cum appoſita cenſeatur demonſtra-
tivè, ut ait *Rodulphin. alleg.* 24. *num.* 16., ubi,
quod, dum vocantur filii, onus eſt de Patre 78
mentionem facere, *Mart. Medic. deciſ.* 1. *n.* 82.,
*& ſeqq.*, *Palm. deciſ. Lucen.* 262. *num.* 34., *&*
*deciſ.* 263. *num.* 129., *& ſeqq.*, *Rot. deciſ.* 176.
*num.* 22. *coram Celſo*, *deciſ.* 402. *num.* 23. *part.* 9.
*rec.*, & latiùs alibi dictum fuit, tametſi mate-
rialis verborum ſonus aliter præſeferre videretur, 79
de eo quippè curandum non eſt, quoties conje-
cturæ demonſtrant veram mentem, & intentio-
nem Diſponentis. Jura ſiquidem, & Tribunalia,
quorum præcipua cura, & ſollicitudo verſatur 80
in perſcrutanda, & exequenda voluntate Defun-
ctorum, *Bald. in leg. Captatorias num.* 4. *Cod. de*
*teſtament. milit.*, *Mantica de conject. lib.* 3. *tit.* 1.
*num.* 18., *Rot. in Romana fideicommiſſi* 1. *Julii*
1599. *§. Et hæc quidem coram clar. mem. Card. de*
*la Tremoille*, non patiuntur admitti interpreta- 81
tionem illi contrariam, & repugnantem, quam-
vis ceteroquin, attento materiali, rigidoque
verborum ſenſu, ea verior fortaſſe videretur,
*leg. Labeo in fin. ff. de ſupellect. legat.*, *leg. non*
*aliter ff. de legat.* 3., *& leg.* 3. *Cod. de liber. præ-*
*terit.*, *Rota in Ariminen. fideicommiſſi de Hippo-*
*litis* 12. *Aprilis* 1717. *§. Non obſtante cor. R. P. D.*
*Foſcaro*, *& in Romana, ſeù Forolivien. fideicom-*
*miſſi* 6. *Maii* 1720. *§. Claudicat igitur coram eo-*
*dem*.

Nil etiam turbat animadverſio illa, quod ſub
nomine filiarum venire quidem poſſint neptes, 82
& aliæ fœminæ ab illis deſcendentes, at non etiam
venire deſcendentes à filiis maſculis, in quibus
terminis nullum Doctorem loqui, dixit *Alto-*
*grad. Jun. contr.* 97., & contrarium firmarunt
quatuor inſignes Romanæ Curiæ Advocati in eo-
rum reſponſo impreſſo *poſt conſil.* 1. *Gunnaver.*;
nam, præter efficaciſſimam reſponſionem, quam
præbet voluntas Teſtatoris comprehendendi om-
nes

nes ſuos Deſcendentes pluries in teſtamento, &
83 codicillis explicata; Dicimus, nullam aſſignari
poſſe congruam rationem diverſitatis, ob quam
potius debeant appellatione filiarum venire ne-
ptes, & aliæ deſcendentes ex filiabus, quàm de-
ſcendentes ex filiis maſculis, ut in puncto reſpon-
det *Spada conſ.313. num.6. verſ. nec etiam obſtat
lib.3., Mart. Medic. deciſ. Senen.1. num.34., & 
ſeqq., Palm. Nep. alleg.93. num.20., & duob.
ſeqq., & inter deciſ. Lucen. deciſ.262. num.35.*,
84 immò verò eadem proſus ratio in utriſque mili-
tare videtur, cum neptes, proneptes, & ulterio-
res fœminæ deſcendentes à Maſculis Teſtatoris
ſint neptes, & proneptes primorum filiorum in-
ſtitutorum, juxtà gradum, in quo reperiuntur,
ideoque nil prohibet, quod appellatione filiarum
contineantur, etiamſi non deſcendant à primis
filiabus filiorum inſtitutorum, *Mart. Medic. d.
deciſ. Senen.1. num.79., Rota Lucan. apud Pal-
mam deciſ.263. num.143.*; Unde patet, minùs
85 rectè ſenſiſſe *Altogradum*, dum inquit, nullum
reperiri Doctorem in noſtris terminis loquentem,
quoniam fœminis ex Maſculis procedentibus fa-
vent omnes mox citati, nec deſunt alii plures,
magnique nominis Doctores id ipſum firmantes,
& præ ceteris *Angel., Bald., Salycet., Caſtrenſ.,
Jaſon., & Dec.*, aliique communiter *poſt Gloſſ.
in leg. ſi Avia Cod. de ſucceſſ. edict., Bartol. in
leg. ſi inſtituta §. De inofficioſo num.1. ff. de inoffic.
teſtam., Soccin. Jun. conſ.1. lib.3. per tot., clar.
me. Card. de Luc. de fideicomm. diſc.72., Rota
Florent. deciſ.17. num. fin. poſt Torr. de majorat.*;
Reſponſum verò Advocatorum Romanæ Curiæ
poſt *conſ.1. Gaunaver.* extraneum eſt à præſenti
86 hypotheſi propter diverſas circumſtantias, &
conjecturas in eo caſu concurrentes; quibus ni-
hilominus minimè curatis, contraria ſententia
favore pronepotum jam præcedenter lata fuerat,
ut ex eodem *conſ. Gaunaver. num.241.*, proinde-
que, ſi, ut inquit *Franch. deciſ.260. num.5.*, quan-
87 do allegantur conſilia, oportet videre Deciſiones
ſuper eiſdem editas, id multò magis procedet,
quando, prout in dicto caſu, contraria ſententia
88 præceſſerat, ut, præcisè confutando reſponſum
prædictum, advertit *Rota Lucana apud Palm.
deciſ.263. num.147.*

Rem igitur brevibus perſtringendo, etſi quæ-
89 ſtio omnis, quæ pendet ex conjecturis, dubia
ſemper, & anceps ſit, ob alias, quæ in contra-
rium urgere poſſunt, ad tradita per *Rot. coram
Bich. deciſ.612. num.15., & ſeqq., coram Cerro
deciſ.538. num.3., & ſeqq., & apud Palm. de-
ciſ.88. num.7., & ſeqq.*, ideoque difficile red-
90 datur certum judicium, ſententiamque de ea
ferre; nihilominus pro fideicommiſſi duratione
in filiabus D. Fabii Dominici, earumque De-
ſcendentibus, reſpondendum cenſerem, ſivè ex
tenore diſpoſitionis, ejuſque veriori, & germa-
no ſenſu, ſivè quia, quando etiam aliqua in eo
eſſet obſcuritas, vel dubietas, huic interpreta-
tioni aſſiſtit omnis veriſimilitudo ducta ex pari-
tate rationis æquè vigentis in fœminis Maſculo-
rum, ac in deſcendentibus ab aliis fœminis, ex
æquali affectione, quâ Teſtator reſpexiſſe præſu-
mitur ad deſcendentes omnes ex proprio ſangui-
ne, ex qualitate fideicommiſſi perpetui, quod
alioquin contra enixum Teſtatoris votum facilius
expirare potuiſſet, ex ratione vitandi tot abſur- 91
da, quæ contingerent, & ſupra conſiderata fue-
runt, & demum, quia in dubio verba demon-
ſtrativè, non taxativè accipi debent, *Rota Lu-
cana apud Palm. deciſ.327. num.19., Rota Flo-
rent. apud Venturin. deciſ.53. num.40., & apud
de Comitib. deciſ.57. num.19., Rota Romana co-
ram bo. mem. Emerix Jun. deciſ.117. num.4., in
rec. deciſ.474. num.17. part.18., & deciſ.177.
num.5. part.19.*; Ex quibus ceſſat etiam regula
illa, quod in dubio capienda ſit interpretatio
excluſiva fideicommiſſi, quippe in noſtro caſu
dubietas ſublata videtur tot argumentis præſe-
ferentibus voluntatem Teſtatoris pro illius dura-
tione.

### *Jannen. Diſtributionis Multiplici.*

Ad annuas, & perpetuas fructuum diſtributio-
nes non ſoli Maſculi, & Agnati, ſed quicum-
que Deſcendentes vocati cenſentur, non ob-
ſtante patrio ſtatuto fœminas propter Maſculos
excludente, quando præſertim Teſtator Libe-
ris, & fratribus carens, vocavit pauperes de-
ſcendentes ab ipſius Patre (quorum non alii
aderant, quàm deſcendentes ex ipſius Teſta-
toris Sorore), iiſque non indigentibus, pau-
peres deſcendentes alterius fœminæ extraneæ,
ac præterea in activâ fructuum diſtributione
prætulit Maſculos fœminis, ac de fœminis vo-
catis mentionem fecit, itemque fœminæ, &
earum Deſcendentes reperiuntur in lineâ jam
ad Legatum admiſſâ. Heredum, & ſucceſſo-
rum nomen quando heredes ſanguinis, vel
etiam Bonorum ſignificet?

## VOTUM XLI.

1 *Deſcendentium nomine veniunt Maſculi, &
fœminæ*, & num.10. & 28.
2 *Leges municipales Civitatis Januæ fœminas
propter Maſculos excludunt.*
3 *Deſcendentium nomine ſoli Maſculi vocati cen-
ſentur, ſi patrium adſit Statutum excludens
fœminas propter Maſculos.*
4 *Teſtator patrio Statuto ſe conformare præſu-
mitur.*
5 *Fœminas ſub Deſcendentium nomine comprehen-
di, ſuadet præſumpta conformatio diſpoſitioni
juris communis.*
6 *Præſumptio conformationis diſpoſitioni juris
communis tolli dicitur à Statuto.*
7 *Statutum potentiorem præſumptionem inducit
diſponendi juxta patrias leges.*
8 *Fœminas ſicuti Statutum non admittit, ita
nec Teſtator vocaſſe præſumitur.*
9 *Pro fœminarum excluſione præſumpta confor-
mitas Teſtatoris cum legibus Patriæ, non ſim-
plicem præſumptionem, ſed regulam ſtatuit*,
& num.45.
11 *Lex municipalis, utpote nobiſcum nata, dicitur
eſſe*

uſſe ſecundùm mentem Civium, & jus commune illius Civitatis.

12 Et potentiùs imperat eorum voluntatibus, quàm jus commune.

13 Fœminas excludit ſola præſumpta Teſtatoris conformitas cum patriis legibus, etiam abſque aliis conjecturis.

14 Statutum excludens fœminas propter Maſculos, reſpicit agnationis favorem, & num. 69.

15 Fœminæ familiæ ſuæ caput, & finis ſunt.

16 Teſtatores agnationem virorum, quibus ſorores, aut filiæ ſuæ nupſerunt, contemplari, eorumque ſexum maſculinum prædiligere, novum non eſt.

17 Teſtator vocans ad multiplici fruitionem Deſcendentes, heredes, & ſucceſſores Patris ſui, non heredes ſanguinis, ſed heredes Bonorum ex Statuto vocaſſe cenſetur.

18 Heredum, & ſucceſſorum nomine in perpetuis diſpoſitionibus veniunt ſoli etiam heredes ſanguinis, non curatâ qualitate hereditariâ Bonorum, & num. 77.

19 Limita, niſi Teſtator adjecerit nomen Deſcendentium.

20 Præſertim ad effectum, ut utrâque præditus hæreditariâ qualitate, ſanguinis, & Bonorum, præferatur unâ tantùm qualitate prædita.

21 Succeſſionis regula deducenda eſt à perſonâ deſignatâ à Teſtatore.

22 Obſervantia ſolis Maſculis favens pro fruitione multiplici, attendenda eſt.

23 Etiamſi præſcriptiva non fuerit.

24 Obſervantia interpretativa promanans ex facto ſucceſſorum, ſufficit pro declaranda mente Teſtatoris.

25 Etiamſi ex unico actu deſumatur.

26 Ex non admiſſione fœminæ, ejuſque filiarum, juſta capienda eſt diſpoſitionis interpretatio.

27 Judicium, & factum Diſpenſatorum multiplici, quibus plenum arbitrium Teſtator dedit, plurimùm valere debet.

29 Deſcendentium nomine fœminas comprehendi, etiamſi adſit Statutum fœminas excludens, dixit Marta.

30 Deſcendentium maſculorum nomine veniunt Maſculi etiam ex fœminis.

31 Sive procedant per unicum, ſive per duplex medium fœminarum.

32 Maſculinitatis qualitas à Teſtatore prædilecta, vel in alia diſpoſitionis parte repetita numquam præſumitur.

33 Jura ſucceſſoria de unâ in aliam lineam transferri nequeunt, quamdiu ex lineâ jam admiſsâ ſupereſt perſona capax ſucceſſionis.

34 Durationem unius lineæ aliam excludere, tritum axioma eſt.

35 Succeſſio fideicommiſſaria dominium transfert in gravatum pro tempore ſuccedentem.

36 In annuâ diſtributione fructuum faciendâ ex diſpoſitione Teſtatoris, penes eum dominium manere fingitur.

37 Regula, quod jura ſucceſſoria de unâ in aliam lineam transferri nequeant, locum quoque habet in annuâ diſtributione fructuum multiplici pro certis perſonis ordinati.

38 Et hæc regula naturali æquitati maximè congruit.

39 Annuæ diſtributiones fructuum vicem gerunt præſtationis alimentorum.

40 Et relictæ cenſentur ob ſolam ſanguinis conjunctionem, abſque diſcretione ſexus, & linearum.

41 Teſtator Maſculos fœminis præferens, fœminas vocaſſe cenſetur.

42 Prælatio conceſſa Maſculis in activâ diſtributione fructuum multiplici, ſupponit mares, & fœminas coæquales quoad alia.

43 Maſculis æquè, ac fœminis favet pietatis ratio pro conſequendâ piâ redituum largitione à Teſtatore demandatâ.

44 Præſumptam Teſtatoris conformationem cum patrio ſtatuto levem eſſe conjecturam, plures ſentiunt.

46 Statutum fœminas excludens, non prohibet fœminis, earumque Deſcendentibus, hereditates, aliaque jura ex teſtamento deferri.

47 Vocatio Deſcendentium ex fœmina comprehendit etiam Deſcendentes fœminas, etiamſi adſit Statutum fœminas excludens.

48 Statuto fœminas excludenti locus eſſe nequit, facto teſtamento, ac Teſtatoris voluntate fœminis aſſiſtente.

49 Præſumpta cum ſtatuto conformatio, ut obtineat, oportet, primum defunctum, eſſe ex perſonis, à quarum ſucceſſione quis excluditur, & num. 57.

50 Nec locum habet, deficientibus perſonis, & caſu, de quo Statutum diſponit.

51 Immò tunc urget contraria præſumptio.

52 Præſumpta cum Statuto conformatio locum habet, exiſtentibus Maſculis in eo gradu, in quo ad fœminarum excluſionem à ſtatuto vocantur, & num. 55.

53 Statuta tantum diſponunt, quantum loquuntur.

54 Fœminæ per Statutum in capite excluſivo numquam repelluntur, niſi à perſonis in capite incluſivo deſignatis.

56 Voluntatis conjectura à Statuto deſumpta, extendi non debet ultra caſus, & perſonas à Statuto expreſſas.

58 Statutum, quoad perſonas à Statuto non contemplatas, nihil operatur.

59 Statutum excludens fœminas propter Maſculos, operatur ſolùm in caſu, quo adſit Maſculus ejuſdem gradus.

60 Statutum Januenſe à ſucceſſione Avunculi non excludit filias ſororis prædefuncti, exiſtentibus filiis maſculis ejuſdem.

61 Statuta excluſiva fœminarum in eâ parte, in quâ non reſpiciunt agnationem, dicuntur odioſa.

62 Teſtator in diſpoſitionibus perpetuis, & progredientibus per plures gradus, & perſonas ſub Statuto non comprehenſas, non præſumitur ſtatuto ſe conformare voluiſſe.

63 *Fœminæ in diſpoſitione conceptâ nominibus collectivis plurium graduum, & perſonarum, non excluduntur à Maſculis ulterioribus, etiamſi Statutum fœminas propter Maſculos excludat.*

64 *Secus, ſi diſpoſitio concepta ſit ſub appellativis nominibus comprehendentibus plures perſonas, non tamen plures gradus.*

65 *Fœminæ ſub nomine filiorum, quos Teſtator vocavit, non comprehenduntur, ſi adſit Statutum fœminas excludens.*

66 *Fœminas, quibus æqualis pietatis, & prædilectionis gratia favebat, Teſtator excludere voluiſſe non præſumitur.*

67 *Præſumpta Teſtatoris conformatio cum patriis legibus tota fundatur in conjecturatâ ejus mente.*

68 *Nec locum habet, ſi contrariæ urgeant conjecturæ.*

70 *Statuto excludenti fœminas propter Maſculos ſe conformaſſe non creditur Teſtator, nullum prædilectæ agnationis judicium præbens.*

71 *Nec ille, qui deſcendentes ex fœminis vocovit, etiam prorſus extraneis*, & num. 73.

72 *Agnationis contemplationi nihil magis repugnat, quàm fœminarum admiſſio.*

74 *Agnationis contemplationem à Teſtatore in Sororis filiis haberi potuiſſe, commentum eſt.*

75 *Præſumptionum multiplicatio pro agnationis contemplatione admittenda non eſt.*

76 *Agnatos, aut Maſculos pro fruitione multiplici non prædilexit Teſtator, ceteras qualitates, non verò hanc exprimens.*

78 *Heredum, & ſucceſſorum nomine veniunt heredes ſanguinis, licèt non ſint heredes Bonorum, quando non agitur de vocatione Deſcendentium alicujus perſonæ, quæ fuerit ad ſucceſſionem admiſſa.*

79 *Uti etiam, quando inter heredes, & ſucceſſores alicujus comprehenduntur perſonæ, quæ in Bonis ei ſuccedere non poterant.*

80 *Hereditaria qualitas contemplata dici nequit in eo, cui illa inhærere non poterat.*

81 *Notarii, & Teſtatores verbis, & clauſulis abundare conſueverunt.*

82 *Heredum, & ſucceſſorum nomen aliquando adponitur ad deſignandam originem.*

83 *Heredum, & ſucceſſorum nomen quod importet ſolam ſanguinis qualitatem, probatur ex aliâ ſimili diſpoſitione, ad quam ſe refert Teſtator.*

84 *Clauſula* = ut ſupra = *efficit, ut referens intelligendum ſit ad terminos relati.*

85 *Et unam teſtamenti partem ab alia declarat.*

86 *Efficit etiam, ut eadem verba in unâ, eâdemque ſignificatione ubique accipiantur.*


87 *Obſervantia ex taciturnitate vocatis nocere non poteſt, niſi habuerint ſcientiam teſtamentariæ diſpoſitionis.*

88 *Præſertim, ſi aliqua probabilis cauſa eſſe potuerit, cur tacuerint.*

89 *Obſervantia debet eſſe cum ſcientiâ ſui juris, & ex actibus univocis.*

90 *Obſervantia erronea, vel æquivoca nil prodeſt.*

91 *Diſpenſatoribus arbitrium datum eſt ad conſervandam, non ad deſtruendam voluntatem Defuncti.*




NOBILIS Vir Hieronymus Axeretus in ſuo ultimo teſtamento, præter alias plures diſpoſitiones, duo ordinavit multiplica, quorum primum ita erogari mandavit. = *Il reſto delli detti proventi, frutti, e redditi, così di detta metà de' luoghi Monti, e redditi, in quali ſi ſarà fatto detto impiego delle dette lire cinquanta mila, come della metà delli altri luoghi, Monti,*

*Monti, e redditi, che ſi anderanno multiplicando, & accreſcendo, detti frutti dell'altra metà, come ſopra, e come dirò appreſſo, ordino, e voglio, che ſia ogn'anno in perpetuo diſpenſato à poveri Deſcendenti del qu. Magnifico Gio: Battiſta Azereto mio Padre, & in qualche parte ance alli poveri ſucceſſori, e Deſcendenti della Magnifica Nicoletta Gropalla Sorella della detta qu. Magnifica Barbara mia Moglie, e quando li d. Deſcendenti, come ſopra, chiamati non haveſſera biſogno di detto ſuffragio à giudizio ſempre delli Diſpenſatori, che ſaranno nominati, e chiamati da me à fare detta diſpenſa, come dichiarerò appreſſo, in tal caſo voglio, che ſiano diſpenſati per li medemi Diſpenſatori ad altri poveri, fra quali ſiano li Deſcendenti del Magnifico Gio: Girolamo figlio del qu. Ottavia Azereto mio parente da parte di Padre, e di Madre=.*

Deinde diſponendo de aliis multiplicis in eodem teſtamento ordinatis, mandavit = *E quando reſteranno compiti, e fatti li d ſette multiplichi, come ſopra, ordinati, allora voglio, ordino, e laſcio, che una quarta parte delli frutti, proventi, e redditi della ſeconda metà de Luoghi, Monte, e redditi, in quali ſaranno ſtate impiegate le dette lire cinquanta mila, e di tutti gl'altri luoghi Monti, redditi, e Cenſi accreſciuti, e multiplicati, e pervenuti à d. ſette multiplichi, ſia diſpenſata alli d. poveri Diſcendenti in perpetuo eredi, e ſucceſſori di d. qu. Magnifico Gio: Battiſta mio Padre, & in qualche parte à poveri ſucceſſori di d. Magnifica Nicoletta Gropalla Sorella di detta qu. Magnifica Barbara mia Moglie, come di ſopra chiamati in tutto, come ho detto ſopra, ſe ne haveranno biſogno, e non biſognandone, ad altri poveri, frà quali li Deſcendenti di detto Magnifica Gio: Geronimo Azereto, come ſi è detto ſopra &c., una quarta parte ſpetti liberamente alli miei eredi, e ſucceſſori di d. qu. mio Padre, eredi, e ſucceſſori loro reſpettivamente per ſtirpe, e non in capi in perpetuo. =*

Primum ex dictis multiplicis jamdudum completum, atque perfectum, erogari cœpit inter Deſcendentes Aloyſiæ Axereti Sororis Teſtatoris, quæ dum ex Ferdinando Maino viro ſuo ſuſcepiſſet Jo. Baptiſtam, & Octavium; Octavii filii, nempe Vincentius, Petrus Maria, & R. Ferdinandus Junior admiſſi fuerunt ad participationem ſextæ partis fructuum dicti multiplici; Defunctis autem aliis duobus fratribus, ſupremus omnium fuit Ferdinandus, quo nuper mortuo, Deſcendentes Aloyſiæ ejuſdem Sororis ad idem multiplicum admitti poſtulant, contrà verò D. Julius Cæſar Mainus nepos Jo: Baptiſtæ illos excludere contendit, uti deſcendentes ex fœminâ, ideòque à Teſtatore non vocatos ad multiplicum pro ſolis Deſcendentibus maſculis ordinatum, eâdemque ratione repellendos eſſe, ſuſtinet à perceptione fructuum aliorum multiplicorum, quæ brevi perficienda fore, ſperatur, ſed illorum omnium fructus liberè applicari poſſe filiis ſuis; qua de re rogatus, ut ſententiam meam dicerem, & cujus jura potiora eſſe credam, declarare velim, Primò quidem rei aſpectu tacita Teſtatoris voluntas, aliaque argumenta elicita tum ex litera teſtamenti, tum ex obſervantia favere videntur D. Julio Cæſari.

Quamquam enim certa ſit regula, quod, inſpectâ juris communis cenſurâ, nomine Deſcen- 1
dentium, Maſculi æquè, ac fœminæ contineantur, cum ſit commune, & vi comprehenſivâ propriæ ſignificationis, utriuſque ſexus ſobolem, progeniemque complectatur, nihilominus, cum leges 2
municipales Civitatis Januæ *lib. 5. cap. 23.* fœminas excludant propter Maſculos, locum habet con- 3
traria regula elicita ex præſumpta voluntate Teſtatoris ſe conformantis patrio Statuto fœmina- 4
rum excluſivo, juxta originariam, & egregiam theoricam *Bartoli in l. heredes mei §. Cum ita ff. ad Sen. Conſult. Trebell., & Bart. communiter ſequuntur Alexand. ibidem num. 1., Alciatus in l. quiſquis num. 1. ff. de verbor. ſignif., Jaſon. in l. qui filiabus num. 13. ff. de legat. 1., Alex. conſ. 38. num. 6. lib. 6., Cephal. conſ. 45. num. 9., Hier. Gabriel. conſ. 97. num. 21., & ſeqq. lib. 1., Grat. conſ. 64. num. 6. lib. 2., Saccin. Jun. conſ. 160. nu. 68. lib. 2., Fuſar. conſ. 73. num. 6., & ſeqq., Menoch. conſ. 95. num. 60., & conſ. 1203. num. 11., Turet. conſ. 82. n. 9. lib. 1., Redenaſch. conſ. 1. nu. 158. verſ. etſi ſtante. Roduer. conſ. 22. num. 1., & ſeqq., Brun. ad Stat. quod ſtant. maſcul. art. 6. mem. 3. quæſt. 5. num. 89., Gabriel. comm. concluſ. de verbor. ſignif. concluſ. 6. num. 84., de ſubſt. concluſ. 2. num. 13., Oddus de compend. ſubſtit. part. 7. art. 4. num. 7., Mantica de conject. lib. 6. tit. 6. num. 1., & ſeqq. lib. 11. tit. 14. num. 15., Simon. de Pretis de interpret. ultim. volunt. fol. mihi 315. num. 28., Trentuncinq. de ſubſtit. part. 4. quæſt. 7. ſub num. 12., Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 85. num. 11. & 24., Peregrin. de fideicom. art. 17. num. 4., art. 22. num. 23., & art. 25. num. 38., Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 402. num. 61., & ſeq., Carpan. de execut. lib. 1. cap. 23. num. 5., & ſeqq., & lib. 3. cap. 3. num. 81., Manſius conſult. 776. n. 21., clar. me. Card. de Luca de fideicom. diſc. 73. n. 7. & 8., Torr. de majorat., & primog. Ital. part. 1. cap. 24. n. 15., Reynoſ. obſerv. 33. num. 12., Carena reſol. 127. nu. 10., Tranched. conſult. 1. num. 17., Ciroch. diſcept. 34. num. 21., Marta de ſucceſſ. legal. part. 4. quæſt. 21. art. 5. num. 22., Gratian. diſcept. 664. num. 10., & ſeqq., Actolin. reſol. 14. num. 42., & ſeq., Fenzon. ad Stat. Urb. lib. 1. cap. 142. num. 10., Barboſa tract. var. appell. 70. n. 13., Theſar. deciſ. pedem. 178. num. 14., Magon. deciſ. 5. num. 24., Capyc. latr. deciſ. 3. num. 2., & ſeqq., ibique Gipt. num. 3., & ſeqq., deciſ. 38. num. 49., Rota poſt Paitell. expedit. cauſ. civil. deciſ. 25. n. 2. cum ſeqq., cor. Manzaned. deciſ. 906. num. 10., coram Gregor. deciſ. 544. num. 8., coram Rembold. deciſ. 160. num. 6. & 9., coram Buratto deciſ. 838. num. 13., coram Arguell. deciſ. 65. num. 27., cor. Merlino deciſ. 447. num. 11., & ſeqq., cor. Durano deciſ. 126. num. 25., coram bo. me. Emerix Jun. deciſ. 810. nu. 1. cum ſeqq., deciſ. 635. nu. 2. part. 1. diverſ., & deciſ. 775. num. 5. part. 2., & in rec. deciſ. 317. num. 16. part. 5., deciſ. 135. nu. 7. cum ſeqq. part. 12., deciſ. 169. num. 8. part. 13., deciſ. 78. num. 4. part. 14., deciſ. 107. num. 5. cum ſeqq.,*

*decis.176. num.15. part.16., decis.142. num.15.,*
*& seqq. part.17., decis.274. num.32. part.18., de-*
*cis.487. num.19., & decis.629. num.18. part.19.,*
*in Bononien. Fideicommiſſi de Burgunzonis 6. Ju-*
*nii 1689. §. Poſita coram clar. me. Card. Caccia,*
& in noſtris præciſis terminis *clar. me. Card. de*
*Luca de fideicom. diſc.36.*

Dictaque traditio communi Doctorum,
& Tribunalium conſenſu recepta, oritur vivâ
5 illâ, & efficaci ratione, videlicet quod compre-
henſio fœminarum ſub hujuſmodi nominibus
promanet ex præſumpta conformatione diſpoſi-
6 tioni juris communis, quæ præſumptio tolli di-
citur à Statuto, *Graſſ. de ſucceſſ. §. Fideicommiſ-*
*ſum quæſt.12. num. 13.* Illud ſiquidem inducit
7 aliam potentiorem præſumptionem, quâ unuſ-
quiſque diſponere cenſetur juxta patrias leges, &,
præter DD. allegatos, tradunt *Bouden.collect. le-*
*gal.41. num.84. lib.1., Rota in Bononien. fideicom-*
*miſſi de Manzolis 22.Junii 1699. §. Hanc eo ipſo*
*coram R.P.D. Anſaldo, & in Cæſenaten. Immiſ-*
*ſionis cor. R.P.D. Caprara inter impreſſas ad clar.*
*me. Card. de Luca ad materiam de fideicommiſſ.*
*diſc.96. §. Quod enim;* Ideoque, ſicuti Statutum
8 fœminas non admittit, ita etiam Teſtator eaſdem
non admiſiſſe cenſeatur, *D. Advocatus Conſtan-*
*tinus in ſuis annot. ad Stat. Urbis annot.36. art.3.*
*num.318., Surd. deciſ.184. num.1., Rota deciſ.*
*131. num.7., & ſeqq. part.12., deciſ.78. num.4.*
*part.14., coram Buratto deciſ.838. num.15., cor.*
*Dunozet. Jun. deciſ.837. num.5., coram bo. mem.*
*Emerix Jun. deciſ.810. num.1., & ſeqq.*

Quæ porrò præſumpta conformitas Teſtatoris
9 cum legibus Patriæ, in qua vivit, non conſtituit,
ut nonnulli ſcripſerunt, ſimplicem præſumptio-
nem, quæ deſtituta aliis conjecturis inſufficiens
ſit pro excluſione fœminarum, ſed contrà illas
ſtatuit immotam regulam, quia, ſicuti, ceſſanti-
bus ſtatutariis diſpoſitionibus, interpretatio illa,
10 juxta quam, ex diſpoſitione juris communis, De-
ſcendentium, aliorumque ſimilium nominum
ſignificatione veniunt fœminæ, illarum favore
firmat regulam, potiori jure contraria regula
conſtituenda erit in caſu, quo adſit Statutum ex-
cluſivum fœminarum, quia, ut benè conſiderat
*Soccin. in leg. Gallus §. Quidem rectè col.3. verſ.*
*en hac communi regula ff. de liber., & poſth.*, lex
11 municipalis, utpote nobiscum nata, dicitur eſſe
ſecundùm mentem Civium, & jus commune
illius Civitatis magis afficiens, & potentiùs im-
12 perans eorum voluntatibus, quàm jus commune,
cui illud derogat, ideoque naturalius eſt, quod
iidem ſecundum legem ab ipſis conditam vivere
velle præſumantur.

Sepoſitis igitur aliis conjecturis, hæc ſola præ-
13 ſumpta conformitas Teſtatoris, cum patriis legi-
bus favore Maſculorum conſtituet regulam ex-
cluſivam fœminarum, *Mareſcott. variar.reſolut.*
*lib.3. cap.11. num.26. in fine, Peregrin. de Fidei-*
*comm art.20. num.25., & art.25. num. 38.*, ubi
ait, vigore Statuti materiam fieri differentem in-
ter Maſculos, & fœminas, *Mantic. de conject.*
*ultim. volunt. lib.4. tit.11. num.17., & ſeq., &*
*lib.6. tit. 7. num. 2., & ſeqq., Gratian. diſcept.*
*664. num.8., & 22., Oddus de compendioſ. ſubſtit.*
*part.1. cap.7. num.12. verſ. quartus caſus, Fuſar.*
*de ſubſtit. quæſt. 311. num.45., & 47., & quæſt.*
*402. num. 41., & ſeq., Fenzon. ad Stat. Urbis*
*lib.1. cap.132. num.10., Caſareg. ad ſtatut. Ja-*
*nuæ reſol.1. num. 50., & ſeqq., Manſius conſult.*
*622. num. 19., Rot. deciſ. 25. num. 2., & ſeqq.,*
*poſt Pattell. expedit. civil. cor. bon. mem. Emerix.*
*deciſ.810. num. 1., & ſeqq., deciſ. 272. num. 32.*
*part.18., in Sutrina Fideicommiſſi 16. Junii*
*1688. §.1., & ſeqq., confirmata 14. Maii 1694.*
*cor. Illmo Molines Decano*, quæ ſunt impreſſæ
poſt *clar. mem. Card. de Luc. ad materiam fidei-*
*commiſſi diſc.25., & ſeqq.*, & in noſtris præciſis
terminis idem *Card. de Luc. de Fideicommiſſis*
*diſc.36. num.3.*

Nec officere dicebatur, Hieronymum Teſta-
torem, omni carentem prole, diſpoſitionem exor-
ſum fuiſſe à Deſcendentibus ſuarum ſororum,
ideòque locum eſſe non poſſe præſumptæ confor-
mationi cum patrio Statuto, quod, utpotè præfe- 14
rens Maſculos favore agnationis, *Caſareg. de*
*ſucceſſ. §. Non extantibus num.11. fol. 212., &*
*§.12. num. 56. fol. 231., & eodem §. 11. num. 1.*
*fol.237., Carena reſolut. 172. num. 5., & 7., &*
*tradunt Carpan. ad Stat. Mediolan. tom. 1. cap.*
*289. num. 10., & ſeqq., cum allegat. à D. Advo-*
*cato Conſtantino ad Statut. Urbis annot.39. n.57.,*
*& annot.40. num.9., & 10., deciſ.141. num.7.,*
*& 8. inter collect. apud eumdem, deciſ.463. n. 5.*
*part.1. rec.;* operari non poſſe videbatur favore
deſcendentium ex fœminis, quæ familiæ ſuæ 15
caput, & finis ſunt, *leg. pronunciatio 195. in*
*fine ff. de verb. ſignific.*, novum namque non eſt,
Teſtatores contemplando agnationem virorum, 16
quibus ſorores, aut filiæ ſuæ nupſerunt, *Gratian.*
*conſ.128. num.19., & ſub num. 22., Mantica de*
*conjectur. ultimar. voluntat. lib.8. tit.18. ſub num.*
*27. ad med.*, in illarum deſcendentiis ſexum
maſculinum prædiligere, *Rota deciſ.218. num.8.*
*part.11., & deciſ.216. num.10. inter recollectas*
*apud Palmam.*

His addebatur, quod in noſtro caſu quæſtio
omnis dirimi videbatur, inſpectà voluntate Te-
ſtatoris, qui ſimpliciter non vocaverat ſororum 17
Deſcendentes, ſed ad multiplici fruitionem in-
vitaverat Deſcendentes heredes, & ſucceſſores
Joannis Baptiſtæ Patris ſui, quibus nominibus
non etiam Deſcendentes, & heredes ſanguinis,
ſed illos tantùm admiſiſſe cenſebatur, qui ad
normam ſtatuti ſuccedere poſſent, ideòque he-
redes, & ſucceſſores Bonorum, ut in his termi-
nis tradit *clar. mem. Card. de Luc. de Fideicomm.*
*d. diſc. 36., & latiùs diſc. 258. ſupplem. part.3.*

Licèt enim heredum, & ſucceſſorum nomine
in perpetuis, atque ſucceſſivis diſpoſitionibus re- 18
gulariter admittantur heredes ſanguinis, non cu-
ratâ qualitate hereditariâ Bonorum; attamen
aliter res ſe habet, quando, prout in caſu noſtro, 19
Teſtator non vocavit ſimpliciter heredes, ſeu
ſucceſſores, ſed adjecit nomen *Deſcendentium;*
ideòque, ne alterutrum ex his nominibus ſuper-
fluum

Digitized by Google

ſtuum remaneat, illud ſucceſſorum, ſeù here-
dum ſuperadditum cenſendum eſt ad ſignifican-
dum requiſitum qualitatis hereditarii juris, *Soc-
cin. jun. conſ.* 158. *num.* 15., *& ſeqq. lib.* 2., *Ga-
briell. com. concluſ. de verbor. ſignificat. concluſ.* 3.
*num.* 2., *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.* 340. *num.* 15.,
*clar. mem. Card. de Luc. d. diſc.* 258. *num.* 3. *ſup-
plem. part.* 3., *Denart. deciſ. Sardin.* 36. *nu.* 3.,
*& in fine deciſ.*; certòque certius id procedere
20 videbatur ad effectum, ut ſaltem is, qui potitur
utrâque qualitate hereditariâ, ſanguinis ſcilicet
& Bonorum, præferatur unâ tantùm qualitate
prædito, *clar. mem. Card. de Luc. d. diſc.* 258.
*n.* 3. *verſ. atqui tunc ſolùm*, *Cenſal. ad Peregrin.
de Fideicomm. art.* 32. *verſ.* 5. *obſervo §. Secundò
verò.*

Parvique refert, filios Aloyſiæ jun. extitiſſe
heredes Ferdinandi, quia, quando Teſtator in-
vitavit Deſcendentes, & ſucceſſores certæ perſo-
næ, per illa verba = *ſia diſpenſata alli detti poveri
deſcendenti in perpetuo eredi, e ſucceſſori di det-
21 to mio Padre* =, ſucceſſionis menſura, & regula
ducenda eſt à perſona deſignata à Teſtatore, *Pe-
regrin. de Fideicomm. art.* 20. *num.* 9., *Fuſar. de
ſubſtit. quæſt.* 484. *num.* 51.

Quæ demum omnia plurimùm coadjuvari di-
cebantur tum ex ſubſecuta obſervantia, nam
22 Aloyſia jun., ejuſque filii numquam admiſſi
fuerunt ad diſtributionem fructuum d. multiplici,
quo pacificè gaviſi ſemper fuerunt ſoli Deſcen-
tes maſculi; quamobrem, ſi quæ dubietas ineſ-
ſet ejuſmodi diſpoſitioni, ſublata videri poſſet po-
ſteriori obſervantiâ, quæ dicitur optima cujuſ-
que diſpoſitionis interpres, *Surd. conſ.* 362. *n.* 10.,
*Staiban. jun. reſolut.* 25. *num.* 15., *& reſolut.* 58.
*num.* 52., *Fontanell. de pact. nupt. clauſul.* 1. *num.*
32., *& clauſul.* 6. *gloſſ.* 3. *part.* 2. *num.* 20., *&
23 ſeqq.*; nec requiritur, quod eadem ſit præſcripti-
va, *Caſtrenſ. conſ.* 347. *n.* 2. *lib.* 1., *Soccin. ſenior
conſ.* 111. *num.* 5. *lib.* 1., *Beccim conſ.* 96. *nu.* 14.,
*& conſ.* 101. *num.* 49. *lib.* 1., *Honded. conſ.* 60.
*num.* 11. *lib.* 2., *Menoch. conſ.* 96. *num.* 21., *Bel-
lon. jun. conſ.* 87. *num.* 10., *Cartar. deciſ.* 67. *num.*
29., *Ciarlin. contr. forenſ. cap.* 106. *num.* 89., *&*
90.; ſed cum agitur de aſſequenda mente Teſta-
24 toris, exuberet obſervantia interpretativa, pro-
manans ex facto ſucceſſorum, *Altograd. conſ.* 83.
*num.* 95. *lib.* 1., *Gratian. diſcept.* 522. *num.* 30.,
*& ſeqq.*, *Barboſa vot. deciſ.* 47., *Rota deciſ.* 59.
25 *num.* 13. *part.* 10.; etiamſi ex unico tantum
actu deſumatur, *Gratian. diſcept.* 941. *n.* 21.,
*& diſcept.* 678. *num.* 28.; ex hujuſmodi itáque
26 non admiſſione Aloyſiæ jun., eiuſque filiorum
juſta capienda erit interpretatio diſpoſitionis, de
qua agitur, *Fuſar. conſ.* 125. *num.* 13., *Rot. dec.*
269. *num.* 5. *part.* 14. *rec.*; tum etiam confirmari
27 dicebatur ex pleno arbitrio à Teſtatore impertito
Diſpenſatoribus fructuum dicti multiplici, quo-
rum proinde factum, & judicium plurimùm va-
lere debet, ſi res dubia ſit.

Quamquam verò hæc omnia argumenta pri-
mâ fronte ſummoperè urgere videantur, nihi-
lominùs, re maturè examinatâ, veriùs eſſe cre-
derem, filios Aloyſiæ jun. admittendos eſſe ad
diſtributiones fructuum d. multiplici; ipſis enim
aſſiſtit certa, & indubitata Juris regula, quâ ſta- 28
tuitur, nomine Deſcendentium ex propria ſignifi-
catione, & ex proprietate ſermonis venire tàm
mares, quàm fœminas, ad *Text. in leg. ſi ità
ſcriptum ff. de legat.* 2., *& leg. ſi quis ità ff. de
Teſtament. tutelar.*, *leg. peto §. Fratre herede ff.
de legat.* 2., *& leg. cognoſcere §. ultimo*, *& leg.
Liberorum ff. de verb. ſignific.*, *leg. finali ff. de
ritu nuptiarum*, *leg. finali Cod. de ſuis*, *& legi-
timis auth. de hered. ab inteſtat. venien. §. Si quis
igitur*, *Aldobran. conſ.* 3. *num.* 1., *Menoch. conſ.*
1. *num.* 198., *conſ.* 231. *num.* 88., *Surd. conſ.* 316.
*num.* 1., *& conſ.* 370. *num.* 22., *deciſ.* 84. *num.* 6.,
*Peregrin. de Fideicomm. art.* 19. *num.* 11., *art.* 25.
*num.* 8., *art.* 30. *num.* 14., *Menoch. de præſumpt.
lib.* 4. *præſumpt.* 91., *Mantica de conject. lib.* 8.
*tit.* 11., *& tit.* 18. *num.* 1., *& ſeqq.*, *Barboſa de
appellat. verbor. ſignific. appell.* 70., *Cyriac. contr.*
141. *num.* 19., *Magon. deciſ. Lucenſ.* 7. *num.* 4.,
*&* 26., *Barz. deciſ. Bononien.* 1. *num.* 14., *& de-
ciſ.* 4. *num.* 15., *&* 36., *& deciſ.* 7. *num.* 1., *Mar-
tius Medices deciſ. Senenſ.* 2. *num.* 2., *Rota deciſ.*
212. *part.* 2. *diverſ.*, *& deciſ.* 170., *& deciſ.* 308.
*num.* 8., *& ſeqq. part.* 14. *rec.*, *cor. Coccin. deciſ.*
294. *num.* 5. 8., *&* 9., *coram Emeriz jun. deciſ.*
437., *&* 485., utrobique *num.* 1., *& ſeqq.*,
adeòut *Marta de ſucceſſione legali part.* 1. *quæſt.* 1.
*art.* 1. *num.* 8. id procedere dixerit, etiam ſtan-
te Statuto excluſivo fœminarum. 29

Quæ veriſſima regula ex adverſo etiam non
controverſa, ſi procederet, tametſi Teſtator vo- 30
caſſet Deſcendentes maſculos, nam adhuc hoc
nomine comprehenſi cenſerentur Deſcendentes
maſculi ex fœminis, juxtà celebre conſilium
*Fulgoſii* 85. conſtanter apud omnes Doctores, &
Tribunalia recentum, ut patet ex cumulatis apud
*Fuſar. de ſubſtit. queſt.* 404. *num.* 7., *&* 20.,
*Cancer. variar. reſolut. cap.* 21. *num.* 89. *part.* 3.,
*Bonden. collect. legal.* 44. *num.* 106. *lib.* 2., *Ro-
dulph. alleg.* 22., *& alleg.* 169., *utrobique n.* 10.,
*Manſius conſult.* 198., *& conſul.* 199., *Palma
alleg.* 365. *num.* 7., *Caſtald. conſul.* 258. *nu.* 10.,
*Torres de Majorat.*, *& Primogen. Ital. part.* 1.
*cap.* 25. *num.* 275., *Rota cor. Priolo deciſ.* 283. *n.*
1., *&* 9. *part.* 17., *deciſ.* 164. *num.* 5., *& ſeqq.
part.* 18., *deciſ.* 11. *num.* 5., *& deciſ.* 12. *num.* 1.,
*& deciſ.* 13. *num. pariter* 1. *inter collectas per
Balducc. ad Ramon. tom.* 3., *& deciſ.* 22. *n.* 1.,
*& ſeqq. apud eumdem tom.* 4., ſive dicti Deſcen-
dentes maſculi procedant per unicum, ſive 31
etiam per duplex medium fœmininum, ad
*Text. in leg.* 1. *Cod. de condit. inſert.*, *Faber. de
error. pragmatic. decad.* 28. *error.* 8. *num.* 7. *lib.* 1.,
*Mandell. conſ.* 86. *num.* 5., *Mantic. de conjectur.
ultim. volunt. lib.* 8. *tit.* 11. *num.* 12., *& ſeqq.*,
*Marta de ſucceſſ. legali part.* 1. *quæſt.* 1. *art.* 5. *n.*
21., *Roxas de incompatibil. part.* 1. *cap.* 6. *n.* 311.,
*&* 325., *Balduc. ad Ramon. conſ.* 17. *num.* 2.,
*clar. mem. Card. de Luca de Fideicomm. diſc.* 29.
*num.* 4., *&* 6., *& diſc.* 33. *num.* 4., *Rot. coram
Card. Celſo deciſ.* 141. *num.* 8., *in rec. deciſ.* 32.
*num.* 16. *part.* 16., *in Fanen. Fideicommiſſi de
Nalphis cor. clar. mem. Card. Caccia*, *apud Card.*
*de*

*de Luc. ad materiam fideicommiſſi deciſ. 1., in Avenionen., ſeù Carpentloracten. Fideicommiſſi de Tertullis 27. Februarii, confirmata 21. Novembris anni 1704. coram R. P. D. Lancetta*, quanto potiori jure admittendi erunt filii Aloyſiæ junioris, qui in caſu noſtro vocati leguntur nomine Deſcendentium vi comprehenſivâ propriæ ſignificationis, mares æquè, ac fœminas comprehendente, ut dictum eſt.

Et quidem, ſi qualitas maſculinitatis num-
32 quam à Teſtatore prædilecta, aut de una in alia diſpoſitionis parte numquam repetita præſumitur, niſi conſtet de expreſſâ, ſive tacita illius voluntate, ut per innumeros Doctores, quos congerit *Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 403. num. 7., Peregrin. de Fideicomm. art. 25. num. 28., & ſeqq., Mantica de conjectur. lib. 6. tit. 13. num. 8., & lib. 11. tit. 14. num. 10., Card. de Luca de Fideicomm. art. 43. num. 4., Adden. ad Burattum deciſ. 272. num. 19., Rota coram Gregor. dec. 514. num. 6., ibique adden., cor. Dunozet. jun. deciſ. 40. num. 20., in rec. deciſ. 581. num. 7. part. 5., deciſ. 30. num. 10. part. 14., & in Romana Fideicommiſſi de Goris 17. Novembris 1698. §. Nihilominus cum ſeqq. coram Rño Molines Decano*, quâ juſtâ ratione qualitas iſta à Teſtatore ſubaudita dici poterit, quando numquam in vocatione activa Deſcendentium hanc qualitatem deſideravit?

Satis eſſet, filios Aloyſiæ ſe comprehenſos dicere ſub nomine communi Deſcendentium, ut ad multiplici diſtributionem admitti poſſent, ve-
33 rum præterea eiſdem favet alia æquè valida Juris regula, quæ poſtulat, quod jura ſucceſſoria unam lineam ſemel ingreſſa transferri nequeant ad aliam, donec in linea jam admiſſa ſupereſt perſona aliqua capax ſucceſſionis hujuſmodi jurium; quamobrem, cum ex Aloyſia ſeniore ſorore Teſtatoris, & uxore Ferdinandi Maini ſen. progeniti fuerint Joannes Baptiſta, & Octavius, & linea Octavii admiſſa fuerit ad participationem ſextæ partis fructuum multiplici, quibus, donec in humanis extiterunt, gaviſi fuerunt ejus filii, eiſdem pariter frui debent filii Aloyſiæ junioris, cum enim hi veniant ſub propria appellatione Deſcendentium, & ſint de linea jam admiſſa, nihil proponitur, cur jura ad dictam lineam jam delata auferri debeant perſonis in eadem linea comprehenſis, ut retrogrado paſſu transferantur ad perſonas lineæ remotioris, *Fuſar. conſ. 80. n. 5., Tiraquell. de Primog. quæſt. 40. num. 229., Altograd. jun. contr. 68. §. penult., Tondut. reſol. civil. part. 2. cap. 89. in fine, Torres de Majorat., & Primog. Italiæ part. 1. cap. 15. num. 35. & ſeqq., & cap. 43. num. 67., de Luca de linea legali tit. 20. num. 15., Palma nep. alleg. 226. n. 69. & 91., Cenſal. deciſ. Lucenſ. 90. num. 12., Rota deciſ. 209. num. 1., & 2. part. 2. diverſ., deciſ. 69. num. 10. part. 17., latè in Romana Caſulis Aguzzani 21. Junii 1701. coram Rño Molines Decano, & in d. Avenionen., ſeù Carpen. Fideicommiſſi de*
34 *Tertullis coram R.P.D. meo Lancetta*; unde promanat illud omnium ore tritum axioma, durationem unius lineæ aliam excludere, omneſque, qui in ea non ſunt, *Roman. conſ. 100. num. 409., Marta de ſucceſſion. legali part. 4. quæſt. 21. art. 16. num. 16., & ſeqq., Rot. deciſ. 65. num. 2., & 6. part. 8., & coram Merlino deciſ. 864. num. 33.*

Parvique refert, quod non agatur de vera ſuc-
ceſſione fideicommiſſaria, quæ dominium trans- 35
ferat in gravatum pro tempore ſuccedentem, apud quem permanſurum ſit, donec per illius obitum fiat reſtitutio alteri ſucceſſivè vocato, ſed
res ſit de annuali diſtributione fructuum inter 36
certas perſonas facienda, ex diſpoſitione Teſtatoris, penes quem proprietatem, & dominium manere, fingitur, ideòque in hujuſmodi relicti genere ſpectandæ potiùs ſint perſonæ, quàm linea, poſthabitis rigoroſis regulis, quæ ſervantur
in aliis ſucceſſionibus, quia, cum hodie quæra- 37
tur de perſonis à Teſtatore contemplatis, in hujuſmodi redituum erogatione, & quæſtio ſit, quibuſnam competat jus activum illam petendi, dictiſque fructibus gaudendi, evidens, & apertum ſit, quod, ſemel admiſsâ unâ lineâ, perſonæ omnes, quæ in ea reperiuntur, capaces reputari debeant iſtiuſmodi juris, ſemel jam in eorum
linea radicati, cum nihil magis juſtitiæ, & na- 38
turalis æquitatis dictamini conſonum ſit, quàm, quod in quocumque jure ſucceſſorio, atque ad alios tranſmiſibili ratio continuationis in linea poſſeſſoris prævalet alterius ingreſſui, *clar. mem. Card. de Luc. de Fideicomm. diſc. 203. num. 11. in fine ſupplem. part. 3., Rocca diſput. juris ſelect. cap. 4. num. 12. cum ſeqq., Alex. in reſp. 2. impreſſ. poſt alleg. de Marinis num. 8., & 9., Rota in Bonon. Fideicommiſſi de Ballatinis deciſ. 22. in fine inter collect. per Balduccium ad Ramonium tom. 4.*

Et denique duplex hæc firmiſſima Juris regula favens Deſcendentibus Aloyſiæ Jun. ſummoperè coadjuvatur, inſpectâ naturâ diſpoſitionis, & relicti, de quo agitur, ut enim benè notavit *Card. de Luca de Fideicom. diſc. 237. num. 3. ſup-
plem. part. 3.*, hujuſmodi annuales diſtributiones 39
fructuum vicem gerunt præſtationis alimentorum, eorumque naturam aſſumunt, ideoque Teſtator illas relinquens motus ſemper præſu-
mitur ſolâ ſanguinis conjunctione abſque diſ- 40
cretione ſexus, & linearum, juxta naturam alimentorum, quæ ex benè ordinatæ charitatis regulis æqualiter indigent, & æquali ſanguinis nexu Teſtatori conjunguntur.

At cur in Cauſa non dubia utimur argumentis non neceſſariis, & ratiociniis ductis à ſuprâ firmatis Juris regulis, quando fœminis, earumque Deſcendentibus favet expreſſa voluntas Teſtatoris, quæ literaliter explicata videtur eo teſtamenti loco, in quo deputati leguntur hujus multiplici Diſpenſatores; Illius enim diſtributionem demandavit Primogenitis maſculis Joannis Baptiſtæ, & Octavii Maini filiorum Aloyſiæ Senioris, & ſuorum nepotum, & rurſus, deficiente aliquâ ex dictis lineis maſculis, diſtributivè in unaquaque linea prætulit Maſculos ex fœminis, & denique = *mancando la deſcendenza, o diſcendenze, così di Maſchi, come di femine chiamati, e chiamate, come ſopra, ſottentri la deſcen-
den-*

*denza, e diſcendenze dei Maſchi in ſecondo luogo
maggiori, e loro Deſcendenti maſchi maggiori in
perpetuo, come ſopra, e mancando in tutto l'una
di dette diſcendenze ſi ſuppliſca dell' altre diſcen-
denze in ordine maggiore, ſotto il modo, e forma
ſopradetti &c.* = Teſtator autem fœminas fuiſſe
vocatas, nedum expreſsè declaravit, verbis illis =
= *così de maſchi, come de femine chiamati, e chia-
mate* =, verùm apertè etiam confirmavit, dum
toto hoc teſtamenti loco in diſpenſatione multi-
41 plici Maſculos prætulit fœminis, ſi enim Maſcu-
li præferendi erant fœminis, & in diſtributione
activa multiplici, veluti præcipuum, habere de-
bebant exercitium, & prærogativam diſpenſa-
42 tionis, fœminæ etiam vocatæ dicendæ erant,
quia prælatio in hoc ſpecialis juris exercitio con-
ceſſa Maſculis, ſupponit, mares, & fœminas
coæquales fuiſſe quoad alia, *ad text. in §. præfe-
runtur inſtit. de legit. agnat. ſucceſſ.*, *Merlin. de
Pignoribus lib.4. quæſt.1. num.4.*, *clar.mem.Card.
de Luca de Fideicom. diſc.102. nu. 11.*, *Rota cor.
Coccino dec.2007. nu. 25. & cor. Zarat. deciſ. 19.
nu.8.*, *dec.80. nu.2. part.15. rec.*

Cum itaque filii Aloyſiæ comprehendantur
nomine Deſcendentium, quibus diſtributio reli-
cta eſt, iidem reperiantur in linea jam admiſſa
ad illorum participationem, eiſdemque æquè, ac
aliis Deſcendentibus Jo: Baptiſtæ Axereti Patris
Teſtatoris faveat litera teſtamenti, & illa pieta-
43 tis ratio, ob quam hujuſmodi piæ redituum
largitiones à Teſtatoribus demandantur, jure
meritòque admittendi videntur, abſque eo
quod eiſdem obſtent rationes dubitandi ſub ini-
tium adductæ.

Quod enim attinet ad primam elicitam ex
præſumpta conformatione Teſtatoris cum patrio
44 Statuto, levem hanc conjecturam dicere non
auſim, licèt talem reputaverint *Andreol. contr.
248. num.9., & ſeqq., contr.246. nu. 3.*, *Cyriac.
contr.174. num.28.*, *Palma alleg. 96. num. 11.*,
*Altograd. jun. contr.70. num.26. & ſeq.*, *Urceol.
deciſ. Florent.12. num.80. & ſeq.*, *Rota coram
Dunoz. jun. deciſ.74. num. 23., & deciſ. 132. in
fine coram Coccino, deciſ.137. num.6. & 9., coram
ſan. mem. Alexand. VIII. deciſ. 111. num. 13.*,
*Rota in Romana Fideicommiſſi de Palazzolis 18.
Aprilis 1704. §. Quoniam hæc præſumpta coram
R.P.D. Muto, confirmata 4. Julii, & 5. Octo-
bris ejuſdem anni coram eodem*, firmantes, ab hu-
juſmodi conjectura aliis non fultâ adminiculis
facilè recedi, ſed reverâ, licèt præſumpta confor-
45 mitas Teſtatoris patriis legibus excludentibus
fœminas locum regulæ obtinere videatur, ni-
hilominùs pro ea excludenda ſatis eſſe videre-
46 tur, quod Statutum non prohibet fœminis, ea-
rumque Deſcendentibus, licèt ceteroquin ex ejus
cenſura excluſis, hereditates, aliave quæcumque
relicta per teſtamentum deferri, ideòque, cum
Hieronymus ad multiplici participationem vo-
caverit Deſcendentes Aloyſiæ Senioris, iidem
47 admittendi erunt, non attentâ ſtatutariâ exclu-
ſione, quæ obſtare non poterit Aloyſiæ Junio-
ri illius nepti, hujuſque filiis, *Noguerol. alleg.
13. num.26.*, *Mantiſſ. conſult.22. num.71.*, quid
enim civili rationi, & naturali charitati magis
repugnet, quàm quod in Deſcendentibus ſuc-
ceſſivè vocatis, reformaretur ipſa origo, & ſub-
ſtantia diſpoſitionis incipientis à Deſcendentibus
ex fœmina, benè *Rota deciſ.13. num.18. inter col-
lectas per Balduccium ad Ramonium tom.2.*, ſed
hoc caſu, quo fœminis aſſiſtit Teſtatoris volun-
tas, locum ſibi vindicat alia regula, quod, facto 48
teſtamento, locus eſſe nequeat Statuto excluſivo
fœminarum propter Maſculos, *Menoch. conſ.
537.*, *Gratian. diſcept. 942. num. 8.*, *clar. mem.
Card. de Luca de ſucceſſ. ab inteſtato diſc. 6. num.
5.*, *Rota coram Gregor. deciſ.358., ibique adden.,
coram Puteo deciſ. 193. num. 2. lib. 2.*, *Cavaler.
deciſ.256. num.7., in rec. deciſ.128. num.10. part.
13., deciſ.312. num.12. part.17.*

Verùm præterea examinando vim hujus præ-
ſumptionis à lege municipali inductæ, dicimus
quod, ut illi locus eſſe poſſit, oportet, primum 49
defunctum eſſe ex perſonis, à quarum ſucceſſione
quis excluditur, *Caſaregius ad Stat. Januæ §.
13. num.27. fol. mihi 281.*; alioquin, ſi agatur de
perſonis, & caſu, de quo Statutum non diſpo- 50
nit, deficere dicitur extremum, ad quod referri
poſſit præſumpta conformatio, *Altograd. conſ.
83. num.63., & ſeq. lib.1.*, *& Rota Lucana apud
eumdem lib.2. fol. mihi 655. col.1. verſ. non obſtat*,
*Altograd. jun. contr. 38. num. 5. & 6.*, *Cirocch.
diſcept. 2. num. 20. & ſeqq.*, *Rocc. diſp. jur. ſe-
lect. cap.12. num.13.*, *Rota coram Gregor. deciſ.
514. num.15., & deciſ.638. num. 11. part. 18.*,
quin immò iis caſibus, de quibus Statutum non 51
diſponit, urget potius contraria præſumptio, ut,
præter Auctores mox relatos, firmat *Rota in
Romana Fideicommiſſi de Cecchinis 1. Junii
1699. §. Nam prima elicita in fine coram R.
P.D. de la Tremoille*, & tradit *Manſius conſult.
22. num.77.*

Secundò requiritur, quod Maſculi, qui fœ-
minas excludere contendunt, ſint in eo gradu, 52
qui ad illarum excluſionem à Statuto vocantur,
quia Statuta tantum diſponunt, quantum loqu-
untur, & uti correctoria Juris communis locum 53
ſibi vindicant in caſibus ab eis formaliter expreſ-
ſis, adeout fœminæ in capite excluſivo num- 54
quam repellantur, niſi à perſonis in capite incluſi-
vo deſignatis, ideoque, ubi non habet locum ca-
put incluſivum reſpectu perſonæ non expreſſæ,
ceſſat quoque caput excluſivum reſpectu alterius
perſonæ nominatim expreſſæ, per ea, quæ latè
firmat *Palma allegat. 150. num. 7., & pluribus
ſeqq.*, quum ergo agitur de Maſculis ſub Statuta- 55
ria diſpoſitione non comprehenſis, Teſtator ex
præſumpta conformatione patriis legibus cenſeri
nequit propter illos fœminas excludere voluiſ-
ſe, eaſdemque ab illo eo tantùm caſu, & favo-
re ſolùm illius, de quo Statutum loquitur, &
non ultrâ, excluſæ cenſentur, cum excluſio pro-
veniens ex conjectura voluntatis deſumpta à Sta-
tuto, non debeat extendi ultrâ quàm naturâ ip- 56
ſius protenditur excluſio, *Manſius conſult. 22.
num.75. & ſeqq.*, *Altograd. jun. contr. 38. num.*

5. &

*5. & ſeqq.*, *& contr. 70. num. 27.*, *Palma alleg.
96. num. 13.*, *Panimoll. deciſ. 43. annot. 2. num.
104.*, *Rota coram Gregor. deciſ. 514. num. 15.*,
*coram ſan. mem. Alexandro VIII. deciſ. 3. num.
26. & ſeqq.*, *Rota in Bononien. Fideicommiſſi de
Burgonzonis coram bon. mem. Emerix inter ejus
impreſſas deciſ. 437. nu. 13. & ſeq.*, *& deciſ. 485.
num. 4.*, *confirmata 27. Januarii 1683. §. Non
enim coram Rño d' Hervault Archiepiſcopo Tu-
ronen.*, *& in Romana Fideicommiſsi de Palazzo-
lis 18. Aprilis §. Tertia elicitur cauſa, confirmata
4. Julii §. Quo verò*, *& 8. Decembris 1704. cor.
R.P.D. Muto*.

In caſu noſtro utrumque ceſſat, nam, cum aga-
tur de hereditate, & Bonis Hieronymi mortui
57 ſinè liberis maſculis, ab illa non excludebatur A-
loyſia Senior ejus Soror; ideoque, ſi res eſt de
perſona, à cujus ſucceſſione fœminæ non repelle-
bantur, deficit quæcumque prætenſa conforma-
tio ſtatutariæ excluſioni, ut firmant mox citatæ
auctoritates.

Si verò reſpiciamus perſonam tum Ferdinan-
di, Jun. ultimi gravati, tam etiam aliorum fi-
liorum, & Deſcendentium Aloyſiæ Senioris, nul-
lum pariter juſtum locum ſibi vindicat ſtatuta-
ria diſpoſitio, quia Ferdinandus cum eſſet extrâ
58 gradus à Statuto contemplatos, idem non potuit
quoad eum aliquid operari, *Rota coram ſan. mem.
Alexandro VIII. deciſ. 111. num. 30. & ſeq.*, alii-
que mox allegati, atque etiam, quia Statutum
59 operatur ſolùm in caſu, quo adſit Maſculus ejuſ-
dem gradus, ſecus, ſi fœmina ſit ultimo poſſeſ-
ſori proximior, proindeque, mortuo Ferdinan-
do Juniore, præferendi ſunt Deſcendentes Aloy-
ſiæ Junioris ejus ſororis, utpotè proximiores
Maſculis de alia linea, *Cancer. var. reſolut. part. 1.
cap. 12. num. 58.*

Quod verò attinet ad perſonas Deſcendentium
Aloyſiæ Senioris, & hæ pariter abſque ullâ ſe-
xus diſtinctione, & differentiâ admittendæ erant
ad ſucceſſionem Avunculi, licèt enim *Alto-
grad. conſ. 59.*, *& tribus ſeq. lib. 2.* ſenſerit, filias
60 ſororis prædefuncti concurrere non poſſe cum fi-
liis maſculis ejuſdem ad Avunculi ſucceſſionem,
ſed vigore Statuti prælationem deberi Maſculis;
nihilominùs, reprobato *Altograd.*, contrarium
docuit *Carena reſolut. 172.*, eumque ſequuntur
*Palma alleg. 304. nu. 40.*, *Rocca ſelect. jur. diſp.
cap. 6. nu. 22.*, *Caſaregius ad Statut. §. 11. nu. 4.
& ſeqq.*, ubi refert judicata Tribunalium Sere-
niſſimæ Reipublicæ, quæ, rejectâ opinione *Alto-
gradi*, adhæſerunt contrariæ, tamquam de jure
veriori.

Et quidem, ut benè ponderat *Rota in dicta
Romana Fideicommiſsi de Palazzolis 4. Julii §.
Non attentâ reſponſione*, cum præfata Statuta ex-
61 cluſiva fœminarum in ea parte, in qua non reſ-
piciunt agnationem, dicantur odioſa, & à jure
exorbitantia, nulla juſta ratio ſinit, ut in diſpoſi-
62 tionibus perpetuis, atque progreſſivis per plures
gradus, & perſonas ſub Statuto non compre-
henſas Teſtator cenſeatur ſe conformare voluiſ-
ſe ſtatutariæ legi.

Undè ad aſſumptum noſtrum confirmandum
invaluit illa communiter recepta diſtinctio, quod
aut diſpoſitio, qualis eſt noſtra, concepta repe-
ritur nominibus collectivis plurium graduum, &
perſonarum ex propria ſignificatione fœminas 63
æquè, ac Maſculos comprehendentibus, &, cum
continere dicatur gravamen progreſſivum per
plures gradus, fęminæ non excluduntur à Maſcu-
lis ulterioribus, quia Statutum loquens de uni-
co, ſeù primo actu ſuccedendi effectum ſuum
conſumaſſe dicitur in prima ſucceſſione, nequit-
que porrigi ad ſucceſſiones de gradu in gradum
poſt primas deferendas ad ulteriores ſubſtitutos,
aut verò agitur de diſpoſitione concepta nomini- 64
bus appellativis, comprehenſivis quidem plurium
perſonarum, ſed non graduum, & tunc fœmi-
næ, utpotè ab initio excluſæ à Statuto, ſemper, &
perpetuò excluſæ remanent, eò quod vocatæ in-
telligi nequeant ſub nomine filiorum vigore Sta- 65
tuti excludentis fœminas, intelligendo de Maſcu-
lis, juxta Doctrinam *Petri de Ancharano in l. tres
fratres ff. de liberis, & poſthumis*, quam ſequun-
tur *Alexand. conſ. 15. num. 1. lib. 4.*, *Soccin. ſen.
conſ. 37. nu. 17. lib. 4.*, *Soccin. jun. conſ. 63. num.
7. lib. 1.*, *Ruinus conſ. 154. num. 5. & ſeq. lib. 2.*,
*Peregrin. de Fideicom. art. 19. num. 26. & 27.*, *&
art. 27. num 21. & ſeq.*, *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.
311. num. 45.*, *Manteac. de legat.*, *& fideicom.
lib. 2. cap. 12. num. 5.*, *Altograd. jun. contr. 34.
num. 7.*, *& ſeqq.*, *clar. mem. Card. de Luca de Fi-
deicom. diſc. 37. num. 9.*, *& ſeq.*, *Rota in dicta
Romana Fideicommiſsi de Palazzolis 4. Julii §.
Non attento*, ubi firmatur, veriſimile non eſſe,
Teſtatorem in hujuſmodi perſpicuis diſpoſitio-
nibus excludere voluiſſe fœminas, quibus æqua- 66
lis pietatis, & prædilectionis gratia favebat, ma-
ximè in concurſu Maſculorum, ſeù perſonarum
remotiorum.

Quæ porrò omnia licèt exuberare videantur
pro tollenda excluſione fœminarum inductâ ex
præſumptâ conformatione Teſtatoris patriis le-
gibus illas excludentibus, ſi quæ tamen adhuc
dubietas ſupereſſet, ea penitùs ceſſaret, quia, 67
cum vis hujus præſumptionis, tota fundetur in
conjecturatâ mente Teſtatoris, ſi hæc contrariis
conjecturis elidatur, locus certè nullus erit hu- 68
juſmodi conformationi præſumendæ, ut, omiſ-
ſis aliis, latiſſimè firmavit *Rota* in omnibus *deci-
ſionibus* editis *in dicta Romana Fideicommiſsi de
Palazzolis*.

Conjecturæ, & quidem validiſſimæ, non defi-
ciunt in caſu noſtro, nam, cum ſimilia Statuta
Agnationis conſervandæ gratiâ, & Agnatorum 69
favore condita præſumantur, juxta auctoritates
allegatas in *§. Nec officere dicebatur*, quâ ratione
illi ſe conformare voluiſſe cenſendus erit Teſta-
tor, qui non ſolùm in univerſo ſuæ diſpoſitionis
contextu nullum præbuit judicium, ex quo illam 70
prædilexiſſe conijci poſſit, ut proſequitur *Rota
in dicta Romana Fideicommiſsi de Palazzolis 18.
Aprilis §. Eòque minùs & 4. Julii §. minùs con-
trà*; Verùm è contrario illam nullo pacto reſ-
pexiſſe declaravit, dum multiplicum in ſui ori- 71
gine

gine ordinavit 'favore deſcendentium ex fœmi-
nis, & ad illius participationem admiſit deſcen-
dentes ex fœminis prorsùs extraneos, quales
erant filii, & deſcendentes ſororis uxoris ſuæ;
72 ſicuti autem nihil magis repugnat contemplatio-
ni agnationis, quàm fœminarum admiſſio, *Man-
ſius conſult.350. num.32., & pluribus ſeqq., &
conſult.44. num.9. lib.1., Rota deciſ.13. num.14.
eorum Zarat, & deciſ. 527. num.22. part. 19. re-
cent., in Bononien. Fideicommiſsi de Ghisleriis 17.
Junii 1697. §. Quoniam licet coram Rño Molines
Decano*, ita etiam præſumptæ conformationi
73 Teſtatoris cum Statuto unicè edito favore agna-
tionis nihil magis adverſatur, quàm vocatio de-
ſcendentium ex fœminis ab eodem facta.
Quod verò idem maſculinam, & agnatitiam
qualitatem contemplari potuerit in filiis Ferdi-
74 nandi Mayni Sen. viri Aloyſiæ ſororis ſuæ, id
commentum, & divinationem appellat *Rota
deciſ.6. ante num. 2. verſ. nec DD. part.1. diverſ.*
atque, ut illi locus eſſe poſſet, oporteret primum
præſumere, quod Teſtator ſe conformare vo-
luerit Statuto excludenti fœminas propter Maſ-
culos, & ulterius hanc præſumptionem porri-
gendo ultrà genus perſonarum à Statuto con-
templatum, affirmandum eſſet, eumdem, inter
Deſcendentes alienę familiæ, Maſculos prætuliſſe
75 fœminis. Tot autem præſumptionum, & ſpecia-
lium, cumulus, atque multiplicatio tum in
omni materia, tum præcipue in hujuſmodi exor-
bitantibus diſpoſitionibus à jure noſtro improba-
tur, *Menoch. conſ.802. num.5., Bero. conſ.120.
nu.31. lib.2., Seſſ. dec.254. nu.111.*
Et re quidem verâ, ſi Teſtator Maſculos, aut
Agnatos prædilexiſſet, procul dubio hujus ſuæ
76 prædilectionis ſignum aliquod præbuiſſet, quem-
admodum Maſculos prætulit fœminis in activa
ejuſdem diſpenſatione: paupertatem requiſivit
in vocatis, & aliis denique qualitates in eiſdem
deſideravit ex quo rectè infertur, quod ſi ſolos
Maſculos ad multiplicum recipere voluiſſet, id
expreſſis verbis declaraſſet eo modo, quo cete-
ra expreſſis verbis declaravit, ut argumentatur,
*Rota in dicta Romana Fideicommiſsi de Palazzo-
lis 18. Aprilis §. Fortiùs quia Teſtator, & 4. Ju-
lii §. Minùs contra.*
Minùs verò urget, Teſtatorem, vocando De-
ſcendentes heredes, & ſucceſſores Jo:Baptiſtæ in-
tellexiſſe de ſolis Deſcendentibus, qui, ad normam
Statuti, futuri eſſent ſucceſſores, & heredes Bo-
norum; Illatio enim iſta non ſubſiſtit in facto,
& in jure non urget.
In jure namque verius eſt, quod, cum agi-
tur de hujuſmodi diſpoſitionibus, præſertim or-
77 dinatis favore conjunctæ perſonæ, nomine here-
dum, & ſucceſſorum veniunt ſolùm heredes
ſanguinis, quodque hæc ſola qualitas à Teſtatore
contemplata videatur, *Rodulphinus allegat. 68.
num.2., & alleg. 109. nu. 1., Rota coram Card.
Cerro deciſ.513., & in recent. deciſ. 568. nu. 1.
part.18., & deciſ.345. num.13. part. 19.*; Cer-
78 tiùs, quando, prout in caſu noſtro, non agitur de
vocatione Deſcendentium, & ſucceſſorum ali-
cujus perſonæ, quæ fuerit ad ſucceſſionem admiſ-
ſa, ſed agitur de Deſcendentibus perſonæ, quæ
numquam ſucceſſit, nam Jo: Baptiſta longè an-
tea prædefunctus filio, eidem ſuccedere non po-
tuit; hoc enim caſu, poſtnabitâ qualitate here-
ditariâ à Statuto inductâ, conſideratur ſola con-
junctio ſanguinis, ſolique heredes ſanguinis ad
ſucceſſionem vocati cenſentur, ut bene diſtin-
guit *Fuſar. de ſubſtit quæſt.402. nu.93.*
Corruit verò ex facto quæcumque difficultas,
quia Hieronymus vocando Deſcendentes here-
des, & ſucceſſores Jo: Baptiſtæ Patris ſui reſpi- 79
cere nequivit ad qualitatem hereditariam dicti
Jo: Baptiſtæ, quia, cum vigore patrii Statuti illi
ſuccedere debuiſſet ſolus Hieronymus, non au-
tem Aloyſia Senior, aliæque Jo: Baptiſtæ filiæ,
& reſpectivè ipſius ſorores, cumque præterea,
ut patet ex arbore ad me tranſmiſſa, mortuo
Hieronymo, ex Jo: Baptiſta alii non ſupereſſent
Deſcendentes, quàm illi progeniti ex filiabus,
in quibus reſpectu Jo: Baptiſtæ conſiderari nequi-
bat qualitas hereditaria inducta à Statuto, con-
cludendum procul dubio eſt, à Teſtatore hujuſ- 80
modi qualitatem contemplatam minimè fuiſſe
in ſubjecto, cui illa inhærere non poterat, ſed
veriſimile eſt juxta exuberantiam verborum, &
clauſularum, quibus, ut notat *Mart. Med. exam.
13. ſub num.128. verſ. autem*, Teſtatores, & No- 81
tarii abundare conſueverunt, irrepſiſſe verba il-
la *heredum, & ſucceſſorum*, vel eadem adpoſi-
ta fuiſſe ad magis deſignandam originem, ex
qua Teſtator ſeligere volebat perſonas Deſcen- 82
dentium ad multiplici participationem admit-
tendorum, per ea, quæ tradit *Fachin. contr. 1.
lib. 2., Palma alleg. 158. num.11., Rota deciſ.
304. num. 3., & ſeqq. part. 19. recent., in Rea-
tina Fideicommiſſi 14. Februarii 1699. §. Non
obſtat coram Rño Molines Decano, & 22. Mar-
tii 1700. §. Quin in aliquo coram R. P. D.
Anſaldo, & in Bononien. Fideicommiſſi de Roſ-
ſenis 17. Martii 1702. §. Probata ex his cor. R.
P.D. Muto.*
Idque confirmatur, inſpecto tenore diſpoſitio-
nis teſtamentariæ D. Hieronymi, qui, quod 83
attinet ad primum multiplicum, ſimpliciter vo-
caſſe legitur Deſcendentes Jo:Baptiſtæ, abſque eo
quod umquam ſuperaddiderit qualitatem illam »
*Eredi, e Succeſſori* «. In ſecundo verò multi-
plico licèt aliquando nomini Deſcendentium ad-
jecerit qualitatem etiam heredum, & ſucceſſo-
rum, nihilominus Teſtator promiſcuè talia no-
mina uſurpaſſe dicendus eſt, tum quia illis in-
differenter utitur, tum etiam quia ſemper rela-
tivè ſe habet ad diſpoſitionem factam in primo
multiplico, adhibendo clauſulam relativam, *ut
ſupra*, quæ non ſolùm efficit, ut referens intel- 84
ligendum ſit ad terminos relati, *Grat. conſ.
102. num.10., & ſeqq. lib.1., & conſ.105. num.
2. lib.2., Soccin Jun. conſ.122. num.33. lib. 3.,
Beret. conſ.74. num. 34. & ſeqq., Cravett. conſ.
666. num.2., Morot. conſ.1. num.14., Nuguerol.
alleg.27. num.45., Rot. deciſ.118. nu.4. part. 9.,
& coram bon. mem. Emerix deciſ.824. num. 16.*;

85 verum præterea operatur, ut una pars teſtamen-
ti aliam declaret, quodque eadem verba in una,
86 eademque ſignificatione ubique accipienda ſem-
per ſint, *Rodulphin. allegat.*47. *num.* 13., *& allegat.* 63. *num.*2., *& allegat.*144. *num.*6., *Rota apud eumdem allegat.*115. *nu.*8., & demum, quia in nulla teſtamenti parte, ut jam prænotavimus, verificari poſſunt de Deſcendentibus qualitatem hereditariam habentibus à Statuto.

Objecto verò deſumpto à contraria obſervantia facilè occurritur, quia, ut illa nocere poſſet Aloyſiæ, ejuſque Deſcendentibus, docere opor-
87 teret, illos habuiſſe notitiam dictæ teſtamentariæ diſpoſitionis, ut contra eoſdem ex hujuſmodi taciturnitate induci poſſet obſervantia præjudicialis, *Palma allegat.*98. *num.*4., cum aliis allegatis *in dicta Romana Fideicommiſſi de Palazzolis* 18. *Aprilis* §. *Abſque eo quod*, *&* 4. *Julii* §. *Finali*, & quidem potiori ratione hujuſmodi ſcientia neceſſaria reputanda erat in caſu noſtro, quia
88 Aloyſia, ſive ejus Deſcendentes credere potuerunt, ſe non fuiſſe admiſſos ad hujuſmodi participationem, non quia non eſſent de genere vocato, ſed quia deficeret qualitas indigentiæ à Teſtatore contemplata = *e quando li detti Deſcendenti, come ſopra, chiamati ne aveſſero biſogno* =, vel etiam arbitrari potuerunt, nonniſi per poſteriùs ſe eſſe admittendos poſtquam ſcilicet defeciſſent fratres Aloyſiæ; Quamobrem, cum ob-
89 ſervantia, ut noceat, debeat eſſe cum ſcientia ſui juris, & inſuper promanare ab actibus uni-
90 vocis, nullo numero habenda eſt illa, quæ vel erronea, vel æquivoca eſſe poteſt.

Denique vis nulla fieri poteſt in ampliſſima facultate, & effrænato arbitrio conceſſo Diſpenſatoribus dicti multiplici, quia iſtud ſervandum quidem eſſet, ſi ageretur de retractandis diſtributionibus jam factis; Verùm, cum hodie agatur de illis in futurum faciendis, hæ ad normam juris explendæ erunt, ut expreſsè declaravit Teſtator; Ideoque Deſcendentes Aloyſiæ Junioris ex mente Teſtatoris admittendæ, expelli ne-
91 queunt pro libito voluntatis Diſpenſatorum, quibus arbitrium datum eſt ad conſervandam, non ad evertendam voluntatem Teſtatoris, *Rubeus de teſtamentis cap.*71. *num.*248., *& nu.* 252. *& ſeq.*, *Mantic. de conject. ultim. volunt. lib.* 8. *tit.*5. *num.*889., *clar. mem. Card. de Luca de teſtamentis diſc.* 68. *num.*3.

Conſtabilito his omnibus, quod Deſcendentes Aloyſiæ admittendi ſint ad participationem primi multiplici jam completi, ſuperfluum eſt agere de aliis duobus multiplicis, quorum reſpectu eædem recurrunt rationes, quæ conſideratæ fuerunt quoad primum multiplicum.

## *Bononien. Fideicommiſſi.*

Condito fideicommiſſo ad favorem filii, ejuſque *Deſcendentium maſculorum* tum ex Maſculis, tum etiam ex fœminis, cum facultate ei tradita quocumque fideicommiſſi vinculo ligandi filios ſuos, diſcutiendus occurrit articulus, an per fideicommiſſum ſubinde à filio ordinatum confirmata cenſeri debeat Patris diſpoſitio?; ductoque à poteſtate ad voluntatem argumento, negativè eadem quæſtio reſolvitur, oſtendendo, ad fideicommiſſum filii, etiàm quoad paterna Bona, vocatos dicendos eſſe Maſculos dumtaxat ex Maſculis deſcendentes. Et ex quibus poteſtas, ac voluntas ejuſmodi valeat deſumi?

## VOTUM XLII.

1 *Facultatis teſtandi heredi traditæ, cum de interpretatione res eſt, poteſtatis, & voluntatis quæſtio poteſt agi.*

2 *Facultas heredi tradita arctioris fideicommiſſi vinculo ligandi ejus filios, ſolùm quoad iſtos debet intelligi*, & nu.3., & 6.

4 *Subſtitutionem trahere ad caſus oppoſitos, abſurdum eſt.*

5 *Facultas teſtandi heredi tradita, concilianda eſt cum fideicommiſſo à Teſtatore condito.*

7 *Vel inefficax reputanda; quum præſertim dubia illa eſt, fideicommiſſum clarum.*

*Secus tamen in caſu converſo* nu.25., & 26.

8 *Fideicommiſſi conſervationi, quo magis fieri poteſt, conſulendum eſt.*

9 *Heres aliter utens facultate diſponendi de Teſtatoris Bonis, quoad hæc inteſtatus deceſſiſſe dicitur.*

10 *Teſtatus quis in una parte, in altera inteſtatus poteſt decedere.*

11 *Herede aliter ac Teſtatori placuit, diſponente, iſtius non alteratur diſpoſitio.*

12 *Nemo in eo, quod competit, quatenus ab alio datur, poteſt plus ſibi arrogare, quàm datum fuerit.*

*Etiamſi agatur de majori ad majus, & à minùs probabili ad magis probabile*, ibid.

13 *Facultas condendi fideicommiſſum verbis ampliſſimis à Teſtatore tradita, de quocumque intelligitur fideicommiſſo.*

14 *Verba* = Dò piena facoltà, & autorità, come più piacerà a lui, e gli parerà opportuno = *abſolutam, atque illimitatam facultatem important.*

15 *Ex ampliſſima teſtandi facultate heredi tradita excluditur neceſſitas ſervandi ordinem à Teſtatore deſignatum.*

16 *Aliter ipſius voluntas non impleretur.*

17 *Heres gravatus, libero ſibi tributo arbitrio reſtituendi, ac eligendi, ordinem ſervare ullum non tenetur.*

18 *Eidemque licet, poſthabito Primogenito magis dilecto, Secundò, & Tertiò genitum eligere.*

19 *Ad Bonorum conſervationem plurimùm confert admiſsio Maſculorum etiam ex fœminis.*

20 *Conſervatio Bonorum ſuâpte naturâ ad lineam reſtringitur maſculinam.*

21 *Conſervari Bona dicuntur, ſi ad tertiam uſque*

*que generationem permaneant.*

22 *Dictiones* = Semper = perpetuò =, *aliæque ejuſmodi rectè congruunt perſonalitati, ac temporarietati diſpoſitionis*, & num. 23.

23 *Perpetua Bonorum conſervatio verſificata dici poteſt in una familia, ſeu linea.*
*Ac etiam in vita unius hominis*, ibid.

27 Deſcendentium maſculorum *appellatione continentur etiam Maſculi ex fœminis.*

28 Fulgoſii conſilium 85., *quod ſub nomine Deſcendentium maſculorum etiam Maſculi ex feminis comprehendantur, paſſim receptum eſt.*
*Ab eo tamen receditur ex conjecturis* nu. 40., *& ex quibus* num. 41., & ſeq.
*Receditur præſertim, quando fuerit contemplata agnatio*, num. 46.

29 *Deſcendentiæ nomen Maſculos ex feminis complectitur.*

30 *Nepotes ex fœminis dicuntur, & ſunt de Avi deſcendentia.*

31 *Maſculinitatis qualitas in* Deſcendentibus, *ac deſcendentia ſua à Teſtatore exoptata, ſexus maſculini prædilectionem indicat.*
*Non in via generativa, ſed in termino generato*, ibid.

32 *Vel ad ſummum prælationem Maſculorum ex Maſculis, non verò his etiam deficientibus, excluſionem operatur Maſculorum ex fœminis*, & num. 33.

33 Agnationis *verbo quoties illud etiam deſcendentiæ, ac Deſcendentium adjectum ſit, excluditur agnationis contemplatio.*

34 Agnationis *contemplationem non inducit illius mentio, niſi præcisè facta ſit ejus contemplandæ causâ.*

35 Agnationis *votum, niſi ſit evidentiſsimum, comprehenſionem Maſculorum ex fœminis ſub nomine Deſcendentium maſculorum non excludit.*

36 *Agnationis ratio ultra lineas, & gradus contemplatos non extenditur.*

38 *Vocatio Deſcendentium ex linea illegitima Maſculos ex fœminis comprehenſos arguit ſub nomine Deſcendentium maſculorum.*

39 *Deſcendentes Maſculorum illegitimos, fœminarum legitimis præferri, eſſet abſurdum.*

41 *Ex facta Maſculorum ex fœminis ſubſtitutione in conditionali parte, illorum vocatio in diſpoſitiva excluditur, & ratio* nu. 42.

42 *Subſtitutus quis ſibi ipſi nequit eſſe.*

43 *Verba* = Et in caſo non ſi trovaſſe alcun maſchio, nè femina tanto della deſcendenza maſcolina, quanto feminina = *diſcretivum præſeferunt loquendi modum.*

44 Deſcendentiæ maſculinæ, ac fœmininæ *nomen diſcretivè a Teſtatore acceptum, diverſam illius voluntatem arguit.*

45 *Pars conditionalis plurimùm ad declarandam diſpoſitivam confert.*

46 *Maſculi ex fœminis appellatione Deſcendentium maſculorum non veniunt, quando agnatio eſt contemplata.*

54 *Heres, abſque declaratione expreſſa, non cenſetur uſus facultate diſponendi de Teſtatoris Bonis.*

55 *Maximè, ſi de Bonis ſuis diſponere profeſſus ſit.*

56 *Contrarium, quod etiam ſinè ejuſmodi declaratione cenſeatur de Teſtatoris Bonis diſpoſuiſſe.*
*Procedit, licèt pronomen adhibuerit* = ſuis, *&* = propriis = num. 58.
*Et maximè, ſi commixta retinuerat tum propria, tum ipſius Teſtatoris Bona* nu. 59.

57 *Intellige hæc de herede gravato, non de uſufructuario.*

58 *Heredis gravati, ſua, & propria dicuntur fideicommiſſi Bona dum adhuc illud pendet.*

60 *Filium facultate diſponendi de paternis Bonis uſum fuiſſe, ſuadent plura ab eo relicta onera excedentia ſui patrimonii vires.*

61 *Patris Bona unicum filii patrimonium per aditionem fiunt.*

62 *Heredis ampliſsimam habentis facultatem diſponendi de Teſtatoris Bonis, hæc propria dicuntur eſſe*, & num. 63.
*Nec requiritur eorum mentio, ut facultate ejuſmodi dicatur uſus*, ibid.

64 *Præſertim, ſi illius diſpoſitio verbis univerſalibus concepta fuerit.*

65 *Sermo univerſalis tantum operatur quoad omnia comprehenſa ſub genere, quantum ſpecialis quoad comprehenſa ſub ſpecie.*

66 Jurium *appellatione venit etiam facultas diſponendi.*

67 *Emphyteutica Bona an ſub generali inſtitutione veniant, diſputant Doctores.*

68 *Communis tamen opinio eſt, ea venire, ſi redacta ſint ad inſtar allodialium, & effecta alienabilia vel ex generali loci conſuetudine, vel ex particulari lege ſupremi Principis.*

69 *Emphyteuta liberè de Bonis allodialibus poteſt diſponere.*
*Ac, etiam non factâ eorum mentione, eadem ſub generali illius inſtitutione veniunt* nu. 71.

70 *Voluntas à poteſtate metienda eſt.*

72 *Fideicommiſſum in ultimo herede gravato expirat, Bonaque in eo efficiuntur libera.*

IN præterito Reſponſo ſtatuimus, vigore teſtamentariæ diſpoſitionis anno 1603. ab Hieronymo Guidi conditæ non ſolùm Deſcendentes maſculos ex Maſculis, verum etiam Deſcendentes maſculos ex fœminis in ſubſidium fuiſſe vocatos. Quoniam verò idem Hieronymus Maximo Seniori filio ſuo plenam fecit poteſtatem arctioris fideicommiſſi vinculis obſtringendi filios, & reſpectivè nepotes, prout ipſi ad perpetuam Bonorum conſervationem aſſequendam expedire viſum fuiſſet, verbis illis = *E perche bramo, che i Beni della mia eredità ſiano ſempre conſervati, dò piena facoltà, & autorità a Maſsimo mio figlio di legare per teſtamento i ſuoi figliuoli, miei primi nepoti con fideicommiſſo, come più piacerà a lui, e gli parerà opportuno, ſecondo la qualità delle perſone* =, hodiè idcircò à me pro veritate quæri-


ri-

ritur, an dictus Maximus, qui & ipſe ſuum con-
didit teſtamentum, mihi nuper tranſmiſſum,
veſtigia paternæ diſpoſitionis inſequendo, illam
omninò confirmaverit, an potius, ſibi elargitâ
uſus poteſtate, ſolos Maſculos ex Maſculis vo-
caverit, Maſculos ex fœminis excludendo?

Quamobrem injuncto mihi muneri manum
admovens animadverto, duplicem hac in re
vertere poſſe quæſtionem, poteſtatis nempè, ac
1 voluntatis. Quod attinet ad primam, reſpon-
dendum quidem primò rei obtutu videretur,
quod, cum Hieronymus, juxta firmata in præte-
ritis ſcriptis, vocaverit etiam Maſculos deſcen-
dentes ex fœminis, talem vocationem interver-
ti minimè poſſe, voluerit à Maximo filio ſuo,
neque enim Hieronymus Pater adeò liberam,
2 effrænatamque diſponendi facultatem illi dedit,
ut ab ejus voluntate pendere omninò voluerit
ſubſiſtentiam fideicommiſſi à ſe conditi, ſed po-
teſtatem dumtaxat ipſi fecit arctiori quodam, ac
ſtrictiori vinculo ligandi filios immediatos, qua-
tenùs, inſpectâ illorum naturâ, atque indole,
neceſſarium, & oportunum ei viſum fuiſſet;
quæ ſanè interpretatio conformis literæ teſta-
menti eò magis amplectenda videtur, quia alio-
quin dicendum eſſet, Hieronymum ſeſe incon-
tinenti correxiſſe, & ſtatim recedere voluiſſe ab
3 eo ſubſtitutionum ordine, quem tanto ſtudio
præſcripſerat, atque deſignaverat, quod quidem
nullo pacto præſumendum eſt, *ad Text. in leg.
nam ad ea 93. ff. de condit., & demonſtr., leg. ta-
lis Scriptura ff. de legat. primo, leg. Præcipimus
Cod. de appell., Rimiuald. jun. conſ. 23. num.
203., & conſ. 80. num. 31. & ſeq., Rota coram
Priolo deciſ. 352. nu. 10., coram Celſ. deciſ. 308.
num. 1., & deciſ. 344. nu. 4., coram Emerix jun.
deciſ. 889. num. 14., deciſ. 1042. num. 3., & deciſ.
1175. n. 3., & 4., in rec. dec. 303. n. 13. part. 19.,
in Romana, ſeu Albanen. Bonorum 12. Martii
1708. §. Verumtamen coram R. P. D. Aldrovan-
do, & in Foroſempronien. Legatorum ſuper fidei-
commiſſo Tiberii 1. Julii 1712. §. Quo ſtante, co-
ram eodem.*

Rursùs quid magis à rectæ rationis dictamine,
quid à Teſtatoris mente, ac voluntate magis
aberrat, quàm quod iſte tradidiſſe dicatur gra-
vato plenam, abſolutamque libertatem coarctan-
4 di, ac reſtringendi fideicommiſſum verbis illis,
quibus voluit, ut idem arctioribus vinculis con-
firmari poſſet ad effectum aſſequendi perpetuam
Bonorum conſervationem? Enim verò abſur-
dum eſt minimè ferendum ſubſtitutionem tra-
here ad caſus oppoſitos, per *Text. in leg. Lega-
ta inutiliter ff. de legat. primo, leg. legata 14. ff. de
adimend. legat., leg. cum tale 72. §. ult. ff. de con-
dit., & demonſtr., Alex. conſ. 1. num. 11. lib.
1., Alciat. conſ. 492. num. 28., & conſ. 494.
num. 11., Corn. conſ. 276. num. 7., & ſeq. lib. 3.,
Roman. conſ. 30. num. 22., Rota coram Cardin.
Cerro deciſ. 906. num. 9., & ad ornat. clar. mem.
Card. de Luca de teſtam. deciſ. 56. num. 17.*, qua-
5 propter talis facultas concilianda eſt cum fidei-
commiſſo favore Maſculorum ex fœminis ordi-
nato, ut nempè illa exerceretur reſpectu primo-
rum filiorum, & fortaſſè etiam totius lineæ ma-
ſculinæ ex Maſculis, hac verò deficiente, inta-
ctum, & incolume manere deberet fideicom-
miſſum favore Maſculorum deſcendentium ex 6
fœminis antè conſtitutum, ad tradita per *De-
cian. reſp. 92. nu. 24. verſ. non obſtat, & ſeq. lib.
5., Dec. conſ. 254. num. 1. in fin., Menoch. conſ.
1268. num. 5., Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 720. num.
9. verſ. ego ter conſului uſque ad num. 12., Mart.
Med. exam. 21. num. 59., Rota coram Seraphin.
deciſ. 1244. num. 8., coram Buratt. deciſ. 268.
num. 13., coram Emerix jun. deciſ. 547. num. 12.
deciſ. 585. num. 8., & deciſ. 1327. num. 5. in Man-
tiſs. ad clar. mem. Cardin. de Luca de Fideicomm.
in Romana Fideicommiſsi de Ruſpolis deciſ. 30.
num. 10., deciſ. 31. num. 6., deciſ. 33. num. 9. &
10., deciſ. 34. num. 12., & deciſ. 35. num. 24.,
& in Bononien. Fideicommiſsi de Urſis 10. Maii
1709. §. Præterea coram R. P. D. Aldro-
vando.*

Et rectè quidem, quia, quoties fideicommiſ-
ſum eſt clarum, permiſſio autem, ac diſponendi
facultas illud reformandi, ſeu alterandi eſt du- 7
bia, atque obſcura, vel concilianda eſt cum an-
tecedenti fideicommiſſo, vel omni effectu, atque
operatione vacua dicenda eſt, juxta ea, quæ ad-
vertunt *Peregrin. conſ. 40. num. 6. circa fin. lib. 2.,
& de fideicom. art. 40. nu. 65., Fachin. contr. jur.
lib. 4. cap. 75. §. Ego in propoſito verſ. quomodò
verò, Gratian. diſcept. 69. num. 5., Andreol. con-
tr. 29. num. 14. verſ. ulteriùs, Cirocch. diſcept. 24.
num. 16., Urceol. conſult. 86. n. 13. & ſeq., Rota
Florent. apud Palm. nep. dec. 176. num. 9., & dec.
364. num. 42., Rota ad ornat. clar. me. Card. de
Luc. de Fideicom. dec. 75. num. 21., & in Mantiſſ.
ad eumdem ſub eodem tit. de Fideicom. dec. 30. n. 7.,
dec. 31. num. 5., dec. 32. num. 7., dec. 33. num. 3.,
dec. 34. num. 13., & deciſ. 35. num. 28. & 29.*, ob
eam nempe rationem, quod, ut ſemel fideicom- 8
miſſum fuit conſtitutum, ejus conſervationi, quò
magis fieri poteſt, conſulendum eſt, ut monet
Juris Conſultus *in leg. cogi 16. in princip. ff. ad
S. C. Trebell.*, ibi = *In ambiguo tamen magis de
ſucceſſione ſenſum dico, nè intercidat fideicommiſ-
ſum* =, *clar. mem. Card. de Luca de Feud. diſc. 79.
num. 8., Rota coram Coccin. deciſ. 1874. num. 8.,
coram Merlin. deciſ. 17. num. 17., in rec. deciſ. 66.
num. 9. part. 1., & in Mantiſſ. ad d. Card. de Lu-
ca de Conflict. leg., & ration. dec. 30. num. 21.*

Quæ cum ità ſint, illud affirmari jure poſſe vi-
detur, quod, licèt Maximus ſuum condiderit 9
teſtamentum, nihilominus quoad Bona Hiero-
nymi Patris inteſtatus deceſſiſſe dicendus ſit, ut
benè conſiderat *Soccin. ſen. conſ. 92. n. 23. lib. 3.,
Cravett. conſ. 171. num. 13., & conſ. 236. num. 7.
& 14., Celſ. Hug. conſ. 120. num. 10.*, ibi = *Et ſic
videtur dici poſſe, quod d. Ferdinandus quoad Bo-
na Majoricatus, in quibus eligere poterat, aut no-
minare unum ex filiis ſuis, quem vellet, deceſſit
inteſtatus, licèt teſtamentum fecerit* = *Bertazol.
conſ. civil. 7. num. 7., Corn. conſ. 133. num. 15. &
ſeqq. lib. 2.*; Neque enim novum eſt, quod, ta-
metſi,

Digitized by Google

10 me.ſi quis fecerit teſtamentum, dicatur tamen
quoad rem aliquam inteſtatus deceſſiſſe, ad Text.
expreſſ. in Leg. Inteſtato 6. ff. de legitim. Tutor., ibi =
Inteſtatus autem videtur non tantum is, qui teſta-
mentum non fecit, ſed & is, qui teſtamento Liberis
ſuis Tutores non dedit, quantum enim ad tutelam
pertinet, inteſtatus eſt. = §. Quod autem Inſtit. de
legit. agnat. tutel., ibique Vinn. Mynſing., Oino-
tim., & alii, & ſequuntur in noſtris terminis,
Soccin. d. conſ. 92. n. 23. lib. 3., Crovett. conſ. 171.
num. 13., Pariſ. conſ. 44. num. 18. lib. 3., Surd.
dec. 272. nu. 6.; Vel dicendum omninò eſt, quod
diſponendo aliter, atque placuit Teſtatori, re-
11 ſtringendo videlicet vocationem ad ſolos Maſcu-
los ex Maſculis, efficere minimè potuerit, ut è
medio ſublata cenſeretur vocatio Maſculorum
ex fœminis, quia, cum agitur de eo, quod nobis
12 competit, quatenus ab alio datur, nemo fretus
argumentis poteſt ſibi arrogare plus, quàm da-
tum fuerit, etiamſi ageretur de majori ad minùs,
& à minùs probabili ad magis probabile; Cujac.
in tit. 16. de diverſ. Reg. Jur. ad Leg. 6. fol. mihi
721. tom. 4. oper. poſthum & ſeqq., & in Append.
ad lib. 4. Cod. fol. 767. litt. B., & E., & fol. 768.
litt. A.

Quamquam verò hæc colore aliquo probare
13 poſſe videantur, Maximum filium reformare
nequiviſſe gradus ſubſtitutionum ab Hieronymo
Patre ordinatarum; nihilominùs tamen, cum
ipſe facultatem condendi fideicommiſſum filio
14 conceſſerit, ampliſſimis illis verbis = Dò piena fa-
coltà, e autorità = Come più piacerà a lui, e gli
parrà opportuno =, verius eſſe cenſeo, illum po-
tuiſſe quodcumque fideicommiſſum ordinare,
dummodò in linea filiorum ordinaret, id exi-
gente naturâ, atque indole prædictorum verbo-
rum, quæ abſolutam, illimitatamque faculta-
tem, ac poteſtatem important, Merend. contr.
Jur. lib. 21. cap. 8. nu. 7., Altograd. jun. conſ. 48.
num. 45., clar. mem. Cord. de Luc. de Fideicom.
diſc. 38. num. 4., & diſc. 58. num. 3., Paulut. diſ-
ſert. 39. num. 20., Surd. dec. 272. nu. 15. & ſeqq.,
Rota coram Dunoz. jun. decif. 453. num. 6., & in
Lucana Fideicommiſſi 21. Aprilis 1698. §. Final.
in princ. coram Emo Card. Priolo; Alioquin enim
15 quorſum evaderet plena iſthæc teſtandi libertas,
& auctoritas, ſi neceſſariò ſervandus eſſet ordo
à Teſtatore deſignatus?, ut hanc circumſtantiam
conſiderando egregiè tradunt Saminiat. controv.
122. num. 30., Fontanell. decif. 525. num. 3. ibi =
Ad quid enim facultas fuiſſet Uxori relicta, &
conceſſa, ſi nihil poſſet agere, niſi id, quod ejus
vir, ſuperflua conceſſio, fruſtratoria, & vana, ſi
non, quod mulier ordinavit, ſed quod vir, eſt ſe-
quendum, & exequendum, quæ ſuperfluitas hic
non eſt toleranda, = & num. 9., ubi, quod alioquin
16 eſſet facere contra voluntatem Teſtatoris, quod
repetit etiam num. 42. & ſeqq., & decif. 526. ex
num. 5., & magiſtraliter S. Rota in Carpentoru-
ctem. Primogenituræ 11. Decembris 1693., ex §.
Prout ad reſtringendum cum duobus ſeqq., confir-
mat. 13. Junii 1696. ex §. Stabilita, & 8. Junii
1705. §. Quandoquidem coram Rmo Molines, &
25. Januarii 1706. §. Abſque eo quod coram Rmo
Kaunitz Epiſcopo Lobacen.

Id quod confirmatur affini exemplo heredis
gravati, cui liberum reſtituendi arbitrium, ac
plena, perpetuaque eligendi facultas tributa ſit; 17
hic enim ſequi minimè tenetur ordinem, quem
in alia teſtamenti parte Teſtator deſignaſſe vide-
tur, ut docuerunt Bald. in Leg. Unum ex familia
§. Si de falcidia verſ. itaque primò ff. de legat. 2.,
Fontanell. dec. 526. num. 15. & 30., Cortiad. dec.
129. num. 123. & ſeqq., Triſt in. dec. 9. num. 21.
& 28. tom. 1., & decif. 54. num. 4. in fin. tom. 2.,
Rota in d. Carpentoracten. primogenituræ 13. Ju-
nii 1696. §. Quandoquidem coram Rmo Molines,
& in confirmatoria 25. Januaris 1706. §. Et ulte-
rius coram Rmo Kaunitz, & in Romana Heredi-
tatis de Ruſpolis 13. Junii 1704. §. Quinimò 24.
coram Rmo Molines, Ita quidem, ut illi eligere,
ac nominare liceat ſecundò, ac Tertiogenitum, 18
poſthabito Primogenito, quamvis à Teſtatore
prædilectus dignoſcatur, Cevall. comm. opin.
quæſt. 265. num. 5., & plurib. ſeqq., Molin. de
Primog. Hiſpan. lib. 2. cap. 5. num. 3., Alter Mo-
lin. de juſt., & jur. diſp. 593. n. 12. & n. 13., Mierez
de Majorat. part. 1. quæſt. 72. num. 20., Caſtill.
quotid. jur. contr. lib. 4., & part. 36. ex num. 46.,
Carp. de exequut., & commiſſ. Teſtam. lib. 2.
cap. 19. num. 38., Reynos obſer. 14. nu. 25. & 27.,
Randen. dec. Piſan. 28. num. 34., Fontanell. dec.
525. num. 4., & in d. Carpentoracten. Primoge-
nituræ 25. Januar. 1706. §. Validitas coram Rmo
Kaunitz.

Fruſtraque obtenditur, quod Teſtator incon-
tinenti ſeſe correxiſſe dicendus eſſet, eò, quod
ſuperius exoptaverat perpetuam ſuorum Bono- 19
rum conſervationem, ad quam aſſequendam con-
ferre plurimum poterat admiſſio Maſculorum
etiam ex fœminis. Etenim conſervatio Bono-
rum ad propriam familiam, lineamque maſcu-
linam ſuâpte naturâ reſtringitur, ac limitatur, 20
ut huic objectioni in puncto reſpondet Rota in
rec. dec. 300. num. 28. part. 1., dec 15. num. 15. 16.
& 17. part. 7., coram Card. Cerro dec. 905. nu. 3.,
in Romana Primogenituræ de Salviatis ſuper Jo-
calibus, & tabulis pictis 22. Martii 1706. §. Non
turbante, & §. Nam pro remotione coram Rmo
Molines, & in confirmatoria 28. Junii ejuſdem
anni §. Non officiente coram eodem, Imò verò ei-
dem ſatis conſultum dicitur, ſi Bona permaneant 21
ad tertiam uſque generationem, Menoch. conſ.
106. num. 9., Pariſ. conſ. 98. num. 22. lib. 1., Ro-
land. conſ. 34. num. 27. lib. 4., Cyriac. contr. 142.
n. 23., & contr. 621. n. 26., Rota in rec. dec. 195.
num. 6. cum ſeqq. part. 5., & in Lucana Fideicom-
miſſi 22. Martii 1697. §. Probato cor. Emo Card.
Priolo. Dictiones namque = Semper = Perpetuò = 22
& id genus aliæ perpetuitatem temporis impor-
tantes, rectè congruunt perſonalitati, ac tempo-
rarietati diſpoſitionis, Bald. in leg. adverſùs in
fin. Cod de uſur., Fuſar. conſ. 17. num. 10. verſ.
ratio eſt, & de ſubſtit. quæſt. 679. num. 7. & 17.,
Altograd. ſen. conſ. 60. num. 122. lib. 1., Caſtill.
quotid. jur. contr. lib. 2. cap. 22. num. 52., Merlin.
Pignattell. cent. 1. contr. 72. num. 8. & 9., Carol.
Anton. de Luc. de lin. legal. art. 13. n. 14., Torr.
de Primog. Ital. part. 2. quæſt. 17. num. 17., &
cap. 38.

Digitized by Google

*cap.38. num.215. & ſeqq.*, *Surd. deciſ.9. nu.16.*,
*Rota coram Cavaler. dec.354. nu. 11.*, *Peutinger.
dec.43. num.10.*, *coram ſan. me. Alex. VIII. dec.
116. num.16.*, *in rec. deciſ.486. num.12. part.1.*,
*dec.94. num.4. & 5. part.16.*, *dec. 528. num. ult.
part. 18.*, *in Camerinen. Fideicommiſſi 20. Junii
1707. §. Prout etiam in fine coram bon. me. Omnina,
in Auximana Cenſuum 5. Maii 1710. §. Nullum
ſcrupulum cum ſeq. coram R. P. D. Anſaldo,
& in Romana, ſeù Albanen. Canonum 23. Junii
1710. §. Placuit coram bo. mem. Caſſarello*, quin
etiam juxtà ſubjectam materiam nedum verifica-
23 ri dici poſſunt in una familia, ſeù linea, ſed etiam
in vita unius dumtaxat hominis, *Roland. conſ.84.
num.11. lib.1.*, *Surd. conſ.123. num. 14. & 15.*,
*Fuſar. conſ.4. num.56.*, *Rota in rec. dec.15. n.18.
part.7.*, *& in d. Romana Primogenituræ de Salviatis
ſuper Jocalibus, & tabulis pictis 22. Martii
1705. §. Non turbante coram Rmo Molines*.

Prout etiam non officit, quod diſponendi fa-
cultas intelligenda, interpretandaque ſit ad nor-
mam fideicommiſſi jam ordinati favore Deſcen-
24 dentium maſculorum ex fœminis. Animadver-
ſio namque iſta urgere fortaſſe poſſet in caſu, quo
fideicommiſſum eſſet omninò clarum, ac litera-
le, facultas verò teſtandi eſſet quoquo modo du-
bia. At aliter res ſe habet in noſtra hypotheſi,
in qua talis quidem facultas clarior eſt, quàm nos
dicendo verbis explicare poſſimus, vice autem
25 verſâ vocatio Maſculorum deſcendentium ex fœ-
minis eſt turbida, utpotè ex argumentis dumta-
xat, ac conjecturis elicita, ex doctrina *Bartoli in
leg. Servum filiis §. final. num. 2. ff. de legat. 1.*,
*ibique Jaſ. num.10. & ſeqq.*, *& præſertim n.15.*,
*Dec. conſ.424. nu. 19. verſ. cum ergò*, *Natt. conſ.
121. n. 14. & 15.*, *Mantic. de conject. lib.5. tit.4.
num. 7.*, *clar. mem. Card. de Luc. de Fideicom.
diſc. 197. num. 9.*, *& diſc. 198. num. 11.*, *Rota
dec.189. nu 14. & ſeqq part. 7. rec.*, *coram Bich.
deciſ.612. ex num.15. ad plures ſeqq.*, *& inter recollet.
per Palm. nep. dec.305. num. 5.*, *& in Romana
Domus, ſeù Palatii ſuper fructibus 22. Junii
1712. §. Adbuc tamen coram R.P.D. Aldrovando*,
hoc namque caſu facultas à Teſtatore
25 conceſſa rectè potuit exerceri, ac conſummari
favore dumtaxat Maſculorum ex Maſculis, ut ità
in terminis reſpondendo *deciſionibus editis in Romana
Fideicommiſſi de Ruſpolis* in contrarium al-
legatis, firmat *Rota in Lucana Fideicommiſſi 21.
Aprilis 1698. §. Sublatis coram Emo Card. Priolo*.

Expediti à prima quæſtione reſpiciente pote-
ſtatem, progredimur ad alteram voluntatis, juxta
quam ſedulò inquirendum, examinandumque eſt,
an Maximus uti voluerit facultate ei à Hierony-
mo Patre impartitâ, ac vocaverit Maſculos dum-
taxat ex Maſculis, ità quidem ut nec per poſte-
rius, ac in ſubſidium Maſculos deſcendentes ex
fœminis admiſerit? Profectò plura expendi poſ-
ſent argumenta evincentia vocationem etiam
Maſculorum ex fœminis, ſed nos duobus dum-
taxat contenti erimus, quorum primum deſumi-
tur ex eo quod Maximus uſus plerumque fuit
27 verbis communibus comprehendentibus tàm
Maſculos ex Maſculis, quàm Maſculos ex fœ-
minis; vocavit enim filios, & Deſcendentes ma-
ſculos, quorum appellatione certi Juris eſt conti-
neri etiam Maſculos deſcendentes ex fœminis,
*ad Text. in Auth. de bereb. ab inteſt. venien. §. Si
quis igitur* ibi = *Si quis igitur Deſcendentium
fuerit ei, qui inteſtatus moritur, cujuslibet naturæ,
& gradus, & ſive ex Maſculorum genere, ſive
ex fœminarum deſcendens* =, & paulò inferiùs =
*nulla introducenda differentia, ſive Maſculi, ſive
fœminæ ſint, & ſeù ex Maſculorum, ſeù fœminarum
prole deſcendant* =, atque hinc paſſim rece- 28
ptum fuit celebre conſilium *Fulgoſii 85.*, quod
laudant, & ſequuntur *Peregrin. de Fideicomm.
art.26. nu. 17.*, *Larr. dec. Granat.34. & 54. ferè
per tot.*, *latè Rota in Aquipenden., ſeù Montis
Faliſci Fideicommiſſi 11. Maii 1705. §. Quarum
prima coram clar. me. Card. Caprara, in Bononien.
Fideicommiſſi Annibalis de Elephantutiis 15. Junii
1708. §. In præſenti coram R. P. D. Anſaldo,
in Balneoregien. Fideicommiſſi 13. Junii 1712. §.
Indubitata corom R. P. D. Aldrovando*, *in Narnien.,
ſeù Sabinen. Fideicommiſſi 13. Febr. 1713.
§. Quamobrem coram R.P.D. Anſaldo, & in Peruſina
Fideicommiſſi 20. ejuſdem menſis, & anni
§. Ulteriùſque coram R.P.D. Falconerio*. Et uſus
pluriès fuit verbo = *Deſcendentiæ* =, quod pariter 29
Maſculos ex fœminis complectitur, *Balducc. ad
Ramon. conſ. 17. num. 3.*, *Rota Florentin. apud
Palm. nep. dec.263. num. 165.*, *Rota Januen. in
celebri Januen. Primogenituræ de Iuurea 7. Maii
1711. nu. 56. & 65. coram D. Auditore Brichio*,
*Suc. Rota inter recoll. per Palm. nep. deciſ. 215.
num.7. verſ. quapropter*, *& in Reatina Fideicommiſſi
2. Martii 1700. §. Neque officere in fine coram
R.P.D. Anſaldo*; Moventurque omnes mox ci-
tati D.D. eâ vivâ, validâque ratione, quod ne-
potes ex fœminis dicuntur, & ſunt de generatio- 30
ne, & deſcendentia Avi, *Alex. in leg. ex facto
§. Si quis ità num. 3. & 4. ff. ad S. C. Trebell.*,
*ibique Ripa ex num.5. ad 8.*, *Bartol. in leg. Liberorum
nu.18. ff. de verb. ſignif.*, *Rauden. conſ. 15.
num. 60. & ſeq. lib. 2.*, *Mantic. de conject. lib. 8.
tit.11. num.3.*, *& tit.18. nu. 62.*, *Actolin. reſol.
82. num.5. & 6.*, *& reſol.83. num.18.*, *Barz. dec.
Bonon. 4. num. 16. & ſeq.*, *Rota in d. Peruſina
Fideicommiſſi 20. Febr.1713. §. Hac porrò coram
R. P. D. Falconerio*.

Parvique refert, quod Teſtator tàm verbo =
*Deſcendentibus* = quàm verbo = *Deſcendentiæ* =
appoſuerit qualitatem maſculinitatis, hinc enim 31
aliud elici nequit argumentum, niſi quod ſexum
maſculinum prædilexerit, non quidem, ut in-
quiunt DD., in via generativa, ſed in termino
generato, ut objectioni occurrendo, tradunt *Actolin.
reſol.83. nu.18.*, *Barz. dec. Bonon.4. n.18.
& ſeq.*, *Rota coram Card. Cerro dec.681. num. 6.
& ſeq.*, *in Bononien. Fideicommiſſi Annibalis de
Elephantutiis 25. Junii 1708. §. In noſtra ſiquidem
coram R.P.D. Anſaldo*, *in d. Peruſina Fideicommiſſi
20. Febr.1713. §. Nec exteram cor. R.P.D.
Falconerio*, *& Rota Januen. in Januen. Primogenituræ
de Iuurea 7. Maii 1711. nu.44.*; Vel ad
ſummum qualitas maſculinitatis à Teſtatore ex-
opta-

32 optata, operatur, ut priùs ſuccedant Maſculi ex
Maſculis, non tamen impedit, quin, iis deficien-
tibus, ſuccedere poſſint Maſculi ex fœminis, *Soc-
cin. ſen. conſ. 51. num. 10. lib. 4., Corn. conſ. 290.
num. 1. & 5. lib. 4., Ruin. conſ. 203. num. 22. verſ.
non obſtat etiam & ſeq. lib. 2., Burz. dec. 4. n. 17.
& 18., ac Rota in Perusina Fideicommiſſi 20. Fe-
bruarii 1713. §. In idem incidit in fine coram
R.P.D. Falconerio*, alioquin, ſi ob ſolam maſcu-
linitatis mentionem vocati cenſendi eſſent Ma-
33 ſculi dumtaxat ex Maſculis, fruſtrà quæreretur,
an Maſculorum appellatione veniant etiam Ma-
ſculi deſcendentes ex fœminis, ut bene obſer-
vat *Caſtill. quotid. Jur. contr. lib. 5. cap. 129. n. 15.,
Torr. var. Jur. quæſt. tit. de Major., & Primog.
tit. 1. quæſt. 13. num. 31. & ſeqq. tom. 1., Rota
Jannen. in d. Jannen. Primogenituræ de Inurea
num. 6.*

Neque verò contemplata diei poteſt agnatio,
tametſi ſemel, iterùmque de ea mentio facta
34 fuerit. Etenim verbo = *Agnationis* = appoſitum
fuit illud, = *deſcendentiæ*, ac = *Deſcendentium* =
quæ verba cum magis latè pateant, &, juxtà fir-
mata ſuperioribus locis, æquè comprehendant
Maſculos ex Maſculis, & Maſculos ex fœminis,
hinc ſequitur, quod vis, & efficacia verbi illius
= *Agnatione* = elidatur, & enervetur ab illis aliis
adjunctis verbis, teſte *Rodulphino alleg. 22. num.
27., Rota in Spoletana Succeſſionis 29. Januarii
1706. §. Quin aliqua cor. Emo Card. Priolo, in
Bononien Fideicommiſſi Annibalis de Elephantu-
tiis 25. Junii 1708. §. In ordine cor. R.P.D. An-
ſaldo, & in Fulginaten. Succeſſionis quoad Claro-
dinam 1. Julii 1709. §. Quin adverſetur coram
Emo Card. Priolo*. Accedit his, quod, licèt ma-
terialis agnationis, & Agnatorum mentio facta
legatur, non idcircò tamen inferri poteſt ad for-
malem illius contemplationem, niſi reverâ ma-
nifeſtè probetur, talem mentionem factam fuiſ-
ſe in eam præciſam cauſam, ut agnatio contem-
plata diceretur, juxtà ea, quæ tradunt *Mantic.
de conject. lib. 11. tit. 14. num. 5., Torr. var. jur.
quæſt. tom 1. tit. 2. quæſt. 4. num. 25., & 26. fol.
222., Paulut. diſſert. 91. num. 79., Rot. ad ornat.
clar. mem. Card. de Luc. de Fideicomm. deciſ. 12.
num. 9., & Rota Florent. in Florentina Succeſſio-
nis 23. Februarii 1711. §. Nec profuit coram D.
Audit. de Comitibus*; ad effectum enim, de
35 quo agitur, votum agnatitium debet eſſe eviden-
tiſſimum, *teſte Rota ad ornat. clar. mem. Card.
de Luc. de fideicomm. deciſ. 11. num. 7., & in d.
Perusina Fideicommiſſi 20. Februarii 1713. §. Ul-
teriùs in fine cor. R.P.D. Falconerio*.

Non omittendo denique, quod, tametſi colo-
re aliquo à Maximo agnatio contemplata cenſeri
poſſet, ea reſtringenda eſſet ad lineam maſculi-
nam filiorum inſtitutorum, at non etiam ulte-
36 riùs porrigenda, cum novum non ſit, quod Te-
ſtator in certa dumtaxat linea, certiſque gradi-
bus rationem habuerit conſervandæ agnationis,
in aliis verò non item, ex notatis per *Honded.
conſ. 45. num. 36. lib. 2., Peregrin. de Fideicomm.
art. 29. num. 39., Molin. de Primog. Hiſpan. lib.
3. cap. 6. num. 50. circa fin. verſ. ſecundò quod
cenſeatur, Rocc. diſput. jur. ſelect. cap. 15. n. 13.,
Rota coram Duran. deciſ. 126. num. 38., & ſeqq.,
coram Dunoz. ſen. deciſ. 148. num. 10., & 11, co-
ram Dunoz. jun. dec. 74. num. 11., & ſeqq., in
Reatina Fideicommiſſi de Vincentinis 14. Martii
1701. §. Adhuc cum hujuſmodi coram Illmo Scot-
to, in Bononien. Fideicommiſſi 28. Januarii 1707.
§. Nec obſtat ad med. coram R.P.D. Aldrovando,
in Vercellen. Reintegrationis 3. Julii 1711. §.
Neque demum cor. R.P.D. Falconerio, & in Se-
nogallien. Immiſſionis 28. Novembris 1712. §. Ad-
dito in princip. coram eodem*.

Quamquam verò, ſubmotâ agnationis con-
templatione, opus non eſſet aliud quidpiam af-
ferre pro adſtruenda, conſtabiliendaque Maſculo-
rum ex fœminis comprehenſione ſub nomine
*Deſcendentium*, ac *deſcendentiæ maſculinæ*, ut, 37
præter auctoritates ſuperiùs cumulatas, nuperri-
mè firmavit *Rota in Romana Fideicommiſſi R. P.
D. Pauli de Alveris 11. Maii currentis anni
§. Extraneo verſ. ità quod coram R.P.D. Criſpo*,
ibi = *Agnationis contemplatione ſeclusâ, Maſculi
ex fœminis ſub Deſcendentium maſculorum appel-
latione æquè, ac Maſculi ex Maſculis comprehenſi
omninò noſcuntur* =, nihilominus ſuppetit aliud 38
non minùs efficax argumentum elicitum ex ad-
miſſione deſcendentium ex linea illegitima,
quos ſanè abſurdum eſſet præferri deſcendentibus
legitimis ex fœminis, ut ratiocinatur *clar. mem.* 39
*Card. de Luc. de Fideicomm. diſc. 25. num. 17.
verſ. tertiò, & diſc. 146. num. 5., & 6., &
& diſc. 231. num. 13., Torr. de Primog. Ital.
part. 1. cap. 37. num. 139., & poſt eumdem par. 3.
Rot. deciſ. 57. num. 23., coram Dunoz. jun. deciſ.
35. num. 23., & deciſ. 984. num 14., in Romana
Fideicommiſſi de Alberinis 6. Junii 1704. §. Rur-
ſùs deficiente cor. bon. mem. Omanun, & in Bono-
nien. Fideicommiſſi de Urſis 10. Maii 1709. §. Nec
ſatisfecit coram R.P.D. Aldrovando*.

Hæc ſunt momenta rationum, quibus ſuaderi
poteſt, Maximum filium Hieronymi recedere
noluiſſe à diſpoſitione teſtamentaria Patris, pro-
indeque ipſum vocaſſe etiam Maſculos deſcen-
dentes ex fœminis. Verumtamen validiores mi-
hi eſſe videntur rationes, & argumenta, quibus
probatur, prædictum Maximum non vocaſſe,
niſi Maſculos ex Maſculis; ſuppoſito namque,
quod, tametſi deeſſe dici poſſet agnationis con- 40
templatio, attamen ex aliis etiam conjecturis re-
cedi poteſt à famigerato *conſ. Fulgoſii*, ut tra-
dunt *Altograd. conſ. 89. num. 22., & ſeqq. lib. 2.,
Roxas de incompat. part. 1. §. 6. verſ. ſecundò nu.
320., Manſ. conſult. 198. num. 15., clar. mem.
Card. de Luc. de Fideicomm. diſc. 25. num. 5., &
diſc. 27. num. 4. in fine, Rodulphin. alleg. 174. n.
2., Rota inter recollect. per Palm. nep. deciſ. 212
num. 22., deciſ. 213. num. 1., deciſ. 214., & dec.
215. utrobique num. 3., in rec. deciſ. 69. num. 8.
part. 17., & deciſ. 17. num. 3. part. 18., in Inte-
ramnen. Fideicommiſſi 11. Decembris 1705. §. Et
licèt cor. Rmo Molines, & in confirmatoria 15.
Junii 1706. §. Ex quibus cor. eod.*; profectò non
conjecturæ, ſed veræ demonſtrationis nomen
mereri videtur illa deſumpta ex parte conditio- 41
na-

nali, in qua ſi ultimus Deſcendens maſculus
deceſſiſſet inteſtatus, nullâque factâ de Bonis
relictis diſpoſitione, Teſtator expreſſim vocavit
Maſculos deſcendentes ex fœminis, verbis illis
= *ma in caſo, che moriſſe ab inteſtato, e ſenza
aver diſpoſto delli miei Beni, e eredità, l'ultimo
ſudetto, e che per l'jus commune, o municipale,
ſuccedeſſe in tutto, o in parte ſua madre, o Avo,
o Ava materna, o Avia, o Proavia paterna, o
altra perſona, che non ſia della mia deſcendenza,
io dichiaro, e voglio, che tutte, di che ſorte ſi
ſiano, aſſolutamente ſiano incapaci di detta
mia eredità, nè voglio, che in alcuna ma-
niera poſſano eſſer conſiderate* =, tamquam ſi non eſ-
ſent in rerum natura, *ma voglio, e chiamo alla
detta eredità quella, ò quelle perſone, che ſi tro-
veranno all'ora, le quali ſiano di mia deſcenden-
za, in qualunque modo ſi ſia, avendo però ri-
guardo alla proſſimità del ſangue al ſudetta ulti-
mo, & ad altri titoli, conforme alle Leggi, e Statuti,
non dovendo ſervire queſta mia diſpoſizione, ſe non
per eſcludere ogn'altro, che non ſia mio deſcen-
dente, che del reſto mi rimetto alle Leggi, e Sta-
tuti circa à chi debba eſſer preferito* = Etenim, ſi
in parte diſpoſitiva vocatos fuiſſe diceremus
42 etiam Maſculos deſcendentes ex fœminis, ab-
ſurdum illud abſurdiſſimum ſequeretur, quod
iidem ſubſtituti eſſent ſibimetipſis, ut in puncto
prò receſſu à conſilio *Fulgoſii* animadvertunt
*Giovagnon. reſp. 75. num. 9. lib. 1., Surd. conſ.
551. num. 31., & 32., Ramon. conſ. 15. nu. 25.,
Molin. de Primogen. Hiſpan. lib. 3. cap. 5. num.
55., Guidopap. quæſt. 167., Larr. deciſ. Gra-
nat. 54. num. 17. 19. & ſeqq., Rota in Interamnen.
Fideicommiſſi 11. Decembris 1705. §. Quæ inter-
pretatio coram Reverendiſſimo Molines, in Ro-
mana Fideicommiſſorum 14. Martii 1712. §.
Nullo ſiquidem pacto coram R. P. D. Criſpo,
& in Bononien. prætenſi Fideicommiſſi de
Ramacciottis 3. Julii 1713. §. Altera verò co-
ram Illmo Scotto*, ibi = *quodque in omnibus ante-
dictis partibus nequaquam comprehendi potuerint
provenientes ex fœminis, una pro cunctis indigita-
re viſa fuit demonſtratio, quod Teſtator in poſtre-
ma parte teſtamenti illos expreſſè, & particulari-
ter vocavit in caſum defectus omnium ſubſtitutio-
num, quas in prioribus partibus teſtamenti ordina-
verat.* =

Ex eodemque teſtamenti loco evidens, &
apertum redditur, quod, licèt Teſtator in par-
tibus diſpoſitivis uſus fuerit verbis, quæ juxtà
latiorem ſignificationem, ſub qua accipi pote-
rant, comprehenderent Maſculos deſcendentes
per medium fœmininum, vocare nihilominus
voluerit ſolos Maſculos ex Maſculis, talem la-
tiorem ſignificationem reſtringendo; conſide-
rans enim evenire poſſe caſum, quo nullus De-
ſcendens neque ex Maſculis, neque ex fœminis
43 in rerum natura ſupereſſet, ità locutus fuit = *e in
caſo, che non ſi trovaſſe alcun Maſchio, nè femi-
na, tanto della deſcendenza maſcolina, quanto fe-
minina &c.* =; en igitur, quod, dum Teſtator
certò certiùs nomen *deſcendentiæ maſculinæ* in
hac parte intellexit de ſolis Maſculis ex Maſcu-
lis (ſecrevit enim, atque diſtinxit illam à de-
ſcendentia fœminina), clarioribus verbis decla-
rare nequivit, quoſnam nomine Deſcenden- 44
tium, ac deſcendentiæ maſculinæ vocare intel-
lexerit in parte diſpoſitiva, ut ad rem ponderant
*Rodulphin. alleg. 111. n. 5., Rot. in rec. deciſ. 575.
num. 9., & deciſ. 683. num. 21. part. 19., inter re-
collect. per Palm. nep. deciſ. 215. num. 3., & 4.,
deciſ. 117. num. 2., & deciſ. 118. num. 11., &
ſeqq., ad ornat. clar. mem. Card. de Luca de Fi-
deicomm. deciſ. 17. num. 4., & deciſ. 22. num. 14.,
& 15., in Peruſina Fideicommiſſi 11. Decembris
1702. §. Nam dictum, in Aquilana Beneficii 2.
Junii 1708. §. Omnem coram R.P.D. Scotta, &
in Foroſempronien. Legatorum ſuper fideicommiſſo
Antonii 2. Maii 1712. §. Tum etiam cor. R.P.D.
Aldrovando*; nemo namque non ſcit, quanti
valeat pars conditionalis ad declarandam, inter- 45
pretandamque partem diſpoſitivam, *Rota ad
ornat. clar. mem. Card. de Luca de Fideicomm.
deciſ. 18. num. 6., & ſeqq., cum aliis in* Tarraco-
*nen. Beneficii 29. Januarii 1712. §. Altera verò
cor. R.P.D. Lancetta, & in Nepeſina Donationis
31. Martii 1713. §. Neque prædictorum coram
eodem.*

Verùm enim verò in dubium revocari minimè
poſſe videtur, quin contemplata fuerit agnatio,
quâ quidem concurrente, locus non eſt conſilio 46
*Fulgoſii*, ac Maſculi deſcendentes ex fœminis
excluduntur, cum hoc caſu qualitas maſculina
reduplicativè requiratur tam ex parte generati,
quàm generantis, ut teſtantur *Peregrin. de Fi-
deicomm. art. 26. num. 18., & 30., clar. mem.
Card. de Luc. eod. tract. diſc. 26. num. 5., Torr. de
Primog. Ital. part. 1. cap. 5. num. 260., & cap. 41.
§. 7. num. 69., & 70., Manſ. conſult. 350. n. 79.
verſ. prout ità, Balducc. deciſ., & rer. judic. tit.
3. de legat., & fideicomm. deciſ. 23. num. 11.,
Rota coram Priolo deciſ. 281. num. 1., & ſeqq.,
& deciſ. 402. num. 27., coram Cerro deciſ. 682.,
num. 7., & ſeqq., apud Ramon. deciſ. 22. num. 4.,
in Bononien. Fideicommiſſi Annibalis de Elephan-
tutiis 25. Junii 1708. §. Et in rei veritate coram
R.P.D. Anſaldo, & in Foroſempronien. Legato-
rum ſuper fideicommiſſo Antonii 2. Maii 1712.
§. Jure itaque cor. R. P. D. Aldrovando.*

Et ſanè pro evincenda, ac demonſtranda il-
lius contemplatione in noſtra hypotheſi ſatis eſ- 47
ſet animadvertere, quod Teſtator diſertis, ex-
preſſiſque verbis pluries, plurieſque de illa
mentionem fecit, prout advertunt *Bim. conſ.
228. num. 21., Molin. de Primog. Ital. lib 3. cap.
5. num. 65., Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 499. num. 1.,
Rodulphin. alleg. 110. num. 7., Larr. deciſ. Gra-
nat. 53. num. 18., Rot. in rec. deciſ. 95. num. 15.
part. 11., deciſ. 232. num. 7. part. 19., in Raven-
naten. Fideicommiſſi Julii Camilli de Abbi ſis 7.
Aprilis 1710. §. Teſtatorem in princip. coram
R.P.D. Criſpo, in Romana Fideicommiſſi de Al-
veris 12. Januarii 1711. §. Augetur cor. eodem*;
verùm prætereà dicimus, quod eadem elicitur ex 48
toties repetita, totieſque inculcata qualitate ma-
ſculinitatis: in his quippè terminis, non ob ſim-
plicem ſexus prædilectionem, ſed potiùs cauſati-
vè

Digitized by Google

vè volita cenſetur, videlicet pro perpetua con-
ſervatione agnationis, *Surd. conſ. 316. num. 8., & 14., Aldovin. conſ. 82. num. 20., Fuſar. conſ. 24. num. 13., & ſeqq., Bellon. jun. conſ. 2. n. 23., Ramon. conſ. 15. num. 13., & ſeqq., Molin. de Primog. Hiſpan. lib. 3. cap. 3. num. 25., & 29., Caſtald. conſult. 12. num. 6., Rocc. diſput. jur. ſelect. cap. 2. num. 38., & cap. 16. num. 12. verſ. habitam verò, Rodulphin. alleg. 82. num. 10., & 12., Rota coram ſan. mem. Alexand. VIII. deciſ. 377. num. 15., & ſeqq., coram Benincaſa dec. 60. num. 12., in rec. deciſ. 183. num. 14. verſ. cum per quatuor vices part. 10., deciſ. 465. num. 3 part. 14., deciſ. 575. num. 7., & ſeqq. part. 19., in Romana Fideicommiſſi de Alberinis 6. Junii 1704. §. Motivum cum ſeqq. coram bon mem. Omanna, in Baren. Immiſſionis 3. Junii 1709. §. Votum verſ. tertiò cor. R.P.D. Aldrovando, in Ravennaten. Fideicommiſſi Julii Camilli de Abbioſis 7. Aprilis 1710. §. Teſtatorem verò in fine coram R.P.D. Criſpo, & in d. Foroſempronien. Legatorum ſuper fideicommiſſo Antonii 2. Maii 1712. §. In dubium autem in princip. cor. R.P.D. Aldrovando.*

Huc etiam ſpectare videtur tum præceptum
49 dotandi dumtaxat fœminas, teſte *Bellon. jun.*
*conſ. 12. num. 7., & conſ. 72. num. 1.*, ubi, quod
hæc eſt receptiſſima omnium ſententia, & *n. 17.,*
*Peregrin. de Fideicomm. art. 25. num. 25., Cyriac.*
*contr. 691. num. 3., Rodulphin. alleg. 27. num. 3.,*
*Theſaur. deciſ. 188. num. 2., in rec. deciſ. 14. n. 19.*
*part. 17., deciſ. 278. num. 9. part. 18., cor. Benin-*
*caſa, deciſ. 60. num. 14., in Bononien. Fideicom-*
*miſſi de Beninis 8. Maii 1711. §. Poſtremò coram*
50 *R.P.D. Anſaldo*; tum excluſio Religioſorum,
*Menoch. conſ. 85. num. 8., Caſanat. conſ. 15. n. 38.*
*verſ. & en excluſione Religioſorum, & conſ. 20.*
*num. 37., Ramon. conſ. 15. num. 18., Molin. de*
*Primog. Hiſpan. lib. 1. cap. 13. num. 91., & ſeq.,*
*Caren. reſol. 128. num. 21., Rodulphin. alleg. 36.*
*num. 4., & alleg. 137. num. 35. part. 8., & coram*
*Arguell. deciſ. 16. num. 11. 16., & 37., & dec.*
*28. num. 49., & ſeqq., & 94. cum ſeqq.*; tum
51 denique commendatio Collateralium ſuæ fami-
liæ poſt extinctionem lineæ maſculinæ, ipſo-
rumque expreſſa ſubſtitutio in caſu, quo ulti-
mus tàm ex deſcendentia maſculina, quàm fœ-
minina decederet inteſtatus, quod regulariter
fieri ſolet ob rationem agnationis, *clar. mem.*
*Card. de Luc. de Fideicomm. diſc. 43. num. 6.,*
*Rota apud eumdem deciſ. 13. num. 14. tit. de fidei-*
*comm., & in Baren. Immiſſionis 3. Junii 1709.*
*§. Votum autem in princip. coram R.P.D. Al-*
*drovando.*

Confirmantur hæc omnia ex diſpoſitis tum in
parte prohibitiva alienationis, tum etiam in par-
te contraventionali; in ea enim Teſtator inquit,
= *che detti miei Beni liberi ſtiano, e ſi conſervino*
*ſempre nelli detti miei figli, e loro Deſcendenti, e*
*per conſervazione dell' agnazione* =; in hac autem
52 delinquentes privavit commodo ſuæ hereditatis,
eâ redditâ ratione = *per conſervazione della roba*
*mia in d. deſcendenza, ed agnazione* =, hæc nam-
que enixa voluntas conſervationis Bonorum in
agnatione deſignat, Teſtatorem condere voluiſ-
ſe fideicommiſſum pro ſolis Maſculis ex Maſcu-
lis aptis ad totalem Bonorum conſervationem in
agnatione, ut præcisè tradunt *Manſ. conſult. 10. à num. 73. tom. 9., Urceol. conſ. 60. num. 18., & ſeqq., Rota deciſ. 507. num. 3. part. 4. diverſ., in rec. deciſ. 232. num. 7., & 8., & deciſ. 683. nu. 3. part. 19., ad ornat. clar. mem. Card. de Luc. de Fideicomm. deciſ. 11., & deciſ. 12. utrobique nu. 5., & deciſ. 13. num. 13. in Mantiſſ. ad eumd. ſub eod. tit., in Spoletana hereditatum 13. Junii 1704. §. Tum ob illas cor. bon. mem. Omanna, & 8. Maii 1705. §. Maximè quia cor. bon. mem. Muto, in Baren. Immiſſionis 3. Junii 1709. §. Hac autem coram R.P.D. Aldrovando, & in Fulginaten. Succeſſionis quoad Clarolinum 1. Junii 1709. §. Maximè cor. Rm̃o Molinei.*

Neque verò iſtiuſmodi contemplatio agnatio-
nis interverſa dici poteſt ex admiſſione etiam il-
legitimorum. Nam, omiſſo, quod Maximus
eos non vocavit, ſed dumtaxat per modum con-
ſilii ultimo Maſculo commendavit, reſponde- 53
mus, quod in *Lombardia*, & præſertim *Bononia*,
ut Teſtator ipſe profitetur, Legitimati paſſim re-
putantur, & ſunt idonei ad conſervandas agna-
tiones, prout teſtatur *Giovagn. reſp. 21. num. 43.*
*lib. 1., Paleoth. de noth., & ſpur. cap. 59. in fine,*
*Actolin. reſol. 73. num. 3., Caſtald. conſult. 174.*
*num. 15., clar. mem. Card. de Luc. de Fideicomm.*
*diſc. 68. num. 8., Rota in rec. deciſ. 276. num. 50.*
*part. 18., in Bononien. Fideicommiſſi de Menzolis*
*14. Januarii 1697. §. Stetit autem, & §. Talis*
*cum ſeqq. cor. bon. mem. Urſino, & in Bononien.*
*Fideicommiſſi de Urſis 10. Maii 1709. §. Ultrà*
*quod coram R.P.D. Aldrovando.*

Perſpicuum itaque ex his omnibus reddi videtur, Maximum filium in parte diſpoſitiva vocare ſolum voluiſſe Maſculos ex Maſculis, Maſculos autem ex fœminis vocaſſe dumtaxat in parte conditionali, quatenùs videlicet ultimus Maſculus ex Maſculis deceſſiſſet inteſtatus, & nullâ factâ de Bonis relictis diſpoſitione.

Jam verò conſtabilitâ, & ab omnibus contra-
riis objectionibus vindicatâ Maximi Guidi pote-
ſtate reſtringendi fideicommiſſum ad Maſculos
dumtaxat ex Maſculis, firmatâque ejuſdem vo-
luntate ità diſponendi, inſpiciendum modò eſt,
an ille tale fideicommiſſum condiderit reſpectu
ſuorum dumtaxat Bonorum, an potiùs ſuorum 54
ſimul, & paternorum? Porrò primo oculorum
conjectu videretur, quod, cum d. Maximus ne
verbum quidem fecerit de Bonis fideicommiſſa-
riis Hieronymi Patris, generalis ipſius inſtitutio
minimè comprehendat iſtiuſmodi Bona, quæ ex-
preſſâ, & ſpeciali mentione digna videntur, ad
*Tent. in Auth. num autem Cod. de ſecund. nupt.,*
*Dec. conſ. 378. num. 1. verſ. non obſtat, quod con-*
*trarium, Grat. conſ. 17. num. 47., & conſ. 22. nu.*
*13. lib. 1., Riminald. jun. conſ. 204. ex nu. 111.,*
*Simon. de Pret. de interpr. ultim. volunt. lib. 3.*
*dub. 3. ſolut. 3. num. 7. prope fin.*; certiùs verò, 55
quia Maximus Teſtator diſponere profeſſus fuit
de Bonis *ſuis*, tale enim teſtamentum reſtringi-
tur ad Bona propria ipſiuſmet Teſtatoris, at non
etiam comprehendit Bona fideicommiſſaria, per

ea, quæ tradunt *Ruin. conſ. 25. num. 17. lib. 1., Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 117. nu. 10. verſ. declaratur quartò, Simon. de Pret. de interpret. ultim. volunt. lib. 2. interpr. 2. dub. 3. n. 36., Cyriac. contr. 283. num. 9., Mareſcott. var. reſol. cap. 30. num. 27. lib. 1., clar. mem. Card. de Luc. de Fideicomm. diſc. 134. num. 15., Urceol. conſult. 45. num. 28., & ſeqq., Rodulphin. alleg. 113. nu. 34., Surd. deciſ. 93. num. 29., Cornazan. deciſ. Lucen. 4. num. 1. verſ. diximus, Oſaſch. deciſ. 85. n. 18., Rota coram Seraphin. deciſ. 963. num. 6., & deciſ. 969. num. 8., coram Duran. deciſ. 93. num. 7., coram Priolo deciſ. 378. num. 5., & 6., ad ornat. clar. mem. Card. de Luc. de legat. deciſ. 28. n. 10., & in Maceraten. Legatorum, & Fideicommiſſi 18. Junii 1710. §. Fortiùs 10. cum ſeqq. coram R. P. D. Anſaldo.*

Verumtamen, omiſſo, quod ſpecialis, at-
56 que expreſſa Bonorum fideicommiſſariorum
mentio minimè requiritur, ut diſpoſitum de iis
fuiſſe dici poſſit, juxtà ſententiam, quam tuentur, *Alb. conſ. 17. num. 2., & ſeqq., Menoch. conſ. 131. num. 15. cum ſeqq., ac conſ. 210. nu. 69. verſ. non etiam, & de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 197. num. 19., Natt. conſ. 159. num. 30.; Surd. conſ. 73. num. 80., Pariſ. conſ. 72. num. 57., & 60. lib. 3., Gabr. conſ. 143. ex num. 5., Hermoſil. ad Lopez lib. 7. tit. 4. part. 5. gloſſ. 5. num. 5. in fine, & num. 7., Cyriac. contr. 455. num. 15., Andreol. contr. 343. num. 11., & 14., Fontanell. de pact. nupt. tom. 1. clauſ. 4. gloſſ. 5. num. 63., & ſeqq., Torr. de Primog. Ital. tom. 1. cap. 27. §. 10. n. 80., & 81., Surd. deciſ. 272. num. 37., Seſſ. deciſ. 53. num. 28.*, & diſtinguendo inter heredem grava-
57 tum, atque uſufructuarium, tradunt *Gabr. d. conſ. 143. num. 5., & 6. lib. 1., Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 550. num. 19., Fontanell. de pact. nupt. tom. 2. clauſ. 5. gloſſ. 10. part. 1. num. 68., Leo dec. Valen. 58. num. 18.*; tametſi Teſtator adjecerit
pronomen illud = *ſuis propriis* =, quia etiam Bo-
58 na reſtitutioni obnoxia, pendente fideicommiſ-
ſo, dicuntur *ſua*, & *propria* heredis gravati poſſeſſoris; *Natta conſ. 159. num. 30., Soccin. jun. conſ. 68. num. 18., & 19. lib. 4., Laderch. conſ. 53. num. 3., Menoch. conſ. 127. num. 24., & 25.*;
59 quod quidem longè potiori jure dicendum videtur in caſu noſtro, in quo ex toto teſtamentariæ diſpoſitionis tenore liquidò conſtat, quod Maximus Bona propria à paternis non ſecernebat, ſed omnia commixta, atque confuſa habebat, ita quidem, ut univerſorum Bonorum unus eſſet cumulus, & acervus, ut ipſe loquitur immediatè ante inſtitutionem heredum, ibi = *entrino nel monte, e maſſa della mia eredità* =; & ſanè,
60 cum ex annuis reditibus ſuæ hereditatis plura
onera impleri, inſignemque dotem filiabus præſtari voluerit, vix, ac nè vix quidem eredi poteſt, quod ipſe tot propria Bona haberet, quæ tot, tantiſque expenſis, atque oneribus poſſent ſatisfacere. Quamobrem diſpoſuiſſe dicendus eſt etiam de Bonis paternis, quæ per aditionem
61 unicum filii patrimonium effecta fuerunt, *Alb. conſ. 73. num. 6. verſ. quartò, Laderch. conſ. 53. num. 4., Menoch. conſ. 1150. num. 12., & præſumpt. 197. num. 20. lib. 4.*

Hoc, inquam, omiſſo, reſpondemus, quod,
cum in noſtra hypotheſi agatur de herede haben-
te à Teſtatore plenam, abſolutamque diſponendi 62
facultatem, cujus vigore Bona dicuntur facta propria heredis; *Menoch. conſ. 1150. num. 22., Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 593. num. 34. §. Probatur*, nulla prorſus requiritur mentio Bonorum relictorum, eò quod inſtitutio ſemper facta cenſetur ex facultate ſibi impartita, ex doctrina *Bartoli in leg. peto §. Fratre ff. de legat. 2., Alex. conſ. 189. num. 8. lib. 2., & conſ. 226. num. 4. lib. 6., Ruin. conſ. 76. num. 10., conſ. 112. num. 10., & 11., conſ. 113. num. 6., & conſ. 153. num. 2. lib. 2., Pariſ. conſ. 74. in fine lib. 2., & conſ. 46. num. 20. lib. 4., Curt. jun. conſ. 4. num. 4., Natt. conſ. 226. num. 9., & 10., Decian. reſp. 70. num. 19. lib. 3., Gabr. conſ. 125. num. 16., & conſ. 183. num. 5. lib. 1., Menoch. conſ. 87. num. 60., & conſ. 1130. nu. 8., & ſeqq., Peregrin. conſ. 53. num. 14. lib. 1., & de fideicomm. art. 40. ex num. 55., Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 550. num. 10., Oſaſch. dec. 85. n. 3., Fontanell. deciſ. 467. num. 6., & 7., & deciſ. 494. num. 16.*; præſertim verò, quoties diſponendi fa-
cultas tributa fuerit, prout in noſtra ſpecie, ef- 63
frænatis, ampliſſimiſque verbis, *Cephal. conſ. 430. num. 52., Gabr. conſ. 125. num. 15., & ſeq. lib. 1., Menoch. conſ. 87. num. 60., & ſeqq. lib. 1., Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 593. num. 40., Cavalcan. deciſ. 36. num. 15., & 16. part. 1.*; & inſtitutio ab
herede facta reperiatur verbis univerſalibus, ut 64
puta, de omnibus Bonis, juribus, & actionibus; ſermo namque univerſalis tantum operatur quoad omnia comprehenſa ſub genere, quantum
ſpecialis quoad comprehenſa ſub ſpecie, *Pariſ.* 65
*conſ. 72. num. 60., & 63. lib. 3., Menoch. conſ. 210. n. 33., & conſ. 1130. num. 10., Cephal. conſ. 152., Natta conſ. 63. num. 13., Peregrin. de Fideicom. art. 40. num. 55., Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 550. n.*
*14., & 15.*; & jurium appellatione venit etiam 66
facultas diſponendi, *Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 444. num. 8., & d. quæſt. 550. num. 16., Rota in rec. deciſ. 171. num. 8. part. 13.*

Haud abſimili exemplo Bonorum emphyteu-
ticorum, quorum reſpectu, licèt magna diſſen- 67
tio ſit inter Doctores, an inſtitutio generalis ſufficiat, ut de iis diſpoſitum dicatur, ut videre eſt in una *Bononien. Fideicommiſſi Alexii de Urſis ſuper portione Annibalis 27. Junii 1710. §. Abſque eo quod coram R. P. D. Aldrovando*; nihilo-
minùs quæſtio omnis ſilet in Foris, ac Tribuna- 68
libus, quoties agitur de Bonis emphyteuticis, quæ redacta ſint ad inſtar allodialium, & effecta alienabilia vel ex generali alicujus loci conſuetudine, vel ex particulari lege Supremi Principis talem
naturam iis Bonis tribuentis; horum namque re- 69
ſpectu cum Emphyteuta liberè diſponere poſſit,
hinc metiendo voluntatem à poteſtate, per ſolam 70
univerſalem inſtitutionem diſpoſuiſſe de iis cenſendus eſt, tametſi individuam illorum mentio-
nem non fecerit, ut ſæpiſſimè firmavit *Rota*, & 71
*præcipuè coram Duran. deciſ. 254. num. 18., cor. Merlin. deciſ. 699. num. 4., in rec. deciſ. 166. nu. 8. part. 11., deciſ. 621. num. 8. part. 19., in Eugubina Fideicommiſſi 24. Martii 1710. §. Quamobrem*

Digitized by Google

*ram in fine cor. Ill.mo Scotto, in Ferrarien. Renovationis Inveſtituræ 18. Aprilis 1712. §. Nec Subſiſtere cor. R. P. D. Criſpo, in Foroſempronien. Legatorum ſuper Bonis emphyteuticis 1. Julii ejuſdem anni §. Per partes in fine coram R. P. D. Aldrovando, in Fanen. Emphyteuſis 13. Januarii 1713. §. Conſtito cor. eod., & in Senogallien. Immiſſionis 26. Junii ejuſdem anni §. Nec dubitari cor. R. P. D. Criſpo, & in Cæſenaten., ſeù Cervien. Bonorum ſuper prælatione 4. Junii 1715. §. finali cor. R.P.D. Lancetta.*

Ut igitur quæ huc uſque latiſſime diſſeruimus, uno veluti ſub aſpectu ponantur, univerſa res ità paucis reſtringenda eſt. Potuit Maximus Guidi vigore ampliſſimæ facultatis ei ab Hieronymo impartitæ condere fideicommiſſum favore Maſculorum dumtaxat ex Maſculis; voluit itidem tale fideicommiſſum ordinare, & voluntatem ſuam non ad propria dumtaxat Bona reſtrinxit, ſed illam ad Bona etiam paterna porrexit; ideòque ex hoc, veluti ex neceſſario antecedenti ſe-
72 quitur, quod prædicta Bona libera evaſerint ab omni fideicommiſſi vinculo favore ultimi Maſculi ex Maſculis d. Maximi Guidi Teſtatoris, ità quidem, ut de iiſdem potuerit arbitratu ſuo diſponere, *clar. me. Card. de Luc. de Fideicomm. diſc. 109. num. 9., Poſth. dec. Bonon. 35. num. 5., Rot. cor. Merlin. dec. 159. num. 2., cor. Cerro dec. 514. au. 13., coram Priolo deciſ. 71. num. 9., & dec. 142. num. 10., in rec. deciſ. 94. num. 1., & ſeqq., & deciſ. 171. num. 2. part. 13., poſt Torr. de pact. futur. ſucceſſ. deciſ. 225. num. 15., & ſeqq., in Lucana Fideicommiſſi 22. Martii 1697. §. Prædefuncto, & in confirmatoria 21. Aprilis 1698. §. 1. in fine cor. Em.o Card. Priolo, & in Fulginaten. Diviſionis 20. Martii 1702. §. Licèt namque coram R. P. D. Lancetta.*

Vide Votum XXII.

## *Reatina Fideicommiſſi.*

Fideicommiſſum favore fratris, filiorumque ex certo Matrimonio ab eo naſciturorum, addito à Teſtatore voto perpetuæ Bonorum conſervationis *in ſuis Deſcendentibus*, perpetuum, & progreſſivum ad omnes illius Matrimonii filiorum Deſcendentes quando cenſendum ſit? iſtorumque comprehenſionis ſub nomine Deſcendentium ejuſdem Teſtatoris, excluſis etiam Deſcendentibus ex naturali ipſius filia, quænam conjecturæ, & argumenta valeant expendi?

## VOTUM XLIII.

1 *Sub* filiorum *appellatione reſtrictâ ad filios ex certo Matrimonio natos, & naſcituros nepotes non comprehenduntur.*
*Secus, quando eorum comprehenſionem præſeferat voluntas Teſtatoris*, ibid. & num. 4., & ſeqq.

2 *Verba* = e Deſcendenti miei ſolamente = *relativè ad Teſtatorem, nonniſi de veris illius Deſcendentibus poſſunt intelligi.*



3 *Et non de Tranſverſalibus.*

4 *Etiam nepos naſci dicitur de corpore Avi.*

6 Filiorum *nomine etiam nepotes veniunt.*
*Præſertim, cum de excludendo, non de includendo agitur*, num. 8.

7 *Deſcendentes omnes una caro cum ſuis Aſcendentibus exiſtimantur.*

8 *Difficiliùs à jam admiſſis auſertur, quàm quod non admittantur.*

9 Filiorum ex certo Matrimonio naſciturorum *vocatio excluſionem valet inducere naturalium, quamvis legitimatorum, aut etiam alterius Matrimonii filiorum.*

10 *Non verò nepotum, aliorumque legitimè ex filiis illius Matrimonii deſcendentium.*

11 Filiorum *vocatio his verbis* = che naſceranno da detto mio fratello, ed Antonia ſua moglie = demonſtrativè *poteſt intelligi facta ad eorum originem demonſtrandam, non ad taxativè reſtringendam diſpoſitionem ad filios primi gradus.*

12 *Præſertim ex conjecturata Teſtatoris mente admittendi etiam ulteriores Deſcendentes.*

13 *Eademque verba ad filios non adeò reſtringuntur, ut alios repellant.*

14 *Teſtatoris voluntas comprehendendi ſub nomine* filiorum ex certo Matrimonio naſciturorum *etiam nepotes, ex quibus reſultare valeat?* & num. ſeqq.

15 *Pars prohibitiva dependens à præcedenti fideicommiſſo, licèt illud non extendat, declarat tamen, perſonas in ipſo expreſſas ſub eodem comprehendi.*

16 *Per ſe autem ſtans, fideicommiſſum extendit, etiam ultra perſonas in eo vocatas.*

17 *Verba in eo ſenſu, quo fuerunt à Teſtatore accepta, debent intelligi.*

18 *Pro aſſequenda Teſtatoris voluntate ſpectandæ ſunt circumſtantiæ, & tempus, quo ille diſpoſuit.*
*Ejus autem verba, ſi talibus circumſtantiis, ac tempori aptari nequeant, ad alia tempora, caſus, & perſonas referenda ſunt.* ibid.

19 *Teſtator propriis carens Deſcendentibus, cenſetur eorum nomine contemplaſſe Deſcendentes fratris heredis inſtituti.*

20 *Teſtatores propriis carentes Deſcendentibus, illos fratrum, veluti ſuos, ſolent diligere*, & num. 89.

21 Deſcendentiæ *alicujus vocatio, ſi de* effectiva *verificari nequeat, intelligitur de* contentiva.

22 Poſterorum *nomine veniunt Tranſverſales, quum diſpoſitio effectum nequit habere in Deſcendentibus.*

23 *Quo caſu veniunt etiam appellatione* ſeminis, progeniei, prolis, ac ſtirpis.

24 Agnatorum deſcendentium *vocatio non valens de Agnatis verificari, de Tranſverſalibus facta cenſetur.*

25 *Intellige de iis ſolùm Tranſverſalibus, qui deſcendunt ab heredibus inſtitutis.*
*Declarantur* ibid., & num. ſeqq. Sacræ Rotæ Deciſiones 19., & 300. part. 1. rec.



Digitized by Google

*Concluſio procedit, etiam adjecto illorum vocationi nomine poſſeſſivo* = miei =, num. 31.

26 *Agnatio vocata cum pronomine* = ipſius = *relativè ad Teſtatorem, reſtringitur ad Deſcendentes ejuſdem.*

28 *Nomine*=Deſcendentium de caſata, & agnatione = *propriè non veniunt Agnati tranſverſales.*

29 Deſcendentium *nomen ad differentiam, & diſtinctionem* Collateralium *ſolet adponi.*

31 Deſcenoentium *appellatione, adjecto etiam nomine poſſeſſivo* = miei =, *Tranſverſales vocati cenſeatur à Teſtatore deſcendentes non habente*, & num. 87.

32 *Verba de facto, & impropriè accipiuntur, quando non aliter poſſunt intelligi.*

33 Deſcendentium ſuorum *nomine comprebenſi à Teſtatore cenſeri nequeunt Deſcendentes ejus filiæ naturalis*, & num. 34., & ſeqq.

34 *Deſcendens dici non poteſt, qui principium habet vitioſum, & infectum.*

35 *Ex infecta, aut vitioſa origine nulla conſatur legitima conſequentia, nec linea.*

36 *In Deſcendentibus ex illegitima perſona nullus cognationis gradus adeſt cum Avo.*

37 *Ex radice infecta fructus non naſcitur.*

*Et nepotes legitimi ex filio naturali pro nepotibus non habentur, ſed pro Extraneis*, ibid. & num. 54.

38 *Deſcendentes legitimi ex filia ſpuria, non dicuntur nepotes, nec pronepotes, quia non habent ſtipitem, nec faciunt lineam.*

39 *Deſcendentes ex filia, etiam legitima, in ſententia aliquorum, dici non poſſunt Deſcendentes Avi materni.*

40 *Communiter tamen illorum opinio recepta eſt, quum de pronepote agitur, aut ulteriori Deſcendente.*

41 Deſcendentium *nomine licèt nepos ex filia poſſet venire, non tamen veniunt ulteriores ipſius Deſcendentes.*

42 Deſcendentium ſuorum *nomine à Teſtatore vocati cenſeri nequeunt Deſcendentes ex filia ab ipſo excluſa.*

43 *Filiæ excluſionem clarè præſeferunt verba hæc* = volendo, che non poſſa pretendere altro dalla mia eredità, eccetto la legitima, ancorchè de jure non le ſi doveſſe.

44 *Radice excluſâ, excluſi cenſentur omnes, qui germinantur ab illa.*

45 *Communis eſt autem opinio hæc, etiam ſi quis ex perſona ſua velit ſuccedere.*

46 *Deſcendentes ab eo, qui nec vocatus, nec prælatus fuit, multò minùs vocati, aut prælati ſunt cenſendi.*

47 *Excluſo uno, excluſi cenſentur omnes ab eo deſcendentes.*

48 Filii, & Deſcendentes *remotiores non debent melioris eſſe conditionis, quàm mater.*

49 *Primitivis infectis, infecta cenſentur etiam derivativa.*

50 *Excluſis remotioribus, eò magis cenſeri debent excluſi remotiores.*

51 *Secus ex contraria Teſtatoris voluntate.*

52 Deſcendentium ſuorum *nomine Teſtator nullos habens Deſcendentes, cenſeri debet nepotes ex filia, licet excluſa, vocare intellexiſſe.*

*Contrarium quando cenſendum ſit?*, num. 53. & ſeq., & vid. num. 87.

53 *Probatio peccans vitio petitionis principii, rejicenda omninò eſt.*

55 *Teſtator non eſt cenſendus filios ex filia naturali ab ipſo excluſa præferre voluiſſe Deſcendentibus fratris inſtituti heredis, &* nu. 107.

*Sufficit autem, hos fuiſſe ab eo contemplatos in aliqua teſtamenti parte*, num. 88.

56 *Teſtatoris voluntas ex dilectione elicitur.*

57 *Teſtatoris major affectio præſumitur erga fratrem, ac ejus filios heredes inſtitutos, quàm erga filiam excluſam, & particularibus relictis honoratam.*

58 *Major itidem ejus affectio præſumitur erga filios fratris legitimos, & naturales, quàm erga nepotes ex naturali ipſius filia.*

59 *Teſtatoris amor erga fratrem, ejuſque filios heredes inſtitutos, continuare in omnes eorum poſteros præſumitur, &* num. 112.

60 *Teſtatoris major affectio preſumitur in quemlibet, licèt remotiſſimum, in cujus linea fideicommiſſum ſit ingreſſum, quàm in propinquiſſimum, etiam filium ſuum.*

61 Deſcendentiæ, & familiæ *nomine Teſtator illam ſui fratris heredis inſtituti, non verò filiæ ab ipſo excluſæ contemplaſſe cenſendus eſt.*

62 *Quod maximè procedit de Teſtatore nullam habente familiam effectivam, ac legitimam deſcendentiam.*

63 Deſcendentiæ ſuæ *nomine faciliùs illa fratris eumdem Patrem habentis contemplata à Teſtatore cenſetur.*

64 Deſcendentium ſuorum *nomine contemplans Teſtator Deſcendentes fratris, ſuos hos facit, vel pares illis.*

65 *Fictio in caſu ficto idem operatur, ac veritas in caſu verò.*

66 Nepotum, & Deſcendentium *reciprocè inter ſe ſubſtitutorum ſucceſſio ordinata* = di grado in grado, ſempre il più proſſimo all' ultimo moriente = *non alitèr, quàm de illorum filiis, & Deſcendentibus poteſt intelligi.*

67 *Succeſſio de gradu in gradum verificatur ſolùm de filio in filium, & de Deſcendente in Deſcendentem.*

68 Deſcendentium *alicujus vocatio ſatis reſultat, ex privatione in caſu delicti.*

69 *Privatio ſupponit habitum, & præcedentem adquiſitionem.*

*Quæ ſinè vocatione dari nequit* ibid.

70 Filiorum, *eorumque* Deſcendentium *vocatio omnes comprehendit illorum Deſcendentes.*

71 Heredum *nomine in ultimis voluntatibus regulariter veniunt primi dumtaxat heredes, non autem ſecundi, aut ulteriores Subſtituti.*

72 *Hæcque veriſſima opinio eſt.*

73 *Subſtituti propriè heredes non ſunt.*

74 *Verba* = miei eredi =, *ex propria eorum ſignifica-*

Digitized by Google

ſicatione, accipiuntur de primis dumtaxat heredibus.

In eáque ſignificatione accepta à Teſtatore cenſenda ſunt, niſi aliter de ipſius voluntate conſtet, ibid.

75 Verba = miei eredi =, ſi alia ſubſequantur verba = e loro Deſcendenti =, ad ulteriores Inſtitutos, & Subſtitutos nequeunt referri; ratio ibid. & num. 76. & 77.

76 In omni diſpoſitione omninò vitanda eſt ſuperflua verborum repetitio.

78 Verba = e loro Deſcendenti = æquè referuntur ad omnes heredes ſive Inſtitutos, ſive Subſtitutos præcedenter nominatos.

79 Eadem verba, ex propria eorum ſignificatione, potiùs ad Deſcendentes Inſtitutorum, quàm Subſtitutorum debent referri.

80 Maſculis dumtaxat vocatis, convenire iis nequeunt verba =, e loro Deſcendenti = æquè fœminas, ac Maſculos comprehendentia.

81 Deſcendentium maſculorum, & fœminarum vocatio facta relativè ad Teſtatorem, intelligenda eſt de Deſcendentibus ejus filia.

82 Non fratris heredis inſtituti, cujus Maſculi dumtaxat, & quidem primi gradus vocati ſint.

83 Media ita ſemper interpretanda ſunt, ut præcedentibus conſonent, ac ſubſequentibus, & num. 94.

84 Maſculis primi dumtaxat gradus in diſpoſitiva vocatis, fœminarum, vel ulteriorum Deſcendentium vocatio elici adhuc poteſt ex aliis partibus.

Ut ſunt prohibitiva, & privativa in caſu delicti, num. 85. & 86.

85 Pars prohibitiva, ſicut etiam privativa in caſu delicti, Deſcendentes omnes æquè maſculos, ac fœminas complectuntur.

88 Deſcendentes heredum ſuorum, ſi in aliqua teſtamenti parte, in omnibus contemplati à Teſtatore cenſentur.

89 Deſcendentium ſuorum nomine fuiſſe à Teſtatore appellatos Deſcendentes fratris, id vel amori erga iſtos, vel errori, ac imperitiæ ipſius Teſtatoris, aut Notarii tribuendum eſt.

90 Teſtatores non ſemper propriis utuntur nominibus, ſed plerumque abuſivè loquuntur.

91 Verba nonnumquam impropriè accipienda ſunt, quum præſertim de Teſtatore agitur imperito, ac rudi.

Et maximè, ſi conſtet de ſolito Teſtatoris ea impropriè accipiendi, ibid.

92 Teſtator verbis = lineâ, deſcendentiâ, & familiâ = impropriè uſus in una teſtamenti parte, cenſetur, & in aliis.

Sicque appellatione ſuorum Deſcendentium in aliis partibus intellexiſſe Deſcendentes fratris, ibid. & num. 93.

93 Deſcendentes ex fratre Teſtatoris, de iſtius familia dicuntur.

95 Agnationis habitâ contemplatione, etiam Deſcendentes à Teſtatoris fratre vocati cenſentur ſub Deſcendentium nomine.

Hi namque verè, & propriè agnati ſunt, ibid.

96 Non ita ſub eodem nomine veniunt Deſcendentes ex Teſtatoris filia.

Cum iſti agnati dici nequeant, ibid.

97 Præſertim, ſi deſcendant à filia illegitima.

98 Agnationis habita ratio ſolùm conſecutivè ad excluſionem Fiſci in caſu delicti, rigoroſam illius contemplationem non importat.

Minùſque excluſionem Deſcendentium ex fœminis, ac illegitimis inducere valet ultra caſum illum.

99 Præſertim, ſi ipſa etiam fœminæ vocatæ ſint.

100 Eadem tamen ſic habita agnationis ratio, declarat, Teſtatorem ad agnationem ipſam reſpexiſſe in quocumque caſu.

101 Dictaque vocatio fœminarum intelligenda eſt in ſubſidium dumtaxat, Maſculis nempe deficientibus.

Quo caſu vocatæ ſunt cenſendæ fœminæ tantùm agnatæ, & durante illarum vitâ, num. 104.

102 Ordine ſcripturæ priùs nominati, priùs vocati cenſentur.

103 Alternativa inter perſonas, in quibus cadit ordinata Teſtatoris affectio, naturam disjunctivæ retinet.

Quæ gradualem, & ſucceſſivum inter eaſdem inducit ordinem, ibid.

105 Agnationis contemplationem non excludit vocatio fœminarum, deficientibus dumtaxat Maſculis.

Præſertim, ſi ab initio iſti ſolùm vocati fuerint, ibid.

Contraria procedunt de agnatione literaliter non expreſſa, vel eruta ex conjecturis dubiis tantùm, & æquivocis, ibid.

106 Ex agnationis contemplatione excluſio ſequitur illegitimorum, & ab illis deſcendentium.

108 In ſucceſſionibus prima, & potior cauſſa eſt illa Liberarum.

Sive de legitima, ſive de teſtamentaria diſpoſitione agatur, ibid.

109 Succeſſio fideicommiſſaria eodem ordine, quo ab inteſtato, deferenda eſt.

110 Succeſſio, quouſque in linea gravati adſunt Deſcendentes, continuare in illis debet.

111 Filios, & Deſcendentes privare iis facultatibus, in quibus nati, & educati ſunt, inhumanum eſſet.

113 Teſtator diſpoſitioni Juris, quoad ordinem ſuccedendi ab inteſtato, ſe conformaſſe præſumitur.

114 Voluntati Teſtatoris verba non ſunt præferenda.

115 Immò, ut ejus ſervetur voluntas, recedendum ab illis eſt.

116 Verba captari non debent, ſed quâ mente ſint prolata, debet inſpici.

117 Mens primariò ſpectanda eſt, etiam neglecto verborum ſenſu.

118 Legum, ac Tribunalium præcipua cura eſt in perſcrutanda, atque exequenda Teſtatorum voluntate.

119 Eidemque contrariam interpretationem rejiciunt.

*ſiunt, etiam contra veriorem ſignificationem verborum.*

120 *Verborum proprietas dum attenditur, ſenſus veritatis plerumque amittitur.*

DOMINICUS Urſi Reatinus carens Uxore, & legitimâ prole, habens tamen duas filias naturales, nimirum Fauſtam Victoriam nuptam Jo: Baptiſtæ de Spatianis, & Sororem Mariam Cæleſtem Monialem, anno 1641. teſtamentum condidit, in quo relictis nonnullis Legatis dd. filiabus, quas omninò illis contentas eſſe voluit, abſque eo quod quidquam aliud ab ejus hereditate conſequi umquam poſſent, heredem univerſalem inſtituit Mutium Urſi fratrem ſuum, cui quandocumque decedenti ſubſtituit Antonium Gaſparem filium, & reſpectivè nepotem ipſius Teſtatoris, alioſque filios maſculos poſt teſtamentum naſcituros ex d. Mutio, & Antonia ejus Uxore, prohibitâ bis omnibus quacumque detractione, & alienatione etiam latiſſimè ſumpto vocabulo, eò quod voluit = *che ſiano, e ſtar debbano ſempre tutti, e ſingoli miei Beni, come ſopra, che ſi ritroveranno nella mia credità, ſotto perpetuo, e arto fideicommiſſo a favore delli dd. miei Nipoti nati, e da naſcere, e Deſcendenti miei ſolamente, a' quali ſoſtituiſco l'uno all'altro ad invicem vulgariter pupillariter, & per fideicommiſſum in qualſiſia tempo, cioè il ſopravivente, o ſopraviventi al premoriente, o premorienti di grado in grado, ſempre il più proſſimo all'ultimo moriente, in ſtirpes, & non in capita, ut ſupra &c.*

Deindè excluſis per modum regulæ Religioſis omnibus, ibi = *dichiarando, che in tutte le ſudette iſtituzioni, e ſoſtituzioni ſiano ſempre eſcluſi li Religioſi, e Religioſe Clauſtrali, & non aliàs* =; deveniendo ad excluſionem Fiſci in caſu delicti, ità diſpoſuit = *E perchè hò auto, ed hò in grande abominazione il ſolo penſiere, che li miei eredi, e loro Deſcendenti aveſſero da commettere alcun delitto, per il quale doveſſero perdere i Beni da me laſciati, voglio perciò, e diſpongo, che ipſo jure, & ipſo facto per un meſe avanti &c. ſiano privati, e cadano da ogni ragione &c., e perciò in tal caſo vadano detti miei Beni, come ſopra hò diſpoſto in caſo della morte naturale, talmente, che il Fiſco mai ſucceda, ne poſſa mai pretendere nelli miei Beni ereditarj coſa alcuna, nè meno riſpetto alli frutti, movendomi a ciò non per frandare il Fiſco, ma ſolo per il deſiderio della mia agnazione &c.* =, ut latius habetur *Sum. num.* 1.

Vitâ functo Teſtatore, & ſucceſſivè Mutio fratre herede inſtituto, cum ultimo loco deceſſerit etiam Antonius Gaſpar filius d. Mutii, & nepos Teſtatoris, ſucceſſio delata eſt ad filios d. Antonii Gaſparis, videlicet Jo: Mutium, Cajetanum, & Joſephum, adverſus quos nuper inſurrexit D. Jo: Baptiſta Airoldus, qui, tamquam filius Claræ ortæ à ſupradicta Fauſta Victoria filia naturali Dominici Teſtatoris, aſſerens, per obitum Antonii Gaſparis Urſi ejus favore purificatam eſſe ſubſtitutionem in d. fideicommiſſo Dominici, edidit allegationem facti, & Juris impreſſam Bononiæ, & approbatam, atque ſubſcriptam ab inſignioribus illius Civitatis Juris Conſultis, quâ dictum fideicommiſſum à præfatis DD. fratribus de Urſis illum vindicare poſſe ſuſtinent, rogatus itaque ſum ego, ut, quid in hac controverſia ſentiam, pro veritate dicere velim.

Et primo quidem oculorum conjectu videbatur, petitionem d. D. Airoldi coadjuvari in litera teſtamenti præſeferente vocationem, ſeù ſubſtitutionem reſtrictam ad filios dumtaxat primi gradus Mutii fratris heredis inſtituti, ibi = *Inſtituiſco erede univerſale Muzio Orſi mio fratello, al quale tanto ſe viverà al tempo della mia morte, quanto ſe morirà &c., inſtituiſco, e ſoſtituiſco in ſuo luogo Antonio Gaſparo Orſi ſuo figlio, e mio nipote, e altri figli maſchi, che naſceranno da detto Muzio mio fratello, e d'Antonia ſua moglie dopo queſto mio teſtamento* =, ut in hypotheſi ſimilis diſpoſitionis reſtringentis vocationem ad filios natos, & naſcituros ex certo Matrimonio, quod 1 ſub illorum nomine non veniant nepotes, & ulteriores Deſcendentes, dixit *Spada conſ.346. n.3. & 27. lib.2., Rot. coram Millin. deciſ.373. nu.2. & 3., in rec. dec.505. n.27. & 28. part.4. tom.3., deciſ. 262. num. 8. part.17., & deciſ. 19. num. 6. inter impreſſ. ad ornat. clar. me. Card. de Luc. de Fideicom. lib.10.*, quapropter, cum deindè, prohibitâ alienatione, Teſtator declaraverit velle, Bona omnia manere ſub arcto, & perpetuo fideicommiſſo = *a favore delli detti miei nipoti nati, e da naſcere, e Deſcendenti miei ſolamente* = indè ſequitur, quod, deficientibus filiis Mutii, Teſtatoris ex fratre nepotibus, nequaquam admittendi ſunt filii, & ulteriores Deſcendentes illorum, ſed Deſcendentes ipſius Teſtatoris, qualis eſt D. Airoldus deſcendens à Fauſta Victoria filia naturali ejuſdem Teſtatoris, verbis enim illis = 2 *e Deſcendenti miei ſolamente* = à Teſtatore prolatis, nonniſi verè, & propriè ab ipſo Teſtatore deſcendentes comprehendi poſſe videntur, *Cyriac. contr.455. nu 25., Gratian. diſcept. 48. n.4., & diſcept.104. num.18.*, nequaquam verò Tran- 3 ſverſales, *Rot. dec. 6. num.20. part.5. tom.1., & dec.68. num.16. part.6. rec.*

Verumtamen, re meliùs, maturiùſque perpenſâ, inſpectâque mente Teſtatoris, in contra- 4 riam ſententiam, tamquam veriorem, abeundum eſſe cenſerem, videlicet Teſtatorem vocare quidem voluiſſe Deſcendentes omnes Mutii fratris, at non etiam illos Fauſtæ Victoriæ filiæ ſuæ naturalis; juſtè idcircò repellendos à DD. de Urſis: licèt enim vocatio in parte diſpoſitiva ità concepta ſit, ut ſolùm filios maſculos natos, & naſcituros ex Mutio, & Antonia ejus Uxore grammaticali ſenſu, ac materiali literâ comprehendere videatur: id tamen non efficit, quin ſub illa, 5 præter filios primi gradus, venire poſſint etiam nepotes, & alii ulteriores Deſcendentes, cum & nepos dicatur naſci de corpore Avi, & participare de ſubſtantia illius, *Ruin. conſ.63. nu.6. lib.3., & alii apud Gabriel. commun.concluſ. lib.6. tit. de verbor. ſignificat. concluſ.1. num. 78. verſ. contrariam*, ubi, quod, vocatis filiis natis ex filio, ve- 9 niunt nepotes ex illo, *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.327. num. 34.*

Digitized by Google

*num. 34.*, *Rodalphin. allegat. 25. num. 19.*, *Rota*
*coram Seraphin. deciſ.939. num.5.*, *& coram Du-*
*noz. jun. deciſ.648. num. 7.*; Deſcendentes quip-
7 pè omnes, veluti per quamdam continuationem,
cenſentur una caro cum ſuis Aſcendentibus, ad
*Textum in leg. ultim. Cod. de impuber.*, *& aliis*
*ſubſtit.*, *Paul. de Caſtr. conſ. 410. num.4. lib.1.*,
*Ruſtic. in leg. cum Avus lib.3. cap.10. num. 47.*,
*& lib.6. cap.13. n.12. ff. de condit.*, *& demonſtr.*,
*Peregrin. de Fideicomm. art.28. nu.34. verſ. quid*
*autem ſi dictum fuiſſet*, *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.321.*
*num. 21.*, *& conferi Rota Florent. apud de Comi-*
*tib. deciſ. 57. nu. 9. & plurib. ſeqq.*, *& Sac. Rota*
*in una Romana Fideicommiſſi 15. Aprilis 1701.*
*§. Et ex his & ſeq. coram bo. mem. Anſaldo*; quod
8 faciliùs procedit, quando agitur de excludendo,
non de includendo, quia difficilius aufertur à
jam admiſſis, quàm quod non admittantur, ut
rectè in propoſito obſervat *Bald. conſ. 13. lib.3.*,
quem ſequitur *Tuſch. lit. F. concluſ.376. nu. 40.*
*& 95.*

Quamobrem verba illa = *che naſceranno da*
9 *detto Muzio mio fratello, e d'Antonia ſua Moglie*
*dopo queſto mio teſtamento* = adjecta cenſeri poſ-
ſunt, vel ad excludendum filios naturales tan-
tùm, tametſi legitimatos: at numquam adhibi-
ta cenſeri poterunt prò excluſione nepotum, &
Deſcendentium verè, & legitimè natorum, ut
advertit *Card. Mantic. de conject. ultim. volunt.*
*lib.11. tit.8. num.21. in fin.*, vel etiam, quate-
10 nus major vis dictis verbis tribui malit, eadem
extendi fortè poſſent ad excludendos filios alte-
rius Matrimonii, non verò deſcendentes ex fi-
liis illius Matrimonii à Teſtatore contemplati,
per ea, quæ tradit *Ruin. conſ. 63. num. 5. verſ.*
*Nec obſtat lib.3.*, *clar. mem. Cardin. de Luca de*
*Fideicomm. diſc. 136. num. 11.*, *Rota coram Ot-*
*thobon. deciſ.99. num.12. & 13.*, *in recent. deciſ.*
*230.*, *& deciſ. 408. part. 12.*, Novum quippè
non eſt, quod relatio ſæpè habeatur ad certas per-
11 ſonas, & certum Matrimonium, non quidem,
ut diſpoſitio reſtringatur ad filios dumtaxat pri-
mi gradus illius Matrimonii, ſed ut demon-
ſtrentur, & indicentur perſonæ Parentum, ex
quibus filii, & Deſcendentes procedere debent,
*Fuſar. de ſubſtitut. quæſt.321. num.28.*, *Rota co-*
; *ram Dunozzet. Jun. deciſ.648. num. 8.*, *coram*
*Merlin. deciſ. 206. num. 34.*, *Coram Celſo deciſ*
*176. num.22.*, *in recent. deciſ.402. nu. 23. part.*
*9.*, *ad ornat. clar. mem. Cardin. de Luca de Fi-*
*deicomm. deciſ.14. num.25.*, *in Romana Juriſ-*
*patronatus 1. Junii 1708. §. Prout nec magis co-*
*ram Reverendiſſimo Aldrovando*, *in Romana Fi-*
*deicommiſſi de Alveris ſuper reſervatis 19. Junii*
*1711. §. Sed quæſtionis*, *& §. Minimè officiente*
*coram Reverendiſſimo Criſpo*, *& 14. Martii 1712.*
*§. Fruſtrà verò coram clar. mem. Cardin. Priolo*,
*in Romana*, *ſeù Interamnen. Fideicommiſſi ſuper*
*portione Jo: Pauli 1. Aprilis 1715. §. Quin in-*
*definita coram R. P. D. Cerro*, *& in Urbanien.*
*Fideicommiſſi 13. Februarii 1716. §. In hoc itaque*
*coram eodem Reverendiſſimo Criſpo*; Quoties igi-
tur ex mente Diſponentis conjici poteſt, quod
12 etiam Deſcendentes admitti voluerit, ſupra-
dicta verba, quamvis ob relationem ad cauſam
immediatam accepta in materiali ſenſu, connò-
tent filios immediatos; nihilominùs, cum ad
illos adeò non reſtringantur, ut neceſſariò alios
repellant, referri etiam poſſunt ad originem, 13
& cauſam mediatam, adeout Deſcendentes ul-
terioris gradus minimè excludant, benè *Capra*
*conſ.22. num. 10.*, *& ſeqq.*, *Giovagnon. conſ. 7.*
*num. 34.*, *& ſeq.*, *Rot. deciſ. 939. num. 5.*, *co-*
*ram Seraphin. deciſ. 493. num. 3.*, *coram Coccin.*
*deciſ.397. num.13. part.15.*, *deciſ.804. num. 5.*,
*& ſeqq. part.19.*, *deciſ.14. num.25. ad ornat. clar.*
*mem. Cardin. de Luca de Fideicomm.*, *in Auxi-*
*mana Juriſpatronatus 27. Junii 1701. §. Ità opi-*
*nandum coram bon. mem. Anſaldo*, *in Bononien.*
*Fideicommiſſi de Roſſenis 17. Martii 1702. §. Pro-*
*bata ex his coram bon. mem. Muto*, *in Avenio-*
*nen.*, *ſeù Carpentoracten. Fideicommiſſi de Ter-*
*tullis 2. Decembris 1705. §. Nihilque magis co-*
*ram bon. mem. Molines*, & paſſim in aliis, præ-
ſertim mox citatis, & benè etiam in *Lucana Fi-*
*deicommiſſi 14. Decembris 1708. §. Quoniam par-*
*ticulares cor. bon. mem. Kaunitz.*

Mentem verò Teſtatoris eam fuiſſe, ut De-
ſcendentes quoque comprehendere voluerit, in 14
caſu noſtro rectè perſpicitur ex parte prohibi-
tivâ, in qua ſatis apertè illa declarata legitur
eis verbis = *ma che ſiano, e ſtar debbano ſempre*
*tutti, e ſingoli miei Beni &c. ſotto perpetuo, &*
*arto fideicommiſſo à favore delli detti miei Nipoti*
*nati, e da naſcere, Deſcendenti miei ſolamente* =;
ſive enim dicta pars prohibitiva conſideretur
tamquam acceſſoria, dependens, & conſecuti-
va ad fideicommiſſum ordinatum in caſu obi-
tus, ſive accipiatur tamquam independens, &
per ſe ſtans, ſemper ex illa clarè reſultat perpe-
tuum fideicommiſſum, & vocatio omnium
Deſcendentium, utpotè expreſſa verbis illis =
*ſotto perpetuo, ed arto fideicommiſſo à favore delli*
*detti miei Nipoti nati, o da naſcere, e Deſcen-*
*denti mei ſolamente* =, nam in primo caſu, quo
nempè prohibitio ſit merè acceſſoria, & depen- 15
dens, licèt præcedens fideicommiſſum exten-
dere nequeat, rectè tamen declarat, illud com-
prehendere perſonas in ipſa prohibitione expreſ-
ſas, *Honded. conſ.4. num. 13. vol.2.*, *Fuſar. de*
*ſubſtitut. quæſt.683. num. 12. 20.*, *& 23.*, *Sa-*
*miniat. contr. 126. num. 10.*, *benè Rota coram*
*Coccin. deciſ.2100. nu.5. & 10.*, *& deciſ. 2122.*
*num. 6. 9. & 10.*, *coram Celſ. deciſ. 228. num.*
*13.*, *coram Merlin. deciſ.128. num.30.*, *in Man-*
*tiſ. ad clar. mem. Cardin. de Luca de Fideicomm.*
*deciſ.18. num.9.*, *& apud Palm. deciſ.263. num.*
*75.*, *& 77. tom.1.*, & in proximis terminis de
parte conditionali dictum fuit in *Romana præ-*
*tenſæ Immiſſionis 13. Maii 1720. §. Quamquam*
*verò coram R. P. D. de Gamachet*, ubi aliæ con-
cordantes. In alio verò caſu, quo prohibitio ſit
independens, per eam ordinatum, atque con-
ſtitutum dicendum erit novum fideicommiſſum 16
etiam ultra perſonas præcedenter vocatas, ut,
per *Text. in leg. Cum Pater 79. §. Dulciſſimis ff.*
*de legat. 2.*, relatis concordantibus, firmant,
*Fuſar. de ſubſtitut. quæſt.683. num.15.*, *& ſeqq.*,
*& conſ.169.*

Digitized by Google

*& conſ. 169. num. 63., Peregrin. de Fideicomm. art.17. num. 38., Rot. Lucan. apud Palm. deciſ. 263. num.77. tom.3., Rota noſtra coram Cerro deciſ.65. nu. 19., coram Merlin. deciſ. 228. num. 32., coram Otthobon. deciſ.258. nu.7., & ſeqq., in recent. deciſ. 193. num. 3., & 8. part. 1., deciſ.166. nu.3., & ſeqq. part.17., deciſ.89. num. 2., & 3. part.19., in Mantiſ. ad clar. me. Cardin. de Luca de Fideicom. deciſ. 17., & 18. utrobique num. 9. & 10., & in Imolen. Fideicommiſſi 10. Maii 1717. §. Abſque eo quod coram R.P. D. Coria.*

Nilque turbat, partem prohibitivam loqui
de Deſcendentibus ipſius Teſtatoris, quales di-
17 ci non poſſunt nepotes, & Deſcendentes Mutii.
Nam, ſi vera intelligentia, & ſignificatio verborum non aliundè capienda eſt, quàm ex voluntate Teſtatoris, & ex ſenſu, in quo ab illo adhibita, ac accepta fuerunt, ut, relatis concordantibus Juris noſtri locis, dixit *Rota in Romana Primogenituræ de Salviatis ſuper jocalibus, & tabulis pictis 22. Martii 1706. §. 20., & 28. Junii ejuſdem anni §.12., & 13. coram bon. mem. Molines*, & prò ea aſſequenda ſpectandæ
18 ſunt circumſtantiæ, & tempus, quo ille diſpoſuit, ità quidem ut, ſi verba talibus circumſtantiis, & tempori adaptari nequeant, referenda ſint ad alia tempora, caſus, & perſonas, ut optimè conſiderat *bon. mem. Fattinell. reſp. 44. num. 7. §. Verùm opus non eſt, verſ. ideò illa, Rota in Romana, ſeù Januen. Dotium 1. Februarii 1709. §. Quod autem coram Reverendiſſimo Aldrovando, & in Lucana Fideicommiſſi de Barſottis 28. Martii 1710. §. Manifeſta coram Reverendiſſimo Criſpo*.

Inde ſequitur, quod, cum Teſtator in caſu
19 noſtro neque priùs, neque poſt conditum teſtamentum filios, & Deſcendentes legitimos habuerit, nec veriſimiliter illos eſſet umquam habiturus; vocando idcircò Deſcendentes ſuos, intellexiſſe cenſetur de Deſcendentibus Mutii fratris heredis inſtituti, quos veluti ſuos plerum-
20 que reſpicere, & diligere ſolent Teſtatores illi, qui propriis Deſcendentibus carent, *Altograd. conſ. 46. num. 21., & conſ. 95. num.116. lib.2., clar. mem. Cardin. de Luca de Fideicomm. diſc. 25. num.17., & diſc. 82. nu. 12., & diſc. 115. num. 8., & diſc. 146. num.11., Rota in Mantiſſ. ad eumdem de fideicommiſ. diſc. 1. num. 19., & deciſ.2. num.29., & in Ferrarien. Fideicommiſſi 4. Julii 1721. §. Etiamſi cor. Reverendiſſimo Lancetta, quibus conſonat Rota in Romana Primogenituræ de Capizucchis 15. Martii 1720. §. Animadvertebant cor. eodem*.

Idque confirmatur illo non abſimili exemplo,
vocationis videlicet *deſcendentiæ* alicujus perſo-
21 næ, quæ ſi verificari non poſſit in illius deſcendentia effectiva, vocata intelligetur deſcendentia contentiva, ut dixit *Rota coram Bichio deciſ. 138. num.18., coram bon. mem. Emerix Jun. deciſ. 1335. num.12., in recent. deciſ. 1213. num. 17., & ſeqq., & deciſ.214. num.14. part.9. tom. 1., in Meliten. Patrimonii 17. Martii 1702. §. Quod autem coram Eminentiſſimo D. Card. Scotta, & in Romana Juriſpatronatus 1. Junii 1708. §. Ex quibus, & ſeq. coram Reverendiſſimo Aldrovando, & probat Fuſar. de ſubſtitut. quæſt.*
*330. num.4.*, ubi, quod poſterorum appellatio- 22
ne veniunt Tranſverſales, quando diſpoſitio non poterat ſortiri effectum in Deſcendentibus, ut etiam *quæſt.332. num.3. ait*, quod, vocato *ſemi-*
*ne* alicujus, veniunt Tranverſales, quando diſ- 23
poſitio non poteſt verificari in Deſcendentibus, *quæſtion. 335. num.2.*, idem ſenſit, vocatâ *progeniè* alicujus, *quæſt.336.* num. 3., ubi de *prole* vocata, & *quæſt. 337.*, ubi de *ſtirpe*, & *quæſt. 351. num. 33. verſ. confirmatur*, ubi de omnibus prædictis: & melius ad rem noſtram firmavit *Rota deciſ.193. nu.10. part.1. rec.* ibi = *Unde, cum Teſtator de tempore conditi teſtamenti, nec*
*haberet filios legitimos, nec ſpem illos procreandi,* 24
*ſed tantummodò Dorotheam filiam naturalem, cui prò ſua dote ſcuta 2000. legavit, & vocaſſet ad fideicommiſſum iſtud Maſculos deſcendentes de ſua agnatione, evidenter conſtat, non intellexiſſe de ſuis Agnatis effectivè, & ſpecificè, ſed genericè, & contentivè, itaut vocaverit Deſcendentes agnatos de ſua domo, & gente Lambertinorum, quantumcumque tranſverſales; quod comprobatur ex eo, quod, cum careret filiis, & Deſcendentibus maſculis de ſua linea, inſtituit ſibi heredes univerſales Annibalem fratrem, & Cæſarem ex fratre nepotem &c.* =

Quæ quidem *deciſio* etſi deindè revocata fuerit, ut patet ex *deciſ.300. ejuſdem part. 1.*, non
fuit tamen ab illa receſſum in ea parte, quæ fir- 25
mat comprehenſionem Tranſverſalium ſub nomine Deſcendentium maſculorum de agnatione ipſius Teſtatoris, ſed ſolùm in eo, quod reſpicit comprehenſionem aliorum Tranſverſalium de agnatione, præter illos de linea, & deſcendentia heredum inſtitutorum, ad quos dumtaxat vocationem reſtringi, dictum fuit in ſecunda *deciſione*, cum in prima indiſtinctè reſponſum fuiſſet prò incluſione omnium Agnatorum collateralium. Neque verò motivum comprehendendi Tranſverſales ſub nomine Deſcendentium maſculorum de agnatione ipſius Teſtatoris, illud fuit quod nimirum Tranſverſales quoque, tamquam agnati, ſub dicta vocatione propriè inclu-
derentur: nam potiùs in dictis *deciſionibus* ſuppo- 26
ſitum fuiſſe videtur, agnationem vocatam cum pronomine *ipſius* relativè ad Teſtatorem, reſtringi ad Deſcendentes ejuſdem, ut obſervat *Maſsin. de confiſc. quæſt. 29. num. 18., & notat Fuſar. conſ. 169. num. 37., & duobus ſeqq., & num. 51.*, in quibus locis oſtendit, quod, ſi Teſtator in caſu illarum *deciſionum 193., & 300. part. 1. rec.* habuiſſet Deſcendentes, illi tantum vocati intelligi debuiſſent; ratio itaque ſic
decidendi ea fuit, quod diſpoſitio verificari non 27
poterat in Deſcendentibus Teſtatoris, ut, declarando dictas deciſiones, præciſè tradit *Fuſar. dict. conſ.169. num.32.*, ibi = *Et quamvis in fideicommiſſo de Lambertinis*, de quo *Rota dicta deciſ. 193., & 300. part.1., rec., ſub nomine Deſcendentium de caſata, & agnatione ipſius Teſtato-*
*ris fuerint comprehenſi Tranſverſales agnati, non* 28
*tamen*

Google

*tamen dicit Rota, quod veniat ex propria ſignifi-
catione verborum, cum ſit valdè ſingulare, & in-
ſolitum ſignificare Agnatos de domo per nomen
Deſcendentium, quod poni ſolet ad differentiam,*
29 *& diſtinctionem Collateralium: ſed, cum Teſtator
ille non haberet, nec ſperaret Deſcendentes, &
volens fideicommiſſum conſtituere inter Agnatos
ſuos de Lambertinis, eos vocaſſet ſub nomine De-
ſcendentium de domo ſua, neceſſariò, poſtpoſitâ
omni diſputatione, de verborum propria ſignificatio-
ne, debuerunt ea verba intelligi de Agnatis tranſ-
verſalibus, & ſola diſputatio fuit, an omnes A-
gnati dictæ familiæ ſucceſſivè fuerint vocati, an
verò ſoli Deſcendentes fratrum, & nepotum Te-
ſtatoris, quos inſtituerat heredes =* & ſequitur
*num.37. verſ. in caſu tamen, & verſ. Dum igi-
tur*, ubi, quod talis interpretatio fuit neceſſa-
ria, ex quo Teſtator non habebat Deſcenden-
tes, ad quos poſſent dicta verba reſtringi, &
*num.38., & 39., & num.51., & 52., & ali-
bi*, idem *Fuſar. de ſubſtitut. quæſt.162. ſub num.
9. verſ. = hæc autem ſecunda opinio locum haberet
quando diſpoſitio Teſtatoris non potuiſſet à princi-
pio verificari in Deſcendentibus =*.

Rectè itaque *deciſiones* prædictæ 193., & 300.
30 *part.1. rec.* locum ſibi vindicant in noſtra hypo-
theſi, in qua ſimiliter diſpoſitio verificari non
poteſt in Deſcendentibus Teſtatoris, ideoque
neceſſariò intelligenda eſt de Deſcendentibus
Mutii fratris, tametſi verbo = *deſcendenti* = ad-
jectum fuerit nomen poſſeſſivum = *miei &c.* =,
31 quia Tranſverſales quoque ſub illo comprehen-
duntur, quoties refertur ad Teſtatorem, qui
Deſcendentes non habebat, *Fuſar. dict. conſ.169.
num.38., & ſeqq., Mantic. de conject. lib. 8. tit.
12. ſub num. 20. verſ. ſed ego, Peregrin. de fi-
deicomm. art.22. num.26., verſ. contrà verò, &
alii apud Rot. dict. deciſ.213. num.22. part.9. rec.
tom.1.*, ibi = *cujus nuncupatio, non obſtante verbo
illo poſſeſſivo = ſuoi = comprehendit Tranſverſa-
les, quando, ut in caſu noſtro, refertur ad Fun-
datorem, qui Liberos ſuſcipere non poterat* =, ob il-
lam ſanè validiſſimam rationem, quia nimirum
32 verba intelliguntur de facto, & impropriè,
quando aliter intelligi non poſſunt, ut in ſpecie
notat *Fuſar. de ſubſtitut. quæſt.332. num.4., &
quæſt.351. num.35. cum concordantibus ab ipſo re-
latis*.

Fruſtraque objiceretur, noſtrum Teſtatorem
habuiſſe filiam naturalem jam nuptam, ex qua
vel habebat, vel ſperare poterat Deſcendentes,
in quibus verificarentur verba illa = *e Deſcenden-
ti mei ſolamente* =, ideoque nulla urgeat neceſſi-
tas illa impropriè accipiendi, & referendi ad
Deſcendentes Mutii fratris, objectio namque
iſthæc facilè ſubmovetur, demonſtrando, ſub
nomine Deſcendentium ſuorum hìc à Teſtatore
33 expreſſorum, neque ex mente Juris, neque ex
voluntate ipſius Teſtatoris comprehenſos dici
poſſe Deſcendentes Fauſtæ Victoriæ filiæ natu-
ralis ejuſdem Teſtatoris: non quidem ex mente
34 Juris, quia, juxtà illam Deſcendens dici non
poteſt, qui habet principium vitioſum, & infe-
ctum, argumento *Textus in leg. filium eum de-
finimus 6. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. Jur.,
& in leg. ultim. ff. de jur. delib., & in leg. final.
Cod. de natur. liber.*, ubi, quod ex tali naſcen-
di origine, nulla cauſetur legitima conſequen- 35
tia, nec linea, *Cephal. conſ.581. num.32., Me-
noch. conſ.318. num.28., & ſeqq., Tiraquell. de
Jur. Primogen. quæſt. 12. nu.13., Cyriac. contr.
8. num.21., & ſeqq., & num. 33. & 91.*, ubi,
quod in Deſcendentibus ex illegitima perſona
non adeſt aliquis gradus cognationis cum Avo, 36
*Mantic. de conject. ultim. volunt. lib. 11. tit. 12.
num. 33.*, ubi, quod ex infecta radice fructus
non naſcitur, & iccircò nepotes legitimi ex fi- 37
lio naturali non habentur prò nepotibus Avi,
ſed potiùs reputantur prorſus Extranei, *Trenta-
cinq. conſ. 34. num. 14. vol. 1.*, ubi, quod De-
ſcendentes legitimi ex filia ſpuria non dicuntur 38
nepotes, nec pronepotes, quia non habent ſti-
pitem, nec faciunt lineam, benè *Rot. deciſ.214.
num.3., & 4. part.9. rec. tom. 1.* ibi = *qui autem
habet principium vitioſum, non poteſt dici Deſcen-
dens, ut benè reſponderunt &c., nec nepotes legi-
timi ex naturali filio habentur prò nepotibus Avi,
ſed potiùs reputantur prorſus Extranei, Capra
conſ. &c.* = Immò verò omittendum non eſt,
quod, etiamſi ageretur de Deſcendentibus ex
filia legitima; nihilominùs non deſunt Docto- 39
res cenſentes, illos non dici Deſcendentes Avi
materni, ut apud *Fuſar. de ſubſtitut. quæſt.325.
num. 4.*, qui, licèt dictam ſententiam abſolutè
non probet, attamen *num.5.* dicit, illam com-
muniter eſſe receptam, quum agitur de prone- 40
pote, vel ulteriori deſcendente ex filia, ut in
caſu noſtro, licèt enim nepos dici poſſet Deſcen-
dens Avi materni, non tamen idem de prone-
pote dicendum eſſet, *Menoch. conſ.774. num.6.,
& conſ.879. num. 19.*, maximè, quando, ut 41
hìc, vocati ſunt Deſcendentes ab ipſo Teſtato-
re; Etſi enim tali caſu nepos ex filia venire poſ-
ſe dicatur, non tamen venirent ulteriores quo-
que Deſcendentes, ut, ex *Menoch. dict. conſ.878.
num.14. verſ. ſecundò accedit*, tradit *Fuſar. dict.
quæſt.325. num.5.*

Minùs verò Deſcendentes prædicti compre-
henſi dici poſſunt ex voluntate Teſtatoris: ille 42
enim Fauſtam Victoriam filiam ſuam naturalem
apertis verbis excluſam ab hereditate, ſua ibi =
*volendo, che non poſſa pretendere altro dalla mia
eredità, eccetto la legitima, ancorchè de jure non
li ſi doveſſe &c.* =, noluit certè comprehendere in
ſubſtitutione facta de Deſcendentibus ſuis, ex 43
deductis per *Fuſar. de ſubſtitut. quæſt. 311. num.
95., & quæſt. 325. num. 17., Barboſ. appellat.
70. num.16., Andreol. contr.251. num.23., Ro-
ta coram Arguell. deciſ.32. num.57., apud. Mi-
chelor. de fratrib. deciſ.18. num.11. in fin., in re-
cent. deciſ.232. num.14. part.19.*, ex quo ſequi-
tur, multò certè minus comprehendere voluiſſe 44
Deſcendentes illius, quoniam, radice excluſâ,
excluſi cenſentur omnes, qui germinantur ab il-
la, *Bald. in leg. maximum vitium num. 2. verſ.
prætereà iſta neptis, de liber. præterit., Roman.*

*conſ. 40. num. 4.*, qui dicit, hanc eſſe firmam,
45 & communem concluſionem, etiamſi quis ve-
lit ſuccedere ex perſona ſua, *Ruin. conſ. 18. num.
9. vol. 3.*, *Cephal. conſ. 581. num. 34.*, *Dec. conſ.
85. in fin.*, *Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt.
79. num. 25.*, *Tiraquell. de jur. Primogen. quæſt.
12. num. 16.*, *Mantic. de conject. lib. 11. tit. 12.
num. 33.*, *& ſeqq.*, *& præſertim num. 36.*, ubi,
46 quod deſcendentes ab eo, qui non fuit à Teſta-
tore prælatus, neque vocatus, multò minus vo-
cati, & prælati dicendi ſunt, *Torr. de Primog.
part. 2. quæſt. 53. num. 24.*, ubi, quod, excluſo
uno, excluſi cenſentur omnes ab eo deſcenden-
47 tes, *Rota deciſ. 542. num. 1. part. 1. recent.*, *& de-
ciſ. 214. num. 2. part. 9. tom. 1.*; non debent enim
filii, & Deſcendentes remotiores eſſe melio-
48 ris conditionis, quàm mater, argumento *Text. in
leg. ſi viva matre Cod. de Bon. matern.*, *Card. de
Luca de Fideicommiſ. diſc. 24. num. 4.*, ubi ad-
ducit vulgarem regulam, quod, infectis primiti-
49 vis, infecta cenſentur etiam derivativa, & do-
cent *Raudenſ. conſ. 35. num. 95. lib. 2.*, *Peregrin.
conſ. 23. num. 14.*, *& 25. lib. 4.*, *Mantic. de con-
ject. lib. 11. tit. 14. num. 20.*, *Simon. de Pret. de
interpret. ultim. volunt. lib. 2. interpret. 1. dub. 4.
ſolut. 4. num. 2.*, *Palma alleg. 387. num. 4.*, *Baitell.
deciſ. 1. num. 37.*, *& deciſ. 63. num. fin.*, *Rota
coram Seraphin. deciſ. 1438. num. 8.*, *& 9.*, *&
coram Benincaſa deciſ. 207. num. 13.*, ideoque, ex-
cluſis proximioribus cognitis, & magis dilectis,
50 multo magis excluſi præſumuntur remotiores
incogniti, & minus dilecti, *Peregrin. de Fidei-
comm. art. 25. num. 22.*, *& 44.*, *& art. 26. num.
2.*, *clar. mem. Cardin. de Luca de ſucceſſ. diſc.
24. num. 7. in fin.*, *& de fideicommiſ. diſc. 231.
num. 5. in fin.*, *Cyriac. contr. 174. num. 29.*, *&
ſeq.*, *Rocc. diſput. jur. ſelect. cap. 27. num. 16.*,
*Mantic. de conject. lib. 8. tit. 8. num. 15.*, *Fuſar.
de ſubſtitut. quæſt. 320. num. 45.*, *Rot. Lucan. in-
ter collect. per Palm. deciſ. 262. num 20. tom. 3.*,
*Rot. noſtra deciſ. 205. nu. 20. part. 5.*, *deciſ. 170.
num 11.*, *deciſ. 211. nu 17.*, *& deciſ. 308. num.
14. part. 14.*, *& in Mantiſſ. ad clar. mem. Card.
de Luca de Fideicomm. deciſ. 18. num. 7.*, *coram
Mantic. deciſ. 305. num. 1.*, *deciſ. 319. num. 6.*, *&
deciſ. 351. num. 4.*, *& ſeqq.*, *coram Duran. deciſ.
126. nu. 12.*, *& ſeqq.*, *& coram Bich. deciſ. 112.
num. 10.*, *in Fulginaten. ſucceſſionis quoad Claro-
linam 1. Julii 1709. §. Hoc autem coram bon. me.
Molines*, *& in Romana, ſeu Viterbien. Fidei-
commiſſi 7. Junii 1717. §. Supervacaneum coram
R.P.D. Curio.*

A quibus ſanè regulis, etſi non inficier, re-
51 cedi poſſe ob contrarias conjecturas, quæ ſua-
deant, Teſtatorem, turbato naturali ordine,
ad remotiores, poſtabitis proximioribus, pro-
gredi voluiſſe, vocando nimirum filios, & de-
ſcendentes ex matre, & perſona alioquin ex-
cluſa: attamen iſtiuſmodi Teſtatoris voluntas
in noſtro caſu ſatis probata dici nequit ex eo
52 dumtaxat, quod, cum aliquando vocati ſint
Deſcendentes ipſius Teſtatoris, iſthæc eorum
vocatio verificari non poſſit, niſi in deſcenden-
tibus à filia excluſa; probatio enim indè deſum-
pta, tamquam peccans vitio petitionis principii, 53
reijcienda omninò eſt, ex *Caſanat. conſ. 50. nu.
22.*, *Rota in Romana, ſeu Reatina Fideicommiſ-
ſi 2. Decembris 1697. §. Hæc enim argumenta co-
ram clar. mem. Cardin. de la Tremoille*, ſuppo-
nit enim, Teſtatorem, qui non habebat, niſi
Fauſtam Victoriam filiam ſuam naturalem, no-
mine ſuorum Deſcendentium, de illius filiis in-
tellexiſſe, quando id eſt, in quo præſens quæ-
ſtio vertitur: in qua quidem quæſtione tot argu-
mentis demonſtramus, Teſtatorem carentem
Deſcendentibus legitimis, & naturalibus, no-
mine Deſcendentium ſuorum intellexiſſe de
Deſcendentibus à Mutio fratre herede inſtituto,
non autem de Deſcendentibus à filia naturali ex-
cluſa, qui, ut mox dictum eſt, verè, & pro-
priè non dicuntur Deſcendentes ipſius Teſtatoris, 54
ſed habentur tamquam extranei; proindeque
veriſimile non eſt, Teſtatorem voluiſſe, eos 55
præferri Conſanguineis deſcendentibus ex fratre,
quem heredem inſtituit, *Rot. deciſ. 213. num.
21. part. 9. recent. tom. 1.*; Si enim voluntas eli-
cienda eſt ex dilectione, *leg. Aurelius 29. §. Ti- 56
tius ff. de liber. legat.*, *Corn. conſ. 62. num. 8.*,
*Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 16. num.
1.*, *& 2.*, *Rota coram Zarat. deciſ. 19. num. 1.*,
*deciſ. 266. num. 7. part. 1. rec.*, *& in Imolen. Fi-
deicommiſſi 10. Maii 1717. §. Junctis coram R.
P.D. Curio.*

Hæc profectò longè major fuit ergâ fratrem,
ejuſque filios heredes inſtitutos, quàm ergâ fi- 57
liam, tum quia illam excluſerat, & particula-
ribus dumtaxat relictis honoraverat, ut, per
*Text. in leg. ſi filium §. Sed etſi portio ff. de legat.
præſtand.*, conſiderant *Mantic. de conject. ultim.
volunt. lib. 6. tit. 11. nu. 24.*, *Rot. deciſ. 453. num.
4. part. 1. recent.*, *& in Maceraten. Legatorum,
& Fideicommiſſi 18 Junii 1710. §. Neque ultra
coram bon. mem. Anſaldo*, tum etiam quia, cum 58
illi eſſent legitimi, & naturales, ergâ eoſdem
ſemper major præſumebatur Teſtatoris affectio,
quàm ergâ nepotes, utpotè natos ex filia na-
turali, ex notatis per *Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 468.
nu. 24.*, *& 25.*, *Rot. cor. Carill. deciſ. 266. num.
6.*, *& deciſ. 58. nu. 4. part. 1. rec.*

Nec prædilectio hujuſmodi reſtricta cenſeri
poteſt ad Mutium fratrem, ejuſque filios heredes
inſtitutos dumtaxat, ſed continuare cenſetur 59
etiam in omnes poſteros, & Deſcendentes, ducto
argumento à *Textu in leg. cum Avus ff. de con-
dit.*, *& demonſtrat.*, *& in leg. cum acutiſſimi Cod.
de Fideicom.*, *in leg. Lucius ff. de heredib. inſtit.*,
*& in leg. quoties ff. de uſufruct.*, *Bellon. jun. conſ.
17. num. 88. & ſeq.*, *Fuſar. conſ. 19. num. 7. verſ.
ſimiliter*, *Menoch. conſ. 680. n. 27. vol. 7.*, *Hon-
ded. conſ. 57. num. 40. lib. 1.*, *ubi alii*, *Venturin.
conſ. 48. num. 37.*, *ubi ex Amat. reſol. 10. nu. 90.*
ait, quod præſumitur magis dilexiſſe quemcum-
que ſibi remotiſſimum de linea, in qua fideicom- 60
miſſum ingreſſum ſit, quàm quemlibet ſibi pro-
pinquiſſimum, etiam filium primi gradus, quod
anteà dixerat *Fontanell. deciſ. 35. num. 16.*, *& ſe-
qui-*

*quitur Saminiat. contr.103. nu.36. & ſeq. tom.2., Peregrin. de Fideicom. artic.27. num.15., Marta de ſucceſſ. legal. part.4. quæſt.21. artic.56. n. 20., Torr. de Primog. Ital. part.1. cap.6. num. 37., & cap.12. num. 2., Rot. coram Merlin. dec. 520. ſub num. 20., verſ. quemadmodum enim, coram Cerro dec.885. num.15. & ſeqq., inter impreſs. ad ornat. clar. me. Card. de Luc. de Fideicom. dec.14. n.6., in Peruſina Fideicommiſſi 20. Februarii 1713. §. Nilpenitùs, & 8. Aprilis 1715. §. Quod procedit coram Illmo D. Falconerio Almæ Urbis Gubernatore, & 15. Junii ejuſdem anni §. Abſque eo quod coram R. P. D. Cerro. & in Reatina Primogenituræ de Nobilibus 19. Junii 1719. §. Parùm officiente coram Rmo Criſpo Archiepiſcopo Ravennaten., & in Cavallicen. Immiſſionis, ſeù Primogenituræ 21. Junii 1720. §. Imò verù coram R. P. D. de Gamachet.*

Præſumptio verò iſthæc minimè eliditur ex
eo, quod Teſtator poſt Mutium fratrem, ejuſque
filios vocaverit ſuos Deſcendentes: ille enim,
61 tamquam propriam, conſideraſſe videtur fami-
liam, & deſcendentiam fratris, nedum quia, ut
mox dicebatur, illum heredem inſtituit, filium
vero excluſit, ut rectè in propoſito advertunt,
*Fuſar. d. conſ.169. num.38. verſ. quam Teſtator, quaſi ſuam effecerat, illam inſtituendo =, & n.39. & 51. verſ. quam propter vocationem tantùm de ea factam, & ſic fictè, & impropriè Teſtator videbatur ſuam feciſſe =, & nu.52. & 53.*, ibi = *quia etſi de illa non eſſet, ſuam tamen fortè credidit eſſe iſſe per d. inſtitutionem =*, benè *Rot. in Romana Fideicommiſſi de Naris impreſſ. poſt conſ.170. ejuſdem Fuſar. n. 12.*, ibi =, *Quod autem Teſtator reſpexerit familiam Sabbæ, patet primò*, ibi = *& remanere velle in familia ſua de Naris, quod verbum = ſua = videtur intelligendum de ea, quam Teſtator elegit per inſtitutionem filiorum Sabbæ =, & num. 13. & ſeqq. uſque ad fin., & deciſ. 193. ſub num. 10. verſ. quod comprobatur part. 5. rec.*:
62 Verum etiam, quia ipſe nullam habens fami-
liam effectivam, & deſcendentiam legitimam,
ergà quam peculiari affectione motus cenſeri poſ-
ſet, omninò contemplatus dici debet familiam,
& deſcendentiam fratris heredis inſtituti, ad tra-
dita per *Rain. conſ. 149. num. 8. lib. 2., Cephal. conſ.600. num. 15. & ſeqq., Bellon. jun. conſ. 51. num.55., Rota coram Bich. deciſ.138. num.17. & 18., in rec. dec.253. n.17. & ſeqq. part.9. tom.1., & in Tyburtina Fideicommiſſi 8. Februarii 1706. §. Et ob id coram bon. mem. Anſaldo*; maximè,
63 quia = *ſua* = poterat aliquo pacto appellari, tam-
quam derivans à Patre ejuſdem Teſtatoris, ut pro
faciliori comprehenſione Tranſverſalium adver-
tit *Fuſar. conſ. 19. ſub num. 7. verſ. = reſpondetur quod & in illo caſu = Maſſin. de confiſcat. quæſt.29. num. 18. verſ. = maximè cum ſimus in Tranſverſalibus deſcendentibus à Patre ejuſdem Teſtatoris =, Peregrin. deciſ.134. nu.13., Rot. dec. 300. n. 21. verſ. & ex eo videbatur part.1. rec.*

At verò, ſi Teſtator familiam, & deſcenden-
tiam fratris habuit pro ſua, indè ſit, quod ex vo-
catione *Deſcendentium ſuorum*, non ſolùm mini-
mè ceſſet præſumpta dilectio ergâ omnes De-
ſcendentes fratris: verum præterea eorum favo-
re hæc fortius urgeat: quippe cenſetur, Teſta-
torem nomine *Deſcendentium ſuorum* non de
aliis intellexiſſe, quam de Deſcendentibus fra-
tris, quos, ſi non per naturam, ſaltem per affe- 64
ctionem fecerat ſuos, vel pares illis, *Decian.
conſ.26. num.28. lib.2., Rot. dec. 266. n.7. part.1.
rec.*, ibi = *Teſtatoris affectio fecit illos pares iſtis =*,
& ideircò haberi debent perinde, ac ſi ex ipſo Te-
ſtatore geniti fuiſſent, ut benè firmat *Rot. d. de-
ciſ.266. num.7. part. 1. rec.*, adeout idem prorsùs
de illis judicandum ſit, quod de veris Deſcenden- 65
tibus judicaretur; fictio etenim in caſu ficto idem
operatur, ac veritas in caſu vero, ut, generali-
bus omiſſis, benè ad rem noſtram admonent *Pa-
riſ. conſ.22. num.38. lib.2., & conſ.58. num. 32. lib.4., Rain. conſ.86. num.14., & conſ.115. n.17. & 18. lib.3., & optimè firmavit Rot. d. deciſ.266. nu.7. & 8. part.5. rec., & in d. Imolen. Fideicommiſſi 10. Maii 1717. §. Junctis, & §. Rurſus coram R.P.D. Cerro.*

Certoque certius interpretatio iſthæc favore
Deſcendentium ex fratre recipienda videtur in
noſtra hypotheſi, quia Teſtator poſt prohibitam
alienationem, & explicatum votum conſerva-
tionis Bonorum ſub perpetuo, & arcto fideicom-
miſſo = *a favore delli detti miei nipoti nati, e da naſcere, e Deſcendenti miei ſolamente* =, ità im-
mediatè ſubdit = *a' quali ſoſtituiſco l'uno all'altro ad invicem, vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum in qualſiſia tempo, cioè il ſopraviventè, o ſopraviventi al premoriente, o premorienti di grado in grado ſempre il più proſſimo all'ultimo moriente, in ſtirpes, & non in capita &c.* =, ſi igitur
Teſtator, ut dicta verba demonſtrant, nepotes 66
æquè, ac Deſcendentes inter ſe reciprocè ſubſti-
tuit, voluitque, ſucceſſionem deferri = *di grado in grado, ſempre il più proſſimo all'ultimo moriente* = certè dici debet, nepotibus prædictis ſucce-
dere voluiſſe filios, & Deſcendentes ipſorum,
non verò deſcendentes ex filia naturali ipſius Te-
ſtatoris, nam, ſi à nepotibus ex fratre, neglectis
eorumdem filiis, ſucceſſio tranſitura fuiſſet ad
nepotes, & deſcendentes ex filia, jam non atten-
deretur proximitas gravati, quam ceteroquin
Teſtator omninò attendi voluit, verbis illis = *di
grado in grado ſempre il più proſſimo all'ultimo mo-
riente* = nec daretur ſucceſſio de gradu in gra- 67
dum, quæ verificatur ſolùm de filio in filium, &
de Deſcendente in Deſcendentem, *Rota in Romana Primogenituræ de Salviatis ſuper jocalibus, & tabulis pictis 22. Martii 1706. §. 26., & 28. Junii ejuſdem anni §. 17. coram bon. mem Molines, cum aliis in Romana Primogenituræ de Capizucchis 15. Martii 1720. §. Animadvertebant coram Rmo Lancetta.*

Rurſus in alia teſtamenti parte Teſtator, pro-
videndo caſui delicti, clariſſimè ſuppoſuit, præ-
cedenter vocaſſe Deſcendentes Mutii, dum ipſos
quoque tali caſu privatos eſſe, declaravit, verbis 68
illis =, *e perchè hò avuto, ed hò in grande abominazione il ſolo penſiere, che li miei Eredi, e loro Deſcendenti aveſſero da commettere alcun delitto &c., voglio perciò, e diſpongo, che &c. per un meſe*

*avanti &c., ſiano privati, e cadano &c.* =, qua-
69 propter, ſi privatio ſupponit habitum, & præ-
cedentem adquiſitionem, quæ ſine vocatione
dari non poteſt, *Cephal. conſ.93. num. 8., Fuſar.
conſ.169. num. 107. & ſeqq., & num. 115., Al-
tograd. conſ.104. num. 21. lib.2., Ruin.conſ. 111.
num 9. & ſeq. lib. 2., Cyriac. contr. 96. num. 50.
& ſeqq., Magon. deciſ. 56. num. 9., Ferentill. ad
Buratt. deciſ. 721. circa fin., Rot. apud Torr. de
pact. futur. ſucceſſ. deciſ. 180. num. 15., in rec.
deciſ.75. num.5. part.16., dec.320. n. 4. part. 17.
ad ornat. clar. mem. Card. de Luc. de Teſtament.,
deciſ.18. n.13., & de Fideicom. deciſ.109. n.14.,
& deciſ. 110. num. 5., & in Mantiſſ. ad eumdem
Card. de Luc. de Fideicom. deciſ.85. n. 27. & 28.*,
ex hoc planè evincitur vocatio omnium Deſcen-
70 dentium Mutii, ejuſque filiorum, in dubium
enim revocari nequit, quin Teſtator hic nomine
ſuorum heredum intellexerit de Mutio, ejuſque
filiis, ideoque, poſtea ſubdendo = *e loro Deſcen-
denti* =, comprehendere voluerit omnes Deſcen-
dentes ab illis; nam, quoties in ultimis volunta-
71 tibus fit mentio heredum, regulariter intelligitur
de primis heredibus inſtitutis, prout ſunt in caſu
noſtro Mutius, ejuſque filii, non autem de ſe-
72 cundis, & ulterioribus ſubſtitutis, qui propriè
heredes non ſunt, *Zanch. in leg. heredes mei §. Cum
ità num. 116 ff. ad Trebell., Menoch. conſ. 124.
num.29., & conſ.610. num.6., Alexand. conſ.37.
num. 5. lib. 1., Fuſar. conſ. 98. num. 7., & duob.
73 ſeq.*, ubi, quod eſt veriſſima opinio, *& de ſub-
ſtit quæſt.353. nu. 2., Tiraquell. in tract. le mort
ſaiſit levi &c., part.2. declarat. 9. num.4., Man-
tic. de conject. ultim. volunt. lib.8. tit.14. nu.20.,
Peregrin. de Fideicom. art.32. num.83., Rot. dec.
349. num.11. part. 19. rec. tom. 1.*

Et in hoc ſenſu reverà accepta fuiſſe in caſu
74 noſtro verba illa = *miei eredi* =, ſuadet nedum
propria, & naturalis eorumdem verborum ſigni-
ficatio, juxtà quam illa ſemper intelligenda, &
interpretanda eſſe, dummodò voluntas non re-
pugnet, per *Text. in leg. non aliter ff. de legat.3.*,
docuerunt *Menoch. d. conſ. 610. num. 5. & 6., &
de præſumpt. lib.1, præſumpt.28. nu. 7., Fuſar. d.
conſ.98. num. 7., Marc. Antonin. variar. reſolut.
lib.1., reſol.4. num. 9., Card. Mantic. de conject.
lib.3. tit.4. nu.15., Caſtill. controver. Jur. lib. 5.
cap. 131. num. 7., Mangil. de imputat. quæſt. 77.
n.88., & alii plures cumulati apud Thabor. axiom.
Jur. lib.19. c. 11. axiom 26.*, verùm etiam con-
firmat urgens illa animadverſio deſumpta ex ra-
tione vitandæ ineptitudinis, & ſuperfluitatis, quæ
75 alioquin ſequeretur, admiſsâ illâ contrariâ in-
terpretatione, quâ nimirum verba prædicta æquè
ad omnes vocatos non minùs inſtitutos, quàm
ſubſtitutos referrentur; cur enim poſtea Teſtator
adjeciſſet illa alia verba = *e loro Deſcendenti* =, ſi
omnes tàm inſtitutos, quàm ſubſtitutos jam ex-
preſſerat præcedenter nomine ſuorum heredum;
ut igitur evitetur hujuſmodi verborum ineptitu-
76 do, & ſuperflua repetitio, in omni diſpoſitione
fugienda, *leg.86. ff. de hered. inſtit., leg.80. ff. de
condit., & demonſtrat., Thabor. axiom. Jur. lib.
9. cap.65. axiom.1., Rot. dec.354. n.35. part.11.
rec., & in Lu ana Fideicommiſſi 14. Decemb.1708.
§. Talis profectò coram bon. mem. Kaunitz, & in
Romana Primogenituræ de Capizucchis 7. Junii
1720. §. Tantum abeſt coram Rm̃a Lancetta, &
priùs 11. Martii ejuſdem anni §. Hic intellectus
coram eodem*, dicendum eſt, priora verba = *miei
eredi* = referri ad heredes inſtitutos dumtaxat,
Mutium nempè, & ejus filios, poſterioribus ve- 77
rò verbis = *e loro Deſcendenti* = deſcendentes
tantummodò à Mutio, ejuſque filiis connotari.

Verum, tametſi verba illa = *miei eredi* = in
noſtra hypotheſi æquè referri dicerentur tàm ad
heredes inſtitutos, quàm ſubſtitutos, non indè
tamen ſequeretur, ut in contraria allegatione aſ-
ſeritur, quod illa alia verba, quæ ſequuntur = *e
loro Deſcendenti* = minimè comprehendant de-
ſcendentes ab heredibus inſtitutis, ſed ſolum
deſcendentes à ſubſtitutis, aut enim pro ſubſti-
tutis accipiuntur filii Mutii, & eo, quod cla-
rum eſt, Deſcendentes illorum eſſe comprehen-
ſos; aut pro ſubſtitutis intelliguntur Deſcenden-
tes Fauſtæ Victoriæ, ut ex adverſo contenditur,
&, præter quam quod, ut ex jam dictis conſtat,
& clarius patebit ex infra dicendis, Deſcendentes
Fauſtæ Victoriæ nullo pacto vocati fuerunt, ceſ-
ſat ulterius quælibet difficultas, eò quod ſemper,
& quocumque caſu, nomine heredum veniunt
indubiè Mutius, & ejus filii heredes inſtituti,
licèt etiam fortè alii venire poſſent, ideoque de-
ſcendentes quoque ab ipſis omninò comprehenſi
dici debent ſub illis verbis, = *e loro Deſcendenti* = 78
quæ referuntur ad omnes heredes ſive inſtitutos,
ſive ſubſtitutos præcedenter nominatos, ad tradi-
ta per *Peregrin. conſ. 77. num. 8., & plurib. ſeqq.
lib. 3., Caren. reſol. 23. num. 6. & ſeqq., Rodul-
phin. allegat.142. nu. 17., Fuſar. de ſubſtit quæſt.
582. num.21., Surd. dec.101. n.7., Rot. dec.266.
n.5., coram Carill. dec.203. n.23. & ſeqq. part. 6.
rec., ubi concordantes, & in Carpentoratten. Fi-
deicommiſſi 26. Junii 1709. §. Porrò coram bon.
me. Caſſarello*; præſertim, cum nulla aſſignari
poſſit congrua diverſitatis ratio, propter quam
potiùs ad Deſcendentes ſubſtitutorum, quàm in-
ſtitutorum dicta poſtrema verba referri debeant,
quinimmò, juxtà proprium, & legalem ſenſum
verborum, de quo ſuperioribus locis, ea potiùs 79
referenda eſſent ad ſecundos, quàm ad primos,
utpotè illis magis apta, & convenientia, ad firma-
ta per *Rotam in d. deciſ. 266. n.5. coram Carillo,
& in Bononien. Fideicommiſſi Herculis de Ele-
phantutiis 27. Februarii 1708. §. Tum & fortiùs
coram Rm̃o Aldrovando, & in Veliterna Cautelæ
Angeli 1. Julii 1716. §. Non ſubſiſtente, & 3.
Junii 1718. §. Nihil obſiſtente coram bo. me. An-
ſaldo, & in Romana Primogenituræ de Capizuc-
chis 15. Martii 1720. §. Nec intellectus cor. Rm̃o
Lancetta.*

Nec obeſſe poteſt contraria illa reſponſio,
quod nimirùm ideò verbis prædictis connotari
dicantur ſolummodò Deſcendentes Fauſtæ Vi-
ctoriæ, quia in ſuperiori parte diſpoſitiva voca- 80
tio filiorum Mutii reſtricta legitur ad primum
gradum, & ad Maſculos dumtaxat, quibus pro-
inde convenire nequeunt verba illa = *e loro de-
ſcen-*

*ſcendenti* = æquè Maſculos, ac fœminas in infini-
tum comprehendentia: atque etiam, quia Te-
ſtator præcedenter vocaverat Deſcendentes ſuos
tantummodò, ac ſubſequenter etiam continuans
loqui in eodem caſu delicti, declaravit, ſupra
81 vocatæ Deſcendentes ſuos maſculos, & fœmi-
nas, ibi = *e ſe non ſopravviveſſe alcuno delli miei
Deſcendenti maſchi, o femine chiamati, come ſo-
pra, &c.* = quæ verba cum intelligi non poſſint de
82 Deſcendentibus Mutii, cujus dumtaxat filii pri-
mi gradus, & Maſculi vocati fuerunt, rectè id-
circò demonſtrent, Teſtatorem etiam in ea par-
te, in qua locutus fuiſſe videtur de Deſcenden-
tibus ſuorum heredum, intellexiſſe de Deſcen-
dentibus ſuis, & ſic de Deſcendentibus Fauſtæ
Victoriæ, tamquam priùs, & poſtea etiam vo-
catis, media namque ità ſemper interpretanda
83 ſunt, ut conſonent iis, quæ præcedunt, & ſubſe-
quuntur.

Etenim contrarius iſte diſcurſus nulla ex parte
ſubſiſtit: non quidem in eo, quod vocatio filio-
84 rum Mutii reſtricta ſit ad Maſculos dumtaxat
primi gradus, quia, licèt in parte diſpoſitiva vo-
cati ſint Maſculi nati, & naſcituri ex Mutio, &
Aotonia; attamen fœminæ, & ulteriores De-
ſcendentes excluſi non apparent: ideòque rectè
illorum vocatio elici poteſt ex aliis partibus,
prout eam ſupra deſumpſimus ex parte prohibiti-
85 va, & privativa in caſu delicti, quæ Deſcenden-
tes omnes indiſtinctè, maſculos æquè ac fœmi-
nas comprehendunt, juxtà ea, quæ in ſimilibus
terminis tradit *Rota in Romana prætenſæ Immiſ-
ſionis 13. Maii 1720. §. Immò verò coram R.P.D.
Gamaches*. Abſque eo quod hujuſmodi Deſcen-
86 dentium vocatio deſumpta ex dictis partibus, im-
pugnari poſſit à D. Airoldi, cum & ipſe non
aliunde, quàm ex illis ſuam vocationem deſu-
mere queat.

Ut etiam non ſubſiſtit, quod vocatio Deſcen-
dentium, utpotè facta relativè ad Teſtatorem,
intelligenda ſit de Deſcendentibus Fauſtæ Victo-
riæ ejus filiæ naturalis; ſpectatis enim circum-
ſtantiis, in quibus Teſtator reperiebatur tempo-
re conditi teſtamenti, quod nimirùm Deſcen-
dentes legitimos non habebat, neque habere
87 ſperabat, ut etiam, attentâ inſtitutione Mutii
fratris, ejuſque filiorum cum expreſſa excluſio-
ne d. Fauſtæ Victoriæ ab ejus hereditate: perſpi-
cuum inde fit, Teſtatorem nomine Deſcenden-
tium ſuorum intellexiſſe de Deſcendentibus à
Mutio fratre herede inſtituto, non verò de De-
ſcendentibus à Fauſta Victoria filia naturali ex-
cluſa, ex ſupra firmatis, maximè, quia in una
88 parte expreſsè locutus fuit de Deſcendentibus he-
redum ſuorum, unde iidem contemplati cen-
ſentur etiam in aliis, *Cyriac. contr. 269. num. 68.
& 72., Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 351. num. 42.,
Rot. deciſ. 213. num. 20. part. 9. rec. tom. 1.*

Hos autem aliquando in teſtamento appella-
89 tos fuiſſe Deſcendentes ſuos, vel referri debet
ad amorem, quo Teſtator, propriis Deſcenden-
tibus carens, illos fratris tamquam ſuos proſe-
quebatur, juxtà ea, quæ alibi diximus, vel tri-
buendum eſt errori, ac imperitiæ ipſius Teſta-
toris, aut Notarii, ut non rarò accidere ſolet,
teſte *Fuſar. conſ. 169. ſub num. 100. verſ. quamob-
rem, & num. 114.*, cum non ſemper Teſtatores
propriis nominibus utantur, ſed plerumque abu- 90
ſivè loquantur, ut admonet *Card. Mantic. de
conjectur. ultim. voluntat. lib. 11. tit. 21. num. 7.,
& 8., & priùs lib. 3. tit. 1. num. 7.*, ubi idcircò
ait, verba nonnumquam eſſe impropriè accipien- 91
da, præſertim, quando Teſtator eſt imperitus,
ac rudis, ut in caſu noſtro, in quo præterea con-
ſtat etiam de ſolito Teſtatoris illa impropriè ac-
cipiendi: nam, ut liquet ex *Summario num. 4.*,
continente ordinationem cujuſdam Legati pii
poſtea in teſtamento confirmati, ibi Teſtator
promiſcuè uſus fuiſſe videtur verbis *linea, de- 92
ſcendentia, & familia* ſua, accipiendo illa pro
ſynonimis. Unde eò certiùs illa impropriè uſur-
paſſe dici debet, quando in teſtamento locutus
fuit de Deſcendentibus ſuis, intelligendo nimi-
rum de Deſcendentibus familiæ ſuæ, prout ſunt 93
Deſcendentes fratris, ad tradita per *Altograd.
conſ. 95. num. 85., & ſeqq. lib. 2., Rovit. conſ. 27.
num. 27. tom. 1., Rota in Faventina Fideicommiſ-
ſi, ſeù Primogenituræ 14. Decembris 1705. §.
Non attento coram Emo Scotto, in Romana Pri-
mogenituræ de Salviatis ſuper jocalibus, & tabu-
lis pictis 22. Martii 1706. §. 8., & 9., & §. 20.,
& ſeqq., & 29. Junii 1706. §. 12., & 13. cor.
bon. mem. Molinet, & in Romana Primogenituræ
de Capizucchis 15. Martii 1720. §. Hic intelle-
lectus coram Rmo Lancetta*: & propterea validè
retorquetur id, quod ſupra in objectione dice-
batur, media nempe eſſe interpretanda juxtà 94
antecedentia, & ſubſequentia, nam, cum in ca-
ſu noſtro totus diſpoſitionis contextus univocè
collimet in vocationem Deſcendentium Mutii,
& ejus filiorum, potiori certè jure hanc præferre
dicenda ſunt media, quæ de illis apertè loquun-
tur, ut ſunt verba illa = *miei Eredi, e loro De-
ſcendenti.* =

Ut autem dubium omne, ſi quod adhuc fortè
ſupereſſet quoad hanc vocationem Deſcenden-
tium Mutii, & ejus filiorum, prorſus removea-
tur, reddaturque certior excluſio Deſcenden-
tium Fauſtæ Victoriæ, ſatis erit reſpexiſſe ratio-
nem, quâ Teſtator motus fuit ad excluſionem
Fiſci in caſu delicti, ibi = *movendomi a ciò non
per frandare il Fiſco, mà ſolo per il deſiderio del-
la mia agnazione &c.* =, inde enim clarius, quàm
nos dicendo verbis, aut demonſtrando argumen-
tis explicare poſſimus, reſultat vocatio Deſcen- 95
dentium Mutii, qui verè, & propriè dicuntur
agnati, *Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 88.
num. 19., Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 362. num. 9.*,
apud quem alii, & viceverſâ excluſio Deſcen-
dentium Fauſtæ Victoriæ, qui agnati dici non
poſſunt, tum quia deſcendunt ex fœmina, ad 96
*Text. in leg. ultim. poſt princip. verſ. quia autem
ff. de gradib. affin., Peregrin. de Fideicomm. art.
22. num. 26. §. Contra verò, Rot. deciſ. 302. num.
26. part. 9, deciſ. 33. num. 20. part. 14., cum aliis
in Reatina Primogenituræ de Nobilibus 19. Ju-
nii 1719. §. Incaleſcente cor. Rmo Criſpo Ar-
chiepiſcopo Ravennaten.*, tum quia procedunt à
fœ-

97 fœmina illegitima, cujus vitio, & agnationis de-
fectu afficiuntur omnes ab ipſa deſcendentes,
*leg. Spurios, & leg. hac parte ff. unde cognati,
Peregr. de Fideicomm. art. 21. num. 79., Fuſar.
de ſubſtit. quæſt. 314. num. 3., & 4., Palm. nep.
alleg. 241. num. 13., & 18., & num. 24. tom. 3.,
Mantic. de conject. lib. 11. tit. 12. num. 35. in fin.,
Rot. deciſ. 7. num. 9., & 10., coram Bich. deciſ.
100. num. 2., & ſeqq., coram bo. mem. Anſaldo,
in Bononien. Fideicommiſſi de Manzolis 15. Apri-
lis 1701. cor. clar. mem. Card. Caprara, & in
Bononien. Fideicommiſſi de Fuſcherariis 30. Apri-
lis 1717. §. Agnatitii voti coram Rmo de Her-
rera.*

Parvique refert, quod ratio prædicta, utpotè
adjecta tantummodò ad veſtiendam, & colo-
randam excluſionem Fiſci, inducere minimè
98 queat veram, & rigoroſam contemplationem
agnationis, aptam excludere deſcendentes à fœ-
minis, & ab illegitimis, etiam in alio caſu, præ-
99 ter illum confiſcationis, maximè quia etiam
fœminæ ad fideicommiſſum invitatæ leguntur.
Reſpondetur enim, certum eſſe, quod, licèt d.
ratio non principaliter, & per ſè, ſed acceſſoriè,
& conſecutivè ad caſum delicti adjecta videatur;
nihilominùs rectè declarat præcedens fideicom-
100 miſſum, & demonſtrat voluntatem Teſtatoris
reſpiciendi ad agnationem in quocumque caſu,
ut bene in ſpecie advertunt *Rodulphin. alleg. 8.
num. 10., Torr. de Primog. part. 1. cap. 38. §. 16.
num. 142., Rot. cor. Merlin. deciſ. 83. num. 6.,
coram Cerro deciſ. 910. num. 13., in rec. deciſ.
43. num. 5. part. 1., deciſ. 95. num. 15. part. 12.,
deciſ. 305. num. 20., & ſeqq. part. 12., in Faven-
tina Fideicommiſſi, ſeu Primogenituræ 14. Junii
1715. §. Expreſſo coram Emo Scotto, & in Ro-
mana Primogenituræ de Bubalo 4. Junii 1717.
§. Expreſſè autem cor. Rmo Lancetta.*

Cumque in hypotheſi votum agnationis Te-
ſtator literaliter expreſſerit verbis illis = *ma ſolo*
101 *per il deſiderio della mia agnazione* = hinc eſt,
quod minimè officiat admiſſio, & vocatio fœ-
minarum ſub nomine Deſcendentium, atque
etiam ſub illis aliis verbis in parte conditionali
adjectis, ibi = *e ſe non ſopraviveſſe alcuno delli d.
miei Deſcendenti maſchi, e femine chiamati, co-
me ſopra* = ; quippè in his terminis ad conciliaan-
dam diſpoſitionem, quæ literaliter præſefert
contemplationem agnationis, illarum vocatio,
& admiſſio intelligenda èſt per poſteriùs, defi-
cientibus nempè Maſculis, *Palm. nep. alleg. 241.
num. 30., & alleg. 242., quæ eſt deciſ. Sac. Rotæ
num. 10.*, ubi alii, ut etiam apertè demonſtrat
ordo ſcripturæ, ibi = *maſchi, o femine* =, nam
102 prius nominati, intelliguntur prius vocati, *gloſſ.
in leg. cum ità §. In fideicommiſſo ff. de legat. 2.,
Mantic. de conject. lib. 6. tit. 13. num. 11., Do-
nad. de renunc. cap. 10. num. 77., Rot. in rec. de-
ciſ. 485. num. 3. part. 4.*, idque prætereà ſuadet
virtus alternativæ, quæ, quum poſita eſt inter
103 perſonas, reſpectu quarum conſiderari poteſt
ordinata aliqua affectio, ſeu prædilectio Teſta-
toris, retinet naturam disjunctivæ inter eaſdem
inducentis ordinem gradualem, & ſucceſſivum,
juxtà *Text. apert. in leg. cum. Pater §. A te peto
ff. de legat. 2., leg. heredes mei §. Peto à te ff. ad
Senat. Conſult trebell., Caſtill. contr. jur. lib. 2.
cap. 26. num. 5., & ſeqq., Rot. deciſ. 42., & 43.
num. 8., & 9. ad ornat. clar. mem. Card. de Luc.
de Fideicomm*, atque vocatæ dicendæ ſunt fœ-
minæ tantum agnatæ, &, illarum vitâ durante 104
dumtaxat, *Rot. in Firmana Immiſſionis 27. Junii
1708, §. Nullatenùs coram bon. mem. Molinei*,
quam ſanè fœminarum admiſſionem in his ter-
minis, certum eſt, nequaquam officere agnationi;
præſertim, quando ab initio, ut hìc, vocati ap- 105
parent tantùm Maſculi, per ea, quæ tradit *Rot.
deciſ. 161. num. 8., & 9. part. 11. rec., in d. Fir-
mana loc. cit., & alibi frequentiſſimè*: contraria
verò procedunt, quando agnatio non eſſet lite-
raliter expreſſa, ſed erui contenderetur ex con-
jecturis dubiis, & æquivocis, in quibus terminis
non verſatur caſus noſter, eàque propter firma
remanet contemplatio agnationis, & excluſio 106
illegitimorum, ac deſcendentium ab illis.

Prædictis igitur omnibus unitim perpenſis,
nimirum excluſione filiæ naturalis, inſtitutione
fratris, ejuſque filiorum maſculorum, mentio-
ne aliquando factâ deſcendentium ab illis, &
demùm expreſſione voti agnatitii, cum aliis ex-
penſis ſuperioribus locis: his, inquam, omni-
bus ſimul perpenſis, probabilior, atque veriſimi-
lior, mentique Teſtatoris magis conſona mihi
videtur vocatio Deſcendentium fratris heredis
inſtituti, quàm Deſcendentium filiæ naturalis
excluſæ: ne alioquin contrâ omnem æqui, bo- 107
nique, & Juris etiam rationem dicendum ſit,
Teſtatorem vocare voluiſſe Deſcendentes perſo-
næ excluſæ, & excludere voluiſſe Deſcendentes
illorum, quos vocavit, & prædilexit, ab illo-
rum linea prædilecta ſucceſſionem transferendo
in perſonas minùs dilectas, & ab initio excluſas, 108
quod nemo non videt, quàm abſurdum ſit, & re-
pugnans nedum menti Juris, & naturæ ſucceſſio-
nis, ſed etiam veriſimili Diſponentis voluntati.
Ex mente enim Juris prima, & potior cauſa ſem-
per eſt illa Liberorum ſive agatur de ſucceſſione
legitima, de qua *in §. 1., & tot. titul. Inſtit. de he-
red. quæ ab inteſtat. defer., & §. 1. Authen. eo-
dem tit.*, ſive res ſit de ſucceſſione teſtamenta-
ria, ad *Text. in leg. Cum ità §. In fideicommiſ-
ſo*, ubi communiter ſcribentes *ff. de legat. 2.*,
ideoque, etiam cum agitur de ſucceſſione fidei-
commiſſaria, præcipitur, illam eſſe deferen- 109
dam eodem ordine, quo ab inteſtato defertur,
*Rot. cor. Priol. deciſ. 355. num. 4., & in Tuſcu-
lana Fideicommiſſi 11. Decembris 1716. §. Nec
traditioni cor. R. P. D. Cario*, adeout, quouſ-
que adſunt Deſcendentes in linea prædilecta 110
gravati, in illis debeat continuare ſucceſſio, *de-
ciſ. 31. num. 2. apud Torr. de Primogen. part. 3.,
& in dicta Tuſculana Fideicommiſſi loc. mox ci-
tat.*, nimis quippè inhumanum eſſet filios, &
Deſcendentes iis facultatibus privare, in quibus 111
nati, & educati ſunt, ut ait *Torr. de Primogen.
part. 1. cap. 24. num. 29. & 31., Saminiat. contr.
103. num. 46. tom. 2., clar. mem. Card. de Luca
de Fideicomm. diſc. 23. num. 9.*, repugnat etiam
natu-

Digitized by Google

naturæ ſucceſſionis ex præſcripto Teſtatoris de-
fereodæ = *di grado in grado, ſempre il più proſſi-
mo all' ultimo moriente* = Et demum veriſimili
112 menti Teſtatoris, qui ſicuti prædilexit Mutium
fratrem, ejuſque filios heredes inſtitutos, ità
ſimili prædilectione reſpexiſſe cenſetur omnes
illorum Deſcendentes, ex ſupra deductis; atque
ſe conformare voluiſſe diſpoſitioni Juris quoad
113 ordinem ſuccedendi ab inteſtato, *Fuſar. conſ.
169. n. 124., Rota in dicta Tuſculana Fideicom-
miſſi 11. Decembris 1716. §. Nec traditioni cor.
R.P.D. Corio.*.
Proindeque, ſi tum ordo Juris, tum na-
tura ſucceſſionis, tum veriſimilis Diſponentis
voluntas univoce ſuadent, quod vocati cen-
ſeantur Deſcendentes fratris heredis inſtituti;
114 hæc utique interpretatio omnioo ſequenda eſ-
ſet, tametſi aliter verba præſeferre videren-
tur, ea quippè tanti non valent, ut voluntati
præferenda ſint, *leg. 3. ff. de liber. præterit.*; Im-
115 mò ſæpè etiam à verbis receditur, ut voluntas
Teſtatoris ſervetur, *leg. heredes mei §. Cum ità ff.
ad Trebell., Mantic. de conject. lib. 11. tit. 12. num.*
116 *36.*, neque enim verba captari, ſed, quâ mente
quid diceretur, animadvertere convenire, ait
*Text. in leg. penult. ff. de exhib.*, illamque pri-
117 mariò; & principaliter ſpectandam eſſe, ne-
glecto materiali verborum ſenſu, ſeù ſignifica-
tione, generaliter edocemur ex *Text. in leg. Cum
verum Cod. de Fideicomm., leg. penult. ff. de legat.
1., Palm. allegat. 387. num. 1. & ſeqq., Sami-
niat. contr 85. num. 48., Rot. ad ornat. Card. de
Luca de Fideicomm. deciſ. 79. num. final., & de
Teſtament. deciſ. 15. num. 18., & in Romana, ſeù
Forolivien. Fideicommiſſi de Maraldis 28. No-
vembris 1721. §. Minimè coram Illmo Falconerio.*
118 Præcepta namque Juris noſtri, & præcipua Do-
ctorum, & Tribunalium cura, & ſollicitudo
verſatur in perſcrutanda, & exequenda volun-
tate Defunctorum, *Bald. in leg. Captatorias num.
4. Cod. de Teſtament. milit., Mantic. de conject.
lib. 3. tit. 1. num. 18., Rota in Romana Fideicom-
miſſi 1. Junii 1699. §. Et hæc quidem coram clar.
mem. Card. de la Tremoille*; Proptereaque reij-
119 ciunt interpretationem omnem illi contrariam,
& repugnantem, quamvis ceteroquin, attento
materiali verborum ſenſu, ea verior fortaſſe vi-
deretur, *leg. Labeo in fin. ff. de ſuppellect. legat.,
leg. non aliter ff. de legat. 3., Rot. in Ariminen.
Fideicommiſſi de Hyppolitis 12. Aprilis 1717. §.
Non obſtante coram bon. mem. Foſcaro, & in Ro-
mana, ſeù Forolivien. Fideicommiſſi 6. Maii 1720.
§. Claudicat igitur coram eodem*; Quia plerum-
120 que, dum proprietas verborum attenditur, ſen-
ſus veritatis amittitur, juxtà verba *Textus in
Cap. propterea de verbor. ſignific., ubi Gloſſ. verb.
proprietas, & concordantia Juris loca in Roma-
na Primogenituræ de Salviatis ſuper Jocalibus,
& Tabulis pictis 22. Martii 1706. 6. §. 20., &
28. Junii ejuſdem anni §. 12., & 13. coram bon.
mem. Molines, & in Romana Canonum de Sal-
viatis 14. Februarii 1707. §. 35. cor. eodem.*

### *Avenionen. Fideicommiſſi, & Donationis.*

Donatio dimidiæ partis omnium Bonorum, amplisſimis licèt verbis, & cum evictionis promiſſione filio à Parentibus uſumfructum ſibi reſervantibus facta ob certi Matrimonii cauſſam, ex veriori ſententiâ in filii legitimam imputanda eſt, accedente præſertim declaratione Patris morti proximi in codicillis editâ; Non compenſatur tamen cum credito dotis maternæ, neque Bona donata efficit obnoxia ipſius dotis reſtitutioni, aut ſolutioni expenſarum ultimæ infirmitatis, & funeris Patris, nec alterius cujuſcumque æris alieni, ſive ante, ſive poſt donationem à Patre contracti: Comprehendit etiam Bona à Patre fideicommiſſo, vel primogenituræ anteà ſubjecta, adimitque facultatem Patri Donatori de iis poſteà diſponendi in quoſcumque pios uſus. Legitima, quotiens Bona donata in eam non imputantur, detrahenda eſt ex aliis Bonis, habitâ rerum donatarum ratione: In eam imputantur ſumptus à Patre facti pro apparatu nuptiarum filii. Renunciatio facta à filiâ in Parentum favorem diſtributivè intelligenda eſt, Bonorum mobilium, quæ Teſtator vendi, & æſtimari juſſit, conſumationem heres gravatus allegare non poteſt: Reſtituendorum mobilium, & immobilium valor, itemque pecuniæ in dotem datæ, ex quonam tempore ſpectandus ſit?

## VOTUM XLIV.

1 *Relictum in ultimâ voluntate præſumitur animo compenſandi cum legitimâ.*
2 *Ac propterea in illam imputatur.*
3 *Donatio inter vivos liberum transfert rei donatæ dominium.*
4 *Donata inter vivos in legitimam non imputantur.*
5 *Legitima debetur tantùm ex Bonis, quæ morientis fuerunt.*
6 *Donatio contemplatione Matrimonii reſpectum habet ad aliquam extrinſecam cauſſam.*
7 *Nec pura, & ſimplex dici poteſt.*
8 *Donatio pura, & ſimplex ea dicitur, quæ nullâ aliâ ex cauſâ, quàm liberalitatis proficiſcitur.*
9 *Liberalitatem excludit ea ſolùm cauſſa, quæ neceſſitatem imponit.*
10 *Donatio contemplatione Matrimonii nullâ naturali, aut civili obligatione imperatur.*
11 *Ideòque pura, & ſimplex cenſenda eſt.*
12 *Amor Parentum in Matrimonia, & commoda filiorum, licèt occaſionem præbeat donationi contemplatione Matrimonii, liberalitatem non excludit.*
13 *Donatio contemplatione Matrimonii in genere non imputatur in Legitimam.*

14 *Idem*

Digitized by Google

14 Idem dicendum videtur de donatione factâ contemplatione certi Matrimonii, & num. 18.

15 Imputationis effectum operatur illa dumtaxat cauſſa, quæ ſecum habet juris neceſſitatem, & num. 150.

16 Ad donationem contemplatione Matrimonii Pater non tenetur.

17 Et illa meræ Patris liberalitati adſcribenda eſt.

19 Duat tantùm donationes, dotem videlicet, & donationem propter nuptias conferri, & imputari debere, in jure cautum eſt.

20 Donationem contemplatione Matrimoni factam, in Legitimam imputari, verius eſt, & num. 27. 48. 54., & 86.

21 Donatio, quæ contemplatione Matrimonii fit, ob cauſſam dicitur.

22 Pater filium, & filiam Matrimonio collocare tenetur.

23 Filii civili jure abſque Patris conſenſu nubere non poterant.

24 Jure Canonico abſque Patris conſenſu honeſtè, & decenter non nubunt.

25 Donatio Matrimonii contrahendi cauſâ, non ex pura liberalitate, ſed ex neceſſitate facta videtur, & num. 38.

26 Donationis, quæ contemplatione Matrimonii fit, cauſſa eſt Matrimonium.

28 In Legitimam imputandi neceſſitas plerumque pendet à Diſponentis voluntate.

29 Sive agatur de actibus inter vivos, ſive de actibus ultimæ voluntatis.

30 Tàm pro inducendâ, quàm pro excludenda imputatione Diſponentis voluntas ſpectanda eſt.

31 Sive hæc voluntas expreſſa ſit, ſive ex indiciis & conjecturis elicita.

32 Pro imputatione in legitimam plurimùm urget donationis quantitas illam excedens.

33 Bona donata legitimam æquantia, ex præſumptâ Donantis mente imputanda ſunt.

34 De Legitimâ Patrem ſenſiſſe, indicat donationis magnitudo.

35 Patris donantis liberalitas ſita eſt in aſſignatione legitimæ antè mortis tempus.

37 Parentes naturali affectione impelluntur ad donandum filiis, ut aptè, & honorificè nubant.

39 Donatio facta filio, ut onera Matrimonii ſuſtentare poſſet, ad neceſſitatem referenda eſt, & num. 47.

40 Et puram liberalitatem excludit.

41 Donationes ob cauſſam, non verò puræ, & ſimplices imputantur in legitimam.

42 Liberalitatis exercendæ animum excludit, aut minuit reſervatio uſusfructus omnium Bonorum.

43 Donatio, poſt Donantis obitum, effectum habitura, & imputationi obnoxia, inutilis redditur.

44 Intellige, ſi donatio non excedat Legitimam.

45 Non verò, ſi illa contineat dimidiam partem omnium Bonorum.

46 Aut quando parentes ſe ſubjecerint oneri alendi filium, & nurum, & ſubeundi reliqua Matrimonii onera.

49 Pro inducenda imputatione rei donatæ plurimùm urget declaratio Patris in codicillis facta, & num. 153.

50 Excipe, niſi declaratio facta fuerit longo intervallo poſt jam quæſitum jus filio.

51 Paterna voluntas metienda eſt ex tempore initi contractus.

52 Pro imputatione rei purè, & ſimpliciter donatæ parùm urget declaratio Patris in codicillis longè poſteà conditis.

53 Donatio contemplatione certi Matrimonii eſt veluti pars Matrimonialis contractus.

54 Declaratio Patris in codicillis facta, etiam poſt triennium, aliquale adminiculum præbet pro donatione ob cauſſam certi Matrimonii in legitimam imputanda.

55 Pro imputatione declaratio hominis menti juris conformis plurimùm ſpectanda eſt.

57 Donantis declaratio, quamvis ex intervalla edita, in re dubiâ ſpectanda eſt.

58 Præſertim, ſi Donans ſit Pater.

59 Et eam declarationem emiſerit morti proximus.

60 Pater morti proximus filie præjudicare voluiſſe, non præſumitur.

61 Quod ex conjecturis elicitur, clarum dici nequit, & aliis conjecturis elidi poteſt.

62 Validior conjectura debiliorem aliam vincit.

63 Pro excludenda imputatione in legitimam plurimùm valet amplitudo verborum donationis, ſi hæc pura ſit.

64 Donatio contemplatione certi Matrimonii, ob cauſam dicitur, tametſi facta enuncietur ex merâ liberalitate, & benevolentiâ.

65 Irrevocabilis donationis enunciatio non immutat naturam donationis ob cauſſam.

66 Simplex rei traditio donationis titulo veſtita, imputationem non excludit.

67 Sed præſumitur facta ex cauſâ, ob quam Pater dare tenebatur.

68 Contra imputationem rei donatæ in Legitimam interpretatio facienda eſt, ſi donatio fuerit pura, & ſimplex.

69 Donatio ob cauſſam fieri præſumitur animo adimplendæ propriæ obligationis.

70 Evictionis promiſſio imputationis quæſtione ſpectanda eſt.

71 Evictionis promiſſio ad excludendam imputationem in ſimplicibus donationibus prodeſt.

72 Ad evictionem Donans, niſi eam promiſerit, non tenetur.

73 In donatione ob cauſſam Donans ad evictionem tenetur, & nu. 141.

74 Sive à traditione, ſive à promiſſione inceperit donatio.

75 In donatione ob cauſſam certi Matrimonii, evictio præſtanda eſt.

76 Evictionis obligatio, res donatas ob cauſſam certi Matrimonii, in legitimam imputandi onus non excludit.

77 Onus

77 Onus in Legitimam imputandi nihil adimit Donaturo.

78 Ex imputationis remiſſione inter filios inæqualitas oritur.

79 Extranei de imputatione cum filio contendentes repelluntur.

80 Fœminæ, quarum Deſcendentes Teſtator contemplatus fuit; pro Extraneis haberi nequeunt.

81 Imputatio ceſſare non debet, etiamſi deſit inæqualitas inter filios.

82 Inæqualitatis vitandæ ratio conjecturam præbet pro imputatione.

83 Sed hæc conjectura levis eſt.

84 Æqualitatis ſervandæ ratio non ſufficit, ut donata filio inter vivos, imputentur.

85 Imputationem, etiamſi deſit inæqualitatis ratio, aliæ conjecturæ ſuadere poſſunt.

87 Donationem ob cauſſam certi Matrimonii imputationi ſubjacere, non adeò certum eſt.

88 Legitima detrahi nequit ex Bonis in donatione comprehenſis.

89 Habenda tamen eſt ratio Bonorum donatorum (quoties ea imputationi non ſubjacent) pro dimetienda quantitate Legitimæ.

90 Bona donata tranſeunt ad Donatarii Succeſſores.

91 In quibuſcumque humanis actibus, qui non ſunt irrevocabiles, poſteriora derogant prioribus.

92 Fideicommiſſa, & aliæ ultimæ voluntates revocari poſſunt Teſtantis arbitrio, & nu.100.

93 A fideicommiſſi, & primogenituræ vinculo eximuntur Bona poſtea donata inter vivos, & num.97.

94 Fideicommiſſum in priori teſtamento ordinatum, ademptum dicitur in ſecundo teſtamento illud non confirmante.

95 Poſterius teſtamentum primo derogat, & ſingulis in eo contentis, niſi expreſſe fuerint repetita.

96 Prius fideicommiſſum in ſecundo teſtamento præſervatum fuiſſe, claris probationibus demonſtrandum eſt.

98 Donatæ rei dominium illicò in Donatarium transfertur.

99 Ultima voluntas Teſtantis morte perficitur.

101 Nova diſpoſitio dicitur, per quam una in aliam mutatur.

102 Donatio rei fideicommiſſo priùs ſubjectæ, nova diſpoſitio dicitur.

103 Donans contemplatione certi Matrimonii rem fideicommiſſo ab eo ſubjectam, à priori diſpoſitione receſſiſſe dicitur.

104 Donatio ob cauſſam certi Matrimonii continet uxoris, & filiorum commodum, & num. 114.

105 Donatio omnium Bonorum amplis verbis facta, comprehendit etiam Bona, quæ Donator priùs fideicommiſſo ſubjecit.

106 Amplitudo, & generalitas verborum efficit, ut Teſtator de integrâ re, quæ ipſi, & heredi communis erat, diſponere voluiſſe præſumatur.

107 Vel etiam de re, quæ jure præcedentis fideicommiſſi ad gravatum perventura erat.

108 Pro fideicommiſſi revocatione non requiritur ſpecialis illius revocatio, ſed ſufficit diverſa poſterior diſpoſitio.

109 Poſterior diſpoſitio ex intervallo facta, mutationem voluntatis facilè admittit.

110 Diſpoſitionis correctio incontinenti facta, non ita facilè admittitur.

111 Diſponentis tacita voluntas ſufficit, ut prior diſpoſitio per poſteriorem immutetur.

112 Certa res fideicommiſſo priùs ſubjecta, in poſteriori donatione facilius comprehenſa præſumitur, quando tàm fideicommiſſum, quàm donatio de omnibus Bonis facta eſt.

113 Donatio, deficientibus Bonis, ſuper quibus ſuſtineri poſſit, irrita redditur.

114 Donatio ob cauſſam certi Matrimonii correſpectiva, & onerosa dicitur, & nu.126.

115 Donatio ob cauſſam certi Matrimonii, nullo præcedenti pacto, aut vinculo rebus donatis voluntariè à Donante adpoſito minui, aut alterari poteſt.

116 Donans ſi à donatione omnium Bonorum certam aliquam rem excipere voluit, cur id non fecit?

117 Donans ſi à donatis Bonis omnibus aliquam rem excipere voluiſſet, amplis & effrænatis verbis uſus non fuiſſet.

118 Teſtator, cur ſic loqui non potuiſſet, ſi voluiſſet?

119 Bona fides in donatione ob cauſſam certi Matrimonii exuberare debet.

120 Sub donatione comprehenſa cenſentur Bona omnia, quæ continet obvius, & literalis verborum ſenſus.

121 Generalitas verborum effectum ſuum obtinere debet etiam in materiâ ſtrictè interpretandâ, qualis eſt donatio.

122 Præſertim ſi verba ab homine prolata ſint.

123 Donatarius ſive particularis, ſive univerſalis ad æs alienum Donatoris poſt donationem contractum non tenetur, & nu.131.

124 Poſterioris Donantis obligationes Donatario non nocent.

125 Præſertim, ſi donatio fuerit ob cauſſam, & onerosa.

127 Et Creditor agat adverſus Donatarium hypothecariâ actione munitum.

128 Ad æs alienum Donantis ſolus Donatarius univerſalis tenetur.

129 Donatarius univerſalis loco heredis habetur, & in eum tranſeunt jura omnia activa, & paſſiva Donantis.

130 Donatarius univerſalis, nullo dato univerſali herede, æri alieno Donantis ſubjacet.

132 Donatio ad certam Bonorum partem, dimidiam nempè vel tertiam reſtricta, & facta ſub commemoratione quotæ Bonorum, particularis dicitur.

133 Donatarius quotæ Bonorum non ſubjacet æri alie-

aliena Donantis antè donationem contracto, & num. 210.

134 Heres repræſentare dicitur perſonam Defuncti, non autem Donatarius particularis.

135 In Donatarium particularem, & certa quota Bonorum non tranſeunt jura activa, & paſſiva Donantis, & nu. 163., & 270.

136 Donatario univerſali inutilis eſt evictionis promiſsio.

137 Sicuti etiam heredi.

138 Evictionis promiſſio Donatarium particularem liberum eſſe, oſtendit à quacumque obligatione, cui Bona donata ſubjecta eſſe poſſent.

139 Evictionis promiſſionem donationi adjectam, inanem reddi, dicendum non eſt.

140 Etiamſi donatio facta fuerit titulo merè lucrativo, & incipiat ſive à traditione, ſive à promiſſione.

142 Donatarius particularis impenſis ultimæ infirmitatis, & funeris Donantis non ſubjacet.

143 Sicuti nec heres in re certá inſtitutus.

144 Expenſæ ultimæ infirmitatis, & funeris fieri poſſunt ex pecuniis in hereditate repertis.

145 Allegans, pecunias in hereditate repertas fuiſſe, id probare tenetur.

146 Pecunias in hereditate repertas non fuiſſe, probatur ex omiſsá deſcriptione in inventario.

147 Inventarii exhibitio ab herede facta, excludit malam præſumptionem occultationis, Bonorum.

148 Et onus rigidioris probationis reijcit in allegantem pecunias in hereditate repertas.

149 Pecuniæ à Patre erogatæ pro apparata nuptiarum filii, in ejus legitimam imputantur.

151 Parentes ex cauſsá neceſſariá ſumptus faciunt pro apparata nuptiarum filii, & nu. 157.

152 Expenſæ in apparatu nuptiarum filii, ſi Pater declaravit ſe liberalitatem exercere velle, non imputantur.

154 Expenſæ in apparatu nuptiarum filii, ſi eas Pater imputari juſſerit, omninò imputandæ ſunt.

155 Etiamſi Pater ex intervallo id declaraverit.

156 Imputationi expenſarum pro apparatu nuptiarum filii nullus reſiſtit donationis titulus.

158 Declaratio juri conformis, licèt ex intervallo facta, attendenda eſt.

159 Poſt donationem omnium Bonorum nequit ampliùs Donator de Bibliothecá in uſus pios diſponere.

160 Teſtamentum ſive per expreſſam, ſive per tacitam voluntatem perpetuò revocari poteſt.

161 Teſtamentum per ſubſecutam donationem revocatur quoad Bona donata.

162 Bona donata è patrimonio Donantis abſcedunt, & efficiuntur patrimonium propriam Donatarii.

164 Evictionis promiſſio minùs patitur, ut Donator aliter poſtea diſponat de re in donatione comprehenſá.

165 Etiamſi velit diſponere in piam cauſſam.

166 Legatum per alienationem rei legatæ ademptum cenſetur.

167 Piæ cauſæ favor pro excludendá Legati ademptione plurimùm valet.

168 Intellige, quando agitur de generali Legatorum ademptione, aut voluntatis mutatione circa inſtitutionem heredis.

169 Non verò, quando Legati ademptio ex rei legatæ diſtractione deducitur.

170 Niſi res diſtracta, poſteá a Teſtatore redempta fuerit.

171 Legatum præcedens rei donatæ ſi à Teſtatore præſervatum eſt, Donatario non nocet, ſed ab herede integrè præſtandum erit.

172 Fructus, & reditus in hereditate repertos fuiſſe, ab allegante probandum eſt.

173 Fructus in Donatoris hereditate reperti comprehenduntur pro medietate ſub donatione dimidiæ partis omnium Bonorum.

174 Expenſæ litis ad eum pertinent, ad quem ſpectat commodum litis.

175 Pecuniam, quam quis alicui ſolvit, ut à lite recedat, repetere poteſt ab hereditate, vel patrimonio, cujus commodum receſſus à lite ſpectabat, & nu. 177.

176 Sumptus litis ad hereditatis commodum non pertinentis, ab eá repeti nequeunt.

178 Heres gravatus de mobilibus tempore conſumptis, vel quæ conſumpta præſumi poſſunt, rationem reddere non tenetur.

179 Etiamſi debita in hereditate repererit.

180 Heres gravatus pro ſolvendo ære alieno, mobilia vendere non tenetur.

181 Sed iis poteſt uti, & ex aliis Bonis detractiones facere.

182 Mobilium conſumptio præſumitur ex decurſu longiſſimi temporis.

183 Etiamſi tempus non fuerit centum annorum.

184 Mobilia etiam ſolidioris materiæ triginta annis conſumi, præſumitur.

185 Mobilia, ut conſumpta præſumantur, ſufficit tantum decurriſſe temporis, intra quod veriſimiliter conſumi potuerint.

186 De mobilibus num heres rationem reddere debeat, ex circumſtantiis facti judicandum eſt.

187 Mobilia, quæ Teſtator æſtimari, eorumque pretio æs alienum diſſolvi juſſit, heres conſervare tenetur, vel æſtimationem perſolvere.

188 Mobilia, ſi Teſtator præcepit, in detractiones imputantur.

189 Mobilibus pretioſis exiſtentibus, heres gravatus pro ſolvendo ære alieno nequit immobilia diſtrahere.

190 Heres gravatus debita ex præcepto Teſtatoris, pretio mobilium, ſolvenda, aliis hereditariis rebus dimittere nequit.

191 He-

Digitized by Google

191 Heres gravatus de mobilibus eu Teſtatoris præcepto in æris alieni diſſolutionem diſtrahendis rationem reddere tenetur, inſpecto tempore obitus Teſtatoris.

192 Heredi gravato mobilium ſolidioris materiæ uſus illicitus eſt, exiſtente ære alieno.

193 Eorumque valor indè imminutus cedit heredis damno.

194 Eorum autem valoris incrementum ex ipſius heredis induſtriu, ad eum ſpectat.

195 Dummodo de antiquo illorum ſtatu eu inventario appareat.

196 Heredi gravato refici debet, quod minùs eſt inter impenſum, & melioratum in rebus mobilibus.

197 Dummodo meliorationes utiles fuerint.

198 Non verò, ſi merum rei ornatum reſpiciant.

199 Heres gravatus moderatè rebus fideicommiſſariis uti debet.

200 Heredi gravato debentur melioramenta in rebus fideicommiſſi ub eo facta.

201 Uti etiam extrinſecu augmenta eu ejus induſtria provenientia.

202 Incrementa, vel decrementa provenientia ex natura rei in Bonis fideicommiſſi, cedunt commodo, vel incommodo Fideicommiſſarii.

203 Modò tamen heres gravatus in rerum decrementis culpá vacet.

204 Heres gravatus, veluti legalis Adminiſtrator, diligentiam omnem adhibere tenetur pru conſervandis rebus fideicommiſſi.

205 Et majorem, quam ceteri Adminiſtratores.

206 Heres gravatus de rebus ejus culpá deterioribus factis rationem reddere tenetur.

207 Teſtator mobilia vendi, & æſtimari jubens, de immobilibus rem ſub juris diſpoſitione reliquiſſe cenſetur.

208 Ubi clarè de aliquo proviſum eſt, voluntas diſponendi quoad omiſſa excluditur.

209 Donatarius quotæ Bonorum non habet Bona reſtitutioni dotis uxoris Donatoris obnoxia.

211 Inventarii beneficio ceſſat actionum confuſio.

212 Heres inventarium conficiens credita ſua petere, ac ſeparare poteſt ab hereditate.

213 Filius donatarius quotæ Bonorum, & creditor dotis maternæ tàm Bona donata, quàm dotem petere poteſt.

214 Repræſentans duplicem perſonam, utriuſque jura exercere poteſt.

215 Patrem donantem compenſare voluiſſe cum debito dotis, cujus nec venerat, nec ceſſerat dies, inveriſimile eſt.

216 Præſertim, ſi Mater eodem contextu dimidiam partem ſuorum Bonorum in dote conſiſtentium filio donaverit.

217 Donationem, præcipuè ob cauſſam certi Matrimonii inutilem reddi, abſurdum eſt.

218 Donationem contemplatione certi Matrimonii cum legitimá non compenſari, plures, & graves Auctores ſentiunt.

219 Legitima debitum eſt neceſſarium.

220 Debitum maternæ dotis eſt voluntarium.

221 Cum dote non compenſantur relicta per ultimas voluntates uxori, & filiis.

222 Multòque minùs, quæ filiis inter vivos à Patre donantur.

223 Dotis reſtituendæ valor ſpectandus ne ſit tempore receptæ dotis, graviſſima eſt quæſtio.

224 Solutio facienda eſt ſecundùm antiquam æſtimationem, ſeù valorem intrinſecum monetæ in contractum deductæ, ſi ea nunc deſit.

225 Si verò ea nunc extet, vel ejus ſpecies ſolvenda eſt, vel æſtimatio ſecundùm tempus ſolutionis.

226 Dos (ſi ità conventum eſt) reſtitui debet in nummis aureis, vel argenteis æſtimandis, quantùm valebant tempore exactæ dotis.

227 A lege per Contrahentes ſibi indicta recedere, integrum non eſt.

228 Pactum reſtituendæ dotis in certa quantitate quæſtionem omnem ſubmovet.

229 Heredis univerſalis inſtitutio augmentum dotale ad Teſtatricem pertinens complectitur.

230 Titulus hereditarius res, & jura omnia Defuncto competentia complectitur.

231 Heres in re certa inſtitutus, nullo dato univerſali coherede, univerſalis efficitur.

232 Partim teſtatus, & partim inteſtatus quis decedere nequit.

233 Renunciatio facta à filia favore Parentum, eam repellit à jure petendi augmenti dotalis materni.

234 Sed non efficit, ut Mater, & ab eo cauſſam habentes in Bonis viri conſequi nequeant.

235 Renunciantis perſoná velut è medio ſublatá, ſucceſſio iis defertur, qui vel ex hominis diſpoſitione, vel miniſterio legis vocantur.

236 Fideicommiſſa paſſim inſtitui ſolent juxtà modum in alterius diſpoſitione ordinatum.

237 Sive in contractibus, ſive in ultimis voluntatibus.

238 Perſonæ vocatæ in relato, etiam vocatæ cenſentur in diſpoſitione referente.

239 Heres gravatus aliis reſtituere, verè, & propriè eſt heres.

240 Heres gravatus, pendente fideicommiſſi conditione, ab herede ſimplici non differt.

241 Clauſula = colli medeſimi peſi, condizioni, e danni = efficit, ut relatum cum omnibus ſuis qualitatibus inſit in referente.

242 Duplicem perſonam, Donatarii nempe particularis, & heredis quis gerere poteſt.

243 Solutio, licèt ſit quid facti, ex conjecturis, & præſumptionibus induci poteſt.

244 Solutionis conjectura oritur ex inveriſimilitudine, quod ea facta non ſit.

245 Solutionis veriſimilitudinem præbet Debitor opulentus, & Creditor ejus conditionis, ut, ſinè incommodo, ſolutionis dilationem ferre poſſet.

246 Solutio ex longi temporis lapſu conjicitur.

247 Solutionem ex longi temporis decurſu præſumi, pluribus municipalibus legibus cautum eſt.

248 *Solutionis conjectura ex longi temporis lapſu vehemens eſt.*

249 *Præſertim, quando ſolutionis petitio diù poſt mortem Debitoris dilata eſt.*

250 *De Creditoribus diu poſt Debitoris mortem agentibus lex male ſuſpicatur.*

251 *Solutiones inter conjunctas perſonas brevi manu, & minutatim abſque ſcriptura fieri ſolent.*

252 *Et ob id facilè præſumuntur.*

253 *Heres gravatus hereditarias ſcripturas in inventario diſtinctim deſcribere tenetur.*

254 *Heres gravatus de ſcripturis ad hereditatem pertinentibus rationem reddere tenetur.*

255 *Heres gravatus ad exhibendas, reddendaſque ſcripturas in hereditate repertas cogi poteſt.*

256 *Nec ei proderit excuſatio, quod illæ ampliùs non reperiantur.*

257 *Heres gravatus ſcripturas in hereditate repertas diligenter conſervare tenetur.*

258 *Secùs, adversùs eum locus eſt juramento in litem.*

259 *Succeſſores in fideicommiſſo expenſas pro tuendis Bonis, & juribus fideicommiſſi heredi gravato reficere tenentur.*

260 *Creditor expenſarum pro tuendis Bonis, & juribus fideicommiſſi potior eſt ceteris.*

261 *Heres gravatus non temerè litigans, expenſas pro tuendis Bonis, & juribus fideicommiſſi repetit, etiamſi ſuccubuerit.*

262 *Heredi gravato non licet indefenſa fideicommiſſi jura relinquere.*

263 *Heredi gravato, ut expenſas repetat, ſatis eſt, quoquo modo utile negotium geſſiſſe.*

264 *Negotiorum non exitus, ſed initium in iis, quæ neceſſaria ſunt, ſpectandum eſt.*

265 *Heres gravatus expenſas litis non repetit, ſi lis fuerit calumnioſa.*

266 *Heres gravatus quantitatem, quam ex judicato ſolvere coactus fuit, à fideicommiſſo repetit.*

267 *Heres gravatus fructus fideicommiſſi cum ſuis oneribus percipere debet.*

268 *Heres gravatus ad fructuum à Teſtatore perceptorum reſtitutionem condemnatus, eos, tamquam æs alienum, è fideicommiſſo detrahit.*


269 *Neque compenſare tenetur cum quota Bonorum a Teſtatore ſibi donata.*

271 *Evictionem qui patitur, nullum majus damnum ſentit illo amiſſionis fructuum, quos, non ſecutâ evictione, percepiſſet.*

272 *Qui de evictione tenetur, damnum amiſſionis fructuum emendare debet.*

263 *Donatarius quotæ Bonorum, ob evictionem ſibi promiſſam, conſequi debet incolumitatem rei ſibi donatæ.*

274 *Evictionis promiſſor, ejuſque heredes, non modò pretium rei evictæ, ſed etiam omne id, quod intereſt, rem evictam non fuiſſe, præſtare tenetur.*




HERCULES tres habens filios, Joannem nempè, Conſtantiam, ac Eliſabetham, ſuum condidit teſtamentnm, in quo, ſcripto ſibi herede Joanne unico filio ſuo maſculo, eidem decedenti abſque filiis, per fideicommiſſum cum ordine primogenituræ conditum ſubſtituit filios maſculos Conſtantiæ pariter filiæ ſuæ, ceteroſque filios primogenitos ab illa deinceps orituros; quod primogeniale fideicommiſſum in codicillis conſcriptis quatuor annis poſt conditum teſtamentum, aliqua ex parte ampliavit, reſpectu etiam Deſcendentium Joannis filii ſui, ex parte verò reformavit, novas conditiones, legeſque adjicendo. Poſt ſexennium verò à die celebrati teſtamenti, & biennium à tempore codicillorum, occaſione certi, & determinati Matrimonii à Joanne filio ſuo contrahendi, eidem donatione irrevocabili, quæ inter vivos nuncupatur, donavit medietatem omnium ſuorum Bonorum, quæ primogenituræ jam dudum ab ipſo ordinatæ ſubjecerat, reſervato tamen tum ipſius favore, tum Annæ uxoris ſuæ uſufructu rerum donatarum; at nondum diſpoſitionum finis; Nam poſt d. donationem alios ſcripſit codicillos, quibus declaravit, quod medietas Bonorum munificenter filio, contemplatione d. Matrimonii donata, in legitimam ipſi debitam imputanda foret, quia hâc mente, & voluntate illa elargitus fuerat.

Herculis morte confirmatis dd. diſpoſitionibus,

bus; earum vigore univerſa ejus Bona delata fuerunt ad Joannem, qui, duobus ſuſceptis filiis, Paulo nempe primogenito, & Petro, primum heredem ſcripſit univerſalem, alterum verò certorum Bonorum Legato honoravit. At, cum ex Paulo primogenito, nullo ſuperſtite Maſculo, extet ſola Agnes filia fœmina, plures inter hanc, & Philippum filium Petri ſubortæ fuerunt controverſiæ, non quidem reſpectu fideicommiſſi primogenialis, à quo ipſa veluti fœmina sè excluſam agnoſcit à Philippo, ſed illæ cauſam habent à donatione, aliiſque memoratis diſpoſitionibus, atque etiam à renunciationibus factis tàm à Conſtantia, & Eliſabetha ſororibus Joannis, & reſpectivè amitis Patruelium collitigantium, quàm etiam ab Anna uxore Herculis, eorumque communi Avia celebratis, quarum controverſiarum ſeriem ſubtexendo.

Prima in eo vertit, videlicet quod, licèt vigore primogenituræ ab Hercule conditæ medietas Bonorum ad Philippum pertineat, nihilominùs, præter medietatem Bonorum donatorum Joanni, Legitimam Paulo Patri ſuo debitam petit ſuper reliquis Bonis Herculis, eò quod, non attentâ declaratione ab illo factâ in codicillis poſt donationem conſcriptis, Bona in iſta comprehenſa, in legititimam illi debitam imputanda non eſſent; proptereàque præcisè examinandum erit, an locus ſit necne d. imputationi?

Secundò: huic quæſtioni conſectaria eſt alia, quâ quæritur, excluſâ imputatione, ex quibus Bonis legitima detrahenda, & quomodò commenſuranda ſit?

Tertiò: Philippus ſuſtinet, in medietate Bonorum ad ipſum ſpectantium, integrè comprehendi terram Floris ex diſpoſitione tum teſtamenti, tum poſtremorum codicillorum. Contrà verò Agnes illam dividendam eſſe, cenſet unâ cum ceteris Bonis, & corporibus hereditariis Herculis, idque vigore donationis medietatis omnium, & ſingulorum Bonorum in contractu Matrimonii factæ Joanni filio.

Quartò: Examinandum ſeſe offert, an medietas Bonorum donatorum immunis ſit ab oneribus, & ære alieno hereditario, quod ante donationem contraxerat Hercules, ut vult Agnes, an verò eiſdem obnoxia ſit, ut ſuſtinet Philippus?

Quintò: Qui prætereà vult, eadem Bona ſubjici oneri expenſarum, quæ factæ fuerunt occaſione ultimæ infirmitatis, & funeris præfati Herculis.

Sextò: Succedit his alia imputationis quæſtio, an ſcilicet libræ mille pro apparatu nuptiali Joannis ab Hercule Patre expenſæ, in illius legitimam imputandæ ſint?

Septimò: quæſtioni cauſam præbet Legatum ſcutorum quingentorum ab Hercule factum Eccleſiæ Parochiali Avenionenſi, quod, licèt illa adimpleri juſſerit ex pretio Bibliothecæ extantis tempore factæ donationis, nihilominus Agnes medietatem d. pretii ſibi debitam dicit, parvipenſâ d. diſpoſitione.

Octavò: Cujus Legati occaſione ortâ lite cum PP. Auguſtinianis ad illud in ſubſidium vocatis, cum Joannes ſolverit prædictis Patribus ſcuta quinquaginta, ut à lite recederent, quæritur, an Agnes juſtâ ratione repetere hodie illa queat?

Nono: Hercules in ſuis codicillis ordinavit, quod Bona ſua mobilia æſtimanda, vendendaque eſſent, deſtinando illorum pretium in diſſolutionem cujuſdam debiti hereditarii, quod cum minimè factum fuerit, quæritur, an Agnes ob dictorum mobilium conſumptionem sè eximere valeat à reſtitutione illorum, vel eorumdem pretii?

Decimò: Cum extent adhuc mobilia nonnulla ſolidioris materiæ, argentea nempè, Agnes illa æſtimanda eſſe, contendit, quanti valebant tempore confecti inventarii; at contrà Philippus eadem ſuſtinet æſtimanda, quanti valebant tempore purificati fideicommiſſi.

Decimo primò: Non abſimilis eſt quæſtio inter Partes ſuborta ſuper æſtimatione Bonorum ſtabilium, cujuſnam videlicet temporis valor quoad illa etiam ſpectandus ſit?

Decimo ſecundò: Diſceptatur, an reſtitutioni dotis Annæ uxoris Herculis obnoxia ſint nec nè Bona quoque comprehenſa in donatione, vel potius illa detrahenda ſit ex Bonis dumtaxat fideicommiſſo univerſali ſubjectis?

Decimo tertiò: Ut etiam quæritur, an in reſtitutione iſtiuſmodi dotis conſiſtentis in quantitate ſpectandus ſit valor currens tempore receptæ dotis, vel potius ille vigens tempore reſtitutionis?

Decimo quartò: Anna cum in ſuo ultimo teſtamento heredem univerſalem ſcripſerit Joannem filium ſuum, nullâ factâ mentione cujuſdam augmenti dotalis, ob prædeceſſum Herculis viri ab ipſa ſuperlucrati, quæritur, an iſtud comprehenſum cenſendum ſit in d. univerſali inſtitutione, vel potiùs, ut contendit Philippus, viriliter à Joanne dividendum cum Conſtantia, & Eliſabetha?

Decimo quintò: Conſtantia autem cum occaſione Matrimonii ampliſſimam renunciationem celebraverit favore Parentum, quæritur, an iſta repellere valeat Philippum a conſequenda portione d. augmenti dotalis?

Decimo ſextò: Ut etiam Eliſabetha occaſione profeſſionis in Religione cum ſimilem pariter emiſerit renunciationem favore Joannis, examinandum erit, an Agnes ex ejus perſona, Renunciantis hereditatem, & Bona aſſerere ſibi queat?

Decimo ſeptimò: Hercules, & Placidus fratres cum conſenſu, & auctoritate Patris ſui adhuc viventis diviſerunt, atque tranſactionem celebrarunt ſuper Bonis paternis, & hujus diviſionis, atque tranſactionis vigore Hercules promiſit poſt obitum Patris certam ſummam sè ſoluturum Amadeo, qui heredem deinde inſtituit Herculem cum ſubſtitutione Joannis hujus filii, proptereà quæritur, an Agnes jure petere valeat dictam quantitatem, vel potiùs illa ſoluta præſumenda ſit ex eo, quod Amadeus ſupervixerit octodecim annis, poſtquam venerat, & ceſſerat dies ſolutionis d. debiti?

Decimo octavò: Quærit Philippus, an ipſe tamquam

quam ſubſtitutus in Bonis, & primogenitura
condita ab Hercule, cogere poſſit Agnetem ad
exhibendos, reſtituendoſque libros omnes, ſcri-
pturas, & documenta pertinentia ad d. primo-
genituram?

Decimo nonò: denique quæritur, an Agnes re-
petere queat expenſas omnes, quas Joannem, &
Paulum ſubire, oportuit pro ſuſtinenda quadam
lite agitata ſuper terra de Floris; prout etiam, an
conſequi poſſit totam, vel partem quantitatis,
ad cujus ſolutionem Paulus Pater ſuus à Judice
condemnatus fuit?

Hæc ſunt Dubia, ſuper quibus ſententia mea
pro veritate exquiritur. Rem igitur ordiendo à
primo, dicendum videtur, donationem con-
templatione certi, & determinati Matrimonii ab
Hercule factam Joanni filio, non eſſe imputan-
1 dam, non enim agitur de Relicto aliquo facto
per viam ultimæ voluntatis, quod, niſi de con-
traria Diſponentis voluntate conſtet, ſemper fa-
ctum præſumitur animo illud compenſandi cum
2 legali, & neceſſario debito Legitimæ, propterea-
que in illam imputetur, ex concordantibus aucto-
ritatibus relatis in una *Tuſcanen. Supplementi Le-
gitimæ 1. Februarii 1706. §. Quod ſane coram Rmo
Anſaldo Decano*, ſed verſemur in donatione ir-
3 revocabili inter vivos, cujus vigore liberè in
Donatarium translatum fuit Bonorum donato-
4 rum dominium: ſilere idcircò hoc caſu dicitur,
quæſtio omnis de imputatione, ad *Textum ex-
preſſ. in leg. illud Cod. de collat.*, *& leg. ſi quan-
do §. Generaliter Cod. de teſtam.*, *ibique gloſſ.*,
*& Jaſon.*, *aliique ſcribentes*, *Bald. in auth. ex
teſtamento num. 39. Cod. de collation.*, *Ripa in
leg. in quartam n. 151.*, *ubi etiam Ruin. num. 42.
ff. ad leg. falcid.*, *Cucch. in auth. noviſſim. §. Da-
ta inter vivos num. 20.*, *Faber in Cod. lib. 6. tit. 4.
definit. 12.*, *Gabriel. conſ. 57. num. 13.*, *& ſeqq.
lib. 2.*, *Ludovic. Bellon. verſ. 21. num. 3.*, *Ber-
trand. conſ. 103. lib. 5.*, *Surd. conſ. 75. num. 5.*,
*Altagrad. conſ. 7. num. 21. lib. 1.*, *Peregr. de Fi-
deicomm. art. 36. num. 125.*, *& num. 127.*, *Craſſ.
in §. Legitima quæſt. 22. num. 4.*, *Merlin. de le-
git. lib. 2. tit. 2. quæſt. 20. num. 1.*, *& quæſt. 29.
num. 6.*, *& ſeqq.*, *Menoch. de præſumpt. lib. 3.
præſumpt. 142. num. 3.*, *Vaſq. de ſucceſſ. creat.
§. 30. num. 254.*, *& 258.*, *Mart. de ſucceſſ. legal.
part. 1. quæſt. 35. art. 11. num. 22.*, *verſ. ſed dona-
tio pura*, *Mongil. de imput. quæſt. 33. num. 18.*,
*clar. mem. Card. de Luc. de Fideicomm. diſc. 136.
num. 4.*, *& de legit. diſc. 24. num. 3.*, *& ſeqq.*,
*Rot. coram Seraph. deciſ. 568. num. 1.*, *coram Gre-
gor. deciſ. 568. num. 1.*, *coram Priol. deciſ. 87. nu.
12.*, *& deciſ. 221. num. 1.*, *cor. bon. mem. Emerix
jun. deciſ. 185. num. 1.*, *in rec. deciſ. 348. num. 1.
part. 13.*, *deciſ. 253. num. 3.*, *& ſeqq. part. 15.*,
*Rota in una Bononien. Separationis Bonorum 15.
Junii 1665.*, *coram Veroſpio apud Urceolum
conſult. 85. n. 25. & 32.*, *& in dict. Tuſcanen. Sup-
plementi legitimæ §. Aſt non placuit coram Rmo
Anſaldo*, quam refert, & ſequitur *Rota in Va-
ſonen. Fideicomm. 21. Martii 1708. §. Non attento
cor. bon. mem. Omanno Epiſcopo Gbiennen.*; & ra-
tio eſt undequaque manifeſta, quia, vivo Patre,

qui fecit donationem, ea donatio abſceſſit ex
Bonis ejus, & Liberis ejus debetur portio legiti- 5
ma, tantum ex Bonis, quæ Morientis fuerunt,
*leg. cum quæritur ff. de inoffic. teſtam.*, ut his
verbis loquitur *Cuiac. in lib. 6. Cod. tit. 20. de
collation. oper. poſth. tom. 5. fol. mihi 726. lit. A.*

Nec obeſſe poteſt, quod certiſſima hæc Juris
noſtri regula, communi Doctorum, & Tribu-
nalium conſenſu probata, rectè quidem locum
ſibi vindicet in ſimplici, ac pura donatione à
Parentibus facta filiis: At alia Juris ratio ſequen-
da ſit, ſi agatur de donatione, quæ pura non eſt,
nec ex mera liberalitate proficiſcitur, ſed reſpe-
ctum habet ad aliquam extrinſecam cauſſam,
prout habere dicitur donatio facta contemplatio- 6
ne Matrimonii, quæ, utpotè pura, & ſimplex,
æſtimari non valens, imputationi propterea ob- 7
noxia remanet; Nam, etſi pura, & liberalis do-
natio ea ſit, quæ, nullâ interveniente cauſâ, ex 8
mera Donantis munificentia proficiſcitur, *Tira-
quell. in leg. ſi unquam verſ. donatione largitus nu.
123. Cod. de revoc. donat.*, *Menoch. conſ. 261. nu.
13.*, *Camill. medic. conſ. 108. num. 16.*, *Gratian.
diſcept. forenſ. 984. num. 38.*, *Cutell. de donat.
inter Patr.*, *& fil. tract. 7. diſc. 2. part. 10. n. 76.*,
*Staiban. jun. contr. 72. num. 2.*, nihilominus, cum
ea ſolùm cauſa liberalitatem excludat, quæ na- 9
ſcitur ex neceſſitate ab aliquo naturali, ſeù civili
vinculo impoſita, *Angel. in leg. ſed & hoc ff. de
re judic.*, *Jaſon. in leg. inter eos eodem tit.*, *Dec.
in Auth. ex teſtamento Cod. de Collation.*, *Faber.*,
*& Io. de Platea in §. Præterea inſtit. de action.*,
*Decian. reſp. 3. num. 13. lib. 1.*, *Fontanell. de pact.
nupt. tom. 1. clauſ. 4.*, *Gloſſ. 1. num. 26.*, *Cutell.
de donat. diſc. 3. part. 6. ſub num. 7. verſ. ſecundo
quia*, indè ſequitur, quod ſimiles donationes,
tamquam minimè imperatæ ullâ naturali, aut 10
civili obligatione; faciliùs propterea hæ, inquam,
puræ, & ſimplices cenſendæ ſunt, tametſi eiſdem 11
faciendis occaſionem dederit amor, & affectio
illa, quâ Parentes, filiorum Matrimonia, & com-
moda curant, talis namque cauſa, veluti cenſen- 12
da occaſionalis, & impulſiva, liberalitatem non
excludit; quæ ratio apud Doctores, & Tribuna- 13
lia ſi valet pro eximenda ab onere imputationis
donatione factâ contemplatione Matrimonii in
genere, *Suarez. in leg. quoniam in prioribus in de-
claratione legis Regni quæſt. 5. in fin. Cod. de inof-
fic. teſtam.*, *Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 4.*,
*Gloſſ. 1. num. 16. & ſeqq.*, *Molpheſſ. ad conſuetud.
part. 4. tit. de ſucceſſ. ab inteſt. in addit. ad quæſt.
25. num. 4. lib. 2.*, *Staiban. jun. reſol. 72. num. 9.*,
aliique plurimi, qui facilè allegari poſſent; Va-
lere etiam poſſe videtur pro excludenda imputa- 14
tione in donatione, quæ ex cauſſa certi, ac deter-
minati Matrimonii irrevocabiliter, & inter vi-
vos à Patre facta fuerit filio; Nam, ſi, ut mox
dictum eſt, illa dumtaxat cauſa effectum impu- 15
tationis operatur, quæ ſecum habet Juris neceſ-
ſitatem; Unde fit, quod, cum ad iſtiuſmodi do- 16
nationem Pater non teneatur, nulloque jure cogi
ad eam poſſit, propterea meræ illius liberalitati 17
adſcribenda eſt, ac per conſequens ab onere
imputationis immunis cenſenda: Nullo enim, ut 18
ait

ait *Velaſc. in prax. partitar. cap. 13. num. 77.*,
nullo juris loco cautum reperitur, donationes
haſce imputandas eſſe in legitimam, ſed Jura
noſtra duas tantummodò expreſſere donationes,
quæ à filio in illum conferendas, & imputandas
19 eſſe, voluerunt, dotem videlicet, & donationem
propter nuptias, de reliquis verò donationum
ſpeciebus nihil ſtatuendo, ab imputatione exe-
miſſe cenſentur, & ita ſenſerunt *Cravet. conſ. 85.*
*per tot.*, *Decian. conſ. 3. num. 13.*, *& conſ. 31. n. 7.*
*lib. 1.*, *Port. Imol. conſ. 36.*, *& apud eum*, *Moſſ.*
*conſ. 81.*, *Oſaſch. conſ. 62. num. 6.*, *& per tot.*,
*Merlin. de legit. lib. 2. tit. 2. quæſt. 23. num. 5. &*
*ſeq.*, *Andreol. contr. 380. num. 3.*, *& num. 6. &*
*ſeq.*, pleniſſimè *de Marin, reſol. jur. lib. 1. cap. 85.*,
ubi utriuſque contrariæ ſententiæ momentis ma-
turè perpenſis, concludit pro excluſione imputa-
tionis, atque ita etiam in pluribus ſupremis Tri-
bunalibus judicatum reperitur, ut apud *Crivell.*
*dec. 139.*, *Franc. Stephan. dec. 3.*, *Barz. deciſ. 25.*
*num. 82.*, *Peguer. dec. 213.*, *Peregrin. deciſ. 104.*
*num. 4.*, *Mart. Vet. Piſan. 189. nu. 4. & ſi ſenſit*
*Sacra Rota in Vaſionen. Fideicommiſſi 21. Martii*
*1708. §. Quin obſtet coram bo. mem. Omanna.*
At contrà hujuſmodi donationem imputan-
20 dam eſſe, ſuadere videntur tum juris ratio, tum
graviſſimorum Doctorum, atque Tribunalium
auctoritas; nam, cum ambigi nequeat, quin hæc
21 donationis ſpecies dicatur ob cauſam, *Altograd.*
*conſ. 7. lib. 1.*, *Merlin. Pignattell. contr. lib. 2.*,
*controv. 34. num. 5. & ſeqq.*, *Rota coram Merlin.*
*dec. 515.*, *in rec. dec. 127. num. 12. part. 6.*, ſi juris
rationem ſpectemus, ut utar verbis *Peregrin. de*
*Fideic. art. 36. num. 134.*, ſuper ea inſudandum
multùm non eſt, = *nam ſatis eſt conſtans; Siqui-*
22 *dem Pater de jure tenetur filium. & filiam Matri-*
*monio collocare, qui quidem aliàs ſinè Patris conſen-*
23 *ſu jure civili nubere non poterant, leg. ſi ut proponis*
*Cod. de nupt.*, *& leg. 2. ff. de Rit. nuptiar.*. *Et li-*
24 *cèt de jure Canonico Matrimonium contrahere poſ-*
*ſint citra Patris conſenſum, non tamen honeſtè, &*
25 *decenter, ac idcircò donationem Matrimonii con-*
*trahendi cauſâ, ex cauſa non voluntaria, & peni-*
*tus liberali, ſed, & quæ neceſſitatem habeat, facta*
*videtur* = hactenus *Peregrin.*; Alia his addit ra-
tionum momenta *Cutell. de donat. part. 2. diſc. 1.*
*ſpecial. 5.*, qui præterea ſententiam hanc pro im-
putatione veriorem, & communiorem dicens, ad
eam confirmandam exornat aciem quinquaginta
trium Doctorum; quibus addi poſſunt *Alto-*
*grad. conſ. 7. nu. 12. & ſeqq. lib. 1.*, *Franc. Palm.*
*conſult. 89. num. 33. & ſeq.*, *Mangil. de imputat.*
*quæſt. 14. num. 44.*, *& quæſt. 33. num. 19. & ſeq.*,
*Michelor. de fratrib. part. 1. cap. 20. n. 7. & ſeqq.*,
*Urceol. conſult. forenſ. 85. num. 13. & ſeqq.*, *An-*
*dreol.* ibi ipſi contrarius *contr. 155. n. 9. & ſeqq.*,
*Hodiern. ad Surd. dec. 322. num. 36. & ſeqq.*, ubi
ità à Sacro Conſilio, junctis Aulis, pro imputatio-
ne determinatum refert in ea Cauſa, in qua pro
illa excludenda ſtrenuè ſcripſerat *Donat. Anton.*
*de Marin. d. reſol. 85.*, cujus ſolemnis Sac. Con-
ſilii deciſionis teſtatur etiam *Thoro in lib. 2. com-*
*pend. dec. fol. 163. in verb. donatio*, & hæc ſenten-
tia magis placuiſſe videtur *Sac. Rotæ*, nam cen-
ſens, harum donationum cauſam eſſe Matrimo- 26
nium, ut latiſſimè in mox relatis *deciſionibus*:
veluti ex neceſſario antecedenti infertur, eaſdem
obnoxias eſſe imputationi, *latè in rec. deciſ. 389.*
*part. 12.*, *& dec. 341. part. 19.*
Quamquam verò in hac opinionum contrarie-
tate, & invicem pugnantium Doctorum, & Tri- 27
bunalium conflictu verior videri poſſet poſterior
opinio, quæ nedum aliis Tribunalibus, quorum
Judicata referuntur à ſuperiùs citatis Doctoribus,
ſed, quod multùm urget, magis etiam placui le vi-
detur *Sacræ Rotæ*, quæ in ſuperiùs relatis *deci-*
*ſionibus*, re maturè examinatâ, pro imputatione
reſpondit, leviterque ſolùm quæſtionem attin-
gens aliter ſenſit in d. *Vaſionen. Fideicommiſſi* in
contrarium allegata, Nihilominùs Cauſæ neceſſi-
tas, ſententiæque à me dicendæ ratio non expo-
ſcunt, ut in abſtracto ſtatuam, quænam ex hiſce
contrariis ſententiis, tamquam verior, magiſque
juris noſtri principiis conformis ſequenda ſit, ſed,
cum imputandi neceſſitas, plerùmque pendeat à 28
Diſponentis voluntate; & ſive verſemur in di-
ſpoſitionibus per viam ultimæ voluntatis, ſive res
ſit de aliis actibus per viam donationis irrevoca- 29
bilis inter vivos celebratis, imputatio admittatur,
aut excludatur, prout Diſponentem voluiſſe, ap-
parere poteſt ex tacita etiam ipſius mente; quam
ſpectandam eſſe, tam pro excludenda imputatio- 30
ne, ducto argumento à *Textu in Auth. ex teſta-*
*mento Cod. de collation.*, *leg. ex parte 39. §. 1. ff.*
*famil. erciſcund.*, *leg. filii Cod. eodem §. Illud quo-*
*que Auth. de Trient.*, *& Semiſſ.*, *Faber. in Cod.*
*lib. 6. defin. 4. nu. 6.*, *& n. final.*, *Surd. conſ. 143.*
*num. 18. & ſeqq.*, *& conſ. 192. num. 8.*, *& nu. 22.*,
*Staiban. Jun reſol. 72. n. 13. & ſeqq.*, *clar. mem.*
*Card. de Luc. de Dot. diſc. 98. n. 2. & ſeq.*, *Tho-*
*mat. dec. 50. n. 184. & ſeqq.*, *Rot. in rec. dec. 297.*
*num. 29. part. 9.*, quam etiam pro illa inducenda
*Urceol. conſult forenſ. 85. num. 17. & ſeq.*, *Rota*
*in una Bononien. Separationis Bonorum coram bo.*
*mem. Veroſpio impreſſ. apud eumdem poſt d. con-*
*ſult. num. 33. & ſeq.*, *& num. 41. & ſeqq.*, pro-
ptereaque Doctores omnes, & ſuprema ipſa Tri-
bunalia admoneant in quæſtione, de qua agitur,
ſequendam ſemper eſſe Diſponentis voluntatem,
quæ ſi expreſſa ſit, pro lege ſervanda certè erit; 31
Ut etiam ab ea deflectere integrum non erit, ſi
per conjecturas, & indicia illam aſſequi valea-
mus; ſapienti idcircò Majorum noſtrorum exem-
plo admonitus recurram ad conjecturas, & ex
eiſdem Herculis donantis voluntatem inveſtiga-
re curabo.
Pro imputatione autem plurimùm urgere vi-
detur, quod agitur de donatione nedum æquan-
te ipſam legitimam, ſed longe illam excedente, 32
cum comprehendat integram medietatem Bono-
rum omnium, tum immobilium, tum mobilium,
& Jurium etiam, & actionum, quæ nedum tùm
à Donatarii Parentibus poſſidebantur, ſed quæ
quocumque umquam tempore ab eiſdem acqui-
ri, ad eoſdemque pertinere potuiſſent. At verò,
ſi, quoties Bona donata æquant menſuram legiti- 33
mæ filio debitæ, tunc ex præſumpta Donantis
mente imputationi locus fieri cenſetur; Potiori
ſa-

ſanè jure id procedet in caſu, de quo agitur,
quippè Bona donata longè illam excedebant;
34 Hoc namque caſu, ex facto ipſo, magnitudine
nempe donationis Patrem de legitima ſenſiſſe,
colligitur, *Bartol. in leg. 1. §. Si parens ff. ſi à Parentibus quis fuerit manumiſſus*, *Jaſon. in leg. ſi quando §. final. num. 3. verſ. tertio limita Cod. de inoffic. teſt.*, *Bertrand. conſ. 82. lib. 2.*, *Peregrin. de Fideic. art. 30. num. 128.*, ubi reprobat *Ripam*
quem malè contrarium docuiſſe, dicit, motum
ex ea ratione, quod ex titulo donationis appareat,
Patrem uti voluiſſe liberalitate, ait enim, quod
35 *ratio hæc non enervat limitationem, & rationem ejus, quia liberalitas eſt in aſſignando legitimam antè mortis tempus*, & ſequendo *Peregrin.*, *Merlin. etiam de legitim. lib. 2. tit. 2. quæſt. 29. nu. 48. & ſeq.*, reprobat Ripam, ac alios citat etiam *Vrceol. d. conſult. 85. nu. 19.*, *Rot. in d. Bononien. ſeparationis Bonorum apud eumdem n. 36. & ſeq., & num. 50., in rec. dec. 387. num. 29. part. 9.*

Conjectura hæc, quæ, tamquam promanans ex
intrinſeca ſubſtantia, & quidditate adeo eximiæ
donationis, plurimùm certè urget, coadjuvatur
etiam ex natura, & qualitate ipſius donationis;
36 Nam, ſi ratio, ob quam cenſent Doctores, ſimiles
donationes factas contemplatione certi Matrimo-
nii ſubjectas eſſe oneri imputationis, ea eſt, quia
illæ munitæ ſunt causâ naturalis affectionis, quâ
37 Parentes impelluntur ad donandum filiis, ut
38 aptè, & honorificè nubant, atque idcircò ex
cauſa non voluntaria, & penitus liberali, ſed ex
cauſa, quæ neceſſitatem habeat, factæ videntur;
Profectò, cum ex toto contextu præſentis dona-
tionis perſpicuè pateat, Parentes ad illam pera-
39 gendam motos fuiſſe, ut filio proviſum eſſet
undè, ipſis defunctis, onera Matrimonii ſuſten-
tare poſſet, hinc fit, quod, inſpectâ naturâ iſtiuſ-
modi donationis, veluti ad ſuam cauſam, referen-
da ſit ad neceſſitatem illam, ſi non præciſam, &
formalem, cauſativam ſaltem, quâ Parentes ex
paterno officio, ac ex naturali affectione ad ita
40 faciendum moventur, quæ ſanè cauſa, ut cui-
que patet, excludit liberalitatem illam, ob quam
puræ, & ſimplices donationes ab eo profici-
ſcentes imputationi obnoxiæ minimè reputantur
juxtà ea, quæ ſuperioribus locis tradita ſunt.
41 Rurſus, ſi imputatio locum ſibi vindicans in do-
nationibus ob cauſam, excluditur in ſolis dona-
tionibus puris, ac ſimplicibus, merâque ex libe-
ralitate factis; Profectò in noſtro caſu animus
42 iſte plenam erga filium exercendi liberalitatem
excludi, vel ſaltem ſummoperè minui videtur
ex eo, quod Parentes, quoad vixerint, Bonorum
omnium uſumfructum ſibi reſervaverint.

Nec pro excludenda vi conjecturæ deſumptæ
ex ſimili uſusfructus reſervatione, urgere vide-
tur, quod, ſi donatio iſthæc ab imputationis onere
43 minimè eximeretur, liberalitatem nullam con-
tineret, nam, utpotè poſt Parentum obitum ef-
fectum habitura, inutilis propemodum reddita
fuiſſet, ſi dicto quoque oneri imputationis ſuppo-
ſita diceretur, ut ratiocinatur *Rota in d. Vaſionen. Fideicommiſſi §. Quin obſtet*; Quia diſcurſus iſte
44 locum ſibi vindicare fortè poſſet, ſi ageretur de
donatione, quæ eſſet infra, vel æquaret menſu-
ram Legitimæ, hoc enim caſu rectè illa diceretur
eluſoria, quia, vivente Patre, nullum filio com-
modum allatura eſſet, illo verò mortuo, in Legi-
timam ſibi debitam imputanda foret. At longè
aliter res ſe habet in caſu noſtro, in quo Parentes,
dum filio donarunt medietatem omnium Bono- 45
rum, ſatis liberalitatem exercuiſſe videntur, præ-
currendo quippe tempus mortis, non ſolum aſſi-
gnarunt Legitimam, ſed longè ultra illius men-
ſuram filio munificè contulerunt, propterea que
ſimilis donatio nec eluſoria dici, nec liberalitas
erga Donatarium ſublata dici poteſt, ut alibi no-
tavimus ex *Peregrin. de Fideic. art. 36. num. 128.*, *& Merlin. de legitim. lib. 2. tit. 2. quæſt. 29. n. 49.*

Præterea dictus diſcurſus caſui noſtro inappli-
cabilis redditur ex eo, quod Parentes in dicta
donatione, licet ſibi reſervaverint Bonorum 46
donatorum uſumfructum; nihilominùs ſe ſubje-
cerunt oneri alendi filium, & Nurum, & ſu-
beundi reliqua Matrimonii onera, quæ ſe ſu-
ſtentaturos fore promiſerunt, donec filius, & Nu-
rus in eadem domo cum ipſis conviverent, ſin
verò ſimul ampliùs commorari non potuiſſent,
ſe ſubminiſtraturos fore, promiſerunt omnia ea,
quæ congruæ ipſorum ſuſtentationi ſatis eſſent,
ex quibus ſanè omnibus perſpici facilè poteſt, quæ
fuerit mens Donantium, & qua de causâ iidem
moti fuerint ad hanc donationem faciendam;
mens certè, & cauſa, quâ moti fuerunt, alia 47
non fuit, quàm illa paterni officii, & naturalis
affectionis, quâ Parentes ad ita faciendum mo-
ventur, ut filii honeſtè, ac decenter in Matrimo-
nio degere queant, & ut alliciant ſponſæ Paren-
tes cum ampliori dote ad filiam nubendam viro
de congruo patrimonio jam proviſo, quæ, ut
ſæpius diximus, eſt ratio, ob quam hæ donationes,
utpote factæ ex cauſa, quæ ſaltem ex honeſtate 48
neceſſaria reputatur, puræ cenſeri non poſſunt,
ideoque ab imputatione minimè exemptæ.

Prò qua demùm inducenda plurimùm urgere
poſſet declaratio à Patre facta in codicillis, pro- 49
ut eadem plurimi fit apud *Vrceol. conſult. 85. nu. 21. & ſeqq.*; At quoniam in eo caſu, licèt agere-
tur de declaratione factâ ex intervallo, nihilo-
minus triduo poſt à Donante peracta reperieba-
tur, propterea aliter in noſtro caſu ſtatuendum vi-
debatur, eo quod res eſſet de donatione trien-
nio antè codicillos celebrata; quamobrem de-
claratio edita à Patre longè poſt jam quæſitum 50
jus filio prò non imputatione, parùi facienda vi-
detur, quippè paterna voluntas metienda eſt ex 51
tempore contractus, *Surd. conſ. 143. num. 15., & conſ. 192. num. 23.*, *Gomez. ad leg. Thaur. 29. num. 27.*, *Cutell. de donat. tom. 1. diſc. 2. part. 10.*, *Manſ. de legit. quæſt. 41. num. 11., & num. 17.*, *Velaſc. in prax. cap. 13. num. 18.*, *Manſ. conſ. 185. num. 7. ad fin. R̃mus Auſald. Dec. in annot. ad deciſ. 10. num. 24.*, *Thomat. deciſ. 150. num. 187.*, *Rota in rec. deciſ. 101. num. 10. part. 14., & in dict. Tuſcanen. ſupplementi legitimæ 1. Februarii 1705. §. Alteri coram R̃mo Auſaldo*; Verumtamen adhuc urget, quod, cum non
agatur de purâ, & ſimplici donatione, minimè

ſæ-

52 factâ contemplatione alicujus certi Matrimonii,
iu quibus terminis loquitur *Rota in dicta Tuſcanen.*, & quæ, tamquam ſuâptè naturâ ſoluta ab
onere imputationis, reſpuit ſubſecutas declarationes Parentum ex intervallo factas, ſed verſemur in donatione facta contemplatione certi Ma-
53 trimonii, quæ, veluti pars matrimonialis contractus, & cum eo confuſa, correſpectiva dicitur, &
celebrata ob cauſam excludentem liberalitatem,
54 propptereaque vel omninò ſubjecta cenſetur imputationi, juxta opinionem, quam veriorem, & communiorem dixerunt Doctores ſuperiùs relati, & uti
talem in judicando ſecuta etiam fuerunt ſuprema
55 Tribunalia, hinc ſequitur, quod aliquale ſaltem
adminiculum deſumi queat ex Patris declaratione, tametſi triennio poſt facta; nam, ſi verior dicenda eſſet opinio mandans imputationem, ambi-
56 gi non poſſet, quin declaratio conformis menti juris plurimi facienda eſſet, ut etiam in re, ſivè
57 quæſtione dubia, qualis certè dici meretur illa,
de qua agitur, rejicienda omninò non eſſet ſubſequens Donantis declaratio, quamvis ex intervallo
58 edita, præſertim verò attentâ tum perſonâ Donantis, qui eſt Pater Donatarii, tum etiam in-
59 ſpectâ circumſtantiâ temporis, in quo illa emiſſa
fuit, dum videlicet morti proximus erat, ideo-
60 que filio ſuo præjudicare minimè voluiſſe cenſetur, *Cyriac. contr. 295. n. 30. & ſeqq.*, *optimè clar. mem. Card. de Luc. de Donat. diſc. 25. num. 12.*, *idem eodem tract. diſc. 36. num. 18.*, *& de Fideic. diſc. 135. n. 16.*, *Rot. coram Bich. dec. 252. n. 27.*, *coram ſan. mem. Alexand. VIII. dec. 119. nu. 8.*, *dec. 195. n. 18.*, *& in rec. dec. 238. n. 5. part. 3.*, *& dec. 402. num. 31. part. 9.*

Hæc ſunt argumenta, & conjecturæ, quæ pro imputatione inducenda urgere poſſe videntur.
61 At quoniam id, quod ex conjecturis elicitur, clarum dici nequit, quia aliis conjecturis elidi poteſt, ad tradita per *Rot. coram Bich. dec. 612. nu. 15. & ſeqq*, *coram Cerro dec. 538. nu. 3. & ſeqq.*, *Rot. apud Palm. deciſ. 88. num. 7. & ſeqq.*, ac in
noſtro caſu afferri poſſint conjecturæ pro excludenda imputatione, & regula ſit, quod conje-
62 ctura, & præſumptio validior vincat debiliorem,
*Rot. Lucen. inter collect. apud Palm. deciſ. 341. n. 8.*, *Rot. coram bo. mem. Emerix. jun. dec. 1086. num. 22.*, *coram Benincaſa dec. 158. num. 2.*, *& in rec. dec. 675. num. 9. part. 19.*; propterea, niſi demonſtretur has inſubſiſtentes, vel ſaltem eſſe debiliores illis, quæ adducuntur pro imputatione,
hæc ſtatui nequibit. Operæ itaque pretium erit
examinare conjecturas illas, quæ contra imputationem militant. Omitto ſermonem facere
de amplitudine verborum, quibus donatio, de
63 qua agitur, concepta dicitur, & quam verborum
amplitudinem magni faciendam, ait *Surd. d. conſ. 143. num. 21.*, quia hæc urgere poſſet, ſi
ageretur de donatione pura, & ſimplici, nullâ
interveniente cauſâ, à Patre facta filio, quo caſu
rectè præſumi poteſt, Patrem voluiſſe Bona donata, tamquam præcipua, à filio obtineri, *Staiban. jun. d. reſol. 72. num. 5.*, ut etiam non immoror
titulo irrevocabilis donationis, ex quo actus iſte
expletus reperitur, nam, ſi donatio facta contemplatione certi Matrimonii, ob cauſam dicitur, 64
tametſi facta enunciëtur ex mera, pura, & gratuita benevolentia, atque liberalitate, talis enun- 65
ciatio immutare non valet naturam donationis
factæ ob cauſam, *Becc. conſ. 20. num. 21.*, *Altograd. d. conſ. 7. nu. 40. & ſeqq. lib. 12.*, *Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 4.*, *Gloſſ. 1. nu. 58.*, *Gratian. diſcept. 96. num. 34. verſ. neque obſtant*, *Caſtald. conſul. 91. nu. 9.*, *& dec. 71. num. 22. inter collect. per Balducc. ad Ramon. to. 2.*; Et ſane nemo non
videt, quod illatio deducta ex mero titulo donationis, continet petitionem principii, & ſupponit id, quod eſt in quæſtione, quippè quæ agitari ſolùm poteſt in hypotheſi, in qua Pater dans
aliquid filio, titulo donationis id dediſſe de-
claraverit, cum, ſi res ſit de ſimpliciter datis filio, 66
ſimplex rei traditio hoc titulo minimè veſtita,
imputationem non excludit, ſed præſumitur, Pa- 67
trem dare voluiſſe quantitatem illam, quam dare tenebatur, *Michelor. de fratrib. part. 1. cap. 37. num. 15.*; Et denique non eſt, cur dicatur, beni- 68
gniorem ſemper interpretationem faciendam eſſe
contrà Patrem donantem, qui clarè de imputatione mentionem non fecit, prout illi hoc facillimum erat, *Dec. conſ. 190. colum. fin.*, *Rota Florent. poſt conſult. Manſ. 351. num. 142. in fin.*,
recurrit namque eadem reſponſio, videlicet id
locum ſibi vindicare poſſe in pura, & ſimplici
donatione ab omni imputationis onere exempta,
at aliter rem ſe habere in donatione facta ob cau-
ſam, quæ cum ex mente tum Juris, tum Donan- 69
tis facta præſumatur animo ſuam adimplendi
obligationem, aliâ non indiget Donantis declaratione, ut argui poteſt ex plenè firmatis ſuperioribus locis.

Propius itaque accedendo ad rem noſtram, expendemus conjecturas alias, quæ pro excludenda imputatione urgere magis poſſint. Primo itaque
loco afferebatur promiſſio evictionis à Patre donante, favore filii Donatarii facta ampliſſimis ver-
bis, quam evictionis promiſſionem in propoſito 70
conſiderat *Surd. d. conſ. 143. num. 23. & ſeq.*, *& ſub n. 38. §. 10.*, atque etiam innuiſſe videtur *Rota in d. Vaſionen. Fideicommiſſi 21. Martii 1708. §. Quin obſtet in fin. coram bo. me. Omanno*; Verum
conjecturam iſtam tanti valere, non crederem, ut
Donans in hac ſpecie donationis, evictionis promiſſione, imputandi onus remiſiſſe cenſeatur,
nam, licèt talis promiſſio proficua eſſe poſſit in 71
ſimplicibus donationibus, in quibus ad illam Do- 72
nans regulariter non tenetur, niſi promiſerit, *Sanfelic. dec. 315. num. 1.*, *Rot. in Romana Donationis 25. Junii 1694. §. Nec obſtat quod regulariter*, *& 22. Junii 1695. §. Iterum ſiquidem coram bon. mem. Pio*; Attamen aliter res ſe habet in dona- 73
tione facta ob cauſam, in qua Donator indiſtin-
ctè de evictione tenetur, ſive a traditione, ſive 74
à promiſſione inceperit donatio, *Bartol. in leg. Julianus §. Qui fundum n. 5. ff. de verbor. oblig.*, *Tiraquell. in leg. ſi unquam verb. donatione largitus num. 59.*, *Cod. de revoc. donation.*, *Menoch. conſ. 112. num. 29.*, *Gratian. diſcept. 657. nu. 53.*, *Cancer. var. part. 3. cap. 4. n. 21.*, *Cutell. de donat. contempl. Matrim. diſc. 2. part. 13. nu. 21.*, *& nu.*

*64., Mangil. de evict. quæſt 69. num. 26. & ſeq.,*
*Sanfelic. dec.315. num.14., Rot. in rec. dec. 148.*
*num.24. & ſeqq. part.9.*

Quamobrem, ut pluries, plurieſque dictum
eſt, ſimiles donationes factæ intuitu certi Matri-
75 monii, cum factæ dicantur ob cauſam, ideoque,
inſpectâ earum naturâ, evictio in illis præſtanda
ſemper ſit; Profectò, ſi ex obligatione præſtandi
76 evictionem excluſa dici poſſet imputatio, ſequere-
tur, quod gravi errore lapſi fuiſſent ſummi juris
vertices, atque juris prudentiæ lumina adeò acri-
ter diſceptantes quæſtionem hanc, à qua facili
negotio ſeſe expedire potuiſſent, ajendo: Donans
pro Bonis contemplatione certi Matrimonii do-
natis, de evictione tenetur, ergò talis donatio
exempta eſt ab imputatione, quæ argumentatio,
quam falſa ſit, dignoſcitur ex ſuperiùs relatis Do-
ctorum traditionibus, qui non per incogitantiam
hoc argumento uti omiſerunt, ſed rectè docue-
runt, iſtud, veluti ex ſui natura inditum ſimili do-
nationi, ſublatum minimè cenſeri, niſi per illius
remiſſionem à Donante factam, minimèque
crediderunt, remiſſum cenſeri poſſe ſolâ promiſ-
ſione, alioquin debitæ ex natura hujuſcemodi do-
nationis: Quamobrem grave nimis videretur
ejuſdem virtute filium eximere ab onere impu-
tandi in legitimam ſibi debitam, ratam me-
dietatis Bonorum omnium à Patre ſibi dona-
77 torum, quando per talem imputationem re-
verà nihil ipſi adimitur, ſed retinet totum id,
quod ſibi à Patre donatum fuit, licèt illud re-
tineat cum eo Legali onere, cui ſubjectum reperi-
tur.

Secundo loco, pro excludenda quavis imputa-
tione, conſiderandum ſeſe offert, quod in noſtra
hypotheſi de illa non contenditur inter fratres,
& reſpectivè filios Teſtatoris, qui conqueri poſ-
78 ſint de inæqualitate, quæ ex remiſſione imputa-
tionis inter eos orietur, cum hæc inæqualitatis
vitandæ ratio penitùs ceſſet in noſtra hypotheſi,
in qua Hercules unicum dumtaxat habens filium
maſculum, facilius plenam liberalitatem erga il-
lum exercere voluiſſe præſumitur; Verùm hanc
quoque conjecturam parùm urgere, reor, quia non
79 agitur de perſonis merè extraneis, de imputatione
cum filio contendentibus, quo caſu rectè illæ re-
pellerentur, ſed de ea contenditur inter filios;
nam Hercules, præter Joannem filium maſculum,
duas etiam reliquit filias, quæ in propoſito pro
80 extraneis haberi nequeunt, præſertim quia Te-
ſtator illarum quoque Deſcendentes in ſuis diſpo-
ſitionibus contemplatus fuit. At, quando etiam
dd. ſorores non extitiſſent, eædemque juſto ali-
quo colore pro Extraneis habendæ fuiſſent, non
icciró tamen ex eo, quod ceſſaret inæqualitas in-
81 ter filios, ceſſare etiam deberet imputatio, quia
ratio vitandæ dictæ inæqualitatis rectè quidem à
82 Doctoribus conſideratur, tamquam conjectura
quædam diſtincta ab aliis, pro imputatione indu-
cenda conſiderari ſolitis, ut apud *Merlin. de le-*
*git. lib.2. tit.3. quæſt.29. num.50.*, & apud alios;
At non indè ſequitur, quod, deficiente iſtâ conje-
83 cturâ, quæ alioquin leviſſima reputatur, ob eam
rationem, quod, ſi imputatio admittenda eſſet,
quoties aliqua inter filios orietur inæqualitas, vix
umquam daretur caſus, in quo Parentes per actus
inter vivos liberalitatem in unum ex filiis exer-
cere poſſent, proptereaque, cum ſola d. ratio ſer- 84
vandæ æqualitatis inter filios ſufficiens non ſit,
ut donata filio inter vivos, in legitimam imputen-
tur, ut tradunt *Alciat. conſ. 8. num. 12. lib. 1.*,
*Menoch. conſ. 272. num. 12.*, *Mantic. de conject.*
*lib.6. tit.2. num. 15.*, *Crivel. dec.239. num. 12.*,
indè, inquam, non ſequitur, quod ex aliis argui ne- 85
queat in Donante animus ſubjiciendi rem dona-
tam oneri imputationis, quæ fundari poteſt in
aliis rationibus, & argumentis, ſuperioribus locis
deductis, ad tradita per *Rot. ad ornat. clar. mem.*
*Card. de Luc. in Mantiſ. tit. de Fideicom. dec. 88.*
*num. 11.*

Perpenſis itaque momentis rationum, quæ in
hac imputationis controverſiâ in utramque par-
tem ſeſe mihi obtulerunt, licèt proclivior ſim in 86
eam ſententiam, quæ ſtat pro imputatione, quia
fortè verior, magiſque recepta eſt apud Docto-
res, & ſuprema Tribunalia, atque etiam quia
eadem ſuaderi videtur validioribus argumentis,
nihilominùs admonitum velim D. Requirentem, 87
quod reverà verſamur in ancipiti quæſtione, ac
dubia Causâ, proindèque tenaciter jus ſuum per-
ſequendo, reſpuere non debet honeſtas conditio-
nes, ſi quæ proponerentur pro re hac conficienda
juxtà æqui, bonique rationem, & conſilium.

Ex his reſolutum videtur ſecundum Dubium;
Nam, ſi locus eſt imputationi rerum donatarum
in portionem legitimæ debitam Donatario, fru-
ſtrà de ea quæritur, cum filius illam præventivè in
rebus donatis conſecutus jam fuerit, ſin verò
locus non ſit imputationi, licèt legitima detrahi 88
nequeat ex Bonis ſub donatione comprehenſis,
eadem tamen ponenda erunt in cumulo Bonorum
omnium hereditariorum ad dimetiendam quan- 89
titatem totius legitimæ, ceteroquin habitâ ratio-
ne Bonorum quoque donatorum, detrahendæ ex
aliis Bonis, in donatione minimè comprehenſis,
*Caſtren. in leg. 1. Cod. de inoffic. Donat., Coſt. de*
*fact. ſcient., & ignoran. cent.1. diſtinct.77. num.5.*
*tom.1., & in tract. de rat., & portion. quæſt.113.*
*num.3., Rot. dec.63. num.2. & 4., & dec.86. n.4.*
*& 5. apud Merlin. de legit., in Melevitana Le-*
*goti 17. Junii 1701. §. Quemadmodum coram Emo*
*D. Card. de la Tremoille.*

Ad tertium quæſitum, an videlicet tota, &
integra terra de Floris ſit adjudicanda Philippo
ad formam teſtamenti, & codicillorum Hercu-
lis, vel potiùs ejuſdem terræ medietas debea-
tur D. Agneti; Crederem, quod in hujus quæſi-
ti determinatione, ſpectanda præcipuè ſit diſpoſi-
tio ab Hercule, & ejus Uxore facta in ſuperiùs
memorata donatione, in qua his verbis dicitur,
quod = *hanno dato, e danno per via di donazione*
*pura, e ſemplice, e irrevocabile, che ſi dà, e dice*
*eſſer fatta trà vivi, la metà di tutti, e ſingoli ſuoi*
*Beni preſenti, e futuri, mobili, e immobili, nomi,*
*diritti, e azioni preſenti, e future di qualſiſia ſor-*
*te* =; In dubium autem revocari nequit, medieta-
tem d. terræ comprehenſam fuiſſe in donatione;
Cum enim illa procul dubio enumeraretur inter
Bo-

Bona, quæ tempore celebratæ donationis poſſi-
debantur ab Hercule donante, indè neceſſariò
ſequitur, quod illius medietas comprehenſa dici
debeat in donatione generaliter complectente
medietatem Bonorum omnium, quæ tunc ab
illo poſſidebantur, ac per conſequens medietas
90 iſta pertinebit ad eos, qui ex perſona Joannis in
medietate dd. Bonorum donatorum ſuccedere
debent, per *Text. in leg. ſi donare §. 1. ff. de donat.*
*inter vir., & uxor., leg. 1. ff. de obligat., & action.,*
*leg. 1. Cod. de his, qui in prior. creditor. loc. ſuc-*
*ced., Pyn. in cap. ratum num. 14. de regul. Jur.*
*in 6., Ruin. conſ. 200. ſub num. 4. verſ. quia ex*
*perſona, & Rota cor. Emerin. jun. dec. 1248. n. 2.,*
*& inter collect. per Palm. nep. dec. 270. num. 2.*

Nilque turbat, quod præfata terra de Floris
ab eodem Hercule ante donationem ſubjecta re-
periretur particulari fideicommiſſo cum ordine
primogenituræ ab illo condito, proptereàque
comprehendi nequiverit in ſubſequenti donatio-
91 ne; Nam, cum certi juris ſit, quod in quibuſ-
cumque humanis actibus (dummodò hi non ſint
penitùs irrevocabiles) poſteriora derogant priori-
bus, *leg. ſed & poſteriores ff. de legib., leg. ſi quis*
*cum procuratorio nomine in fin. ff. de Procurator.,*
*leg. hac conſultiſſima §. Si quis anteà Cod. de te-*
*ſtam., leg. pacta noviſſima Cod. de pact. cap. cete-*
*rum de reſcript., Gratian. diſcept. 605. num. 10.*
*& ſeqq., clar. me. Card. de Luc. de legat. diſc. 54.*
*num. 7., Rot. coram Pamphil. dec. 597. num. 1., &*
*num. 12., coram bon. mem. Emerin. jun. dec. 495.*
*num. 1.*, indè certè ſequitur, quod, cum fidei-
commiſſa, & aliæ quæcumque diſpoſitiones or-
92 dinatæ per viam ultimæ voluntatis, donec morte
Teſtatoris confirmatæ fuerint, illius arbitrio re-
vocari, reformari, atque immutari queant, *Alto-*
*grad. contr. 19. num. 22., Rub. de teſtam. cap. 69.*
*num. 122., Rot. coram Seraph. dec. 943. num. 8.,*
*in rec. dec. 166. num. 42. part. 8., & dec. 491. n. 13.*
*part. 19.*, indè, inquam, ſequitur, quod in ſubſe-
93 cuta donatione d. terra exempta fuerit à quo-
cumque vinculo fideicommiſſi, & primogenitu-
ræ ordinatæ in priori teſtamento, *Rota coram Be-*
94 *nincaſa dec. 96. num. 1.*, idque ſanè ſi procedit re-
ſpectu fideicommiſſi ordinati in primo teſtamen-
to, quod ademptum dicitur in ſecundo, ſi in eo
nulla de illo ſit facta confirmatio, & expreſſa re-
petitio, eâ quidem ratione, quia poſterius teſta-
95 mentum deſtruit, adimit, & annihilat primum, ac
omnia, & ſingula in eo contenta, quatenùs non
legantur expreſsè repetita, *Rot. in Mantiſ. ad or-*
*nat. clar. mem. Card. de Luc. tit. de fideicom. dec.*
88. *num. 19. & ſeq., & dec. 90. num. 1. & ſeq.,*
ubi *num. 9.* ſubditur, quod ſuſtinens, in ſecundo
96 teſtamento præſervatum, atque repetitum fuiſſe
præcedens fideicommiſſum, debet id claris. &
luciďiſſimis probationibus verificare, potiori ſanè
97 jure id procedet, quando fideicommiſſum ordi-
natum in teſtamento, revocatum, aut reformatum
reperitur in diſpoſitione, donatione videlicet in-
98 ter vivos, cujus natura eſt illicò transferre domi-
nium in Donatarium, ad differentiam alterius di-
99 ſpoſitionis factæ per viam ultimæ voluntatis, per-
fectionem expectantis à morte, ad *Text. in leg. pa-*
*cta noviſſima Cod. de pact., Peregrin. conſ. 45. n. 5.*
*& ſeq. lib. 4., clar. mem. Card. de Luc. de teſtam.*
*diſc. 63. num. 6.*

Cum itaque ex his pateat, quod in quæſtione,
de qua agitur, ſpectanda ſit poſterior diſpoſitio, 100
quia, ut benè ait *Rot. d. dec. 96. nu. 2. coram Be-*
*nincaſa*, de poteſtate dubitari nequit, quoties con-
currit Diſponentis voluntas, de hac ſolummodò
inquirendum modò erit, videlicet an Hercules
facere voluerit novam diſpoſitionem, inque illâ
comprehendendo terram de Floris, eamdem
exemerit à fideicommiſſo, & primogenitura, cui
eamdem ſubjecerat in præcedenti teſtamento;
Profectò de novitate diſpoſitionis ambigi nequit,
quia ſi talis dicitur illa, per quam una in aliam mu- 101
tatur, *Anton. Faber. in rational. ad pandect. in leg.*
*quia Arbiter. 20. ff. de recept. Arbitr.*, ſi qua
primogenitura ordinata ſuper terra Floris con- 102
tinebatur in teſtamento revocabili, diſpoſitio de
ejuſdem medietate, contenta in donatione irrevo-
cabili inter vivos, nova omninò dicenda eſt, &
diverſa à prima. Certiùs, attentâ ſubſtantiâ rei,
de qua in utraque diſponitur, dum in Joannem
virtute primogenituræ ad totam d. terram voca-
tum in teſtamento, illius medietas transfertur
per donationem, & quidem factam contempla- 103
tione certi Matrimonii, translatio autem iſta ob
intereſſe Uxoris, & filiorum expoſcebat, quod 104
Teſtator à priori diſpoſitione receſſiſſe intellige-
retur, ad *Text. in leg. ſi tibi ff. de adimend. legat.,*
*& leg. non ad ea 88. ff. de condit., & demonſtrat.*

Quod autem in donatione comprehendere vo-
luerit medietatem d. terræ, ſatis evincitur ex am- 105
plitudine ſuperius relatorum verborum, genera-
liter comprehendente quodcumque genus, &
quamcumque ſpeciem Bonorum omnium, quæ à
Teſtatore poſſidebantur, quæque in futurum
quomodolibet ad ipſum pertinere potuiſſent;
Spectatâ itaque verborum amplitudine, nullâ ju-
ſtâ ratione in dubium revocari poterit, quod
cum univerſalitate ceterorum Bonorum, quoque
terræ medietas in donatione comprehenſa fuerit,
*Ruin. conſ. 150. ſub n. 13. lib. 3., Mandell. conſ. 73.*
*num. 6., Alciat. conſ. 135. nu. 1. lib. 9., Pedrocch.*
*conſ. 7. num. 98., & num. 101., Marcſcot. var. re-*
*ſol. lib. 2. reſol. 101. num. 7. & ſeqq., Rot. in rec.*
*dec. 131. ex num. 2. part. 9., & dec. 339. num. 32.*
*& ſeqq. part. 12., & dec. 79. n. 10. part. 19., Rota*
*coram Benincaſa d. dec. 96. nu. 5. & ſeqq.*, qui ſanè
omnes, ſi argumentum iſtud deſumptum à gene- 106
ralitate, & amplitudine verborum tanti valere,
cenſent, ut Teſtator de re heredis diſponere vo-
luiſſe cenſeatur includendo in diſpoſitione por-
tionem rei, quæ ad coheredem pertinebat, vel 107
quæ jure alterius præcedentis fideicommiſſi ad
gravatum perventura erat, ut præter mox alle-
gatas auctoritates, comprobant, *Decian. reſp. 57. n.*
*12., Menoch. conſ. 129. n. 3., Cephal. conſ. 733. n. 26.,*
multò ſanè magis in noſtro caſu dicendum erit,
Herculem in ampliſſima illa donatione compre-
hendere voluiſſe medietatem d. terræ, licèt præ-
cedenter ab ipſo ſubjecta fuiſſet primogenituræ,
quam non ignorabat, pro libito ſuæ voluntatis à
ſe revocari poſſe, pro qua ſanè revocatione non 108
re-



Digitized by Google

requirebatur ſpecifica, & nominatim facta illius
revocatio, ſed ſatis erat, quod in poſteriori di-
ſpoſitione diverſimodè de illa diſpoſuiſſet, præ-
ſertim, cum ageretur de poſteriori diſpoſitione fa-
109 cta ex intervallo, faciliùs admittente mutationem
voluotatis, licèt illius correctio non ità facilè ad-
110 mittatur, quando incontinenti legitur talis di-
verſitas, *Rot. in Mantiſ. ad ornat. clar. mem. Card.
de Luc dec.* 88. *num.* 8. *& ſeq*; In ſubjecta nam-
111 que materia, licèt in poſteriori diſpoſitione mu-
tatio non legatur oculis corporeis, ſufficit tamen
illa, quæ proficiſcitur ex tacita Diſponentis vo-
luntate undecumque deſumpta, *Rot. in Mantiſ. ad
ornat. clar. me. Card. de Luc. de Fideicom. dec.* 90.
*num.* 20. *& ſeq.*

Fortius verò hæc urgent in caſu noſtro, quia,
ſi medietas d. terræ minimè comprehenſa dicen-
da eſſet in donatione ob eam rationem, quod,
cum illa ſubjecta reperiretur primogenituræ,
prius ordinatæ in teſtamento, præſumendum
112 tum ſit, in ſubſequenti diſpoſitione à priori receſ-
ſiſſe, quia, ſi diſcurſus iſte ſubſiſteret, eum præfatus
Hercules in ſuo teſtamento primogenituræ ſub-
jeciſſet nedum terram de Floris, ſed cetera
etiam Bona ſua fideicommiſſi perpetui vinculo
gravaſſet, nemo non videt, quod donatio irrita
113 prorſus redderetur, deficerent quippè Bona, ſu-
per quibus illa ſuſtineri poſſet, ad tradita per *Bar-
tol. in leg. qui Romæ §. Duo fratres num.* 19., *ibi-
que Ripa num.* 79. *ff. de verbor. ſignific.*, *Surd.
conſ.* 393. *n.* 14., *Peregrin. de Fideicomm. art.* 52.
*num.* 32., *Rot. in rec. dec.* 68. *num.* 5. *part.* 13., *&
dec.* 653. *num.* 6. *part.* 19.

Quæ ratio ſi plurimum valeret, etiamſi age-
retur de pura, & ſimplici donatione titulo lu-
crativo factâ, fortiùs ſanè urget in caſu noſtro,
114 quia agitur de donatione, contemplatione Ma-
trimonii, quæ correſpectiva, atque onerosa dici-
tur, & admixtum habet intereſſe Conjugum, &
filiorum, qui præ oculis habentes Bona omnia,
& patrimonium univerſum Donantis; dum vigo-
re donationis indefinitè complectentis medieta-
tem univerſorum Bonorum pertinentium ad Do-
nantem, ſperant, ſe aliquando illam conſecutu-
ros, ſpe iſtâ fruſtrarentur, ſi ab eorum cumulo
demenda eſſent Bona peculiari alicui diſpoſitioni
revocabili priùs ſuppoſita; quod procul dubio re-
115 pugnat naturæ hujuſcemodi donationum, quæ
nullo præcedenti pacto, aut vinculo rebus dona-
tis voluntariè à Donante adpoſito, minui, aut al-
terari poſſunt, *Auth. inſtit. de donat. leg. per-
fecta, cod. eodem tit.*, *Gratian. diſcept.* 924. *n.* 33.
*& ſeqq.*, *Randen. collect. legal.* 8. *n.* 37., *Rota co-
ram Duran. dec.* 84. *num.* 17., *& coram Benincaſ.
dec.* 84. *num.* 3., *& dec.* 207. *num.* 21.

Et ſanè, ſi Donans à generali illa donatione
116 medietatis omnium Bonorum certam aliquam
rem excipere voluiſſet, cur id non fecit, quod,
cum nedum facillimum, immò, nè Conjuges de-
ciperentur, neceſſarium eſſet exprimere, certò ex-
117 preſſiſſet, vel ſaltem adeò amplis, & effrænatis
verbis uſus minimè fuiſſet = *cur non enim ſic lo-
118 qui Teſtator potuiſſet, ſi id voluiſſet? quomodò Ju-
ſtinianus noſter argumentatur in leg. unic. §. Ubi
autem verſ. ſin autem ad deficientis Cod. de cadur.
tollen.* =, ut in ſimili caſu loquitur *Anton. Fab.
de error. pragm. t.* 1. *dec.* 28. *error.* 8. *nu.* 7. *in fin.*,
ne igitur lævâ nimis interpretatione detorquean- 119
tur ampliſſima verba donationis, &, nè lædatur
bona fides, quæ in illa exuberare debet, ſub eadem
comprehenſa cenſeri debebunt Bona omnia, quæ 120
comprehenduntur ſub literali, & obvio verborum
ſenſu, quibus explicata reperitur; Generalitas 121
namque verborum ſuum debet operari effectum,
tametſi verſemur in materia ſtricte interpretanda, 122
qualis cenſeri ſolet donatio; præſertim, quando
ſimilia verba ab homine prolata reperiuntur, ex
notatis per *Bartol. in leg. generali §. Uxore in fin.
de uſufruct. legat.*, *Ruin. conſ.* 73. *n.* 19. *lib.* 3., *Cra-
vet. conſ.* 227. *num.* 12. *& ſeq.*, *Becc. conſ.* 14. *n.* 13.

Pro reſolutione quarti quæſiti, an ſcilicet ad
ſolutionem æris alieni Donatoris concurrere de-
beat Domina Agnes, tamquam cauſam habens
à Donatario, vel potiùs illud integrè ſolvi de-
beat à D. Philippo ſucceſſore, ſive herede me-
diato Donantis? præmittenda eſt duplex regula,
prima eſt, quod ad debita poſt donationem con- 123
tracta à Donatore, Donatarius minimè tenetur,
ſive ſit particularis, ſive univerſalis, ad *Text. in
leg. æris alieni* 15. *Cod. de donation.*, *& leg.* 1.,
*Cod. de Jur. Fiſc.*, *Dec. conſ.* 237. *nu.* 6., *Cancer.
var. reſol. part.* 1. *cap.* 8. *num.* 44., *Coſt. de remed.
ſubſid. remed.* 108. *n.* 6., *Rot. cor. Duran. dec.* 348.
*num.* 1., *& coram Benincaſa dec.* 124. *n.* 4. *& ſeq.*;
Etenim poſt jam peractam donationem non po- 124
teſt eſſe in poteſtate Donatoris fruſtrari Donata-
rium poſterioribus obligationibus, præſertim,
quando agitur de donatione ob cauſam, & qui- 125
dem onerosam, qualis, ut dictum eſt, *ſuper primo
quæſito in §. At contra*, cenſetur illa, quæ fit 126
contemplatione certi Matrimonii, & Creditor
agit adverſus Donatarium non ſolam perſona- 127
lem actionem, ſed hypothecariam quoque ha-
bentem, *Altagrad. conſ.* 39. *num.* 1. *& ſeq. lib.* 2.,
*Andreol. contr.* 304., *ubi rejicit contraria*, *Mar-
cian. diſput.* 55. *num.* 5. *& ſeq.*, *Rub. in annot. ad
dec.* 666. *n.* 6. *part.* 4. *tom.* 3. *rec.*, *Caren. reſol.* 107.
*num.* 4., *Magon. dec. florent.* 76. *num.* 6. *& ſeq.*,
*Rodriquez de concurſ. creditor. part.* 2. *art.* 1. *nu.*
89., *Rota apud eumdem deciſ.* 34. *num.* 6. *& ſeq.*,
*poſt Zacch. de oblig. Cameral. dec.* 189. *nu.* 28. *&
ſeq.*, *in rec. dec.* 262. *num.* 6. *& ſeq.*, *& dec.* 373.
*num.* 8. *&* 9. *part.* 11., *dec.* 137. *num.* 4. *part.* 12.;
Altera eſt, quod, ut Donatarius teneatur ad ſolu- 128
tionem æris alieni contracti à Defuncto, oportet,
quod ille jure heredis reputetur, videlicet, quod
ſit Donatarius univerſalis omnium Bonorum; is
enim eum loco heredis habeatur, ideòque in eum 129
tranſeant jura omnia activa, & paſſiva Donantis,
*Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 256. *nu.* 17., *Donat.
reſol.* 58. *num.* 11. *&* 13., *Rota in rec. deciſ.* 377.
*nu.* 7. *& ſeq. part.* 4. *tom.* 3., *dec.* 207. *n.* 4. *part.* 6.,
*dec.* 404. *nu.* 24. *part.* 9., *dec.* 101. *n.* 25. *part.* 12.,
*dec.* 13. *n.* 5. *part.* 14., *dec.* 331. *nu.* 1., *& dec.* 610.
*num.* 9. *part.* 18., *coram Benincaſ. dec.* 372. *nu.* 3.,
tenetur propterea ad omnia debita Donatoris, *Leg.* 130
*ſi fideicommiſſum* 50. *§.* 1. *ff. de Judic.*, *Soccin.
conſ.* 236. *num.* 3. *lib.* 2., *Cancer. var. reſol. part.* 3.
*cap.* 7.

Digitized by Google

cap.7. num.128., Cutell. dec. 26. num.1., Giurb.
dec.62. num. 3., Rota coram Benincaſ. deciſ. 105.
num.2., & dec.124. num.1., modò tamen nullus
datus fuerit heres univerſalis, ut copulativè re-
quirunt Celſ. Ugo conſ.13. num.22., Cancer. var.
reſol. part.1. cap.8. num. 68., Amat. var. reſolut.
cap.58. nu. 13., clar. me. Card. de Luca de donat.
diſc.45. nu.2., Rota in rec. dec.228. nu.5. & ſeqq.
part.7., dec.43. n.18. part. 11., in rec. deciſ. 14.
nu.15. part. 14.

Utràque hac regulâ retentâ, ſi res ſit de debi-
131 tis poſt peractam donationem à Donante contra-
ctis, res plana eſt favore Donatarii, & ab eo
cauſam habentis: ſi verò agatur de debitis ante
donationem contractis, in noſtro caſu deſidera-
tur utrumque requiſitum; quippè Joannes Bona
donata obtinuit titulo particulari, & non jure
Donatarii univerſalis, quod æquiparari poſſet
titulo heredis, idemque jure univerſalis heredis
conſecutus fuit cetera omnia Bona in donatione
non comprehenſa. Et quidem, quod Joannes, ſi
conſideretur uti Donatarius, cenſeri nequeat
Donator univerſalis, perſpicuum fit ex eo, quod
132 agitur de donatione particulari, qualis dicitur
diſpoſitio omnis, quæ reſtricta ad certam Bono-
rum portionem, tertiam videlicet illorum par-
tem, vel medietatem, facta minimè reperitur
ſub commemoratione quotæ hereditariæ, ſed
quotæ Bonorum, Celſ. Ugo conſ.96. ſub num. 1.,
Cancer. var. reſol. part.1. cap.8. ſub num. 70., &
tradunt clar. me. Card. de Luca de Fideicom. diſc.
128., & diſc. 129., utrobique num. 5., Palm. al-
leg. 399. num. 3. & ſeqq., Rota in rec. deciſ. 12.
num. 35. part. 10., deciſ. 432. num. 27. & ſeq.
part.18., coram Rmo Anſaldo Dec. deciſ.12. n.8.,
133 Proindèque iſtiuſmodi Donatarius non tenetur
ad debita, aliaſque Defuncti obligationes ante
donationem contractas, ſed hæ ſequuntur here-
dem, ut expreſsè diſponitur in ſuperius citata
leg. æris alieni Cod. de donat., & poſt Dec. conſil.
137. tradit Celſ. Uga conſ. 97. num. 1., Cancer.
var. reſol. part.1. cap.8. num.70.; Is enim repræ-
134 ſentare dicitur perſonam Defuncti, non autem
Donatarius particularis, in quem propterea tran-
135 ſire nequeunt actiones activæ, aut paſſivæ, qui-
bus Donans obſtringebatur, leg.1. §. Si heres, &
leg. cogi §. Indè quæritur ff. ad Trebellian., Gra-
tian. diſcept. forenſ. cap.256. num.18.

Idque potiori jure locum ſibi vindicat in caſu
noſtro, quia Joannes non ſolùm fuit merus Do-
natarius particularis certæ quotæ Bonorum, ſed
prætereà Donator illius favore ſe obligavit de
evictione; proptereàque dicendum eſt, quod,
136 ad differentiam Donatarii, cujus reſpectu inu-
tilis eſſet promiſſio evictionis, quemadmodum
137 inutilis eſſet reſpectu heredis, quia in
utrumque pari modo tranſeunt jura omnia
activa, & paſſiva, quod, inquam, Donatarium
138 iſtum particularem liberare voluerit à quacum-
que obligatione, cui Bona donata ſubjecta eſſe
poſſent, & illi, prout Juris ratio expoſcebat, ob-
noxium relinquere heredem univerſalem, ne
139 alioquin inanis penitus reddatur ſpecialis iſta
evictionis promiſſio, quod ſi ferendum non eſ-
ſet, etiamſi verſaremur in donatione facta titu- 140
lo merè lucrativo, & ſive hæc inceperit à tradi-
tione, ſive à promiſſione, Bartol. in leg. Ariſto
§. finali ff. de donat., Aretin. in §. Actionum an-
tem verſ. advertas ad id inſtit. de Action., Rota
in alibi citata Romana Donationis 25. Junii 1694.
§. Quoniam regularis, & 22. Junii 1695. §. Ite-
rum ſiquidem cor. bon. mem. Pio, multo minùs id
admitti poterit in donatione ob cauſam, & qui-
dem onoroſam, in qua, etiam deficiente pacto, 141
& promiſſione, evictio præſtanda eſt, ex dedu-
ctis ad primum quæſitum §. Propriùs itaque.

Ex his promanat reſolutio quinti quæſiti, vi-
delicet Bona donata exempta eſſe ab expenſis ul-
timæ infirmitatis, & funeris Donatoris, nam, ſi 142
Bona hæc per donationem abſceſſerunt ex Bonis
Donantis, & quidem titulo particulari, in Dona-
tarium minimè transfundente Jura activa, & paſ-
ſiva Defuncti, quæ translata fuerunt in heredem
univerſalem, expenſæ proindè iſtæ, ut cetera
debita, non ad Donatarium particularem, ſed
ad heredem univerſalem pertinere debent; nullo
namque ſpeciali Jure cautum reperitur, quod 143
particularis heres illas ſubire teneatur.

Nec eſt, cur obtendatur, expenſas haſce fieri
potuiſſe pecuniis in hereditate repertis; Opor- 144
teret enim docere de illarum exiſtentia, ut præ- 145
cisè probare tenetur allegans, eaſdem in illa re-
pertas fuiſſe, ad Text. in leg. ei qui ff. de probat.,
Alexand. conſ. 82. num. 13. lib. 2., Gratian. di-
ſcept. 993. num.3., Surd. deciſ.222., Rot. coram
Cavaler. deciſ.130. num.5., & coram Durano de-
ciſ.386. num.24.; præſertim verò, quando ea-
rum negativa probatur ex omiſſa deſcriptione in 146
Inventario, leg. final. §. Licentia, ibique Docto-
res Cod. de Jur. deliberan., gloſſ final. in leg. cum
de lege ff. de probat., Gabriel. de probat. concluſ.
7. num.22., Bonden. collect. leg. lib.2. collect.21.
num.66., Rot. in rec. deciſ.707. ſub num.1. verſ.
Inventarium enim part.1., deciſ.44., & dec. 470.
utrobique num. 5. part. 9., & deciſ. 30. num. 26.
part.10., & in Romana Primogenituræ de Ceſa-
rinis 11. Decembris 1699. §. Cum itaque coram
Rmo Molines; immò verò, cum ex Inventario, 147
quod ab herede exhibetur, excludatur etiam
quævis mala præſumptio occultationis Bonorum,
allegans pecuniarum exiſtentiam in hereditate, 148
magis concludenter illam probare tenetur, Ro-
land. de Inventar part.4., ſection. quæ incipit heres
cum Inventario num.2., Alciat. de præſumpt. re-
gul. 3. præſumpt.20., Altograd. conſ.94. num.30.
lib.1., Saminiat. contr. 49. num.3.

Redeundo ad aliam imputationis quæſtionem
propoſitam in ſexto quæſito, crederem, libras
mille ab Hercule erogatas pro apparatu nuptia- 149
rum Joannis filii eſſe imputandas; Nam, etſi fa-
vore filii pro excludenda imputatione urgere vi-
deatur generalis quædam præſumptio, tacitaque
donandi voluntas; nihilominùs, quoties deficit
titulus donationis à Patre minimè expreſſus,
cum in hac materia imputationis conſideranda 150
ſit cauſa, quæ ex parte dantis neceſſitatem indu-
cat, & reſpectu Parentum reverà urgeat talis cau-
ſæ neceſſitas, dicendum ſanè eſt, quod, quando 151
Pa-

152 Pater tales faciens expenſas nullo pacto declara-
vit, ſe liberalitatem exercere velle, eædem, lege
ipsâ inducente compenſationem, imputentur in
cauſam neceſſariam, ex qua factæ ſunt, benè
*Peregr. de Fideicomm. art. 36. num. 131., & ſeqq.*; quem cum aliis ræfert, & ſequitur *Merlin.
de legit. lib. 2. tit. 2. quæſt. 20. num. 3., & ſeqq.*

Eòque magis huic imputationi locus eſſe vi-
detur in noſtra hypotheſi, quia non ſolum defi-
cit titulus donationis, ſed præterea urget expreſ-
ſa declaratio Patris præcipientis imputationem,
153 quæ declaratio ſi tanti valet, ut in Legitimam
imputentur etiam ea, quæ titulo donationis
à Patre filio tradita fuerunt, ut, ex *Urceol. con-
ſult. 85. num. 22., & ſeqq.*, animadverſum
fuit in primo quæſito *§. Pro qua demum*; quantò
fortius urgebit, quando, ut in caſu noſtro, agitur
154 de expenſis factis, nullo expreſſo donationis ti-
tulo; eas enim ſi Pater juſſerit imputari, colore
nullo talis imputatio evitari poterit, *Rot. deciſ.
54. num. 15. part. 5. rec.*; quæ ſanè declaratio,
tamquam facta ex intervallo, ſi fortè urgere non
poſſet pro ſubjicienda oneri imputationis medie-
tate illa Bonorum, quæ, expreſſo titulo dona-
tionis, contemplatione certi Matrimonii, filio
155 aſſignata fuit, attamen plurimi facienda eſt
quoad ſimiles expenſas, quarum reſpectu non
156 reſiſtit præambulus titulus donationis, & vice-
versâ pro confirmanda declaratione voluntatis
paternæ tales expenſas imputandi in Legitimam,
157 ſummoperè urget neceſſaria cauſa, ex qua illæ
factæ ſunt, ideòque declaratio iſthæc, quamvis
158 facta ex intervallo, attendenda omninò eſt, quia
conformis eſt menti Juris; ab eaque coadjuva-
tur, ut probatum fuit ad primum quæſitum *§. Pro
qua demum*, & conferunt *Sulycet. in leg. ſi Ma-
ter Cod. de contrahend. empt.*, *Dec. conſ. 96. col.
2. verſ. Nec obſtat talis confeſſio*, *Rota cor. Bu-
ratt. deciſ. 228. num. 3., & coram Coccin. deciſ
2305. num. 84.*

Ad ſeptimum quæſitum, an nempè pretium
retractum ex venditione Bibliothecæ, pro medie-
tate comprehenſum cenſeri debeat in memorata
donatione medietatis omnium Bonorum facta
159 Joanni, vel potius ſervanda ſit diſpoſitio ab eo-
dem Hercule explicata in teſtamento, in quo
præcepit, quod illius pretium erogaretur in
quoddam opus pium ab ipſo præſcriptum; Ad
iſtud, inquam, quæſitum reſolutio promanat ex
iis, quæ deducta fuerunt ſuper tertio quæſito;
nam, ut in illius examine probatum eſt, cum d.
Bibliotheca tempore factæ donationis poſſide-
retur ab Hercule, eademque connumeraretur
inter ejus Bona mobilia, eadem procul dubio
comprehenſa cenſeri debet in donatione concepta
ampliſſimis verbis, comprehendentibus medieta-
tem etiam iſtius Bibliothecæ, prout in illa com-
prehenſa certè fuit medietas reliquorum om-
nium Bonorum, quæ à Donatore donationis tem-
pore poſſidebantur, juxtà firmata ad *d. tertium
quæſitum*.

Nec obeſſe poteſt, quod Teſtator in præce-
denti teſtamento integrum Bibliothecæ pretium
in piam cauſam legaverit: nam, ſive ſpectemus
naturam præcedentis diſpoſitionis, ſive etiam
intueamur qualitatem Legati ab ipſo relicti, ex
neutra illarum excludi poteſt comprehenſio d.
pretii in poſteriori donatione. Porrò, ſi expen-
damus naturam præcedentis diſpoſitionis, teſta-
menti nempè, iſtud, tamquam perpetuò, & ſem-
per, ſive per expreſſam, ſive per tacitam Teſta- 160
toris voluntatem revocabile, procul dubio re-
vocatum dicendum eſt per ſubſecutam dona- 161
tionem, cujus vigore, ut alibi notatum fuit ex
*Cuiac. in lib. 6. Cod. tit. 20. de collat. oper. poſth.
tom. 5. fol. mihi 726. lit. A.*, cum Bona donata
abſceſſerint ex Bonis Donantis, Legata, & fidei- 162
commiſſa ab ipſo in teſtamento ordinata, ſubſi-
ſtere dumtaxat poterunt ſuper reliquis Bonis,
quæ tempore obitus penes Defunctum remanſe-
runt; abſque eo quod eiſdem ſubjici queant Bo-
na donata, quæ per donationem jam diſſecta à
patrimonio Donantis, qui illorum dominium
amiſit, *Rota coram Benincaſ. deciſ. 40. num. 12.,
in Baren. Moderationis Monitorii 21. Junii 1697.
§. Quoniam Domini coram Rmo dell'Olmo Epiſco-
po Lucben*; effecta fuerunt patrimonium pro-
prium Donatarii, ad *Text. ſed ſi pluris §. Filiæ
ff. de vulgar., & pupillar.*, *Gratian. diſcept. 650.
num. 25.*, *Rot. ad ornat. clar. mem. Card. de Luc.
de Teſtam. dec. 4. n. 1.* eòque certius in caſu noſtro,
quia, ut dictum eſt in reſolutione quarti quæſiti,
agitur de Donatario particulari certæ quotæ Bo- 163
norum, in quem nulla tranſeunt onera activa,
ſive paſſiva Defuncti, &, quod magis eſt, eidem
promiſſa fuit evictio Bonorum omnium donato-
rum, quamobrem, ut dictum eſt ad *d. quartum
quæſitum §. Utrâque hac regulâ*, ferendum non 164
eſt, quod prætextu iſtiuſmodi Legati eidem adi-
matur medietas pretii Bibliothecæ comprehenſæ
in donatione.

Si autem intueamur qualitatem ejuſdem Le-
gati, ex eo quod illud relictum fuerit in cau- 165
ſam piam, non efficitur, quod medietas iſta rei
legatæ adimi debeat Donatario, in quem illius
dominium tranſlatum liberè fuit. Et ſanè, ſi
Hercules Bibliothecam alienaſſet, aut quovis
alio actu in alium diſtraxiſſet, quis diceret, Le-
gatarium ab alienatario vindicare poſſe rem le-
gatam, quando per illius alienationem Legatum,
cui in præcedenti teſtamento ſubjecta fuerat, re- 166
vocatum cenſetur; *clar. mem. Card. de Luca de
leg. diſc. 48. num. 4.* Nec obeſſe poteſt favor piæ
cauſæ, quem prò excludenda Legati ademptione 167
plurimùm valere, ait *Rota in una Avenionen. Le-
gati 26. Junii 1699. coram bon. mem. Muto, &
in illius confirmatoria 3. Februarii 1702. coram
bon. mem. Pio*, quia, licèt piæ cauſæ favor ſum-
mopere urgeat prò ſuſtinendo Legato pio, quod
per generalem Legatorum ademptionem, aut 168
per mutationem voluntatis Teſtatoris circa he-
redum inſtitutionem revocatum dicatur, qualis
erat caſus dictarum *Deciſionum in Avenionen.
Legati*; aliter tamen res ſe habet quoad Legati 169
revocationem, quæ ex illius diſtractione de-
du-

duc'tur; hoc enim caſu favore piæ cauſæ nihil
ſpecialiter ſtatutum legitur, niſi quando res per
170 Teſtatorem alienata, fuiſſet deindè ab eodem re-
dempta, ac ad ejus hereditatem tempore adi-
tionis reverſa, ut innuitur in *dicta Avenionen.
Legati coram bon. mem. Pio §. Tum etiam quia*,
& plenè firmatur *decif. 25. poſt Conſul. ad Pere-
grin. num. 29. & ſeqq.*, quam ſequitur *clar. mem.
Card. de Luca loco mox citato*. Quæ tamen in-
nuiſſe volui, non ut determinem, an dictum
Legatum revocatum cenſendum ſit nec ne,
quod impertinens eſt ad rem noſtram, ſed ut
oſtendam, tali Legato diminutionem nullam
pati debere Donatarium, in quem Bona irrevo-
cabiliter translata fuere, illud enim, utpotè re-
171 lictum ad onus ipſius heredis, & ſubſtitutorum,
ut notat *Rota in dicta Avenionen. Legati coram
bon. mem. Muto §. Non obſtante*, integrè ab eiſ-
dem præſtandum erit, quatenùs favore cauſæ
piæ dici queat à Teſtatore præſervatum fuiſſe,
per ea, quæ tradit *clar. mem. Card. de Luca de
legat. diſc. 55. num. 3., & ſeqq.*

Nec denique obijci poteſt, pium, opus, de quo
agitur, perfici potuiſſe ex fructibus, & reditibus,
172 qui reperti fuerunt in hereditate, quia, juxta de-
ducta *ſuper quinto quæſito*, probandum eſſet, tem-
pore obitus Herculis in ejus hereditate, & pa-
trimonio repertos fuiſſe dictos fructus, & redi-
tus, atque etiam quia, quatenùs probaretur, ad-
173 fuiſſe, iidem prò medietate comprehenſi cenſe-
rentur ſub donatione.

Octavò quæritur, an D. Agnes repetere poſ-
ſit ſcuta quinquaginta à Joanne ſoluta Patribus
Auguſtinianis, ut recederent à lite, quæ inter
ipſos, & Capitulum Eccleſiæ Avenionenſis ver-
tebat occaſione Legati, de quo in præcedenti
Dubio. Prò juſta hujus Dubii determinatione
174 videndum eſt, ad quemnam pertineret commo-
dum, & incommodum litis, nam, ſi ea ſuſti-
nenda erat ad utilitatem hereditatis, & patri-
175 monii Herculis, D. Agnes juſtâ ratione repete-
re poterit id, quod prò receſſu à dicta lite im-
penſum fuit; Aliter verò dicendum erit, ſi ex ta-
li litis proſecutione Herculis hereditas nec com-
modum, nec incommodum ullum ſenſura erat,
ſed illud ad alios pertinebat, in quos propterea
quemadmodum ex lite commodum redundavit,
ſic etiam expenſarum incommodum eoſdem fer-
re, oportet, *ad regul. Text. in leg. ſecundùm natu-
ram ff. de regul. Jur., Bonden. collect. 44. nu. 318.
tom. 2., Rota coram bon. mem. Emerix Jun. deciſ.
1153. num. 14.*, qua regulâ retentâ, perſpici faci-
lè poteſt, D. Agnetem Jure nullo repetere poſſe
dicta ſcuta quinquaginta, quia Herculis, ejuſque
hereditatis nihil intererat, an dictum Legatum
conſequeretur Eccleſia Parochialis, quamvis il-
lud repudiatum fuiſſet à Canonicis, vel potiùs
deferretur ad Patres Auguſtinianos expreſsè ad
illud vocatos in caſu, quo non acceptaretur à
176 Capitulo, proptereaque, tamquam expenſa non
ad tuendum, ſive augendum patrimonium Her-
culis, ſed voluntariè à Joanne facta, non per-
tinet ad hereditatem Defuncti, ab ejuſque here-
de repeti nequit, *ad Text. in leg. inter quos 39. §.
final., & leg. ſeq. ff. de dam. infect., Peregrin. de
Fideicomm. art. 50. num. 3., & 5., Niger. de ex-
cept. cap. 8. num. 148., Rota coram Ludovif. de-
ciſ. 202. num. 2., & coram Coccin. deciſ. 1722.
num. 7., & coram Emerix Jun. deciſ. 836. num.
7. & 8.*, ſed, ſi Agnes eas perſequi vult actione 177
de in rem verſo, vel utili negotiorum geſtorum,
agere debebit contra Canonicos, qui ex ceſſio-
ne litis à Patribus Auguſtinianis factâ pretio ſcu-
torum 50., Legati commodum conſecuti fuerunt;
ſed id ad rem non pertinet.

Ad nonum quæſitum reſpondendum videtur,
quod, licèt heres gravatus rationem reddere non 178
teneatur de mobilibus, quæ curſu temporis fue-
runt conſumpta, aut conſumpta præſumi poſſunt,
*Peregrin. de Fideicom. art. 10. num. 39., & num.
44., Fuſar. de ſubſtitut. quæſt. 624. num. 9., &
12., Merlin. de legit. lib. 2. tit. 2. quæſt. 6. num. 1.
& ſeqq., Urceol. conſult. 19. num. 29., Bonden.
collect. legal. lib. 2. collect. 20. num. 50., Ro-
ta coram Coccin. deciſ. 1342. num. 8., coram
Ludovif. deciſ. 285. num. 3., coram Bich. de-
ciſ. 58. num. 21., & 29., coram ſan. mem. A-
lexandr. VIII. deciſ. 43. num. 3., & in recent.
deciſ. 250. num. 2., & ſeq. part. 8., in Urbe-
vetana ſupplementi legitimæ 4. Decembris 1699.
§. Quibus coram Reverendiſſimo Molines*, idque 179
procedat, etiamſi gravatus in hereditate repererit
debita, non enim tenetur vendere mobilia, ut 180
ſolvat debita hereditaria, cum poſſit eis uti, at-
que conſumere, ſuaſque facere detractiones in 181
aliis Bonis, *Fuſar. de ſubſtitut. dict. quæſt. 624.
num. 11., Rota ad ornat. clar. mem. Card. de Lu-
ca de teſtament. deciſ. 31. num. 5., in Mantiſſ.*, &
in caſu noſtro de conſumptione talium mobilium 182
dubitari nequeat ob decurſum longiſſimi tempo-
ris centum ferè annorum, *Rota coram Beniacuſ.
deciſ. 296. num. 2., in rec. deciſ. 591. num. 9. part.
19.*, Cenſent enim Doctores, brevioris temporis 183
ſpatio illa conſumpta præſumi, *Carpan. ad ſtatut.
Mediolanen. lib. 1. cap. 300. num. 57. Rot. coram
Card. Cerro deciſ. 283. num. 1., coram Priolo deciſ.
376. num. 4., in Interamnen. Fideicommiſſi 26. Ju-
nii 1697. §. Quia cum agatur in fine coram bon.
mem. Pio, in Romana fideicommiſſi Mutii de Bu-
balo ſuper mobilibus 13. Januarii 1702. §. Diſtin- 184
guentes*, ubi firmatur, tricenarii temporis decur-
ſu præſumi conſumpta mobilia etiam ſolidioris
materiæ, *coram Reverendiſſimo dell'Olmo Epiſcopo
Conchen.*, & generaliter, quod ſufficiat, tantum
decurriſſe temporis, intra quod veriſimiliter il- 185
la conſumi potuerint, *Fuſar. de ſubſtitut. quæſt.
624. ſub num. 6., Merlin. de legit. lib. 2. tit. 2.
quæſt. 6. num. 14., Palm. allegat. 44. num. 28.,
Afflict. deciſ. 13. num. 27., Rota coram Peutin-
ger. deciſ. 186. nu. 2., coram bon. me. Emerix Jun.
deciſ. 1307. num. 3.*

Licèt, inquam, hæc vera cenſeri poſſent,
perpenſis tamen circumſtantiis facti, quæ in his 186
Cauſis perpendi plerumque conſueverunt, nihilo-
minus contraria Juris ratio ſequenda videtur in
caſu noſtro, in quo Teſtator præcepit, quod
mobi-

Digitized by Google

mobilia, quæ in ejus hereditate reperta fuiſſent
tempore ſui obitus, æſtimari deberent, eorumque
pretio diſſolvi æs alienum, hoc namque ca-
187 ſu heres ſub obtentu illorum conſumptionis ſe
eximere nequit à redditione rationis eorumdem,
non enim poterat prò libito illa conſumere, cum
immò teneretur conſervare, vel ſaltem æſtimationem
perſolvere, *Rota in rec. deciſ.156. num.6.
part.18., coram bon.me.Benincaſ. deciſ.388. num.*
188 13., quemadmodum in detractiones etiam imputantur,
quando Teſtator id præcepit, *in Ferrarien.,
ſeù Anconitana Fideicommiſſi* 12. *Decembris*
1698. *§. Penult. coram Reverendiſſimo
Molines*; Et ſanè, ſi, quoties adſunt mobilia, ar-
189 gentea nempè, gemmæ, & his ſimilia, gravatus
diſtrahere nequit ſtabilia prò ſolvendo ære alieno
Defuncti, *Adden. ad Gregor. deciſ.299. num.*
2., *Rota in rec. deciſ.* 12. *num.* 12., *deciſ.* 310.
*num.*2., *& ſeq. part.*15., *deciſ.*206. *num.*4. *par.*
16., *deciſ.*285. *num.*6. *part.*17., *coram bon. mem.
Emerix Jun. deciſ.* 1044. *num.*5., ferendum ſa-
190 nè non eſt, quod gravatus non parens præcepto
Teſtatoris, debita, quæ ſolvenda erant pretio
mobilium, aliis hereditariis rebus illa dimittere
contendat.

Decimo loco quæritur, mobilia quædam ſolidioris
materiæ adhuc extantia, argentea nempè,
an æſtimanda ſint pretio, quo valebant tempore
confecti Inventarii, vel illo temporis purificati
fideicommiſſi? Quæſiti hujus examen ſuperfluum
reddi videtur ex deductis ad proximum
quæſitum, in quo probatum fuit, ex præcepto
Teſtatoris vendenda illa fuiſſe pro ejus æ-
191 re alieno ſolvendo, ideoque de eis ratio reddi
debet, inſpecto tempore ejus obitus, verumtamen,
quatenus tale examen aſſumendum eſſet,
cenſerem, quod vel ob uſum iſtorum argenteorum
factum inter tempus inventarii, & illud re-
192 ſtitutionis fideicommiſſi, eorum valor imminutus
fuit, & hoc caſu, ſi fortè talis uſus illicitus
fuit, quia adhuc aderant debita hereditaria, di-
193 minutio, quæ ex illo evenit, damno heredis
cedere debebit, *Urceol. conſult.*20. *num.*38.; Aut
è contrario, argenteorum valor crevit, quia
194 gravatus illa melioravit, vel auxit, & pretium
melioramentorum ſpectabit ad heredem, idem
*Urceol. dict. conſult.* 20. *num.* 36., modò tamen
ex Inventario, vel aliâ quacumque ratione ap-
195 parere queat de antiquo illorum ſtatu, ex quo
perſpici poſſit, quid verè fuerit impenſum, *Rodulphin.
allegat.* 115. *num.*104., *Rota in rec. deciſ.*395.
*num.*19., *& ſeqq. part.* 13., *deciſ.* 455.
*num.*5., *& ſeqq. part.*14., *coram bon. mem. Emerix
Jun. deciſ.*1290. *nu.* 1., id demum reficien-
196 do, quod minùs eſt inter impenſum, & melioratum,
*ad regul. Text. in leg. in fundo* 39. *de rei
vindicat.*, *Rodulphin. alleg.*115. *num.* 106., *Rota
coram clar. mem. Card. Cerro deciſ.* 766. *num.*
7., *deciſ.*930. *num.*17. *in fine, coram bon. mem. Emerix
Jun. deciſ.* 1290. *nu.* 9., id tamen intelli-
197 gendum, ſi melioramenta utilia ſint, & rem reddant
pretiſiorem, nullâ habitâ ratione illorum,
198 quæ, utpotè reſpicientia merum rei ornatum, vo-
luptuariorum melioramentorum numero accenſentur,
*ad Text. in leg. impenſæ* 79. *§. final. ff. de
verbor. ſignific.*, *leg. voluptuariæ* 7., *& leg. impenſæ*
14. *ff. de impenſ. in rebus dotalibus*, *Amic. de
Jur. emphyteut. quæſt.*70. *num.* 2. *verſ. voluptuariis,
de Angel. de impenſ.*, *& melioram. art.*2. *nu.*
8., *& ſeq.*, *Paulut. diſſert.*34. *num.*1., *Rota
coram Bich. deciſ.*564. *num.* 12., *& ſeq.*, *in rec.
deciſ.*191. *num.*25. *part.*15. *apud Baldacc. in collect.
deciſ.*, *& rer. judicat. tit.*2., *deciſ.* 8. *num.*
9.; gravatus enim haud nimis ſibi blandiens,
uti debet rebus fideicommiſſariis in eo ſtatu, ex 199
quo ſufficientem uſum habere poteſt, *Cephal.
conſil.* 386. *num.*6., *& ſeqq.*, *Magon. deciſ. Lucen.*
33. *num.*18. *& ſeq.*, *Rota cor. Arguell. dec.*
22. *num.*28., *& dec.*76. *nu.*9.

Abſimile non eſt undecimum quæſitum, in
quo inter Partes quæritur de valore Bonorum
ſtabilium, an videlicet reſtituenda ſint ſecundùm
valorem, quo æſtimari poterant tempore
obitus Teſtatoris, vel potiùs inſpiciendum ſit,
quanti illa valerent tempore reſtitutionis. Re-
gula eſt, quod, quemadmodum heredi gravato 200
debentur melioramenta in rebus fideicommiſſariis
ab ipſo facta, *leg. ſi in area ff. de condict. indebit.*,
*leg. fundo*, *& leg. ſi non fortem §. Centum ff.
de rei vindicat.*, *leg. Roman.*61. *ff. ad Trebellian.*,
*& leg. final. Cod. de Alluv.*, *& Palud.*, *Urceol.
conſult.* 20. *num.* 36., *Rota diverſ. part.*4.,
*deciſ.*344. *num.* 2. *verſ.*, *& non comprehenduntur*,
*& coram Merlin. deciſ.*546. *num.* 23., ut
etiam ejus commodo cedunt extrinſeca augmen- 201
ta ex ejus induſtria provenientia, *Peregrin. de
Fideicomm. art.* 10. *num.*16., ſic viceverſâ incre-
menta, ſive decrementa in eiſdem Bonis pro- 202
venientia ex natura rei, cedunt commodo, vel
incommodo fideicommiſſarii, *leg. mulier* 228.
*ſed enim ff. ad Trebell.*, *leg.*3. *ff. de fund. inſtruct.*,
*leg. ſcribit Celſus ff. ad Trebell.*, *Molin. de primogenit.
Hiſpan. lib.*1. *cap.* 26. *num.* 17. *cum ſeqq.*,
*Mantic. de conject. ultim. volunt. lib.*7. *tit.*8. *num.*
23., *Gratian. diſcept. forenſ. cap.*751. *num.* 31.,
*& 32.*, *Rota in Reatina Fideicommiſſi de Clavellonibus*
3. *Julii* 1701. *§. Non adverſatur coram
Reverendiſſimo dell' Olmo*, modò tamen, cum 203
agitur de decrementis, gravatus culpâ vacet, *leg.*
3. *ff. de heredit. vel action. vendit.*, *Antonell. de
tempor. legal. lib.*1. *cap.* 68. *num.* 14., Nam ipſe,
veluti legalis Adminiſtrator, diligentiam omnem 204
adhibere tenetur prò conſervandis rebus fideicommiſſariis,
& quidem majorem illâ, quam
præſtare tenentur ceteri legales Adminiſtratores,
propter videlicet fructus, & detractiones, quas ex 205
fideicommiſſo conſequitur, *clar. me. Card. de Luca
de hered. diſc.* 7. *num.* 8., atque inde ſequitur, 206
quod rationem reddere teneatur de rebus iis,
quæ ipſius culpâ deteriores redditæ fuerunt, *leg.
Mulier. §. Si heres ff. ad Trebell.*, *leg. cum tale §.
Titius*, *ubi Gloſſ.*, *& DD. ff. de condit.*, *& demonſtr.*,
*Bald. in leg. filium*, *quem in fine Cod.
famil. herciſc.*, *Cephal. conſ.*181. *num.* 33., *Cravett.
conſ.*295. *num.* 4. *in fine*, *Molin. de Primog.
Hiſpan. lib.*1. *cap.*20. *num.*2., *Theſaur. quæſt. forenſ.*

*renſ. lib. 2. cap. 84. num. 6., Rota poſt Merlin. de*
*pignor. deciſ. 78. in 2. num. 22., & de legit. deciſ.*
*20. ſub num. 12., in recent. deciſ. 300. num. 34.*
*part. 5.*

Potiori verò jure hæ juris regulæ locum ſibi
207 vindicant in caſu noſtro, quia Teſtator dum vo-
luit reſpectu mobilium attendi valorem, quo
valebant tempore ejus obitus, eo ſecuto, illa æſti-
mari voluit, at, cum de ſtabilibus id non dixerit,
reſpectu illorum rem ſub juris diſpoſitione reli-
quiſſe cenſetur, *Bald. in leg. precibus nu. 44. in*
*fin. ff. de impuber., & aliis ſubſtitut., Mantic. de*
*conjectur. lib. 6. tit. 6. num. 2., Rot. in rec. deciſ.*
*20. num. 5., deciſ. 46. nu. 8., & deciſ. 476. num.*
*18. part. 14.*; In quacumque enim benè ordinata
208 diſpoſitione ſi clarè de aliquo proviſum eſt, ex-
cluditur voluntas diſponendi quoad omiſſa, ad re-
gulam *Text. in leg. unic. §. Sin autem ad deficientis*
*Cod. de caduc. toll., Altograd. conſ. 68. num. 61.*
*lib. 1., Peregrin. de Fideicom. artic. 11. num. 35.,*
*Saminiat. contr. 109. num. 8., contr. 125. num. 97.,*
*& contr. 130. num. 5.*

Duodecimo loco examinandum proponitur,
an Bona etiam comprehenſa in donatione, obno-
209 xia ſint nec ne reſtitutioni dotis Annæ Uxoris,
vel potiùs illa detrahi debeat ex Bonis dumtaxat
obnoxiis fideicommiſſo univerſali? Quæſtio hæc
reſoluta videri poteſt ex iis, quæ enucleata fue-
runt in reſolutione quarti Dubii, ubi demon-
ſtratum fuit, quod Joannes cum non fuerit Do-
natarius univerſalis Bonorum, ſed certæ dum-
taxat illorum quotæ, illi minimè aſſignatæ ſub
nomine hereditatis, ſive titulo quotæ heredi-
tariæ, ad nulla propterea Defuncti debita tene-
210 batur; jura namque activa, & paſſiva non in
ipſum, ſed in heredem univerſalem tranſie-
runt.

Nec obeſſe poteſt, quod idem Joannes, qui erat
Donatarius particularis, extiterit etiam dotis Cre-
ditor, quia non idcircò ſequitur, quod penes
ipſum confuſæ fuerint actiones, talis namque
confuſio, quæ in noſtro caſu præſervata etiam
211 cenſeretur beneficio Inventarii, quod efficit, ut
heres illo munitus, credita ſua petere, ac ſepa-
212 rare queat ab hereditate Defuncti, juxta *Text.*
*in leg. final. §. Et ſi præfatam*, ubi communiter
ſcribentes, *Cod. de Jur. deliber., Rota coram Car-*
*din. Cerro deciſ. 15., & deciſ. 550. utrobique nu.*
*1., Rota deciſ. 16. num. 3. part. 19., coram Eme-*
*rix Jun. deciſ. 901. num. 2.*, prorius ceſſat in ca-
ſu noſtro, quia, ut diximus, ipſe non eſt Donata-
213 rius univerſalis, ſed particularis, ideoque re-
præſentando duplicem perſonam, illam nempè
Donatarii particularis, integramquotam Bonorum
ſibi donatorum conſequi poterit, &, tamquam
ex propria perſona Creditor dotis maternæ, prò
eadem agere poterit adverſus Patris hereditatem;
nil enim in jure noſtro magis familiare eſt du-
214 plici iſtâ repræſentatione, cujus vigore ab una,
eademque materiali perſona exerceri poſſunt ju-
ra utrique perſonæ competentia, *leg. 1. ubi Bald.*
*ff. de offic. conſult., Succin. in leg. cum filio nu. 28.*
*poſt med., ibique Aymon part 2. num. 395., Surd.*
*conſ. 91. num. 19. lib. 1., conſ. 183. num. 42., & 43.*
*lib. 2., & conſ. 365. num. 22. lib. 3., Gratian. di-*
*ſcept. forenſ. cap. 718. nu. 19., & 20.*, idem po-
tiori jure procedit in caſu noſtro, quia tempore
factæ donationis Joannes non erat Creditor hu-
juſce dotis, ſuperſtes enim erat Anna ejus Ma- 215
ter; quamobrem inveriſimile prorſus eſt, Her-
culem Bona donata compenſare intellexiſſe cum
debito, cujus nec venerat, nec ceſſerat dies, *Sul-*
*gad. in labyrint. creditor. part. 3. cap. 6. num. 25.,*
*& num. 52., Rota poſt eumdem dec. 215. nu. 5.*

Parvique refert, quod, etſi nondum ceſſiſſet
dies reſtitutionis dotis; nihilominus Anna quo-
que Mater cum Hercule medietatem ſuorum
Bonorum filio donaverat; quoniam tantum
abeſt, quod ex hoc inducatur compenſatio,
ut potiùs eadem excludatur, dum Hercules
profeſſus fuit Joanni filio ſuo donare medie-
tatem omnium ſuorum Bonorum, & præte-
reà, prò illa magis, magisque confirmanda,
prò illorum evictione ſe obligavit: Quonam ita- 216
que colore dici poterit, quod, quando in eodem
contractu donationis Anna, etiam ipſo ſciente,
& præſente, eidem Joanni communi filio pariter
donabat ſimilem Bonorum medietatem, Bona à
Matre donata conſiſtentia in credito dotali, ad-
versùs ipſum compenſare intellexerit cum Bo-
nis à ſe filio donatis, ſic enim irrita fuiſſet dona-
tio cum promiſſione evictionis ab eo facta, vel
commodum nullum Donatario attuliſſet dona-
tio materna, non enim ille, ut præſeferebat 217
contractus donationis conſecutus fuiſſet diſtri-
butivè integram medietatem Bonorum paterno-
rum, & aliam integram medietatem Bonorum
maternorum, ſed Bona tantùm paterna habuiſ-
ſet, quod, uti ſenſui patet, perabſurdum eſt, &
adverſatur naturæ ſimilium donationum occa-
ſione certi Matrimonii celebratarum.

Non omittendo denique, quod, ſi, ex fuſiùs
examinatis *in primo quæſito*, juxta plurium graviſ-
ſimorum Auctorum ſententiam ſimiles donatio- 218
nes nec etiam cum legitima compenſationem ad-
mittunt, tametſi illa ſit debitum neceſſarium à 219
lege impoſitum, nulloque pacto pendens à Pa-
rentum voluntate, quonam pacto talis compen-
ſatio admitti poterit cum debito dotis, quod di- 220
citur voluntarium, proptereaque, ſi cum eo com-
penſari nequeunt ea, quæ per ultimas volunta- 221
tes relinquuntur Uxori, & filiis, *leg. ſi cum do-*
*tem §. Si Pater ff. ſolut. Matrimon., leg. 1. §.*
*Sciendum Cod. de rei uxor. act., leg. Creditor. Cod.*
*de legat., leg. Creditorem ff. de legat. 1., Cuman.*
*conſ. 22. col. 1. ad med. verſ. his non obſtantibus,*
*Gratian. diſcept. forenſ. cap. 134. num. 19.*, mul-
tò minùs compenſari poterunt ea, quæ per actum 222
inter vivos filiis à Parentibus irrevocabiliter do-
nantur.

Facilis eſt reſolutio decimi tertii quæſiti, an
nempè in reſtitutione dotis Annæ, conſiſtentis in
quantitate, ſpectandus ſit valor monetæ currens
tempore receptæ dotis, vel potiùs ille currens 223
tempore reſtitutionis? In hac enim quæſtione,
quam graviſſimam, difficillimamque dixerunt

Majores noſtri, licèt, prò conciliandis contrariis
diſentieutium Doctorum opioionibus, ea apud
omnes invaluerit, receptaque fuerit diſtinctio,
quâ traditur, quod, ſi ſpecies illa monetæ in ob-
ligationem deducta, & reperta quidem tempo-
224 re contractus, non reperiretur ampliùs tempo-
re ſolutionis, tunc ſolutio facienda eſſet in mo-
neta uſuali, vel alia ſpecie fortaſſè loco antiquæ
ſubrogata, ſecundùm tamen æſtimationem, ſeu
valorem intrinſecum, quem prior moneta ha-
bebat tempore contractus, ut ſtatuitur in *Cap.
olim cauſam* 20., *& Cap. cum Canonicus* 26. *de
Cenſ., & exaction., Jaſon. in leg.2. ſub nu. 91.
verſ. & hoc Cod. de jur. emphyt., Fagnan. in
dict. cap. olim Cauſſam num. 13., Joan. Borcholt
in cap. unic. num.62. tit. quæ ſint regalia, Augu-
ſtin. Bero conſ.143. num.27., & ſeq. lib.1., Fa-
chin. conſ.46. nu. 9. verſ. & ſi ea, Albert. Brun.
de augment., & diminut. monet. part.4. num.1.,
& ſeq., Mynſing. ſingul. obſervat. cent.4.; obſer-
vat. 1., Gaill. pract. obſervat. lib. 2., obſervat.
73. num. 6., & ſeq., Petr. Frideric. Mindan.
conſult. Saxon. lib. 1. quæſt.91. ſub num.1., La-
rat. in Theatr. feudal. part. 11. dilucid. 82. num.
6., Frideric. Martin. de jur. cenſ. cap.8. nu.49.,
Jacob. Cluſius de jur. offer. cap.12. num. 38. verſ.
ſi moneta, Joan. Cappon. practic. obſerv. lib. 2.,
obſervat.8. num.3. verſ. ſi ſpecies, Leotard. de uſur.
quæſt.67. num. 27. verſ. ſi illa, Tondut. reſolut. ci-
vil. part.1. cap. 14. num. 5., Borgnin. Cavalcan.
deciſ.16. num.45. in fin., Crivell. deciſ. Dolan.36.
num.6., & ſeqq., Gobb. in ſuo tract. de monet.
quæſt. 4. num. 39., Rota coram Puteo lib. 2.
deciſ.45., coram Pen. deciſ. 5. num.13., poſt Cenc.
de Cenſ. deciſ.217. num.1., in rec. deciſ.351. num.
2. part. 14.*; Vice autem versâ, ſi ſpecies monetæ
225 iu obligationem deducta, adhuc extet tempore,
quo fieri debet ſolutio, tunc illa ſpecies ſolven-
da eſt, vel ejus æſtimatio inſpecto valore tem-
poris ſolutionis faciendæ, ut tradunt *Joan. Bor-
cholt, Fagnan., Larat., Crivell.*, ceterique fe-
rè omues mox allegati, quibus adduntur *Urſell.
concluſ. legal. 69. num. 34., Tondut. reſolut. ci-
vil. cap.1. num. 7., & ſeq., clar. mem. Cardin. de
Luca de Benefic. diſc. 89. num.16., Antonell. de
tempor. legal. lib. 1. cap. 42., Gobb. conſult. 25.
num.7., & conſult. 138. num. 2., & ſeq. Reve-
rendiſſimus Anſald. de commerc., & mercat. diſc.
88. num.2., & diſc.89. num.3., Rota coram Lu-
doviſ. deciſ. 42. num. 6. & ſeq., & in Vercellen.
annuæ præſtationis 22. Junii 1701. §. Etenim,
& ſeqq. coram Eminentiſſimo D. Card. de la Tre-
moille*.

Nihilo tamen minùs, ut expediamur ab hac
ardua quæſtione, hujus diſtinctionis adminiculo
uon egemus; Controverſias namque omnes
ſuſtulerunt Contrahentes, qui in capitulis ma-
trimonialibus expreſsè declararunt, quomodo,
eveniente caſu reſtitutionis dotis, æſtimandus eſ-
ſet valor pecuniæ dotalis; dixerunt enim = *pari-
mente è ſtato accordato, etiam, che il detto Er-
cole ricuperi le ſudette ſomme in oro, o in mone-
ta, il detto Ercole ſarà tenuto pagarle alla detta
Anna al valore corrente, che li ſcudi s'impiegano
al preſente, o che s'impiegheranno di più del tem-
po, che il pagamento ſarà fatto a lui*. =

Ad normam itaque mox relati pacti reſtitutio 226
dotis facienda erit in ſcutis aureis, vel argenteis
æſtimandis quanti valebant tempore, quo ab Her-
cule dos exacta fuit, non enim integrum eſt re- 227
cedere à lege, quam Contraheotes ſibi expreſsè
dixerunt, *clar. mem. Card. de Luca de regal. diſc.
33. num.8., Rm̃s Anſald. de commerc., & mercat.
diſc.88. num.3.*; Pactum namque hujuſmodi de 228
reſtituenda dote in certa, & determinata quan-
titate quæſtionem omnem ſubmovere dicitur,
*Ludovic. concluſ.10. col.2. verſ. ſed quidquid, Rot.
coram ſan. mem. Alexand. VIII. deciſ.64. num.7.,
& ſeqq.*

Parum immorandum videtur decimo quarto
quæſito, nimirum, an augmentum quoddam
dotis ab Anna ſuperlucratum, comprehenſum
cenſeri debeat in inſtitutione univerſali heredis
ab ipsâ factâ favore Joannis, vel potiùs ob ejus
mentionem omiſſam in dicta univerſali inſtitu-
tione, in ea minimè comprehenſum cenſendum
ſit, ideoque jure inteſtatæ ſucceſſionis viriliter
dividendum inter præfatum Joannem, & Eliſa-
betham, atque Conſtantiam ejus Sorores? pa-
rùm, ut dicebamus, huic quæſito immorandum, 229
nam, cum Anna heredem univerſalem inſtituerit
Joannem in omnibus ſuis Bonis, juribus, actio-
nibus, ac nominibus Debitorum, ambigi ſanè
nequit, quin ſub univerſalitate iſta rerum om-
nium, & jurium hereditariorum comprehen-
ſum quoque fuerit augmentum hoc dotale, ob
viri præmorientiam ipſi quæſitum; Hæc enim
eſt vis, & efficacia tituli hereditarii, ut ſub eo 230
comprehendantur res, & jura omnia Defuncto
competentia, *leg. hereditatis appellatio, & leg.
nihil eſt aliud 24. ff. de verbor., & rer. ſignificat.,
& leg. hereditas ff. de regul. jur., Paulut. diſſert.
1. num.8., Rota coram Priolo deciſ.253. num. fi-
nal., & deciſ.180. num.3. part.19. rec.*, immò
verò, tametſi colore aliquo ſuſtineri poſſet, ſub
hujuſmodi tituli generalitate augmentum, de
quo agitur, comprehenſum dici non poſſe, non
idcircò tamen reſpectu ejuſdem locus eſſet inte-
ſtatæ ſucceſſioni favore dictarum ſororum Joan-
nis, ob certam illam juris regulam, quâ admone-
mur, quod, quamvis agatur de herede in re cer- 231
ta inſtituto, ſi tamen nullus eidem datus ſit co-
heres, vel hic illi prædeceſſerit, efficiatur he-
res univerſalis ſuccedens in univerſum jus, &
patrimonium Defuncti, ne alioquin contingat,
Teſtatorem decedere prò parte teſtatum, & prò 232
parte inteſtatum contrà cenſuram *Text. in leg. 1.
§. Si ex fundo, & leg. quoties §. Si duo ff. de
hered. inſtitut., Bellon. de jur. accreſc. cap.7. quæſt.
7. per tot, Paulut. diſſert.6. num.31., & num.36.,
clar. mem. Card. de Luca de teſtam. diſc.41. num.
4., & ſeq., Rota coram ſan. mem. Alexand.
VIII. deciſ.162. num.6., & deciſ.203. num.11.,
& ſeqq., & coram Emerix Jun. deciſ. 585.
num. 12.*

Ut etiam prætermitti poteſt decimum quin-
tum

Digitized by Google

tum quæſitum, an ſcilicet renunciatio facta à
Conſtantia occaſione Matrimonii favore Hercu-
lis Patris, repellere valeat Philippum à conſecu-
tione medietatis dicti lucri, quaſi hæc ob re-
nunciationem ſpectare poſſit ad hereditatem
Herculis; nam Conſtantia tàm favore Herculis
Patris, quàm etiam favore Annæ Matris diſtri-
233 butivè renunciavit juribus omnibus ſuper utriuſ-
que hereditate, & Bonis ſibi competentibus,
ideoque, cum per renunciationem iſtam jus omne
ſuum remiſerit ſuper utriuſque reſpectivè here-
ditate, remiſſio hæc operari quidem poterit,
quod ipſa dictam medietatem augmenti conſe-
qui nequeat, at non etiam efficiet, quod, mor-
234 tuo Hercule, Anna conjux, & cauſam ab ea ha-
bentes illud conſequi nequeant; Et ſanè, cum re-
nunciatio iſta favore etiam Annæ à Conſtantia
235 facta, operetur, quod, ejuſdem perſonâ veluti è
medio ſublatâ, ejus Bona pervenire debeant ad
illos, qui ex Annæ diſpoſitione, vel legis mini-
ſterio ad ejus hereditatem vocantur, *Giovagnon.
conſ.20. num. 30. lib.3., Rota poſt Merlin. de le-
git. deciſ. 159. num.4., coram Emerix Jun. deciſ.
1323. num. 3., & ad ornat. clar. mem. Card. de
Luca lib.6., deciſ.19. num.27.*, propterea, dum
iſta heredem inſtituit Joannem, nullo pacto di-
ci poterit, quod medietas præfati augmenti
ſpectet ad hereditatem Herculis, quando totum
augmentum ſpectabat ad Annam, & compre-
hendebatur in ejus hereditate, à qua Conſtantia
excluſa reperitur tàm per renunciationem ab ipſa
emiſſam, quàm per inſtitutionem univerſalem
Joannis factam ab Anna.

Decimi ſexti quæſiti, an vigore renunciatio-
nis factæ ab Eliſabetha, ejus Bona pertineant ad
Agnetem, ſive Philippum? reſolutio oritur ex
tenore ejuſdem renunciationis hac formâ conce-
ptæ = *E perchè così gl'è piaciuto, e piace, hà da-
to, ceduto, e rimeſſo, e traſportato, dà, cede,
rimette, e traſporta in perpetuo per pura, e ſem-
plice, & irrevocabile donazione, che ſi fà, e di-
ce trà vivi, à Giovanni ſuo fratello in caſo, ch'egli
ſi trova erede univerſale del detto Ercole loro Pa-
dre, e mancando la detta condizione, a tali, o ta-
le delli ſuoi fratelli, o ſorelle, nelle perſone
delle quali la detta condizione ſarà compita, e in
loro mancanza, a tale, o tali altri, che ſi trove-
rà, o troveranno eſſer eredi univerſali del ſu-
detto Padre, cioè colli medeſimi peſi, qualità,
condizioni, e danni, ſotto li quali la detta eredità
reſpettivamente li ſarà caduta, e ſpetterà* = Cum
itaque paſſim fieri ſoleant inſtitutiones filio-
236 rum juxtà formam, & modum ordinatum in
alterius diſpoſitione, *Gozzadin. conſ. 52. num. 3.
verſ. tertiò moveor, Peregrin. de Fideicom. art.
26. num.114., & art.51. nu.37., Torr. de Pri-
mog. Ital. part.2. quæſt.20. num.2., & ſeq., Ca-
ſtill. deciſ. 50. num. 1., Rota coram Pea. deciſ.
967. num. 5., coram ſan. mem. Alexand. VIII.
dec.97. nu.5., & 6.*, & non minùs in ultimis vo-
luntatibus, quàm in contractibus ſimiles diſpo-
237 ſitiones per relationem ad illam alterius ordinari
poſſe, tradunt *Caſanat. conſ. 56., Maſtrill. deciſ.
190., Caſtill. deciſ.50., Rota coram bon. mem.
Emerix Jun. deciſ. 902. num.6., & deciſ. 1087.*;
propterea, dum Joanni morienti ab Hercule ſub-
ſtitutus reperiatur Philippus, quemadmodum
idem vigore talis ſubſtitutionis conſequitur uni-
verſam hereditatem fideicommiſſariam Hercu-
lis, ſic etiam, excluſâ Agnete, conſequi debet Bona
omnia Eliſabethæ renunciantis, quæ renuncia-
tionem ſuam conformare voluit diſpoſitioni te-
ſtamentariæ Herculis Patris ſui; Perſonæ nam- 238
que omnes vocatæ in relato, ad cujus formam
facta fuit diſpoſitio referens, in iſta quoque voca-
tæ cenſentur, *Caſanat. conſ.47. num.68., & conſ.
50. num.42., Gobb. conſult. 121. num.45., clar.
mem. Cardin. de Luca de Fideicommiſ. in ſumm.
num.208., Ceaſal. ad Peregrin. de Fideicommiſ.
art.33. ad num.60., & 61., Rota coram Penting.,
deciſ.162. num.1., & ſeqq., & deciſ. 208., &
deciſ.219., coram clar. mem. Cardin. Cerro deciſ.
286. num. 4., coram bon. mem. Emerix Jun. deciſ.
187., & deciſ. 902. num. 7., & ſeq., & deciſ.
1087. num.1.*

Nec obeſſe poteſt, quod Eliſabetha in renun-
ciatione ab ipſa factâ, ad ſua Bona vocaverit il-
lum, qui foret heres univerſalis Herculis, qua-
lis fuit Joannes, licèt gravatus reperiretur illius 239
Bona reſtituere aliis deinceps vocatis; Tale quip-
pè onus non efficiebat, quin gravatus verè, &
propriè eſſet heres; Pendente namque conditio- 240
ne fideicommiſſi, gravatus non differt ab herede
ſimplici, *Rota coram bon. mem. Emerix Jun. deciſ.
1230. num.8.*, & frequenter alibi, objectio nam-
que iſta urgere poſſet, ſi renunciatio ſiſteret in ſo-
la deſignatione ſucceſſoris Bonorum renunciato-
rum, ſed, poſtquam in illa indigitatur talis ſuc- 241
ceſſor, heres nempè inſtitutus ab Hercule, ſubditur
declaratio illa = *cioè colli medeſimi peſi, condizio-
ni, e danni, ſotto li quali la detta eredità reſpet-
tivamente li ſarà caduta, e ſpetterà* =, hæc pro-
fectò declaratio operatur, quod relatum, cum
omnibus ſuis qualitatibus ineſſe cenſeatur refe-
renti, ut, præter auctoritates allegatas in §. *præ-
cedenti*, tradunt *Adden. ad Caſtill. deciſ.50., Ur-
ceol. deciſ. Florent. 11. num.30., & ſeqq., & in
una Romana, ſeù Rentina Fideicommiſſi 23. Ja-
nuarii 1697., confirmata 2. Decembris ejuſdem an-
ni cor. Emo D. Card. de la Tremoille.*

Nec etiam officit, quod, cum Eliſabetha vo-
caverit eos = *che ſi troverà, o troveranno eſſere
eredi univerſali del ſudetto Padre* =, & Joannes
ſit tum heres, tum Donatarius univerſalis me-
dietatis Bonorum omnium Herculis, dicendum
propterea ſit, quod Agnes adſpirare ſaltem queat
ad medietatem dictorum Bonorum renunciato-
rum, Joanni debitam tamquam Donatario me-
dietatis Bonorum paternorum; nam objectio iſta
plenè ſublata fuit in examine quarti quæſiti, in quo
oſtendimus, Joannem non eſſe Donatarium uni-
verſalem, ſed certæ dumtaxat quotæ Bonorum, 242
quamobrem ipſe gerit duplicem perſonam, Do-
natarii ſcilicet particularis, & heredis univerſalis,
ac per conſequens, cum Eliſabetha non vocaverit
qualemcumque Bonorum paternorum ſucceſſo-
rem,

rem, ſed illum, vel illos dumtaxat, qui titulo
heredis univerſalis Herculi ſucceſſiſſent, ut D.
Agnes vigore dictæ renunciationis quidpiam
conſequi poſſit, juvari nequit titulo particularis
donationis factæ Joanni, ſed venire debet ex
titulo univerſalis heredis, ſive fideicommiſſi ab
Hercule ordinati, & ad quod Eliſabetha expreſ-
ſam habuit relationem.

Progredimur ad decimum ſeptimum quæſi-
tum, an nempè quantitas illa, quam Hercules
in tranſactione quadam ſe ſoluturum promiſit
Placido fratri, hodiè peti poſſit ab Agnete cau-
ſam habente à præfato Placido? Pro recta hujus
Dubii determinatione plurimùm conferre poſ-
ſent circumſtantiæ, & adminicula facti, quæ
meliùs, quàm nobis, DD. Requirentibus inno-
teſcere poſſunt; Ab his enim præcipuè pendet
determinare, an ſolutio præſumenda ſit nec
ne; nihilominùs rem in abſtracto attingendo, di-
243 ci poſſe videtur, quod ſolutio, licèt ſit quid fa-
cti, benè tamen ex conjecturis quoque, & præ-
ſumptionibus induci poteſt, *Maur. de ſolut. cap.
4. num.8., Menoch. de præſumpt. lib.3. præſumpt.
135. num.1., Maſcard. de probat. concluſ. 1324.
num.26., Gratian. diſcept. 739. num.38., & di-
ſcept. 860. num.5., Surd. deciſ.105. num.6., &
num.11., & ſeq., Magon. deciſ. Florent.2. num.
2., & ſeq., Mart. Medic. deciſ. Senen. 84. num.
7.*, duaſque tantùm conjecturas ſufficere, tradit
*Felic. alleg.41. num.3.*

Aliquales verò conjecturæ deficere minimè
videntur in caſu noſtro, earumque prima oritur
244 ex inveriſimilitudine non factæ ſolutionis, *Pariſ.
conſ.137. num. 12. lib. 4., Menoch. d. præſumpt.
135. num.14., Surd. d. deciſ.105. num. 2., Mo-
nach. deciſ. Florent. 2. num.14., Rot. coram Pen.
deciſ. 111. num. 2.*, quæ præcipuè adeſſe dicitur,
245 quoties agitur de Debitore opulento, qui com-
modè debitum ſuum exſolvere potuiſſet, contrà
verò Creditor ejus erat conditionis, ut, ſinè in-
commodo, ſolutionis dilationem ferre non poſſet,
*Alexand. conſ.283. num.29. verſ. & hanc partem
lib.6., Altograd. conſ.53. num.34. lib.2., Caren.
reſol. 108., Pegaſ. reſol. Forenſ. part. 3. cap. 28.
ſub num.676., Surd. deciſ.103. num.3., Ludovic.
deciſ. Lucen. 4. num.39., Zuccar. deciſ.58. n.6.,
Rot. cor. bon.mem. Emerix jun. deciſ.1350. n.7.,
& ſeqq., & in rec. deciſ.86. num.7.*

Eademque conjectura validior redditur ex la-
246 pſu longi temporis, ex quo conjici poſſe ſolutio-
nem, tradunt *Cravet. conſ.148. num.13., Alto-
grad. conſ.53. lib.2., Cyriac. contr.516. nu. 14.,
Andreol. contr.57. nu.1., & ſeqq., & contr.318.
num. 13., Rot. cor. Gregor. deciſ. 468. num. 9.,
coram Buratto deciſ.641. num.5., coram Merlin.
decis.246. num. 3., coram Card. Celſo deciſ. 40.
247 num.6.*, & rectè quidem ex ſimili longi tempo-
ris intervallo arguendam eſſe ſolutionem, pluri-
bus etiam municipalibus legibus ſancitum repe-
248 ritur, quia illam vehementem dixit *Menoch.
conſ.1257. num.9.*, aliique, quos ſequitur *Caren.
249 reſol.108. num.4.*; præſertim verò, quando pe-
titio ſolutionis dilata appareat diù poſt mortem
Debitoris, *Menoch. de præſumpt. præſumpt. 91.
num.7., & præſumpt.135. num.19. lib.3., Fonta-
nell. de pact. nupt. tom. 2. clauſ. 5., Gloſſ.8. num.
88., Excubar. de ratiocin. quæſt. 37. num. 10.,
Hodiern. contr. forenſ. cap. 13. num. 39.,
Afflict. deciſ. 13. num. 21., Rot. coram Sera-
phin. deciſ. 684. num. 6., & coram Pamphil.
deciſ. 720. pariter num. 6.*, qui inquiunt, hoc
caſu legem malè ſuſpicari de petitione iſta, facta 250
adverſus heredes malè informatos, & demum
agitur inter conjunctas perſonas, inter quas cum 251
frequenter iſtiuſmodi ſolutiones brevi manu, &
minutatim abſque inſtrumentis, & chirographis
peragantur, faciliùs propterea admitti debent, 252
*Rot. in rec. deciſ.425. num.7. part.*

Decimum octavum quæſitum difficultate va-
care videtur, nam, cum heres gravatus diſtinctè
in Inventario deſcribere teneatur ſcripturas ad 253
hereditatem ſpectantes, & de illis, ut de ceteris
Bonis hereditariis, rationem reddere, *Rota cor.* 254
*Arguell. deciſ.81. num. 16., & num. 18., & cor.
bon. mem. Emerix jun. deciſ.284. num.7.*, inde
ſequitur, quod D. Agnes jure cogi poteſt à Phi- 255
lippo ad exhibendas, reddendaſque ſcripturas,
& libros pertinentes ad hereditatem Herculis,
& qui in illa reperti fuerunt, ut, ex profeſſo di-
ſcuſſo articulo, probatum fuit in *Romana Primo-
genituræ de Caſarinis ſuper exhibitione, & ju-
ramento in litem 21. Januarii 1707. cor. R.P.D.
Lancetta*, & hæc obligatio adeò efficax, & vali-
da eſt, ut D. Agnes à dd. ſcripturarum reſtitu- 256
tione ſe eximere nequeat ſub obtentu, quod
illæ amplius non reperiantur, & penès eam mi-
nimè exiſtant, quia, cum tum ipſa, tum etiam he-
redes gravati ejus Authores tenerentur eaſdem 257
ſcripturas diligenter conſervare, ſi in hoc defe-
cerint, adverſùs illos locus eſt juramento in li- 258
tem, ad quanti nempè intereſt, eas non fuiſſe
conſervatas, ut proſequitur *mox citata Deciſio
§. Non obſtat, & ſeqq.*

Reliquum modò eſt, ut rem abſolvamus, re-
ſolvendo decimum nonum, & poſtremum quæ-
ſitum, vertens ſuper repetitione tum expenſa-
rum omnium, quas Joannes, & Paulus fecerunt
pro ſuſtinenda quadam lite, agitata ſuper terra
de Floris, tum quantitatis illius, ad cujus ſolu-
tionem Paulus Pater ſuus à Judice condemnatus
fuit; ambigi ſanè nequit, quin Succeſſores in
fideicommiſſo reficere teneantur heredibus gra- 259
vatis expenſas factas pro tuendis Bonis, & juribus
fideicommiſſi, *leg. ubi purè §. Qui in diſtrahendis
ff. ad Trebell., Campegg. inter conſilia Grati
conſ.9. num.17. lib.1., Emilian. conſ.14. per tot.,
Molin. de Primog. lib.1. cap.27. num.11., Pere-
grin. de Fideicomm. art. 50. num. 11., clar. mem.
Card. de Luc. de Feud. diſc.76. num.8., Adden.
ad Buratt. dec.401. num. 17., Rot. cor. Seraph.
dec.925. num.3., coram Ludoviſ. deciſ.198. n.4.*;
immò verò tales expenſæ, utpotè privilegiariæ, 260
potioritatem obtinent contrà ceteros Creditores,
*Campegg. inter conſil. Grat. conſ.9. num.17. verſ.
eodem modo, Peregr. de Fideicomm. art. 50. n.9.,
Rot. cor. Duran. deciſ.53. num.8.*; & modò gra-
vatus temerè non litigaverit, illas juſtè repetit, 261
tametſi in lite ſuccubuerit, non enim ipſi lice-
bat

252 bit fideicommiſſi jura indefenſa derelinquere,
ad *Text. in leg. illud ff. de petit. heredit.*, *Peregrin. de Fideicomm. art. 50. num. 11.*, *Merend. contr. Jur. lib. 18. cap. 43. num. 2.*, *& ſeqq.*, *Urceol. conſult. foreuſ. cap. 20. num. 31.*, *Adden. ad Buratt. deciſ. 301. num. 17. in fin.*, *Adden. ad Ludoviſ. deciſ. 197. num. 6.*, *Larrea deciſ. Granaten. 88. num. 11.*, *Rot. diverſ. deciſ. 517. num. 5. part. 4.*, *coram Seraph. deciſ. 925. num. 3.*, *& ſeqq.*, *& coram Duran. deciſ. 53. num. 9.*, &, rejecto *Angelo*, in *leg. final. §. In computatione Cod. de jur. deliber.*; Gravato itaque ſatis eſt, quod
263 quoquo modo negotium ab eo utiliter geſtum
fuerit, *Adden. ad Buratt. d. deciſ. 401. ſub n. 17.*, *Rot. diverſ. d. deciſ. 517. num. 7.*, *& coram Seraph. deciſ. 525. num. 5.*; quippè non exitum, ſed
264 initium negotiorum, in iis, quæ neceſſaria repu-
tantur, attendendum eſſe, monemur in *leg. & in totum ff. de impenſ. in reb. dotal.*, *& leg. ſi neceſſarios in princip. ff. de negot. geſt.*, & proſequitur idem *Peregrin. d. art. 50. num. 11.*; propterea que gravatus tunc demum repelli poterit, quum per
265 calumniam litigando, ſuccubuerit, ad *Text. in*
*leg. non eſt ignotum Cod. de adminiſtrat. Tutor.*, *& notat Bartol. in leg. ità tamen. §. In hoc verſ. ſecundò quæro ff. de judicat. ſolvend.*, *Peregrin. de Fideicomm. art. 50. num. 11.*, *Adden. ad Buratt. deciſ. 401. num. 17. in fin.*; &, quod de expenſis
256 conſtitutum eſt, locum etiam habet reſpectu
quantitatis, ad quam ſolvendam heres gravatus coactus fuit, id enim fuit effectus judicati, fideicommiſſum conſtituentis debitorem in quantitate illa, quæ idcircò, ut cetera debita hereditaria, à gravato retineri poterit, ad tradita per *Rot. cor. Card. Celſo deciſ. 269. num. 17.*, *& ad ornat. clar. mem. Card. de Luc. tit. de Teſtam. deciſ. 19. num. 21.*

At verò contraria prorsùs Juris determinatio ſtatuenda videtur reſpectu fructuum, ad quorum reſtitutionem, unâ cum ſorte Paulus à Judice condemnatus fuit. Reſpectu namque iſtorum, juſtitiæ, & æquitatis ratio præcipiebat, quod,
267 quemadmodum heres gravatus fructus Bonorum
fideicommiſſariorum perceperat, ſic vice verſâ illos percipere debebat cum ſuis oneribus, quæ pertinent ad Fideicommiſſarium, ſicuti ad eum pertinent fructus, ut, ex *Text. in leg. hactenus, ubi ſcribentes, leg. uſufructu legato, & leg. ſi pendentes §. Si quod cloacarii ff. de uſufruct.*, *& leg. fructus Cod. de action. empt.*, argumentatur *Peregrin. de Fideicomm. art. 4. num. 65.*, *Rot. coram ſan. mem. Alexand. VIII. deciſ. 28. num. 29.*, *poſt Torr. de pact. futur. ſucceſſ. deciſ. 162. num. 21.*, *in Romana Cenſus 13. Maii 1702. §. Certi coram Emo D. Card. dela Tremoille.*

Quod tamen cum duplici declaratione intelligendum eſt, ut videlicet id procedat reſpectu dumtaxat fructuum ab ipſo herede gravato perceptorum, at non etiam idem determinandum ſit reſpectu fructuum perceptorum à Conditore
268 fideicommiſſi. Nam, ſi gravatus ad aliquam illo-
rum portionem reſtituendam condemnatus fuiſſet, hæc inter debita hereditaria recenſenda eſſet, ideòque idem ad illam ſolvendam condemnatus, eamdem retinere poſſet; ut etiam heres
gravatus à fideicommiſſo repetere poterit por- 259
tionem illam fructuum, quam perſolvit, nullo habito reſpectu ad medietatem rei donatæ, nam, ut fusè dictum eſt ad quartum quæſitum, cum agatur de Donatario particulari certæ quotæ Bo-
norum, in quem tranſire nequibant jura paſſiva 270
Defuncti, prætereaque à Donatore eidem ampliſſimè promiſſa eſſet evictio pro omnibus moleſtiis, & damnis, quæ pati potuiſſet ſuper Bonis donatis; profectò nullum majus, & nitidius
damnum accidit ei, qui evictionem patitur, illo 271
amiſſionis fructuum, quos ex re abducta percepiſſet, ſi, ea evicta non fuiſſet; quamobrem
manifeſti juris eſt, ejuſmodi intereſſe ab eo, qui 272
de evictione tenetur, emendandum eſſe, ut his verbis loquitur *Rot in Mantiſſ. ad ornat. clar. mem. Card. de Luc. de Judic. deciſ. 18. num. 2.*, ubi refert concordantia juris loca, & auctoritates, cumque, ut mox dictum eſt, agatur de Donatario particulari, cui à Donante non fuit tradita res cum jure dumtaxat illo, quod ſuper eadem Donanti competiiſſet, ſed ſimpliciter certas res particulares, ſive quotam Bonorum do-
naverit, cum ſuperiùs dicta ampliſſima evictio- 273
nis promiſſione, hinc eſt, quod Donatarius conſequi debet incolumitatem rei donatæ, vigore promiſſæ evictionis ſibi debitam, quæ efficit, quod Promiſſor ipſe, illiuſque heredes, & ſuc-
ceſſores, ultra reſtitutionem pretii rei evictæ, te- 274
neantur ad omne id, quod intereſt, rem evictam non fuiſſe, videlicet, ut explicat *Paul. Juriſconſult. in leg. ſi commiſſa ff. rem rato habet = quantum ſtipulanti abfuit, & lucrari potuit =*, &, aliis congeſtis Juris locis, & auctoritatibus, benè *Rot. in mox cit. deciſ. 18. num. 1.*

## *Romana, ſeù Civitatis Ducalis pretenſæ Immiſſionis.*

Sub nomine filiorum in conditionali parte an, & quando veniant ulteriores Deſcendentes? Bonorum conſervatione à Teſtatore volita in Maſculis *de domo ſua*, quando etiam Cognatos dicatur contemplaſſe? Ex præcedenti ſubſtitutione veniens, licèt ſimpliciter in conditione poſitus, ulteriorem excludit ſubſtitutum. Vocatis illis de *domo*, & *familia*, vocati non cenſentur, qui idem dumtaxat cognomen gerunt.

## VOTUM XLV.

1 *Nominationi in ejus perſonam faciendæ locum factum eſſe, Actor probare debet.*
2 *Nominationis in ejus perſonam faciendæ conditione non adhuc purificatâ, Actor repellendus eſt*, & num. 53.
3 *Pars conditionalis diſpoſitivam declarat.*
4 Filiorum *nomine in conditionali parte veniunt nedum filii primi gradus, ſed ulteriores etiam Deſcendentes.*
5 *Teſtator ſemper cenſetur proximiores remotioribus præferre voluiſſe.*

6 *Ali-*

6 *Aliter* filii, *aliter* nepotes *appellantur*.
*Ab hac regula receditur ex qualibet veriſimilis voluntatis Teſtatoris conjectura*, ibid.

7 Filiorum *nomine ex qualibet veriſimilis voluntatis Teſtatoris conjectura ulteriores veniunt Deſcendentes*.

8 *Præſertim, cum de Aſcendentis diſpoſitione agitur*, & num. 41.

9 Filiorum *nomine comprebenſos ulteriores Deſcendentes arguunt verba perpetuitatem temporis importantia*.

10 *Sic etiam diſpoſitio collata in tempus remotiſſimum*, & num. 11., & 23.
*Hæc autem quando concurrere dicantur?* nu. 12., & ſeq.

12 *Verba* = ita ut perpetuò hereditas in Maribus conſervetur, & in ipſius D. Teſtatoris domo = *perpetuitatem diſpoſitionis indicant*.

13 *Ratio conſervationis Bonorum cum generaliter adjecta eſt, diſpoſitio principaliter ab Bona directa dicitur*.

14 *Perpetua Bonorum conſervatio volita in Maſculis, comprebenſionem arguit ulteriorum Deſcendentium ſub filiorum nomine*.

15 *Bona faciliùs conſervantur, ulterioribus admiſſis Deſcendentibus*.

16 *Teſtator, habitá ratione perpetuæ Bonorum conſervationis, non eſt cenſendus filiorum vocationem coarctaſſe ad filios primi gradus*.

17 *Ratio perpetuæ Bonorum conſervationis generaliter adjecta in prima ſubſtitutione, ſequentes etiam ſubſtitutiones afficit*.

18 Maſculorum *mentio indefinita in prima ſubſtitutione, ad omnes refertur Maſculos in aliis ſubſtitutionibus comprebenſos*.

19 *Sub ratione conſervandi Bona in Maſculis generaliter adjectá in prima ſubſtitutione, veniunt omnes Maſculi, etiam in ulterioribus comprebenſi ſubſtitutionibus*.
*Procedit, licèt primæ dumtaxat ſubſtitutioni adjecta ſit*, num. 21.

20 *Quibus verba diſpoſitionis conveniunt, ipſis convenire debet diſpoſitio*.

22 *Ratio conſervationis Bonorum ampla, & generalis, cenſetur principaliter adjecta ad totam informandam diſpoſitionem*.

23 *Et ad perpetuum inducendum fideicommiſſum inter perſonas omnes ſub eadem ratione comprebenſas*.

24 *Ratio conſervationis Bonorum in Maſculis de domo Teſtatoris, Cognatos non comprebendit*.
*Et quando ſecus?* num. 26. & 27.

25 *Cognati non ſunt de* domo *Teſtatoris*.

26 *Onus nominis, & inſignium Cognatis à Teſtatore injunctum, horum comprebenſionem arguit ſub nomine Maſculorum de Teſtatoris* domo.

27 *Onere nominis, & inſignium Cognatis à Teſtatore injuncto, hic nomine ſuæ* domus *artificialem etiam domum cenſetur contemplaſſe*.

28 Filiorum *nomine nepotes comprebendiſſe Teſtator cenſendus eſt, ſi voluit, etiam in Maſculis cognatis Bona conſervari*.

29 *Verbi* filiorum *faciliùs amplectenda eſt interpretatio favens conſervationi Bonorum a Teſtatore volitæ*.

30 *Teſtator, contemplatá etiam* domo *artificiali, cenſetur de Bonorum conſervatione intellexiſſe, etiam in illa*.

31 *Bonorum conſervatio volita in Maſculis cognatis, verificari nequit ſinè illorum vocatione*.

32 *Ratio conſervationis Bonorum comprebendens æquè primos inſtitutos, ac ſubſtitutos, iſtarum non minùs, quàm illorum vocationem præſefert*.

34 *Subſtitutioni Deſcendentium à primis Inſtitutis, parificata cenſetur ſubſequens ulteriorum Deſcendentium ſubſtitutio facta cum particula* = ut ſupra =, & num. 36.

35 *Clauſula* = ut ſupra = *adjecta ulterioribus ſubſtitutionibus, repetit, quæ in prima diſpoſita ſunt*.

36 *Deſcendentium maſculorum in ulterioribus ſubſtitutis facta mentio in caſu delicti, illorum vocationem ſupponit*.

37 *Teſtator nedum Inſtitutorum, ſed etiam Subſtitutorum Deſcendentibus, æquè comprebenſis ſub ratione conſervandi ejus Bona, providere voluiſſe cenſetur in caſu delicti*.

39 *Verba* = ſervato modo ſubſtitutionis prædictæ = *eumdem in ſubſequenti, ac in præcedenti ſubſtitutione ordinem præſeferunt*.

40 *A caſu delicti ad caſum obitus valet arguere, cum de amplianda diſpoſitione non agitur*.

42 *Teſtator, ſi viros filiarum ex ejus filia in ſubſidium admiſit, eò magis ejuſdem filiæ Deſcendentes maſculos cenſetur admiſiſſe*.

43 *Proximioribus remotiores, itemque Conſanguineis Extraneos præferri, eſſet abſurdum, nullo pacto ferendum*.

44 *Contraria autem interpretatio barbara, & iniqua eſſet*.

45 *In diſpoſitionibus per viam ultimæ voluntatis benignior, magiſque conſona tum naturali pietati, tum Teſtatoris menti ſemper capienda interpretatio eſt*.

46 Filiorum *nomine nepotes venire cenſendi ſunt, quoties per id ceſſant abſurdaque, meliùs impletur voluntas Teſtatoris*.

47 *A propria verborum ſignificatione recedere licet pro evitando abſurdo*.

49 Filiorum *nomen ulteriores comprebendere Deſcendentes, arguitur ex digreſſu ad plures ſubſtitutionum gradus*.

50 *Ex prohibitione item trebellianicæ*.

51 *Atque excluſione Fiſci*.

52 *Conjecturæ pro comprebenſione nepotum ſub nomine filiorum unitim accipiendæ ſunt*.

53 *Ulteriori ſubſtitutioni locus non ſit, niſi abſumptis præcedentibus*.

54 *Ulterior ne admittatur Subſtitutus, ſufficit, ſi ex præcedenti ſubſtitutione veniens alius exiſtat*.
*Etiam ſimpliciter in conditione poſitus*, ibid., *&* *ratio* num. 55.

55 *Ulteriorem ſubſtitutum excludit non ſucceſſio,*

*aut*

*aut capacitas ſupervivententis, ſed defectus conditionis.*

56 *Subſtitutum quis valet excludere, licèt non ſit capax ſuccedendi.*

57 *Ad fideicommiſſum ex eorum vocatione veniunt Cognati, tàm ſi per unum, quàm ſi per multiplex deſcendant medium fœmininum.*

58 *In Cognatis, ſive per unum, ſive per multiplex deſcendant medium fœmininum, eadem conſideratur affectionis ratio.*

59 *Maſculi ex fœminis agnatis artificialem renovare valent agnotionem, etiam cum à duplici procedant fœmina.*

60 *In quibus æqualis ratio, & affectio conſideratur, æqualis etiam ſucceſſio eſſe debet.*

61 *Ad fideicommiſſum admitti nequeunt, qui carent facultate à Teſtatore requiſitâ.*

62 *Vocatis illis de* domo, & familia, *non qui ejuſdem dumtaxat ſunt cognominis, vocati cenſentur.*

63 *Sed qui de familia Teſtatoris; quique ab eodem illius ſtipite procedunt, &* num.64.

65 *Teſtatoris affectio ferri præſumitur in illos, qui ſunt de ſanguine, non autem in Extraneos, idem cognomen deferentes.*

FRanciscus Gherardi, inſtitutis in ſuo teſtamento heredibus Jo: Baptiſta, & Honuphrio filiis ſuis, quatuor ordinavit ſubſtitutiones. Prima continet reciprocam inter ipſos filios in caſu obitus alterutrius abſque legitimâ prole, eaque porrigitur etiam ad nepotes, pronepotes, & alios ulteriores Deſcendentes maſculos, fœminis ſemper excluſis; Altera facta eſt favore filii maſculi Calidoniæ filiæ ipſius Teſtatoris in caſu deceſſus utriuſque heredis ſinè Liberis; Tertia concepta in caſu, quo d. Calidonia non haberet filios maſculos, ordinata legitur favore primi Maſculi alicujus filiæ fœminæ ſupradictorum Jo: Baptiſtæ, & Honuphrii; In quarta, veluti ſubſidiariè, vocatur maritus alicujus filiæ fœminæ d. Calidoniæ, ſi cognomen Gherardi aſſumere, & retinere vellet, idque onus ſimiliter adjecit aliis vocatis in duabus præcedentibus ſubſtitutionibus; Et deniquè ſubſtitutiones omnes abſolvendo, ait = *In defectum autem omnium præmiſſorum voluit, & mandavit idem Teſtator, quod ultimus, qui in d. hereditate ſucceſſerit, poſſit ad arbitrium ſuum vocare ad d. hereditatem unum Marem, quem voluerit de domo Gherarda* =.

Vigore iſtiuſmodi facultatis nominandi, à Teſtatore conceſſæ ultimo poſſeſſori, contendit modò D. Franciſcus Felix Antonelli Gherardi, fideicommiſſi, ſeu ſubſtitutionis caſum eveniſſe ſui, vel ſuorum filiorum favore, eo ſub obtentu, quod, ipſis tantùm ſuperſtitibus Maſculis de domo Gherardi, alter ex eis nominandus eſſet ab ultimo Succeſſore, hujus veró nominatione deficiente, eadem, veluti reſtricta ad certum genus perſonarum, ſuppleta dicatur ab ipſa lege. At duplici ratione demonſtratur, hujuſmodi ſuppletivam, ſive legis ſubauditione fictam nominationem, ſuffragari non poſſe d. D. Franciſco Felici, ſive ejus filiis pro obtinenda petita immiſſione vigore d. fideicommiſſi ordinati à Franciſco Gherardi; quia nimirum nondum venit caſus utendi d. facultate nominandi, atque etiam quia illi de Bucciarellis non ſunt capaces d. nominationis.

Prima aſſumpti noſtri pars probatur, quia dictus D. Franciſcus Felix petens immiſſionem jure, & titulo nominationis, ſive expreſsè ab homine faciendæ, ſive à lege ſupplendæ, tamquam Actor intentionem ſuam fundans in iſtiuſmodi 1
nominatione, juxtà elementares Juris noſtri regulas, pleriè ac concludenter probare debet, factum fuiſſe locum d. nominationi, Tantùm autem abeſt, quod ipſe id probare queat; ut potiùs ex litera teſtamenti caſum hunc eveniſſe, apertè excludatur: facultas enim iſthæc nominandi à Teſtatore tributa fuit ultimo Succeſſori, ſive poſſeſſori fideicommiſſi, de quo agitur, in defectum ſolummodò omnium præcedentium ſubſtitutionum, juxtà illa ſuperiùs relata verba = *In defectum autem omnium præmiſſorum* =. Quapropter, exiſtentibus adhuc Maſculis comprehenſis in antecedentibus ſubſtitutionibus, & præſertim in illa ordinata favore filii maſculi Calidoniæ, quales ſunt DD. de Peruginis deſcendentes à Cæſare Raggio filio maſculo d. Calidoniæ,
perſpicuum indè fit, non eveniſſe caſum nomi- 2
nationis faciendæ, atque idcircò Actorem ex illa venientem, eſſe repellendum, ad tradita per *Rot. coram bon. me. Emerix. jun. dec.385. num. 3. & 6., dec.21. num.1. inter impreſſ. ad ornat. clar. mem. Card. de Luc. de Fideicomm. in Mantiſ., in Romana Fideicommiſſi Nicolai de Maſſiolis 20. Januarii 1702. §. Fundamentum, & ſeq. coram Emo D. Card. Scotto, & in Senogallien. Immiſſionis 28. Novembris 1712. §. Etenim coram Illmo D. Falconerio.*

Neque verò in dubium revocari poſſe videtur comprehenſio dd. DD. de Peruginis in ſubſtitutione filii maſculi Calidoniæ; Licèt enim in parte diſpoſitiva expreſsè vocetur unus tantùm Maſculus filius d. Calidoniæ, ibi = *Succedat unus filius maſculus D. Calidoniæ* =; attamen in con-
ditionali, quæ declarat diſpoſitivam, & explicat 3
perſonas in ea comprehenſas, *Rot. in Romana prætenſæ Immiſſionis 13. Maii 1720. §. Quamquam coram R.P.D. Rovavult. de Gamaches, confirmata 17. Januarii 1721 §.7. coram eodem, in quibus concordantes*, includuntur omnes Deſcendentes
Maſculi dictæ Calidoniæ, quia non unus tantùm 4
maſculus, ſed omnes filii maſculi d. Calidoniæ in conditione ponuntur ad excluſionem ſubſtituti, ibi = *& caſu, quo dicta Calidonia non haberet filios mares* =, eorumque nomine, pro excluſione ſubſtituti, nedum filii primi gradus, ſed nepotes etiam, & ulteriores Deſcendentes in conditione poſiti cenſentur, ad *Text. in leg. Lucius la 2. ff. de hered. Inſtit., & leg. liberorum ff. de verb ſignific., ubi Bartol. n.18., Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 413. num. 3., clar. mem. Card. de Luc. de Fideic. diſc.75. num.4., Rota coram Coccin. dec. 467. inter diverſ., dec.243. nu.4. part.2., in rec. dec. 216. num.11. part.5., & dec. 248. num. 5. part. 7.*, ob eam nempe rationem, quia ſemper præſumitur,

Te-

Digitized by Google

5 Teſtatorem voluiſſe illos præferre remotioribus
ſubſtitutis, Ruſtic. in leg. cum Avus lib.2. cap. 2.
num.66., Cardin. Mantic. de conject. lib.11. tit.8.
nu. 20. §. Sed diligenter in fin., Rub. in annot. ad
dec.199. part.8. nu.38., adeò quidem ut quælibet
conjectura veriſimilis voluntaris Teſtatoris ſatis
6 ſit, ut, recedendo à ſtricta illa Juris centura, quâ
aliter filii, aliter nepotes appellantur, ex juſta le-
gis interpretatione nomine filiorum venire di-
7 cantur Liberi omnes ex illis deſcendentes, per
Text. in leg. filii 84., & leg. juſta 201., leg. libe-
rorum 220. §. Sed, & Papinianus ff. de verb. ſi-
gnif., leg. Lucius 85. ff. de bered. inſtit., & alia
Jura congeſta per Mart. med. examin.1. ſub n.55.,
Palma dec. Lucen.262. num.5., Rota in Auxima-
na, ſeù Camerinen. Fideicommiſſorum 1. Julii
1709. §. Tamen regula coram Rm̃o Criſpo.

Præſertim, quando agitur de diſpoſitione ordi-
8 nata ab Aſcendente, ut notant Doctores in leg.
Gallus §. Inſtituens ff. de liber., & poſth., Ale-
xand. conſ.26. num.6. lib.3., Alciat. conſ.2. nu.2.
lib.8., Fuſar. de ſubſtit. part.1. quæſt.320. n.54.,
Rota ad ornat. clar. mem. Card. de Luc. de Fideic.
dec.51. num.2. lib. 10., eademque nedum conce-
9 pta eſt verbis tractum temporis ſucceſſivum, &
perpetuitatem præſeferentibus, ſed præterea ſub-
10 ſtitutio confertur in tempus remotiſſimum, quo
veriſimiliter extituri non erant filii primi gradus;
quæ duo potiſſimùm à Doctoribus conſiderantur
ad effectum ſub nomine filiorum comprehenden-
di nepotes, & alios quoſcumque ulteriores De-
ſcendentes, ut de verbis perpetuitatem diſpoſi-
tionis inducentibus docuit Bartol. in leg.1. §. Sed
etiam ſi quis ff. de ſuis, & legitim., Zanch. in leg.
heredes mei §. Cum ità num. 133. ff. ad Trebell.,
Caren. reſol.67. nu.9., Palm. nep. alleg.168. n. 4.
& ſeqq., & alleg.169. num.1. & ſeqq., Saminiat.
controv.110. num. 1. & 2. tom. 2., Altograd. jun.
controv.97. num.21., clar. mem. Card. de Luc. de
Fideic. diſc.70. num.9., Mantic. de conject. lib.8.
tit.8. n.22., Peregrin. de Fideicom. art.22. n. 45.
& 51., & art.28. nu.32., Palm. dec. Lucen.262.
num.8., & dec.264. num.14., Rot. coram Merlin.
dec.206. num.37., coram Bich. deciſ.152. num.5.,
coram Dunoz. ſen. dec. 81. num.1., coram Dunoz.
jun. dec.648. nu.21., in rec. dec.6. in fin. part.5.,
dec.142. n.41. part.10., dec.465. n.14. part. 14.,
dec.17. num.5. in Mantiſſ. de Fideicom., in Ave-
nionen. Primogenituræ 10. Januarii 1701. §. Nec
in dubium coram clar. mem. Card. Caprara, in Bo-
nonien. Fideicommiſſi de Roſſenis 17. Martii 1702.
coram bo. mem. Omanna, & in Romana Fideicom-
miſſi R.P.D. Pauli de Alveris 11. Maii 1714. §.
Quandoquidem coram Rm̃o Criſpo; Et de ſubſti-
11 tutione collata in remotiſſimum tempus, tradunt
Imola in leg. Gallus §. Inſtituens num. 48. ff. de
Liber., & poſth., Ruſtic. in leg. cum Avus lib.6.
cap.11. num.4., Eugen. conſ.94. num.6., Gabriel.
conſ.121. num.36. lib.1., Honded. conſ.39. n.52.,
Surd. conſ.366. num. 9. & ſeqq., Andreol. contr.
82. nu.8. & 11., Caſtill. contr. jur. lib.5. cap. 66.
n. 38. & ſeqq., Craſſ. in §. Fideicommiſſum quæſt.
5. num.6., Mantic. de conject. lib.8. tit.8. n. 20.,
Peregrin. de Fideicom. art.22. num.50., clar. me.
Card. de Luc. de Fideic. diſc.71. num.8., Magon.
dec. Florent.71. num.12., Palma dec. Lucen.263.
num.24., Rot. coram Seraphin. dec.409. num.11.,
cor. Bich. dec.252. n.13. & ſeqq., in rec. dec.199.
num. 5. & ſeqq. part. 8., ibique latiſſimè Rub. in
annot. num.1. & plurib. ſeqq., in Auximana Ju-
riſpatronatus 9. Maii 1703. §. Quarta demum co-
ram bon. mem. Muto, in Aquipenden., ſeù Mon-
tis Faliſci Fideicommiſſi 11. Maii 1705. §. Hacte-
nus coram clar. mem. Card. Caprara, cum reliquis
concordantibus plenè collectis in Romana Fidei-
commiſſi de Alveris ſuper reſervatis 19. Junii
1711. §. Sed quæſtionis coram Rm̃o Criſpo.

Utrumque ſanè concurrit in noſtra hypotheſi,
nimirum, & perpetuitas diſpoſitionis, & ſubſti-
tutio collata in remotiſſimum tempus. Primum
reſultat ex generali, & ampliſſima ratione, quâ 12
Teſtator motus fuit ad diſponendum, expreſſa
verbis illis = Itaut perpetuò hereditas in Maribus
conſervetur, & in ipſius D. Teſtatoris domo rema-
neat =, quæ quidem ratio manifeſtè oſtendit,
Teſtatorem in ordinatione hujus fideicommiſſi, 13
precipuè reſpexiſſe ad Bona ſua, & ad perpetuam
illorum conſervationem in Maſculis, & in do-
mo, in eam primariò, & principaliter dirigendo
cogitationem, mentemque ſuam omnem, Rota
coram Merlino deciſ.456. num. 40. & ſeqq., indè
autem validiſſimum deſumitur argumentum
pro comprehenſione omnium Maſculorum de- 14
ſcendentium à Calidonia, quia illa magis con-
fert ad perpetuam conſervationem Bonorum in
Maſculis, & in domo, & per eam plenius ad-
implentur Teſtatoris vota quoad perpetuitatem
fideicommiſſi ab ipſo volitam, atque exopta- 15
tam, Altograd. controv. 72. num. 6., Merlin.
Pignattell. cent. 2. cap. 82. num. 19., & pluribus
ſeqq., Rota in Romana Legatorum 8. Junii 1705.
§. Quæ omnia coram Rm̃o Lancetta Decano, &
in Romana ſeù Januen. Dotium 1. Februarii 1709.
§. Animadverſum quippe, & plurib. ſeqq. coram
Rm̃o Aldrovando, neque enim facilè ſuaderi po-
teſt, quod Teſtator, qui, veluti ſupremam ſuo-
rum votorum metam, ſibi propoſuerat illam quo- 16
dammodò ſempiternam Bonorum conſervatio-
nem in domo, ordinando propterea fideicom-
miſſum, cujus dumtaxat ope votorum ſuorum
compos fieri poterat, eâdem facilè fruſtrari poſ-
ſe voluerit, coarctando vocationem filiorum ad
ſolos filios immediatos, & primi gradus, per ea,
quæ tradunt Faber. in C. lib.6. tit.22. definit.37. per
tot., Tondut. reſol. civil. part.2. cap.118. nu. 12.,
& ſeqq., clar. mem. Card. de Luc. de Fideicomm.
diſc.20. num.5., & diſc.21. ſub num.8., Rota de-
ciſ. 134. num.4. part.7. rec., deciſ.17. num.5., &
deciſ.18. num.6. inter impreſſ. ad ornat. clar. me.
Card. de Luc. de Fideicomm. in Mantiſſ., in In-
teramnen. Immiſſionis 17. Decembris 1708. §. Nil-
que refert cor. Em̃o D. Card. de Polignac., & in
Romana, ſeù Forolivien. Fideicommiſſi 6. Maii
1720. §. Unde hoc attento, & §. Claudicat. cor.
R. P. D. Foſcaro.

Nilque turbat, d. rationem perpetuæ conſer-
vationis Bonorum in Maſculis, & in domo Te-
ſtatoris adjectam legi in prima dumtaxat ſubſti-
tu-

tutione deſcendentium ab heredibus inſtitutis;
17 nam non idcircò illa deſinit eſſe generalis quoad
omnes etiam ſequentes ſubſtitutiones, eaſque re-
ſpicere, & informare, cùm abſolute adjecta, at-
que expreſſa videatur, abſque ullâ peculiari rela-
tione magis ad Maſculos comprehenſos in dicta
prima ſubſtitutione, quàm ad alios in reliquis
contentos, quippè non dicitur = *itaut perpetuò hereditas in dictis Maribus conſervetur* =, ſic ſe refe-
rendo dumtaxat ad Maſculos ſuprà nominatos,
ſed ſimplicitèr, & indefinitè dicitur = *ità ut perpetuò hæreditas in Maribus conſervetur, & in ipſius D. Teſtatoris domo remaneat* =; Unde, cum
referatur ad Maſculos in genere, & indefinitè,
18 quorum nomine procul dubio veniunt non ſo-
lùm Maſculi à primis heredibus deſcendentes,
ſed alii etiam quicumque in reliquis ſubſtitutio-
19 nibus contenti, omnes profectò indifferenter
comprehenſi dici debent ſub dicta generali ratio-
ne explicativa mentis, & finis, quem Teſtator
ſibi propoſuit in facienda hujuſmodi diſpoſitio-
20 ne, ex regula, quod iis, quibus conveniunt ver-
ba, & ratio diſpoſitionis, convenire debet ipſa
diſpoſitio, de qua *Altograd. jun. contr. 72. n. 47.*

Parùm curato, an dicta ratio, juxtà materia-
lem contextum verborum adjecta fuerit uni tan-
tum ſubſtitutioni, vel omnibus; quia, quoties il-
21 la adeò ampla, & generalis eſt, ut ſub ſe com-
prehendat alias etiam perſonas, & caſus in præ-
cedentibus ſubſtitutionibus minimè expreſſos,
tunc reſtringi nequit ad unius tantùm ſubſtitutio-
nis caſum, & gradum, hâc enim reſtrictione læ-
deremus præſumptam, & veriſimilem Teſtato-
ris voluntatem, qui, dum hujuſmodi cauſam fi-
nalem ampliorem, & generaliorem dicto ſibi pro-
22 poſuit, illam non acceſſoriè, & famulativè ad
ullam conditionem, & caſum, ſed principaliter,
independenter, & diſpoſitivè expreſſiſſe cenſe-
tur, ad regulandam nempè, & informandam
totam diſpoſitionem, & ad inducendum perpe-
tuum, & abſolutum fideicommiſſum reale in
omnibus caſibus, & inter omnes perſonas ſub d.
23 cauſa, & ratione comprehenſas, quamvis ſupe-
rius non expreſſas, *Surd. conſ. 67. num. 20., & pluribus ſeqq., & num. 37., & conſ. 96. num. 4. ad fin., Faber. in Cod. lib. 6. tit. 22. definit. 4. nu. 9., Mantic. de conject. lib. 6. tit. 14. num. 27., Gratian. diſcept. 828. num. 15., clar. mem. Card. de Luc. de Fideicomm. diſc. 54. num. 10., Peregrin. deciſ. 111. num. 2., & 3., Adden. ad deciſ. 632. num. 85., & ſeqq. part. 4. tom. 3. rec., Rot. coram Cerro deciſ. 65. num. 9., & ſeqq., coram Bich. deciſ. 129. num. 6., & 7., deciſ. 251. num. 13., & deciſ. 622. num. 21. poſt Torr. de pact. futur. ſucceſſ. deciſ. 201. num. 11., in rec. deciſ. 284. n. 19. part. 6., deciſ. 67. num. 23., & ſeqq. part. 13., deciſ. 360. num. 10. part. 17., in Firmana Immiſſionis 27. Junii 1708. §. Ultrà quod coram bon. me. Molines, & in Imolen. Fideicommiſſi 10. Maii 1717. §. Abſque eo quod, & §. Cum itaque cor. R.P.D. Corio.*

Minùs verò obeſſet, ſi diceretur, Teſtatorem
24 voluiſſe quidem perpetuam conſervationem Bo-
norum in Maſculis, ſed in Maſculis de domo
ſua, propter illa verba, quæ immediatè ſequun- 25
tur poſt expreſſionem Maſculorum = *& in ipſius D. Teſtatoris domo remaneat* =, quales dici ne-
queunt, qui ſunt comprehenſi in poſterioribus
ſubſtitutionibus, tamquam Cognati; Etenim qui-
nam eſſent iſti Maſculi de domo ſua, in quibus
hereditas conſervari debebat, & an eorum nomi-
ne comprehenderentur etiam Cognati, clariſſi- 26
mè explicavit ipſe Teſtator, dum Maſculis co-
gnatis impoſuit onus aſſumendi, & retinendi co-
gnomen domus Gherardæ, eoſdemque ſic cogno-
minatos, habiles declaravit ad conſervandam he-
reditatem in domo ſua, ut præcipue legitur in
ſubſtitutione Maſculorum deſcendentium à filia-
bus fœminis heredum inſtitutorum, ibi = *& caſu, quo d. Calidonia non haberet filios mares, ut ſupra, tunc ſtatuit, & ordinavit ipſe D. Teſtator pro conſervatione dictæ hereditatis in ſua domo, quod primus Maſculus alicujus filiæ fœminæ ſupradicti Joannis Baptiſtæ, & Humphrii, legitimæ tamen, & naturalis, ut ſupra, ſit, & eſſe debeat heres, retento cognomine Gherardi* =, & in alia ſe-
quenti ſubſtitutione ſubſidiaria Mariti alicujus
filiæ fœminæ, legitimæ, & naturalis d. Calido-
niæ, ibi = *ſi cognomen Gherardi retinere, & conſervare voluerit, in d. hereditate, & in ſua domo ſuccedat.* =

Patet itaque, Teſtatorem nomine ſuæ *domus*, 27
non ſolùm intellexiſſe naturalem, & veram, ſed
etiam artificialem, & fictam, per aſſumptionem
cognominis conſervandam, ideòque ſub d. ra-
tione comprehendere voluiſſe Maſculos etiam
cognatos, in quibus, juxtà ipſius votum, æquè
benè verificatur conſervatio Bonorum in domo
ſua, per ea, quæ tradit *Rot. deciſ. 207. num. 31. coram Merlin.*, indè autem fortiſſimum procul
dubio elicitur argumentum pro comprehenſione
nepotum, & ulteriorum Deſcendentium ſub
nomine *filiorum*; nam, ſi in caſu, de quo agitur,
perpetua conſervatio Bonorum in domo ſua à
Teſtatore volita, ex ejuſdem mente, æquè benè
verificatur etiam in Maſculis cognatis, non eſt, 28
cur vigore hujuſmodi rationis, & cauſæ, rejectâ
ſtrictâ, & rigoroſâ interpretatione, recipienda
non ſit lata, & benigna ſignificatio verbi *filiorum*,
eam videlicet amplectendo opinionem, quæ,
dum favet nepotibus, & ulterioribus Deſcenden-
tibus, favet etiam conſervationi Bonorum in 29
illa domo, de qua Teſtator procul dubio ſenſit,
ut probant multi congeſti à *Ruſtic. in leg. Cum Avus lib. 6. cap. 12. num. 44., Calvan. conſ. 38. num. 65. & ſeqq.*, ubi hanc conjecturam à contra-
riis vindicat, *Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 320. n. 31., & duob. ſeqq., Rota coram Merlino d. deciſ. 206. nu. 30. & ſeqq.*, quæ pariter contrariis reſpondet.

Præſertim verò, quia, ſequendo aliam inter-
pretationem, aperta vis fieret voluntati Teſta-
toris, qui, dum voluit perpetuam conſervatio-
nem Bonorum in domo ſua, idem verò pro ſua 30
domo intellexit nedum naturalem, & veram,
verùm etiam artificialem, & fictam, dicendum
per conſequens eſt, in utraque Bona in perpe-
tuum conſervari, voluiſſe: & propterea, veluti
neceſſitate quâdam antecedenti, vocaſſe omnes

Maſculos deſcendentes à ſubſtitutis cognatis, domum conſervaturis per artificialem cognominis aſſumptionem; ſinè enim iſtiuſmodi Deſcendentium vocatione minimè verificari poſſet perpe-
31 tua conſervatio Bonorum in domo ficta, & artificiali, à Teſtatore volita, ut argumentatur *Rot. deciſ.217. num.2. cor. Manzaned., dec. 206. ſub num.30., & deciſ.228. num.25., coram Merlino deciſ. 113. num. 16., & 17., cor. ſan. mem. Alexandre VIII. deciſ. 18., & 19., utrobique num.4. inter impreſſ. ad ornat. clar. mem. Card. de Luca de Fideicomm. in Mantiſſ.*; id præterea confirmando animadverſione illâ, quod, ſicuti,
32 ob hanc rationem perpetuæ conſervationis Bonorum in domo vocati fuerunt Maſculi deſcendentes à primis heredibus inſtitutis, ità quoque vocati dicendi ſunt deſcendentes à ſubſtitutis, in quibus viget, & militat eadem perpetuæ conſervationis ratio, ad firmata per *Rot. coram Arguell. deciſ.28. num.114., & ſeqq., in rec. deciſ.77. n. 28. part.7., in Romana Fideicommiſſi de Alveris 21. Junii 1715. §. Tantòque magis coram Emo Scotto, in Romana, ſeù Tyburtina Fideicommiſſi 21. Junii 1715. §. Jam verò, & 15. Maii 1719. §. Quod verò cor. bon. mem. Anſaldo, & in Romana, ſeù Forolivien. Fideicommiſſi 6. Maii 2720. §. Præſertim cor. R.P.D. Foſcaro.*

Ex ſola igitur perpetuitate diſpoſitionis, ex qua tot, tantaque argumenta promanant pro comprehenſione nepotum, & aliorum Deſcendentium ſub nomine filiorum, eadem ſatis conſtabilita videri poſſet. At præterea concurrit
33 etiam altera circumſtantia ſubſtitutionis collatæ in remotiſſimum tempus, defectus nempè omnium Maſculorum deſcendentium ab heredibus inſtitutis, quorum exiſtentia cum in longiſſimum tempus protrahi poſſet, veriſimile non eſt, quod Teſtator, illis ſubſtituendo filios maſculos Calidoniæ filiæ ſuæ, & reſpectivè ſororis heredum inſtitutorum, quorum deſcendentia maſculina extingui debebat, antequam locus eſſet ſubſtitutioni filiorum Calidoniæ: veriſimilæ, inquam, non eſt, quod in his terminis Teſtator intellexerit ſubſtituere filios dumtaxat primi gradus, ſed alios etiam ulteriores Deſcendentes vocaſſe dici debet; idque, ne alioquin iſtiuſmodi ſubſtitutio eluſoria redderetur, ut, præter ſuprà citatos, tradunt *Soccin. in leg. cum Avus num.30. col.49. ff. de condit., & demonſtr., & lib.3. conſ.6. num. 19., Jaſon. in leg. qui filiabus num.19. ff. de legat. 1., Molin. de Primog. lib.1. cap. 6. num. 29., & lib. 3. cap. 5. num 53., Surd. de aliment. tit. 9. quæſt.35. num. 53., Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 320. num.24., Rot. cor. bon. mem. Emerix jun. deciſ. 2229. num.13.*

Eòque certiùs, quia in ſubſtitutionibus Cognatorum adjecta legitur particula relativa = *ut ſu-*
34 *pra* =, cujus vigore Teſtator sè referendo ad ſubſtitutionem deſcendentium à primis heredibus ſuperius ordinatam, utramque parificare voluiſſe videtur, adeòut diſpoſita in prima, haberentur pro repetitis in aliis ulterioribus ſubſti-
35 tutionibus, juxtà naturam præfatæ clauſulæ, quam ad rem noſtram expendit *Palm. deciſ. Lucen. 263. num.36., & ſeqq. tom.3., de Comitibus deciſ. Senen.33. num.3., Rot. coram Bich. deciſ.252. num.11., & 12., coram Coccino dec.216. num. 17., cor. Zarat. deciſ.52. num.5., cor. bo. me. Emerix jun. deciſ.1231. num.8., inter impreſſ. ad ornat. clar. mem. Card. de Luc. de Fideicomm. deciſ. 28. num. 12., in Mediolanen. Cappellaniæ 9. Maii 1701. §. Quidquid enim cor. clar. mem. Card.*
*Priolo*: ſicuti ergo in prima ſubſtitutione litera- 36
liter comprehenduntur omnes Deſcendentes in infinitum, ità quoque comprehenſi, & vocati dici debent in ulterioribus ſubſtitutionibus, quas Teſtator parificavit illi deſcendentium à primis heredibus, *Rota in Bononien. Fideicommiſſi 27. Junii 1708. §. Prædicta cor. Illmo Falconerio, in Interamnen. Fideicommiſſi 17. Decembris ejuſdem anni §. Eòque libentiùs cor. Emo D. Card. de Polignac, in Romana, ſeù Ariminen. Fideicommiſſi 15. Maii 1711. §. Ità ſuadentibus cor. bon. mem. Kaunitz, in Urbanien. Fideicommiſſi 15. Junii 1716. §. Hactenus cor. Rmo Criſpo Archiepiſcopo Ravennaten.*

Clarior autem dd. Deſcendentium vocatio red-
ditur in caſu noſtro, ob ſpecificam illorum men- 37
tionem factam in particulari ſubſtitutione, ſeù proviſione ordinata in caſu delicti, ubi Teſtator ità loquitur = *&, adveniente caſu, quod aliquis dd. heredum inſtitutorum, & ſubſtitutorum, & deſcendentium, per quos hereditas in domo, ut præmiſſum eſt, conſervari debet, delictum aliquod commiſerit &c.* =, ſub hac enim proviſione, licèt immediatè adjectâ poſt primam ſubſtitutionem deſcendentium ab heredibus inſtitutis, ambigi nequit, quin etiam comprehenſi ſint Cognati poſt d. proviſionem ſubſtituti, dum non ſolum ibi fit mentio de ſubſtitutis, *per quos hereditas in domo conſervari debet*, quales procul dubio ſunt Cognati, præcisè à Teſtatore ſubſtituti *pro conſervatione hereditatis in ſua domo* =, ut ſupra demon-
ſtratum eſt. Verum præterea non eſt veriſimile, 38
quod Teſtator, per excluſionem Fiſci providere voluerit caſui delicti commiſſi ab heredibus inſtitutis, eorumque Deſcendentibus, non autem in caſu, quo delictum patratum eſſet à ſubſtitutis cognatis, quos tamen æquè conſideravit ad effectum conſervandi hereditatem in domo ſua.

Si autem diſpoſitio hæc in caſu delicti, dum loquitur de ſubſtitutis, complectitur etiam ſubſtitutos Cognatos; indè fit, quod ſubſequens nominatio Deſcendentium facta in eadem diſpoſitione poſt expreſſam mentionem Inſtitutorum, & Subſtitutorum intelligenda ſit tàm de Deſcendentibus heredum inſtitutorum, quàm de Deſcendentibus ſubſtitutorum, ut ſuadetur etiam ex eo, quod in fine d. diſpoſitionis, privato Delinquente, ita dicitur = *& ejus hereditatis pars accreſcat coheredi, & aliis, quibus jura dederint,*
*ſervato modo ſubſtitutionis prædictæ* =; per quæ ver- 39
ba Teſtator ſe refert ad modum ſubſtitutionis ordinatæ inter deſcendentes ab heredibus inſtitutis, in quibus Pater reſtituere debebat filio, & hic gradatim alteri Deſcendenti, ſervato inter eoſdem Deſcendentes, quouſque exiſterent, eodem ordine: iis verò deficientibus, ſucceſſurus

erat

erat alter ſubſtitutus; eumdem igitur ordinem
ſervari quoque voluit in caſu delicti, ut videli-
cet, delinquente Patre, ſuccederet filius, & ſic
ſucceſſivè de uno in alium Deſcendentem. Un-
dè ſequitur, quod, delinquente (per modum
exempli) filio maſculo Calidoniæ, juxtà ordi-
nem prædictum, ei ſuccedere debebat filius, aut
alter Maſculus deſcendens, & ſic gradatim,
quouſque Deſcendentes exiſterent, qui proindè
ſi vocati ſunt in caſu delicti, vocati quoque cen-
40 ſendi erunt in caſu obitus; cum à caſu delicti ad
caſum mortis rectè argui valeat, quoties, pro-
ut hic, non agitur de amplianda, & extendenda
diſpoſitione de uno caſu ad alium, ſed ſolum à
clarè diſpoſitis in uno deſumitur declaratio, &
interpretatio mentis Teſtatoris dubiæ, & ambi-
guæ in alio, *clar. mem. Card. de Luc. de Fidei-
com. diſc. 25. num. 19., & diſc. 108. num. 8., Rot.
dec. 910. num. 13. coram Cerro, ubi concordan-
tes, & poſt Torr. de ſucceſſ. in majorat. deciſ. 14.
num. 17.*

Quæ quidem interpretatio potiori jure ſe-
41 quenda videtur in hypotheſi noſtra, tum quia
agitur de diſpoſitione Aſcendentis, in qua faci-
lius inducitur vocatio Deſcendentium ex motivo
pietatis, & prædilectionis ergà illos in Teſtatore
præſumptæ, ut, præter allegatos in *§. Præſertim
quando*, tradit *Rot. Lucana apud Palm. dec. 262.
num. 6. & 9.*, ubi concordantes: tum etiam,
quia Teſtator reverà adeò prædilexit deſcenden-
tiam Calidoniæ filiæ ſuæ, ut, quamvis fœminas
perpetuò excluſerit; nihilominùs filias quoque d.
Calidoniæ conſideraſſe videatur; dum in ſubſi-
dium admitti voluit maritum alicujus ex eis,
quod in nullo alio ſubſtitutionum gradu feciſſe
42 legitur; ex hoc autem rectè infertur, quod, ſi
tanta fuit hujus deſcendentiæ prædilectio, ut
ejus intuitu Teſtator non dubitaverit capacem
reddere ſucceſſionis etiam prorsùs extraneum;
multò magis vocare voluerit omnes Deſcenden-
tes maſculos d. Calidoniæ, ergà quos urget ma-
jor affectionis ratio, ut ad rem arguunt *Gabriel.
conſ. 90. num. 19. & ſeq., Spad. conſ. 313. num. 4.
vol. 3., Rodulphin. alleg. 22. num. 11. & 14., &
alleg. 24. num. 11., Andreol. contr. 82. num. 10.,
Roccu diſput. jur. ſelect. cap. 27. num. 19., Mart.
Med. dec. 1. num. 63. & ſeqq., Palm. deciſ. Lucen.
262. num. 17. & ſeq., dec. 263. num. 48., & dec.
264. num. 7., Rota coram Merlin dec. 206. nu. 24.,
coram Arguell. dec. 28. num. 114. & ſeq., in rec.
dec. 77. num. 28. part. 7., in Romana Fideicommiſſi
de Alveris 21. Junii 1715. §. Tantòque magis co-
ram Emo D. Card. Scotto, in Romana, ſeù Ty-
burtina Fideicommiſſi ejuſdem diei, & anni §. Jam
verò, & 15. Maii 1719. §. Quod verò coram bon.
me. Anſaldo, & in Romana, ſeù Forolivien. Fi-
deicommiſſi 6. Maii 1720. §. Præſertim coram
R.P.D. Foſcaro*; Certius, quia alioquin ſeque-
43 retur abſurdum, quod perſonæ magis dilectæ
excluderentur à minus dilectis, proximiores à
remotioribus, & Conſanguinei ab Extraneis re-
pellerentur, id quod prorsus inveriſimile eſt; &
propterea nullo pacto ferendum, argumento *Te-*



*xtus in leg. Gallus in princ., & per tot. ff. de liber.,
& poſth., Cyriac. contr. 174. num. 29. & ſeqq.,
clar. mem. Card. de Luc. de Fideicom. diſc. 231.
num. 8. in fin., Rodulphin. alleg. 24. num. 9. & 11.,
Rota Lucen. apud Palm. dec. 262. nu. 17. & ſeqq.,
dec. 283. num. 79. 83. 197., & ſeqq. poſt Torr. de
Primogen. dec. 57. num. 21.*, ubi, quod contraria
interpretatio eſt barbara, & omni humanitate de- 44
ſtituta, *Rot. noſtra dec. 206. num. 20. part. 6. rec.,
dec. 170. num. 13., dec. 211. num. 17., & dec. 308.
num. 14. part. 14., & inter impreſſ. ad ornat. clar.
mem. Card. de Luc. de Fideic. in Mantiſſ. dec. 18.
num. 7.*

Quamobrem, cum in diſpoſitionibus per
viam ultimæ voluntatis ordinatis, ea ſemper ca-
pienda ſit interpretatio, quæ, ſublatis aſperitati- 45
bus, & abſurdis, nedum magis conſentanea eſt
ordini naturalis pietatis, & dilectionis erga
ſuam ſobolem, ſed etiam magis conſonat prin-
cipali rationi, quâ Teſtator motus fuit, certiùſ-
que, ac tutiùs perducit ad finem, quem, veluti
ſuæ diſpoſitionis cauſam, ſibi propoſuit, *Ventu-
rin. conſ. 10. num. 106. lib. 1., Manſ. conſult. 327.
num. 19. & ſeqq., Rot. coram Bich. deciſ. 196.
nu. 14., & ſeq., coram Arguell. deciſ. 91. num.
52., & 53., & in Romana ſeù Forolivien. Fidei-
commiſſi 6. Maii 1720. §. Cum autem coram R.P.
D. Foſcaro*; Dicendum profectò eſt, ſub nomi-
ne filiorum maſculorum Calidoniæ contineri
omnes Maſculos ab illa deſcendentes: ità nam-
que eluitur nota omnis inveriſimilitudinis, 46
tolluntur abſurda, res reducitur ad terminos ju-
ſtitiæ, & æquitatis, ſubſtitutio Maſculorum
Calidoniæ effectum ſortitur, &, quod magis
eſt, Teſtatoris vota, & finis ab ipſo contempla-
tus, uberiùs impletur, ut optimè advertit *Palm.
deciſ. Lucen. 262. num. 28., & num. 29.*; Immò
verò, ſi prò evitando abſurdo licet etiam rece-
dere à propria verborum ſignificatione, ut do- 47
cuerunt *Cyriac. contr. 174. num. 40., Actolin.
reſolut. 82. num. 20., & reſolut. 83. num. 28., &
ſeqq., Ruſtic. in leg. cum Avus lib. 6. cap. 12. nu.
7.*, eò magis capi debet interpretatio, quâ ſub
nomine filiorum comprehendantur nepotes, &
ulteriores Deſcendentes, quod non eſt impro-
priare verba, ſed eam eligere illorum intelli- 48
gentiam, ſive interpretationem, quæ eſt magis
conformis qualitati diſpoſitionis, & Teſtatoris
voluntati.

His itaque, aliiſque argumentis, quæ deſu-
mi poſſent ex digreſſu ad plures gradus ſubſtitu-
tionum, de quo *Carenn reſolut. 67. num. 10. & 49
ſeqq., clar. mem. Card. de Luca de Fideicommiſ.
diſc. 70. num. 9., Rot. deciſ. 465. num. 14., &
ſeqq. part. 14., & in Bononien. Fideicommiſſi de
Roſſenis 17. Martii 1702. §. His accedit coram
bon. mem. Muto*, ex prohibitione trebellianicæ,
conſiderata per *Rotam deciſ. 19. num. 16. & 17., 50
& deciſ. 20. num. 10. inter impreſſ. ad ornat.
clar. mem. Card. de Luca de Fideicom. in Man-
tiſſ.*, ab excluſione Fiſci, quam expendit ea-
dem *Rota deciſ. 18. num. 5., deciſ. 19. num. 12., & 51
deciſ. 20. num. 8. in Mantiſſ. ad clar. mem. Car-*

Mmm 2 *din.*

*din, de Luca de Fideicom.*, aliiſque hujus gene-
ris, quæ ſimul, & unitim accipienda eſſe, ad-
52 monet in propoſito *Caſanat. conſ. 4. num. 26.*,
*Rodulphin. allegat. 124. num. 28.*, *Mantic. de*
*conject. lib. 7. tit. 5. num. 5.*, *Palm. deciſ. Lucen.*
*263. num. 88.*, *Rot. deciſ. 18. in fin. in Mantiſſ. ad*
*clar. mem. Card. de Luca de Fideicom.*, *& alibi*
*paſſim*; cum plenè conſtabilita videri poſſit vo-
catio omnium Maſculorum deſcendentium à
Calidonia, palam fit, DD. de Peruginis à dicta
Calidonia deſcendentes ſuccedere debere ad ex-
cluſionem D. Franciſci Felicis venientis ex ul-
tima ſubſtitutione, ſive potiùs ex facultate no-
minandi tributa ultimo Succeſſori, cui locus eſ-
53 ſe nequit, niſi abſumptis prius omnibus præce-
dentibus ſubſtitutionibus, & præſertim illâ Maſ-
culorum Calidoniæ, quæ poſt deſcendentiam
maſculinam heredum inſtitutorum primum lo-
cum obtinet, ad firmata per *Rotam in Bononien.*
*Primogeniture de Cultellis 12. Martii 1717. §.*
*Eamque coram R.P.D. Cerro*, *in Bononien. Fi-*
*deicommiſſi de Foſcherariis 30. Aprilis ejuſdem*
*anni §. Immiſſionem coram R. P. D. de Herrera*,
*& in Romana prætenſa Immiſſionis 13. Maii*
*1720. §. Ratio ità coram R. P. D. de Gama-*
*ches*.

Non omittendo præterea animadvertere,
quod, etiamſi per malam hypotheſim dicti
DD. de Peruginis, tamquam ſimpliciter ſub
54 conditione comprehenſi, vocati cenſeri non
poſſent, nihilominus ſola materialis illorum
exiſtentia ſufficeret pro repellendo Actore, quia
non ſucceſſio, ſeù capacitas ſuperviventis, ſed
55 defectus conditionis eſt cauſa excluſiva ſubſti-
tutionis, ad *Text. in leg. qui heredi 44.*, *& leg.*
*Mævius 55. ff. de condit.*, *& demonſtrat.*, *Rocc.*
*diſput. jur. ſelect. cap. 43. num. 17.*, *Rot. deciſ.*
*265. num. 8. part. 13. rec.*, ideoque ſtat benè ſi-
56 mul, quod quis ſuccedere non valeat, & tamen
ſubſtituti admiſſionem impediat, juxtâ *Text. in*
*leg. filius famil. 117. §. Cum quis rogatus ff. de*
*legat. 1.*, *Saminiat. contr. 138. num. 28.*, *Torr.*
*de Primogenit. part. 1. cap. 35. §. 22. num. 242.*,
*clar. mem. Card. de Luca de Fideicommiſ. diſc. 9.*
*num. 17.*, *Rota coram Carill. deciſ. 266. nu. 20.*,
*coram Priolo deciſ. 251. nu. 2. & ſeq.*, *in Tyburti-*
*na Fideicommiſſi 3. Februarii 1705. §. Idque adeò*
*cor. bon. mem. Anſaldo*, *in Tuſculana Fideicom-*
*miſſi 14. Junii 1715. §. Quibus omnibus coram Il-*
*luſtriſſimo Falconerio*, *& 11. Decembris 1716.*
*§. Nullam namque coram R. P. D. Cerro*, *& in*
*Romana prætenſæ Immiſſionis 13. Maii 1720. §.*
*Ratio ita cor. R.P.D. de Gamaches*.

Fruſtrâ verò dictis DD. de Peruginis objice-
retur deſcendentia à dicta Calidonia Gherarda
per duplex medium fœmininum, nimirum per
medium Calidoniæ Raggi, & Conſtantiæ Guidi:
57 cum enim non agatur de fideicommiſſo rigorosè
agnatitio, ſed conſtituto prò artificialiter reno-
vanda agnatione in Maſculis cognatis, hoc ca-
ſu, dummodò probetur deſcendentia cum qua-
litate maſculinitatis, parùm curatur de multi-
plicitate mediorum, per quæ Cognati deſcen-
dunt, quia, ſive per unum, ſive per multiplex
medium deſcendant, eadem eſt ratio ſanguinis, 58
& affectionis, & eodem fermè modo, quo Ma-
ſculi immediatè proficiſcentes à fœminis agnatis
implere poſſunt Teſtatoris votum renovandi ar- 59
tificialem agnationem per cognominis aſſum-
ptionem, id fieri certè valet à Maſculis, li-
cèt per multiplex medium fœmininum deſcen-
dentibus, in quibus propterea ſi æqualis ratio,
& æqualis affectio conſideratur, æqualis etiam 60
debet eſſe ſucceſſio, ex benè ad rem notatis per
*Balducc. ad Ramon. in obſervat. ad conſ. 17. num.*
*2.*, *Roxas de incompatibil. part. 1. cap. 6. num.*
*315.*, *clar. mem. Card. de Luca de Fideicommiſ.*
*diſc. 29. num. 4. & 6.*, *Rota in Balneoregien. Fi-*
*deicommiſſi 13. Junii 1712. §. Non obſtante cor.*
*R̃mo Aldrovando*, *confirmata 5. Februarii 1714.*
*§. Validitate*, *& ſeqq. coram Em̃o D. Card. Sco-*
*to*, *in Bononien. prætenſi Fideicommiſſi de Ra-*
*macciottis 3. Julii 1713. §. Et ideò coram eodem*,
*in Romana*, *ſeù Interamnen. Fideicommiſſi 14.*
*Maii 1714. §. 6. coram bon. mem. Anſaldo*, *&*
*1. Aprilis 1715. §. Porrò coram R.P.D. Cerro*,
*in Romana Fideicommiſſi de Alveris 21. Junii*
*1715. §. Non relevante*, *& §. Eòque magis cor.*
*Eminentiſſimo Scotto*, *& in Urbanien. Fideicom-*
*miſſi 13. Februarii 1716. §. Ità pariter cor. R̃mo*
*Criſpo*.

Hactenùs demonſtravimus, vocationem DD.
de Peruginis, aut ſaltem illorum comprehen-
ſionem ſub conditione, ad effectum excludendi
D. Franciſcum Felicem, ejuſque filios ob non-
dum purificatam illorum ſubſtitutionem, quia
nempe nondum factus eſt locus nominationi,
cujus vigore ipſi ad fideicommiſſum adſpirant;
At præterea dicimus, quod, etſi colore ullo
dici poſſet, jam eveniſſe caſum faciendæ nomi-
nationis, ipſi nihilominus fideicommiſſum vin-
dicare, & illius vigore immiſſionem conſequi
non poſſent, quia non ſunt capaces dictæ nomi-
nationis, ex præcepto Teſtatoris conferendæ
*in unum Marem*, *quem voluerit de domo Gherar-*
*da*, adeout arbitrium ultimi ſucceſſoris in eo
tantùm verſetur, quod quidem inter plures Ma-
res de domo Gherarda vocare poſſit, quem
voluerit, ſed Extraneum nominare non valeat;
clara certè ſunt verba Teſtatoris, ibi = *In defe-*
*ctum autem præmiſſorum voluit*, *& mandavit*
*idem D. Teſtator*, *quod ultimus*, *qui in dicta he-*
*reditate ſucceſſerit, poſſit ad arbitrium ſuum voca-*
*re ad dictam hereditatem unum Marem*, *quem vo-*
*luerit de domo Gherarda*. =

At verò DD. de Antonellis, quamvis & ipſi
utantur cognomine Gherardo, attamen, ut mi- 61
hi ſupponitur, non ſunt de domo, & familia
Teſtatoris, ideoque carent qualitate, requiſitâ
ad effectum conſequendæ nominationis, cum
regula ſit in jure certiſſima, quod, vocatis illis
de domo, & familia, ſi plures reperiuntur ejuſ-
dem cognominis, non omnes vocati cenſentur, 62
ſed illi dumtaxat, qui ſunt de familia Teſtato-
ris, videlicet de qua ipſe erat, & deſcendunt
ab eodem ſtipite, ſeù Columnello, à quo idem
de-

63 deſcendebat, *Alexand, conſ.213. num.1. lib.6.*, *& conſ.91. nu.5. lib.7.*, *Peregrin. conſ.42. num. 5. lib.5.*, *Dec. conſ.320. num.6.*, *Pariſ, conſ.51. num.6.*, *& ſeq. lib.2.*, *Roland. conſ.40, num. 25. lib.3.*, *Menoch. conſ.30, nu 13. lib.1.*, *conſ.233. nu.16.*, *& ſeqq. lib.3.*, *& conſ. 1171.*, *Caren. reſolut. 103. per tot. & præſertim à num. 5. uſque in fin.*, *Andreol. contr. 438. num. 6. 7.*, *& aliis ſeqq.*, ibi = *interpretatio fieri debet, ut vocaſſe intelligatur illos, qui deſcendunt ab illo ſtipite,*
64 *ſub quo continebatur Donatrix &c., non autem illos, qui ſolam nominis identitatem, & armorum geſtionem haberent* =, *Mantic. de conject. ultim. volunt. lib. 8, tit. 12. num. 1.*, *Fuſar. de ſubſtitut. quæſt. 351. num. 41.*, *& 43.*, ibi = *Si autem aliqui adeſſent de illo nomine, qui non fuiſſent Agnati Teſtatoris, illi non cenſerentur vocati* = *Vivian. de Jurepatr. part. 1. lib. 4. cap. 9. num. 11.*, *Rota coram Merlin. deciſ. 669. ſub num. 27.*, *& ſeqq.*, *in rec. deciſ. 697. num. 6. part. 1.*, & ratio eſt, quia Teſtatoris affectio ferri præſumitur in illos,
65 qui ſunt de ſanguine, non autem in Extraneos, tametſi iſti etiam utantur eodem cognomine, *Menoch. conſ. 1171. num. 37.*, *Carena reſol. 102. num. 6.*, *Andreol. contr. 338. num. 7.*, *& pluribus ſeqq.*; Quamobrem, ſive ex quo nondum venit caſus nominationis faciendæ, ſive ex quo dictæ nominationis non ſunt capaces Actores, ſemper iidem à petita immiſſione repelli poſſe videntur.

## *Avenionen.*

Lucra à filio facta ex negociatione, ſive ex ſocietate cum Patre geſtâ, licèt ei, tamquam peculium adventitium, adquirantur, ſunt in hereditatem Patris conferenda, ſi is in teſtamento eorumdem collationem demandaverit. Pater an poſſit in ſuo teſtamento collationis onus imponere ſuper Bonis filii poſitis ſub fideicommiſſo, & quomodo? Filia Legitimæ ſupplementum petere poteſt, tametſi Pater ei Legatum reliquerit, cum prohibitione aliud non petendi. In Legitimæ calculo computanda ſunt tàm lucra antedicta, quàm Bona poſita ſub fideicommiſſo filii, quæ, ex Teſtatoris præcepto, paterno accreverunt patrimonio. Et quid de fructibus eorumdem Bonorum fideicommiſſariorum, quæ Pater, adhuc vivens, præventivè filio reſtituit, an collationis ſubſint oneri, licèt ei tacitè donaſſe cenſeatur, & quando de iſtis etiam ratio habenda ſit quoad Legitimæ calculum? Legitimæ Uxoris inveſtimentum, eâ invitâ, fieri nequit, viro licèt decocto.

## VOTUM XLVI.

1 *Bona profectitia filii in hereditatem Patris ſunt conferenda*, & num. 76.

2 *Patri enim adquiruntur tàm quoad proprietatem, quàm quoad uſumfructum* num. 2.

3 *Bona à filio quæſita ejus labore, & induſtriâ, inter adventitia recenſentur.*

*Procedit, licèt ex Bonis, & pecunia Patris proveniant* num. 4. & 5.

5 *Lucra à filio facta ex negociatione cum Patre geſta, dicuntur peculium adventitium.*

*Et, tamquam Bona propria filii, cenſentur jure peculii adventitii* num. 6.

*Ita ut in hereditatem Patris minimè ſint conferenda* num. 7.

*Quod locum habet etiam quoad fructus ſimilium Bonorum, quos fortè in vitâ Patris filius percepit* num. 8.

9 *Uſusfructus Bonorum adventitiorum filii ad Patrem pertinet.*

10 *In Gallia Parentes non habeat uſumfructum Bonorum adventitiorum filii.*

11 *Uſusfructus Bonorum adventitiorum à filio perceptus, Patre ſciente, & patiente, ſibi tacitè remiſſus ab eodem Patre cenſetur.*

*Immò expreſſè dicitur à Patre filio remiſſus per donationem ſibi factam eorumdem Bonorum*, num. 12.

13 *Filius conferens in uſum paternæ familiæ lucra facta ex negociatione cum Patre geſtâ, cenſetur acquirere noluiſſe, licèt fuerint ſibi à Patre tacitè, vel expreſſè remiſſa.*

*Hinc ea poſt mortem Patris repetere non poteſt*, num. 14.

15 *Pater collationis onus imponere poteſt etiam ſuper Bonis, quæ de jure ei non ſubeſſent.*

16 *Collationis materia tota pendet à voluntate Teſtatoris*, & num. 30., & 48.

*Et religiosè ſervanda eſt, quoties de eâ conſtat*, num. 17.

18 *Verbum* ſumma *referri debet ad ſummam in contractu expreſſam, ſi ad aliam referri nequit.*

19 *Collatio lucrorum filii cenſetur à Teſtatore volita, ſi præcepit collationem ſummæ, in quâ tàm lucra, quàm Legitima continentur*, & num. 23.

*Aliàs inutiliter mandaſſet collationem ſolius Legitimæ, quum de jure ei ſubſit*, num. 20.

*Et inutiliter prælegatum coheredibus reliquiſſet in caſu reluctantiæ, quum neceſſariò teneretur nepos Legitimam conferre*, nu. 21., & num. 26.

*Procedit principalis concluſio, ubi præſertim Teſtator uſus eſt verbis generalibus, & indefinitis*, num. 22.

*Et ubi verba ſunt apta comprehendere etiam lucra, & Teſtatoris voluntas favere videtur* num. 24.

25 *Collatio res illas comprehendere ſemper debet, quæ de jure conferendæ non eſſent.*

27 *Bona fideicommiſſi aviti dicuntur adventitia.*

*Nec in hereditatem Patris ſunt conferenda*, num. 28.

*Limita, ſi effectu erant libera in Patre, & eorum collationem ille præcepit*, num. 30., & ſeqq.

29 *Sub collatione, nonniſi ea comprehendi poſſunt, quæ immediatè à Patre proveniunt.*

31 *Bo-*

31 Bona ſub diſpoſitione jubente collationem comprebenſa dicuntur, ſi ejus verba, & qualitas illis conveniant.

32 Collatione lucrorum, quæ propria erant filii, à Teſtatore demandata, veroſimiliter cenſetur voluiſſe collationem etiam Bonorum, quæ ob expirationem fideicommiſſi libera, & propria effectu erant ejuſdem filii, & num. 34.

33 Ex rationis identitate res ejuſdem qualitatis, & naturæ, æquali jure ſunt judicandæ.

34 Collatio Bonorum fideicommiſſariorum Avi importat neceſſariam eorum diviſionem.

Ita ut evertat fideicommiſſum num. 35.

36 Alienatio ad certum uſque tempus probibita, poſt illud permiſſa cenſetur.

37 Fideicommiſſum ceſſat in illo, qui liberam habuit à Teſtatore facultatem diſponendi de Bonis ſub fideicommiſſo poſitis.

38 Bona, ceſſante fideicommiſſo, libera fiunt.

39 Collationi tunc ſubeſſe nequirent Bona fideicommiſſaria, quando eſſent inter heredes æqualiter dividenda.

Secus verò, quando heres, onus conferendi habens, retineat eadem Bona ad computum portionis, ſibi debitæ ſuper Bonis mandantis collationem, nu. 40. & ſeq. & præſertim nu. 45.

41 Dos, conſtante Matrimonio, repeti non poteſt.

Limita, ſi vir Bona ſua dilapidet, num. 42.

43 Filia, etiam conſtante Matrimonio, dotem ſuam debens conferre, tantò minùs accipere debet de hereditate Patris, quantum eſt in ſua dote.

46 Bona non veniunt ſub nomine quantitatis, ſeu ſummæ, limita ut num. 53.

47 Collatio, utpotè odioſa, nullam patitur extenſionem, etiam ex identitate, vel majoritate rationis.

49 Collatio contra ejus naturam extendi non dicitur, quando pro eâ urget Teſtatoris voluntas.

50 Teſtator generaliter mandans collationem eorum, quæ filius in contractu Matrimonii acceperat, tàm ſummam, quàm Bona in ea contenta comprebendiſſe cenſetur.

Amplia, ut num. ſeq.

52 Bona bifariam conſiderari poſſunt, ſive per ſe ut Bona, & tamquam ſpecies, ſive reſpectu habito ad eorum pretium, & valorem.

Bona quando dicuntur conſiderata, habito reſpectu ad eorum pretium, vid. num. 54.

55 Collatio inducta fuit ad æqualitatem inter heredes ſervandam.

56 In collatione quid comprebendi voluerit Teſtator, argui poteſt ex inæqualitate, quæ ſequeretur inter heredes, & num. ſeq.

58 Dos, & Legatum filiæ à Patre relictum, in ejus Legitimam imputandum eſt.

59 Filia ſupplementum Legitimæ poſtulans, onus habet probandi, dotem, & Legatum ſibi relictum non reſpondere integræ Legitimæ.

60 Legitimæ ſupplementum debetur ſemper filiis in Bonis, hereditate, & ſubſtantia Parentum.

Procedit, licèt relictum ipſis fuerit Legatum, cum probibitione plus petendi, etiam jure Legitimæ, atque illius ſupplementi, nu. 61.

62 Super legitimâ impoſitum onus, ipſo jure reijcitur, & num. 95.

Niſi expreſſe fuerit à filiis acceptatum, nu. 63.

64 Filia, quæ profeſſa fuit Legatum Patris, nonniſi in computum ſuæ Legitimæ, acceptare, cenſetur onus ſuper eo impoſitum acceptare noluiſſe.

65 Legati ſimplex acceptatio à filiis facta, impedimento non eſt, quin petere queant legitimæ ſupplementum.

Quia, cum onus ſuper eâ impoſitum, ſtatim miniſterio Legis reijciatur, num. 66.

Tempore acceptationis non adeſſe illud cenſetur, num. 67.

Hinc ſimilis acceptatio facta dicitur, habito reſpectu ad integram Legitimam, qualem eam tunc eſſe, Lex interpretatur, num. 68.

69 Filia, quæ dotem à Patre recepit minorem Legitimâ, eo Defuncto, ſupplementum petere poteſt.

Maximè, quando Patrem Legitimæ loco ei dotem voluiſſe aſſignare, conſtat num. 70.

71 Legitima debetur ex univerſo patrimonio Defuncti.

72 In Legitimæ calculo ratio habenda eſt etiam de Bonis, quæ, licèt propria filii eſſent, paterno tamen patrimonio accreverunt vigore diſpoſitionis, & collationis à Patre volitæ, & num. 75.

Procedit, licèt Teſtator contrarium voluiſſe videatur ex eo, quod filiæ Legatum cum probibitione plus petendi reliquerit, num. 73.

74 Legitimæ ſupplementum petitur ex diſpoſitione Legis contrà Teſtatoris voluntatem.

75 Profectitii dicuntur fructus provenientes ex Bonis fideicommiſſariis, quæ Pater, adhuc vivens, filio præventivè reſtituit, & interim à filio, eodem ſuperſtite, percepti ſunt.

Ita ut in Patris hereditatem ſint conferendi, num. 76.

77 Pater præventivè reſtituens filio Bona fideicommiſſaria, & iſtorum fructus eum percipere, permittens, cenſetur eos filio donaſſe.

78 Donatio filio à Patre facta, non ſuſtinetur.

Niſi morte confirmetur, num. 79., limita ut num. 81., & ſeqq.

80 Donatio filio à Patre facta, & morte confirmata, vim Legati ſortitur.

Quod, cum poſt mortem adquiratur, collationis non ſubeſt oneri nu. 81., & 83.

82 A collationis onere immunes ſunt fructus antè Patris obitum à filio percepti.

84 Donatio à Patre filio emancipato facta, etiam ab initio ſuſtinetur, & nu. 89.

Item, ſi fuerit facta contemplatione certi Matrimonii, valet, tametſi filius patriæ poteſtati ſubſit nu. 85.

Nec eſt neceſſe, ut morte confirmetur, nu. 86.

87 Bo-

87 *Bona donata à Patre filio ſive emancipato, ſive non intuitu certi Matrimonii, in illius hereditatem conferenda ſunt*, & num. ſeq., *limita ut* num. 91.

90 *Peculium eſſe non poteſt in filiis emancipatis*.

91 *Fructus Bonorum fideicommiſſariorum, à Patre adhuc vivente reſtitati filio, ab ipſoque percepti, tamquam ei tacitè donati, conferendi ſunt, dummodo extent, & ſinè dolo, & culpâ non ſint conſumpti*.

*Et calculandi ſunt in patrimonio paterno, etiam ad effectum augendi Legitimam*, nu. 93.

92 *Teſtator, qui voluit collationem Bonorum, de jure non conferendorum, eò magis voluiſſe cenſetur collationem eorum, quæ de jure conferenda erant*.

94 *Legitima debetur libera, & ſinè onere*.

95 *Legatum filiæ relictum, eſt ei liberè ſolvendum, cum Legitimæ pars ſit*.

96 *Legitimæ alienatio prohiberi non poteſt*.

97 *Legitima uxoris non poteſt, eâ invitâ, viro etiam decocto, inveſtiri*.

*Licèt ea poſſit inveſtimentum quærere, ſi velit*, num. 98.

99 *Legitima eſt iterum aſſignanda, ſi deſiit ſinè filiæ culpâ*.

ALIQUOT ab hinc annis ex hac vita migravit Joſephus Thomas filius Spiritus Thomas, condito teſtamento, in quo, præter libras 8000. jam in dotem aſſignatas D. Mariæ filiæ ſuæ, & uxori D. Serre, illi legavit alias libras 6000., ſolvendas anno, quo ipſe Teſtator decederet, eamque, & ipsâ deficiente, ejus liberos legitimos, & naturales in dicto Legato heredes particulares inſtituit, illis prohibendo, ne aliud à ſua hereditate petere poſſent aut jure legitimæ, aut ſupplementi, & fructuum illius, aut aliâ demum quacumque causâ, occaſione, & prætextu; heredes verò univerſales æquis portionibus ſcripſit Benedictum, & Ignatium filios ſuos, unâ cum Joſepho ex ſpiritu altero filio prædefuncto nepote *conferendo* (ſunt verba teſtamenti) *in maſſa meorum Bonorum ea, quæ dictus Benedictus, & dictus quondam ſpiritus meus filius, dum viveret, à me ſubſignato receperunt in eorum contractibus Matrimoniorum, aut in aliis actibus factis in conſequentiam*, ſubjunxitque = *Et caſu, quo dictus Joſephus Thomas nepos nolit imputare, & tenere ad computum ſuæ portionis ſummam, quam dict. quondam Pater ſuus jam habuit, & recepit, aut quod ipſe haberet aliquam rationem Juris ad evitandam dictam imputationem, & ab illa ſe eximendum, & noluerit tenere in computum dictam ſummam, dictis caſibus, & in quolibet ipſorum ego prælegavi, & prælego dictis Benedicto, & Ignatio meis duobus filiis, & cuilibet ipſorum ſummam 25000. librarum, de qua poterunt diſponere ad omne eorum beneplacitum, & abſque eo quod dicta ſumma prælegata comprehendatur in gradibus ſubſtitutionum inferiùs exprimendarum*. =

Ab hac diſpoſitione plura oriuntur Dubia, ſuo ordine recenſenda; cum enim inter Joſephum Patrem, & Spiritum ejus filium prædefunctum duæ initæ fuiſſent ſocietates ſuper negociatione ſerici, & aliarum mercium; Prima videlicet anno 1684., altera verò anno 1690., lucraque ex his quæſita, juxtâ legem in Inſtrumentis dictarum ſocietatum adjectam, prò rata ſpectarent ad dictum Spiritum, correſpectivè, & proportionabiliter ad capitale, & laborem ab ipſo præſtitum, hinc quæritur

Primò, *An D. Joſephus filius dicti Spiritus conferre teneatur in hereditate ſui Avi omnia lucra prædicta ab ejus Patre recepta poſt contractum Matrimonium?*

Cumque Joſephus Sen. occaſione Matrimonii contracti à dicto Spiritu ejus filio, illi præventivè reſtituerit Bona fideicommiſſaria Spiritus Avi dicti Spiritus Junioris, quæritur

Secundò, *An D. Joſephus Jun. conferre teneatur Bona dicti fideicommiſſi aviti præventivè reſtituta Spiritui ejus Patri, qui prædeceſſit Joſepho Avo?*

Ex eo autem, quod D. Maria filia Joſephi Sen. renuat acceptare Legatum ipſi in teſtamento a Patre relictum, cum prohibitione aliud petendi etiam ratione Legitimæ, & ſupplementi contendatque illud recipere ſolummodò ad computum ejuſdem Legitimę, ſit locus alteri quæſito

Tertiò, *An D. Maria poſſit petere ſupplementum Legitimæ, non attento Legato paterno, quod renuit acceptare, niſi in computum ejuſdem legitimæ?*

Et, quatenus aliquod ſupplementum debeatur, dubitatur

Quartò, *An, & quæ lucra Spiritui Jun. obventa ex prædictis ſocietatibus, conferenda ſint à D. Joſepho Jun. in hereditate Avi ad augendam, Legitimam D. Mariæ?*

Rurſus dubitatur.

Quintò, *An ad effectum prædictum, augendi nempè Legitimam D. Mariæ, conferenda ſint Bona fideicommiſſi aviti præventivè reſtituta Spiritui Jun. prædefuncto?*

Præterea caſu, quo Bona prædicta conferenda ſint, dubitatur

Sextò, *An ad eumdem effectum conferri debeant etiam fructus dictorum Bonorum, quos percepit tàm Spiritus Jun., vel ejus heredes à die vel præventivæ reſtitutionis, vel mortis Durandæ uxoris Fideicommittentis, & heredis gravatæ, quæ poſt factam præventivam reſtitutionem evenit?*

Tandem, quia D. Serre vir D. Mariæ uſque ab anno 1703. foro ceſſit, & ipſa de ſui dote librarum 8000. vix recuperare potuit libras 4000., reliquum namque viri patrimonium abſumpſerunt Creditores anteriores, dubitatur

Septimò, *An ſive D. Mariæ debeatur aliquod ſupplementum Legitimæ, ſive nullum: heredes Joſephi Patris teneantur illi ſolvere Legatum purè, & ſimpliciter, vel potiùs illud, aut ſupplementum Legitimæ inveſtiri debeat, cum ipſa ſit mulier nupta, & Maritus ſit decoctus?*

Super his igitur Dubiis rogatus ego ſententiam meam

meum pro veritate dicere, ordiar à primo, quo
quæritur, *An in hereditate Joſephi ſen. conferenda ſint omnia lucra Spiritus ejus filio obventa ex ſocietatibus cum Patre initis, & poſt contractum Matrimonium illi à Patre ſoluta*; Hujus autem
Dubii reſolutio ſi ex Juris diſpoſitione petenda
eſſet, facilis, & plana videri poſſet, ea quippè
1 ſolùm de jure conferri debent in hereditatem Pa-
tris, quæ ab ipſo Patre profecta, & ejus Bonis,
pecuniâ, & occaſione acquiſita ſunt; hæc enim,
veluti profectitia, illi abſolutè quæruntur tàm
2 quoad proprietatem; quàm quoad uſumfructum,
*Michelor. de fratrib. part. 1. cap. 5. n. 15. & ſeqq.*,
*& cap. 6. num. 12.*; cum itaque lucra iſthæc quæſi-
3 ta labore, & induſtriâ filii, ut conſtat ex inſtru-
mentis ſocietatum inter ipſum, & Patrem inita-
rum, *Summario num. 4. & 5.*, non profectitia, ſed
adventitia ſint, *leg. cum oportet, ibique Gloſſ.*, *&*
*ſcribentes Cod. de Bon., quæ liber.*, *Surd. de ali-*
*ment. tit. 9. quæſt. 20. num. 6.*, tametſi acquiſitio
4 facta fuerit ex pecunia Patris, aut ex Bonis illius,
nam, quoties id quæritur miniſterio, & operâ fi-
lii, qui proprio nomine, ut hic, negociatus fuit,
pars lucri illi ex tali negociatione obveniens, tam-
5 quam ex propria induſtria, & labore quæſita, di-
citur peculium adventitium, benè *Roman. conſ.*
*469.*, *Paſchal. de patr. poteſt. effect. 2. num. 9. &*
*ſeqq.*, *Michelor. de fratrib. part. 1. cap. 4. num. 2.*
*& cap. 6. num. 14.*, illa proindè, veluti propria
6 filii, cenſentur Jure peculii adventitii, *dicta*
*leg. cum oportet Cod. de Bon., quæ liber.*, *Bar-*
*tol. in leg. 1. §. Nec caſtrenſe ff. de collation. Bo-*
*nor.*, *& in leg. illud Cod. de collat.*, *Cravet. conſ.*
*155. num. 4.*, *Guidopap. quæſt. 145. num. 2.*, *&*
*quæſt. 136.*, *Boer. quæſt. 61. num. 1.*, *Viv. comm.*
*opin. 136. & 138. lib. 1.*, quod conferendum mini-
7 mè eſt in hereditate Patris, *leg. final. Cod. de col-*
*lation.*, *ubi ſcribentes*, *Pariſ. conſ. 130. num. 4.*
*lib. 1.*, *Lap. de collat. cap. 5. num. 81.*, *Michelor.*
*de fratrib. quæſt. 1. cap. 5. nu. 2. & ſeqq.*, *& cap. 6.*
*num. 4. & 14.*

Idque locum ſibi vindicaret etiam quoad fru-
8 ctus ſimilium Bonorum adventitiorum, quos fi-
lius in vita Patris fortè percepit, nam, etſi iſti,
9 tamquam proprii Patris, de jure communicandi
viderentur, *Michelor. de fratrib. part. 1. cap. 5.*
*num. 5.*, alia tamen Juris ratio ſequenda videtur in
10 caſu noſtro, tum quia, apud Gallos, Parentes non
habent uſumfructum Bonorum adventitiorum, te-
ſte *Michelor. de fratrib. part. 1. cap. 3. num. 30.*,
tum etiam quia, quatenus eo fruerentur, ille in
hypotheſi noſtra remiſſus filio cenſeri poſſet, &
11 quidem nedum tacitè per fructuum perceptio-
nem, & retentionem à filio factam, ſciente, &
patiente Patre, ad *Text. in d. leg. cum oportet §.*
*Sin autem Cod. de Bon., quæ liber.*, *Bald. in*
*Auth. ex teſtamento Cod. de collat.*, *Alexand.*
*conſ. 138. lib. 5.*, *Pariſ. conſ. 130. num. 11. lib. 1.*,
*conſ. 130. nu. 6. lib. 2.*, *& conſ. 152. num. 7. lib. 3.*,
*Vital. Nemaus de collation. quæſt. 8.*, *Paſchal. de*
*patr. poteſt. effect. 2. nu. 32.*, apud quem alii, qui
hanc opinionem communem, & veriorem ap-
pellant; Verum etiam expreſſe, per donationem
nempe dd. lucrorum filio factam in inſtrumento
ſecundæ ſocietatis, *Summario num. 5.*, in inſtru-
mento emancipationis, *Summario num. 6.*, & in
alio inſtrumento donationis contemplatione Ma-
trimonii, *Summario num. 7.*, quæ quidem donatio
cum in proprietate lucrorum, quæ ad filium in-
dubiè pertinebat, verificari non poſſet, ad uſum-
fructum referri debet, quem tacitè, & expreſsè 12
remitti poſſe, & hujuſmodi remiſſionem perpe-
tuò valere, per *Text. in leg. ſervitus ff. de ſervitut.*
*Urban. Prædior.*, tradit *Michelor. de fratrib. part. 1.*
*cap. 5. num. 7. & ſeqq.*, *Boer. dec. 196. per tot.*

Res igitur ità de jure ſe haberet, niſi tamen
lucra prædicta adventitia, & propria filii ab ipſo,
vivente Patre, collata, & communicata fuiſſent,
& in uſum familiæ paternæ erogata; ex hoc enim,
ut inquit *Bald. de duob. fratrib. in fin.*, agnoſcere- 13
tur ſibi acquirere noluiſſe, & propterea non poſ-
ſet poſt mortem Patris illa repetere, ut firmat 14
*Molin. de juſtit.*, *& jur. tract. 2. diſput. 274. verſ.*
*illud admonuerim*, *Michelor. de fratrib. part. 1.*
*cap. 6. num. 22.*; Verum quia certum eſt, Patrem
imponere poſſe onus collationis, etiam quoad ea,
quæ alioquin de jure conferenda non eſſent, *Mi-* 15
*chelor. de fratrib. part. 1. cap. 18. num. 14.*, cujuſ-
que Judicium omninò ſequi oportet, quia mate-
ria collationis tota pendet à voluntate Teſtatoris, 16
*Auth. ex teſtamento Cod. de collat.*, ideò viden-
dum eſt, quid ipſe ordinaverit in ſuo teſtamento;
Porrò diſpoſitio Joſephi ſen. Patris Spiritus jun.,
& reſpectivè Avi D. Joſephi jun. jubet, fieri colla-
tionem eorum, *quæ dictus Benedictus, & d.*
*quondam Spiritus ejus filius, dum viveret, à me ſub-*
*ſignato receperunt in eorum contractibus Matrimo-*
*niorum, aut in aliis actibus factis in conſequentiam*,
*Summario nu. 10.*; Cum itaque dd. lucra verè,
& realiter a Spiritu recepta fuerint in contractu
Matrimonii, aut in actu geſto in ſequelam illius,
ut patet ex *Summario num. 7. & 8.*, clara eſt Te-
ſtatoris voluntas quoad illorum collationem,
quæ omninò attendenda eſt, *Rot. deciſ. 389. n. 17.* 17
*part. 12. rec.*

Eademque certior redditur in hypotheſi ex eo,
quod Teſtator in caſu, quo nepos nollet *impu-*
*tare, & tenere ad computum ſuæ portionis ſum-*
*mam, quam d. quondam Pater ſuus jam habuit, &*
*recepit, aut quod ipſe haberet aliquam rationem*
*Juris ad evitandam d. imputationem, & ab illa ſe*
*eximendum &c.*, prælegavit reliquis duobus filiis
ſuis, Benedicto, & Ignatio, *& cuilibet ipſorum*
*ſummam 25000. librarum, de qua poterunt diſpone-*
*re ad omne eorum beneplacitum, & abſque eo quod*
*d. ſumma prælegata comprehendatur in gradibus*
*ſubſtitutionum inferiùs exprimendarum*; notan-
dum eſt enim primo loco, quod Teſtator hic lo-
quens de collatione, & reſpectivè imputatione
facienda à nepote, agit de imputanda ſumma,
quam Spiritus ejus Pater, dum viveret, recepit,
quod quidem verbum *Summa* præcisè refertur ad
ſummam librarum pro lucris donatarum, & re-
ſpectivè promiſſarum in contractu Matrimonii, 18
*Summario num. 7.*, & in actu ſucceſſivo ſoluta-
rum, *Summario num. 8.*, cum in toto contractu
Ma-

Digitized by Google

Matrimonii, & in actibus ſucceſſivis mentio facta non legatur de alia ſumma, ad quam verbum illud referri poſſit, *Surd. conſ. 119. n. 14. & ſeqq.*, aliique apud *Rub. de validitat. legal. cap. 27. nu. 2. & ſeqq., D. Advocatus de Comitib. dec. ſenen. 17. num. 14.*, *Rot. coram Gregor. deciſ. 468. num. 5.*, *coram Dunoz. jun. dec. 846. nu. 17.*, *coram Royas deciſ. 250. num. 6. & 7.*, *& coram Cerro deciſ. 36. num. 2.*, niſi fortè illud referendum diceretur ad ſummam in eodem contractu Matrimonii aſſignatam filio pro legitima, quod tamen tantum abeſt, quod excludat, ut potiùs clarè evincat collationem, & imputationem faciendam, etiam alterius ſummæ in cauſam lucrorum donatæ.

Non excludit ſanè collationem lucrorum, quia
ſtat bene ſimul, quod referatur ad utramque
ſummam tàm pro Legitima, quàm pro lucris ſo-
19 lutam, quiuimmò ad utramque neceſſariò referri
debet, tum quia alioquin pro ſola Legitima, utpo-
20 tè de jure conferenda, opus non erat præcepto
Teſtatoris, & inutile fuiſſet prælegatum, aliis
coheredibus relictum in caſu reluctantiæ nepotis,
21 ſi is de jure obſtringebatur ad d. collationem, om-
ninò faciendam ex ratione, quam conſiderat *Rot.
dec. 375. num. 13.*, *& dec. 1632. num. 12. coram
Coccin.*, *& in Forolivien. Commendæ 1. Julii
1709. §. final. coram Emo D. Card. Scotto*, tum
quia verba illa = *Conferendo in maſſa meorum Bo-
norum ea, quæ dictus Benedictus, & d. quondam
Spiritus meus filius, dum viveret, à me ſubſignato
receperunt in eorum contractibus Matrimoniorum,
aut in aliis actibus factis in conſequentiam &c.* =,
tamquam generalia, & indefinita, non patiuntur
22 reſtrictionem ad ſummam dumtaxat pro Legiti-
ma ſolutam, *leg. 1. §. Generaliter ff. de Legat. præ-
ſtand.* notant *Anton. var. reſol. lib. 1. reſol. 42.
num. 3.*, *Caſtald. conſult. 16. num. 17.*, *Surd. dec.
122. num. 1.*, *Rot. coram bon. mem. Emerix. jun.
dec. 1295. num. 5.*, *& in Æſina donationis 1. Ju-
nii 1708. §. Non obſtat coram Rmo D. Lancetta
Decano.*

Immò verò lucrorum collationem evinci potiùs
per collationem ſummæ in contractu Matrimonii
aſſignatæ filio pro Legitima, perſpicuum fit ex
eo, quod occaſione d. Matrimonii Joſephus Pa-
ter donavit Spiritui filio ſummam 14000. libra-
rum tàm pro Jure Legitimæ, quàm pro lucris filio
competentibus à die emancipationis uſque ad
diem contracti Matrimonii, quo diſſoluta fuit
ſocietas inter ipſos præcedenter inita, eâ tamen
lege, ut tota d. ſumma librarum 14000. eſſet
*imputanda, & conferibilis pro Legitima, quæ
poſſet competere filiis naſcituris ex Matrimonio d.
filii ſuper Bonis d. Patris in caſum prædeceſſus d.
filii*, ut legitur *Summario num. 7.*; quemadmo-
dum igitur hic æquiparata fuit ſumma donata
pro lucris, alteri ſummæ aſſignatæ pro Legitima,
& idem de utraque indiſtinctè diſpoſitum quoad
effectum imputationis in Legitimam nepotum,
adeout in eam procul dubio imputanda eſſent,
etiam lucra poſt emancipationem obventa, velu-
ti comprehenſa in d. ſumma librarum 14000. im-
putandarum, ità quoque cenſendum eſt, quod,
23 dum in teſtamento imponitur collatio, & impu-
tatio ſummæ à Spiritu in contractu Matrimonii
receptæ, indiſtinctè conferri, & imputari debeat
ſumma tam pro Legitima, quam pro lucris aſſi-
gnata, & reſpective promiſſa, & ſoluta, quoties
enim verba, ut hic, apta ſunt comprehendere
etiam lucra, & voluntas Teſtatoris non repugnat,
nec aliena eſt ab illorum imputatione, & colla-
tione, quin immò illi potius favere videtur, dicen- 24
dum eſt, ſummam quoque in eorum cauſam ſolu-
tam, ex mente Teſtatoris, conferendam, & impu-
tandam eſſe, ad tradita per *Gabriel. conſ. 96. n. 13.*,
*Balducc. ad Rumon. in obſervat. ad conſ. 16. n. 52.*,
*Rota dec. 229. num. 8.*, *coram Celſo dec. 478. n. 11.
& 12. part. 18. rec.*, *& in Oſtanen. Primogenitu-
ræ 12. Januarii 1699. §. Vocatio coram Rmo dell'
Olmo Epiſcopo Comben.*

Rurſus ponderanda ſunt illa alia verba = *aut
quod ipſe haberet aliquam rationem juris ad evitan-
dam d. imputationem, & ab illa ſe eximendum &c.* =,
quæ oſtendunt, collationem, & imputationem à
Teſtatore demandatam reſpicere res de Jure mi- 25
nimè conferendas; & imputandas, dum alioquin
nulla juris ratio ſubeſſe poterat pro evitanda illa-
rum collatione, & imputatione, fruſtràque Te-
ſtator cogitaſſet prælegatum, aliis coheredibus re-
lictum, opponere rationi Juris, cujus vigore cre-
debat, nepotem ſe tueri poſſe ab imputatione fa-
cienda, ſi illa reſpexiſſet res, quarum imputatio 26
de jure declinari nequibat. Quamobrem, ſi Te-
ſtator agnovit, nepotem colore aliquo, & aliquâ
juris ratione detrectare poſſe d. imputationem,
ſi pro d. ratione vincenda ordinavit prælegatum
favore aliorum coheredum, agnoviſſe etiam vi-
detur, nepotem de jure ad d. imputationem non
teneri, & res, quas ipſe conferri, & imputari vo-
lebat, huic oneri de jure obnoxias non eſſe, ex
quo palam fit, in ſumma ex ejus voluntate confe-
renda, & imputanda comprehendere intellexiſ-
ſe etiam lucra, quæ de jure conferri, & imputari
non debebant.

Eâdemque ratione conferri, & imputari vo-
luiſſe videtur Bona ſubjecta fideicommiſſo Avi,
& ab ipſo præventivè reſtituta Spiritui filio ſuo in
contractu Matrimonii, *Summario nu. 7.* undè pro-
manat reſolutio 2. Dubii, in quo quæritur, *An
D. Joſeph jun. teneatur conferre Bona d. fideicom-
miſſi aviti præventivè reſtituta Spiritui ejus Pa-
tri, qui prædeceſſit Joſepho Avo?* nam, etſi de ju-
re Bona prædicta, utpote provenientia ex ſubſtan-
tia Avi, & ex illius providentia jure fideicommiſ-
ſi Spiritui debita, non profectitia, ſed adventitia 27
dicerentur, cum nec à Patre profecta, nec illius
contemplatione relicta fuerint, & propterea con- 28
ferenda non eſſent, ad *Text. in leg. ut liberis, &
leg. final.*, ubi ſcribentes *Cod. de collation.*, *Bald.
in Authen. ex teſtamento num. 39. Cod. de colla-
tion.*, *Pariſ. conſ. 130. num. 6. lib. 1.*, *Surd. conſ.
219. num. 7.*, *Andreol. contr. 380. num. 1. & 2.*,
*Mangil. de imputat. quæſt. 12. num. 30.*, *Merlin.
de legit. lib. 2. tit. 2. quæſt. 27. num. 3.*, *Michelor.
de fratrib. part. 1. cap. 32. num. 1.*, *clar. me Card.
de Luc. de hered. diſc. 31. num. 17.*, *Rot. in rec.
dec. 317. num. 37.*, *& priùs num. 8. part. 18.*, ubi,
quod ſub collatione cadunt ſolùm ea, quæ imme-

29 diatè à Patre proveniunt, & id tradunt etiam
*Theſaur. dec.45. num.9.*, *Thomat. dec.50. n. 145.*
*& ſeqq.*, *& num. 165.*, quæſtionem tamen redi-
gendo ad voluntatem Teſtatoris, à qua pendet
30 materia collationis, & cujus judicium amplecti
neceſſe eſt, ex *Authen. ex teſtamento Cod. de col-
lat.*, *clar. mem. Card. de Luc. de hered. diſc. 31.
num.3.*, *Rot. dec.389. num.12. part.12.*, *& deciſ.
317. num.27. part.18.*, diverſimode judicandum
videtur.

Teſtator enim ità loquitur = *Conferendo in
maſſa meorum Bonorum ea, quæ dictus Benedictus,
& d. quondam Spiritus meus filius, dum viveret,
à me ſubſignato receperunt in eorum contractibus
Matrimoniorum, aut aliis actibus factis in conſe-
quentiam* =, quamobrem voluiſſe dicitur etiam
collationem dd. Bonorum, quæ in contractu
Matrimonii ab ipſo præventive reſtituta fuerant
Spiritui ejus filio, cum enim in eis optimè veri-
ficetur, & concurrat qualitas receptionis in con-
tractu Matrimonii, ad hunc præciſum effectum à
Teſtatore explicata, ut ſcilicèt per illam deſi-
gnaret res, quas ipſe conferri volebat, juſtâ ra-
tione Bona prædicta comprehenſa dicuntur ſub
31 diſpoſitione jubente collationem, cujus verba, &
qualitas ipſis rectè conveniunt, *leg. 4. §. Quoties
ff. de damn. infect.*, *leg. hos accuſare §. Omnibus ff.
de recuſat.*, *Valenz. conſ.120. nu.6.*, *& conſ.139.
num.20. vol.2.*, *Cirocch. diſceptat.32. n.1. vol.1.*;
Certius quia, ut patet ex ſupradictis, Teſtator
non abhorruit à collatione eorum, quæ de jure
conferenda non eſſent, quin potiùs collationi re-
rum hujuſmodi valde propenſus fuiſſe videtur,
dum etiam lucra propria ipſius filii conferri vo-
luit, indè autem validiſſimum deſumitur argu-
mentum pro collatione dd. Bonorum, non eſt
enim major ratio, cur potiùs conferri voluerit
lucra de jure non conferenda, quàm Bona præ-
dicta ejuſdem prorſus naturæ, quæque, non ſecus,
32 ac lucra, in contractu Matrimonii recepta fue-
runt, ideoque, ſi voluit collationem lucrorum,
voluiſſe cenſetur etiam collationem dd. Bono-
rum, ex identitate rationis, quæ efficit, ut res
33 ejuſdem qualitatis, & naturæ non diverſo, ſed
æquali jure cenſeri debeant, *Altograd. conſ. 60.
nu.106. & ſeqq. lib.1.*, *Menoch. conſ.291. n.14.*,
*Gratian. diſceptat.733. num.17.*, *Guttierez. pra-
ctic. quæſt. lib.3. quæſt. 19. num. 22.*, *Cancer. va-
riar. reſol. part. 3. cap. 20. de Legat. num. 145.*,
*Rot. coram Coccin. dec.1545. n.10.*, *& dec.1796.
num.4.*, *in recent. dec.77. nu.8. part.10.*, *dec.61.
nu.21. part.14.*, *& dec.16. n. 19. & 20. part. 17.*

Nec obeſſe poteſt diverſitas rationis, quæ for-
tè intercedere dici poſſet inter lucra, & Bona
prædicta, eò quod lucra, tamquam propria filii
rectè conferri poſſunt, ſecus verò Bona, quia hæc
ſunt fideicommiſſaria Avi, & illorum collatio,
utpotè importans communicationem, & ſucceſ-
34 ſivam diviſionem Bonorum, *Rota dec.379. nu. 2.
part.15.*, *& dec.239. num.3. part.18.*, everteret
35 fideicommiſſum, juxtà notata per *Rot. deciſ. 317.
num.4. part.18.*, undè veriſimile non eſt, Teſtato-
rem cogitaſſe de collatione dd. Bonorum, quæ
conferri ſuâpte naturâ nequibant; reſpondetur
enim, nullo pacto ſubſiſtere impedimentum, quod
collationi dd. Bonorum præſtare dicitur fidei-
commiſſum Avi; Primò, quia d. fideicommiſſum
jam deficit in Spiritu cum Liberis defuncto, & an-
num trigeſimum prætergreſſo, ut ex diſpoſitione
Avi, *Summario num. 2.*, prohibitâ namque alie-
natione uſque ad certum tempus, poſt illud per- 36
miſſa cenſetur, *leg. Pater filium §. Fundum*, ubi
*Bartol. ff. de legat. 3.*, *leg. ſi ità quis ff. de vulgar.
& pupillar.*, *Peregrin. de Fideicom. art.52. n.3.*,
*Antonell. de tempor. legal. lib. 1. cap. 5.*, *Rota
dec.228. num.9.*, *& per tot. part. 14. rec.*, &, ex-
cluſis à ſubſtitutione Liberis, datâque, illis exiſten-
tibus, facultate Patri alienandi, & liberè diſpo- 37
nendi, quæ tali caſu contraria eſt fideicommiſſo,
illud ceſſat, atque deſtruitur, *Bellon. jun. conſ. 1.
num. 68. & 83.*, *Urceol. conſult. 85. num. 1. & 2.
tom.2.*, *Fontanell. de pact. nuptial. clauſ.4.*, *Gloſſ.
25. num. 45.*, *Torr. de Primog. part. 2. quæſt. 29.
num. 5. & ſequen.*, eo autem ſublato, nihil prohi-
bet, quin D. Joſeph jun. filius d. Spiritus confer-
re poſſit in hereditate Joſephi ſen. ſui Avi Bona
prædicta, quæ penes Spiritum ejus Patrem libera 38
effecta fuerunt, ex notatis per *Peregrin. de Fidei-
comm. art. 36. num. 107.*, *& Merlin. de legitim.
lib.2. tit.2. quæſt.18. num.13. & ſeqq.*

Secundò, quia, tametſi Bona prædicta conſide-
rari poſſent uti fideicommiſſaria, id nihilomi-
nùs volitæ collationi nullatenus officeret, cum ad
illam inducendam, perficiendamque non opor-
teat præciſè communicare Bona, inter omnes he- 39
redes deindè æqualiter dividenda, quod fortaſsè
non liceret, quum agitur de Bonis fideicommiſ-
ſariis, ſed ſufficiat, habentem onus conferendi,
retinere dd. Bona ad computum portionis, quæ
ſibi deberetur ex hereditate illius, qui collatio-
nem fieri mandavit, tantò minus de d. heredita- 40
te accipiendo, quantùm in fideicommiſſò eſt, per
*Text. in leg. dotis 5. Cod. de collation.*, ubi *Gloſſa*
figurando caſum ſic ait = *Pro filia dotem dediſti:
durante Matrimonio deceſſiſti, quomodò fiet colla-
tio, cum non poſſit dos repeti conſtante Matrimonio,* 41
*niſi in caſu, ſi vir Bona ſua dilapidet, & re ſuâ* 42
*malè utatur? reſpondeo: dotis exactio non compe-
tit, ſed tantò minùs accipiet filia de hereditate,* 43
*quantùm in dote ſua eſt* =, & conſonat alter *Textus
in leg. cum poſt mortem 44. ff. de adminiſtrat.*, *&
pericul. Tutor.*, & ibi pariter *Gloſſ. verb. Bono-
rum dicitur lit. G.*, *Vital. Nemaus de collat. cap.
2. n.24.*, *Joan. Saport. eodem tract. cap.1. n.24.*,
*Thomat. dec.50. num.13.*, *Rot. deciſ.317. num. 6.
part.18. rec.*, cur itaque, ſicuti in caſu legis, quo
dos materialiter conferri non poterat, ita ſervari
non poſſet in caſu noſtro, præſertim, cum Teſta-
tor fortè prænoſcens difficultatem, quæ oriri po-
terat ſuper collatione dd. Bonorum, attento fidei-
commiſſo, mentem ſuam aperuit, ut collatio fi-
eret modo prædicto, ſcilicet per imputationem,
ſeù retentionem dd. Bonorum ad computum por-
tionis nepoti obtingentis in hereditate ſua, *Sum-
mario num.10.*

Indèque tollitur oppoſita inveriſimilitudo,
quod videlicet inveriſimile ſit, Teſtatorem cogi-
taſſe de collatione dd. Bonorum, aut enim ipſe
ſcie-

Digitized by Google

ſciebat, fideicommiſſum jam expiraſſe, Bonaque
libera effecta fuiſſe in Spiritu, & non ſolùm non
eſt inveriſimile, ſed viceverſâ valdè probabile,
quod, ſicuti conferri voluit lucra, tametſi eſſent
propria ejuſdem Spiritus, ita conferri voluerit
præfata Bona, quæ pariter ſciebat eſſe propria,
44 & libera d. Spiritus, & ab ipſo unà cum lucris in
contractu Matrimonii recepta fuerant, ex alibi
notatis; aut ipſe ignorabat libertatem Bonorum,
credebatque, illa adhuc obnoxia eſſe fideicom-
miſſo Avi, &, cum declaraverit, collationem eſſe
faciendam per modum imputationis, atque re-
45 tentionis Bonorum ad computum portionis com-
petentis in hereditate ſua, ut ſervari ſolet in re-
bus, quæ conferri non poſſunt, ex deductis in
ſuperiori §., ceſſat prorsùs inveriſimilitudo, quin
potiùs valdè veriſimile redditur, quod Teſtator
intellexerit oneri collationis ſubjicere etiam præ-
fata Bona, quæ ipſe fortè credebat materialiter
conferri non poſſe.

Neque collatio dictorum Bonorum evitari
poſſet eo ſub obtentu, quod Teſtator voluerit ſo-
lùm conferri, & imputari ſummam, à Spiritu re-
ceptam in contractu matrimonii, non autem
46 Bona, quæ regulariter non veniunt ſub nomine
quantitatis, ſeù ſummæ, præſertim verò in hac
materia collationis, quæ, utpotè inducens com-
municationem propriarum rerum, ad quam re-
47 gulariter nemo tenetur, adeò ſtricta, & odioſa
eſt, ut nullam patiatur extenſionem, tametſi
concurrat identitas, vel etiam majoritas ratio-
nis, per *Text. in leg. illam Cod. de Collat.*, *Mi-
chelor. de fratrib. part. 1. cap. 14. num. 8.*, *& cap.
15. num. 13.*; quoniam, etſi verum ſit, materiam
collationis odioſam eſſe, ſtrictèque ſemper in-
terpretandam, æquè tamen verum eſt, quod il-
48 la tota pendet à voluntate Teſtatoris, ex ſupra
firmatis, quodque nulla fieri dicitur extenſio
contrà naturam collationis, quoties illa comple-
ctitur aliquam rem, prò cujus collatione urget
49 Teſtatoris voluntas; iſte autem eſt caſus noſter;
nam præceptum conferendi generale, & indefi-
nitum eſt, aptumque comprehendere non minùs
50 ſummam, quàm Bona in contractu Matrimonii
à Spiritu recepta, ibi = *Conferendo in maſſa meo-
rum Bonorum ea, quæ d. Benedictus, & d. quon-
dam Spiritus meus filius, dum viveret, à me ſubſi-
gnato receperunt in eorum contractibus Matrimo-
niorum, aut in aliis actibus factis in conſequen-
tiam* =; &, licèt deinde in ordinatione prælegati,
caſu, quo nepos conferre, & imputare noluiſſet,
fiat mentio dumtaxat ſummæ imputandæ, &
conferendæ, non inde tamen excluditur collatio,
& imputatio Bonorum, quia, quoties, prout hìc,
jam præcedenter collatio demandata fuerat per
verba generalia, apta comprehendere etiam Bo-
na, ſubſequens mentio facta in oratione penitùs
51 diverſa, adjecta cenſeri nequit taxativè, ad re-
ſtringendam nempè collationem ad ſolam quan-
titatem, & ad excludendas res, ſeù Bona in ſpe-
cie recepta, ſed facta dici debet ad removendum
dubium, quod oriri poterat ſuper collatione
ipſarum rerum, & Bonorum, & ad hoc, ut in-
telligeretur, mentem Teſtatoris fuiſſe, quod, ſi
res, & Bona ipſa in ſpecie conferri non poterant,
ſaltem conferretur illorum pretium, & valor.

Quæ quidem intelligentia nullo pacto repu-
gnat, quinimmò optimè congruit denominatio-
ni *Summæ*; Bona ſiquidem dupliciter conſidera- 52
ri poſſunt, ſive per sè, & reduplicativè ut Bona,
& tamquam ſpecies, ſive habito reſpectu ad illo-
rum pretium, & valorem, quamvis autem con-
ſiderata tamquam ſpecies, rigorosè loquendo, non
comprehendantur appellatione *Summæ*, ſeù 53
quantitatis, aliter autem res sè habet, ſi reſpi-
ciatur illorum pretium, & valor, cujus reſpectu
optimè verificatur verbum *Summæ*; quod verò
Bona in hypotheſi tali modo conſiderata fuerint,
habito nempè reſpectu ad illorum pretium, & 54
valorem, perſpicuum fit tum ex eo, quod Teſta-
tor fortè dubitans, Bona ipſa, uti fideicommiſſa-
ria, verè conferri non poſſe, juſſit, imputari ſum-
mam comprehendentem etiam illorum valo-
rem; tum ex eo, quod etiam aliæ res in ſpecie
ſolutæ, comprehenſæ fuerunt ſub d. nomine
*Summæ*, ut ſunt merces traditæ in cauſam Legi-
timæ, & lucrorum, *Summ. num. 8.*; quippè cer-
tum eſt, ſub d. nomine ſummæ contineri quidquid
prò lucris, & Legitima receptum fuit, ex ſuprà fir-
matis, quamobrem, ſicuti merces, uti dubio
procul comprehenſæ ſub nomine ſummæ, conſi-
deratæ dici debent reſpectivè ad illarum pre-
tium, & valorem, pari quoque jure cenſendum
eſt, conſiderata fuiſſe Bona præfata, quæ præce-
pto collationis, ſupra generaliter indicto, indiſtin-
ctè ſubjiciebantur.

Verùmtamen id, quod omnem ſubmovet dif-
ficultatem quoad collationem lucrorum, &
Bonorum fideicommiſſariorum, de quibus agitur,
eamque clariſſimè evincit, eſt, quod Teſtator
in caſu, quo Joſephus nepos imputare noluiſſet
ſummam prædictam, prælegavit aliis coheredi-
bus, Benedicto, & Ignatio filiis ſuis ſummam
25000. librarum pro quolibet, *de qua poterant
diſponere ad omne eorum beneplacitum, & abſque eo
quod d. ſumma prælegata comprehendatur in gradi-
bus ſubſtitutionum inferiùs exprimendarum* = ut
legitur in *Summario num.* 10., Prælegatum nam-
que hujuſmodi aliâ causâ factum cenſeri nequit,
quàm ad ſervandam æqualitatem inter heredes,
& ad ſupplendum defectum collationis, quæ d.
æqualitatem inducere debuiſſet, utpotè ad iſtum
effectum præcisè inventa, & introducta, *leg. ut* 55
*Liberis*, *& leg. illud Cod. de Collat.*, *Surd. conſ.
219. num. 12.*, *Merlin. de legit. lib. 2. tit. 2. quæſt.
29. num. 50.*, *& ſeqq.*, *Rota deciſ. 389. num. 8.
part. 12.*; quapropter prælegatum iſtud, tamquam
factum ad inducendam æqualitatem, & ſupplen-
dum defectum collationis, commenſuratum cen-
ſeri debet ſummæ, quæ conferri debuiſſet, &
quæ, præciſivè à collatione, inæqualitatem indu-
xiſſet, adeò ut ex eo rectè argui poſſit, quid, &
quantum fuerit id, quod Teſtator conferri vo- 56
luit, per ea, quæ dixit *Rota in Romana prætenſæ
Reintegrationis 6. Junii 1712. §. 13. coram bon.
mem. Anſaldo.*

Quod ſanè argumentum ſi valet, patet, ſum-
mam conferendam, eſſe debuiſſe 5000. librarum,

quia tanta eſt quantitas prælegata ad ſervandam
æqualitatem, & ſupplendum defectum collatio-
nis, cum itáque, ſpectatâ ſummâ conferendâ, &
imputandâ, præciſivè à lucris, & Bonis fideicom-
miſſariis, hæc longè diſtet à ſumma prælegata,
dum non excedit libras octo, aut decem mille,
ut ex *Summario num.7., & 8.;* vice autem versâ,
comprehenſis lucris ex Bonis prædictis, illa at-
tingere videatur ſummam prælegatam, nam ſo-
lutâ in cauſam legitimæ, & lucrorum conflant
ſummam 24000. librarum, *Summ. num. 8.;* &
totidem circiter credi poteſt æſtimata fuiſſe Bona
fideicommiſſaria, præter quæ nil ultrà à Spiritu
receptum fuiſſe, dicitur in contractu Matrimonii,
aut in actibus factis in ſequelam illius, ut in
*d.Summ. num.7., & 8.;* fatendum propterea eſt,
lucra omnia, & Bona avito fideicommiſſo ſub-
jecta, & à Spiritu in contractu Matrimonii rece-
pta, ex mente Teſtatoris, in collationem venire
debere, quippè alioquin ſumma conferenda, mi-
nimè correſponderet ſummæ prælegatæ, & ceſ-
ſaret illa proportio, quæ inter utramque ſum-
mam à Teſtatore volita fuiſſe cenſetur ad ſer-
vandam æqualitatem inter coheredes.

Abſoluto primo, & ſecundo Dubio, facilè ex-
pedior à tertio, in quo quæritur, *An D.Maria poſ-
ſit petere ſupplementum Legitimæ, non attento Le-
gato ipſi in teſtamento à Patre relicta, cum prohibi-
tione aliud petendi, etiam ratione legitimæ, & ſup-
plementi?* quod tamen Legatum ipſa renuit ac-
ceptare, ſolumque illud recipere intendit ad
computum Legitimæ; & ſanè, quoties, imputato
Legato prædicto, & dote à Patre receptâ in con-
58 tractu Matrimonii, omninò imputandâ in Legiti-
mam filiæ, tàm ex diſpoſitione Juris, *Rot. dec.*
320 *num. 4. part. 9. tom. 2.*, quam ex voluntate
Patris, *Summ. num.9.*, conſtet, ipſam non rema-
nere ſatisfactam de integra Legitima, quod tamen
59 probandum eſt ab ipſa filia agente ad ſupplemen-
tum, juxta firmata per *Rot. deciſ. 198. num. 4.
part. 15. rec.*; utique mox recenſito Dubio affir-
mativè reſpondendum videtur, quia ſupplemen-
60 tum Legitimæ ſemper debetur filiis in Bonis, he-
reditate, & ſubſtantia Parentum, *leg. omni modo
& leg. ſcimus §. Cum autem Cod. de inoffic. Teſta-
ment., §. Sed hæc inſtit. eodem titul.*, tametſi ab
61 eis fuerit relictum Legatum cum prohibitione
plus petendi etiam jure legitimæ, & ſupplemen-
ti illius, quia prohibitio hujuſmodi, tamquam
62 continens onus, ipſo jure rejicitur à Legitima, &
pro non ſcripta habetur, *leg. quoniam in priori-
bus Cod. de inoffic. Teſtam., in leg. ſi quando §. Illud
etiam Cod. de inoffic. Teſtam., §. Ceterum Auth.
ut cum de appellat. cognoſ., Bartol. in leg. Papi-
nianus §. Si conditioni ff. de inoffic. Teſtam., Ca-
ſtrenſ. in leg. omni modo num.6. Cod. eodem, Vaſq.
in leg. quoniam in prioribus lib.1. §.10. num.534.
& 541. Cod. eodem, Merlin. de Legit. lib.3. tit. 2.
quæſt.10. num.1., & ſeqq., Rot. poſt ipſum deciſ.
41. num.12., & 13., & deciſ. 75. num.1., & 2.,
in rec. deciſ.188. num.2., & 3. part.16.*; ſolùm-
que ſuſtineri poſſet, accedente expreſſâ accepta-
63 tione filiorum, *Merlin. de legitim. lib. 3. tit. 2.
quæſt.10. num.13., Peregrin. de Fideicomm. art.
36. num.88., & ſeqq.*; quæ tamen expreſſa acce-
ptatio oneris prorsus deficit in hypotheſi, in qua
potiùs conſtat de contraria voluntate D. Mariæ,
nimirum non acceptandi d. Legatum, niſi in 64
computum ſuæ Legitimæ.

Quamquam verò ex hoc ipſo reſultare dicere-
tur agnitio d. Legati, hæc nihilominus, tam-
quam ſimplex, apta non eſſet præjudicare filiæ 65
quoad petitionem ſupplementi Legitimæ, eâ ra-
tione, quia, cum rejectio oneris, & ſuppletio 66
Legitimæ ſtatim fiat miniſterio Juris, *leg. quo-
niam in prioribus, & leg. omni modo*, ubi Docto-
res *Cod. de inoffic. Teſtam., Mantic. de conject.
lib.7. tit. 8. num. 10.*, inde ſequitur, quod tem-
pore approbationis, & agnitionis judicii paterni,
onus ampliùs non extat, & juſtâ interpretatione 67
Legis perinde habetur, ac ſi Legitima integrè
relicta fuiſſet, ſimplex propterea approbatio non
fertur ad onus, quod jam ſublatum eſt, ſed facta
cenſetur, habito reſpectu ad integram Legiti- 68
mam, qualem eam tunc eſſe Lex interpretatur,
juxtà egregiam doctrinam *Baldi in leg. ſi quando
§. final. Cod. de inoffic. Teſtam., Alexand. conſ.
69. num. 3. lib. 1., Merlin. de legit. lib. 3. tit. 2.
quæſt. 10. num. 4., & tit. 3. quæſt. 3. num. 2., &
ſeqq.*, apud quem alii, *Rota deciſ. 103. num. 35.
part.10., & deciſ.188. num.4., & 5. part.16. re-
cent.*

Supplementum igitur legitimæ omni Jure de-
bitum eſſe videtur D. Mariæ, abſque eo, quod
illi obeſſe poſſit aſſignatio dotis à Patre facta in
actu Matrimonii; certum namque eſt, quod fi-
lia dotata à Patre in minori quantitate, quàm ſit 69
legitima, poteſt, eo defuncto, petere ſupple-
mentum, ad normam *Text. in leg. omni modo,
& leg. ſcimus Cod. de inoffic. Teſtam. ſupracitat.,
Rot. deciſ.47. num.8. coram Carill., in rec. deciſ.
198. num.1. part.15.*; maximè, quando Patris
intentio fuit dotem filiæ aſſignare loco Legitimæ,
quia nimirùm voluit, illam in legitimam impu- 70
tari, ut ordinavit Joſeph Pater D. Mariæ, *Sum-
mar. num.9., & 10.*

Succedit his quartum, & quintum Dubium,
quorum altero quæritur, *An, & quæ lucra Spi-
ritui Jun. obventa ex prædictis ſocietatibus con-
ferenda ſint à D. Joſepho Jun. in hereditate Avi
ad augendam Legitimam D. Mariæ*; alterò verò,
*An ad effectum prædictum, augendi nempè Legi-
timam D. Mariæ, conferenda ſint Bona fideicom-
miſſi aviti, præventivè reſtituta Spiritui jun. præ-
defuncto?* hæc autem Dubia ſimul, & unita
proponuntur, quia unâ eâdemque ratione de-
terminantur; Cum enim in ſuperioribus Dubiis
plenè conſtabilitum fuiſſe videatur, lucra occa-
ſione Matrimonii à Spiritu Jun. recepta, & Bo-
na fideicommiſſi aviti ipſi præventivè reſtituta,
tametſi de Jure minimè conferenda, attamen
ex voluntate Teſtatoris conferri debere in heredi-
tate ſua, ex hoc, veluti ex neceſſario antecedenti
ſequitur affirmativa reſolutio utriuſque mox re-
lati Dubii, ut nempè lucra prædicta, & Bona
fideicommiſſaria à Spiritu Jun. recepta occaſione
Matrimonii, conſideranda ſint etiam ad effectum
augendi Legitimam D. Mariæ, & ratio eſt, quia
Le-

71 Legitima debetur ex univerſo patrimonio De-
functi, *leg. Libertus, qui ſolvendo ff. de Bon. Libe-
ror., Merlin. de legitim. lib. 2. tit. 1. quæſt. 1. nu. 1.,
& ſeqq., Cyriac. contr. 185. num. 6., & ſeq.,
Prat. diſcept. forenſ. lib. 2. cap. 13. num. 27., &
ſeqq., Rota coram bon. mem. Anſald. deciſ. 49.
num. 16.*, proindeque rectè in ejus detractione
calculanda ſunt etiam lucra, & Bona prædicta,
quæ, licèt propria filii, attamen vigore paternæ
diſpoſitionis, & collationis in ea demandatæ,
72 conſenſu ſuo, paterno patrimonio commixta
ſunt, ex *Peregrino de Fideicom. art. 36. num. 107.*,
quem ſequitur *Merlin. de legit. lib. 2. tit. 2. quæſt.
18. nu. 13., & 14., Rota in Romana Fideicom-
miſſi R.P.D. Pauli de Alveris ſuper liquidatione
3. Decembris 1717. §. Prò recta enim coram R.
P.D. Cerro*, ibi = *Hinc ſequitur, quod æquè Bo-
na propria Gaſparis, quàm Bona dotalia Vir-
giniæ, utpotè quæ libera remanebant in Gaſpare
primo herede gravato Gundiſalvi in vim recenſitæ
diſpoſitionis, ita effecta fuerint de illius patrimo-
nio, ut etiam de eis habenda ſit ratio in calculo
Legitimæ, quæ de jure eſt, ut debeatur etiam de
Bonis filii, veluti conſenſu ſuo, paterno patrimo-
nio commixtis.* =

Nec obeſſe poteſt animadverſio, quod Teſta-
tor relinquendo Legatum D. Mariæ filiæ cum
prohibitione plus petendi, illam privare voluiſ-
ſe videatur etiam ſupplemento Legitimæ, proin-
73 deque veriſimile non ſit, quod deindè voluerit,
eam frui commodo collationis prò pinguiori de-
tractione ejuſdem Legitimæ; Reſpondetur enim,
ſupplementum Legitimæ non peti ex Judicio, &
voluntate Teſtatoris, ſed directè contrà illam,
74 ex diſpoſitione legis, *Mangil. de imputat. quæſt.
13. num. 18., & ſeqq., Merlin. de legit. lib. 3.
tit. 3. quæſt. 1. num. 5., Rot. poſt ipſum deciſ. 11.
num. 7.*, & alii paſſim, ideoque nil mirum, ſi,
etiam non concurrente voluntate Patris, augenda
eſt ex collatione Legitima D. Mariæ, Lex nam-
75 que eidem dat actionem ad ſupplementum, ipſa
verò ad illud agens, condictione ex Lege, cum
reperiat patrimonium paternum auctum ex Bo-
nis collatis, jure idcireò ſuo conſequitur aug-
mentum Legitimæ, quæ debetur ex univerſo aſſe
paterno, etiam citrà, immò contrà voluntatem
Patris, ex ſuprà firmatis.

Sextum Dubium reſpicit fructus dictorum Bo-
norum fideicommiſſariorum, quæritur enim; *An
ad eumdem effectum augendi Legitimam D. Mariæ
conferri debeant etiam fructus illorum, quos perce-
perunt tàm Spiritus Jun., quàm ejus heredes à
die vel præventivæ reſtitutionis, vel mortis Du-
randæ Uxoris fideicommittentis, & heredis gra-
vatæ, quæ poſt factam præventivam reſtitutionem
evenit?* Pro eo autem, quod ſpectat ad tempus
antè obitum dictæ Durandæ heredis gravatæ,
nempè ab anno 1694., quo facta fuit præventi-
va reſtitutio dicti fideicommiſſi à Joſepho favore
Spiritus filii, uſque ad annum 1699., quo deceſſit
dicta Duranda, fruſtrà agi videtur de collatio-
ne fructuum dictorum Bonorum, quos neque
Spiritus, neque ejus heredes perceperunt, ſed
perceperat Duranda, tamquam heres gravata;
quo verò ad tempus ſucceſſivum, à die nempè
obitus dictæ Durandæ, ſecuti anno 1699. uſque
ad obitum Joſephi Patris Spiritus Jun., videba-
tur, fructus à dicto Spiritu, ejuſque heredibus,
vivente Patre, perceptos, eſſe conferendos, quia
illi pertinebant ad Joſephum Patrem ſubſtitutum
dictæ Durandæ, *Summario num. 3.*, ideoque
ſunt profectitii, & de jure eſt, ut ea, quæ pro- 76
fectitia ſunt, conferri debeant, itâ docuit in his
terminis *Bartol. in leg. 1. §. Nec Caſtrenſe num.
7. ff. de collat.*, *quem ſequitur Jaſon. in leg. il-
lud num. 5. Cod. eodem ex Vital. Nemaus de col-
lation. quæſt. 17., Michelor. de fratribus part. 1.
cap. 17. num. 21.*

Quæ quidem *Bartoli* opinio, etſi in hypo-
theſi noſtra difficultatem aliquam pati poſſe vi-
deatur ex eo, quod Pater, præventivè reſtituen-
do filio dicta Bona fideicommiſſaria, & deindè 77
patiendo, illum percipere fructus, ad ſe cetero-
quin ſpectantes, eos donaſſe cenſeatur, ad *Text.
in leg. donari 29. ff. de donat., & in leg donari
83. ff. de regul. Jur., Bartol. in leg. Rura Cod. de
omn. agr. deſert. lib. 11., Peregrin. de Fideicom-
miſ. art. 44. num. 10., Mantic. de tacit. lib. 13.
tit. 10. num. 17., Rota coram Merlino deciſ. 692.
num. 69., & in Romana Locorum Montium 4.
Maii 1716. §. Ex pluribus, & §. Quod etiam
coram Reverendiſſimo D. Lancetta Decano*, &
magis ad rem *Michelor. de fratribus part. 1. cap.
22. num. 17., & 20.*; Donatio autem inter Pa-
trem, & filium ſubſiſtere nequeat, *leg. donatio- 78
nes, quas Parentes Cod. de donat. inter Vir., &
Uxor., leg. donationes §. Pater ff. de donat., leg. 2.
Cod. de inoffic. donation.*, niſi morte confirme-
tur, ut eſt communis Doctorum opinio, de quâ,
aliis omiſſis, *Michelor. de fratribus part. 1. cap. 79
11. num. 23.*, & propterea donatio hujuſmodi,
tamquam à principio non valens, ſed morte
dumtaxat confirmata, habere dicitur vim Relicti,
*Tiraquell. in leg. ſi umquam in verb. liberis num. 80
119. Cod. de revocan. donation., Molin. de Primo-
genit. Hiſp. lib. 1. cap. 12. num. 9., & 10.*, quod,
cum poſt mortem adquiratur, non confertur, 81
*leg. ea demum, & leg. emancipati Cod. de colla-
tion., Michelor. de fratribus part. 1. cap. 17. num.
3., & ſeqq., & cap. 22. num. 17.*, ubi præcisè
loquens de fructibus antè mortem Patris percep-
tis, ex rationibus prædictis, itâ concludit = *ergo
conferri non debebunt fructus prædicti interim 82
percepti* = dicens, non obſtare rationem *Bartoli*,
quod nimirum profectitia conferri debeant, nam
hoc verùm eſt, ſed, ſi fuerint donata, & dona-
tio fuerit morte confirmata, tunc, uti habentia
vim Relicti, in collatione non veniunt, & repe- 83
tit *num. 20.*

Ceſſat tamen difficultas hujuſmodi in caſu
noſtro, quia non agitur de donatione ſimplici, 84
nec de donatione factâ à Patre filio in poteſtate
conſtituto, in quibus terminis loquuntur *Au-
ctoritates ſuprà allegatæ*, ſed res eſt de donatio-
ne ob cauſam, facta ſcilicet intuitu certi, & de- 85
terminati Matrimonii, *Summario num. 7.*, & fa-
vore filii jam emancipati, *Summario num. 6.*, in
quolibet autem ex dictis caſibus explorati Juris
eſt,

Digitized by Google

eſt, donationem eſſe conferendam, quia ſuſti-
86 nctur, & valet uſque ab initio, abſque eo,
quod opus ſit, illam confirmari per mortem,
ideoque provenire dicitur ex contractu, non ex
Relicto, ceſſatque ratio deſtructiva collationis
fundata in eo, quod donatio ab initio non va-
lens, ſed indigens mortis confirmatione habeat
vim Relicti, &, nonniſi poſt mortem adquiſita
87 dicatur, ut de donatione facta intuitu certi, &
determinati Matrimonii eſt *Textus in Auth. ex
teſtament. Cod. de collation., leg. Illud Cod. eodem,
leg. Cum multa verſ. final. Cod. de donation. antè
nuptias*, & tradunt *Fontanell. de pact. nuptial.
clauſ.4. Gloſſ.1. num.40., Michelor. de fratribus
part.1. cap. 20. num. 22., & priùs num.2.*, ubi,
quod in donationibus ob cauſam nulla eſt diffe-
rentia inter ſuos, & emancipatos, nam omnes
88 conferre tenentur, quia donatio valida eſt ab
initio, ut ſequitur *num. 4.*, & agendo de dona-
tione facta filio emancipato, quod omninò con-
ferenda ſit, ſive fuerit donatio ſimplex, ſive
ob cauſam, ex eadem ratione, quia nimirum in
89 emancipatis, ob ſolutam patriam poteſtatem, do-
natio valet à principio, probat *Text. in leg. ut Li-
beris §. fin. Cod. de collat.*, & communiter ſcri-
bentes *in Auth. ex teſtamento Cod. de collat., Ca-
gnol. in leg. ſi emancipat. Cod. de collat. num.197.,
Dec. conſ.59. num.1., Facchin. controv. Jur. lib.
5. cap.77. concluſ. 1., Mangil. de imputat. quæſt.
45. in princ., & latiùs quæſt.39., Merlin. de le-
git. lib.2. tit.2. quæſt.29. num.31., Michelor. de
fratribus part.1. cap.20. num.2., & priùs cap.28.
num.1., & ſeqq.*, ubi etiam, quod nec donatio
facta dici poteſt in peculium, quia peculia ceſ-
90 ſant in emancipatis, per *Text. in leg. fin. Cod. de
inoffic. teſtam.*

Cum itaque fructus Bonorum, de quibus agi-
tur, tamquam profectitii, & donati à Patre fi-
lio emancipato occaſione certi, & determinati
Matrimonii, de jure conferendi ſint, dummodò
91 tamen extent, &, niſi fuerint conſumpti ſinè do-
lo, & culpâ, ut advertit *Fontanell. de pact. nup-
tial. clauſ.4. Gloſſ.1. nu.45., Michelor. dict. cap.
20. num. 23., Afflict. deciſ. 247. per tot.*, nec
appareat Teſtatoris voluntas contraria collationi
eorumdem fructuum, quin potiùs ea collationi
92 favere videatur, nam, ſi conferri voluit, etiam
quæ de jure conferri non debebant, multò ma-
gis conferri voluiſſe cenſetur ea, quæ de jure
conferenda ſunt; Conſequens eſt, ut fructus
prædicti percepti à die obitus Durandæ heredis
gravatæ, calculandi ſint in patrimonio Joſephi
Teſtatoris, etiam ad effectum augendi Legiti-
mam D. Mariæ (dummodò tamen extent, & 93
Bonâ fide conſumpti non fuerint, ut ſupra dictum
eſt), quia Legitima debetur de univerſo patri-
monio Defuncti, & conſequenter etiam de
omni eo, quod in illo confertur, ex alibi dedu-
ctis.

Septimum tandem, & poſtremum Dubium
itâ ſe habet = *An ſive D. Mariæ debeatur ali-
quod ſupplementum Legitimæ, ſive nullum, he-
redes Joſephi teneantur illi ſolvere Legatum pu-
rè, & ſimpliciter, vel potiùs illud, aut ſupple-
mentum Legitimæ inveſtiri debeat, cum ipſa ſit
Mulier nupta, & Maritus ſit decoctus?* = Pau-
cis Dubium iſtud abſolvitur, nam, cum D.
Maria nolit recipere dictum Legatum, niſi in 94
computum ſuæ Legitimæ, hæc autem purè, &
liberè debeatur, *leg. omni modo Cod. de inoffic. te-
ſtam., Merlin. de legit. lib.5. tit.3. quæſt.11. ſub
num.17.*, & alii paſſim, illud etiam, uti pars 95
illius purè, & liberè ſolvendum eſt, per ea, quæ
firmat *Rota in Romana Dotium 25. Junii 1708.
§. Succedentibus, & 28. Januarii 1709. §. Pro-
ut coram bon. mem. Molines*; nec cogi poteſt D.
Maria ad illud inveſtiendum, ut etiam ſupple-
mentum Legitimæ, quia, ſi conſideretur Lega-
tum, tale onus non habet, ſi vero conſidere-
tur ſupplementum Legitimæ, Lex ab illo reijcit
omne gravamen, adeout nec ejus alienatio re- 96
gulariter impediri queat, *Gratian. diſcept. forenſ.
cap.594. num.4., & ſeqq.*, & alii *apud Sabell. §.
Legitima nu.30.*; cumque nullo Juris noſtri loco
cautum reperiatur, quod, viro decocto, Legitima 97
uxoris inveſtiri debeat, hinc propterea ſequi-
tur, quod ipſa quidem poterit inveſtimentum 98
quærere, ſi velit, & illud quærendo, conſultius
aget, at nullo pacto ad id obligari valet, præ-
ſertim, cum nihil ſolventibus interſit, an illa
inveſtiatur nec ne, quia ceſſat periculum novæ 99
aſſignationis, quoties Legitima jam ſemel filiæ
aſſignata, non fuerit abſque ejus culpâ deperdita,
*leg. etiam §.1. ff. ſolut. Matrim., Gratian. diſce-
ptat. forenſ. cap.689. num.43., & cap. 792. num.
1.*, ubi concordantes, & conferunt tradita in
una *Neapolitana, ſeu Romana redotationis, ſeu
Alimentorum coram bon. mem. Molines impreſſ.
poſt Gobb. tract. var. deciſ.4. num.25., & deciſ.7.
num.20., & ſeqq.*

**F I N I S.**

ANT
1318977

Digitized by Google

Digitized by Google

41